IV

N. I 52.

CHRONOLOGIA
HISTORICO-LEGALIS
SERAPHICI ORDINIS
CONTINUATA

Ab Anno 1751. ad hos usque Annos postremos:

EXHIBENS CAPITULORUM, CONGREGATIONUM, ET CONGRESSUUM GENERALIUM ACTA, PRÆLATORUMQUE TUM ORDINIS, TUM FAMILIÆ ALTERUTRIUS DECRETA, ET EPISTOLAS.

Accedunt Apostolicæ Summorum Pontificum Constitutiones, imprimis illa, qua a Sanctissimo Domino Nostro PIO VI., Optimo, Maximoque rebus ipsis Pontifice, Comitiorum totius Ordinis celebratio Anno MDCCXCII. suppleta est: simulque SS. Congregationum Concilii, Episcoporum et Regularium, Sac. Rituum, Disciplinæ Regularis, aliarumque Decreta: necnon Sac. Rotæ Romanæ Decisiones ad rem pertinentes.

OMNIA REGENDIS MINORITARUM OFFICIIS IN DEUM, IN SEMETIPSOS, IN ALIOS TUM DOMESTICOS, TUM EXTERNOS PERUTILIA, AC NECESSARIA.

COLLIGEBAT, ILLUSTRABATQUE


SUMMARIIS, SUPPLEMENTIS QUIBUSDAM, ET SCHOLIIS, ALIISQUE ANIMADVERSIONIBUS OPPORTUNIS

P. F. AUGUSTINUS MARIA NEAPOLITANUS

Almæ Observantis Provinciæ Terræ Laboris Alumnus, S. Theologiæ Lector Jubilatus, Definitor Generalis, & Chronologus Generalis Ordinis.

TOMUS QUARTUS,

Ab Anno MDCCLI. ad Annum MDCCLXV.



ROMÆ MDCCXCV.

TYPIS MICHAELIS PUCCINELLI AD TURRIM SANGUINEAM.

SUPERIORUM FACULTATE.


INRI

UNIGENITO DEI FILIO

REGUM REGI

CHRISTO JESU

CRUCI SUFFIXO

FR. AUGUSTINUS MARIA SACERDOTUM INDIGNISSIMUS, MORTALIUM OMNIUM POSTREMUS SANCTISSIMI NOMINIS EXALTATIONEM.

QUod ego Conditori, Servatori, Reparatori, denique Auctori bonorum omnium in publicam aliquam grati animi mei significationem perexile hoc munus dicem, & offeram; facit hoc paupertas mea, facit immensa Clementia Tua, suavissime JESU, qua licèt nos, quantacumque fecerimus, servi adhuc inutiles simus, nihilominùs quantulumcumque Tui caussa fecerimus, id Tu gratum, acceptumque habes. At ego, ut illud fatear, quod Tibi, cujus oculis nuda, & aperta sunt omnia, perspectissimum est, in hoc Volumine consecrando Divino

Tuo Nomini non modò publicum qualecumque memoris animi argumentum, sed meas etiam rationes, Te permittente, spectavi. Nam quanta sit mearum abyssus miseriarum; Tu, qui profundum abyssi intueris, ac dimetiris, penitissimè nosti. Simul autem quin severissimus Judex ad extremum animæ meæ Judicium jam propinques; in hac mea devexa ætate non est quod dubitem. Quid igitur superest, nisi ut miseriarum abyssus Abyssum invocet Misericordiæ Tuæ? nisi ut meum mihi Judicem gemebundus tempestivè propitium reddam? Siquidem frustrà, quando tempus acceperis, in quo ipsas etiam justitias judicabis, Divinas tuas Miserationes inclamem, nisi hoc tempore acceptabili, his diebus salutis illas studeam promereri. Atque equidem scio, non esse quemquam Te dignum, qui suam non accipiat Crucem, & sequatur Te; qui Tibi in multis fratribus Primogenito, qui Tui e Cruce pendentis imagini conformis non efficiatur. Scio, supernam istam Hierusalem construi de viventibus Saxis, quæ salubri tunsione plurima Fabri malleo polita sint, ad instar Tui, quem dira quæque pati oportuit, & ita intrare in Gloriam Tuam. Sed ego infelix Sacerdos quantopere vel ipsum horream conspectum Crucis, Tu vides. Ergo age, Misericordiarum Pater, age, miserere animæ meæ, quam ut quæreres, exultavisti ut Gigas ad currendam viam e summo Cœlo egressus: ingere cordi meo patiendi ardorem: fac, ut Tibi aliquando configar Cruci, ut hoc saltim extremo tempore incolatus mei vivam ego jam non ego, sed in me Tu vivas, qui ut me erueres de potestate tenebrarum, ac transferres in tuum lumen, & regnum, torcular calcasti solus, & omnia Indumenta Tua inquinavisti. Da simul eumdem spiritum, eumdem Crucis amorem fidelibus Populis, ut in triumphali hoc Signo, in quo Tu ejecisti foras hujus Mundi Principem, texisti tuos, inimicos curvasti, omnia denique ad Te traxisti, ipsi pariter vincant, sicut ille quondam Romani Nominis Princeps, Tuæque Fidei propagator: vincant infernos hostes, vincant Mundi illecebras, & irritamenta, vincant sævientem membrorum legem: itaque, sublatis e medio, quibus impugnantur, peccatis, conciliatoque sibi adjutorio Omnipotentis Dexteræ Tuæ, & ipsi triumphent de ingruentibus malis, & exaltetur etiam atque etiam Sanctum Nomen Tuum toto Orbe terrarum, & Ecclesia Sponsa Tua gloriosior, pulchriorque appareat, suavissimaque secundùm Te pace lætetur. Hæc erunt redundans meæ pretium operæ: hæc uberrimi vigiliarum fructus: hinc in Ecclesia Plebis, hinc in Cathedra Seniorum novum argumentum existet Divinarum laudum Tuarum. Ita fiat, ita fiat, clementissime JESU, cui honor, gloria, & imperium per infinitas myriades sæculorum.

MINORITÆ LECTORI

CHRONOLOGUS ORDINIS SALUTEM IN EO, QUI EST VERA SALUS.

SOluti aliquandò publicis aliis curis, quibus nos diutissimè Prælatorum nutui, & imperium subjectos voluit (1), Volumen hoc nostrum jamdiu magna parte excusum, jamdiu verò intermissum absolvimus, & Chronologiam nostram, auctam brevi, propitio Deo, Volumine altero, ad hos usque extremos Annos perducimus. Utilitatem, necessitatem, præstantiam Operis (si ea quidem seponantur, quæ nos facilè in eo continuando peccavimus) nihil attinet hoc loco commemorare. Notiores eæ sunt, quàm ut cujusquam verbis indigeant. In hac Familia nostra, in Familia Transalpina, diurna, nocturnaque manu Opus versatur & a Moderatoribus, & a subjectis Fratribus, qui ad Dei & Patris omnium, ad Ecclesiæ Matris, ad Sacri Ordinis nostri sanctissimas Leges sua exigere officia student. Itaque etsi maximo numero cujusque Voluminis exemplaria fuerunt olim impressa; iis tamen distractis omnibus, etiamnum ex Provinciis exempla priorum Voluminum instanter ex nobis, sed frustrà quæruntur.

Debet hoc tantum commodi Sodalitas universa P. Ministro Generali Joanni Neapolitano, qui primus ex Cismontana Strictiori Observantia ad Supremam Ordinis Præfecturam assumptus fuit; Magno, inquam, illi Viro, cujus laudes nostri celebrant Historici. Is quemadmodum in rebus omnibus totus in eo erat, ut disciplinam, splendorem, ceteras denique utilitates Ordinis studiosissimè promoveret, fretus quoque ea nominis amplitudine, quam apud Innocentium X. Pontificem Maximum, Regesque, & Principes nactus est maximam; sic ad regenda suorum officia Opus istud informavit animo, quod vel in ipsa sui adumbratione utilissimum Ordini futurum vidit.

Mandaverant pridem certè Constitutiones Vallisoletanæ 1594., & Segovienses 1621., ut quævis Provincia, quodvis Cœnobium in Provinciali, & Locali Archivo Scripturas omnes asservarent ad se pertinentes. Mandaverat Capitulum Gen. Romanum 1639., ut Familia utraque secum invicem communicaret per exemplar authenticum Monumenta illa, quæ in Archivo suo Generali unaquæque servaret, *Actus omnes Capitulares, Decreta, Bullas, Declarationes SS. Congregationum, Decisiones Rotæ, & Sententias latas in Causis, nostræ Religioni spectantia*: spectantia scilicet ad Religionem nostram vel nominatim, vel simul cum Religionibus aliis. Hoc siquidem postulabat *finis vitandi Lites*, ad quem id generis præscriptiones pertinent, uti docet cum aliis P. Sanctorus (2); seu finis alter latiùs patens, rectitudo videlicet, sanctitasque regiminis, ad quam prædicta simul omnia per se ipsa referuntur, ut cuique perspicuum est. Veruntamen universa illa in Tabulariis delitescentia, subjecta etiam periculo, ne casu aliquo, ut sæpissimè accidit, deperirent; non poterant necessitatibus Ordinis fermè quotidianis occurrere. Quapropter Minister Generalis Joannes quæ ex illis in posterum tempus usui esse nostratibus possent; ea in lucem publicam proferenda constituit. Vidit quoque (ad Acta Comitiorum Generalium quod pertinebat), rem valdè utilem fore, si Acta illa a primordio usque nascentis Religionis repeterentur. Quumque si in unum idemque Volumen conjici voluissent tum Acta isthæc, opus valdè implexum, perobscurum, difficile; tum Bullæ, Decreta, & alia, quorum non eatenùs salebrosa collectio erat; futurum prospiceret, ut istorum editio diu illorum caussa protrahenda foret; ideircò altera ab alteris sejungenda decrevit.

Atque istorum quidem colligendorum demandata cura Patri Laurentio Veneto, Venetæ Obs. Provinciæ S. Antonii Exministro, brevi prodiit Liber inscriptus: *Pontificiæ Constitutiones ad Seraphicam Religionem spectantes, nunc recèns e præscripto Rmi P. Ioannis de Neapoli Totius Ordinis S. Francisci Ministri Generalis collectæ, & accuratiùs excussæ*. In hoc Libro, evulgato Venetiis Anno 1647., quamplurimæ fuerunt descriptæ Summorum Pontificum Constitutiones, & SS. Congregationum, ac Vicariatus Urbis Resolutiones, & Mandata, Sententiæ insuper, ac Monitoria Rmorum Præsulum Auditorum Cameræ Apostolicæ; quæ vel Ordini, Provinciis, Conventibus peculiaria essent, vel nobis essent, aliisque communia. In quibus agitur de statu Ordinis, ejusque gubernio, ac Privilegiis; de Electionibus; de Novitiis, de Apostatis, de Ejectis; de Confraternitatibus Laicis; de Clementina Casuum reservatione; de Mendicantium Ordinum Privilegiis; de Cœnobiorum Regularium fundationibus; de Rebus Regularium non alienandis; de Regularibus a S. Officio Pœnitentia multatis; de Mulieribus Tertiariis Religionum; de Sepulturis, de Funeribus, & Emolumentorum funebrium Quarta Canonica; de interdicta universis disputatione in alterutram partem super Immaculato Conceptu Deiparæ, ubicumque adesset Virorum, & Mulierum multitudo promiscua; de exemptione Ecclesiasticorum, & Piorum Locorum omnium ab hospitio Militum, &c. Agitur quoque de Clarissarum exemptione ab omni Onere; de Clausura, & reformatione Monialium quarumcumque, de Eleemosynis iisdem præstandis, de Electione Abbatissarum; de Facultate tributa Ecclesiæ Urbanæ S. Jacobi Nationis Hispanicæ celebrandi etiam in Dominica 2. Adventus Ritu duplici 2. Class. SS. Conceptionis Festum; deque aliis, quæ nostris essent ad cognoscendum necessaria, vel utilia. Sed tamen plurima prætermissa fuerunt non modò ex communibus, sed

(1) Infr. pag. 579. B. & seq. Not. f.

(2) In Const. Cap. 8. Stat. 57. ad calc.

ex iis pariter, quæ Minoritas nostros nominatim respicerent; & inter alia celebres Resolutiones illæ, quæ, in quatuor Distinctiones partitæ, editæ fuerant 9. Septembr. 1635. a Sac. Congne Particulari per Urbanum Pontificem designata; quæque, dum de Legatis agitur, haberi semper præ oculis debent.

Tardiùs porrò ob eam caussam, quam supra attigi, emissa est Comitiorum Generalium Series. Pluribus ad id delectis ministris, qui Monumenta conquirerent; collecta deinde ab illis Minister Generalis Joannes transmisit P. Michaeli Angelo Neapolitano ex eadem nostra Laboris Provincia, qui eam Scripturarum, & Voluminum molem, totam fermè (ut ipse Michael narrat) chaos simillimam, corrigeret, ordinaret, suppleret. Quod dum ille exequitur, P. Minister Generalis, Valentinus Archiepiscopus, promovente Philippo IV. Rege Catholico, tunc designatus; posteaquam Provincias plures, Religionem totam visitaturus, peragravisset, & Congni Generali præfuisset Anno 1648. in Urbe Victoria habitæ; mox Matriti immatura morte præripitur summo cum dolore totius Ordinis.

Sed inde Auctori adjumenta non defuerunt tanto molimini necessaria. Nam, Vicario Generali creato Viro doctissimo Patre Daniele a Dongo Reformatæ Provinciæ Mediolanensis Alumno, qui ut antea, sic multò impensiùs sedens ad gubernacula Ordinis, sese illi & consilio, & opera solertissimum præbuit adjutorem; evulgatur tandem Anno 1650. primum illud Chronologiæ nostræ Volumen, a Sodalitate universa diutiùs expectatum, & pari cum animi voluptate exceptum. Editis jam seorsum Monumentis aliis legalibus, omissoque in eo primo Volumine etiam Indice, quem Auctor ad secundi calcem distulerat, complexus fuit Scriptor illustris, ac de nobis omnibus optime meritus, eo Libro paginis quatuor supra septingentas conflato Acta Comitiorum ab Religionis exordio ad Annum usque 1633. Ut proinde si recudendi forent in unum compacti tum Liber iste, tum alter Laurentii Veneti, auctus quoque plurimis Documentis, quæ desunt, uterque autem necessariis animadversionibus illustratus; ex primo illo Chronologiæ Volumine plura prodirent.

Continuationem deinde præstantissimi Operis diligentissimè ursit P. Laurentius Cozza, dum Cisalpinæ Regulari Observantiæ Vicecommissarius præerat; ille, inquam, Vir summus & a doctrina multiplici, & a studio boni publici; Romanæ hujus Provinciæ, atque adeò totius Franciscani Nominis eximium decus, fulgentissimum Sidus; qui iisdem illis de causis a Benedicto XIII. immortalis memoriæ Pontifice ad Sac. Purpuram fuit evectus. Is, præposito huic rei perficiendæ Patre Julio Veneto, Observantis illius Provinciæ S. Antonii semel, & iterùm Ministro, strenuè simul laborantem adjuvit quoad liceret per occupationes publicas, quibus assiduè distinebatur. Ac P. Julius quidem id, quod in mandatis habuerat, diligenter effecit, quantum adversa patiebatur valetudo, qua perpetuò conflictabatur, edito nobis altero Chronologiæ Volumine, quod ad 18. labentis Seculi Annum perduxit: in quo tamen pariter non pauca omissa sunt ex iis etiam, quæ ad nos speciatim pertinent.

Postremò commissi sibi Ordinis, & Familiæ rationibus prospecturi PP. Petrus Joannes de Molina tunc primùm Generalis Minister, & Raphael a Lugagnano Cismontanæ Familiæ Moderator, præcelsi illi Religionis Proceres, quos nominare laudare est, prosequendæ ad eos usque Annos Chronologiæ Seraphicæ negocium demandaverunt P. Carolo Mariæ Perusino, Observantis Provinciæ S. P. N. Francisci pridem Ministro: qui quantus Vir fuerit tum præstantia ingenii, tum eruditione multimoda, intelligi ex eo potest (ut hanc unam ipsius laudem commemorem, quæ omnium est laudum instar), quod illum a se *plurimi fieri*, Benedictus XIV., Pontifex nempe ob doctrinam præsertim celebratissimus, & clarorum Virorum æstimator acerrimus, in quadam sua Constitutione publicè testatum voluerit. Is verò & pristinam in contexendo Opere rationem servavit, & illam ad eum gradum perfectionis adduxit, qui plenè fini proposito responderet.

Ac primùm ipse, suos Decessores sequutus, non modò Comitiorum Acta, sed & Monumenta cetera, accuratissimè iisdem verbis descripsit, quibus fuerunt initio condita; etiam si idiomate alio, quàm Latino, condita fuissent; ad instar famigerati Corporis Diplomatici a Montio, & Rousseto publicati, in quo omnia lingua ipsa sua repræsentantur, qua primitùs fuerunt scripta, Latina, Hispana, Itala, Gallica, Germanica; sicuti etiam *Pontificiorum Constitutionum* Liber, de quo supra facta mentio est, cuncta exhibet primitivo suo idiomate, Latino, Italo, Hispanico, quo fuerunt conscripta.

Nemo est enim tam rerum omnium expers, quem lateat, quot, quàm præclaros habeat, quàm necessarios usus Constitutio, Decretum, aliudve legale Documentum integrum, suisque relatum primigeniis verbis. Nam quæ ab Juris tractatoribus, in materias de quibus disserunt distributa, referri solent compendifacta, vel mutila, ac detruncata, uti a Roderico in Quæstionibus Regularibus; a Barbosa, Matthæuccio, Ferraris, aliisque sexcentis; ea ferè vacua non sunt suspicione, ne vel ex humana Authoris inconsideratione, præsertim multa scribentis, vel ex eo, quod ipse sic eadem intelligeret, exhibeantur, vel adhibeantur in eum modum, & sensum, qui sit a mente Principis, seu Tribunalis alienus: eoque magis, si ex una lingua in aliam versa sint. Pluries nos isthæc vidimus, miratique sumus in probatis etiam Auctoribus, qui omnium conteruntur manibus. Hoc idem dicendum de Statutis Ordinis, quæ ab Authoribus nostris summatim, vel non integra producuntur ut jacent. Atque hinc videlicet factum est, ut auctoritas deperierit Sambucanæ Collectionis Statutorum Generalium Familiæ nostræ; licèt illa non ab uno fuisset, sed a pluribus elaborata, scilicet ab ipsomet P. Ministro Gen. Michaele Angelo a Sambuca, unà cum *prudentibus, & gravibus Religionis Patribus*, ut ipse testatur in suis Literis Collectioni præmissis; ac licèt insuper eadem a Sac. Congne Episcopor. & Regularium confirmata fuisset.

Quod autem speciatim attinet ad Sac. Congnum Responsa, quæ referuntur passim conflata ex verbis Dubii simul, & Responsionis; ea, utut a quoquam certò habeantur germana, nihilominùs vel ex caussa hac perplexam sæpè detinent mentem, quòd videlicet ignoretur, num aliqua illorum verba, quæ obortam dirimere difficultatem possent, sint verba Dubii tunc propositi, an ipsius Sac. Tribunalis ad Dubium respondentis. Quo in genere cum P. Cajetano Maria Merato, cui ceteroquin Res Liturgica immensùm debet, pluries taciti expostulavimus, quòd quum in utroque suo Indice Decretorum Sac. Rituum Congnis potuisset nobis rem longè commodissimam facere, relatis seorsim Dubiis, & Responsis, prout in Regestis ejusdem S. Congnis exscripta sunt; maluerit brevitatis caussa, utraque in

unum

unum compingere, eoque pacto assiduis hæsitationibus aditum patefacere, alis nulla ratione submovendis, nisi autographis Regestis ipsis consultis, sicuti nos facere non infrequenter debuimus.

His de caussis Documenta legalia non integra, non suis verbis relata, ne satis quidem sunt semper privatæ privati cujusque directioni: nedum sufficiant, dum Controversia oritur vel intra Claustra, vel extra eum Regularibus aliis, cum Clero Seculari, cum Parochis, cum Episcopis, Magistratibus, Publicanis, seu Gabellariis, aliisve. Frustra tunc ostenditur Compendium aliquod, Lex aliqua detruncata: potissimùm si vehemens, ut sæpissimè usuvenit, contradictor existat. Proferenda tunc Lex, qualis edita principio est. Perpendendum in Lege Proœmium (siquod illa habet, ut habet fermè), ex quo solet caussa finalis dignosci: perpendenda dispositio ipsius Legis: perpendendæ clausulæ finales, & intermediæ, quas adhibuit Legislator: singula istius verba attendenda, eorumque legalis vis ac potestas: præcedentia verba, & consequentia invicem conferenda: ad omnia demùm, quæ in Lege sunt, etiam minima, advertendus animus, quandoquidem, ut Juris Doctores admonent, *nec syllaba* in Lege supervacanea censenda est, & a Legislatore posita sine mysterio aliquid operandi.

Hæc eadem de Decretis, quæ expressè generalia sunt, iteque Statutis Ordinis dicta sint: quæ omnia & ipsa directè sunt Leges. Itidemque in Tribunalium Responsis inquirendum est, quodnam fuerit Dubii *datum*, quodnam *quæsitum*: quæ facti adjuncta, seu circumstantiæ fuerint: quæ fuerint ipsissima Responsi verba; & circa hæc adhibendæ animadversiones omnes, quas paullo ante innuimus. Quamobrem nunquam satis commendari ea ratio potest, quam ab initio ipso usurpatam P. Perusinus retinuit, describendi Monumenta integra, suisque primigeniis verbis: cujus nos methodi utilitatem simul, & necessitatem omnimodam tum in Curia diu versati, tum aliàs passim, in negotiis Ordinis, Provinciarum, Conventuum, & privatorum Religiosorum, nostra veluti manu contrectavimus experimentis assiduis.

Illud etiam præclarè a Perusino factum, & e re utriusque Familiæ publica, ut Monumenta omnia repræsentaret, quæ ad rem facerent, sive eousque inedita, sive jam alibi fuissent impressa; vestigia videlicet persequutus antecessorum suorum, aliorumque pariter Auctorum istiusmodi Operum, qui hoc ipsum fecere, anecdota simul, & edita in medium proferentes, quæ ad finem Operis pertinerent. Optimo id sanè consilio, ne illi, qui iis Operibus erant usuri, vel non possent plenè eum finem consequi, in quem unumquodque Opus collinearet, vel ad id aliis insuper egerent Operibus, & aliis atque aliis gravarentur impensis, quibus essent non rarò impares.

Quod maximè in Opere, ad usum Minorum Regularis, & Strictioris Observantiæ publicando, providendum in primis fuit ob altissimam Paupertatem Fratrum, & Cœnobiorum nostrorum. Quotusquisque enim Conventuum aut habet, aut suis comparare Religiosis potest magnum illud Corpus Bullarii Romani, Resolutionum Congñis Concilii, Decisionum Sac. Rotæ Romanæ? quibus, aliisque præamplis Voluminum Seriebus vel omnibus, vel aliquibus ipsæmet copiosiores Bibliothecæ nostræ destituuntur; nedum aliæ inferiorum Conventuum, quarum pleræque propter eamdem Paupertatis caussam Libris etiam carent longè admodùm minoris impendii. Itaque cùm in aliis Libris id generis, tum diligentiùs in iis, qui ad nostratum commodum potissimùm vulgati sunt, eam legem usurpatam videmus; in Annalibus etiam Waddingianis, in quibus, tametsi non habeant in Ordine eum fermè quotidianum urgentem usum, quem Opus istud legale, positæ nihilominùs sunt Constitutiones plures, quæ, dum res postularet, peti poterant vel ex Corpore Juris Canonici, vel ex Gonzaga, ex Casimiro Romano, ex Fratrum Minorum Speculo, ex Firmamento Trium Ordinum, ex Monumentis Ordinis, eorumque Supplemento, ex Vinea Seraphica, ex Bullariis Laertii, & Angeli Cherubini, Caroli Cocquelines, Roderici, PP. Minimorum, aliisque.

Sed & in eo P. Perusinus egregiam Ordini navavit operam, quòd primitivam methodum restituit, a qua deflexerat P. Julius, re non satis perpensa ex causa præsertim, ut credimus, invaletudinis suæ, qua assiduè divexabatur. Nam, præter Monumenta peculiaria nobis, alia non quidem exotica ad institutum Operis nihil spectantia, quibus alioquin rebus Scriptorum quidam abundant; sed quæ nobis juxta, atque aliis communia essent, interseruit Perusinus tum Juliano Volumini, quod a se iterùm publicari fatetur in ipsamet fronte Operis, & mox latiùs in Præfatione, tum Continuationi suæ ad Annum usque 1751. sicuti etiam factum & in prædictis Annalibus Trium Ordinum, & in *Indicnis Bullarii Seraphici*, elaborato per P. Petrum de Alva, & Astorga Provinciæ Limensis Patrem, Supremæ Inquisitionis Qualificatorem, & Procuratorem Generalem Ordinis; tum etiam in aliis Operibus istiusmodi. Qua re Perusinus noster Opus istud ad perfectionem pristinam revocavit, pristino respondentem fini, quem habuit propositum P. Minister Generalis Joannes, ejusdem Operis Parens.

Mens namque istius, & consilium fuit, ut Monumenta omnia publicarentur, quæ Minorum Ordinem dirigere valerent; in quibus scilicet Minoritæ tum Subditi, tum Prælati haberent, unde sacra sua possent officia regere. Quumque in unum eumdemque Minoritam plura simul ejusmodi, eaque multiplicis generis officia confluant, in Deum, in semet, in alios tum domesticos, tum externos; in quorum uno si ille offenderit, factus est omnium reus: necesse fuit, ut subjicerentur nostratum oculis eæ Leges omnes seu Ecclesiæ, seu Ordinis, quæ ad varia illa dirigenda officia pertinerent, adeout iidem haberent, ut verbis utar ipsius P. Perusini, *absolutum Juris Canonici Franciscani Codicem*.

Neque enim satisfaceret obligationibus suis (ut rem nonnullis explicemus exemplis) Minorita Sacerdos, puta, si Sacrum faciens in aliena Ecclesia, non se conformaret ad Ritum illius Ecclesiæ; si Sac. Communionem Fidelibus in Vestibus nigri coloris ex Particulis in alia Missa consecratis præberet; si eamdem in Die Resurrectionis Dominicæ in sua Ecclesia administraret; si malus Spiritus Dei nomine adjurans, Venerabile Sacramentum Obsessorum capiti admoveret; si in privatis Oratoriis, quæ sunt in Laicorum Domibus, celebraret sine Regularis sui Superioris licentia, si celebraret in diebus per Indultum exceptis, si in iis SS. Eucharistiam distribueret sine Episcopi facultate, si Confessarius existens Sacramentales ibi Confessiones audiret, si aliud quippiam ageret Ecclesiæ Lege ibidem prohibitum. Neque similiter Cœnobii Præfectus, si curaret, vel sineret, ut Apostolicus Syndicus *ad cambium* (ut vulgò loquimur) pecunias sumeret, vel mutuas cum solutione lucri cessantis, & damni emergentis; si Libros prohibitos, quos aliquis e sibi subjectis, necessaria licentia destitutus, in Cubiculo ex ignorantia detineret, ipse imperitior apud illum persistere pateretur; si pateretur in Bibliotheca eosdem Libros manibus omnium expositos, & cum per-

mis-

smiasia Libria commixtos, non autem custoditos sub clavi; si ferret, ut e suis quisquam exscriberet Hebræo alicui Thalmudisticum, superstitiosum, cabalisticum Librum, aliumve ex iis, qui in Edicto Benedicti XIV. summatim enumerantur; si Feminas in Claustrum admitteret ad aliquod pietatis opus, vel ad cæmentaria ministeria obeunda; si Episcopo, Privilegiorum obtentu, in re aliqua obluctaratur, in qua ille delegatam in Regulares Jurisdictionem habeat. Nec suis itidem obligationibus aatisfacerent Provinciæ Minister, & Definitorii Patres, ai Conventuum pretiosa mobilia, licèt modici valoria, auctoritate sua, ut alienarentur, concederent; si, Canonicis Regulis non servatis, conferrent aliis honorificum Jua alicujua Capellæ, quod aliis olim fuisset concessum; ai manus apponerent ad aliud quidpiam ex tot illis, quæ potestatem ipsorum supergrediuntur; si Religiosum Laicum e Religione expellerent seculari veste indutum; si sui Recusationem admitterent in ea Causa, in qua locum illa non habeat; si in Controversiis, quæ oboriuntur sive intra Claustra, sive extra cum Ecclesiasticis aliis vel Regularibus, vel Secularibus, cum Ordinariia Locorum, cum Dynastia, aliisque, aliter ipsi, quàm Jus postulet, interpellati sentirent, ac dijudicarent vel ex Legum inscientia, vel ex ignoratione Regularum Juris, ad quarum præscripta Legea sunt intelligendæ. Sed infinitus sim, ai ire velim per aingulos nostri Ordinis Cœtus, & singulorum officia, quæ huc pertinent, percensere.

Ergo hia malia ut occurraretur, quæ & offensas Numinia, & vulgi sermones, & abalienationes animorum, & dicteria, turbaa, lites, impensaa afferre posaent, aimulque labem, interdum gravissimam, Franciacano Nomini importare vel turpia ignorantiæ, vel miræ perversitatis; opportunissimum, atque adeò necessarium fuit Opus, in quo non solùm Constitutiones in Comitiis nostris Generalibus latæ; sed & S. Ecclesiæ, Ipsiusque Sacrorum Tribunalium Dispositiones exhiberentur, per id temporis conditæ, quæ prodessent dirigendis Minoritarum officiis; eademque ob rationes, quas supra innuimus, non breviatæ, instar Compendii Annalium nostrorum ab Anno 1182. ad 1756. vulgati per Bonaventuram a Decimo, sed integræ, suisque omninò primigeniis verbis relatæ, ac sive eousque ineditæ, sive alibi impressæ: tametsi porrò illæ non pro nostratibus tantùm editæ forent, sed simul quoque pro aliis. Neque enim hoc facit, ut minùs eæ a nobis implendæ sint: quinimmò a nostris diligentiùs sunt custodiendæ, qui peculiari nomine debent S. Romanæ Ecclesiæ obedientiam, & reverentiam singularem, seque subditos, & subjectos ejusdem Pedibus profitentur.

Ad hanc igitur amussim, & normam Chronologiam Julianam, & suam Perusinus exegit: ut Minoritis nostris in promptu esset, unde perdiscerent, quænam per Ecclesiæ Leges, tam longo temporum spatio conditas (per quas passim antiquiores vel confirmantur, vel moderantur, vel abolentur), in omni vitæ ratione, & actu sibi minimè licerent; quæ verò facere ipsi vel deberent, vel possent; ac possent quoque contradictoribus, quandocumque prodirent, levitatem contradictionis suæ, ostensa Lege, monstrare.

Qua etiam de caussa non modò legalia Documenta posuit, quæ expressè generalia essent, verùm etiam, iis adjutus opportunitatibus, quibus Decessores caruerant, quamplurima interjecit, quæ pro aliis essent speciatim edita, ut puta pro PP. Dominicanis, Carmelitis, aliisve; in materia scilicet nobis, & illis communi, in qua propterea, si tunc de illis orta lis fuit, possit itidem cras, vel perendie de nobis oriri, eademque idcircò Decisio pro nobis posait, vel contra nos facere. Nullus enim in Re legali vel mediocriter versatus ignorat, quod cùm Pontifex, vel ab ipso auctoritatem habentes ad Quæsitum respondent a quoquam sibi propositum in aliquo peculiari casu; responsio illa jus commune faciat inter omnes (5).

Sic e. c. si ad Transactionem initam inter Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Cremonen., & Collegium illud Secularium Parochorum, conformare se minimè debent PP. Philippini (qui Regulares veri, proprii que non sunt, neque Chorum habent), quando Mansionarii seorsim a Capitulo intersunt Funeri, quod ducitur ad illorum Ecclesiaa; ut a S. Congñe Episc. & Reg. 1752. 3. Mart. responsum fuit in Cremonen. (resp. ad 5.); nemo hinc tam hebes non videt, multò minùs Minoritas nostros Cremonenses in eodem casu ad eamdem Transactionem se conformare debere. Itemque si in Causa Naulen. die 2. Decembr. 1752. Emi Patres Concilii interpretes responderunt, ab Episcopo visitari non posse Ecclesiam S. Mariæ de Ripa, eò quòd certò esset accessoriè unita Cœnobio Regularium ab Ordinarii Jurisdictione prorsùs exempto; eademque Ecclesia a Regularibus ipsis administraretur, nec haberet adnexam Animarum Curam; ecquis est, qui non planissimè intelligat, idem æquè jus esse Ecclesiarum ejusdem generis Hospitiorum nostrorum? quum in his eadem prorsùs illa militet ratio, in qua Responsum S. Congñis fundatur, accessoriæ videlicet, seu subjectivæ unionis cum Cœnobiis illis, quorum ea Hospitia sunt. Ac similiter ex eo, quod in *Mileuitana Associationis Funerum* 9. Dec. 1754. contra PP. Carmelitas, de quibus Caussa tunc agitabatur, Sacrum Rotæ Auditorium definierit, non posse illos, Funera comitaturos, in Defunctorum Domos se rectà conferre; sed in Parochialem Ecclesiam, seu aliam, si sic ferret consuetudo, convenire eosdem debere, non obstante allegata sua quasi possessione, utcumque vetusta; insciè quispiam arbitraretur, Decisionem istam ad Minoritas nihil spectare: quando contrà æqualiter illa & ad Carmelitas, & ad nos, & ad alios quoscumque Funera comitantes pertinet. Lex namque Ritualis Romani, cui Decisio Sacræ Rotæ innititur, communis est omnibus.

Ergo his nos consultissimis regulis, & vestigiis, quæ hucusque enarravimus, ingressi sumus in Continuationem nostram Chronologiæ Seraphicæ; exorsi quidem ab Anno 1751., quum videremus, P. Perusinum, properante ad exitum altero illo Volumine, ea ad Annum hunc statuisse, quæ sibi essent præ manibus. Quæ ipsa nos in hac nostra Chronologia ad eumdem Annum omisimus, apud illum legenda.

Meminimus adhæc semper, uti pariter Decessores fecerunt, non scribere nos tantummodò Minoribus universim; sed & singulis eorum Cœtibus, Ministris, Definitoriis, Cœnobiarchis, subjectis Fratribus; Confessariis Religiosorum, Monialium, Secularium; Postulatoribus Caussarum Servorum Dei; Missionariis, Parochis, Concionatoribus, aliis. Simul autem, cum Sacra Religio nostra, beatissimi Institutoris meritis, munificentissimi Numinis beneficio, toto terrarum Orbe diffusa sit; meminimus quoque, non solis nos scribere Italis nostris; sed & Hispanis, & Indis, & Germanis, & Belgis, & Polonis, & Dalmatis, & aliarum Gentium Fratribus, Observantibus, Reformatis, Discalceatis, Recollectis. Qua ex re necessariò illud exstitit, ut quæ

unia

(5) Apud Prosp. Fagn. in C. Quoniam n. 67. de const., & alios passim.

unis ad usum, & fructum sunt necessaria, aliis persæpè ad sacram tantùm eruditionem otilia sinc.

Monumenta, quæ descripsimus, illustrare pleraque studuimus scholiis, & animadversionibus nostris, quas lectoribus noo omninò inutiles fore confidimus. Per eas adnisi sic fuimus publicis commodis inservire, ut operam quoque dederimus privatis Animarum vel otilitatibus promovendis, vel detrimentis arcendis, vel anxietatibus profligandis. Sic, relatis initio Operis ad instructionem Confessariorum nostrorum paragraphis nonnullis Constitutionis Magni Pontificis Benedicti XIV. *de Iubilæi extensione*; notavimus ad calcem plurium illustrium Authorum Loca, in quibus illi opiniones ibi a Pontifice sefutatas sequuti sunt: nequis nimirùm in iis legendis, animum non satis advertens, Scriptorum illorum auctoritate motus falleretur in re gravissima, ex qua valor pendet Sacramentalium Confessionum.

Quumque ibidem Pontifex §. 11., de facultate agens, Monialibus, earumque Novitiis per nuperam Constitutionem suam a se tributa, eligendi *Confessarium quemcumque ad excipiendas Monialium Confessiones ab actuali Ordinario Loci approbatum*; declaret, *licere* illis IN HOC PRÆSENTI JUBILÆO, AD EFFECTUM EJUSDEM JUBILÆI CONSEQUENDUM, *Confessorium eligere ab actuoli Ordinorio Loci*, ETIAM PRO ALIO MONASTERIO, VEL PRO MONIALIBUS IN GENERE APPROBATUM &c.; opportunum duximus, Sacræ Pœnitentiariæ Decretum subtexere, quo Tribunal hoc in eumdem sensum declarat, non Pontificiam quidem Constitutionem illam subsequenti Anoo vulgatam, nec declaratione alia indigentem; sed suamet declarat Rescripta, quibus solet in dies Monialibus postulantibus similem Confessarii electionem concedere. Subtexuimus nempe, ut Confessarii nostri ab iisdem Monialibus requisiti sciant, possint necne ipsi illarum Confessiones excipere; neque ex iis alii restrictiùs hujusmodi Pœnitentiariæ Rescripta interpretentur, alii verò latiùs, quàm ipsius Sacri Tribunalis mens patiatur: illi videlicet ad coarctandum talium Rescriptoruio sensum ea ducti ratione, quòd facultas Confessariom eligendi *pro olio Monasterio, vel pro Monialibus in genere approbotum*, concessa *tempore Iubilæi*, tempore nimirùm indulgentiæ, majorisque liberalitatis Ecclesiæ, *ad effectum ejusdem Iubilæi consequendum*; credi ea ipsa non debeat extra Jubilæum quoque passim concedi Monialibus eam petentibus: isti verò ad eorumdem Rescriptorum sensum ampliandum ultra eam ipsam facultatem, Jubilæi tempore concessam, permoti verbis illis, quæ in Rescriptis ipsis habentur, *A Confessario approbato ab Ordinario*; his verbis existimantes designari Confessarium quoque ab Ordinario approbatum pro Fidelibus utriusque Sexus, etsi non pro Monialibus nominatim.

Alibi itidem io progressu Operis similia studia a nobis adhibeoda putavimus. Minùs tamen frequenter ea licuit adhibere in prioribus Paginis CCXXIV. istius oostri Voluminis: quippe quas elaboravimus, imprimendasque curavimus negociis assiduis interpellati Observantium Provinciarum omnium Cismontanæ Familiæ, ad Curiam oostram delatis, cui ex Prælatorum Generalium voluntate eramus tunc a Secretis: adeout singulari in oos oihil tale meritos Dei beneficio tribuamus, quod potuerimus tot illis, tamque variis eodem tempore perfuogi laboribus; adornate præsertim ea omnia, quæ subjecimus ad diem 6. Martii 1756. ad sartum tectumque altissimæ Paupertatis Votum, & *capitale* Præceptum Seraphicæ Regulæ, quoad fieri posset, servandum.

In iis commentationibus nostris, ubi de Statutariis rebus sermo erat, Constitutiones etiam Ultramontanæ Familiæ, quoad ejus facere potuimus, ob oculos habendas curavimus. Cum illis consuluimus pariter celebrem *Glossam fundamentalem* P. Thomæ Montalvi, dum copiam illius habuimus (in Bibliothecis enim Italiæ Operis exemplaria desunt): quam Glossam merito suo plurimi æstimant Hispani nostri, ea, inquam, Natio, quæ (ut suum cuique more nostro tribuamus) cùm aliàs semper, tum hac præsertim ætate lumen, ac decus est longè præcipuum Franciscanæ Sodalitatis. Siquid tanto Viro in multitudine rerum scribendarum excidit in re gravis momenti, Legibus non satis consonum; non potuimus, quin ad implendas coram Deo partes officii nostri id moneremus; incolumi quidem demississimo obsequio nostro, quo pii juxta, ac docti Viri, deque Ordine optimè meriti memoriam veneramur. Hæc eadem dicta volumus de iis, quæ in PP. Sanctoro, Kerckovio, Ameoo, Matthæuccio, Ferraris, aliisque præclarissimis Scriptoribus nostris, tum etiam io externis alicubi ootanda censuimus.

Interseruimus ubique Decreta vetitorum Librorum, quippe, ut quodam loco diximos (4), ad finem, & inscriptionem Operis pertinentia. Maximè quum hoc potissimùm tempore necessarium sit, supra quàm dici possit, ad integritatem Fidei, & ad morum custodiam, internoscere noxia pascua, ac depravatos fontes: compererimus contrà, ipsum quoque Indicem Benedicti XIV., & SSmi Domini Nostri PII VI. pluribi deesse in ipsa Italia nostra; nedum credi possit, illum esse in remotioribus terrarom partibus frequentiorem. Quam ob rem Libros alios eorumdem Auctorum, ante hos Annos nostræ Continuationis proscriptos, pluries memoravimus, ut ampliorem, quoad per nos fieri posset, & instituti ratio pateretur, numerum interdictorum Librorum recenseremus. Institueramus initio integras Constitutiones ipsas, & Decreta referre prohibitionum hujusmodi. Sed recogitantes postmodùm, in hoc genere vetitorum Librorum oriri controversias non solere, quibus dirimendis textu integro opus sit; satis habuimus, ut satis habuit Ecclesia in suis Indicibus, exhibere inscriptionem Libri, adjecta die prohibitionis; prætereaque innuere, per Decretum ne ille proscriptus fuerit, an per Literas Pontificias, ob rationem suo loco legendam (5).

Addidimus insuper Folia integra Resolutionum S. Congñis Concilii, ut ex illis tum adjuncta, seu circumstantiæ facti, tum rationes utrinque propositæ aliquatenùs intelligerentur. Ac pariter in aliis Causis, quæ intra, vel extra Ordinem definitæ fuerunt, narravimus circumstantias facti, quas vel ex Regestis Ordinis, aut S. Congñis, apud quam acta Causa fuit, vel ex Causæ Positione in ipsius S. Congñis Tabulario asservata, nobis licuit comperire. Diligentissimè namque facti adjuncta in unaquaque Decisione rimanda, & expendenda sunt, ne errore labamur.

Nam (ut unum, vel alterum exemplum proferam) quod Sacra Concilii Congregatio in Causa *Taurinensi* responderit (6), Reductionem, de qua ibi agitur, non sustineri, ideoque celebrandas Missas in vim Reductionis non celebratas, ac manuale stipendium deinceps quoque præbendum esse; perperam ex

(4) Infr. pag. 284. A. post med. (5) Infr. pag. 287. sub init. (6) Infr. p. 63. B. sub init.

ex eo oppugnaret quispiam Reductiones cunctas Onerum Missarum, illorum etiam Onerum, quæ ex Legatis proveniunt, peractas olim a Moderatoribus nostri Ordinis, vel alterutrius Familiæ ex Pontificia facultate pro cunctis Fratrum, & Monialium Locis sibi subjectis. Disceptabatur enim in Taurinensi illa de Onere per Contractum suscepto, quemadmodum ex Folio ejusdem Causæ facilè poteat intelligi. Pontificium verò Indultum, ibi commemoratum, istiusmodi Onera, ut videtur, haudquaquam complectebatur. Ergo inde hoc solùm licet colligere, reduci non posse Onera per Contractum recepta, nisi S. Sedis Indultum satis claré ad isthæc pariter protendatur.

Sic item ex eo, quod Sacra Rituum Cong.o in *Uritana* censuerit in Resp. ad 1. (7), non licere Insigni Collegiatæ Ecclesiæ *Casalis Novi* celebrare Festum S. Antonii Patavini; hoc inferri dumtaxat potest, Regularibus nempe in solemni celebratione Festi proprii Ordinis prælationem deberi, ceteris quidem paribus; minimè verò, si alia Ecclesia jus habeat Solemnitatem eamdem celebrandi ex peculiari aliqua ratione legitima. Hoc autem jure destitutam fuisse Collegiatam Ecclesiam illam; intelligitur planè tum ex ipsamet Resp. ad 1., tum magis magisque ex Responsione ad 2., in qua Sacra eadem Cong.o definivit, ne in alio quidem die Collegiatæ fas esse Festum illud celebrare. Cur porrò exclusa hæc fuerit ab illa agenda Solemnitate in alia quoque die; erui potest ex Dubio 5., ex quo constat, quod Ecclesiastici illius Collegiatæ, occasione Functionum in Patavini honorem peragendarum, eleemosynas in detrimentum nostrorum per Oppidum quæritabant. Quapropter cum præsentirent facilè Emi Patres, permisso illis Festo solemni, cui agendo satis graves requiruntur impensæ, morem hunc, paupereulis Fratribus detrimentosum, e medio tollendum non esse; hinc factum videtur, ut ne in alia quidem die Festum ab illis esse celebrandum responderint. Nam ceterùm ubi etiam una Ecclesia *jus* acquisierit *prohibendi*; excluditur tunc quidem Solemnitas ipsa in alia Ecclesia eodem die, at non in alia die. De quibus omnibus consulendus Index istius Tomi in v. *Festum*.

Jam verò cum in Decisionibus Sacror. Tribunalium, latis in hujusmodi Causis peculiaribus, affirmari pluries certò non possit, ea solùm, quæ exprimuntur in Foliis, Regestis, & Positionibus ante dicta, neque alia fuisse adjuncta *facti*; non est idcircò in uno tantùm Decreto tunc mordicùs, & pugnaciter insistendum: sed videndum, num aliqua alia Juris ratio ad decidendum in facto, de quo agitur, cum Decreto illo concordet, cui rei proderunt pluribi adnotamenta subjecta; vel num alia extent Decreta consona, qua de caussa Resolutiones cunctæ, quæ prodierunt, de eodem licèt argumento agentes, & a Perusino, & a nobis repræsentantur.

Quæ nos monemus in eum finem, ad quem continenter respeximus, & respecturi sumus, auspice Deo, in reliquo Opere, ut nimirùm dissidia, contentiones, lites amoveantur. Obversatur scilicet menti nostræ, ut debet, saluberrimum illud Monitum Seraphici Patriarchæ, qui Filios suos alloquens, *In adjutorium Clericorum*, ajebat, *missi sumus*, *Fratres Charissimi*, *ad Animarum salutem*, *ut quod in illis invenitur minus*, *suppleatur a nobis . . . . Deo est gratissimum Animarum lucrum. Hoc consequi meliùs possumus cum pace Clericorum, quàm cum discordia . . . . Si Filii pacis fueritis, Clerum, & Populum lucrabimini*. Extat quoque in eamdem sententiam insignis locus S. Augustini Epistola 55., aliàs 118. ad Januarium n. 2. & seqq. Quæ tamen accipienda sunt de veri nominis Pace, de qua alicubi diximus (8).

Decreveram, ad calcem statuere hujus Tomi Supplementa quædam nostra in præcedentia Decessorum Volumina; ex quibus Supplementis Paginæ XVI. jam olim fuerunt impressæ (9). Hinc factum, ut alicubi infra dicamus, consulenda ea esse in fine hujus Voluminis. At postea, ut priorem hanc partem Chronologiæ nostræ ad totum Annum 1765. produceremus; Supplementa illa, mutato consilio, ad calcem rejecimus Tomi sequentis. Id pleriaque gratius fore censuimus. Quædam hic nihilominùs, oblatis opportunitatibus, interposuimus. Illud ipsum in caussa fuit, cur in eumdem locum rejecerimus prospectum mutationum, quas Catalogus Provinciarum utriusque Familiæ, a P. Perusino descriptus, interea temporis passus est. Ibidem quoque ad easdem Provincias, & ad Catalogos Generalium Prælatorum, quos idem Perusinus exhibet, ponemus additamenta Patrum omnium, qui ad hos usque Annos ad Generales Ordinis Dignitates fuerunt assumpti. Qui sanè Prælatorum Catalogi, adscriptum habentes elegans cujusque elogium, quanto in pretio habendi sint; is fortè unus non videat, qui nihil attendat. Nam quod porrò attinet ad Catalogos chronologicos Constitutionum, Decretorum &c., ab ipso P. Perusino sub finem utriusque Tomi contextos; ii quidem in hoc nostro Opere minùs necessarii visi sunt, in quo eum ipsum chronologicum ordinem in referendis Monumentis omnibus accuratè servavimus.

Locupletissimum Indicem in fine adjecimus, dispositum ferè per Cognomina, Patrias, Ditiones. Dum in fine verbi unius verba alia consulenda citamus; consulenda volumus ea, quæ in quolibet ex his verbis dicuntur; non insuper verba alia, quæ ad eorumdem calcem citantur, nisi hoc expresserimus. Ne quis verò in Paginarum citationibus forsitan hæreat; admonemus, littera *A*, ut in dubbus Tomis præcedentibus, sic in isto, indigitari primam Paginæ columnam; littera *B* secundam.

Quæ errata in hoc Volumine offendimus, dum illud raptim in texendo Indice ultrò, citroque percurreremus; ea in fine posuimus cum correctionibus: quas rogamus ut lector adeat, errata cetera pro sua humanitate per se ipse emendaturus.

Quod superest, sanctè testamur, in scribando nos semper Deum, veritatem, bonum publicum spectavisse, non quidem aliqua virtute nostra, sed Dei clementissimi beneficio: si quid secùs alicubi fortè scripserimus, id præter mentem fuisse, ideoque revocatum, expunctum, obliteratum velle. *Quæ dixi* (concludam verbis melliflui Doctoris, ad Canonicos Lugdunen. scribentis Epist. 174. in fin.), *absque præjudicio sanè dicta sint sanius sapientis: Romanæ præsertim Ecclesiæ Auctoritati, atque Examini totum hoc, sicut & cetera, quæ ejusmodi sunt, universa reservo; ipsius, si quid aliter sapio, paratus judicium emendare*.

APPRO-

(7) Infr. p. 62. B. (8) Infr. p. 358. in fin. (9) Infr. p. 579. sub fin.

APPROBATIONES ORDINIS.

JUssu Rmi P. N. Commissarii Generalis Fr. Bonaventuræ à Placentia attentè legi *Quartum Tomum Chronologiæ Historico-legalis Seraphici Ordinis*, Authore R. Adm. P. Fr. Augustino Maria a Neapoli Lectore Jubilato, Definitore Generali, & ejusdem nostri Ordinis Generali Chronologo; nihilque in eo animadverti Catholicæ Fidei, aut bonis moribus contrarium, sed & Opus esse deprehendi accuratissimè elaboratum, ac selecta sic instructum eruditione, ut pro enodandis Legum dubiis nil securius, & ad regularem observantiam, disciplinamque promovendam nihil aptius esse videatur: illudque propterea publica luce valdè dignum existimo. Romæ ex Aracœli 2. Maji 1795.

F. Didacus à S. Maria Procurator Generalis Ordinis.

JUssu Rmi Patris Fratris Bonaventuræ a Placentia, Cismontanæ Observantium Familiæ Commissarii Generalis, vidi, & attentè perlegi *Tomum Quartum Chronologiæ Historico-legalis Seraphici Ordinis*, ab Admodum R. P. F. Augustino Maria a Neapoli, Almæ Observantis Provinciæ Terræ Laboris Alumno, Sac. Theologiæ Lectore Jubilato, Definitore Generali, ac Ordinis Generali Chronologo, dispositum, & egregiè illustratum summariis, supplementis, & scholiis opportunis refertum. Rectum, justumque judico, typis dandum esse, utpote, Nostratibus præsertim, apprimè utilem, ac necessarium; cum in eo nedum nihil deprehenderim Fidei Dogmatibus, bonis moribus, aut Ordinis nostri Legibus, & Historiæ contrarium, immò universa in eodem contenta hisce consona, ac optimè disposita, atque exactè pertractata observaverim.

Hac die 26. Aprilis 1795.

F. Flaminius Maria a Latera Lector Jubilatus, Minister Provincialis, Exdefinitor Generalis, & Scriptor Ordinis.

FR. BONAVENTURA A PLACENTIA

Lector Emeritus, in Universitate Cæsenæ Physices experimentalis, Jurisque Pontificii publicus Professor, & Doctor, S. Officii ejusdem Civitatis Consultor, totiusque Cismontanæ Familiæ S. P. N. Francisci Commissarius Generalis, Visitator, ac Reformator Apostolicus, & in Domino Servus.

CUM *Tomus Quartus Chronologiæ Historico-legalis Seraphici Ordinis* Authore Adm. R. P. F. Augustino Maria a Neapoli Lectore Jubilato, Definitore Generali, & ejusdem Nostri Ordinis Generali Chronologo, a duobus PP. Theologis de Ordine Nostro, quibus id commisimus, revisus, & approbatus fuerit; vigore præsentium facultatem eidem concedimus, quatenus, servatis servandis, illum typis mandare possit.

Dat. Romæ ex Aracœli die 8. Maji 1795.

Fr. Bonaventura à Placentia Commissarius Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Rmi in Christo Patris
R. Aloysius Maria de Carpo Secretarius Generalis.

APPRO-

APPROBATIONES.

DE mandato Rmi P. S. P. Ap. Magistri legi *Tomum Quartum Chronologiæ Historico-legalis Seraphici Ordinis* Authore R. Adm. P. Fr. Augustino Maria a Neapoli ejusdem Ordinis Lectore Jubilato, ac Definitore, & Chronologo Generali: illumque reperi non modò Fidei doctrinæ, morumque Regulis conformem; verùm etiam diligentissimè elaboratum, atque non mediocri eruditionis copia refertum; ejusdem Seraphici Ordinis Fratribus pernecessarium, aliisque Ordinibus Regularibus non parùm utilem. Quare publica luce dignum censeo.

Datum Romæ in Conventu S. Mariæ supra Minervam die septima Maji 1795.

Fr. Benedictus Peñarrubia Ordinis Prædicatorum Theologus Casanatensis, & S. Congr. Indicis Consultor.

COntinuationem *Chronologiæ Historico-legalis Seraphici Ordinis*, ab A. R. P. F. Augustino Maria Neapolitano ejusdem Ordinis Lectore Jubilato, Definitore, & Chronologo Generali accuratè, & diligentissimè elaboratam, jussu Rmi Patris Sacri Palatii Apostolici Magistri libentissimè perlegi: in ea enim non solùm Acta Comitiorum dicti Ordinis, & Summorum Pontificum Constitutiones, necnon Sacrarum Congregationum Decreta, & S. Rotæ Romanæ Decisiones exponuntur, sed etiam difficultates, quæ oriri possunt, solidissimè explanantur. Quare quæ in hoc Opere continentur, non solùm utilia, sed etiam summopere necessaria esse arbitror tum ad regenda cujusque modi officia & Superiorum, & Subditorum omnium præfati Ordinis; tum simul ad aliorum etiam Regularium jura tuenda: unde typis mandari posse censerem.

Datum Romæ in Conventu SS. Cosmæ, & Damiani de Urbe die 24. Aprilis 1795.

Fr. Ludovicus Brocchi Tertii Ordinis S. Francisci S. Th. Doct., Exprovincialis, & S. Congregationis Indicis Consultor.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendissimo Patri Sacri Palatii Apostolici Magistro.

F. Xav. Passeri Archiep. Lariss. Vicesgerens.

IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Vincentius Pani Ord. Præd. Sacri Palatii Apostolici Magister.

CHRO-

CHRONOLOGIA SERAPHICA HISTORICO-LEGALIS.

1751. 8. Jan. *De Jubilæi extensione ad universum Catholicum Orbem Epistola encyclica ad omnes Patriarchas, Archiepiscopos &c., in qua de Confessarii electione utilissima quædam traduntur.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

CELEBRATIONEM Magni Jubilæi in hac Alma Urbe, Domino adjuvante, complevimus (*& infra.*)

§. 9. Porro in pluries memorata Constitutione, *Convocatis*, data fuerat Pœnitentiariis per Ecclesias Urbis constitutis facultas absolvendi etiam Regulares ex iis Ordinibus, in quibus viget prohibitio, ne aliis, quam proprii Ordinis Sacerdotibus approbatis, peccata sua confiteantur. In alia autem Constitutione, *Paterna charitas*, per quam indultum fuit Monialibus, Oblatis, Tertiariis, Anachoretis, aliisque impeditis, ut Jubilæum, ipso etiam Anno Sancto, extra Urbem consequi possent; prædictis Monialibus, earumque Novitiis facultatem concessimus eligendi sibi, ad Sacramentalem Confessionem pro dicti Jubilæi consecutione peragendam, Presbyteros Confessarios quoscumque, sive Sæculares, sive Regulares, sed tamen *a Locorum Ordinariis ad audiendas Monialium Confessiones approbatos*; reliquis autem Oblatis, Tertiariis, aliisque Mulieribus in Monasteriis, seu in Religiosis, & Piis Domibus vitam degentibus, necnon Carceratis, Infirmis, cæterisque impeditis personis, tam Laicis, quam Ecclesiasticis, Sæcularibus, aut quorumcumque Ordinum Regularibus, etiam specifica mentione, & expressione dignis, indulsimus, ut ad eumdem effectum sibi eligere possent quemcumque Confessarium Sæcularem, aut cujuslibet etiam diversi Ordinis Regularem, qui tamen approbatus esset ad audiendas Personarum Sæcularium Confessiones ab Ordinariis, *in quorum Civitatibus, Diœcesibus, & Territoriis Confessiones hujusmodi excipiendæ essent*. Id etiam confirmatum voluimus in hac recenti Constitutione, per quam Jubilæum Anni Sancti ad alias Catholici Orbis partes extendimus, ut videre licet in §. *Insuper*, ubi Monialibus, earumque Novitiis facultas indulgetur eligendi *Confessarium quemcumque, ad excipiendas Monialium Confessiones ab actuali Ordinario Loci, in quo earum Monasteria constituta sunt, approbatum*; aliis vero Christifidelibus tam Laicis, quam Ecclesiasticis Sæcularibus, vel cujuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti, etiam specialiter nominandi, Regularibus permittitur, ut ad supradictum effectum eligere possint *quemcumque Presbyterum Confessarium, tam Sæcularem, quam cujusvis etiam diversi Ordinis, & Instituti Regularem, ab actualibus pariter Ordinariis, in quorum Civitatibus, Diœcesibus, & Territoriis Confessiones hujusmodi excipiendæ erunt, ad Personarum Sæcularium Confessiones audiendas approbatum*. Deinde vero in §. *Præsentes*, contrariis quibuscumque Legibus, Constitutionibus, & Consuetudinibus derogatur, ac nominatim iis, quibus vetitum sit, ne quorundam Ordinum Regulares extra proprium Ordinem sacramentaliter confiteri possint.

§. 10. Eruditioni autem vestræ, Venerabiles Fratres, ignotæ non erunt innumeræ controversiæ, quæ inter Morales Theologos agitantur, tum circa Confessarium, quem quilibet eligere potest Jubilæi tempore, ubi hujusmodi electio permittitur in Literis,

quibus Jubilæum ipsum conceditur; tum etiam circa Ordinarium Loci, cujus approbatio necessaria est; ut aliquis in Confessarium tunc eligi valeat. Aliqui enim putarunt, eligi posse Confessarium, etiam qui ab Ordinario Pœnitentis dumtaxat ad audiendas Confessiones approbatus fuerit. Alii non dubitarunt asserere, Apostolica adesse Privilegia quibusdam Personis concessa, quorum vigore Privilegiati hujusmodi, dummodo semel approbati fuerint ab aliquo Ordinario Præsule, licet non Ordinario illius Loci, in quo Confessiones excipiendæ sunt, nihilominus ubique in Confessarios eligi possint. Alii subtilius disputantes dixerunt, derivandam quidem esse approbationem ab Ordinario Loci, in quo Confessiones excipiuntur; sed sufficere illam, quam Sacerdos aliquando habuerit ab eo Præsule, qui Ordinariam jurisdictionem in hujusmodi Loco obtinuerit; licet non amplius idem ei Loco præsit, vel quia morte sublatus fuerit, vel quia ad alterius Ecclesiæ regimen auctoritate Apostolica translatus sit. Hujusmodi ratiocinationum commenta ad varias hujus S. R. E. Cardinalium Congregationes non semel delata, sæpe etiam reprobata fuerunt: nec omiserunt ipsi Romani Pontifices in suis Apostolicis Constitutionibus eadem contrariis Decretis configere, ut videre est in Bulla rec. mem. Prædecessoris Nostri Clementis Papæ X., quæ incipit, *Superna*, & in alia fel. record Innocentii Papæ XIII. incipiente, *Apostolici Ministerii*, necnon in Nostra, cujus initium est, *Apostolica Indulta*, in Bullario Nostro impressa Tom. I. num. C. Et quidem in dictis Prædecessorum Constitutionibus apposita fuit derogatio contrariis quibuscumque Privilegiis; licet post Tridentinum Concilium forsan concessis; in Nostra vero hujusmodi derogatio extensa fuit ad alia quælibet Privilegia, etiam a dictis Prædecessoribus, & a Nobis ipsis ibidem non nominatim expressa. Quoniam vero in præmissis nulla mentio facta fuit de Universali Jubilæo, de quo tunc minime agebatur; ne forte hujusmodi reprobatæ sententiæ iterum in medium proferrentur hac occasione, qua forsan contendi posset, eas maxime congruere ampliori Ecclesiæ liberalitati, qua, dum toto Terrarum Orbe ab ipsius Filiis celebratur Universale Jubilæum, nonnisi post vigintiquinque Annos recurrens, Spirituales Thesauros aperit, & Pœnitentibus largiter applicari desiderat; ideo in hac recenti Constitutione Nostra, quæ incipit, *Benedictus Deus*, ejusmodi verba inseruimus, per quæ omnes contrariæ, & reprobatæ opiniones, etiam præsentis Jubilæi tempore, exclusæ remanent; quæ quidem verba, occasione alterius Jubilæi sive universalis, sive particularis adhibita, eundem effectum similiter suot habitura.

§. 11. Cum autem Nos in hac novissima Constitutione, agendo de Confessariis, quos Moniales, earumque Novitiæ eligere poterunt, facultatem eisdem concesserimus eligendi *Confessarium quemcumque ad excipiendas Monialium Confessiones ab actuali Ordinario Loci, in quo earum Monasteria constituta sunt, approbatum*, quæ verba superius etiam in hisce Literis recitata fuerunt; quæsitum est ab aliquibus, an liceat Monialibus hac occasione in Confessarium eligere ejusmodi Presbyterum, quem Ordinarius, non quidem peculiariter pro earum Monasterio, sed pro aliquo alio approbaverit. Super quo Nos animadvertentes, quod, si Monialibus necesse esset Confessarium pro earum dumtaxat Monasterio approbatum eligere, frustraneum fere remaneret Privilegium hoc tempore eisdem concessum; facile adducti sumus, ut declararemus, licere Monialibus, earumque Novitiis in hoc præsenti Jubilæo, ad effectum ejusdem Jubilæi consequendum, Confessarium eligere ab actuali Ordinario Loci, etiam pro alio Monasterio, vel *pro Monialibus in genere* approbatum; nec unquam ob demerita expresse reprobatum; quum Nos non magis ab opinionibus laxis, quam ab iis, quæ nimium, & intolerabilem rigorem inducunt, alienos Nos esse profiteamur, *&c.*

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die prima Januarii MDCCLI. Pontificatus Nostri Anno XI.

Illud igitur certum, exploratumque habendum est, non posse Sacerdotes, etiam Regulares, valide Fidelium Confessiones audire, nisi sint approbati ab actuali *Ordinario Loci*; in quo *Confessiones hujusmodi excipiendæ sunt. Privilegiis enim, quæ circumferebantur, locus relictus est nullus. Rejicienda iccirco ea, quæ tradunt Antonius Cordubensis* (Annot. ad Compend. Privil. pag. 51. §. Quoad n. 16.), *Bordonus* (Variar. Resol. part. 1. resol. 36. qu. 7.), *Lezana* (Sum. Qu. Reg. c. 19. n. 5.), *Miranda* (Manual. Præl. tom. 1. qu. 45. ar. 8.), *Lantusca* (Theatr. Reg. v. Confessarius n. 12.), *Antonius a Spiritu S.* (tract. 2. disp. 3. a n. 12.), *aliique. Legatur Rotarius* (Theol. Regul. tn. 3. lib. 1. c. 1. de pœnit. punct. 7. n. 14.), *& P. Gabriel Angelus Vicentinus* (de Privilegiis Regular. tam pro administrando, quam pro suscipiendo Pœnitentiæ Sacramento par. 1. c. 8. p. 25. aeqq. Edit. Venet. 1768.)

Quod attinet ad §. 11.; *res ipsa admonet, ut S. Pœnitentiariæ Responsum hic subjiciamus, quod unà cum supplici libello P. Lucius Ferraris* (Biblioth. v. Confessarius ar. 4. n. 67.) *refert in hæc verba:*

Eminentissimi Sig. = Alcune Monache professe, esistenti in questa Città di Torino, umilmente prostrate a piè dell'EE. VV. espongono, qualmente avendo ricevuto dalla carità di cotesta Sagra Penitenzieria la facoltà in termini consueti di potersi tre volte l'anno confessare sagramentalmente da Confessore approvato dall' Ordinario; anzi dalla recente Costituzione del Regnante Sommo Pontefice per il Giubileo, di cui ha aggraziato li Monisterj, essendo concesso alle Monache potersi nel tempo ivi prefisso confessare da qualunque Confessore approvato per Monache; insorto perciò qualche dubbio, supplicano l'EE. VV. degnarsi dichiarare in risguardo al primo punto, se quelle parole, *A Confessario approbato ab Ordinario*, quali si leggono nelle Lettere, o Indulti della S. Penitenzieria, possano nel caso surriferito stendersi assolutamente a Confessore già stato ordinario, o straordinario del medesimo Monistero supplicante senz' altra nuova approvazione? In rapporto al secondo punto, se la predetta Costituzione s'intenda pure, come sopra, di Confessore stato già approvato per ordinario, o straordinario, o di qualunque altro? Che della grazia &c.

Decretum S. Pœnitentiariæ. S. Pœnitentiaria ex deductis in hoc supplici libello respondet, Indulta, de quibus agitur, per ejusdem S. Pœnitentiariæ organum a Summo Pontifice concedi Monialibus consueta, ex eorumdem Summorum Pontificum mente, ac voluntate non cadere sub regulas in Constitutione S. M. Clementis Papæ X. incip. *Superna*, sive in aliis consimilibus contentas. Quare declarat, sufficere, quod Confessarius, vigore hujusmodi Indulti ejusdem S. Pœnitentiariæ a Moniali eligendus, fuerit aliàs, etiam semel, ad Monialium Confessiones audiendas ab Ordinario approbatus, nisi constet, eumdem Confessarium fuisse postea ob demerita, quæ ipsas Confessio-

fessiones concernant, ab eodem Ordinario positive reprobatum.

Datum Romæ in S. Pœnitentiaria die 10. Martii 1750.

J. Card. Besutius P. M.

Loco ✠ Sigilli.

Franciscus Petrucciolus S. Pœnitentiariæ Secretarius.

Extractum ab Originali, cum quo collationatum concordat. In fidem &c. *J. Conti*.

1751. 22. Jan. *S. Congregationis Episc., & Regul. Decretum vide infr. ad hunc ipsum Annum 6. Mart.*

1751. 25. Jan. *Damnatur Liber*, Lettres avec ces mots latins, Ne repugnate &c., & *Libellus*, La voix du Sage &c.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Cum, sicut accepimus, in lucem prodierint Liber quidam Gallico idiomate editus, cui titulus: *Lettres avec ces mots latins: Ne repugnate vestro bono &c. Senec de constantia Sap. cap. 19. A Londres* 1750., & Libellus inscriptus: *La voix du Sage, & du Peuple. A Amsterdam chez le Sincere MDCCL.*, & Venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generales Inquisitores a Sede Apostolica specialiter deputati, audita Libri, Libellique hujusmodi censura sibi relata, illos, tanquam continentes doctrinam, ac propositiones respective falsas, erroneas, temerarias, scandalosas, Ecclesiasticis juribus injuriosas, de Schismate, ac de Hæresi suspectas, & alias a Sede prædicta damnatas, respective, prohibendos, & condemnandos esse censuerint; hinc est, quod Nos creditum Nobis a Domino Pastoralis curæ, & vigilantiæ munus, quantum Nobis ex alto conceditur, salubriter exequi cupientes, de memoratorum Cardinalium consilio, ac etiam Motu Proprio, & ex certa Scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, supradictos Librum, & Libellum, ubicumque, & quocumque alio idiomate, seu quavis editione, aut versione huc usque impressos, aut in posterum, quod absit, imprimendos, tenore præsentium damnamus, & reprobamus, ac legi, & retineri prohibemus, ipsorumque Libri, ac Libelli impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem, & usum, omnibus, & singulis Christifidelibus, etiam specifica, & individua mentione, & expressione dignis, sub pœna excommunicationis per contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo a quoquam, præterquam a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus, absolutionis beneficium obtinere queat, omnino interdicimus. Volentes, & auctoritate Apostolica mandantes, ut quicumque Librum, Libellumque prædictos penes se habuerint, illos, statim atque præsentes Litteræ eis innotuerint, Locorum Ordinariis, vel Hæreticæ pravitatis Inquisitoribus tradere, atque consignare teneantur; hi vero exemplaria sibi sic tradita illico flammis aboleri curent. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Ut autem eædem præsentes Literæ ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quisquam illarum ignorantiam allegare possit, volumus, & auctoritate præfata decernimus, illas ad Valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, nec non Curiæ Generalis in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Cursoribus Nostris, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibidem affixa relinqui; sic vero publicatas, omnes, & singulos, quos concernunt, perinde afficere, & arctare, ac si unicuique illorum personaliter notificatæ, & intimatæ fuissent; ipsarum autem præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eamdem prorsus fidem tam in judicio, quam extra illud ubique locorum haberi, quæ haberetur eisdem præsentibus, si exhibitæ forent, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXV. Januarii MDCCLI. Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

D. Card. Passioneus.

Publicata die 27. ejusdem Mensis, & Anni.

1751. 8. Febr. *Declaratur, Apostolicam, & Ordinis Constitutionem, qua duo fratres germani ingredi simul in Provinciale Definitorium prohibentur, vim etiam, locumque obtinere in Provinciis Germanobelgis.*

Mature perpensis rationibus hinc, inde productis, ut supra, & integro negotio discusso, declarandum, atque decernendum duximus, decernimus, & declaramus non modo authoritate ordinaria nostri Officii, verum & Apostolica nobis benigne per SS. D. N. Benedictum XIV. concessa, Constitutionem Apostolicam, & Ordinis nostri, qua prohibetur simultaneus ingressus in Provinciale Definitorium duorum fratrum germanorum, vim, & locum obtinere etiam in Provinciis Nationis Germanobelgicæ tum ex paritate rationis, cui præfatæ leges innituntur, tum etiam attenta Declaratione Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium de anno 1662., de qua Lantusca *in Theatro Regularium verb. Definitorium*; præcipientes R. A. P. Commissario Nationali, ut per omnes Provincias suæ Commissionis per litteras encyclicas quanto citius publicari faciat hoc nostrum Decretum, atque authenticam Declarationem, quam ab omnibus tam Superioribus, quam Subditis præfatæ nostræ Nationis sub pœna nullitatis Electionum, & aliis arbitrio nostro, & Successorum nostrorum infligendis omnino servari volumus, ac mandamus in perpetuum. Ex hoc nostro Conventu S. P. N. Francisci Matriti hac die 8. Februarii 1751.

Fr. Petrus Joannetius de Molina Minister Generalis, & Commissarius Apostolicus.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Rmæ Paternitatis Suæ
Fr. Ludovicus Perdigon Secretarius Ordinis.

Missæ ad eumdem P. Ministrum Generalem rationes fuerant in utramque partem, quæ innuuntur Decreti initio. Quod ad opinionem spectabat, affirmantem, posse duos germanos fratres in ea Natione simul Defi-

Definitorium ingredi; præter rationes alias, proferebatur speciatim pro Provincia inferioris Germaniæ consuetudo; tum etiam producebantur Epistolæ duæ, altera P. Ildephonsi de Biezma Ministri Generalis an. 1714. 9. Aprilis, altera P. Josephi Garcia Ministri item Generalis an. 1721. 31. Martii data. Nihilominus P. Minister Generalis jure declaravit, ut supra. Est præterea animadvertendum, prohiberi duos germanos fratres omnino, ne simul Provinciali Definitorio intersint, seu electionis titulo, seu alia quocumque nomine. Etenim eadem in omnibus legis ratio est; ac lex ipsa generalis est, titulosque excludit omnes, ut in superiori Decreto scite notatur. Vide etiam infra (sub die 16. Febr. §. Y resultando, §. At Minister, §. Eodem). *Vid. etiam Declarationes Reverendissimi Samaniego (Chronol. hujus to. 3. part. 1. p. 212. col. 1.)*

1751. 9. Fian. *S. C. Episc., & Regul. ad omnes Archiepiscopos, Episcopos, aliosque Ordinarios Italiæ, & adjacentium Insularum, omnesque Prælatos Generales Regularium Ordinum Literæ encycliæ, quibus diligentissima SS. Tabernaculi custodia imperatur.*

Molto Reverendo Padre

PEr ovviare all'esecrabile ardimento di certi figli di perdizione, che, oltrepassando i termini d'ogni empietà, stendono eziandio le sacrileghe mani al Santo de' Santi, all'Augustissimo Sagramento dell'Eucaristia, ed ai sacri preziosi Vasi, in cui l'Ostia consagrata, o le Sacre Particole si conservano; l'Appostolico Zelo da' Pontefici Romani non solo stabilì, che i Rei di così orrendo misfatto consegnar si dovessero al Braccio Secolare, onde sì punissero anche coll'ultimo supplizio; ma considerando, che talvolta ad un simile eccesso pur troppo adito si porge dalla negligenze, e colpevole disattenzione de' Custodi de' sacri Tabernacoli, ancor contro di questi prescrisse le dovute pene.

Ciò nondimeno però l'esperienza ha fatto conoscere, che alcuni de' medesimi Custodi, senza pensare, che l'accennato delitto non di rado proviene dalla di loro poca fedeltà, e vigilanza, trascurano impunemente una parte così essenziale de' loro doveri.

Quindi è, che la Santità di Nostro Signore, attenendosi all'esempio d'Innocenzo XIII. suo predecessore di felice ricordanza, ha espressamente comandato, che per la presente Lettera Circolare di questa Sacra Congregazione de' Vescovi, e Regolari si significhi a tutti gli Arcivescovi, Vescovi, ed altri Ordinarj dell'Italia, e dell'Isole aggiacenti, come pure a tutti li Superiori Generali degli Ordini Regolari, esser mente precisa della Santità Sua, che ognun di loro nella propria Diocesi, Territorio, o Distretto rispettivamente ingiunga, e coll'espressioni più urgenti, ed efficaci inculchi ai Parochi, Rettori, Sagrestani, o a qualunque altro, cui la custodia de' sagri Tabernacoli appartiene, di non mancare ad una cura tanto gelosa, e di ritenere presso di se le Chiavi, o di riporle in luogo sicuro sotto altra Chiave, in guisa che li Sacri Vasi della Santissima Eucaristia non restino mai esposti al pericolo d'esser involati, o toccati. Che se per negligenza, trascuratezza, o altro difetto colpevole della fedele, ed esatta attenzione de' sudetti Parochi, Rettori, Sagrestani, o altri incaricati della predetta custodia accaderà alcun furto sacrilego senza violenta frattura de' sacri Tabernacoli, e particolarmente se gli avessero lasciati aperti, o le Chiavi di essi nell'usciolo, o in altro luogo, onde gli scellerati Delinquenti le avesser tolte con facilità, e commesso avessero l'orribile misfatto; in questi, o somiglianti casi, vuole, e comanda Sua Beatitudine, che dai rispettivi Arcivescovi, Vescovi, Ordinarii, e Superiori Generali degli Ordini Regolari si proceda, anche in virtù del Capitolo *de Custodia Eucharistiæ*, contro li Parochi, Rettori, Sagrestani, o altri obbligati per ragion delle Cariche loro a custodire i sacri Tabernacoli, irrimissibilmente, e senz'altro Processo alla pena delle carceri, o ad altre ancora ad arbitrio, giusta la qualità della negligenza, e colpa, oltre la perpetua privazion dell'Officio di Sagrestani; ed in quanto ai Regolari, anche alla pena della privazione dell'una, e l'altra voce. Qualora poi si omettesse la ben dovuta diligenza in custodire, come di sopra si è motivato, la Santissima Eucaristia, ancorchè furto, e sacrilegio alcuno non seguisse, la Santità Sua vuole, e comanda, che ciò non ostante li nominati Parochi, Rettori, Sagrestani, o altri, come sopra, sieno sottoposti alla pena della sospension dell'Uffizio per tre mesi, come provvidamente dispose Innocenzo III. nel citato *Capo de Custodia Eucharistiæ*. Nè dovrà suffragare ai Parochi, Rettori, Sagrestani, o altri tante volte commemorati, ad oggetto di sottrarsi dalle pene enunciate, che da altro Sacerdote, o Ministro Sacro si lascino i Tabernacoli santi aperti, o le Chiavi di essi in luogo non sicuro; poichè ai detti Parochi, Rettori, Sagrestani, o altri spetta la diligente, ed esatta cura de' sacri Vasi, e del Santissimo Sacramento Eucaristico, ed essi sono strettamente obbligati a vegliar fedelmente, acciò, terminati li Divini Uffizj, il sagrosanto Deposito, ed i sacri Tabernacoli non soggiacciano ad alcun insulto, e sacrilego rapimento. Dovrà bensì contro il detto Sacerdote, o qualsivoglia altro procedersi alle medesime pene, come che avrà anch'egli data occasione ad un tanto eccesso.

E perchè gli Ordinarj de' Luoghi possan procedere giusta le riferite disposizioni Pontificie ancora contro li Regolari, o altre Persone esenti sopra la materia, di cui si tratta; si concedono agli Ordinarj medesimi in virtù della presente dalla S. Congregazione le Facoltà necessarie, ed opportune, cumulativamente però coi loro Superiori Regolari; ai quali parimente Sua Beatitudine vuole, che s'imponga il medesimo peso. Sarà poi parte indispensabile della pastoral sollecitudine degli Ordinarj di ragguagliare la stessa S. Congregazione delle processure, che seguiranno per le accennate rilevantissime cause.

Dovrà pertanto Vostra Paternità, affine di esigere la più esatta osservanza de' supremi comandamenti della Santità Sue, per di lei nuovo Precetto, da affiggersi nelle Sagrestie, ordinare, e comandare colle formole più stringenti, che le detterà il noto suo Zelo, a tutti li Parochi, Rettori, Sagrestani, o altri Custodi de' Sacri Tabernacoli, a lei soggetti, tutto ciò, che nella presente si contiene, e fu già espresso in altra Lettera Circolare della stessa S. Congregazione, spedita a tutti gli Ordinarj de' Luoghi sotto il dì 8. Gennajo 1724. per comando del Sommo lodato Pontefice Innocenzo XIII.

Confida Sua Beatitudine, che da Lei verranno fedelmente eseguiti gli ordini Pontificj, e che conseguen-

seguentemente non vi sarà più luogo a temere di alcuna irriverenza, o empio disprezzo dell' ineffabil Mistero Eucaristico; e Dio la guardi.

Roma 9. Febbrajo 1751.

Al piacere di V. P. M. R.
C. A. Card Cavalchini.
Giuseppe Maria Arcivescovo di Damasco Segretario.

De Epistola altera ejusdem S. Congregationis, jussu Innocentii XIII. edita, quæ supra memoratur, agit Benedictus XIV. (de Synod. Diœces. lib. 9. cap. 15. n. 4. Edit. an. 1755.), & , qui ipsum laudat, P. Ubaldus Giraldi (in C. Statuimus Innocentii III. pag. 446. tom. 1. Iur. Pontific. Noviss.). Decreta varia circa SS. Tabernacula, eorumque nominatim Clavim habes in Bibliotb. P. Ferraris verb. Tabernaculum.

1751. 13. Febr. *Serenissimi Electoris Bavarici mandatum pro Agredano Opere*, Mistica Città di Dio, *ad D. Præpositum Pollinganum.*

MAXIMILIANUS JOSEPHUS ELECTOR.

Dilecte, & fidelis. Firmiter equidem de vobis persuaseramus Nobis, vobis pro obsequentissima executione Nostri ad vos sub 12. Decembris 1749. emanati serii mandati, curæ, ac cordi futurum fuisse, ut subdito vobis Religioso P. Eusebio Amort efficaciter inculcaretis, unaque serio injungeretis, quatenus & de præsenti ulteriorem librorum scriptionem omitteret, & pro futuro ab ea abstineret, quippe ex qua nulla pro ædificatione populi utilitas, sed non nisi inutilia altercatio, indeque cogitatus varii, quinimo & noxia omnino animarum scandala oriri nata sunt.

Contra vero hanc indubiam persuasionem Nostram summa cum displicentia inviti jam percipimus, qua ratione dictus Pater Amort contra seriam inhibitionem Nostram denuo absque ullo rubore præsumere intendat contra Opus a P. Dalmatio Kich Ordinis S. Francisci Reformatorum Lectore, pro defensione honoris Beatissimæ Dei Matris, & Libri ubique notissimi, *Mystica Civitas Dei* dicti, modestissime scriptum, Opusculum quoddam Typis edere, indecentibus probris, & contemptu repletum, sub scandaloso frontispicio: *Nova demonstratio de falsitate Revelationum Agredanarum cum Parallelis inter Pseudo-Evangelia, & easdem Revelationes &c.*, minime considerans, præfatum Librum, *Mystica Civitas Dei* dictum, apud Sedem Apostolicam actu examinari, ac proinde nullatenus ad ipsum pertinere, ut præcoce crisi sua Judicium Summæ Sedis prævertat, privatamque, & pervicacem opinionem suam modo tam illicito in publicum mediante Typo evulget.

Quantumvis igitur vel ex hoc solo sufficiens jam equidem, quin & supereffluens Nobis causa afforet, sine mora adversus refractarium hunc vestrum, & gratiosissimis Jussionibus Nostris directe repugnantem Religiosum efficaci procedendi remedio, necnon & vosmetipsos ob indecentem hanc, emanato serio Decreto Nostro e diametro oppositam, conniventiam vestram severa, beneque promerita castigatione præstringendi; nihilominus adhuc & hac vice ad omnem superfluitatem ex innata Nobis clementia Nos continere, vobis tamen iteratum hunc lapsum vestrum repetita summa cum displicentia Nostra exprobratum, unaque serio injunctum volumus, ut non modo in sæpe dictum P. Eusebium Amort super isthac temeraria sua, Publico noxia, ac Infidelibus non nisi ad varii generis errores, peccaminosaque scandala deserviente præsumptione, debita correptione animadvertatis; verum etiam absque ulla tergiversatione eidem omni cum energia præcipiatis, ut, Typo prædicti Opusculi ejus prorsus suspenso, omni nisu provideatur, ut ne ullum quidem Exemplare illius in publicum dispergatur: siquidem plane ignorare vos nolumus, quod dictum Opusculum Nostris in Ditionibus prorsus non tolerare, sed quotquot demum Exemplaria quomodolibet deprehensa fuerint, pœnæ Confiscationis omnimodis subjecta esse velimus.

Præterea vero in casu, quo gratiosissimum, severissimumque iteratum Decretum hoc Nostrum non exactissimæ, celerrimæ, ac obsequentissimæ executioni mandaretur, eumdem P. Amort, ceu renitentem temerarium ob publicam ejusmodi inobedientiam Nostris prorsus Ditionibus exesse illico jubebimus. Vos vero, concreditumque vobis Monasterium Nostrum, quam quà Dominus Territorialis desuper juste concepimus, disgratiam, rejecta omni exceptione, aut excusatione, re ipsa ita sensibiliter experiri faciemus, ut sera cum pœnitentia vestra discere valeatis, quis respectus, quæve reverentia, & obedientia Electoralibus juxta, ac Territorialibus Præceptionibus, & prohibitionibus Nostris debeatur. Sumus de cætero addicti vobis &c.

Monachii 13. Februarii 1751.

Maximilianus Josephus Elector.

Controversiæ istius origo hæc fuit. P. Eusebius Amort anno 1744. publicavit Augustæ Vindelicorum Librum: De Revelationibus, Visionibus, & Apparitionibus privatis Regulæ tutæ. *Adversus ea, quæ in hoc Opere disputantur de Revelationibus Ven. Servæ Dei Mariæ a Jesu de Agreda, prodierunt anno 1747. Libri duo: alter Matriti ex Typographia Causæ ejusdem Ven. Servæ Dei, inscriptus*, Mystica Civitas Dei vindicata, *auctore P. Didaco Gonzalez Matheo Observ. Provinciæ Burgensis Lectore Jubilato (de quo Libro sibi a P. Gonzalez dicato, simulque de priori illo P. Eusebii Amort, S. M. Benedictus XIV. meminit sub finem Epistolæ suæ ad P. Raphaelem a Lugagnano Ministrum Generalem datæ, quæ legitur Chronolog. hujus tom. 3. part. 2. pag. 399.); alter vero P. Landelini Mair, Reform. Provinciæ Bavariæ Exministri, excusus Monachii apud Vatter, cui titulus:* Valde probabilis, & efficax præsumptio pro certitudine Revelationum V. Mariæ a Jesu de Agreda *&c.* contra novissimas observationes a nomemine an. 1744. per Typum Augustanum evulgatas.

Contra utrumque emisit P. Amort an. 1749. Augustanis iisdem typis Librum: Controversia de Revelationibus Agredanis. *Cui Libro tum prædictus P. Gonzalez suam opposuit* Apodixim Agredanam pro Mystica Civitate Dei, technas detegentem Eusebianas; *tum P. Dalmatius Kich Reform. Provinciæ Bavariæ Lector Theologus suam* Justam defensionem Revelationum Agredanarum. *Impressa utraque fuit Matriti in Typographia Causæ Servæ Dei.*

Atqui P. Amort alium elucubravit Librum, cui titulum fecit: Nova demonstratio de falsitate Revelationum Agredanarum. *De hoc in superiori Sereniss. Electoris Epistola sermo fit. At nihilominus editus Liber*

ber fuit eo ipso anno 1751. *Augustæ pariter Vindelicorum, quæ una est ex Imperialibus Urbibus. Sed eum P. Kiсb oppugnavit, publicata Matriti an.* 1754. *ex sæpe dicta Causæ Typographia* Continuatione justæ defensionis Revelationom Agredanarum. *Hæc ad controversiæ historiam pertinent.*

Ad rem ipsam quod attinet; quandoquidem illa ab instituti nostri ratione aliena est, hoc duntaxat observabimus, quod Patronis Causæ Ven. Servæ Dei dudum est observatum in Responsionibus anno 1773. *editis ad novissimas R. P. D. Promotoris Fidei Animadversiones. In conclusione Operis postremo loco memorati P. Amort sic scribit:* „ Finem Controversiæ a Summo Pontifice expectamus.... Fautoribus verò Revelationum Agredanarum amicè auctor sim, ut si Beatificationem V. Mariæ de Agreda promovere cupiant, ejus Revelationes universas ab omni illusione saltem phantasiæ liberas esse tuéri desinant, sed eas potius in classem piarum meditationum, et insinuationum divinæ pietatis referant. „ *Validius proferri argumentum non potest puritatis doctrinæ in* Mystica Civitate Dei *traditæ, quàm confessio hæc Viri perdocti, qui diu, multumque in hoc pervolutando Opere versatus est, illudque ad severissimum, diligentissimumque examen semel, iterum, tertio revocavit. Nam si posteaquam eam diu omnes veluti venas Operis, sinus, recessus rimatus est, penetravit, inspexit; agnovit tandem, Revelationes, de quibus agitur, referri pos*se in classem piarum meditationum, & insinuationum divinæ pietatis, *atque hoc pacto posse V. Servæ Dei* Beatificationem promoveri; *nihil igitur continent illæ, quod Fidei, vel bonis moribus adversetur, quodve doctrinam aliquam novam sapiat, & peregrinam, atque a communi sensu Ecclesiæ, & consuetudine alienam. Etenim si quippiam hujusmodi continerent; ne latum quidem unguem* promoveri *Beatificatio posset, & aliud nihil expectandum foret, nisi ut Causæ eidem perpetuum silentium imponeretur secundùm nota hujus S. Sedis Decreta in Causis hisce servanda, constanterque servata, quæ laudantur a Benedicto XIV. ad calcem Epistolæ suæ, quam supra innuimus, fusiusque in suo Opere de Canonizatione Sanctorum. Quapropter si doctrinam aliquam his Decretis adversam complecteretur Agredanum Opus*; amicè *potius P. Amort* fautoribus Revelationum Agredanarum auctor fuisset, *ut ne operam perderent, sed Beatificationis Servæ Dei conclamatam haberent Causam, omnemque ipsius promovendæ cogitationem abjicerent. Ceterum Causa hæc in Sacra Rituum Congregatione Particulari, cui Sanctissimus Dominus Noster hoc negocium demandavit, dudum discussa, apud ipsum Pontificem Maximum, dum hæc scribimus, pendet: cujus supremum hac de re Judicium expectant Fideles, ut Summi Pastoris vocem venerabundi audiant, & sequantur.*

1750. 16. Febr. *Rmi P. Petri Joannetti de Molina Ministri Generalis Sententia, qua post nonnulla spectantia ad Provinciale Capitulum anno* 1749. *in Provincia S. Fidei in nova Granata celebratum; quædam in posterum servanda mandat, quæ hic describuntur.*

EN nombre de la Santissima Trinidad, Padre, Hijo, i Espiritu Santo: Nos Fr. Pedro Juan de Molina Ministro General de toda la Orden de los Frailes Menores: Vistos estos Authos *&c.* (*& infra*).

Y siendo, como es, nuestro eficaz deseo establezer en nuestra Provincia, como en las demas sujetas a nuestra Jurisdiccion una firme, i estable paz, como esperamos obtenerlo con el favor Divino, la qual no es posible conseguir sobre otros fundamentos, que los de la observancia de nuestro Instituto, que tenemos obligacion de promover, i confirmar, i respectivamente restituir en la parte que huviere descaecido; haviendo hallado resultar de estos Authos, i Sentencia muchas cosas dignas de reformacion, i remedio para lo por venir, aunque en lo obrado hasta aquì en virtud de la dicha Sentencia nada intentamos inovar, mas para bien, i remedio de dicha nuestra Provincia decretamos, que se guarden inviolablemente las cosas siguientes.

Primero: Mandamos con precepto formal de S. Obediencia, i baxo las penas impuestas en el Drecho Canonico contra los que enagenan los bienes de las Yglesias, i Monasterios, i en las leies de nuestra Religion contra los Propietarios, que ninguo Religioso de ningun grado, i condicion que sea, ni el Ministro Provincial, ni el Capitulo Provincial por si, ni con licencia del Comissario General del Perù, ni del de las Yndias, ni nuestra, que seria nula, ni con intervencion del Sindico Apostolico, que para el caso, de que hablamos, ninguna authoridad tiene, enagenen, ni extinguan en modo alguno ningun Capital de pias Memorias, ni obras pias de ninguna especie: i si, como parece de los Authos, se hallasen haverse extinguido algunos de veinte annos a esta parte; mandamos baxo las mismas penas, que se reintegren por los modos, i medios proporcionados a nuestro Estado, sobre lo qual gravamos las conciencias del R. P. Provincial, i Difinitorio, i mandamos al M. R. P. Comissario General del Perù, que vele en la execucion de este nuestro Mandato, i nos dè puntual aviso de ello.

Segundo: Mandamos tambien por S. Obediencia, que todas, i cada una de las Doctrinas de dicha nuestra Provincia, se provean en Religiosos idoneos, que las puedan servir por si mismos, i en effecto las sirvan, i que de ningun modo, ni baxo ningun pretexto, ni color de superintendencia, satisfaccion, o soccorro de sus necesidades, se conceda intervencion en ninguna de ellas a Religioso graduado, aunque aia sido Provincial, ni Comissario General, si no es para el preciso effecto de administrarlas, i servirlas por su misma persona.

Tercero: Conteniendose en la referida Sentencia, que los RR. PP. Fr. Francisco Velez Ladron de Guevara, i Fr. Francisco Calvo de Molina satisfagan a los RR. PP. Fr. Dionisio, i Fr. Geronimo de Camino los costos allì expresados, que en los Authos executivos consta haver importado notable cantidad de Maravedices; mandamos severamente, i baxo las penas impuestas en nuestras leies contra los Propietarios, a todos los Superiores nuestros inferiores, que se abstengan en sus Sentencias de semejantes condenaciones, siendo, como son, contrarias a nuestra Seraphica Regla, i Profession, arregladamente a la qual unicamente pueden ser obligados los Superiores a satisfacer por medio del Sindico Appostolico deudas de sus Subditos, si estos las hoviesen contrahido por causa, o culpa de los mismos Superiores.

Y resultando tambien de los referidos Authos, i Sentencia, que uno de los principales motivos, e incentivos de los pleitos, inquietudes, i disturbios de dicha nuestra Provincia ha sido la simultanea inter-

tervencion de dos Hermanos carnales en un mismo Diffinitorio; deseando proveer de oportuno remedio para en adelante, por esta nuestra diffinitiva Sentencia declaramos, deverse observar en la dicha nuestra Provincia de S. Fee, i todas las demas de las Yndias, como se observa en las de España, i de toda la Religion, i sus dos Familias, el Breve de Urbano VIII. de buena memoria, que empieza, *Exponi Nobis*, dado en Roma a los 23. de Noviembre de 1634., por el qual prohive, que dos Hermanos intervengan en el Diffinitorio Provincial; i las leies de nuestra Orden conformes al mismo Breve, cuio contenido mandò observar en las Provincias de Yndias Phelipe IV. de gloriosa memoria por su Real Cedula dada a consulta del Supremo Consejo de las Yndias en ocho de Junio de mil seiscientos quarenta i ocho annos, que le fue intimada, i notificada al Provincial de la muchas veces dicha nuestra Provincia de S. Fee en 21. de Maio de mil seiscientos quarenta i nueve: A que se llegan reiterados Decretos de la Sagrada Congregacion de Obispos, i Regulares, por los quales tiene declarado, que deve observarse en toda la Orden, sin que por ningun pretexto, color, ni titulo se pueda ir contra ella: i tambien la authentica declaracion del Illustrissimo i Reverendissimo Señor D. Fr. Joseph Garcia de buena memoria, Obispo que fue de Ziguenza, i antes nuestro Antecesor, expedida en ocho de Noviembre de mil setecientos veinte i dos, i publicada en las Provincias de Yndias; por la qual determina, que se deven observar en todas las dichas Provincias los referidos Breve Apostolico, i leies de nuestra Orden; la que Nos confirmamos, declarando nulas, irritas, i de ningun valor qualesquiera declaraciones, i Decretos contrarios de algunos Comissarios de Yndias, no teniendo estos authoridad alguna contra lo establecido por los Summos Pontifices, Sagradas Congregaciones, Capitulos Generales, i Ministros Generales, a los quales privativamente compete por concesion Apostolica, i de los Capitulos Generales interpretar autenticamente las Constituciones assi Apostolicas concernientes a nuestra Religion, como las hechas en los Capitulos Generales: en cuia atencion mandamos se pena de nulidad de los Diffinitorios, i quanto en ellos se hiziere, de Excomunion *latæ sententiæ*, e inhabilidad perpetua para los Officios de la Orden, que se observen las sobredichas leies en nuestra Provincia de S. Fee, i demas de Yndias, i a su thenor no intervengan jamas dos Hermanos carnales en el Diffinitorio de una Provincia por ningun titulo, color, ni pretexto, sea por eleccion, sea por subrogacion en Diffinitura vacante, o por el Padre mas digno, o imediato; siendo nuestra mente, i voluntad, que assi como la lei es absoluta, general, e ilimitada, i su razon idemptica en todos los casos, assi generalmente sea observada, segun aquella Regla: *Ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus*. (*& infra*.)

Mandando, como expressamente mandamos, al Reverendissimo P. Comissario General de Yndias, i al M. R. P. Comissario General del Perù, que hagan executar esta nuestra Sentencia, i determinacion, como todo lo demas contenido en ella. Assi lo mandamos, fallamos, declaramos, proveemos, i diffinitivamente sentenciamos, usando no solo de la suprema authoridad de nuestro Officio, sino de la Appostolica a Nos concedida, *atque alio meliori modo*. En este nuestro Convento de N. P. S. Francisco de Madrid, i Celda de nuestra morada en diez i seis de Febrero de mil setecientos cinquenta i uno.

Fr. Pedro Juan de Molino Ministro General.

Intimacion. En S. Francisco de Madrid a diez i siete de Febrero de mil setecientos cinquenta i uno, yo el infra escrito Secretario en presencia de muchos Padres publiquè, e intimè la Sentencia de supra a los PP. Fr. Juan Thomas Delgado, i Fr. Antonio Diaz Flores, quienes respondieron, que la oian, i obedecian en todo, i suplicavan se les diese copia de ella: de lo que doi fee en dichos Convento, dia, mes, i año — Fr. Juan Thomas Delgado — Fr. Antonio Diaz Flores — Fr. Francisco Llorca Secretario General de la Orden.

Hæc Ministri Generalis Sententia oblata fuit supremo Indiarum Matritensi Consilio, ut obtineretur executionis Decretum, quod Pase vocant. Annuit Consilium, sed hac adjecta conditione: Con que, en quanto al punto del tercer articulo de la referida Sentencia, que prohive absolutamente la concurrencia de dos Hermanos carnales en un mismo Diffinitorio, se entienda, que no deve practicarse con los que ia estan en posesion de subrogar por otro en el caso de Vacante, i que solo prohibe el ingreso de un Hermano mediante eleccion, quando ai otro en el Diffinitorio, pues assi tendra sus efectos la Sentencia del P. Fr Juan de la Torre, que el P. General declara estar passada en authoridad de cosa Juzgada. *Addidit & limitationem alteram*: I que por lo tocante al quinto articulo, en que se reserva, i avoca el P. General todas las Causas particulares, que por incidencia de la nulidad del Capitulo, asumpto principal de dicha Sentencia, estuviessen pendientes; se entienda sin perjuicio de Tercero, i de la jurisdiccion de dicho P. Comissario General, *nempe P. Commissarii Generalis Indiarum*.

At Minister Generalis, Catholico Regi copioso admodum porrecto libello, iis rationibus usus, quæ in tertio Sententiæ articulo supra leguntur, aliisque in confirmationem additis, demonstravit, quantum ab lure limitatio prior abluderet. Adjunxit, se declaravisse quidem, Sententiam P. Ioannis de la Torre (cui, dum esset Commissarius Generalis illius Familiæ, fuerat a P. Raphaele a Lugagnano tunc Ministro Generali ejus Causæ cognitio delegata) in rem judicatam transiisse; at vero id a se declaratum fuisse quoad cetera multa illius Sententiæ capita, quæ in hac sua Sententia, de qua agitur, non reformabantur; non quoad caput etiam, quo Pater de la Torre judicaverat, licuisse duobus germanis fratribus simul in Definitorium subrogationis causa ingredi: hoc enim caput expressè a se in hac sua Sententia reformatum fuisse, quippe quod nullum, irritum, Legibusque, ac Decretis hac de re latis contrarium esse fuisset. Denique id ipsum (quod nempe Sententia Patris de la Torre in rem judicatam transiisset) non posse ita intelligi, quasi a se generatim quoad cuncta omnia dictum fuisset; confirmavit exemplis aliorum trium illius Sententiæ capitum, quæ hac sua Sententia reformabantur.

Quod autem pertinebat ad limitationem alteram; commemorabat P. Generalis, fuisse a Sereniss. Rege ipso declarationem editam his verbis: Que siendo el Ministro General de la Orden de S. Francisco Cabeza de toda esta sagrada Religion assi en los Reinos de las Yndias, como en los demas de el Orbe; el Comissario General de Yn-

Yndias, Comissarios Generales de Mexico, i Lima, Vice-Comissario General de Sevilla, i demas Religiosos, i Religiosas de esta Serafica Religion, que residen en los Reinos de las Yndias, son subditos suios, i estan obligados a prestarle obediencia segun las Constituciones de la Orden, i en los casos, que ellas lo disponen, i mandan: *se autem in quinta illo condenda articula ob oculos habuisse* Constitutionem Ordinis, *quæ habetur cap. 7. §. 5. pag. 210. in hæc verba*: Quia vero Minister Generalis ex Regula ipsa est Prælatus immediatus non solum omnium Provinciarum, sed omnium Conventuum, ac omnium, & singulorum fratrum; declaramus, ipsum posse de omnibus eorum Causis, adhuc in prima instantia, cognoscere, Processus per se, aut suos Commissarios formare, &, ut infra, sententiare, atque etiam ex aliqua urgenti ratione (*qua se ductum fuisse, P. Generalis deinceps monstrabat*) Causas ad se advocare, adhuc re non integra.

His omnibus in eodem Regio Consilio perpensis, limitationes prædictæ sublatæ sunt, latumque fuit executionis Decretum nullis terminis circumscriptum, cujus Certificationem subjicimus.

CERTIFICACION DEL 2. PASE DEL CONSEJO.

DOn Miguel Gutierrez del Consejo de Su Magestad, Su Secretario, i de la Superintendencia General de Azogues, i Official major de la Secretaria de el Consejo, i Camara de Yndias de la Negociacion del Perù. Certifico, que con motivo de un Memorial del Reverendissimo P. General de la Orden de S. Francisco, en que, exponiendo los fundamentos, que tuvo para pronunciar la Sentencia de arriva, i los inconvenientes de las limitaciones expresadas en mi antecedente Certificacion, pidiò se levantasen estas, i concediese llanamente su Pase. Y con vista de lo expuesto por el Señor Fiscal, se le previno de acuerdo del Consejo, remitiese a el copias a la letra anthorizadas de las Sentencias, que en esta Causa pronunciaron el P. Comissario General de Yndias Fr. Mathias de Velasco, i revocando esta el P. Fr. Juan de la Torre, i que informase individualmente los motivos, que ocurrieron para reclamar la execucion de la segunda, i que aviendolo executado, ha acordado el Consejo en atencion a el referido Informe, i demas Documentos, que nuevamente se han tenido presentes, conceder llanamente el Pase de esta Sentencia, sin embargo de lo resuelto anteriormente, i que en estos terminos se expida la Zedula auxiliatoria correspondiente, recogiendose, como ia lo està, la que se librò en cinco de Julio del año proximo pasado, i se enuncia en mi antecedente Certificacion. Y paraque conste donde convenga, doi esta en Madrid en nueve de Marzo de 1752.

D. Miguel Gutierres.

Eodem anno, ejusdemque mensis Martii die 15. datum fuit Mandatum Regium auxiliare, quod in superiori Certificatione memoratur.

In hac ipsa Causa, præter descriptam P. Ministri Generalis Sententiam, & alteram a P. Joanne de la Torre delegata in tertia instantia *latam, quam ante innuimus; aliæ duæ definitivæ pariter Sententiæ (Sententiæ suprascriptæ, a P. Ministro Generali deinceps editæ, omnino conformæ) prolatæ antea fuerant. Priorem tulerat P. Commissarius Generalis in Regno Peruano Joannes Larios: qua mandavit, ut ex duobus fratribus germanis, prædictæ Provinciæ S. Fidei Exministris, quamquam in possessione subrogationis erant, ac re ipsa ambo subrogationis causa simul in Definitorio suffragabantur, alter penitus e Definitorio excluderetur. Cumque exclusus iste ad P. Commissarium Generalem Indiarum Mathiam de Velasco appellavisset; hic Sententiam P. Commissarii Peruani sua Sententia, quæ in præcedenti Certificatione innuitur, confirmavit.*

Denique duo ducimus animadvertenda. Primum dabimus perdocti Pignatelli verbis (tom. 10. consult. 95. num. 9.). *Qui agens de Brevi olio, aliam in rem edita ab Urbano VIII. pro Regnis pariter Hispaniarum, sic inquit*: Quod autem Breve Urbani VIII. comprehendat Indias Occidentales, tradit Rota in Barchinonensi Canonicatus 4. Decembris 1644. coram Verospio; in qua plene probatur, quod appellatione Regnorum Hispaniæ continentur omnia Regna Regis Hispaniarum Dominio subjecta.... Unde cum Indiæ gaudeant Regali dignitate, ut tradit Joannes Soler. de Jur. Indiar. Occident. lib. 4. cap. 9. n. 1. & seqq., ubi quod in illas constituitur Prorex ad Regnorum gubernationem, & qui Regis locum, ac vicem habeat...., quare non potest ullo modo controverti earum comprehensio sub dispositione dicti Brevis suspensivi, ut ex Vitalino, Mautica, & aliis firmatur in dicta decisione. *Quam ob rem in Collectione Statutorum Ultramontanæ Familiæ, approbata* in forma, *ut ajunt*, communi *ab Urbano VIII.* (Injuncti 18. Decembris 1625. apud Orb. Seraph. tom. 3. part. 1. p. 704.), *in* Serie Provinciarum totius Ordinis secundum Familias, & Nationes distincta, *Indiarum Provinciæ inter Provincias* Nationis Hispaniæ *connumerantur* (cap. 8. d. Collect. apud Orb. Seraph. loc. cit. p. 685., & Chronol. hujus tom. 5. p. 654.).

Animadvertendum secundo, P. Michaelem Angelum a Sambuca Ministrum Generalem literas anno 1662. 27. Septembris Roma dedisse ad Familiam etiam Transmontanam, quibus jussit, ut, quemadmodum debebat, executioni mandaretur Decretum a S. Congregatione Episcoporum eodem anno 20. Januarii hac de re latum (quod in suprascripta Ministri Generalis Sententia innuitur, & in Decreto etiam, quod supra posuimus sub die 8. Februar.). *Id nos colligimus ex prælaudata Sententia P. Commissarii Generalis Indiarum Mathiæ de Velasco. In ea namque post memoratum idem S. Congregationis Decretum subjungitur*: el qual Decreto le mandò llevar a devida execucion el Reverendissimo P. Fr. Miguel Angel de Sambuca Ministro General de toda la Orden, segun que nos ha constado del Registro de los Despachos del tiempo de su govierno. *Decretum ipsum extat in* Theatro Regularium *P. Angeli a Lantusca* (*verb.* Diffinitorium p. 238.). *Hæc pro rei gravitate paullo latius explicanda censuimus.*

1751. 5. MAR. DECISIO S. ROTÆ

CORAM R. P. D. MATTHÆJO

In Vilnen. Quartæ Funeralis die Veneris 5. Martii 1751., in qua agitur de Regularium exemptione a solutione Quartæ Funeralis extra Italiam, eique adjacentes Insulas.

1. QUamvis impulsa viriliter, minime tamen eversa fuit pervetusta illa a solutione Quartæ Funeralis exemptio, qua ex amplissimo Apostolico Privilegio perfruuntur tum PP. inclyti Ordinis Prædicatorum,

torum,

torum, tum cæteri omnes Regulares Civitstis Novogrodensis: quandoquidem incedentibus eisdem Prædicatoribus anno 1729. ad asportandum Cadaver Michaelis Herbatowschi, qui in eorum Ecclesia jusserat sepeliri; Joseph Ponikuik Parochus, violenter intortitiis abreptis, illud non sine Populi scandalo ad suam Parochialem Ecclesiam detulit, ibique tumulavit. Deinde vero in unum convenientes Parochi Sæculares tam Civitatis prædictæ, quam universæ Diœcesis Vilnensis, quasi acie instructa, adversus Regulares omnes ad judiciale Forum petitionem porrexerunt super Quartæ Funeralis solutione a Regularibus omnibus facienda, quoties in eorum Ecclesiis tumularentur Cadavera illorum, qui in eis sepulturam selegissent, juxta quam profecto stetit Officialis Vilnensis Sententia.

2. Verum, revocato Judicato hoc per A. C. in possessorio primum, deinde in petitorio, non difforme fuit Sacri Tribunalis Judicium, ut pandit Sententia Rotalis a R. P. D. meo de Cauilliac edita, duabus præeuntibus Decisionibus. Sed, non adhuc acquiescentibus Parochis, novæ Causæ cognitio cum mihi commissa fuerit, dubium de more subsignavi = *An Sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda* = Et in contumaciam eorumdem, quos non semel monui, Resolutio prodiit = *Sententiam Rotalem esse confirmandam* =.

3. Arduam enim, exemplaremque provinciam assumpsisse Parochos, denuo perspectum est; propterea quod, cum ex amplissimis Sedis Apostolicæ Privilegiis a solutione Quartæ Funeralis exemptione donati fuerint tum PP. Ordinis Prædicatorum, tum cæteri Regulares Civitatis Novogrodensis, totiusque Diœcesis Vilnen., vanum proinde erat contra eos insurgere, ut ad hujusmodi solutionem adigerentur, quos Privilegia ipsa immunes reddebant, quemadmodum, agendo de PP. Ordinis Prædicatorum, liquet ex Privilegiis S. M. Martini V., Eugenii IV., Sixti IV., Julii III., & Pauli IV., relatis per Passerin. *de Stat. homin. quæst.* 187. *artic.* 4. *num.* 651. *& seq. & num.* 660. *tom.* 2., *Severol. in Alleg. impress. apud Pilaja in addit. ad Franch. de Potest. considerat.* 96. *num.* 19., *Murg. Disquisit. moral. decis.* 6.; &, promiscue loquendo de aliis Regularibus Bertacch. *Vot. decisiv.* 101. *per totum*, *Rota decis.* 5072. *per tot. coram Coccina*, *& decis.* 179. *pariter per tot. coram Roman*, *& decis.* 214. *coram Ratt. fere per tot.*, *& decis.* 263. *num.* 3. *part.* 15. *rec.* Et consonant Resolutiones Sacræ Congreg. Episcopor., & Sacri Concilii Tridentini, relatæ per *Samuel. de Sepult. disp.* 4. *contr. prim. num.* 9., *Ursaja Discep. Eccles.* 28. *tom. prima parte* 2., *& discep.* 8. *num.* 27. *& seq.*, *& num.* 72. *tom.* 2. *part. prim.*, *Tamburin. de Iure Abbat. tom. primo disput.* 15. *part.* 17. *num.* 8.

4. Perperam autem in anteacta hujus Causæ disceptatione præsidium quærebant Parochi vel *a Clement. Dudum de Sepultur.*, qua præscribitur, per Regulares etiam præstandam esse Quartam Funeralem Rectoribus Ecclesiarum Parochialium; vel *a Concil. Trid. Cap.* 53. *sess.* 25. *de reformat.*, ubi Privilegia exemptionum Regularibus elargita quoad id abrogata fuere. Quoniam semel ac Privilegia, quibus a Summis Pontificibus præditi fuerunt Regulares, aut præmunita dignoscebantur explicita clausula ejusdem Clementinæ derogatoria, aut sub aliis generalibus amplissimis formulis per æquipollens ejus continebatur derogatio; statim sequebatur, ex censura *Clement.* Dudum Regulares Vilnen. Diœcesis haud

Cronol. Straph.

cogi posse ad hujusmodi Quartæ solutionem, ut firmant præcedentes *Decisiones R. P. D. mei Cauilliac*, *prima scilicet 6. Iunii* 1749., *& secunda* 23. *Ianuarii* 1750., *utrobique* §. 2. Tridentina vero Synodus non omnia abstulit Regularium exemptiva Privilegia circa Quartæ Funeralis solutionem, sed dumtaxat ea, quæ obtenta fuissent a Regularibus illis, qui per 40. annos ante Concilii publicationem Quartam hanc solvere consuevissent, & quæ elargita viderentur intra prædictum tempus, nimirum ab annis 40. citra ante illius publicationem, ut, præter auctoritates adductas in prima *Decisione* §. 5., firmant Quaranta in *Summa Bullar. verbo Privileg. Regular.*, *Severol. d. Allegat. apud Franch. de Potest. in addit. ad considerat.* 96. *num.* 23., *&* 37., ubi referuntur Decisiones Sacri hujus Tribunalis favore PP. Prædicatorum editæ, & consonat *Rota decis.* 214. *num.* 6. *coram Ratta*, *& decis.* 263. *num.* 10. *par.* 15. *recent.* Unde cum Privilegia, de quibus disseritur, longe ante Concilium eisdem Regularibus concessa appareant, prout nunquam in discrimen extitit revocatum, nec per Parochos doctum unquam fuerit, Regulares istos per 40. annos ante laudatam Synodum Quartam Funeralem persolvisse; in necessarium descendit consequens, in suo robore omnino persistere eadem exemptiva Privilegia, ut firmant præcedentes Decisiones hujus Causæ, utrobique *dicto* §. 2.

5. Difficultatem hanc noscentes Parochi Vilnen., utque quadragenariam istam exactionem ostenderent, in præcedenti Instantia quatuor adduxerunt Testes formiter repetitos. Verum merito probatio hæc rejecta tunc fuit, tum quia illorum examen peractum noscebatur coram Judice a Regularibus recusato, tum quia ex illo evincebatur tantum, Parochos prætensionem alias excitasse contra Regulares super exactione Quartæ Funeralis, non autem eruitur, istos effective per id tempus ante Concilium solvere suevisse, illosque respective exegisse. Multum autem differt prætensio exigendi a vera, & reali exactione. Hac igitur non probata, jure dictum fuit, Conciliarem legem locum sibi non vindicare, ut communissime tradunt *Samuel. de Sepult. disput.* 4. *controv. prima num.* 26., *Anaclet. in Ius Canon. lib.* 3. *tit.* 28. §. 2. *num.* 56. *in fin.*, *Fragos. de Regim. Reipubl. par.* 3. *lib.* 5. *disp.* 8. §. 17. *num.* 570. *vers. Hoc autem*.

6. Videntes tamen Parochi, quod istorum jurium præsidio in auras prorsus abibat eorum ideata prætensio, arbitrati fuerunt in eisdem præcedentibus propositionibus, fundamentum quærere a quadam Epistola Pastorali edita anno 1607. a clar. memor. Cardinali Mazaicowski Archiepiscopo Gnesnen., inserta in Provinciali Synodo celebrata anno 1628.; Sed merito minus habens reperta fuit hæc quoque Epistola. Nam primario exscripta non videbatur Regularibus, sed quidem = *Archipresbyteris*, *Plebanis*, *& aliis quibuscumque curam Animarum habentibus* =. Unde disposita in ea ad Regulares extendenda non erant. Rursus majoris ponderis visa non fuerunt illa alia ejusdem Epistolæ verba = *Quarta Funeralium juxta Sacros Canones*, *& Constitutiones Synodi*, *salva*, *& integra maneat Parochiali Defuncti Ecclesiæ*, *ubicumque tandem extra illam electiane etiam sua sepeliatur* =. Quoniam, posita Regularium exemptione ex Apostolico Privilegio derivante, eo ipso quod Epistola Pastoralis Quartam Funeralem salvam fore præscripsit *juxta Sacros Canones*; hæc profecto verba innuere videntur, atque ita intelli-

gends sunt, ut præservare voluerit exemptiones illas tum in corpore Juris Canonici clausas, tum alias ex Apostolicis Constitutionibus promanantes, cum verbum *Canon*, in latiori sua significatione sumptum, contineat Constitutiones quoque Summorum Pontificum, ad firmata *in prima Decisione præcedentis instantiæ* §. 6., *&* *in secunda* §. 4., & habetur ex præstantissima auctoritate Sanctissimi Domini Nostri feliciter Regnantis in suo *disertissimo Tractatu de Synodo Diœcesana lib. primo cap. 3. num. 3.*

7. Cæterum si quæ, his non obstantibus, dubietas aliqua superesset; maximopere faveret Regularibus pro illorum non comprehensione in eadem Epistola defectus voluntatis ipsius Cardinalis. Siquidem quemadmodum in eo deerat potestas abrogandi Apostolica Privilegia Regularium, ita dicendum omnino est, ejus voluntatis non fuisse illos includendi sub edita lege, dum a potestate voluntas semper metienda est, ad firmata per *Rotam decis. 812. num. 39. coram Molin., & decis. 30. num. 18. tit. de usur., & decis. 9. num. 6. tit. de Salvian. coram Falcon.* Alias enim actus hic imprudens fuisset, & reprehensione dignus; id quod minime sentiendum est, propterea quod semper interpretatio fieri debet, ne quilibet actus censeatur imprudens, juxta *text. in leg. Quoties ff. de reb. dub., Cravett. consil. 33. num. 10., & consil. 603. num. 3., Surd. consil. 294. num 28., Menoch. de arbitr. cas. 199. num. 23., Cancer. Var. resol. parte 3. cap. 7. num. 195., Rota decis. 4. num. 7. tit. de Statut. exclus. Fœmin. coram Falconer.* Fortius quando, prout in casu, a Viro prudente, & præsertim a Persona Cardinalitiæ Dignitatis honore decorata actus deprehenditur gestus, ut in puncto dixit *Rolan. consil. 134. num. 10. lib. 4., Surd. consil. 203. num. 35., Menoch. consil. 55. num. 22., & Rota d. decis. 4. num. 6. & 8. coram Falcon.*

8. Adstipulatur quoque evidens demonstratio apprime ostendens, mentem tum Cardinalis, tum Patrum Concilii Provincialis alienam prorsus fuisse, quid minimum statuere contra Constitutiones Apostolicas, a solutione Quartæ Funeralis eximentes Regulares. Quod enim attinet ad Cardinalis mentem, certum est in facto, eumdem in alia Provinciali Synodo, ipsomet anno 1607. celebrata, quo memoratam edidit Epistolam, præcepisse, ut Constitutiones Synodorum antecedentium colligerentur in unum, atque observarentur, adjecta tamen limitatione: *Quæ sint consentanea, nec repugnent Sacrosancti Concilii Decretis, Sacrisque Canonibus, aut Constitutionibus Apostolicis*. Si igitur summo studio præservatas ibi voluit Dispositiones in Constitutionibus Apostolicis contentas; nullo pacto censeri potest, ipsum in prædicta Epistola, paucos post dies evulgata, voluisse contra easdem Constitutiones hanc quoque Regularium exemptionem evertere; quod nec facere potuisset. Quo vero ad mentem Patrum Concilii Provincialis anni 1628., in quo Pastoralis Epistola ipsius Cardinalis inserta fuit; cum illi præmiserint, in ea nil aliud contineri, quam quod per Canones, & Sacrum Concilium Tridentinum statutum reperiebatur, evidens utique est, quod neque Concilium prædictum unquam intellexerit, Regulares omnes indistincte ad solutionem Quartæ Funeralis adigere, cum id indubie fuisset tam contra censuram Concilii Tridentini, quam contra Constitutiones Apostolicas, sicut dixit *secunda hujus Causæ Decisio* §. 6.

9. Perperam idcirco, his in facto firmiter manentibus, opponerent Parochi, enunciatam Synodum, evulgatam anno 1628., a san. memor. Urbano VIII. confirmatam fuisse, cum explicita mentione etiam Regularium, quibus injungebatur observantia Synodalium Constitutionum eodem ferme modo, quo præscripta extitit aliis Ecclesiasticis Sæcularibus, adeout dubium esse non videatur, quin circa solutionem Quartæ Funeralis Constitutiones prædictæ Synodales omnino afficerent & Regulares. Hæc enim difficultas eliminata quoque fuit ex eo, quod cum in confirmatione Apostolica Urbani VIII. nulla mentio facta fuerit Privilegiorum, quibus Regulares fruebantur, propterea Apostolica Auctoritas extendi non valet ad læsionem eorumdem, sed dumtaxat verificatur circa alia, quæ ex Synodo ipsa Regulares observare tenebantur; dum qualibet confirmatio, amplissimis etiam concepta verbis, robur solummodo tribuit actui confirmato, sed illum in suis relinquit terminis absque ulla nec minima extensione, quemadmodum, ultra auctoritates relatas in Decisionibus præcedentibus, in *prima scilicet* §. *Absque*, *&* *in secunda* §. *Pro*, dixit *Rota in Nepesina Præstationis Vecturarum quoad frumentum Molituræ 7. Julii* 1748. §. *Irrita cor. Mr*.

10. Et hinc est, quod quemadmodum in Synodo Provinciali non solum statuta fuerat Lex Quartæ Funeralis solutionem respiciens, sed alia insuper afficientia quoque Regulares, prout inter cætera capitulum aderat de istis specialiter loquens, in quo monebantur ad observantiam *tum Clementinæ* Religiosi *de Privilegiis*, loquentis de administratione Sacramentorum, tum *Sacri Concilii Tridentini*, *&* *Constitutionum Apostolicarum*; ita Regularium mentio, in Brevi confirmatorio adjecta, intelligenda profecto erat relative ad Synodales Dispositiones de ipsis loquentes, non vero quoad eversionem illorum Privilegiorum circa solutionem Quartæ Funeralis, de quibus nil actum fuerat in ipsa Synodo, sicuti ponderat *prima Decisio* §. *Nec malus*, *&* *secunda* §. *Eoque*. Et quamvis hujusmodi Breve generalem observantiam Constitutionum Synodalium præcipiat Regularibus cum verbis illis = *In omnibus*, *&* *per omnia* =; quia tamen ibi Summus Pontifex de Regularibus dumtaxat non loquitur, sed promiscue de Regularibus, & Sæcularibus, hinc verba prædicta distributive accipienda sunt, congrua nimirum congruis referendo: ita quidem ut *in omnibus*, *&* *per omnia* Regulares observare teneantur Constitutiones illas Synodales, quæ ipsos afficiunt, itemque ad id ipsum adigantur Sæculares, non vero quod omnia omnibus indistincte præcepta censeantur, ut, præter adductos *in secunda Decisione* §. *Sedulo*, præcipit *Text. in leg. Si negotium ff. de negoc. gest., & leg. Quæstionem, ubi Angel., Cod. de Fideicom., Surd. consil. 336. n. 20., Gratian. discep. 230. n. 3., Rota Decis. 581. num. 33. coram Caval., & Decis. 847. num. 12. cor. Amaldo*.

11. Firmo itaque manente, quod in Constitutionibus Synodalibus nulla mentio facta videatur quoad solutionem Quartæ Funeralis relative ad Regulares, quodque illas per subsecutam Confirmationem nec in minimo immutare, sive extendere voluerit Supremus Pontifex Urbanus VIII., itaut in suo primævo robore semper permanserint Regularium exemptiones; profecto harum derogatio trahi nequaquam poterit ex illa generali, & consueta clausula, quæ in fine Litterarum Apostolicarum apponi solet, nempe = *Non obstantibus quibuscumque* =. Quia pro effectu prædicto aut expressa derogatio requiritur,

gitur, aut quod saltem Breve confirmatorium, utpote posterius relative ad Privilegia prædicta, cum istis contrarietatem involvat. Cumque in eo nec derogatio expressa legatur, neque contrarietas ulla cum antedictis Privilegiis inspiciatur; hinc sioe dubio sequitur, eandem clausulam inefficacem prorsus esse pro hae prætensa Privilegiorum eversione inducenda, ut loquendo de prima propositione, præter *auctoritates allegatas in secunda Decisione §. Hac autem, docet Rota decis. 159. num. 16., & seq. coram Carill., & decis. 676. num. 49. coram Molin., & decis. 5. num. 25. titul. de Benef., & decis. 1. num. 9. titul. de Rescript. coram Falconer.* Et de secunda propositione agendo, ultra *auctoritates refertas in prima Decis. §. Atque, adest Text. Non ad ea 88. ff. de condit. & demonstrat., & leg. Ubi repugnantia ff. de regul. jur., Rota decis. 74. num. 17., & decis. 762., & decis. 793., utrobique num. 6. coram Caro, & decis. 727. num. 15. coram Lancetta.*

12. Eoque magis ab his discedendum non esse putarunt *Domini*, quia mirifice roborantur a longæva, atque immota observantia, quæ Leges omnes fidelissime semper interpretatur, & explicat; juxta quam habetur, Regulares Universæ Diœcesis Vilnensis, obtentis Apostolicis Privilegiis eos eximentibus a solutione Quartæ, de qua quæritur, illam nunquam solvisse, neque ante, neque post Pastoralem Epistolam, Synodum Diœcesanam, istiusve Apostolicam Confirmationem; prout irrefragabile testimonium perhibent Magistratus, omnesque Ordines Magni Ducatus Lithuaniæ, quibus tum rationæ oumeri, tum muneris, & Dignitatis maximopere deferendum est, licet formiter noo sint repetiti. Idque urgentius, quia Testes per Parochos allati ausi non sunt de solutioue hac testimonium ferre, *ad Text. in Can. Hominis vers. credidimus distinct. 97., Rota coram Merlin. decis. 714. num. 16., & seq., & decis. 18. num. 19. coram Emerix Jun., & decis. 155. num. 5. part. 6., & decis. 460. num. 13. part. 18. tom. 2. rec.*

13. Quin observantiæ huic obicem ullum prestet vel *Clausula Sublata*, & *Decretum irritans*, in Brevi Urbano adjecta, vel Litea diversis temporibus instructæ a Parochis contra Regulares pro solutione hac obtinenda. Quandoquidem prima objectionis para, quatenus deduceretur, tunc solum urgeret, quoties Pastoralis Epistolæ, Constitutionum Synodalium, aut Brevis confirmatorii clara, & incavillabilis littera præscriberet id, quod postmodum contra observatum fuisset. Secus tameo quando, prout hic, observantia non solutionis consentanea est omnibus supradictis monumentis. Itidemque altera pars objectionis æque statim rueret. Nam quamvis sub annos 1705., & 1717. judicialiter Parochi petierint Quartam Funeralem a Regularibus, attamen finsan de eorum malo jure edocti instructas Lites penitus deseruerunt, atque acquieverunt. Adeoque tantum abest, quod observantia prædicta ex instructis Litibus interversa dici valeat; quinimo cum successive Parochi siluerint, & respective Regulares continuaverint in eorum vetusta possessione non solvendi; majorem proinde vim, atque robur observantia præfata conquisivit, prout solide firmat *secunda Decisio §. Minime.*

Et ita, relatione habita ad præcedentes Decisiones, resolutum fuit, unica &c.

Necui mirum videatur, in hac Rotæ Decisione rationem nullam, quin & nullam mentionem haberi Constitutionis S. M. Benedicti XIII. Romanus Pontifex 28. April. 1725. *circa Quartam funerariam a quibuscumque Regularibus persolvendam; adnotare non prætermittimus, Constitutione illa Italiam duntaxat, ejusque adjacentes Insulas comprehendi: id quod patebit cum legenti apud P. Perusinum* (Chronol. to. 3. part. 2. p. 47. seq.).

1751. 6. Mart. *Declaratur,*
duorum Concionatorum privilegiis in casu etc. nihil obesse, quod irritum habitum fuerit Provinciale Capitulum, cujus jussu aliquot annos eo munere functi fuerant.

BEatissime Pater = Fr. Joannes Joseph Fernandez, & Fr. Michael Gonzalez Religiosi expresse professi Ord. Min. S. Francisci de Observ., & Provinciæ nuncupatæ *S. Helenæ* in Indiis Occidentalibus ... exponunt, quod cum Constitutiones Ordinis ejusdem præscribant, illos Concionatores, qui in linea concionandi Prædicatores Generales, & Jubilati apud eosdem Fratres in illis Provinciis appellantur, per spatium annorum duodecim munus Prædicationis exercere debere, ut prærogativis, & præmiis gaudere possint, quæ hujusmodi Jubilationi in illis partibus correspondent; iidem Oratores ab obedientia destinati, & per Conventus Provinciæ collocati adamussim adimplevere in exercitio, & munere prædicandi omne id spatium temporis, quod ad tenorem earumdem Constitutionum Generalium ipsis præscribebatur. Sed cum Capitulum Provinciale ejusdem Provinciæ an. 1745. celebratum, & omnia fere Acta ejus annullata fuerint; expoliati fuere Oratores (& an rationabiliter, dubitant) præmio suorum laborum, & computatione temporis Capituli annullati, quo Prædicationis muneri vacavere. Supplicant propterea Oratores, quatenus S. V. dignetur sic sanare spatium illud temporis, quo in officio Prædicationis laboravere Oratores jussu Capituli annullati, quod ista nullitas Oratoribus nihil possit præjudicare ad assequendum in Religione præmium illud, quod eadem conferre stabilivit Prædicatoribus, qui per spatium annorum duodecim laudabiliter præfatum munus exercuerunt. Et pro gratia &c.

Cum autem P. Procurator Generalis in Relatione sua, An. 1751. 26. Januarii data, & S. Congregationi Episc. & Reg. exhibita, libello huic suffragatus fuisset, affirmans quoque, Capitulum quidem memoratum in Precibus pro nullo fuisse habitum, transactis jam duobus annis, *at Oratores* nullum influxum in *ipsius* nullitatem habuisse; *Sacra eadem Congregatio*, attenta Relatione *hac*, benigne commisit P. Ministro Generali, ut, veris existentibus narratis, & dummodo Oratores ad præscriptum Constitutionum Ordinis munus Concionatoris laudabiliter exercuissent, eorumdem precibus pro suo arbitrio, & conscientia indulgeret pro gratia petitæ declarationis. *Itaque P. Minister Generalis hoc sequens Decretum edidit* =

Tenore præsentium, utentes facultate S. Congregationis Episc. & Regular. per retroscriptum Decretum Nobis attributa, declaramus, annullationem Capituli, de quo in Precibus, nihil officere debere Oratoribus, quominus gradum Prædicatorum Generalium obtinere possint, & valeant: ad quem obtinendum computari volumus, & præcipimus tempus illud, per quod re vera cum effectu Prædicationi Conventuali vacarunt, etiam post enunciatum Capitulum celebratum: & ita ab omnibus Nostris Subditis, cujuscumque gradus, & conditionis existant, servari man-

damus sub pœnis arbitrio Nostro infligendis in Contravenientes.

Dat. in hoc Nostro Conventu S. P. N. Francisci Matriti hac die 6. Martii 1751.

Fr. Petrus Joannetius de Molina
Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Paternitatis Suæ Rmæ
Fr. Franciscus Llorca Secretarius Generalis Ordinis.

1751. 18. Mart. *Benedicti XIV.*
Constitutio ad nostrorum Parochorum, Confessariorum, aliorumque notitiam exhibetur, qua Constitutio Clementis XII. adversum Conventicula quædam edita confirmatur, iidemque Cœtus iterum proscribuntur.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

PRovidas Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum Leges, atque Sanctiones, non solum eas, quarum vigorem vel temporum lapsu, vel hominum neglectu labefactari, aut extingui posse veremur, sed eas etiam, quæ recentem vim, plenumque obtinent robur, justis, gravibusque id exigentibus causis, novo auctoritatis Nostræ munimine roborandas, confirmandasque censemus.

§. 1. Sane felicis recordationis Prædecessor Noster Clemens Papa XII per suas Apostolicas Litteras, Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXXXVIII. IV. Kalend. Maji Pontificatus sui Anno VIII. datas, & universis Christifidelibus inscriptas, quarum initium est, *In eminenti*, nonnullas Societates, Cœtus, Conventus, Collectiones, Conventicola, seu Aggregationes, vulgo *de' Liberi Muratori*, seu *des Francs Macons*, vel aliter nuncupatas, in quibusdam Regionibus tunc late diffusas, atque in dies invalescentes, perpetuo damnavit, atque prohibuit, præcipiens omnibus, & singulis Christifidelibus, sub pœna Excommunicationis ipso facto absque ulla declaratione incurrenda, a qua nemo per alium, quam per Romanum Pontificem pro tempore existentem, excepto mortis articulo, absolvi posset, ne quis auderet, vel præsumeret hujusmodi Societates inire, vel propagare, aut confovere, receptare, occultare, iisque adscribi, aggregari, aut interesse, & alias prout in iisdem Litteris latius, & uberius continetur, quarum tenor talis est; videlicet =

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Universis Christifidelibus Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

§. 2. „ IN eminenti Apostolatus Specula, meritis imparibus, Divina disponente Clementia, constituti, juxta creditum Nobis Pastoralis providentiæ debitum, jugi (quantum ex alto conceditur) sollicitudinis studio iis intendimus, per quæ erroribus, vitiisque aditu intercluso, Orthodoxæ Religionis potissimum servetur integritas, atque ab universo Catholico Orbe difficillimis hisce temporibus perturbationum pericula propellantur.

„ Sane, vel ipso rumore publico nunciante, Nobis innotuit, longe, lateque progredi, atque in dies invalescere nonnullas Societates, Cœtus, Conventus, Collectiones, Aggregationes, seu Conventicula, vulgo *de' Liberi Muratori*, seu *Francs Maçons*, aut alia quavis nomenclatura pro idiomatum varietate nuncupata, in quibus cujuscumque Religionis, & Sectæ homines, affectata quadam contenti honestatis naturalis specie, arcto æque, ac imperyio fœdere, secundum Leges, & Statuta sibi condita, invicem consociantur; quæque simul clam operantur, tum districto jurejurando ad Sacra Biblia interposito, tum gravium pœnarum exaggeratione, inviolabili silentio obtegere adstringuntur.

„ Verum, cum ea sit sceleris natura, ut se ipsum prodat, & clamorem edat sui indicem; hinc Societates, seu Conventicula prædicta vehementem adeo Fidelium mentibus suspicionem ingesserunt, ut iisdem Aggregationibus nomen dare, apud prudentes, & probos idem omnino sit, ac pravitatis, & perversionis notam incurrere; nisi enim male agerent, tanto nequaquam odio lucem haberent. Qui quidem rumor eousque percrebuit, ut in plurimis Regionibus memoratæ Societates per Sæculi Potestates, tanquam Regnorum securitati adversantes, proscriptæ, ac provide eliminatæ jampridem extiterint.

„ Nos itaque animo volventes gravissima damna, quæ utplurimum ex hujusmodi Societatibus, seu Conventiculis nedum temporalis Reipublicæ tranquillitati, verum etiam spirituali Animarum saluti inferuntur, atque idcirco tum Civilibus, tum Canonicis minime cohærere Sanctionibus; cum Divino eloquio doceamur, diu, noctuque, more Servi fidelis, & prudentis Dominicæ Familiæ præpositi, vigilandum esse, ne hujusmodi Hominum genus, veluti fures, Domum perfodiant, atque instar vulpium Vineam demoliri nitantur, ne videlicet simplicium corda pervertant, atque innoxios sagittent in occultis; ad latissimam, quæ iniquitatibus impune patrandis inde aperiri posset, viam obstruendam, aliisque de justis, ac rationabilibus causis Nobis notis, easdem Societates, Cœtus, Conventus, Collectiones, Aggregationes, seu Conventicula *de' Liberi Muratori*, seu *Francs Maçons*, aut alio quocumque nomine appellata, de nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, ac etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine, damnanda, & prohibenda esse statuimus, & decrevimus, prout præsenti Nostra perpetuo valitura Constitutione damnamus, & prohibemus.

„ Quocirca omnibus, & singulis Christifidelibus cujuscumque status, gradus, conditionis, ordinis, dignitatis, & præeminentiæ, sive Laicis, sive Clericis tam Sæcularibus, quam Regularibus, etiam specifica, & individua mentione, & expressione dignis, districte, & in virtute Sanctæ Obedientiæ præcipimus, ne quis sub quovis prætextu, aut quæsito colore audeat, vel præsumat,

„ mat, prædictas Societates *de' Liberi Muratori*, seu *Francs Macons*, aut aliàs nuncupatas inire, vel propagare, confovere, ac in suis ædibus, seu domibus, vel alibi receptare, atque occultare, iis adscribi, aggregari, aut interesse, vel potestatem, seu commoditatem facere, ut alicubi convocentur, iisdem aliquid ministrare, sive aliàs consilium, auxilium, vel favorem palam, aut in occulto, directe, vel indirecte, per se, vel per alios quoquo modo præstare; necnon alios hortari, inducere, provocare, aut suadere, ut hujusmodi Societatibus adscribantur, annumerentur, seu intersint, vel ipsas quomodolibet juvent, ac foveant; sed omnino ab iisdem Societatibus, Cœtibus, Conventibus, Collectionibus, Aggregationibus, seu Conventiculis prorsus abstinere se debeant, sub pœna Excommunicationis per omnes, ut supra, contrafacientes ipso facto absque ulla declaratione incurrenda, a qua nemo per quemquam, nisi per Nos, seu Romanum Pontificem pro tempore existentem, præterquam in articulo mortis constitutus, Absolutionis beneficium valeat obtinere.

„ Volumus insuper, & mandamus, ut tam Episcopi, & Prælati superiores, aliique Locorum Ordinarii, quam hæreticæ pravitatis ubique locorum deputati Inquisitores, adversus transgressores, cujuscumque sint status, gradus, conditionis, ordinis, dignitatis, vel præeminentiæ, procedant, & inquirant, eosque tamquam de hæresi vehementer suspectos condignis pœnis puniant, atque coerceant; iis enim, & eorum cuilibet contra eosdem transgressores procedendi, & inquirendi, ac condignis pœnis coercendi, & puniendi, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachii sæcularis auxilio, liberam facultatem tribuimus, & impertimur.

„ Volumus autem quod earumdem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem fides prorsus adhibeatur, quæ ipsis originalibus Litteris adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

„ Nolli ergo hominum liceat hanc paginam Nostræ declarationis, damnationis, mandati, prohibitionis, & interdictionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

„ Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem „ Anno Incarnationis Dominicæ 1738. quarto Kalendas Maji, Pontificatus Nostri Anno Octavo.

§. 3. Cum autem, sicut accepimus, aliqui fuerint, qui asserere, ac vulgo jactare non dubitaverint, dictam Excommunicationis pœnam a Prædecessore Nostro, ut præfertur, impositam non amplius afficere, propterea quod ipsa præinserta Constitutio a Nobis confirmata non fuerit; quasi vero pro Apostolicarum Constitutionum a Prædecessore editarum subsistentia, Pontificis Successoris expressa Confirmatio requiratur;

§. 4. Cumque etiam a nonnullis piis, ac Deum timentibus Viris Nobis insinuatum fuerit, ad omnia calumniantium subterfugia tollenda, declarandamque animi Nostri cum ejusdem Prædecessoris mente, ac voluntate uniformitatem, magnopere expediens fore, ut ejusdem Prædecessoris Constitutioni novum Confirmationis Nostræ suffragium adjungeremus;

§. 5. Nos, licet hucusque, dum pluribus Christifidelibus de violatis ejusdem Constitutionis Legibus vere pœnitentibus, atque dolentibus, seque a damnatis hujusmodi Societatibus, seu Conventiculis omnino recessuros, & numquam in posterum ad illas, & illa redituros, ex animo profitentibus, Absolutionem ab incursa Excommunicatione, tum antea sæpe, tum maxime elapso Jubilæi Anno benigne concessimus; seu dum facultatem Pœnitentiariis a Nobis deputatis communicavimus, ut hujusmodi Pœnitentibus, qui ad ipsos confugerent, eamdem Absolutionem Nostro nomine, & auctoritate impertiri valerent; dum etiam solicito vigilantiæ studio instare non prætermisimus, ut a competentibus Judicibus, & Tribunalibus adversus ejusdem Constitutionis violatores pro delicti mensura procederetur, quod & ab eis reipsa sæpe præstitum fuit; non quidem probabilis dumtaxat, sed plane evidentis, & indubitata argumenta dederimus, ex quibus animi Nostri sensus, ac firma, & deliberata voluntas, quoad Censuræ per dictum Clementem Prædecessorem, ut præfertur, impositæ vigorem, & subsistentiam satis aperte inferri debuerant; siquæ autem contraria de Nobis opinio circumferretur, Nos eam securi contemnere possemus, causamque Nostram justo Dei Omnipotentis judicio relinquere, ea verba usurpantes, quæ olim inter Sacras Actiones recitata fuisse constat: *Præsta, quæsumus, Domine, ut mentium reproborum non curemus obloquium, sed eadem pravitate calcata exoramus, ut nec terreri nos lacerationibus patiaris injustis, nec captiosis adulationibus implicari, sed potius amare quod præcipis*: ut habet antiquum Missale, quod S. Gelasio Prædecessori Nostro tribuitur, & a Venerabili Servo Dei Josepho Maria Cardinali Thomasio editum fuit, in Missa, quæ inscribitur: *Contra obloquentes*;

§. 6. Ne tamen aliquid per Nos improvide prætermissum dici valeret, quo facile possemus mendacibus calumniis fomentum adimere, atque os obstruere; audito prius nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E Cardinalium consilio, eamdem Prædecessoris Nostri Constitutionem præsentibus, ut supra, de verbo ad verbum insertam, in forma specifica, quæ omnium amplissima, & efficacissima habetur, confirmare decrevimus; prout eam ex certa scientia, & Apostolicæ auctoritatis Nostræ plenitudine, earumdem præsentium Litterarum tenore in omnibus, & per omnia, perinde ac si Nostris motu proprio, auctoritate, ac nomine primum edita fuisset, confirmamus, roboramus, & innovamus, ac perpetuam vim, & efficaciam habere volumus, & decernimus.

§. 7. Porro inter gravissimas præfatæ prohibitionis, & damnationis causas in præinserta Constitutione enunciatas una est, quod in hujusmodi Societatibus, & Conventiculis, cujuscumque Religionis, ac Sectæ homines invicem consociantur; qua ex re satis patet, quam magna pernicies Catholicæ Religionis puritati inferri valeat. Altera est arctum, & impervium Secreti fœdus, quo occultantur ea, quæ in hujusmodi Conventiculis fiunt; quibus proinde ea sententia merito aptari potest, quam Cæcilius Natalis apud Minucium Felicem in causa nimium diversa protulit: *Honesta semper publico gaudent, scelera secreta sunt*. Tertia est jusjurandum, quo se hujusmodi Secreto inviolabiliter servando adstringunt; quasi liceat alicui, cujuslibet promissionis,

aut

aut juramenti obtentu se tueri, quominus a legitima Potestate interrogatus omnia fateri tenestur, quæcumque exquiruntur ad dignoscendum, an aliquid in hujusmodi Conventibus fiat, quod sit contra Religionis, aut Reipublicæ statum, & Leges. Quarta est, quod hujusmodi Societates non minus Civilibus, quam Canonicis Sanctionibus adversari dignoscuntur; quum scilicet jure Civili omnia Collegia, & Sodalitia præter publicam auctoritatem consociata prohibeantur, ut videre est *in Pandectarum Lib. XLVII. Tit. 22. de Collegiis, & Corporibus illicitis*; & in celebri Epistola C. Plinii Cæcilii secundi, quæ est XCVII. lib. X., in qua ait, Edicto suo, secundum Imperatoris mandata, vetitum fuisse, ne Hetæriæ essent, id est, ne Societates, & Conventus sine Principis auctoritate iniri, & haberi possent. Quinta est, quod jam in pluribus Regionibus memoratæ Societates, & Aggregationes Secularium Principum Legibus proscriptæ, atque eliminatæ fuerant. Ultima demum, quod apud prudentes, & probos Viros eædem Societates, & Aggregationes male audirent, eorumque judicio, quicumque eisdem nomina darent, pravitatis, & perversionis notam incurrerent.

§. 8. Denique idem Prædecessor in præinserta Constitutione Episcopos, & superiores Prælatos, aliosque Locorum Ordinarios excitat, ut pro illius executione, si opus fuerit, brachii Sæcularis auxilium invocare non prætermittant.

§. 9. Quæ omnia, & singula non solum a Nobis approbantur, & confirmantur, eisdemque Ecclesiasticis Superioribus respective commendantur, & injunguntur; verum etiam Nos ipsi, pro Apostolicæ solicitudinis officio, præsentibus Nostris Litteris, Catholicorum Principum, omniumque Sæcularium Potestatum opem, auxiliumque ad præmissorum effectum invocamus, & enixo studio requirimus; quum ipsi Supremi Principes, & Potestates electi sint a Deo Defensores Fidei, Ecclesiæque Protectores; ideoque eorum munus sit, idoneis quibusque rationibus efficere, ut Apostolicis Constitutionibus debitum obsequium, & omnimoda observantia præstetur; quod iis in memoriam revocarunt Tridentinæ Synodi Patres *sess.* XXV. *cap.* 20.; multoque antea egregie declaraverat Imperator Carolus Magnus suorum Capitularium *Tit.* 1. *cap.* 2., ubi, post demandatam omnibus sibi subditis Ecclesiasticarum Sanctionum observantiam, hæc addidit: *Nam nullo pacto agnoscere possumus, qualiter nobis fideles existere possint, qui Deo infideles, & suis Sacerdotibus inobedientes apparuerint.* Quapropter cunctis Ditionum suarum Præsidibus, & Ministris injungens, ut omnes, & singulos ad debitam obedientiam Ecclesiæ Legibus exhibendam omnino compellerent; gravissimas quoque pœnas adversus eos indixit, qui hoc præstare negligerent, subdens inter alia: *Qui autem in his (quod absit) aut negligentes, eisque inobedientes fuerint inventi, sciant, se nec in nostro Imperio honores retinere, licet etiam Filii nostri fuerint, nec in Palatio locum, neque nobiscum, aut cum nostris societatem, aut communitatem ullam habere, sed magis sub districtione, & ariditate pœnas luent.*

§. 10. Volumus autem, ut earumdem præsentium Transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem fides prorsus adhibeatur, quæ ipsis originalibus Litteris adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam Nostræ confirmationis, innovationis, approbationis, commissionis, invocationis, requisitionis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Domini MDCCLI. XV. Kalendas Aprilis Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

D. Card. Passioneus,
J. Datarius.

Visa de Curia.
J. C. Boschi. J. B. Eugenius.
Registrata in Secretaria Brevium.
Publicata die 28. ejusdem Mensis, & Anni.

1751. 27. Mart. *Decretum*
S. Congregationis Indicis circa Lulli Opera, hoc Anno ex ejusdem Actis extractum.

Die 3. Decembris 1595. Lecto Memoriali pro Raymundo Lullo, conclusum, quod nullatenus in Indice ponatur.

Die 27. Martii 1751. Præsentem Copiam, ex Actis originalibus S. Indicis Congregationis fideliter extractam, eum iisdem collatam, in omnibus concordem esse, fidem plenissimam facio.

F. Thomas Augustinus Ricchinius Ord. Prædic.
S. Indicis Congregationis Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

Decreta alia duo huic connexa refert Franciscus Albitius Cardinalis (tract. de Inconstant. in Fide cap. 40. n. 151.); alterum eo ipso Anno 1595. conditum, alterum Anno superiori, quæ hic subnectimus.

Die 3. Jun. 1594. In Congregatione Indicis, præsentibus Cardinalibus Marco Antonio Columna, Francisco Toleto, & aliis, lecto Memoriali pro Raymundo Lullo, & omnibus consideratis, quæ proponebantur, præsertim quoniam super hoc Catholici Regis litteræ ad suum Oratorem in Urbe habebantur; decretum fuit, ut in novo Indice Lullus non reponatur iisdem de causis, quibus Deputati in Sacro Concilio Tridentino eumdem Raymundum ab Indice substulerunt.

Die 4. Martii 1595. In Congregatione Indicis habita in Domo Card. Columnæ, lecto Memoriali pro Raymundo Lullo, decretum fuit, sicut alias, quod nomen Lulli ex Indice deleretur, & litteræ compulsoriales quanto citius expedirentur. *Subdit Albitius, Congregationi huic interfuisse cum aliis Borromæum Cardinalem.*

1751.

1751. 19. Mart. *Constitutio, qua Sacerdotibus Latini Ritus in Russia Polonica degentibus permittitur, in Ruthenorum Unitorum Ecclesiis, deficientibus Lapideis Altaribus, seu Tabulis consecratis, & Calicibus aureis, sive argenteis, Missarum Sacrificia super eorundem Ruthenorum Antimensiis, & cum Calicibus e stanno celebrare.*

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad futuram rei memoriam.

IMposito Nobis Apostolicæ servitutis officio convehit, universæ Christi Familiæ toto Terrarum Orbe diffusæ necessitatibus animum diligenter intendere, maxime vero fidelium Ecclesiæ Ministrorum in remotis Regionibus pro animarum salute laborantium preces benigne suscipere, eorumque opportuno levamini, ac spirituali consolationi, etiam per congruæ dispensationis Indulta, prout rerum, locorum, & temporum rationes, ac veneranda Majorum Nostrorum exempla suadent, consulere, & providere.

§. 1. Sane dudum dilecti Filii Presbyteri Latini Ritus Apostolicas Missiones per Russiam Polonicam exercentes Congregationi Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum exponi curarunt, quod quum in tota Russia, ac potissimum in Montibus Pokuciæ, in Podolia, in vastissimis Ukrainæ Regionibus, & in universa fere Russia Alba nuncupata, frequentes quidem sint Ruthenorum Unitorum Ecclesiæ, rarissimæ vero Latini Ritus; eumque ipsi pro Missarum celebratione Lapideas Sacratas Tabulas, & Calices aureos, vel argenteos per longa, & difficilia itinera, sine gravi incommodo, & sine periculo confringendi easdem Tabulas, & Calices, secum deferre non valeant; idcirco, nisi facultas ipsis concedetur celebrandi Sacrosanctum Missæ Sacrificium super dictorum Ruthenorum Antimensiis, ut vocant, & Calices eorumdem e stanno, ut moris apud illos est, confectos adhibendi, necesse ipsis erit ab ejusdem Sacrificii celebratione plerumque abstinere; multique præterea Latini Ritus Fideles, qui ab Ecclesiis ejusdem Ritus longe degunt, Sacerdotis Latini præsentia, a quo Sacra Mysteria peragantur, eisque distribuantur, omnino carebunt; prout reipsa sæpe, gravissimo cum animarum detrimento, per plures annos carere dignoscuntur. Proindeque demissis precibus postularunt, ut sibi concederetur hujusmodi facultas, Sacrosanctum nempe Missæ Sacrificium, etiam sine Lapidea Sacrata Tabula, celebrandi super Antimensiis Ruthenorum Unitorum, atque in Missarum celebratione, eorumdem Ruthenorum stanneos Calices adhibendi.

§. 2. Cum autem hujusmodi Missionariorum preces a dicta Cardinalium Congregatione, Propagandæ Fidei negotiis præposita, alterius Congregationis Ven. quoque Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium adversus hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum examini, & judicio, de more, remissæ fuerint; & consequenter de iis actum fuerit in Consessu coram Nobis habito die XXII. Januarii elapsi Anni MDCCL.; Nos tunc, ut ad generale Rescriptum super his edendum mature procederemus, quidquid olim in hac materia ab hac eadem Apostolica Sede decretum fuisset, in unum colligi jussimus; ac præterea Ven. Fratri Episcopo Zenopolitano, qui tunc opportune in Curia præsens aderat, quique & antea diu in Polonici Regni Ditionibus, atque in Ecclesiasticis Catholicorum Latinorum, Græcorumque Unitorum negotiis, Apostolicæ Sedi egregiam operam navando, versatus fuerat; & deinde ad easdem Regiones, & ad eosdem labores laudabiliter prosequendos, non obstantibus itinerum difficultatibus, expensisque, redire non dubitavit; mandavimus, ut Nos super expositorum veritate instructos redderet, suamque Nobis sententiam super hujusmodi postulatis, tam voce, quam scripto aperiret. Nunc vero, exhibitis Nobis præcedentium Decretorum monumentis, iisque per Nos accurate perpensis; atque omnibus, quæ in dictis precibus narrata fuerant, præfati Episcopi Zenopolitani testimonio comprobatis; quum is præterea Nobis retulerit, complures esse in iis Regionibus Presbyteros Latini Ritus, & quidem Deum timentes, qui in supradictis necessitatibus constituti, minime dubitant super Antimensiis Græcorum Unitorum absque Lapidea Tabula Missarum Sacra facere; ejusdemque consilium fuerit, quod sicuti Græcorum Unitorum Presbyteri, quoties id rerum opportunitas suadet, propriis Antimensiis relictis, Missarum Sacrificia offerunt super Lapideis Latinorum Tabulis; ita ad constitutam feliciter Unionem magis magisque stabiliendam non parum conduceret, Latinis Presbyteris, liberam facultatem concedere, ut, ubi necessitas sic exigere dignoscatur, deficiente nimirum Lapidea Altaris Tabula, Missas celebrare valeant super eorumdem Græcorum Unitorum Antimensiis; his omnibus attente perpensis, in hanc denique sententiam devenimus, ut prædictis Sacerdotibus Latini Ritus in Russia Polonica degentibus permitteremus, in Ruthenorum Unitorum Ecclesiis, deficientibus Lapideis Tabulis de more consecratis, & Calicibus aureis, sive argenteis, Missarum Sacrificia super eorundem Ruthenorum Antimensiis, & cum Calicibus e stanno, qui apud illos in usu sunt, sine ullo conscientiæ scrupulo celebrare.

§. 3. Porro quod attinet ad Calices stanneos, omissis iis, quæ repeti possent ex priorum Ecclesiæ seculorum memoria, quum scilicet & lignei, & vitrei Calices in Altaris ministerio adhibebantur, ut ostensum a Nobis est in Tractatu *de Sacrificio Missæ sect.* 1. §. 26. *& seq. Latinæ Editionis Patavinæ*; nullum generale Decretum proferri potest, quo vel hodie vetitum sit, hujusmodi Calicibus e stanno confectis in Missa uti, si Ecclesiarum, vel Sacerdotum paupertas tanta sit, ut majoris pretii Vasa comparari nequeant; quinimmo *in Can. Ut Calix de Consecrat. distinct.* 1. hæc expressa verba leguntur: *Si quis autem tam pauper est, saltem vel stanneum Calicem habeat.* Et quidem ad comprobandam, asserendamque hujusmodi Ecclesiæ indulgentiam plura leguntur apud S. Thomam 3. *part. quæst.* 83. *art.* 3. *ad sextum*, aliosque Scriptores de hac disciplinæ capite agentes, Quart. *ad Rubricas Missalis part.* 2. *tit.* 1. *sect.* 1. *dub.* 1. §. *Colligitur*, Pasqualig. *de Sacrificio Novæ Legis tom.* 2. *quæst.* 764. *& quæst.* 765., Biss. *Hierurgia Sacra in verb. Calix* §. 2.

§. 4. Quod vero spectat ad alteram optati Indulti partem, satis quidem constat, in Ecclesia Latina nequaquam celebrari posse Incruentum Missæ Sacri-

crificium, nisi super Altari, quod vel totum rite consecratum fuerit, vel saltem superimpositum habeat consecratum Lapidem, qui *Tabula Altaris* nuncupatur; qua etiam de re egimus in d. Tractatu *de Sacrificio Missæ tit. sect.* 1. §. 2. *& seq.* In Græca autem Ecclesia hujusmodi Sacrati Lapides minimè sunt in usu; sed ibi a pluribus jam sæculis in more positum est, ut, ubi Altare solemni consecratione totum dedicatum non fuerit, loco Lapideæ hujusmodi Tabulæ, super Altaris Mensa aptetur Linteum quoddam Episcopali benedictione consecratum, in cujus angulis Sanctorum Reliquiæ reconditæ sunt, quodque vocatur *Antimension*, & super ipso Sacra Mysteria conficiantur; ut apud Auctores de Rebus Liturgicis tractantes videre licet, Goar. *in notis ad Eucholog. Græcor. p.* 521. *Venet. Edit.*, Christianus Lupus *in Synodos General. & Provincial. in dissert. de S. Leonis IX. actis cap.* 13. *Bruxellen. Edit. part.* 3., Renaudot *in Collectione Liturgiarum Oriental. tom.* 1. *p.* 182, *Edit. Parisien.*, Magri *in Notitia vocabulor. Ecclesiasticor. in verb. Antimensia*, Card. Bona *Rer. Liturgicar. lib.* 1. *cap.* 20. §. 2., ejusque Commentator Robert. Sala *tom.*2, *p.* 70. *n.* 4. *Taurinen. Edit.*

§. 5. Quum vero nunquam Ecclesiæ Latinæ mens fuerit, ut Græcorum Ritus destrueret, quin potius eorum semper conservationi, quantum fas esset, necnon eorumdem apud Græcos Fideles observantiæ prospexerit; nunquam proinde Missarum celebrationem, quæ super hujusmodi Antimensiis a Græcis Catholicis fit, improbavit; sed eam, & quidem non in partibus Orientis dumtaxat, verum etiam inter Italo-Græcos, permitti, expresse declaravit; ut videre licet tum in Institutione per fel. rec. Prædecessorem Nostrum Clementem Papam VIII. edita, tum in Nostra Constitutione, quæ incipit, *Etsi Pastoralis*, *Bullarii Nostri tom.* 1. *Constit.* 57. §. *6. n.* 17.

§. 6. Quum vero in iis Regionibus, in quibus Italo-Græci sunt, Latini quoque frequentes habitent, atque ibidem tam unius, quam alterius Ritus Ecclesiæ adsint, itaut absque ullo impedimento, & sine gravi incommodo unusquisque Presbyter proprii Ritus Ecclesiam adire valeat; nulla sane causa est, ob quam Latinis earum partium Presbyteris permitti debeat, contra constantem Ecclesiæ Latinæ disciplinam, sine Sacrata Altaris Lapidea Tabula Missas celebrare, easque super Græcorum Antimensiis offerre; quod ipsis proinde in citata Nostra Constitutione vetitum fuit, *eodem* §. *6. n.* 19.

§. 7. Sed aliter se res habent, ubi de Regionibus agitur, in quibus Latini Presbyteri ab Ecclesiis Latini Ritus longe degentes, quum Sacratas Lapideas Tabulas per longa itinera sine gravi incommodo, & sine periculo eas confringendi, secum deferre nequeant, vel Missæ celebrationem penitus omittere, & sic Latinos Fideles sine Sacrificio proprii Ritus, & sine Mysteriorum participatione relinquere, vel eam super Græcorum Antimensiis peragere compelluntur. In hujusmodi rerum circumstantiis, Apostolicæ Sedis provida indulgentia jamdudum enituit; quum scilicet anno MDCII. ad supplicationem tunc existentis Episcopi Vilnensis, prædictæ Cardinalium Inquisitorum Generalium Congregationi hac de re exhibitam, ipso etiam Prædecessore Nostro Clemente Papa VIII. approbante, rescriptum fuit: *Sacerdotes Rutheni non Schismatici, in Ecclesiis Catholicorum Ritus Latini, Altaribus, Calicibus, & Vestibus Sacris eorumdem Catholicorum uti, & Missam celebrare possint, in casu necessitatis, ac etiam solum devotionis causa, dummodo Ritu Rutheno celebrent. Et e contra Sacerdotes Ritus Latini in Ecclesiis Ruthenorum non Schismaticorum, Altaribus, & Calicibus, ac Vestibus Sacris uti, & Missam celebrare valeant, Ritu tamen Latino. Et prædicta serventur secluso omni scandalo, & de licentia Prælatorum, & Rectorum ipsarum Ecclesiarum.*

§. 8. Nos igitur, præmissæ necessitatis intuitu, atque etiam hujusmodi Decreti consideratione adducti, præsentium Litterarum tenore, atque ex certa scientia, & Apostolicæ auctoritatis plenitudine, salvis præfati Clementis VIII., Nostrisque super Ritibus Italo-Græcorum editis Constitutionibus, & Ordinationibus, non modo relatum superius Decretum approbamus, & confirmamus; verum etiam præfatis omnibus Missionariis, aliisque Sacerdotibus Latinis, in tota Russia Polonica nunc, & pro tempore commorantibus, ut ipsi, & eorum quilibet, in Ecclesiis Ruthenorum Unitorum, deficientibus Lapideis Altarium Tabulis rite consecratis, super Sacris eorundem Ruthenorum Antimensiis Missarum Sacrificia celebrare, atque etiam, ut supra dictum est, in hujusmodi celebratione eorumdem Calicibus stanneis uti libere, & licite possint, & valeant, concedimus, & indulgemus. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, seu Generalium, aut Provincialium, vel Synodalium Conciliorum contrariis Constitutionibus, & Ordinationibus, sive Locorum, Personarum, aut Ordinum Statutis, Ritibus. Usibus, & Consuetudinibus etiam immemorabilibus, cæterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

§. 9. Volumus autem, sicut in præmisso Decreto expresse cautum reperitur, ut dicti Missionarii, & Sacerdotes Latini, etiam quum eos, vigore præsentis concessionis, super Ruthenorum Unitorum Antimensiis Missam celebrare contigerit, Latino semper Ritu eandem celebrare teneantur; firma nimirum, & in suo robore permanente Apostolica Constitutione a fel. rec. Prædecessore quoque Nostro S. Pio Papa V. edita, quæ incipit, *Providentia Romani Pontificis*, *Constitut.* 12. *tom.* 2. *Bullar. Rom. Edit. Luxemburg.*, per quam omnes facultates, & indulta, tam Græcis, ut Missas, & Divina Officia Latino Ritu celebrare possent, quam etiam Latinis concessa, ut eadem Græco Ritu peragere valerent, revocata, atque perpetuo sublata fuerunt; quamque Nos etiam earundem præsentium tenore, quatenus opus sit, dictaque auctoritate confirmamus, & innovamus.

§. 10. Volumus insuper, ut iidem præsenti Indulto celebrandi super Græcorum Antimensiis, in prædictorum Ruthenorum Ecclesiis dumtaxat (quemadmodum etiam in præmisso Decreto legitur) uti, & gaudere possint; si vero eosdem in aliqua Latina Ecclesia, seu in domesticis Latinorum Oratoriis, quæ forsan auctoritate Apostolica in hujusmodi Latinorum privatis domibus, cum licentia celebrari faciendi, quæ adhuc vigeat, erecta fuerint, Sacrosanctum Sacrificium offerre contigerit, illud vel super Altari consecrato, vel super Lapidea pariter consecrata Tabula, quæ etiam *Altare portatile* appelletur, non autem super Antimensiis hujusmodi, celebrare omnino debeant.

§. 11. Volumus denique, ut præsentium Litterarum exempla, etiam impressa, publici Notarii subscriptione, & Personæ in dignitate Ecclesiastica constitu-

stitutæ Sigillo munita, eandem omnino, ac ipsæ præsentes, ubicumque opus fuerit, fidem, & auctoritatem obtineant.

§. 12. Nulli ergo hominum liceat paginam hanc Nostræ Concessionis, Indulti, Statuti, Decreti, & Voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Domini MDCCLI. IV. Kalendas Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

D. Card. Passioneus.
J. Datarius.

Visa de Curia
J. C. Boschi. J. B. Eugenius.
Registrata in Secretaria Brevium.

1751. 30. Mart. *Hac die editum fuit quoddam S. Congregationis Indulgentiarum Decretum, cujus in sequenti Edicto summa describitur.*

F. Gio. Antonio
per la Misericordia di Dio Vescovo di Frascati, della S. R. C. Card. Guadagni, e della Santità di N. S. Vicario Generale &c.

AVendo la Santità di N. S. Benedetto XIV. benignamente approvato la dichiarazione fatta dalla S. C. dell' Indulgenze, e Sagre Reliquie sotto li 30. del prossimo passato Marzo, cioè, che l' Indulgenza di sette Anni, e sette Quarantene, applicabile solamente per gli Defonti (già concessa dalla stessa Santità Sua, precedente il voto della medesima S.Congregazione, ai 6.Aprile 1745. (a) a chiunque in istato di grazia avesse fatto in qualsisia degli ultimi tre giorni della Settimana Santa l'Orazione mentale, o vocale almeno per un' ora in suffragio degli stessi Defonti), possa acquistarsi ancora da quelli, che ne'medesimi tre giorni assisteranno, o interverranno per un' ora alli Divini Offici, Funzioni della Chiesa, o ad altre opere pie, purchè in tal tempo facciano pure l'Orazione mentale, o vocale: si esortano tutt' i Fedeli dell' uno, e l' altro Sesso ad avvalersi di questo sagrosanto Tesoro per suffragare le povere Anime del Purgatorio in giorni si santi =. Dato in Roma dalla nostra solita Residenza ai 7. Aprile 1751.

F. G. A. Card. Vicario.
G. Arciprete Ori Segretario.

(*a*) *In Edicto altero Emi ejusdem Vicarii Urbis, quod die 17.Martii ejusdem anni 1751.datum fuit, Indulgentia eadem per Decretum anni 1745., quod hic citatur, concessa dicitur* a tutti li Fedeli dell'uno, e dell'altro Sesso, i quali o nell'Italia, o nell'Isole adjacenti nelli tre ultimi giorni della Settimana Santa, cioè Giovedì, Venerdì, e Sabbato Santo, divotamente si occuperanno per lo spazio di un' ora continua in Orazione o mentale, o pure vocale a pro de'Fedeli defonti (*quibus dicti tribus ante dictis diebus consuetum Missarum suffragium, uti dicitur ad Edicti calcem*), con potersi conseguire l' accennata Indulgenza in ciascheduno de' detti giorni dalla stessa Persona.

Cum hoc Edictum die 17. Martii, ut diximus, Chronol. Seraph. ideoque paucis diebus ante Edictum 7. Aprilis, quod supra retulimus, promulgatum fuisset; hinc arbitror factum, ut non omnes ante dictæ clausulæ prioris illius Edicti repetitæ sigillatim fuerint in isto Edicto posteriori dici 7. Aprilis. Nam ceterum posteriori Sac. Congregationis Decreto 30. Martii, quod per Edictum ipsum 7. Aprilis publicatur, nihil fuit mutatum de priori Decreto anni 1745., sicuti ex Edicto ipso colligitur; sed tantummodo declaratum fuit, posse Indulgentiam, Decreto illo anni 1745. concessam, lucrifieri etiam ab iis, qui ad horæ spatium intererunt Divinis Officiis &c., dummodo &c., ut supra.

1751. 24. April. *B. SALOMEÆ Virg. Ord. S. Claræ Oratio, & Lectiones II. Noct. propriæ approbantur.*

CRACOVIEN.

AD supplices, enixasque preces Serenissimi Augusti III. Poloniæ Regis, Reverendiss. Archiepiscopi Gnesnensis Primatis, Episcoporum, universi Senatorii, & Equestris Ordinum ipsius Regni, & Magni Ducatus Lithuaniæ, necnon Magistratuum Urbium Regiarum, Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papæ XIV. per Eminentissimum, & Reverendissimum D. Card. S. Clementis præfati Regni Protectorem porrectas, & a Sanctitate Sua ad S. R. C., unà etiam cum humillimis Rmi P. Ministri Generalis Minorum S. Francisci Convent. nomine totius sui Ordinis, ac Postulatorum Causæ instantiis, remissas; Sacra eadem Congregatio, audito prius voce, & scripto R. P. D. Ludovico de Valentibus S. Fidei Promotore, referente Eminentissimo & Reverendissimo D. Card. Tamburino S. R. C. Præfecto, suprascriptam Orationem, & Lectiones secundi Nocturni proprias B. Salomeæ Virginis Monialis Professæ Ordinis S. Claræ mature revisas, examinatas, & correctas approbavit, ac quotannis die ejus festo 17. Novembris ab omnibus tam Sæcularibus, quam Regularibus utriusque sexus, quibus ex Indulto S. Sedis Apostolicæ permissum est ipsius Beatæ Officium de Communi Virginum, imposterum recitari posse benigne indulsit, atque concessit, si Sanctissimo Domino Nostro placuerit. Die 3. Aprilis 1751.

Et facta deinde per R. P. D. Erbam Proton. Apost. Prosecretarium de prædictis eidem Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit. Die 24. ejusdem mensis, & anni 1751.

D. F. Card. Tamburinus Præfectus.
A. M. Erba Prot. Apost. Prosecret.

Loco ✠ Sigilli.

1751. 8. Maji. *Responsa S. Congregationis Concilii Interpretis in* Conversana Jurisdictionis.

CUm Episcopus Conversani, quæ Neapolitani Regni Urbs est in Agro Bariensi, Monasterium visitare vellet Sanctimonialium Ordinis Carmelitici, quod est in Oppido Putignano; obstiterunt Moniales, obstitere P. Commissarius; & P. Procurator Monasterii ejusdem. Re post varios casus ad cognitionem delata S. Congregationis Concilii Interpretis; Controversia omnis comprehensa fuit capitibus 26., quæ versantur in materiis celeberrimarum Constitutionum Inscru-

scrutabili, & Superna, *de quibus (ut dicitur in Folio Congregationis diei 13. Martii 1751.) centena sunt Decreta, & Responsa ejusdem S. Tribunalis collecta in celebri* Wormatien. Jorisdictionis.

In Folio prælaudato nihil eo usque a Monasterio, & a PP. Carmelitis habitum fuisse notatur. At vero proponi Causa eo die non potuit. Proposita autem cum fuisset 24. Aprilis (in cujus Congregationis Folio dicitur, quod Carmelitæ dilationem petierant; sed ea temporis accessione, parati fortasse erant ad pugnam), *rescriptum fuit:* Dilata, & proponatur omnino in sequenti. *Rursus igitur proposita Caussa die 8. Maji, responsum fuit, ut infra, ad hæc Dubia, quæ sequuntur* =

I. An in Monasterio Menialium Carmelitarum Putignani electio Abbatissæ fieri valeat sine præsidentia Episcopi Conversani, sive ejus Delegati? Et quatenus affirmative,

II. An illa aliter facta sine hujusmodi præsidentia, dum Episcopus declaravit juxta Bullam *Inscrutabili* præsidere velle, sit oulla, itaut ad novam electionem proedi valeat?

III. An munus Priorissæ in Moniales juxta antianitatis ordinem, & sine ullo meritorum defectu ibi conferri debeat; sive potius Monialium suffragia in alias etiam non antianas juxta qualitates, & merita libere dari valeant?

IV. An Superior, seu Commissarius dicti Monasterii, per P. Generalem Ordinis ad triennium eligi solitus, postea per idem tempus in Confessarium ordinarium Monialium nominari, vel saltem P. Generalis valeat alium nominare in Confessarium ordinarium?

V. An Episcopus sub censuris prohibere valeat Superiori Regulari dicti Monasterii, & Confessariis ordinario, & extraordinario, ne extra propria respective munera eum Monialibus alloquantur?

VI. Ao possit Episcopus pro Clausuræ custodia Presbyterum Sæcularem deputare, qui claves Monasterii retineat; sive potius illæ per Confessarium Regularem sint retinendæ?

VII. An Superiori, seu Commissario Monasterii sine censurarum incursu licitum sit etiam cum justa, & legitima causa Clausuram ingredi absque licentia Episcopi, vel ejus Delegati?

VIII. An licentiæ concessæ pro Medicis, & aliis, qui ex necessitate in Clausuram ingrediantur, privative dari debeant a Commissario Monasterii; sive cumulative etiam ab Episcopo?

IX. An hujusmodi licentiæ pro Medicorum, aliorumque ingressu absolute, vel ad limitatum tempus sint concedendæ?

X. An ad alloquendum eum Monialibus concessio licentiæ Sæcularibus, se aliis quibuscumque, privative quoad Episcopum pertineat ad Superiorem Monasterii; sive potius cumulative ad dictum Superiorem, & Episcopum, vel ejus Delegatum?

XI. An Episcopus sub censurarum pœna prohibere possit tam Priori Conventus Carmelitarum existen. in Terra Putignani, quam aliis quibuscumque Religiosis ejusdem Ordinis, ne sine ejus, vel Vicarii licentia in scriptis, eum Monialibus alloquantur?

XII. Ao Episcopus prohibere valeat dictis Superiori, & Religiosis Conventus, ne sine ejus licentia Missam in Ecclesia Monialium celebrent, & in casu contraventionis procedere possit contra ipsos ad aliquam pœnam?

XIII. An ad Crates Ecclesiæ, seu Collocutorii, aut alibi liceat Commissario Monasterii sermonem, aut conciones habere ad Moniales sine Episcopi licentia?

XIV. An ordines prohibentes accessum ad Collocutoria, & Crates Monialium, a solo Episcopo indici, & publicari debeant?

XV. An sub censuris per Episcopum prohiberi valeat, ne portam Clausuræ Priorissa aperiat tam in accessu consanguineorum, & affinium in primo, & secundo gradu ad alloquendum cum Monialibus, quam ubi, & quando res in Monasterium per Rotam introduci possunt?

XVI. An absolutio Monialium a censuris pro violata Clausura, aut pro Can. *Si quis suadente*, pertineat ad P. Commissarium Monasterii, sive potius ad Episcopum?

XVII. An Provincialis Carmelitarum Clausuram visitans ad tramites Alexandrinæ Constitutionis teneatur præventive Episcopum certiorem reddere de die, & hora explendæ Visitationis, & quomodo hujusmodi certioratio fieri debeat?

XVIII. An Episcopo licitum sit in visitanda Clausura Stolam deferre, eique Moniales teneantur stratum parare, omnesque in ingressu obviam ire?

XIX. An Episcopus toties, quoties expedire putaverit, possit, etiam inconsultis Superioribus Regularibus, tam Clausuram, quam Cellas Monialium in eonerrentibus eamdem Clausuram visitare, adhuc præcisive tam a suspicione, quod illa violata fuerit, quam a quacumque Superiorum Regularium negligentia?

XX. An dies, & hora explendæ Visitationis præfatæ Clausuræ ab Episcopo Monialibus ante accessum & dici, & notificari debeat?

XXI. An ejusdem Clausuræ Visitatio ab Episcopo sine Superiorum Regularium, seu alicujus Religiosi interventu fieri valeat?

XXII An ultra Visitationem localem licitum sit Episcopo Visitationem personalem cujusvis Monialis explere, atque illam interrogare in attinentibus ad Clausuram tam materialem, quam formalem?

XXIII. An revisio computorum administrationis dicti Monasterii facienda sit ab Episcopo una cum Superiore Regulari, dum bona, & redditus per Religiosum Carmelitam administrantur?

XXIV. An Acta necessaria pro receptione Puellarum tam pro educatione, quam pro earum ingressu, & professione facienda sint in Cancellaria Episcopi, a quo danda sit licentia pro earum ingressu, & professionis emissione; & ad quem spectet exploratio voluntatis earumdem Puellarum?

XXV. An Pater Commissarius Velum dare possit Monialibus professis, adhuc si vigesimum quintum annum non expleverint?

XXVI. An, & a quo sit præstandus assensus alienationi bonorum Monasterii, quæ fit vigore Can. *Terrulas* in casu &c.

Sacra porrò Congregatio ad præfata Dubia sequentem in modum respondit:

Ad I. Negative. Ad II. Affirmative. Ad III. Negative ad primam partem: Affirmative ad secundam. Ad IV. Negative ad primam partem: Affirmative ad secundam. Ad V. Dentur Decreta. Ad VI. Negative ad primam partem: Affirmative ad secundam. Ad VII. Negative, excepto casu Visitationis faciendæ semel in anno. Ad VIII. Negative ad primam partem: Affirmative ad secundam. Ad IX. Concedendas esse ad tempus limitatum. Ad X. Negative ad primam partem; Affirmative ad secun-

secundam . Ad XI. Affirmative . Ad XII. Negative . Ad XIII. Affirmative pro solis Monialibus , & clausis januis . Ad XIV. Affirmative quoad ordines publicandos per Edictum . Ad XV. Negative . Ad XVI. Quoad primam partem , spectare ad Episcopum in casibus oon reservatis S. Sedi : quo vero ad secundam , spectare ad Episcopum in percussionibus gravibus tantum . Ad XVII. Affirmative juxta Decretum in Lieien. Ad XVIII. Affirmative . Ad XIX. Affirmative , onerata conscientia Episcopi . Ad XX. Negative . Ad XXI. , XXII. , & XXIII. Affirmative . Ad XXIV. Omnia spectare ad Episcopum , Ad XXV. Negative . Ad XXVI. Spectare ad Episcopum .

Multa hic possent animadverti , nisi temporis urgeremur angustiis . Duo tamen non prætermittam ; unum , quod ad dubii 13. ; *alterum , quod ad postremi decisionem attinet .*

In Novis Additionibus *ad Bibliothecam P. Luell Ferraris , Observantis Provinciæ Alexandrinæ olim Exministri (ad v.* Prædicare) *sic dicitur (n.9.) :* „ Sine Episcopi licentia prædicare & Regulares posse Monialibus sibi subjectis , iisque solis , & clausis januis , rescripsit S. Congregatio Concilii interpres in Conversana Jurisdictionis 8. Maji 1751. ad dubium 13. „ *Ac relato dubio , & responsione , concluditur :* „ Videtur autem , hac resolutione recessum a mox dicta Constitutione Clementis X. „ *nempe a Constitutione* Superna .

At vero res contra se habet . Nam possunt quidem Regulares sine Episcopi licentia prædicare Monialibus sibi subjectis , iisque solis , & clausis januis ; *at non in vim responsi hujus ; sed in vim ipsius Constitutionis* Superna . *In hoc namque responso ad dub. 13. sermo non est de Regularibus generatim ; sed de* Commissario Monasterii , *hoc est (uti ex* dubio *prætertim 4. compertum fit) de* Monasterii Superiore per P. Generalem Ordinis *Carmelitici* ad triennium eligi solito . *Quamobrem ex hoc* præcise *responso id inferri non potest . Itaque in Indice prælaudati Tomi Resolutionum S. C. Conc., decisio hujus 13. dubii hunc in modum citatur :* „ Superior Regularis Monasterii Monialium potest absque licentia Episcopi ad Crates Ecclesiæ , seu Collocutorii , aut alibi conciones habere ad Moniales tantum , & clausis januis : Ibid. ad XIII. dub. „

In Constitutione Superna *e contra id luculenter adstruitur . In qua cum Pontifex consuetam distinctionem statuat inter* licentiam , & benedictionem ; *non illam , sed hanc petendam constituit .* „ Et hujusmodi (*inquit*) benedictionem teneri etiam Regulares petere , si in quibuscumque Oratoriis sui Ordinis sermonem coram Populo , vel in Ecclesiis , aut ad Crates Monasteriorum Sanctimonialium eorum jurisdictioni subjectarum , licèt clausis januis , & nullus Sæcularis intersit , habere voluerint „ . *Quare* hac resolutione recessum *non* fuit a mox dicta Constitutione (*a qua ne recedere quidem poterant Eminentissimi Patres auctoritate sua ordinaria , quo superiora ediderunt responsa) ; sed imo responsio hæc unum continet ex iis , quæ in Constitutione eadem decreta sunt .*

Hæc non aliam ob caussam notata sunt , nisi ut nossent nostrates , quando (quod ad Moniales pertinet) benedictionem dumtaxat ab Ordinario petere ; quando obtinere ab eodem licentiam debeant : quidnam præterea , siquis contradixerit , proferre , & exhibere reverenter possint , quod ad rem faciat , & efficax , idoneumque sit ad facti ipsorum rationem reddendam : &c. , cum vulgatissima sit ubique Bibliotheca prædicta , id proferant , quod ad rem nihil faciat , itaque contradictio incalescat potius , quam extinguatur . Cetera , quæ huc spectant , vide apud P. Matthæucci (Offic. Cur. cap. 12.) , *Ferraris (d.* v. Prædicare) , *& Auctores ab iisdem citatos .*

Quod vero attinet ad responsum postremum ; ex eo P. Ferraris sic docet (v. Alienatio art. 4. *in* Supplem. n. 5.) : „ Etiamsi agatur de Regularibus exemptis , assensus alienationibus rerum exigui valoris nequit præstari ab eorum Prælato , sed præstandus est ab Episcopo , ut rescripsit S. Congregatio Concilii interpres in Conversana Jurisdictionis 8. Maji 1751. ad dub. 26. „ *Alia hæc de re Decreta habes apud P. Ubaldum Giraldi* (Jur. Pontif. *novitt.* part. 1. *in* C. Nulli de reb. Eccl. alien. *p.* 287. *sub fin. seq. Edit. Rom.*1769.) . *Ad nostrates quod attinet , vid.infr. sub die* 18. *Dec.* 1761. *in Not.*

Quænam vero in alienationibus rerum hujusmodi debeant simul concurrere , aliaque ad eandem pertinentia vide apud Vincentium Petram , a Benedicto XIV. , quo Pontifice diem obiit supremum , vehementer laudatum (*Const.* In Apostolica §. 4. & 7. , & *Const.* Inter plures §. 32. , *Bullar. ejusd. Pont. to.* 1. *p.* 201. *seq.* , & *pag.* 216.) , *antea S. Congregationis Tridentini interpreti a Secretis , aliisque gravibus muneribus functum , postea vero Annuit. Cardinalem , Ecclesiæ Dei , & Neapolitanæ Urbis præclarum lumen (ad Const.* 5. Pauli II. *sect.* 2. *n.* 59 *seqq. to.* 5. *p.* 223 *seq. Edit. Venet.* 1741.) ; *necnon apud P. Giraldi (loc. cit.) , P. Ferraris (loc. cit art.*2. *n.*1. *seqq. , & art.*6. *n.*12.) , *& alios passim .*

Ex Decretis , quæ iidem commemorant , cùm falsæ aliæ nonnullorum Auctorum opiniones corrigendæ sunt ; tum opinio illa quorumdam , arbitrio Iudicis permittendum , de pretio , seu valore exiguo ex circumstantiis decernere ; quando is valor jam olim iteratis declarationibus suis ab hac ipsa S. Sede definitus fuit ; quemadmodum ex Decretis iisdem explorautum fit . Hoc ut certius innotesceret , Decreta duo , ex Regestis S. Congregationis Episc. & Regul. nostra manu exscripta , hic proferenda putavimus .

Primum ab ante dicta S. Congregatione latum est , Clemente VIII. Pontifice , in Faventina *sub die* 22. Maji 1601. (*quem in annum apud Auctores quosdam , & apud aliquos in mensem quoque , irrepsit mendum : nisi forte quæ ab ipsis referuntur , Decreta alia sint , quæ nobis , temporis brevitate pressis , conquirere non licuit) . Apparet Decretum illud ex sequenti Epistola jussu S. Congregationis ad Episcopum Faventinum data .*

„ Faenza al Vescovo . La Compagnia di Vergognosi di cotesta Città ha fatto supplicare a N. S. di poter vendere alcune casette , & pezzi di terra di poco valore , che li vengono lasciati in ultime volontà da diverse persone pie da impiegarsi in elemosine , & in servizio di poveri senza pigliar altra spedizione quà , ma con la sola autorità di V. S. Et havendo la Santità Sua fatto sapere alla Congregazione , che se ne contenta ; questi miei Illustrissimi Signori mi hanno ordinato di scriverle , che debba mandare ad essecuzione questa mente di S. B. nelle cose , che non eccedono il valore di venticinque scudi d' oro , interpretando anco la disposizione del C. *Terrulas* sin a questa somma . Onde ella si compiacerà di dar ordine , che venendo l' occasione , così sia esseguito , & Dio le doni ogni contento . Di Roma li 22. di Maggio 1601. „

Decretum alterum ejusdem S. Congregationis , simulque Summi Pontificis Pauli V. , prodiit sub die 29. Novembr. 1613. in Messanen. : *ad cujus Diœcesis Archiepiscopum hæ Literæ fuerunt perscriptæ* =

„ Messina all'Arcivescovo. Havendo V. S. fatto dare un Memoriale alla S. C., nel quale domanda, che si dichiari, se per la Stravagante *Ambitiosæ* si è derogato al C. *Terrulas* 12. q. 2., e tolta alli Vescovi la facoltà, che li competeva, o pure se detta facoltà li compete ancora, e sin a qual somma s'habbia da intendere: Questi miei Illustrissimi Signori hanno risoluto, non esser stato derogato per la detta Stravagante alla disposizione del detto C. *Terrulas*, & però che li Vescovi se ne ponno valere, purchè vi concorra la causa legitima di alienare, qual è la necessità, o evidente utilità della Chiesa. Circa poi il 2., la Santità di N. S. (*scilicet Paulus V.*), alla quale se n'è dato conto, ha dichiarato, che detto Capo si deve intendere solamente di quelle cose, che non eccedono il valore di venticinque scudi. Così &c.

Etsi in hac extrema hujus Epistolæ parte in Regesta S. Congregationis perspicue legitur, il valore di cinque scudi; *scribere tamen non dubitavimus*, il valore di venticinque scudi. *Satis enim ex præcedenti Decreto, atque aliunde intelligebamus, Scribæ erratum id esse. Satis quoque perspicuum est, scutata istbæc, quorum species (forte ex ipsius Scribæ errore) in hac Epistola non designatur, scutata aurea esse (non tamen scutata, seu ducatos, ut vocant*, de Camera, *quam falsam opinionem Leonis, in* Thesaur. For. Eccl., *reprobat cum aliis Card. Petra loc. cit. num. 64.*).

Ea porro scutata aurea summam conficere scutatorum communium unius & quadraginta cum obulis, *seu assibus*, vigintiquinque monetæ Romanæ; *scribit P. Giraldi (loc. cit. pag. 238. col. 5.). At P. Lucius Ferraris* (v. Alienare *art. 3. n. 4.*), Scutum aureum, *ait*, constituitur ex paulis sexdecim; & secundum hanc computationem, 25. scuta aurea constituunt scuta quadraginta monetæ Romanæ „: *quod etiam tradiderunt Riccius, & Gratianus (apud Petram loc. cit. n. 63.). Contra autem ipse Card. Petra (ibid. n. 63.) ita cum aliis docet:* „ Et secundum cursum, dicta scut. 25. auri constituunt scut. triginta septem monetæ Romanæ, & Regni Neapolis ducat. quadraginta circiter, juxta valorem intrinsecum attendendum „.

Utut hoc sit, quod aliis definiendum relinquimus; ultra dictam praxim Curiæ Romanæ, *scutatorum videlicet aureorum vigintiquinque*, non possunt (*ut rectissime subdit Eminentissimus idem Auctor ibid. n. 64.*), neque debent Episcopi uti arbitrio, sum motivo, se arbitrari posse; cum nihil valeat circa id eorum arbitrium, attento quod versamur in his, quæ certa lege definita reperiuntur, ac declarata per Sac. Congregationem (*quinetiam, ut vidimus, per ipsum Summum Pontificem*), & juxta Curiæ Romanæ praxim recepta, ut docent *&c. Et mox n. 65.*: Nullo modo tamen potest in hoc sustineri prætensum solitum in majori summa, ut ultra citat. Corrad., aliosque DD., resolvit S. Congregatio, *scilicet Tridentini interpres, cujus ibi quatuor subnectit Decreta.*

Tandem eundem numerum 65. concludens, Nec etiam, *inquit*, sustineri potest, ut fiant sine Beneplacito Papæ plures alienationes modicæ ejusdem magni prædii, vel rei; quia hoc modo defraudaretur legi, *&c.*, ut notant *&c.*

1751. 8. *Maji.* *DECISIO*

Ejusd. Sac. Congregationis Tridentini interpretis in Novarien. Juris Visitandi.

OPpido Varalli (*sic legitur in Folio Congregationis habitæ die prædicta*), quod est in Valle Siccida Novariensis Diœceseos, Mons imminet prisca religione sacer, & maximis piorum hominum concursibus celebratus: speciem enim præsefert Hierosolymitani illius, in quo humanæ reparationis Mysterium consummatum est. Sedet in radicibus Montis Monasterium cum Ecclesia Virgini Matri dedicata, & in vertice Montis Eremitorium Sancti Sepulchri. Hæc omnia Varalli Populus anno 1486. publico, legitimoque actu donavit B. Bernardino de Caymia Vicario Generali Ordinis Minorum Observantium, ejusque Fratribus, qui authoritate Innocentii VIII. Pontificis Maximi hanc donationem agnovit. In actu illo publico donationis aperte exprimitur, Eremitorium Montis *esse de membris dicti Monasterii*, idemque habetur in Instrumento publico possessionis traditæ B Bernardino de Caymia. Dum vixit Vir Beatus, pax summa fuit inter ejus Fratres, & Varalli Populum: sed, eo defuncto, plurima exorta sunt dissidia, quæ nondum componi potuerunt. Origo fuit Arca, in qua Piorum oblationes, & eleemosynæ reponuntur: hujus enim claves Fratres, & Populus sibi vindicabant. Re a Consulibus Varalli delata ad Julium III. Summum Pontificem, oblationum, & eleemosynarum administratio Consulibus concessa fuit, dato Brevi ad Episcopum Novariensem. Id ubi Fratres resciverunt, questi sunt de subreptione, & obreptione Brevis, & ab eodem Pontifice obtinuerunt, ut rei cognitio ad Episcopum Laudensem deferretur.

Hujus Causæ exitus ignoratur. Illud certum est, a Gregorio XIII. Summo Pontifice id negocii datum fuisse Divo Carolo Borromeo, ut controversias componeret. Adiit Vir Sanctus Montem Sacrum, sed in febrim incidit, & inde decessit. Lites omnes sustulisse visum est Sixto V. immortalis memoriæ Pontifici, qui, lata Constitutione, voluit, *curam, & administrationem dicti Montis Varalli, Fabricæ, Ædificiorum, Sacrarum Imaginum, Eleemosynarum &c. perpetuo spectare debere tam ad dictum modernum, & pro tempore existentem Guardianum dictæ Domus Fratrum Minorum, quam etiam ad dictam Universitatem, & Homines ipsius Oppidi Varalli*: mandavitque Episcopis Novariensibus, *ut ad decorem ejusdem Sacri Montis, & Divini Cultus augmentum Oratoria, Imagines, et Mysteria Passionis ad Evangelicæ historiæ veritatem accurate fieri, exprimi, & suo ordine collocari curent, ac vocatis, & adhibitis in consilium Viris aliquot prudentibus, & hujusmodi rerum peritis, certum locum, modum, & formam Fabricæ, Ædificiorum, Oratoriorum, & SS. Imaginum assignent, atque a forma semel per ipsum Episcopum Novariensem præscripta non liceat Fabriceriis, aliisve personis latum unguem recedere, ædiculas &c. adjicere, & de nova construere sine ipsius licentia*: Eidem Novariensi Episcopo, qui Ecclesiæ illi præesset, facultatem indulsit *tamquam Sanctæ Sedis in hac parte specialiter Delegato &c., in eventum discordiæ Guardiani, & Consilii præfatorum, libere, ut præfertur, eligendi, & expensas, ut dictum est, suo arbitrio fieri mandandi, quam etiam &c. controversias, & dissensiones inter Guardianum, & Consilium ortas, vel orituras cum omnibus incidentibus &c. summarie, de plano, sine strepitu, & figu-*

ra

ro judicii arbitrio suo decidendi. At neque hac Constitutione dissidia cessarunt.

Mandata igitur fuit jurisdictio a Clemente VIII. Pontifice Maximo Cardinali Friderico Borromeo, ut Sacrum Montem visitaret, &, si pax, & concordia restitui non posset, ejiceret Patres Minores Observantes, & in eorum locum Fratres ejusdem Ordinis Reformatos substitueret. Ita factum est a Cardinali Borromeo, curante Populo Varalli Observantium remotionem, & ut Reformati sufficerentur, qui suffecti fuerunt, *et omnibus, & singulis gratiis, privilegiis etiam spiritualibus, indultis, exemptionibus, immunitatibus, & Indulgentiis, quibus alii altarum ejusdem Domorum Custodes, & Fratres utuntur, fruuntur, & gaudent &c., ac uti, frui, gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pari modo uti, frui, gaudere possint, & valeant*. Mutatio tamen hæc personarum speratam pacem non attulit. Iterum delegatus fuit Cardinalis Fridericus Borromeus, qui plura tulit Decreta. Meditantes itaque Fabricerii Varallenses, Ecclesiam in Monte sitam iterum in ampliorem, & elegantiorem formam ædificare, publico Instrumento protestationem emiserunt, nullum sibi jus Patres Reformatos vindicare, atque asserere in ea Ecclesia posse, nisi juxta Xistinam Constitutionem. Exacto novæ Ecclesiæ opere, eam Varalli Populus Reformatis tradidit, ut possent *officiare, e celebrare, non però privative quoad altri Sacerdoti, che ciò facranno col consenso de' Fabricieri*: alia adjecta fuerunt pacta, & reservationes, quas longum esset referre. Post hæc nova inter Fratres, & Episcopum, nova inter Fratres, & Populum Varalli orta sunt dissidia. Episcopus Torniellus Visitationem explere in Sacro Monte contendebat: Populus dominium privativum ejusdem Montis Patribus denegabat. Lis cum Episcopo Novariensi tandem sopita fuit transactione inita anno 1647., qua inter alia conventa pactum fuit, ut Xistina servaretur Constitutio, ex qua jus esset Episcopo Sacrum Montem adeundi, & Sacras inspicere Imagines, & formam tum ædiculatum, tum Imaginum præfinire, *eccettuatane però la Chiesa superiore del Monte, fuori che nel caso di vvedere le robbe, e spese fatte in essa da' Fabricieri*.

Lis alia cum Populo a Senatu Mediolanensi anno 1650. finita fuit, ita ut pars utraque uti possideret, ita possessionem prosequeretur administrationis juxta Xistinam Constitutionem, & Decreta Cardinalis Friderici Borromei. Post obitum Novariensis Episcopi Tornielli nova lis acta fuit inter Patres, & Episcopum Maraviglia Tornielli successorem, quæ tamen transactione sopita fuit, quam confirmavit anno 1671. Clemens X. Pontifex Maximus. Hac transactione probata fuit, & confirmata transactio inita inter Fratres, & Episcopum Torniellium, & hæc præcipua pacta conventa fuerunt: *che Monsignor Vescovo possa paramento andar, sempre che le parerà, nella Chiesa superiore dell' Assunzione, nel d. Monte nuovamente fabricata, e riconoscere le Statue, Pitture &c., la Sacra Suppellettile, che vi anderà facendo, spese fatte &c.: Che per li due Corpi Santi, e Reliquie &c. donate da Monsignor Vescovo Bescapè, poste in d. Chiesa &c., possa Monsignor Vescovo dimandarne conto al Guardiano, e per sapere, come siano decentemente tenute: Che ogni volta anderà Monsignore in detta Chiesa, le sii sporta l' Acqua Santa dalla Persona Ecclesiastica più degna della sua Corte senza Cotta, o Stola: Che restando la Chiesa vecchia di San Carlo destinata per far la Cappella del Giudizio; ogni volta si facci, resti soggetta, come le altre, a Monsignor Vescovo: Che in virtù di questa nuova concordia non s' intenda derogato nè alla Costituzione di Sisto V., nè al Breve di Clemente VIII.* Nondum tamen litium, & discordiarum finis fuit. Parochus, & Sacerdotes Varalli Sacra agere contendebant, aliasque explere Ecclesiasticas Functiones in Ecclesiis Fratrum, & præsertim in nova Ecclesia dedicata Assumptioni Beatissimæ Virginis: sed qui in Tribunali A. C. eo anno 1687. juri dicundo præerat, secundum Fratres Reformatos pronunciavit. Acrior inde exarsit controversia inter Fratres, & Episcopum Novariensem Vicecomitem, qui cum in Ecclesia Sacri Montis Sacratissimum Eucharistiæ Sacramentum Populo ministrare vellet, Patres autem cunctarent, & moras necterent, ne claves Custodiæ traderent, sera per vim aperta, & factis adorationibus, Sacramentum in ea non reperit, atque ira percitus continuo Fratres omnes a Confessionibus audiendis suspensos voluit, & censurarum mucrone ferit. Data fuit a Summo Pontifice Causæ universæ cognitio Congregationi particulari, quæ contra Episcopum pronunciavit, *nullam aliam jurisdictionem sive ordinariam, sive delegatam competere dicto Episcopo visitandi dictas Ecclesias, Cappellas, Oratoria, ac totum Sacrum Montem, quam ad formam transactionis initæ inter bonæ memoriæ Josephum Mariam Maraviellam Episcopum Novariensem, ac RR. Fratres dicti Ordinis Minorum Strictioris Observantiæ Reformatorum &c.; & propterea omnes, & quoscumque prætensos actus per dictum Dominum Episcopum factos, & attentatos in dictis Ecclesiis, ac in toto Sacro Monte contra, & præter formam dictæ transactionis tanquam nullos, invalidos, & attentatos annullamus, & revocamus*.

Post hanc Sententiam nullus Episcopus Sacrum Montem visitavit, & Julius Odescalchi Episcopus Novariensis adiit quidem Ecclesiam novam, sed a Visitatione abstinuit, licet a Laicis Fabriceriis Varallensibus urgeretur, ut constat publico Instrumento. Qui nunc tamen Novariensi Ecclesiæ præest Episcopus, prævio, ut ipse narrat, consensu Patris Provincialis, Sacrum Montem visitare voluit, & plurima tulit Decreta, quæ singillatim in ejus libello numerantur. Confugerunt Patres Reformati ad hoc Sacrum Tribunal, questi de nullitate hujus Visitationis, qua & transactiones, & res judicatæ violantur, & petentes, eam nullam, atque irritam ab Eminentissimis Patribus declarari. Auditus fuit, ut fieri solet, Episcopus, qui tandem respondit. Causa nunc proponitur, datis utrinque libellis, e quibus Amplissimi Patres utriusque Partis rationes cognoscere poterunt: Longum enim, quod narravimus, factum non patitur, ut eas excerpere, & hic dare possimus, ne *Folium* in Volumen excrescat. Duo sunt Causæ hujus capita:

I. An Actus Visitationis exerciti per Reverendissimum Episcopum Navariensem in Ecclesiis, & Cappellis Sacri Montis Varalli sustineantur, vel potius sint annullandi in casu &c.? Et quatenus negative ad primam partem, & affirmative ad secundam,

II. An, & quomodo in posterum sit providendum in casu &c.?

Sacra autem Congregatio ad utrumque in hunc modum respondit:

Actus Visitationis non sustineri, & in reliquis ad Eminentissimum Præfectum cum Sanctissimo juxta mentem.

II. Ma-

1751. 11. *Maii* = *Hac die a Congregatione S. Officii denuo* decretum *fuisse* , ut de medio tolleretur consuetudo *infantes mortuos baptizandi sub dubiis reviviscentiæ signis* , *eosque deinde* , *tanquam baptizatos* , *in loco sacro sepeliendi* ; *testatur Benedictus XIV.* (*de Synod. Diœces. capit. 6. num. 12. p. 200. Edit. Rom. 1755.*) . *Decretum tamen ipsum non affert . Ut autem nostri Parochi , aliique nostrates , ii præsertim , qui Templa habent religione Fidelium celebrata , vim Decreti intelligant , sciantque , quid ipsi cavere debeant , quid aliis cavendum præscribere ; e re esse putavimus , cum non omnes facile ejus Operis copiam habituri sint , ea , quæ ibi Pontifex disputat , referre* .

„ Quædam extant (*inquit n.* 10.) in Orbe Catholico Sanctuaria , ad quæ deferuntur infantes sine Baptismate vita functi . Eorum cadavera ante aliquam Imaginem Salvatoris nostri Jesu Christi prodigiis celebratam , quæ ibidem veneratur , a piis parentibus collocantur , ibique aliquantisper relinquuntur : quo interim spatio enixæ preces Omnipotenti Deo porriguntur , ut hujusmodi infantes demortuos ad vitam revocare velit , quo possint Baptismatis Sacramentum accipere . Quod si deinde aliquod in eis vitæ signum appareat , salutari lavacro sub conditione abluuntur : eumque deinde ut plurimum morti reddantur ; tanquam baptizati , in loco sacro sepeliuntur . „

Memorat postea (*n.* 11.) *Auctores , qui de hisce factis scripsere , P. Bagattum* (de admirandis Orbis Christ.) , *P. Gobat* (Theol. Mor. tom. 1.) , *&* *P. Amort* (Theol. to. 3. tract. de Sacr. Baptis.) . *Memorat & Synodales Sanctiones , relatas a Thiers* (tract. de Superstit. to. 2. cap 7.) , *& a Natali Alexandro* (Theol. Dogm. & Mor. lib. 2. de Sacr. Baptis. cap. 7. reg. 3.) , *quibus vetita prædicta omnia fuerunt , gravibus interminatis pœnis ; et potissimum fundamento innixas , quod* „ pro certis reviviscentiæ signis habeantur aut pallidi coloris in rubicundum mutatio , aut membrorum , quæ antea rigebant , flexibilitas , aut sanguis e naribus fluens , aut aliqua sudoris gutta , quæ in fronte , vel in stomacho appareat ; *quodque* de his ipsis rudes mulierculæ , *aut alii* levis fidei , & auctoritatis *homines* plerumque sint testes : eo magis quod supradicti physici effectus facile adscribi possunt calori , qui ex facibus circum infantium cadavera accensis oritur , aliisque ignibus ; quibus ipsa Sanctuaria tepescunt „ .

Tandem post commemoratum (*n.* 12.) *examen diligens quæstionis hujus coram S. Officii Congregatione institutum , ac Decreta , quibus subinde S. Congregatio eadem hunc morem proscripsit* (*inter quæ est illud* 11. *Maji* 1751. , *quod principio innuimus*) , *hæc subnectit* : „ Porro qui consuetudinem hanc tuebantur , ac pro illius approbatione instabant , hæc maxime afferebant ; quod scilicet , quamvis oculos aperire , colorem mutare , aliquam sudoris guttam emittere , & alia hujusmodi signa resurrectionis haud evidentia essent , probabilia tamen censeri debebant ; cumque proinde dubium subesset , an infans revixisset , necne , id satis superque erat , ut baptizari posset , vel potius deberet , sub conditione , si vivus es . Verum prædicta Congregatio recte , sapienterque animadvertit , quod minime agebatur de infantibus , de quorum vita , aut morte , ambiguis in utramque partem concurrentibus indiciis , disputaretur ; sed de infantibus procul dubio vita functis , quique saltem tanto jam tempore vita caruerant , quantum in itinere plurium quandoque dierum , nullo prorsus alimento ipsis dato , impensum fuerat ; ac proinde rem esse de vero miraculo resurrectionis , quod sane admitti non debet , nisi perspicuis , & plane concludentibus probationibus evidenter demonstretur . Quemadmodum vero , deficientibus hujusmodi probationibus , nec resurrectio admitti , nec Baptismus sub conditione conferri debet ; ita , si resurrectio pro certa habeatur (quod tamen ex signis superius enunciatis , aliisque similibus nequaquam inferri potest) , jam non conditionata , sed absoluta Baptismi forma adhibenda erit .

Quod autem innuimus (*pergit Pontifex*) , resurrectionem ex prædictis signis minime inferri posse ; id sine ulla dubitatione confirmamus , quantumvis eadem signa per Testes idoneos , atque inter se concordes comprobarentur . Sane cum aliquando illa in Servorum Dei , aut Beatorum extinctis corporibus conspiciuntur ; an , & quibus in casibus miraculosa , aut naturalia censeri debeant , late ostensum per Nos est in nostro Opere de Canonizat. Sanctor. lib. 4. part. 1. cap. 31. Sed nunquam ulli hominum in mentem venit asserere , prædictos Servos Dei , atque Beatos , in quorum corporibus id genus signa reperta sunt , a mortuis resurrexisse , vel saltem pro verisimili , aut probabili habendum esse , eosdem fuisse ad vitam revocatos . Illud autem silentio prætereundum non est , quod inter signa , quæ in eorum infantium cadaveribus apparere dicuntur , neque vagitus , neque ejulatus connumerari perlegimus ; quæ cæteroquin infantium indoli adeo prona sunt , quæque in resurrectionis materia , utpote minus fraudi , ac falsitati subjecta , magni quidem momenti existimarentur .

1751. 21. Maji . *Benedictio Apostolica ,*
& Indulgentia Plenaria Missionariis Strict. Obs. ,
iisque , ad quos ipsi mittendi accessissent ,
ad septennium conceduntur .

BENEDICTUS PAPA XIV.

Universis Christifidelibus præsentes Litteras inspecturis
Salutem , & Apostolicam Benedictionem .

COElestium munerum thesauros , quorum dispensatores esse Nos voluit Altissimus , libenter iis impertimur , quos pro sua in Deum , & Proximos charitate , & Christianæ Religionis zelo , animarum salutem omni studio procurare intelligimus . Quo in genere cum Fratres Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum habeamus , eosque in primis , quos dilecti Filii eorumdem Fratrum Superiores ob hanc causam hoc ipso , & consequentibus annis in diversas Provincias Christianæ Reipublicæ mittere constituerunt : Nos sane eorumdem Fratrum pietatem , ac operam , eorumque , ad quos illi mittendi erunt , religionem , ac devotionem spiritualibus gratiis confovere , atque augere cupientes , eorumdem Superiorum precibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati , piamque illorum deliberationem , quantum cum Domino possumus , promovere volentes , de Omnipotentis Dei misericordia , ac BB. Petri , & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi , omnibus , & singulis Fratribus Reformatis dicti Ordinis ad Missiones in quibusvis locis de Ordinariorum respectiva licentia exercendas in futurum mittendis (ubi

tamen

tamen non erunt Missionarii Congregationis de Propaganda Fide), & aliis utriusque sexus Christifidelibus, ad quos illi mittendi accesserint, Nostram, & Apostolicam Benedictionem per præsentes impertimur: necnon eisdem vere pœnitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui pro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ exaltatione, Principum Christianorum unione, Infidelium conversione, Hæresum extirpatione, prout unicuique suggeret devotio, pias ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & Remissionem misericorditer in Domino, Auctoritate Apostolica, tenore præsentium, una vice dumtaxat pro unaquaque Missione de Ordinariorum locorum, ut præfertur, licentia respective facienda, concedimus, & elargimur. Hortantes Venerabiles Fratres Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, aliosque Ecclesiarum Dei Prælatos, & Rectores, ac Verbi Dei Prædicatores, ut in aula quisque Ecletiis, cum Populus frequentior fuerit, præsentes Litteras, ac omnia in eis contenta publicent, & publicari faciant, ac omnem eisdem Fratribus Reformatis favorem, & auxilium in præmissis præstent. Volumus autem, ut præsentium Litterarum Transumptis, seu Exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Præsentibus ad septennium tantum valituris.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXI. Maji MDCCLI. Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

Pro Dom. Card. Passioneo
Joannes Florius Substitutus.

In Chronologia P. Perusini (part.1. p.548. col. 2., p. 184. col. 5., p. 283. col. 1.) similia alia leguntur Brevia, Missionariis nostris ad septennium pariter concessa.

1751. 2. Junii. *De tollendis abusibus ab Oratoriis privatis, quæ sunt in Dombus Laicorum, Epistola encyclica ad Primatem, Archiepiscopos, & Episcopos Regni Poloniæ, in qua de Regularibus multa.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Magno (a) cum animi nostri dolore a Nobis intellectum est, nonnullas in Diœcesibus vestris controversias, ac molesta dissidia propter Oratoria privata insurrexisse; quibus præcidendis cum omnia per vos cura, ac diligentia adhibita fuerit, non modo optato fine frustrati sitis, sed & in aliorum offensionem incurreritis, vobisque eam acquisiveritis reprehensionem, & notam, quasi nimio rigore adhibendo modum excedatis: optari proinde a vobis, ut per hanc Sanctam Sedem certæ vobis regulæ indicentur, ad quarum normam, sublatis abusibus, privati Oratorii Privilegium exerceri debeat; idque ad eum finem, ut, cum ordinationes vestræ Pontificia auctoritate nostra munitæ fuerint, non solum ab omni malevolorum censura immunes evadant, verum majus semper eisdem honoris, atque æstimationis pondus accedat. Licèt autem (b) vestræ hujuscemodi petitioni satisfacere facillime potuissemus, illos vobis libros indicando, tam in quibus de hujusmodi materia doctrina traditur, Prædecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum Decretis conformis, quàm alios etiam, quorum Scriptores, dum de privatis Oratoriis agunt, ea Sanctæ Sedis Decreta vel dissimulant, vel ignorant, quæ assertionibus eorum omnino opponuntur; nihilominus cum Nos Venerabiles Personas vestras præcipuo, ac speciali affectu prosequamur, per encyclicam hanc Epistolam notam, qua fieri poterit brevitate, tum eorumdem Decessorum nostrorum, tum nostram hac super re mentem, sensusque aperiemus: quibus quidem, præter obedientiam, quæ eisdem debetur ratione auctoritatis, a qua velut a fonte dimanant, aliud etiam nescio quid majoris ponderis inest materiæ ipsius nomine, quæ eorum objectum est, quæque in quæstione versatur; cum omnia hujusmodi res ab Apostolicis Privilegiis dependeat, quorum explicatio privativo jure Summis Pontificibus reservata est; cumque eadem præcipuam normam desumere debeat ex intentione illius, a quo concessio facta est, cujus sensus concedenti semper, quàm alii cuilibet, notior esse debet; adeout quidquid a vobis secundum ea, quæ in encyclica hac Epistola nostra continentur, ordinabitur, & statuetur, id pro exequendis Summorum Pontificum præscriptis præstitum esse dicendum sit; cujus rei gratia Apostolicorum Delegatorum qualitatem, & auctoritatem Fraternitatibus Vestris additam esse censendum est; quam etiam, quatenus opus sit, Nos ipsarum præsentium Litterarum tenore vobis ad hujusmodi effectum concedimus, & impertimur.

§. 1. Nihil (c) sane expositum Nobis est, quod ad ea pertineat Sacella, quæ in Episcopalibus Palatiis vestris habetis pro Missa, vel per vos, vel per alios celebranda, aliave quapiam Sacra Functione, quæ Officii, ac Dignitatis vestræ propria sit, obeunda; de quibus late disserere Nobis perfacile esset, nisi hoc a proposito nostro alienum foret. Quare duo tantummodo vetusta Sacellorum exempla indicabimus, quæ Episcopi in proprio Episcopio a publicis Ecclesiis distincta, ac separata habebant, in quibus Sanctum Missæ Sacrificium celebrabant. Horum primum Sacellum est Sancti Cassii Episcopi Narniensis, de quo Sanctus Gregorius *in Homilia 37. super Evangelia* narrat, quod licèt gravi morbo opprimeretur, *in Oratorio Episcopii sui Missas fecit*, tam ut propriæ, quàm ut eorum, qui illum visitatum adveniebant, devotioni satisfaceret. Alterum exemplum est Sancti Joannis Eleemosynarii Episcopi Alexandrini, qui, sicut

(a) *Controversiæ circa Oratoria privata vigentes, & Polonorum Præsulum vota Pontificias declarationes exposcunt.*

(b) *Eas, licèt minus necessarias, edere intendit Pontifex, quò majus auctoritatis pondus habeant.*

(c) *Oratoria privata in Episcoporum Ædibus extructa jam usque a prioribus Ecclesiæ Seculis.*

sicut in Actis ipsius a Leontio scriptis deprehenditur, illos coarguens, qui, Missa nondum peracta, discedebant, quum ipse ad eandem celebrandam in publicam Ecclesiam se conferebat, dicere in more habebat: *Ego propter vos descendo in Sanctam Ecclesiam, nam poteram mihimet facere Missas in Episcopio*. Prædictum exemplum legere est apud Thomassinum *de Veteri, ac nova Ecclesiæ disciplina parte 1. lib. 2. cap. 93. n. 6.* Alia exempla in Opere, *de Oratoriis privatis* inscripto, *cap. 6.* collecta reperiuntur (quod Opus novissime a Joanne Baptista Gattico Canonico Lateranensi Romæ in lucem editum est), per quæ Episcoporum jus circa Sacella in propriis Episcopalibus Palatiis habenda validis fundamentis innixum comprobatur.

§. 2. (*a*) Huic quidem juri Sacrum Tridentinum Concilium nulla ratione derogavit; quippe quod tantummodo *sess. 22. de observandis, & evitandis in celebratione Missæ*, propter multa, quæ parum decenter fieri identidem contingebat, Episcopis præcepit, ne Secularibus, ac Regularibus Missam celebrare permitterent *privatis in Domibus*, & extra Ecclesias, aut Oratoria publica, quæ Divino cultui destinata essent; quod nullam cum Cappellis, quæ in Episcopalibus Palatiis sunt, rationem habet, quum hæc sub privatarum Domorum nomine numquam censeri possint. Id pluries a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium ejusdem Concilii Tridentini Interpretum, in aliquot ejusdem Resolutionibus, validis rationibus innixis, declaratum est, quas Nos in nostro *de Sacrificio Missæ* Tractatu retulimus *sect. 2. §. 45. & seq. Latinæ Editionis Patav.* Nos enim, tunc etiam cum in minoribus constituti Opus aliquod inscriberemus, illud præcipue Nobis gloriosum duximus, ut nulla in parte a Romanæ Curiæ Tribunalium sententiis recederemus, quibus ut plurimum a Pontificiis Oraculis auctoritatis robur accedit.

§. 3. (*b*) Illud tantummodo de hujusmodi Episcoporum Privilegio dici poterat, quod, cum idem ad Sacella, quæ in Episcopiis sita sunt, restringeretur, nullo modo Episcopis favere poterat tum cum iidem extra proprias Domos versarentur, cum Visitationem obirent, sive cum iter haberent; adeo ut, cum vel Missam celebrare, vel eidem interesse vellent, ad publicas Ecclesias se conferre cogerentur, vel a locorum Ordinariis veniam petere, ut sibi liceret, vel Missam celebrari facere, vel ipsi eandem celebrare, in illa habitatione, in qua forte diversarentur.

§. 4. (*c*) Verum recol. mem. Prædecessor Noster Bonifacius Papa VIII. in Decretali sua, *Quoniam Episcopi, de Privilegiis, in Sexto*, male factum reputans, Episcopos sine rationabili causa Missam quotidie non celebrare, aut eidem non interesse, eisdem concessit, ut etiam extra propriam Diœcesim Altari portatili, seu viatico uterentur: *Præsenti Constitutione Indulgemus iisdem, ut Altare possint habere viaticum, & in eo celebrare, aut facere celebrari, ubicumque absque Interdicti transgressione illis permittitur celebrare, vel audire Divina*. Dignum animadversione verbum est, *Ubicumque*, quod quidem procul dubio loca etiam, quæ extra Diœcesim sita sunt, comprehendit.

§. 5. (*d*) Præcipuam etiam animadversionem dictæ Congregationis Concilii Resolutiones merentur, cum ad Quæsitum eidem propositum, num videlicet Episcopus, qui extra propriam Diœcesim est, ad utendum Privilegio Altaris viatici, petere ejus rei veniam ab Episcopo locali teneatur; minime eum teneri respondit; alioqui frustratorium Bonifacii VIII. Privilegium fuisset; quoniam illius Pontificia ætate antiquum jus in suo vigore perstabat, cui, quemadmodum mox dicetur, a Concilio Tridentino postea derogatum fuit, secundum quod Episcopi facultatem concedebant Missam in privatis Domibus celebrandi. Similiter cum eidem Congregationi alterum Quæsitum propositum fuisset, num Privilegio per Bonifacium VIII. Episcopis concesso vel Tridentinum Concilium, vel Pontificia Pauli V. Decretum, de quo pariter mox dicetur, præjudicium ullum attulissent; nihil pariter Privilegio illi detractum fuisse respondit; cum tam in Concilio, quàm in citato Decreto sublata quidem Episcopis facultas fuerit, qua aliis licentiam in privatis Domibus Missam celebrandi concedere possent, verum nequaquam juribus illis expoliati remanserint, quæ proprias personas respiciunt, quæque eorundem Dignitatis, atque Characteris propria sunt. Prædictæ Resolutiones a Nobis referuntur in nostro Tractatu *de Sacrificio Missæ* Latinæ Editionis Patavinæ sect. 2, §. 42., necnon in Commentariis bon. mem. Cardinalis Petra ad Constitutiones Apostolicas *tom. 4. super Constitutione 2. Urbani V. n. 55. & seq.*, & a Gattico in recenti ejusdem Tractatu *de Oratoriis Domesticis, in tit. de Usu Altaris portatilis cap. 12. n. 1. & seq.*

§. 6. (*e*) Tam verum est, quàm quod verissimum, nullam rem majus præjudicium Privilegiis afferre, quàm abusum eorumdem; quod quidem satis superque pro vero comprobatum fuit, etiam in casu hujus Privilegii Altaris portatilis, quod concessum Episcopis est, & quod post Concilium Tridentinum, ac Paulinum Decretum, illæsum remansit. Certis indiciis compertum fuit, quosdam Episcopos eodem abuti, qui vel intra, vel extra Diœcesim ad Laicorum se Domos conferebant, atque in iis vel ipsi Missam celebrabant, vel, ut ibidem plures celebrarentur Missæ, faciebant, idque nulla necessitate urgente, sed ad eum tantum finem, vel ut proprium Privilegium ostentarent, vel ut Laicorum petitioni satisfacerent. Cum hujusce inconvenientis notitia ad Concilii Congregationem pervenisset, non prætermisit hujusmodi excessum prohibere, ejusdemque abusus corrigendi curam Archiepiscopis committere, siquando factum in locis eorum jurisdictioni subjectis contigisset. In Codicibus Actorum, seu Regestis Congregationis prædictæ *lib. 48. Decretorum fol. 471.* Resolutiones ipsæ referuntur. Quia tamen nihilominus malum invalescebat, a felicis recordationis Prædecessore Nostro Clemente Papa XI. die 15. Decembris 1703. sequens Decretum publicatum fuit

in quo

(*a*) *Concilium Tridentinum, de aliis Oratoriis privatis decernens, nihil detrahit Sacellis Episcoporum.*
(*b*) *Sed nihil etiam statuit de eorum facultatibus extra Ædes Episcopales, & extra Diœcesim.*
(*c*) *Privilegium Altaris viatici ubique erigendi Episcopis concessum a Bonifacio VIII.*
(*d*) *Eo uti possunt etiam sine licentia Ordinarii localis, & post Concilii Tridentini, & Pauli V. Decreta.*
(*e*) *Non tamen extra Domum propriæ habitationis, sive in sua, sive in aliena Diœcesi.*

in quo postquam inconveniens expositum fuit, nimirum, *Episcopi etiam in aliena Diœcesi extra Domum propriæ habitationis in privatis Laicorum Domibus erigi faciunt Altare, abique per unum, aut per plures e suis Cappellanis vivificam Christi Hostiam immolant*; ad remedium gradus fit: *Ad abusus hujusmodi eliminandos &c. Sanctissimus Dominus Noster &c. expresse declarat, Episcopis, & his majoribus Prælatis, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, neque sub prætexta Privilegii clausi in corpore Iuris, atque alio quocumque titulo, ullo modo licere extra Domum propriæ habitationis, in Domibus Laicis, etiam in propria Diœcesi, quod fortius intelligitur in aliena, etiamsi Diœcesani consensus adhiberetur, erigere Altare, ibique Sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrare, sive celebrari facere.*

§. 7. (a) Magni hujus Pontificis menti ille tantummodo finis in hoc propositus fuit, ut abusus tollerentur, numquam autem, ut recto Privilegii usui quidquam detraheretur. Et quia relata verba prohibitiva, utpote nimis ampla, & effrænata, cuipiam præbere ansam poterant affirmandi, non licere Episcopis uti Privilegio Altaris portatilis tum cum vel Diœcesim visitant, vel iter faciunt, aut alia justa de causa extra residentiam sunt, atque in Laicorum Domibus morantur; illato de hujusmodi re sermone in Congregationibus, quæ sub Innocentio XIII., immediato Clementis ejusdem Successore, habitæ fuerunt, quarum Nos, tunc *in minoribus* existentes, a Secretis fuimus, opportunum factu judicatum est, ut ea, quam mox subjicimus, Declaratio fieret, quæ postea inserta fuit in ejusdem Innocentii Litteris incipientibus, *Apostolici Ministerii*, quas idem Pontifex pro constituendo in Hispaniarum Regnis bono Ecclesiasticæ disciplinæ regimine condidit, quasque etiam ejusdem Successor Benedictus XIII. *in forma specifica* confirmavit, &, ut in omnibus locis pro regula, ac norma haberentur, in Appendice Concilii Romani a se celebrati voluit insertas; ipsam vero Declarationem inter ejusdem Concilii Decreta retulit Tit. xv. cap. III., in quo quidem Concilio Nos quoque ad Sacrorum Canonum Interpretationem adhibiti fuimus. Declarationis verba Nos etiam hic libenter apponimus: *Declaramus, quod, cum in prædicto Decreto* (de Clementis XI. Decreto sermo est) *statuatur, non licere Episcopis extra Domum propriæ habitationis, in Domibus Laicis erigere Altare, ibique Sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrare, sive celebrari facere; hujusmodi prohibitio intelligenda non sit de Domibus, etiam Laicis, in quibus ipsi Episcopi forte, occasione Visitationis, vel itineris, hospitio excipiantur; ut nec etiam quando Episcopi in casibus a jure permissis, vel de speciali Sedis Apostolicæ licentia, absentes a Domo propriæ ordinariæ habitationis, moram idcirco faciant in aliena Domo per modum similis habitationis; his enim casibus licita sit eis erectio Altaris ad effectum prædictæ celebrationis, non secus ac in Domo propriæ ordinariæ habitationis.*

§. 8. (b) Optimum factu judicavimus in Encyclica hac Epistola nostra exponere vobis hæc, quæ ad Fraternitates Vestras præcipue pertinent, nimirum quantum vobis concessum est quoad Sacella, seu Cappellas, quæ in Episcopalibus Palatiis vestris sunt; quantum item vobis in alienis Domibus, & extra vestram Diœcesim facere permissum est; causas etiam Concessionum, ac Privilegiorum indicavimus, necnon eorumdem abusus, atque abusuum prohibitiones apposuimus; tum ut vos discrimen agnoscatis, quod intercedit inter Cappellas Episcopalium Ædium vestrarum, per quas non minus spirituali consolationi, & commodo vestro, quam Dignitatis vestræ decori providetur, & privata Oratoria in Domibus Laicorum, sive intra, sive extra Diœcesim vestram, in quibus aliquando vobis, pro præcipuo fine hujusmodi commodi, & consolationis vestræ, Privilegio Altaris erigendi, ac celebrandi, vel celebrari faciendi, uti licet; tum vero etiam, ne forte, cum vos contra abusus privatorum Oratoriorum in Domibus Laicorum invigilare debeatis, redargutioni illi obnoxii sitis, quod alienos in aliorum Domo defectus dum corrigitis, interim vestræ Domi, atque in propria agendi ratione excessus adhibeatis. Ideoque ad privatorum Oratoriorum propositum, quæ in Domibus Laicorum sunt, gradum facientes, aliqua præmittemus.

§. 9. (c) Primum quidem est, privatorum Oratoriorum in dictis Domibus usum ab antiquo tempore repetendum esse; cum constet, Apostolos Sacra Mysteria privatis in Domibus celebrasse, eumque morem persecutionum tempore servatum fuisse, quemadmodum Christianus Lupus *in suis Notis ad Canones Trullanos* apposite animadvertit. Alterum autem, privata Oratoria in Domibus Laicorum subsequentibus etiam sæculis fuisse, cum persecutiones jam cessassent; cum in Sacramentario Gallicano, quod Mabillonius *tomo* 1. *Musæi Italici* impressum edidit, *Collecta* legatur, quæ recitanda erat in Missa, quæ celebrabatur *in Domo cujuslibet*; nec ad hujusmodi quidem assumptum aliæ deficiunt probationes, quas Nos in Tractatu nostro *de Sacrificio Missæ sect.* 1. §. 10. cum cura colligere studuimus. (d) Tertium porro est, de tollendis hujusmodi Oratoriis privatis in Domibus Laicorum, seu potius facultatibus Missam in ipsis celebrandi, pluries cogitatum esse. Nihil de Justiniani Novella 58. dicemus, in qua, ne in Domesticis Oratoriis celebraretur lege interdixit, tantummodo permittens, ut in eisdem oraretur; nihil præterea de Novellis 4., & 15. Leonis Sapientis, qui prohibitionem sustulit, asserens, adeo tunc privata Oratoria multiplicata fuisse, in quibus Missæ celebrarentur, ut non solum Optimates, sed mediocris etiam conditionis homines in suis Domibus eadem haberent. Quod vero spectat ad ea monumenta, quæ proxima nostris temporibus sunt, satis erit illa indicasse, quæ in dicto Tractatu *de Sacrificio Missæ loco superius citato* a Nobis allata fuerunt.

§. 10. (e) Quartum, quod licet fere semper in Laicorum Domibus privatorum Oratoriorum usus

habi-

(a) *Sed si in aliena Domo revera moram traxerint, etiam hospitii, & itineris causa, possunt.*

(b) *Præminarum Regularum usus.*

(c) *De Oratoriis privatis in Domibus Laicorum extant monumenta tum primis, tum posterioribus Ecclesiæ sæculis.*

(d) *De iis abrogandis sæpe cogitatum.*

(e) *Ad eorum erectionem, & usum Episcoporum licentia semper requisita fuit.*

habitus fuerit, in quibus Missa celebrabatur; semper tamen Episcoporum licentia necessaria fuit: ad quam concedendam ipsi valde faciles plerumque erant: *Missarum solemnia non ubique, sed in locis ab Episcopo consecratis, vel ubi ipse permiserit, celebranda censemus*, verba sunt Can. *Missarum, de Consecrat. dist.* 1. Hæc autem facilitas, propter quam interdum factum est, ut Oratoria Domestica, licèt frustra, prohiberentur, multo magis in usu fuit in Ecclesia Orientali, ob id potissimum, quod in Ecclesiis Græcorum nonnisi unicum Altare erat, & postquam una super ipso Missa celebrata esset, altera per eumdem diem celebrari minime poterat. Balsamon *in Commentariis ad Canones Trullanos* testatur, quod sine ulla alia formula, impertita ab Episcopo censebatur Sacerdoti licentia celebrandi Missam in privatis Laicorum Oratoriis, quoties super Mappis ab Episcopo consecratis celebraret.

§. 11. (*a*) Postremum autem, quod dicimus, illud est. Quum post varios sermones in Sacro Concilio Tridentino hac de re habitos (quod Concilium, tam magna cum Polonici Regni gloria, tanto planius acceptatum fuit, opera Cardinalis Osii, & Nuntii Commendonii, in magno Conventu habito coram Rege Sigismundo Augusto, quemadmodum in ipsius Concilii Historia per Cardinalem Pallavicinum conscripta *lib.* 24. *cap.* 13. videre est), *in sess.* 22. in Decreto *de observandis, & evitandis in celebratione Missæ*, sequenti modo statutum, & ordinatum fuerit: *Neve patiantur* (de Episcopis sermo est) *privatis in Domibus, atque omnino extra Ecclesiam, & ad Divinum tantum cultum dedicata Oratoria, ab iisdem Ordinariis designanda, & visitanda, Sanctum hoc Sacrificium a Secularibus, aut Regularibus quibuscumque peragi*, cum adjecta derogatione cuilibet privilegio, exemptioni, & consuetudini, *non obstantibus privilegiis, exemptionibus, appellationibus, ac consuetudinibus quibuscumque*; ex eo factum esse, ut non amplius Episcopis facultas sit concedendi usum Oratoriorum privatorum in Domibus Laicorum, causa in iisdem Missam celebrandi; cum licentia, quæ ab ipsis daretur, celebrandi Missam in Oratoriis privatis, neutiquam stare possit cum præcepto a Concilio eisdem ipsis imposito, ne id permittere debeant; ac proinde prædictum jus ad Sanctam Sedem devolutum fuisse, quoniam circumstantiæ temporum, & Oratoriorum privatorum in Laicorum Domibus dilatatio minime permittebant, ut eadem prorsus abolerentur. Atque hujusmodi semper fuit Conciliaris Textus intelligentia, quam tradidit Congregatio Concilii, privativa ejusdem interpres, quæque etiam a fel. record. Prædecessore nostro Paulo Papa V. in Epistola Encyclica, anno 1615. ad omnes Episcopos expedita, approbata fuit; quæ quidem Epistola tum apud varios Auctores, tum etiam *in citato Tractatu nostro de Sacrificio Missæ sect.* 2. §. 42. impressa reperitur. Et in ea quidem alia quæcumque verborum Concilii intelligentia reprobatur, multaque de irreverentia erga Missæ Sacrificium dicuntur, cui nimia Episcoporum facilitas in concedenda licentia sine ulla limitatione, aut cautela, non parum fomenti præbebat. Denique in eadem ita concluditur: *Facultatem hujusmodi licentias dandi, ipsius Concilii Decreto, unicuique ademptam esse, solique Beatissimo Romano Pontifici esse reservatam.*

§. 12. (*b*) Postquam jus concedendi Oratoria in privatis Laicorum Domibus Sedi Apostolicæ reservatum fuit, dici vix potest, quantum curæ, ac diligentiæ adhibitum sit pro recto ejusdem moderamine. Qua de re in Archivo Congregationis Concilii, cujus olim Secretarii munus Nos ipsi, antequam ad majores Dignitates ascenderemus, plures per annos gessimus, authentica Documenta reperiuntur. Hæc tandem pro lege statuta fuerunt, quemadmodum ex formulis Litterarum in forma Brevis, quæ conceduntur, colligere licet: Oratorium scilicet parietibus, per quos ab omnibus aliis domesticis usibus segregetur, extructum esse debere; idem prius vel ab Episcopo, vel ab alio, cui ipse vices suas delegaverit, visitandum esse, inspiciendi gratia, num decens, & apte compositum sit, & num aliquid eorum, quæ necessaria sunt, in eodem desit; ut Episcopus sit, qui celebrandi Missam licentiam impertiatur, & quod licentia hujusmodi secundum rationabile illius arbitrium perduret; nec plures in die, sed unica tantum Missa in Oratorio celebretur; & quod hæc Missa celebretur a Sacerdote vel Sæculari, vel Regulari, dummodo Sæcularis ab Episcopo approbatus sit, Regularis autem licentiam habeat a suo Regulari Superiore; ne Missa celebrari possit diebus solemnibus Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, & aliis solemnioribus diebus, quos inter etiam enumerantur dies Epiphaniæ, & Ascensionis Domini, Annunciationis, & Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, Omnium Sanctorum, necnon Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac Titularis Ecclesiæ Loci: exprimuntur personæ, quarum præsentia necessaria est, ut in privato Oratorio Missa celebrari possit; aliæ item, quæ, dum, supradictis præsentibus, Missa celebratur, eidem interesse possunt, & Ecclesiastico Præcepto satisfacere; denique declaratur, omnia sine Parochialium jurium præjudicio fieri debere.

§. 13. (*c*) Atque hæc sunt, quæ in consuetis privatorum Oratoriorum Brevibus continentur. Quædam vero alia expediri contingit Brevia, quæ extraordinaria sunt: ut quum, exempli gratia, justis cuipiam de causis concessio fit, ut secundam Missam celebrari facere possit, vel, ut eadem aliquanto citius, aut aliquanto serius eo temporis limite, seu termino celebretur, qui in Rubricis præfixus est; vel etiam in diebus exceptis; & alia hujusmodi. Cum autem (*d*) interdum tam circa Brevia privatorum Oratoriorum prioris speciei, quam circa alia, ac generatim super omnibus controversiæ exortæ sint; Apostolica Sedes per hujusmodi occasiones opportunis rationibus super hoc providere non prætermisit.

§. 14. In ordinariis Brevibus utplurimum duobus Conjugibus licentia conceditur faciendi, ut in privato Oratorio Missa celebretur; exprimiturque, ut

(*a*) *Sed hæc facultas a Concilio Tridentino Episcopis adempta est, ideoque ad solum Romanum Pontificem devoluta.*

(*b*) *Providæ Leges a S. Sede præscriptæ pro Oratorior. privat. erectione, & usu enumerantur.*

(*c*) *Ampliores Concessiones quoad numerum Missarum, diesque, & horas, quibus celebrari valeant.*

(*d*) *Ad peculiares quæstiones Decreta edita.*

ut Missa celebrari possit, tum iisdem præsentibus, tum eorum filiis, consanguineis, atque affinibus, qui unà cum ipsis in eadem Domo habitationem habent. Nunquam exorta difficultas est, an, cum aut Vir, aut Uxor Missæ intersunt, si consanguinei, & affines, qui in eadem Domo habitant, præsentes pariter adsint, Ecclesiastico Præcepto diebus Festis satisfaciant; id tamquam tutum, ac Brevis litteræ cohærens habitum est. Summa autem difficultatis eò semper rediit (*a*), ut dispiceretur: num, cum neuter Conjugum adsit, sed unus ex consanguineis, aut affinibus in eadem Domo habitantibus; posset, eo jubente, in privato Oratorio Missa celebrari; & num alii, qui in Domo illa habitant, consanguinei, & affines, eamdem audientes Festo die, Ecclesiastico Præcepto audiendi Missam satisfaciant. In hoc autem divisæ de more Auctorum opiniones erant; verum cum hujusce difficultatis punctum in Congregatione Concilii *die* 3. *Decembris* 1740. in Causa, cujus inscriptio erat, *Marsicen. Oratorii*, propositum, ac discussum esset; decisum fuit, non posse in privato Oratorio Missam celebrari, nisi Indultariorum præsentia ibidem haberetur; quod idem est, ac si dicatur, Viri, vel Uxoris, ad quos Breve directum erat; quemadmodum *in Tomo* 9. *Resolutionum Concilii anni* 1740. *ad pag.* 89. *& seq.* videre est.

§. 15. (*b*) Cum autem Decreti hujusce facta Nobis relatio esset, idem per Nos *sub die* 7. *Januarii* 1741. confirmatum fuit; ac præterea demandatum, ut in hujusmodi Brevibus, in quibus certis quibusdam, ac determinatis personis concessio fit, ut unam in privato Oratorio Missam celebrari facere possint, quæ Missa pro filiis, consanguineis, & affinibus valeat, majoris claritatis gratia, subjecta clausula adjungatur: *Volumus autem, quod Nati, ac consanguinei, & affines prædicti unicam dictam Missam, vobis quidem præsentibus, audire tantummodo, nunquam vero celebrari facere audeant*. Ut autem, quæ Indultariæ personæ sint (*c*), facile agnosci posset, sine quarum præsentia Missa celebrari non potest, neque, qui eamdem audit, Præcepto satisfacit; adjunximus, ut pro Indultariis personis illæ haberentur, quæ in Fronte, seu Inscriptione Brevis nominatæ forent, cum ad easdem ipsas Breve dirigatur.

§. 16. (*d*) Nos ab hujusmodi norma minime recedimus: verum, quia aliqua interdum in corpore Brevis persona nominatur, qua præsente, conceditur, ut Missa celebrari possit, & quod alii affines, consanguinei, vel familiares eamdem audientes Præcepto satisfaciant, etiamsi prædicta persona in Fronte Brevis minime nominetur; hinc est, quod, firma semper ea regula manente, ut possit in privato Oratorio Missa celebrari, dum aliqua ex Indultariis personis adsistit, quæ in Fronte, seu Inscriptione Brevis nominantur; dicimus, posse Missam celebrari, etiamsi nulla earum personarum præsens adsit, quæ in Fronte, seu Inscriptione Brevis nominantur, dummodo illa præsens sit, cui in Brevis corpore nominatim, & expresse facultas tribuitur, ut possit in privato Oratorio tum, cum ipsa adsistat, facere, ut Missa celebretur.

§. 17. (*e*) Atque ut res exemplo magis pateat: Datur Viro, & Uxori facultas faciendi, ut in privato Oratorio Missa celebretur, atque ad hos Breve dirigitur. Hic autem Vir superstitem habet Matrem; hæc vero in Fronte, seu Inscriptione Brevis minime nominatur; verum cum in Brevis corpore dicatur, quod ipsa quoque Mater eamdem Missam celebrari facere possit, & valeat; id sufficiens est, ut, sola Matris præsentia adhibita, Missa in Oratorio celebrari possit, etiamsi Mater in Fronte, seu Inscriptione Brevis nominata non sit. Quæ hactenus dicta sunt, in hujusmodi generis Brevibus indicantur; verum curæ Nobis erit, ut in posterum felicius etiam, & sine ulla confusione exprimantur.

§. 18. (*f*) In consuetis, sive ordinariis Brevibus solemnes, quemadmodum dictum est, dies excipiuntur, quos inter Natalis Christi Domini dies recensetur, in quo tres a quolibet Sacerdote Missæ celebrantur. Interdum illi, qui privati Oratorii Breve habet, extraordinarium Breve conceditur, in quo eidem, valetudinis causa, Missam domi audire diebus etiam exceptis permittitur. Cum autem in hujusmodi Brevibus de unica tantum Missa sermo sit; orta difficultas fuit, num possent die Natalitio a Sacerdote, qui in ipso celebrabat, tres Missæ celebrari, de quo cum Nos eo tempore, quo Concilii ejusdem a Secretis eramus, peculiarem Dissertationem conscripsissemus, atque in lucem edidissemus, *sub die* 13. *Ianuarii anni* 1725. resolutum a Congregatione fuit, quod a Sacerdote tres Missæ celebrari possent, quemadmodum *Tom.* 3. *Thesauri Resolutionum pag.* 109. *& seq.*, *& pag.* 126. videre est.

§. 19. (*g*) Reliquum est, ut de Sacris Functionibus dicatur, quæ in iis Oratoriis fieri possunt, quæ in Domibus privatorum sunt, & in quibus non plures, quàm unicam tantum Missam celebrari permissum est, nisi cum forte cuipiam ex speciali gratia concessa facultas esset faciendi, ut secunda celebretur. Quod ad Baptismatis Sacramentum attinet, jam in Viennensi Concilio sub Pontifice Clemente V. decretum fuit, ne Baptismus in aliis locis conferri posset, præterquam in Ecclesiis, in quibus Sacri hujus Lavacri Fontes reperiuntur, nisi cum casus necessitatis adesset, aut cum de Regum, vel Principum Filiis ageretur, quemadmodum in Clementina unica *de Baptismo*, *& ejus effectu* videre est.

(*a*) 1. *Indultariorum præsentia requiritur pro celebratione Missæ in Orat. privat.*

(*b*) *Indultarii distinctius secernuntur ab iis, quibus solummodo conceditur, ut, Missam ibi audiendo, satisfaciant Præcepto.*

(*c*) *Indultarii censentur ii, quibus inscriptæ sunt Litteræ Apostolicæ.*

(*d*) *Nisi aliter in corpore Brevis dispositive statuatur.*

(*e*) *Exemplum ejus rei affertur.*

(*f*) 2. *Si permittatur celebratio Missæ diebus excipi solitis, in Nativitate Domini celebrari poterunt tres Missæ.*

(*g*) 3. *Baptismus, extra casum necessitatis, ministrari nequit in Oratoriis privatis, præterquam Filiis Regum, ac Principum.*

(*h*) 4. *Nec Pœnitentiæ Sacramentum, extra casus a jure permissos, non obstantibus Privilegiis Regularium.*

§. 20. (*b*) Quod autem Sacramentum Pœnitentiæ respicit, jam in Rituali Romano sub Titulo *de Sacramento Pœnitentiæ*, cum de Sacerdote sermo fit, qui Confessiones audit, statutum fuit: *In Ecclesia, non autem in privatis ædibus, Confessiones audiat, nisi ex causa rationabili, quæ cum inciderit, studeat tamen id decenti, ac patenti loco præstare*. Rituale a Pontifice Paulo V. confirmatum fuit. Et magnus Ecclesiasticæ disciplinæ Instaurator Sanctus Carolus Borromæus tum in Instructione Sacramenti Pœnitentiæ, tum in Monitis ad Confessarios, atque in primo suo Provinciali Mediolanensi Concilio, id inculcare non prætermisit, quemadmodum in Actis Ecclesiæ Mediolanensis, Editionis Civitatis ejusdem *part.* 1. *pag.* 81., *part.* 4. *pag.* 520., *eadem part.* 4. *pag.* 761., & *pag.* 773. videre est; *pag.* autem 775. Superioribus Regularium inculcat, ut id a subditis eorum exacte adimplendum curent. Cum autem a prædictis Confessariis Regularibus prolata in medium facultas esset audiendi ubique Confessiones Fidelium, quam sibi ea ratione asserebant, quod in Pontificis Clementis X. Bulla, *Superna*, nulla loci limitatio fieret; idem ipse Pontifex declaravit, *nullam facultatem* (in prædicta Constitutione sua) *fuisse tributam Regularibus audiendi Confessiones Sacramentales in privatis Domibus, ac proinde minime licere eisdem Regularibus cujusvis Ordinis &c. Sacramentum Pœnitentiæ administrare in Domibus privatis extra casus a Iure permissos*. Quod Decretum, cum Præsulis Fagnani subscriptione editum, variis in locis impressum est; ut in Appendice ad Synodum Fulginatensem, quæ a bon. memor. Josaphat Baptistelli Civitatis ejusdem Episcopo anno 1725. celebrata fuit.

§. 21. (*a*) Quod pertinet ad Communionem Paschalem, quæ ab unoquoque Catholico Paschatis tempore recipienda est, ex præscripto tum Decreti Concilii Lateranensis *in cap. Omnis utriusque sexus, de pœnitentiis, & remissionibus*, tum Concilii Tridentini *sess.* 13. *cap.* 8. *can.* 10., nemo est, qui ignoret, Præceptum hoc in propria Parochiali Ecclesia adimplendum esse, aut in alia Ecclesia cum proprii Episcopi, vel Parochi licentia, secundum varias Diœcesum consuetudines. Porro fel. record. Prædecessor Noster Paulus Papa IV. (*b*) Fratribus Minoribus privilegium concessit, ut Sacram Eucharistiam omnibus Christifidelibus in eorum Ecclesiis distribuere possent, excepta tamen die Paschatis Resurrectionis; atque hoc privilegium a sanctæ memoriæ altero Prædecessore Pio Papa V. *per communicationem*, ut dicitur, ad omnes Regulares extensum fuit.

§. 22. (*c*) Verum quia secundum præcedentem Eugenii IV. Constitutionem, Paschale tempus, intra quod Communionis Præceptum adimplendum est, a Dominica Palmarum initium habet, ac Dominica in Albis terminatur; cum exortum dubium fuisset, num licitum Regularibus foret intra præscriptum eorumdem dierum terminum Sacram Eucharistiam Fidelibus in eorum Ecclesiis distribuere; resolutum fuit, die Paschatis nemini distribui posse, ne illis quidem, qui intra Sanctiorem Hebdomadam Paschali Præcepto in propria Parochiali Ecclesia satisfecissent; posse quidem Regulares aliis Paschalis temporis diebus Fideles in eorum Ecclesiis Sacra Eucharistia reficere; hac tamen conditione, ut Communione refecti scirent, non ideo se a Præcepto illo exemptos esse, ut Paschalem in propria Parochiali Ecclesia Communionem recipere deberent. Illustria Congregationis Concilii Decreta sunt quibusdam in Causis, Senonensi videlicet, Burdegalensi, & Mechliniensi, quæ a Nobis in nostro *de Synodo Diœcesana* Tractatu *lib.* 7. *cap.* 42. *num.* 3. relata sunt.

§. 23. (*d*) Extra Paschalem vero Communionem, cum in Sacro Tridentino Concilio *sess.* 22. *cap.* 6. *de Sacrificio Missæ*, quæ subjicimus, verba legantur: *Optaret quidem Sacrosancta Synodus, ut in singulis Missis Fideles adstantes non solum spirituali affectu, sed Sacramentali etiam Eucharistiæ perceptione communicarent, quod ad eos Sanctissimi hujus Sacrificii fructus uberior perveniret*; non defuit qui ex iisdem verbis deduceret, quod certe, & clare inde consequatur, ut in privatis Oratoriis, quando in ipsis celebrandi Missam facultas est, distribui Eucharistia possit iis, qui Missæ præsentes adsunt; neque ad hoc præstandum ullo particulari Indulto opus sit. Super hujusmodi quæstionis capite Nos *in nostra Instit.* 34. §. 3. disseruimus, inter eas, quas tum, cum Bononiæ resideremus Ecclesiæ illius Archiepiscopatum gerentes, publicavimus, quas quidem Institutiones cum Italico sermone edidissemus, postea Romæ latine redditæ, atque impressæ sunt. Ibi autem expositam paulo ante opinionem retulimus; verum aliam esse subjunximus, quæ Episcopi licentiam requirit, ut, qui domesticum Oratorium Domi habet, dum Missæ in eodem interest, communicare possit. Hujusmodi opinio tum bono rerum ordini, tum Romanæ etiam consuetudini, sive praxi cohærens Nobis visa est; ac proinde ordinavimus, ne in privato Oratorio recipi Communio posset ab iis, qui in eodem Missæ intersunt, quam vel Sæcularis Sacerdos, vel Sacerdos Regularis celebraret, nisi vel nostram, vel Generalis Vicarii nostri licentiam obtinuisset.

§. 24. (*e*) Neque etiam in præsens voluntas Nobis, aut ratio est, cur ab hoc Systemate recedamus. Siquidem, cum Nos in magna illa controversia super Communione illis distribuenda, qui, Missæ præsentes cum sint, eamdem petunt, quæ aliquot abhinc annis in Italia exorta fuit, postquam Tridentini Concilii verba retulissemus, atque eorum zelum commendassemus, qui inter Sanctæ Missæ celebrationem Communionem recipiunt; Ecclesiasticos quoque Pastores excitavissemus, ne Eucharistico Cibo illos fraudarent, qui ejusdem famelici forent; cum, inquam, animadvertissemus, ejusmo-

(*a*) 5. *Communio Paschalis in Ecclesia Parochiali sumenda est.*

(*b*) *Regularibus vetitum, in die Paschatis S. Eucharistiam distribuere in suis Ecclesiis non Parochialibus.*

(*c*) *Non tamen id vetitum aliis diebus intra terminum Paschalem, salvo implemento Præcepti in Parochiali Ecclesia.*

(*d*) *In Oratoriis privatis, extra Communionem Paschalem, licebit S. Eucharistiam sumere, si Episcopi licentia accedat.*

(*e*) *Rectus disciplinæ ordo postulat, ut hac in re Episcoporum statuta observentur.*

ejusmodi circumstantias dari posse, in quibus vel temporis, vel loci ratione, Episcoporum prudentia opportunum factu existimet, Sacram Eucharistiam etiam illi, qui Missæ interfuit, minime distribui; eo magis quod, juxta præsentis temporis disciplinam, libera eidem facultas pateat, ut eamdem alio loco, atque alio tempore recipere possit; ordinavimus, ut in hoc debita proprii Superioris præcepto obedientia præstari deberet; cui qui morem gerere recusasset, nimis manifestum indicium præbuisset, quam parum animo dispositus, ac paratus esset ad Altaris Sacramentum recipiendum; quemadmodum in Litteris nostris, quarum initium est, *Certiores effecti*, & quæ in Bullario nostro *tomo* 1. *num.* 64. leguntur, videre est.

§. 25. (*a*) Atque hæc sunt, Venerabiles Fratres, quæcumque in Encyclica hac Epistola nostra vobis exponere opportunum existimavimus, a qua quidem satis intelligetis, quod legendis, & considerandis Apostolicis Litteris concessionum Oratorii, Decessorum nostrorum Decretis, harum Congregationum Resolutionibus, quæ a Nobis, etiam in præsentia confirmata sunt, nullus amplius litibus, & controversiis locus reliquus sit. Verum quia vos illud fortasse Nobis responsuros arbitramur, optime quidem hæc omnia se habere, verum eò difficultatem redire, quod quæcumque decreta, atque ordinata sunt, minime observantur; ne grave vobis sit, hoc per Nos reponi, quod, si inobservantia ex neglecta Brevium lectione, & consideratione, aut ex ignoratione Decretorum, & Pontificiarum Resolutionum, originem habet, Nos quidem in hoc numquam culpandi erimus; idque nunc maxime, postquam, ingravescente licèt ætate nostra, & multis, ac difficillimis curis assidue Nos prementibus, in Encyclicam hanc Epistolam nostram quidquid hac super re scire opus erat inserere non detrectavimus.

§. 26. (*b*) Quod si vos etiam id præstare curabitis, ut in Diœcesanis Synodis vestris, in vestris item Edictis, quæ a vobis pro bono Diœcesis vestræ regimine publicantur, Pontificiorum Decretorum, ac Resolutionum desuper indicatarum observantiam inculcetis; duplex inde bonum extabit, ut & vivam in vobismetipsis eorumdem memoriam teneatis, atque ab aliis aut ignorantiam expellatis, aut eamdem, utpote crassam deinceps, atque supinam, inexcusabilem reddatis. Hanc agendi rationem, ac normam tenuerunt, atque in præsentia tenent nostri Italiæ Episcopi, qui aut Pontificiorum Decretorum, quæ super privatis Oratoriis condita sunt, Summam in Synodis suis inseruerunt, aut in Appendice ad ipsas Synodos eadem Decreta *per extensum* adjunxerunt, quemadmodum in Synodo *anno* 1724. a bon. mem. Cardinali de Via Arimini habita, in altera *anno* 1726. celebrata a bon. mem. Cardinali Pignatelli Archiepiscopo Neapolitano, atque etiam in ea, quæ *anno* 1736. habita fuit a Ven. Fratre nostro Annibale Cardinali Albano, Sabinensi tunc temporis Episcopo, atque in aliis multis videre est.

§. 27. (*c*) Non ex eorum numero Nos sumus, quibus persuasum sit, omnia in nostra tempora inconvenientia incidere, atque ea præsentibus diebus contingere scandala, quæ numquam præteritis temporibus evenerint. Satis superque pro certo habemus, ea, quæ hodie fiunt, alio tempore accidisse. Ac ne a proposita re longius recedamus, illud dicemus, quod, si hodie Sacræ Leges ad privata Oratoria pertinentes a Sacerdotibus violantur, propter præsidium, quo nituntur, Magnatum Sæculi, apud quos Cappellani munere inserviunt; idem nono etiam Sæculo eveniebat, cum S. Agobardus tunc temporis Archiepiscopus Lugdunensis de eadem re queratur in suo Tractatu *de Privilegio, & Iure Sacerdotii cap.* 22. Non tamen idcirco vobis Sacerdotalis constantia, atque animus deponendus est. Pia, ac religiosa Polonorum Natio est; &, si quando aliquis abusus in privatis ejusdem Oratoriis contingat, cum id Magnati, cujus in Domo commissus, aut introductus est, notum fiat, rationes adducendo, & ostendendo, quod per abusus privilegium amittitur; sperare est, ipsum omne suum inobedienti Cappellano præsidium certo ablaturum. Et si quando infortunium accideret (*d*), ut hac ratione finis non obtineretur; præsto vobis semper spiritualia arma sunt, quibus contra Cappellanum uti potestis. Fortasse autem si hac ratione factum esset, cum primum de inconvenienti rescitum fuit; pace omnium dicemus, res non eò progressuras fuisse, in quo nunc statu sunt, sicut ex recursibus ad Nos delatis notum factum est, quorum causa ad Encyclicam hanc Epistolam nostram conscribendam animum adduximus.

§. 28. (*e*) At enim inconvenientia a Privilegiatis, & Exemptis proficisci vos fortasse dicturos prævidemus, nimirum a Regularibus, de quibus in prædicto recursu ad hanc Sanctam Sedem facto plura insinuantur. Nos autem id vobis dicimus, nulla privilegia, nec exemptiones esse, quæ impedire possint, quominus abusus exterminentur.

§. 29. (*f*) Habebant sine dubio Regulares privilegium Altaris viatici, & ut super eodem Altari Missam, ubicumque locorum forent, sine ulla Episcoporum licentia, celebrare possent, quemadmodum in Decretali Honorii III. *in cap. In his, de privilegiis*, videre est; a quo deinde privilegio fiebat, ut Missam possent celebrare etiam in Domibus Laicorum, sive super Altari viatico, sive super Altari fixo, etiamsi Laicus privilegium Oratorii privati minime haberet; propter eam rationem, quod privilegium Celebrantis suum vigorem haberet, licèt celebrationis locus minime privilegiatus foret. Verum cum Sacrum Tridentinum Concilium in citata *sess.* 22. in Decreto jam citato *de observandis, & evitandis in celebratione Missæ*, Episcopis præcepisset, ne permittant, ut in privatorum Domibus Missæ celebrentur *a Secularibus, aut a Re-*

(*a*) *Præmissorum Decretorum expositio omnem ignorantiæ excusationem de medio tollit.*
(*b*) *Eadem in Diœcesanis Synodis, & Episcoporum Edictis publicanda sunt.*
(*c*) *Indultariis etiam demonstranda, cum interminatione amissionis Privilegii.*
(*d*) *Et contra Cappellanos inobedientes procedendum, etiam per Censuras.*
(*e*) *Exempti quoque præmissa observare tenentur.*
(*f*) *Regularium Privilegia hac in re sublata sunt a Concilio Tridentino, omnisque facultas Episcopis tributa, ut eos arctare possint ad observantiam Decretorum super hoc editorum.*

a Regularibus quibuscumque, eisdemque dedisset facultatem procedendi, tamquam Apostolicæ Sedis Delegatis, contra refractarios = *ut Delegati Sedis Apostolicæ* =; atque omnibus privilegiis, exemptionibus, & consuetudinibus contrariis, cujuscumque generis essent, derogasset = *Non obstantibus privilegiis, exemptionibus, appellationibus, ac consuetudinibus quibuscumque* =; hine necessario consequitur, Sacrum Concilium Tridentinum tam præcedentibus Altaris viatici privilegiis derogasse, quam facultati Missam in privatorum Domibus, sine Episcopi licentia, celebrandi; atque ulterius Episcopum, tamquam Sedis Apostolicæ Delegatum, contra inobedientes procedere posse, etiamsi exempti sint; nullum vero amplius esse privilegium, vel exemptionem, quæ obstet, quæque impediat, quominus abusus tollantur.

§. 30. (*a*) Nihil autem valet ea, quæ a quibusdam promovetur, assertio, videlicet, Concilium privilegio, de quo agitur, minime derogasse, eo quod illud *in corpore Juris* inclusum sit; etenim Sacrum Concilium Tridentinum iis etiam derogare privilegiis consuevit, quæ *in corpore Juris* inclusa sunt, nullam etiam de iis expressam mentionem faciendo, sed simpliciter aliquid contrarium ipsis determinando, generali adjecta ad contraria privilegia derogatione; quemadmodum celebris Præsul Fagnanus *in cap. Nonnulli num. 42. & seq. sub titulo de Rescriptis* ample demonstrat.

§. 31. (*b*) Quod si forte quis hoc unquam objiceret, concessum sæpe ab Apostolica Sede fuisse, atque etiam nunc post Tridentinum Concilium Altaris viatici usum concedi; Fraternitatibus Vestris notum esse debet, hujusmodi privilegium in iis locis concedi, ubi Ecclesiæ non sunt, aut, si sunt, talis Hæreticorum potentia est, ut in easdem Catholici non sine gravi periculo ad audiendam Missam convenire possint. Uno verbo præcise necessitati providetur; quod quidem, ut optime perspicitis, ab eo, de quo agimus, casu plane diversum est.

§. 32. (*c*) Gregorii XIII. Decessoris nostri privilegium legite, quod *anno* 1580. Fratribus Ordinis Prædicatorum Provinciæ Polonicæ concessit, quod Bullarii Religiosæ illius Familiæ *tom. 7. pag. 192.* insertum est: *In quibusdam Civitatibus, Oppidis, & Locis Provinciæ Poloniæ tanta hæreticorum potentia, & impietas existit, ut Catholicos impune opprimant, nec iisdem Catholicis Missas in Ecclesiis, quarum raritas in illis partibus existit, audire tuto liceat. Nos supplicationibus tuis in hac parte inclinati, tibi, ac pro tempore existenti Ordinis Fratrum Prædicatorum Provinciæ Poloniæ Priori Provinciali, ut licentiam, & facultatem dictis Professoribus Altaria portatilia habendi cum debitis reverentia, & honore, super quibus in Domibus Nobilium Civium, & Incolarum Civitatum, Oppidorum, & Locorum dictæ Provinciæ, in quibus vel Ecclesiæ desunt, vel tanta est hæreticorum potentia, & impietas, ut impune opprimant, in locis ad hoc congruentibus, & honestis, per seipsos Missam in præsentia Personarum Catholicarum celebrare possint, in casibus necessitatis tantum, ita quod eis ad culpam nequeat imputari, concedere valeatis, Apostolica auctoritate tenore præsentium de speciali gratia indulgemus.*

§. 33. (*d*) Legite item jam superius citatum Clementis XI. Decretum, quod, majoris etiam commoditatis vestræ gratia, hic annexum vobis transmittimus; etiamsi tum, cum illud conditum fuit, præter publicationem ejusdem Romæ factam, ad Ordinarios per Loca, tam intra, quam extra Italiam, transmissum fuisse sciamus. Ab ipso autem, absque eo quod nostris rationibus, & animadversionibus Nos idem roborandum suscipiamus (quod quidem facere Nobis in proclivi esset, cum præstantiorum inter Pontificii Juris peritos Auctorum assertiones ubique in promptu sint) manifeste cognoscere poteritis, subsistant necne amplius portatilis Altaris privilegia, quæ Regularibus concessa fuerunt, & num a Tridentino Concilio eisdem fuerit derogatum. Cognoscetis, num permissum Regularibus sit, secundam in privato Oratorio cuipiam concesso Missam celebrare, cùm prima jam celebrata est, nec pro secunda hujusmodi Missa peculiare Indultum adest. Cognoscetis, num in prædictis privatis Oratoriis licitum eisdem sit, vel ante auroram, vel post meridiem, Missam celebrare; num celebrare eamdem possint diebus iis, qui in Indulto excipiuntur. Cognoscetis demum, num, exemptione non obstante, contra delinquentes procedendi potestas vobis sit. Licèt autem nulla omnino hujusce rei necessitas sit, illud Nos in præsentia Decretum confirmamus, ac Fraternitatum Vestrarum curæ committimus, ut pro exacta ejusdem observantia invigiletis; cùm minime commendatione dignum sit, ad Sedem Apostolicam recurrere, inconvenientia exponendo, nisi prius adhibita cum vigore ea remedia sint, quæ ab ipsa Apostolica Sede contra hujusmodi inconvenientia subministrata fuerunt.

§. 34. (*e*) In eo, qui ad Nos factus est, recursu, alterius etiam inconvenientia mentio fit, quod scilicet, sine licentia vestra, Regulares exorcizent; de hoc tamen nihil dicitur, utrum per vos aut in Synodis vestris, aut in vestris Edictis decretum fuerit, ne ullus Sacerdos vel Sæcularis, vel Regularis exorcizare audeat, sive in sua, sive in aliena Ecclesia, sive intra, sive extra Cœnobium, quin prius a vobis approbatus sit, atque ita, quin ante licentiam a vobis obtinuerit. Hoc illud est, quod præstari debet, quodque ab Episcopis præstari solet, quemadmodum apud Clericatum *De Sacramento Ordinis decis. 19. num. 42.*, ubi Episcopales Synodos affert, videre licet. Quod si nihilominus, postquam a vobis, tam in hac materia, quam in alia Oratoriorum privatorum, quantum in vobis est, præstitum fuerit, vestra nihilominus præcepta violabuntur, ac pœnæ a vobis impositæ, & inflictæ negligentur; nequaquam certe Nos Officio nostro deerimus,

(*a*) *Privilegia in corpore Juris clausa, etiam sine speciali mentione, a Tridentina Synodo abrogata.*
(*b*) *Altaris viatici Indultum pro locorum necessitatibus tantum conceditur.*
(*c*) *Tenor Privilegii Fratribus Prædicatoribus concessi pro Locis, in quibus Ecclesiæ desunt, & hæretici Catholicos opprimunt.*
(*d*) *Decretum Clementis XI. de Privilegiis Regularium, de usu Oratoriorum privatorum, de facultatibus Episcoporum diserte statuit.*
(*e*) *Regularibus non licet, contradicente Episcopo, exorcizare, etiam in propriis Ecclesiis, & Cœnobiis.*

rimus, ut totam Auctoritatem nostram in favorem vestrum interponamus; cum nihil antiquius Nobis sit, quàm ut Episcoporum, qui Fratres nostri sunt, jura sarta tecta serventur. Interim tam Fraternitatibus Vestris, quam Populis curæ vestræ commissis Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Datum ex Arce Gandulphi die 2. Junii 1752. Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

Decretum S. M. Clementis XI., quod in Constitutione hac laudatur, legi potest in Bullar. Roman. Edit. Luxemburg. (tom. 8. p. 417.), & apud P. Petrinum (Chronol. tom. 3. part. 1. p. 486.). Quod attinet ad §. 24.; vide simul infra sub die 5. Aprilis 1753. §. Demum.

1751. 8. Junii. = Hac die datum fuit Pontificium Breve, Cum sicut, *circa delegationem Presbyteri seu Sæcularis, seu Regularis, qui Sacramentum Confirmationis administraret in Missionum locis de Quito ob Episcoporum defectum. Iisdem ferme verbis conceptum fuit, quibus alterum, quod legitur in cit. Chronolog. tom. 3. part. 2. p. 457.*

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diœcesis sub Annulo Piscatoris die 8. Junii 1751. Pontificatus Nostri Anno XI.

D. Card. Passioneus.

Loco ✠ Sigilli.

1751. 19. Jun. *DECISIO*
S. Congregationis Concilii Interpretis in Causa Civitatis Castellanæ Juris concionandi.

Diuturno usu (*sic habetur in Folio Congregationis ante dictæ dici*), cujus nulla memoria est, servatum fuit, ut in Ecclesia Collegiata S. Michaelis Archangeli Terræ Caprarolæ Prædicationes verbi Dei haberentur per orbem, seu *turnum* a PP. Minoribus Observantibus, Carmelitis Excalceatis, & Capuccinis, quorum in eadem Terra sunt Monasteria. Post centenarii, & immemorialis temporis figam Universitas illius Terræ, quæ stipendium solvit Sacris Oratoribus, liberum sibi nuper jus esse reputans eligendi, quem vellet, ad hoc Prædicationis munus implendum, revocavit *turnum* trium Monasteriorum. Adita fuit hac de re S. Congregatio, quæ Bono Populorum Regimini præposita est, rescripsitque secundùm Communitatem: sed, adito a tribus Monasteriis R. P. D. Auditore Sanctissimi, data fuit Eminentissimis Patribus postulationis hujus cognitio. Auditus fuit, ut moris est, Episcopus: & nunc Causa proponitur, urgentibus Patribus, nullum hac in re jus esse Communitati, solvat licèt stipendium: Prædicationis enim munus proprium esse Episcoporum, ideoque jus, & facultatem deputandi Sacros Oratores non ad Communitates, sed ad Episcopos pertinere, nisi contraria sit consuetudo, quæ in Ecclesiis inferioribus, quidquid sit in Cathedralibus, licèt quadragenaria sit, servanda est, ut tradunt *Barbos. ad Concil. Trident. sess. 5. de reform. cap. 2. n. 10., Pignatell. Consult. Canon. 206. vol. 4. n. 15. 17. 37. & seq., Card. de Luca Miscell. Eccles. disc. 27. n. 5., & in Adnot. ad Conc. Trid. disc. 3. n. 6., Visner. in Exam. Episc. cap. 60. n. 8. & seq., Gavant. in Manual. Episc. v. Concio Sacra n. 24. & seq.*, aliique frequentissime.

Cum igitur nullum hac in re jus sit Communitati, cum Episcopo obstet immemorialis consuetudo, consequens esse, ut mutanda non sit dispositio, & methodus hactenus servata, ut ad Prædicationes verbi Dei admittantur per orbem tria Monasteria: Vetustas enim vicem legis obtinere debet; & possunt Patres proponere transactionem, pactum, Constitutionem Apostolicam, & alium quemlibet aptiorem titulum juxta vim cognitissimam temporis centenarii: Ex hac vetustate colligi, spectandum non esse, quod a Communitate excipi solet, agi de actibus facultativis, in quibus nullum habeat locum præscriptio; & stipendium, sive eleemosynam ab ea præstari, ut omnis æquitas postulet, jus eidem dandum esse eligendi Sacrum Oratorem: non enim facultativi dici possunt actus, qui, sciente, & patiente Episcopo, singulis annis facti sunt, nec de præscriptione quærendum esse, sed de consuetudine interpretativa, & præsumptiva juris non contra Communitatem, quæ hac in re nullum habet titulum, sed contra Episcopum: Communitatem vero, quæ stipendium, seu eleemosynam præstare hactenus suevit, compelli posse etiam Censuris ad illam præstandam, licèt Oratorem Sacrum non eligat, ut ex aperta Tridentini sanctione docuerunt *Leo in Thesaur. For. Eccles. par. 1. cap. 8. n. 6., Bellet. Disquis. Cleric. tit. de Cler. debitor. §. 15. n. 7., Campanil. in Divers. Iur. Canon. rubric. 12. cap. 13. n. 17., Barbos. de Offic. Episc. par. 3. alleg. 25. n. 12., Pignatell. Consult. Can. 206. n. 33. & 54. vol. 4., Monacell. in Formular. to. 1. tit. 12. form. 7. n. 6., Sperell. Decis. Eccles. 70. n. 1. 7. & 13., Panimoll. Dec. Eccles. 91. annot. 2. n. 8. & 13.*

Hæc Patres: in libello Communitatis urgetur, stipendium ab ea solvi: rem esse de actibus facultativis, eademque potestate, qua placuit servandum esse *turnum*, potuisse placere, ne servaretur: constare de titulo certo *turni* trium Monasteriorum, ex Decreto nempe Conciliari anno 1624.: hunc titulum non esse coactivum, sed voluntarium, ideoque frustra objici tempus centenarium. Sunt alia, quæ ex eodem libello, nobis sero nimis dato, cognosci poterunt ab Eminentissimis Patribus. Dubium est:

An Jus deputandi Concionatorem in Ecclesia Collegiata S. Michaelis Archangeli Terræ Caprarolæ libere spectet ad Communitatem ejusdem Terræ; seu potius ipsa teneatur alternative per *turnum* eligere PP. Minores Observantes, Carmelitas Excalceatos, & Capuccinos in casu &c.?

Sacra porrò Congregatio ad hunc modum respondit:

Negative ad primam partem: Affirmative ad secundam, & amplius.

Multa de hoc argumenti genere legi possunt in Bibliotheca P. Ferraris (verb. Prædicare*), & apud Auctores, quos ipse laudat.*

1751. 19. Jun. *Ejusdem*
Sac. Congregationis Responsum in Neapolitana Nullitatis Professionis.

Quidam, gravi admodum admisso crimine, ut inimicorum iram, insidiasque sicariorum eluderet, Regularem quemdam Ordinem ingressus fuerat, & Professionem emiserat. Postquam annos 28. in eo Ordine fuerat, ejusdemque Religionis Officia gesserat; irritam dixit Professionem, & in integrum adversus eam restitui postulavit, quòd, vi, metuque gravissimo vitæ suæ adactus, non ex animi sui sententia eandem emisisset.

Rejicien-

Rejiciendum illum contendebant Defensor Professionis, ac Defensor Ordinis, quin vis, metusque illati non fuerant, ut ipse Regulari Ordini nomen daret, sed ad vindicandum crimen ab ipso patratum: elegisse ipsum ajebant id vitæ genus libenter, ut mortem fugeret: arbitrium habuisse ratione alia vitæ suæ consulendi, nimirum fuga, militia, aliisque modis: si placuerat Professionem Regularem eligere; displicere non posse id, quod semel placuerat. Propositum igitur S. Congregationi Dubium fuit:

An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.?

At S. Congregatio prædicta die 19. Junii respondit:

Negative, & amplius.

Ac meritissime quidem. Nam etsi ille statim post Professionem emissam, adversus eam reclamavisset; ea nihilominus validissima judicata fuisset. Legendus Fagnanus (*in* C. Perlatum 1. de his quæ vi, metusve causa fiunt; *in* C. Ex parte, *in* C. Siquis, *in* C. Sicut nobis de Regular.), *Covarruvias* (de Matrim. p. 2. c. 3. §. 4. n. 20.), *Reiffenstuel* (*in* Libr. 1. Decretal. tit. 40.), *Ferraris* (*Biblioth.* v. Metus, & v. Professio).

1751. 26. Jun. *Lectiones II. Noct. propriæ diei festi S. FRANCISCI SOLANI, ac diei octavæ cum Oratione approbantur.*

D E C R E T U M

Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia.

SAnctissimus Dominus Noster Benedictus XIV. ad humillimas preces P. Procuratoris Generalis Ord. Min. S. Francisci de Observantia, suprascriptas Lectiones proprias Secundi Nocturni cum Oratione S. FRANCISCI SOLANI Confessoris ejusdem Ordinis tam pro die festo, quam pro die ejus Octava, accurate revisas, & examinatas, audito prius R. P. D. Ludovico de Valentibus Fidei Promotore, benigne approbavit; ac insuper concessit, ut singulis annis die festo, & respective Octava prædicti Sancti ab omnibus Religiosis utriusque Sexus, & aliis, quibus ex Indulto Apostolico concessum est ipsius Sancti Officium de Communi, recitari possint, & valeant. Die 26. Junii 1751.

D. F. Card. Tamburinus Præfectus.

A. M. Erba Proton. Apost. Pro-Secretar.

Loco ✠ Sigilli.

Verba, & alius, *sub finem Decreti posita, quanquam desint in quodam Decreti hujus exemplo, quod ego vidi, leguntur tamen in Regestu S. R. Congregationis, cum quo Decretum idem conferendum curavi.*

1751. 26. Jun. *Decretum Sac. Rituum Congregationis in* Cajetana.

I*N Æde sacra, Deo in honorem S. P. N. Francisci dicata, quam habent in Urbe Cajetæ nostrates, Urbs eadem unoquoque anno solemnia celebrat S. Antonii Patavini ex voto: ac Fratres quotannis tres peragunt Supplicationes, seu Processiones. Supplicatio prior habetur in Pervigilio, cum Sancti Viri Simulacrum e majori Templo in prædictam S. Francisci Ecclesiam transfertur. Altera, die Dominico Festum sequente. Postrema, die octavo, quo Statua eadem in dictum Cathedrale Templum, ex quo ducta fuit, reducitur. Hinc igitur orta fuerunt infrascripta* Dubia, *quæ S. Rituum Congregationi fuerunt proposita:*

I. An liceat PP. Capuccinis Suburbiorum Cajetæ in die festo S. Antonii Patavini, sive in Dominica infra Octavam ejusdem Sancti peragere Processionem per Suburbia dictæ Civitatis in casu &c.? Et quatenus affirmative,

II. An eisdem Patribus liceat in dicta Processione gestare Statuam, sive Simulacrum ejusdem Sancti in habitu Capuccinorum in casu &c.?

Sacra autem Congregatio 26. Junii 1751. respondit:

Ad primum affirmative pro die designanda ab Episcopo intra Octavam, exceptis diebus Festivitatis, & aliis, in quibus fit Processio ab Observantibus.

Ad secundum affirmative. Et amplius in omnibus.

„ Licèt PP. Capuccini possint retinere, & processionaliter etiam deferre Imagines S. Antonii Patavini, & S. Francisci in habitu Capuccini; non possunt tamen subtus Imagines S. Antonii, vel S. Francisci de Assisio, depictas, sculptas, vel impressas cum eodem habitu, apponere, & retinere inscriptiones indicantes, illas esse effigies dictorum Sanctorum cum veriori forma habitus ipsius S. Francisci, sed moniti debent illas delere, & cancellare, ut jussit Sacr. Congregatio Rit. in Neocastren. 22. Januarii 1707. „ *Ita apud Ferraris* (*Biblioth. v.* Processiones *n. 66.*). *Vid. & Infr. sub d. 23. Dec. 1757. inter* Decreta de Libris prohibitis, nec in Indice nominatim expressis, §. 3. *n.* 8.

1751. 26. Junii. *Confugientem ad immunem Locum, dum a Satellite detinetur, non gaudere immunitate, declarat sequenti Epistola sua S. Congregatio Ecclesiasticæ Immunitati præposita.*

ESsendosi sentito dalla vostra Informazione segnata sotto li 13. dell'andante, che *N. N.*, dopo il di lui arresto eseguito nella Terra *&c.*, si gettasse nell' Immune di quella Chiesa di S. Giovanni, dalla quale fu dallo stesso Balio successivamente con violenza estratto, e condotto carcerato; Questi Eminentissimi miei Signori *&c.* hanno giudicato, che il sudetto Balio, a titolo della sudetta estrazione, e carcerazione, non è incorso in alcuna Censura, e per conseguenza non abbia bisogno di assoluzione, a causa che il riferito non restasse mai libero nel Luogo immune, ma sempre in poter del Balio, che l' arrestò, e lo ritenne per la Pelliccia, che portava indosso, come si asserisce nella vostra predetta Informazione. Onde io ve lo significo per votra notizia, e governo. E Dio vi guardi.

Roma 26. Giugno 1751.

Similia Decreta alia refert Riccius in Synopsi Decretor. & Resolut. S. Congregationis Immunitatis; *quorum aliqua hic subjicimus.*

Non constat de Extractione a Loco immuni, quando extractus a stillicidio Ecclesiæ, illuc non omnino liber, sed per vim eò se traxit inter manus Baroncelli illum detinentis, quamvis manibus attingat muros Ecclesiæ. Feretrana 15. Novembr. 1689. (*Synops. cit. v.* Extractio Confugitorum *n.* 10.).

Contrà, constat de Extractione a Loco immuni, cum quis a Persona particulari, licèt semper ab ea retentus, vi accessit ad Locum immunem; & vi a Persona particulari extractus, & consignatus fuit Curiæ Laicæ. Civitatis Castellanæ 9. Februar. 1694. (*Ibid. n.* 11. *Vid. & n.* 9. *&* 12.).

Sic etiam Confugitus, qui, dum portam Ecclesiæ apprehendit, liber e manibus Custodis extat, gaudere debet Immunitate Ecclesiæ. Cariaten. 29. Maji 1646. (*Ibi v.* Confugiti *n.* 23.). *Lege quoque ibidem num. seqq., ubi alia afferuntur: ex quibus plura recitat P. Ferraris* (*Biblioth. v.* Immunitas Ecclesiastica *art.* 2. *num.* 142. *seqq.*).

1751.

1751. 26. Jun. *Apponentes Custodiam Loco immuni, ejusdemque criminis complices incidunt in Censuras violatoribus Ecclesiasticæ Immunitatis inflictas.*

AVendo questa S. Congregazione dell' Immunità Ecclesiastica giudicato, che V. S. sia incorso nelle Censure per la complicità avuta nella Custodia posta al Luogo Immune, in cui si era rifugiato *N. N.*, per aver ferito in rissa con tre colpi di coltello proibito *N. N.*, dal qual Luogo Immune fu il detto successivamente estratto, ed io appresso al medesimo restituito; ad affetto di provvedere alla di lei Coscienza, è benignamente condescesa a concedere a lei la facoltà necessaria di farsi assolvere dal di lei Confessore dalle Censure suddette. Ed io nel significarglielo, affinchè sia in grado di prevalersi di tal spirituale Provisione, le prego da Dio ogni bene.

Roma 26. Giugno 1751.

Alteram Sacra eadem Congregatio Ecclesiasticæ Immunitati præposita dedit Epistolam eadem die ad Episcopum Diœcesanum, qua ipsi potestatem tribuit absolvendi in forma privata *Vicarium foraneum, aliumque Canonicum, quemcumque alios* in forma Ecclesiæ consueta, *a Censuris, in quas incidisse se agnoscebant in supplici libello, ipsi S. Congregationi porrecto, ob Custodiam appositam Loco immuni, de qua sermo est in superiori Epistola; subdens:* purchè da tutti, antecedentemente all' atto dell' assoluzione, si faccia il consueto obbligo DE PARENDO MANDATIS ECCLESIÆ, e di astenersi in avvenire da simili attentati... Per quello poi, che concerne l' Irregolarità incorsa da' sudetti Vicario, e Canonico, dovrà avvertirli di procurarne la Dispensa dalla S. Congregazione del Concilio (*quæ Concilii Congregatio, quod ad Irregularitatem spectat, adeunda est; ut habes quoque apud Riccium in Synopsi* v. S. Congr. Concilii *n. 3.*, & v. Archidiaconus *n. 1.*).

Decreta varia de Custodia Confugis non adhibenda extant in laudata P. Ricci Synopsi (v. Custodes, seu Obsides Refugiatorum): *quæ affert quoque P. Ferraris* (*Bibl.* v. Immunitas Eccles. *art. 3. n. 11.*, & *seqq.*). *Hæc tamen Decreta, quæ Custodiam prohibent, non de Custodia ubivis posita, nec de quibuslibet Reis intelligenda sunt.*

Nimirum duntaxat vetant, ne Confugæ apponatur Custodia in ipso *Loco immuni, si liquido constat, crimen ab eo patratum non esse unum de exceptis criminibus, eundemque Confugam gaudere Asylo. Ceterum quid fieri possit, quid debeat, quando dubia, aut controversa res est, num Reus confuga ab qualitatem delicti, aut personæ, aut ob aliam rationem Asylo gaudeat, necne; & multa magis quando indubitanter constat, crimen esse exceptum; docet Reiffenstuel* (*in Lib. 3. Decretal. tit. 49. n. 174.*, & *seqq.*), *aliique ab ipso ibidem citati.*

Adhæc tametsi certum sit, crimen non esse exceptum, ipsumque Reum gaudere Asylo; possunt nihilominus a seculari etiam Potestate Custodes statui extra *Locum immunem ad præcavendum, ne Reus liber effugiat, & ut, si exeat e Loco immuni, facilius comprehendi, ac puniri possit; uti ex Farinacio, Haunolda, aliisque tradunt Reiffenstuel* (*loc. cit. n. 173.*), & *Ferraris* (*loc. cit. n. 26.*); *dummodo eidem Confugæ non impediantur ea, quæ impediri non debent; de quibus P. Ferraris ibidem, & n. seq. agit.*

1751. 27. Aug. *Decretum S. Congregationis Episc. & Regular. in* Neocastren. Celebrationis Festivitatis.

IN Causa Neocastren. Celebrationis Festivitatis, vertente inter Syndicum, & Populum Civitatis Neocastri, & litis consortes ex una, & PP. Minores Observantes Reformatos ejusdem Civitatis ex altera partibus, propositum fuit infrascriptum dubium, videlicet:

An, attento Rescripto hujus S. Congregationis edito de anno 1716., licitum sit RR. PP. Reformatis Civitatis Neocastri, celebrare cum pompa, & signantes cum pulsatione Campanarum, ut dicitur, *a martello* post horam pomeridianam usque sero quamcumque Festivitatem, infra Tredecinam S. Antonii Patavini contingentem, in casu &c.?

Sacra &c., referente Eminentissimo Cavalchini Præfecto, ac Ponente, re mature perpensa, ad suprascriptum dubium sequentem in modum respondit, nempe: Negative, & ad mentem: Mens est, quod si PP. Reformati consueverunt infra Octavam Corporis Domini exponere SS. Sacramentum, possint eamdem consuetudinem servare, sed absque ullo strepitu, seu pulsatione Campanarum. Romæ 27. Augusti 1751.

Rescriptum anno 1716. editum, quod in superiori Dubio innuitur, quodque in Scriptura Facti, *pro Syndicis, & Populo Neocastren. impressa*, acceptatum *dicitur* hinc inde fuisse, & in judicatum transiisse; *hujusmodi est. Disputato nimirum coram eadem S. Congregatione anno 1716. Dubio* 1 „ An liceat PP. Observantiæ Reformatis Civitatis Neocastri, celebrare Festum S. Antonii de Padua ipsius Civitatis Patroni, & Protectoris, cum præventiva solemnitate, nuncupata *Tredecina*, ac cum aliis quibuscumque signis quomodolibet dictum Festum indicantibus, tam in die 13. Junii, quam per tresdecim dies ante, in casu &c.? „ *Sacra Congregatio die 15. Maji supradicti anni respondit:* „ Quoad diem festum licere, sine tamen pompa, & quoad Tredecinam pariter licere, sed de mane, in casu, de quo agitur, & moneatur Procurator scribens pro PP. Reformatis, referente Eminentissimo S. Clementis „.

1751. 28. Aug. *S. Congregationis Concilii interpretis Responsum in* Ripana Quartæ Funeralis.

PReces oblatæ fuerunt Sacro huic Tribunali (*sic habetur in Folio Congregationis habitæ die prædicta*) a Plebano Cupræ maritimæ, seu, ut dicunt, *Grotta a mare*, Ripanæ Diœceseos, quibus querebatur, Patres Minores Sancti Francisci strictioris Observantiæ non solvere Quartam Funerariam Plebanæ Ecclesiæ debitam. Rescriptum fuit: *Episcopo, qui cogat ad solvendam Quartam Funeralium Parocho*. Hoc impetrato Rescripto, tacuit Plebanus, nactusque, quam expectabat, occasionem hominis sepeliendi in Ecclesia Patrum, Rescriptum edidit; petiitque ab Episcopo, ut Patres ad Quartam Funerariam præstandam compellerentur; obtinuitque ab Episcopo. Patres, qui nihil receperant, ad Eminentissimos Patres confugerunt, ut hac de re cognoscerent.

Causa nunc proponitur: & Patres urgent, centum, & quindecim abhinc annis Sententiam latam fuisse ab A. C., quæ in rem judicatam transiit, & qua definitum fuit: *Ipsos Fratres, & Conventum*

non teneri, nec obligatos fuisse, nec esse ad solutionem dandam, nec quicquam præstandum dicto Plebano pro Quarta, & nomine Quartæ Funeralium, quæ ad eos, eorumque Conventum usque nunc quomodolibet provenerunt, & in futurum provenient. Anno 1700. Plebanum hanc iterum movisse controversiam, sed ubi Sententiam vidit, tacuisse. Servandam igitur esse rem judicatam, neque esse retractanda, quæ semel in judicio contra legitimum contradictorem definita fuerunt.

Frustra igitur Plebanum uti Constitutione Benedictina, cujus initium est *Romanus Pontifex*; non enim Patres immunitatem a præstatione Quartæ Funerariæ sibi vindicant *ex Privilegio* Ordinis, quo casu locus esset dispositioni Constitutionis Benedictinæ, qua revocata fuerunt Privilegia omnia Regularibus Ordinibus (*a*) indulta; sed *ex re judicata*, quæ observata est per centum, &c, qui excurrunt, annos, quæque Patribus præstat meliorem quemcumque, & aptiorem titulum, quo immunes sint a præstatione Quartæ; itaut excipere possint de conventione in ipso limine fundationis, de transactione, aliove quovis contractu oneroso, & respectivo, quibus casibus non esse locum Constitutioni Benedictinæ, definitum fuit ab hoc Sacro Tribunali in *Sancti Miniatis Quartæ Funeralis* 12. *Martii* 1729., ut in *Thesaur. Resol. Sacræ Congreg. Vol. IV. pag.* 253. & 267.; & nuper in *Melphien. seu Rapollen. Quartæ Funeralis* 17. *Maji*, & 5. *Julii* 1749., ut in eodem *Thesaur. Vol. XVIII. pag.* 37. & 57. Præsertim cum non desint signa, & argumenta contractus onerosi, & respectivi, ex quo vetustissimo tempore pacisci potuerit inter Patres, & Plebanos de hac Quarta, nam Patres Plebanum adjuvant opem ferendo infirmis, & morientibus, Plebanus in elationibus eorum, qui in Ecclesia Patrum conduntur, Crucem elevat permissu Patrum, Ecclesiamque ingreditur Stola indutus, Officioque funebri præsens antiphonas, lectionesque canit; quæ omnia facere non posset, nisi transactio aliqua, cujus nulla est memoria, inita fuisset, ut nihil magis verisimile fiat, quam quod etiam de Quarta transegerint. Hæc Patres. A Plebano nihil habuimus. Unum est Causæ Caput:

An sit locus solutioni Quartæ Funeralis in casu &c.? *Sacra verò Congregatio die* 28. *Augusti* 1751. *ad hoc Dubium respondit*: Affirmative.

Proposita porrò iterum hac ipsa Causa die 18. *Decembris* 1751. *sub Dubio*:

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.?

Sacra eadem Congregatio ipsamet die, atque anno respondit:

In decisis, & amplius.

(*a*) *Quod spectat ad Cænobia Regularium sita extra Italiam, & Insulas adjacentes; vid. supr. sub d.* 5. *Mart.*, & *infr. ad d.* 22. *Jun.* 1757. *in Not.* d.

1751. 4. *Septembris* = *Hac die prodiit ex S. R. C. Decretum, quod fuit confirmatum per Literas in forma Brevis, quas infra exhibemus ad diem* 18. *Septembris* 1751.

1751. 10. *Septembris* = In Causa Ord. Min. Discalceatorum Provinciæ S. Didaci in Mexico, *a S. Congregatione Epsc. & Reg.*, referente Eminentissimo Mesmero Ponente, Partibus audita, ac re mature perpensa, *decretum die prædicta fuit*, in casibus, in quibus contigerit, Electionem Vice-Commissarii Novæ Hispaniæ fieri in Provincia S. Didaci Discalceatorum, non esse concedendam gratiam Lectoribus qualificatis dictorum Discalceatorum suffragandi in electione, *sed* servandas esse Constitutiones Ordinis, in casu &c. *Deinde vero insequenti anno* 1752., *proposita iterum Causa, eadem S. Congregatio*, Ponente itidem Eminentissimo Mesmero, decrevit, ac rescripsit *die* 3. *Martii*, In decisis, & amplius Causam hujusmodi non proponi mandavit. *At vide Litteras Apostolicas infra ad diem* 4. Decembris 1752.

1751. 15. Sept. *Ex Edicto circa Hebræos edito excerpta quædam, quorum extrema capita duo sub num. 39. & 40. ad Regulares etiam proxime pertinent, cetera autem Confessariorum, aliorumque oculis subjiciuntur ad imperitorum Fidelium instructionem.*

La Santità di Nostro Signore, che in mezzo alle incessanti cure del suo Pontificato ha sempre presente tutto ciò, che conduce a mantenere illibata ne' Fedeli la Cattolica Religione, considerando, che per allontanare da' medesimi quel pericolo di sovversione, che può loro derivare dalla soverchia familiarità cogli Ebrei, è assolutamente necessaria l'esatta osservanza de' provvedimenti presi da' suoi Predecessori, e particolarmente dalla san. mem. di Clemente XII. con suo Editto speciale, pubblicato in quest' Alma Città di Roma li 2. Febbrajo 1733.; uditi sopra di ciò gli Eminentissimi Signori Cardinali Inquisitori Generali, ha comandata la nuova pubblicazione del medesimo Editto con quelle modificazioni, che possono renderlo in tutte le sue parti, ed in qualunque luogo del suo Stato Pontificio più facilmente eseguibile.

Primieramente la Santità Sua inerendo alla Costituzione seconda d' Innocenzo IV., che comincia = *Impia Judæorum* = ordina, e comanda, che gli Ebrei non possano in alcuna maniera ritenere presso di loro, nè leggere, comprare, scrivere, copiare, tradurre, vendere, donare, commutare, nè in qualsivoglia altro modo alienare sotto qualunque pretesto, titolo, o colore Libro veruno, o Codici empj, Talmudisti, o altre volte condannati, superstiziosi, Cabalisti, o che contengano errori contro la Sagra Scrittura, o Testamento Vecchio, ovvero qualche ingiuria, empietà, e bestemmia contro i Sagrosanti Misteri della Fede Cristiana, specialmente della Santissima Trinità, di Nostro Signor Gesù Cristo, di Maria sempre Vergine, o de' Santi, nè verun altro Libro de' proibiti dalla san. mem. di Giulio III. nella Costituzione 24., che principia = *Cum sicut* = in data li 29. Maggio 1554., e dalla san. mem. di Clemente VIII. nella sua Costituzione = *Cum Hebræorum* = emanata sotto il dì 28. di Febbrajo 1593., o in altre Costituzioni, e Decreti Apostolici; o siano tali Libri composti in Lingua Ebraica, oppure in altro idioma, sotto la pena della perdita de' medesimi Libri, della Confiscazione de' Beni, e d'altre corporali, e gravissime ad arbitrio in caso di ciascheduna contravenzione, a tenore del Decreto della Sagra Congregazione del Sant' Offizio pubblicato li 12. Settembre 1553.; ed a tali pene intende la Santità Sua, che rimangano sottoposti anche quei Rabbini, e Dottori degli Ebrei, i quali ritenessero detti Libri nelle loro Librerie, o in altro luogo ad uso pubblico, o privato.

2. Che non ardiscano gli Ebrei, nè veruno di essi esporre, spiegare, o insegnare gli errori de' suddetti Libri, sì in pubblico, che in privato, e tanto dentro

le

le Scuole, che fuori di esse, a qualsisia persona Cristiana, Ebrea, o di qualsivoglia altra Religione, sotto le medesime pene della perdita de' Libri, della Confiscazione de' Beni, e di altre corporali, e gravissime ad arbitrio.

3. Che nessuno Stampatore, Libraro, o Mercante Cristiano, come ancora niun' altra persona di qualsisia stato, grado, o condizione, possa prestare opera, e consiglio agli Ebrei, per far loro avere detti Libri, e nemmeno per farli scrivere, stampare, portare, o tradurre, come neppure per impetrare loro la permissione di leggerli, o di averli, non solo sotto le stesse pene della perdita de' Libri, della Confiscazion de' Beni, e di altre corporali gravissime, in conformità del sovracitato Decreto della Sagra Congregazione del Sant'Officio, pubblicato li 12. Settembre 1553., ma anche sotto la pena della Scomunica, al Sommo Pontefice riservata, da incorrersi subito senz'altra dichiarazione.

4. Che gli Ebrei non possano comprare, o ricevere alcun Libro in Lingua Ebraica, nè dall' Ebraica in altro idioma trasportato, o da' Cristiani, o dagli Ebrei stessi, o da verun altro mandato, o portato, se prima, quanto alla Città di Roma, non l'averanno esibito al Padre Maestro del Sagro Palazzo Apostolico; e quanto agli altri Luoghi, o Città dello Stato, a' Vescovi, o Inquisitori locali, acciocchè riconoscano, se a tenore delle presenti Ordinazioni, e delle riferite Costituzioni Apostoliche debba loro permettersi di riceverlo, o ritenerlo, e tutto ciò sotto le pene di scudi cento, e di sette anni di carcere in ogni caso di contravenzione, e ritrovandosi alcun Libro contenente qualche cosa contraria alle mentovate Bolle, o Decreti Apostolici ed in particolare alla suddetta Bolla di Clemente VIII., non si restituisca agli Ebrei, ma trasmettasi al Tribunale del Sant' Offizio, e così parimente si pratichi trovandosi qualsisia altro Libro proibito agli Ebrei....

23. Non possano gli Ebrei distribuire, dare, donare, o vendere a Cristiani il Pane Azzimo, volgarmente detto Azzimelle, sotto la pena di scudi cinquanta; e per lo contrario i Cristiani non possano sotto la stessa pena riceverlo: come ancora non possano gli Ebrei distribuire, dare, donare, o vendere ai Cristiani carni di alcuna sorte da loro ammazzate, o fatte ammazzare, sotto pena di scudi cento, e di carcere ad arbitrio; ed all' incontro non possano i Cristiani riceverle, nè comprarle, sotto la pena di scudi venti, e di carcere ad arbitrio....

25. Non sia in verun modo permesso agli Ebrei di ricevere, comprare, vendere, o contrattare sotto qualsisia pretesto, o colore, tanto da loro stessi, quanto per mezzo d' altri, Agnus Dei, Reliquie de' Santi, nè con l' ornamento, nè senza, come neppure Croci, Calici, Quadri, Figure, o Immagini di Nostro Signor Gesù Cristo, della Beatissima Vergine, o de' Santi, nè Officioli, Breviarj, Messali, Tovaglie, o Paramenti da Altare, o verun'altra cosa spettante al Culto Divino, e nemmeno Libri, benchè profani, ne' quali siano Immagini Sacre, con tutto che dette cose fossero rotte, o lacere, o volessero servirsene solo per bruciarle, e cavarne Oro, o Argento, sotto pena di scudi dugento, e della Galera; ed i Cristiani, che vendessero alcune delle sudette cose agli Ebrei, incorrano nella pena di scudi ducento solamente....

38. Che gli Ebrei non possano invitare, e molto meno introdurre Cristiani nelle loro Sinagoghe; e per lo contrario a Cristiani non sia mai lecito di entrarvi, sotto la pena sì agli uni, che agli altri, di scudi cinquanta.....

39. Non sia permesso agli Ebrei entrare ne' Parlatorj de' Monasterj di Monache, nè de' Conservatorj, nè parlare con alcuna persona in tali luoghi esistente, e nemmeno entrare nelle Chiese, Oratorj Sagri, e Spedali, sotto la pena di scudi cinquanta, di tre tratti di corda in pubblico, e della frusta alle Donne.

40. Si avvertono i Superiori delle Case, e Monasterii de' Regolari, de' Collegi, e de' Luoghi Pii de' Secolari, che in caso abbiano qualche volta bisogno di prevalersi degli Ebrei per uso delle Stracciarie, non permettano a questi l' ingresso nelle Chiese, e negli Oratorj, e non li lascino conversare con Giovani, ma solamente con persone avanzate in età, e che possano dar loro buon esempio, ed insegnamento a ravvedersi. Altrimenti sappiano, che ne renderanno stretto conto al Signore, ed alla Sagra Congregazione del Sant'Offizio...

44. Ha per ultimo la Santità Sua dichiarato, e comandato, che per l' effettiva esecuzione di tutte le sopra riferite Ordinazioni si procederà contro li trasgressori anche *ex Officio*, *& per inquisitionem*: E che affisso il presente Editto ne' Luoghi soliti, e consueti, e di più nelle Scuole dei Ghetti a maggior loro notizia (ove debbasi sempre affisso ritenere sotto la pena di scudi cento, da pagarsi dalle Università in caso di ciascheduna contravenzione, e sotto altre pene ad arbitrio), obblighi tutti, e ciascheduno, come se fosse stato ad ognuno personalmente intimato, e notificato.

Dato dal Palazzo della S. Rom., ed Universale Inquisizione questo dì 15. Settembre 1751.

Eusebio Antonio Calabrini della S. Romana, ed Universale Inquisizione Notaro.

Die 17. Septembris 1751. supradictum Edictum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curiæ Innocentianæ, & in Acie Campi Floræ, ac in aliis Locis solitis & consuetis Urbis per me Petrum Romolatii.

Edictum integrum extat in Casanatensi PP. Prædicatorum Bibliotheca in Collectione earum rerum, quæ in Typographia R. Cameræ Apostolicæ excusæ sunt. De eodem argumento idem Benedictus Pontifex scripsit die 10. Martii an. 1755. ad Primatem, aliosque Præsules Poloniæ luculentam admodum Epistolam, dignissimam quæ legatur in Bullario ejusdem Pontificis. Legenda etiam ea, quæ refert P. Ferraris verb. Hebræus.

1751. 18. SEPTEMB. *Confirmatur*
Decretum S. R. C., quo Provinciæ Immaculatæ Conceptionis de Beira PP. Excalceatorum facta fuit potestas celebrandi singulis Sabbatis Missam Votivam Conceptionis B. M. V.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

EManavit nuper a Congregatione Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet:

„ Ordinis FF. Minorum Excalceatorum S. Francisci
„ Provinciæ Immaculatæ Conceptionis de
„ Beira, & Minho in Portugallia.

„ Cum Sacra Rituum Congregatio die 20. Au-
„ gusti MDCCXXIX. omnibus Religiosis FF. Mi-
„ norum Excalceatorum S. Francisci Provinciæ S.Di-
„ daci in Regno Mexicano celebrandam concesserit
„ singulis Sabbatis, exceptis solemnioribus primæ,
„ & secundæ Classis, Missam Votivam Conceptio-
„ nis B. M. Virginis, dummodo tamen non omitte-
„ retur Missa Conventualis; cumque modò P. Mini-
„ ster Provincialis Provinciæ Immaculatæ Conceptio-
„ nis de Beira, & Minho eorumdem Discalceato-
„ rum in Portugallia humillimas, enixasque preces
„ huic S. Congregationi porrexerit pro ejusdem gra-
„ tiæ extensione ad totam suam Provinciam; ea-
„ dem S. Congregatio petitam extensionem cum
„ iisdem Clausulis pro omnibus Religiosis Sacer-
„ dotibus prædictæ Provinciæ benigne concessit, at-
„ que indulsit. Hac die IV. Septembris MDCCLI.

„ *D. F. Card. Tamburinus Præfectus.*

„ *M. Marefuscus S. R. C. Secretarius*,

Loco ✠ Sigilli.

Cum autem, sicut dilectus filius modernus Minister Provincialis Provinciæ, & Ordinis præfatorum Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quò firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ Confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideret; Nos ipsius Ministri Provincialis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis *&c.*, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum Auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium. Decernentes, ipsas Litteras præsentes firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Provinciæ hujusmodi, etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVIII. Septembris MDCCLI. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

D. Card. Passioneus.

Vid. infr. sub d. 11. August. 1770.

1751. 18. Septemb. *Decretum S. Congregationis Concilii interpretis in* Bononien. Funerum.

UT consuleret (*sic extat in Folio Congregationis diei 18. Sept. ante dicti Anni*) Princeps Optimus Paulus III. indemnitati Patrum Minorum Sancti Francisci de Observantia, qui incolebant Monasterium extra mœnia Terræ Centi, perpetuis Rheni fluminis exundationibus perculsum, separavit anno 1538, ab Ecclesia Sanctorum Petri, & Pauli ejusdem Terræ Ecclesiasticum Beneficium, cui animarum cura annexa erat, eoque ad simplicis naturam redacto, Ecclesiam, Ædesque conjunctas iisdem Patribus concessit, ea data lege, ut Sacerdotem eligerent, qui curam animarum exerceret. Servata fuit hæc lex ad nostra hæc tempora. At cum eamdem illam obtinuisset Sacerdos Jo: Philippus Monteforti, exortis inter eum, & Patres plurimis controversiis, Sanctissimus Princeps noster eas præcidit anno 1749. Constitutione sua, qua separavit curam animarum a dicta Ecclesia Sanctorum Petri, & Pauli, eamque transtulit in Ecclesiam Sæcularem Sodalitii Sanctorum Sebastiani, & Rochi. Nova tamen inter eumdem Parocham, & Patres exorta est controversia. Contendit enim Parochus, jus sibi esse ingrediendi Ecclesiam Patrum cum Stola, & Cruce elevata, si ad illam deferenda sint corpora eorum, qui condi in ea voluerunt. Ut igitur Patres iis turbis occurrerent, quæ hisce casibus evenire solent, preces obtulerunt Sacro huic Tribunali, auditoque Vicario Generali Bononiensi, censuit hic, secundùm Parochum esse respondendum, quod generalis, & vetustissima in Terra Centi sit consuetudo, ut Parochi in elatione cadaverum ingrediantur Ecclesias Regularium cum Stola, & Cruce elevata,

Proponitur nunc Causa: & disputant Patres, hanc consuetudinem, si vera esset, contra jus esse: placuisse siquidem in hac crebris Doctorum disputationibus vexata quæstione, negativam sententiam; hanc sequi Sacras Urbis Congregationes; hanc probasse Summos Pontifices, *sublata* cuicumque Judici facultate secus judicandi cum *Decreto irritanti*: cum igitur res sit de consuetudine contra jus, necesse omnino esse, ut plenissime probetur, & contradicto etiam judicio (*a*) confirmatam fuisse monstretur: nihil horum probari a Parocho; &, si probaretur, nihil esse, quòd non monstretur, eam locum habuisse in hac, de qua agitur, Ecclesia, cum Parochus eam ingressus quidem fuerit cum Stola, & Cruce a duobus retro sæculis, at non jure servitutis, neque animo acquirendi jus contra libertatem Regularium, sed quia Parochialis erat, & in ea exercitium curæ animarum habebat electus ab ipsis Patribus: quidquid igitur de hac consuetudine sit ratione aliarum Ecclesiarum Regularium, quæ sunt in Terra Centi, non posse eam concludi ratione hujus Ecclesiæ PP. Minorum, neque porrigi posse ad eas Ecclesias, quæ suam libertatem servarunt: cessare autem disputationem omnem, cum consuetudo hæc generalis, & vetustissima ex facto desit etiam ratione aliarum Ecclesiarum Regularium, ut testibus probatur, qui de facto proprio deponunt: ratione vero Ecclesiæ SS. Petri, & Pauli rem esse apertam ex facto ipsius Parochi Monteforti, qui in elatione cadaveris Lucretiæ Gatti perventus ad fores Ecclesiæ Patrum deposuit illud, abiitque. Hæc Patres: a Parocho nihil habuimus. Dubium est:

An in associando cadavera sepelienda in Ecclesia

S. Pe-

S. Petri Minorum de Observantis Terræ Centi, liceat Parocho ingredi (b) cum Stola, & Cruce elevata; seu potius tenestur sd ejusdem Ecclesiæ fores sistere, ibique ultimum vale defuncto dare in casu &c.?

S. Congregatio prædicta die 18. Septembris respondit:
Negative ad primam partem; Affirmative ad secundam.

(a) Quod spectat ad id, quod in hoc loco dicitur, necessarium nempe esse, ubi res est de consuetudine contrà jus, *ut monstretur, eam contradictorio etiam judicio confirmatam fuisse; consule P. Reiffenstuel (in Lib. 1. Decretal. tit. 4. n. 146. seqq.), aliosque passim de Consuetudine agentes.*

(b) De hoc argumenti genere, itemque de nonnullis ex iis capitibus, de quibus agitur in sequenti Causa Ariminen.*, alibi infra redibit sermo.*

1751. 24. Sept. *Decreta S.C.Ep. & Reg. in* Ariminen. Funerum, & Processionum.

IN Causa Ariminen. Funerum, & Processionum, vertente inter Conventum & PP. Minores Conventuales Terræ S. Archangeli ex una, & Capitulum & Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ, ac Parochos ejusdem Terræ ex altera partibus, proposita fuerunt infrascripta Dubia, videlicet:

1. An Quarta funeralis sepeliendorum in Ecclesia PP. Conventualium debeatur etiam de Candelis positis super Altaribus?

2. An, functionibus funeralibus peractis, si cadaver insepultum relinquatur usque ad horam a Synodo Diœcesana sepulturæ præscriptam, sive usque ad aliam diem pro iterandis functionibus, novis appositis Cereis, isti integre debeantur Parocho; vel tantum debeatur Quarta?

3. An quotiescumque in funeribus invitantur cum Clero tam Sæculari, quam Regulari etiam Canonici Collegiatæ, istis præstandæ sint Candelæ æqualis ponderis; seu potius servanda sit asserta Taxa?

4. An cadavera, tumulanda in Ecclesis PP. Conventualium, possint, volentibus hæredibus, prius deponi in Ecclesis Parochiali Collegiata, seu in alia, ibique a Parocho funebres functiones peragi?

5. An, & quæ Cruces erigendæ sint occasione tumulationis cadaverum in Ecclesis PP. Conventualium?

6. An in associatione cadaverum liceat Parocho ingredi Ecclesiam PP. Conventualium cum propria Cruce, & Stola; seu potius teneatur, ad ejusdem Ecclesiæ fores sistere, ibique ultimum vale defuncto dicere?

7. An PP. Conventuales occasione prædictæ associationis teneantur accedere ad Ecclesiam Collegiatam Parochialem, eamque ingredi pro levando Parocho; vel potius possint recto tramite se conferre ad domum defuncti, ibique, vel alibi expectare?

8. An iidem Patres ad eamdem Ecclesiam accedere quoque teneantur pro levando Capitulo occasione Processionum Generalium?

9. An PP. Conventuales teneantur interesse cum reliquo Clero etiam Processioni Rogationum, quæ finem habet in eorum Ecclesia?

10. An dicti Patres, accedente Clero cum Capitulo ad eorum Ecclesiam in Processionibus, teneantur extra januam Ecclesiæ Processionem recipere, idemque Capitulum associare tam in ingressu, quam in egressu; & in quo numero?

11. An dicti PP. Conventuales intervenientes Processionibus participare possint, ac debeant de eleemosynis, quæ occasione earumdem tradi solent Presbyteris, & Clericis Sæcularibus in casu &c.?

Sacra Congregatio *&c.*, referente Eminentissimo Millini Ponente, re mature perpensa, ad suprascripta Dubia sequentem in modum respondit:

Ad 1. Affirmative. Ad 2. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam. Ad 3. Servetur Taxa. Ad 4. Affirmative quoad Ecclesiam Parochialem tantum juxta Constitutiones Synodales. Ad 5. Servetur solitum. Ad 6. Servetur solitum. Ad 7. Affirmative ad primam, negative ad secundum partem. Ad 8. Accedere debere ad Ecclesiam, a qua incipiunt Processiones. Ad 9. Negative. Ad 10. Teneri collegialiter accedere ad januam Ecclesiæ, etiam in egressu, quatenus processionaliter recedant. Ad 11. Negative. Et amplius in omnibus Causam hujusmodi non proponi mandavit. Romæ 24. Septembris 1751.

1751. 8. Novemb. *Animarum curam in Indiis Occidentalibus Catholico Regi subjectis, cui soli Regulares ex Privilegiis Apostolicis præerant, Sæcularibus quoque Clericis conferri posse conceditur. Nonnulla etiam declarantur, & innovantur circa Regulares ipsos Animarum curæ præpositos, & præponendos.*

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad futuram rei memoriam.

CUM nuper (a) Charissimus in Christo Filius Noster Ferdinandus Hispaniarum Rex Catholicus, per dilectum Filium Nostrum Joachimum S. R. E. Presbyterum Cardinalem Portocarrero nuncupatum, ad sua, suorumque Regnorum negocia apud Nos, & Apostolicam Sedem gerenda specialiter deputatum, & voce, & scripto Nobis repræsentari curaverit, opportuna aliqua Apostolicæ Auctoritatis Nostræ providentia opus esse in Indiis Occidentalibus ipsius Regis Dominio subjectis, super hoc, quod in iis Regionibus Parochiæ, Doctrinæ, aliaque Munia, & Officia ad Animarum curam pertinentia (b) per Regulares dumtaxat obtinentur, & administrantur, in vim quarumdam Litterarum Apostolicarum a recolendæ memoriæ Prædecessore Nostro S. Pio Papa V. die XXIV. Martii Anni MDLXVII. editarum, & incipientium, *Exponi Nobis*; quibus aliorum etiam Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum confirmationes accesserunt; ex quo fit (c), ut universus Clerus Sæcularis illarum Partium, quantumvis a multo jam tempore & numero frequens, & moribus, atque doctrina conspicuus esse dignoscatur, ab iisdem

(a) *Instantia Regis Catholici.*
(b) *Soli Regulares in Indiis Occidentalibus Animarum curam exercent ex Privilegiis Apostolicis.*
(c) *Clerus Sæcularis, doctrina, & numero auctus, non amplius ab ea excludendus videtur.*

dem Parochiis, Doctrinis, cæterisque Officiis, atque Muneribus Animarum curam concernentibus, omnino exclusus remaneat; qua quidem de re (a) quum Venerabiles Fratres Nostri Archiepiscopi, & Episcopi, per easdem Indiarum Regiones constituti, non semel apud ipsum Ferdinandum Regem conquesti fuerint; idcirco ipse pro sua prudentia magnopere expediens in Domino fore judicaret, ut quamvis etiam eorumdem Antistitum votis, & Sæcularis Cleri rationibus obstarent Prædecessorum Nostrorum Romanorum Pontificum Constitutiones, Nos, hodierni temporis circumstantias perpendendo ab illis longe diversas, quibus hujusmodi provisiones emanarunt, eisdemque Constitutionibus derogando, prædictis Archiepiscopis, & Episcopis liberam facultatem concederemus, ut dictas Parochias, Doctrinas, aliaque Munia, & Officia ad Animarum curam spectantia, Regularibus Personis hucusque conferri solita, in posterum etiam Sæcularibus Clericis, seu Presbyteris conferre libere, & licite possent: Nos, omnibus mature perpensis, (b) quum Regiam hanc petitionem non modo Sacris Canonibus, sed etiam prædicti Sancti Pii Pontificis menti, & dictorum Prædecessorum Nostrorum, ac Sedis Apostolicæ Institutis conformem agnoverimus; hanc rem ejusmodi esse gaudemus, ut liceat Nobis ea verba usurpare, quibus olim magnus Prædecessor Noster Innocentius Papa III. Castellæ Regem est alloquutus: *Cum Personam tuam inter Christianissimos Reges, & Catholicos Principes speciali dilectionis prærogativa in Domino amplexaremur, preces, ac petitiones tuas, in quibus possumus, libenti animo exaudimus, & ad ea gratanter intendimus, quæ Serenitati Regiæ novimus complacere*; ut videre est in ipsius Pontificis Epistolarum *Regest.* xiii. *lib.* i. *epist.* iv.

§. 1. (c) Enimvero quemadmodum negari nequit, ex veterum Canonum lege, Monachos, & Regulares Ecclesiarum Parochialium regiminis capaces fuisse, de quo diserte pronunciat Innocentius III. in sua Decretali, *Quod Dei timorem*, *Tit. de Statu Monachorum*, per hæc verba: *Et per antiquos Canones etiam Monachi possunt ad Ecclesiarum Parochialium regimen in Presbyteros ordinari, ex quo debent prædicationis Officium, quod privilegium est, exercere*: Ita certum nunc est, (d) ex recentiori Canonica Disciplina interdictum esse Regularibus Parochialem curam assumere sine dispensatione Apostolica; quæ dispensatio (e) a Romano Pontifice non aliter concedi solet, quam si pro ea instet Episcopus: ab Episcopo autem solicitanda non est, nisi Ecclesiæ necessitas, aut utilitas id suadeat: Qua de re Rescriptum adest Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, relatum a celeberrimo Scriptore Fagnano *in Commentar. ad cit. Cap. Quod Dei timorem num.* 17. *de Statu Monachor.*, in hæc verba conceptum: *Cum fuerit requisitum, an Regularis possit præfici curæ Animarum ab Episcopo, sine dispensatione Apostolica; Sacra Congregatio Concilii censuit, non posse, nisi accedente dispensatione; quæ non videtur concedenda, nisi instante Episcopo, pro necessitate, vel utilitate Ecclesiæ*. In eamdem sententiam deinceps alia complura Decreta prodierunt, a Summis Pontificibus confirmata. Quibus inter se collatis, Nostroque diuturno studio, & labore diligenter ponderatis, ad definiendam veterem controversiam super capacitate Canonicorum (f) Regularium, *Lateranensium*, & *Sanctissimi Salvatoris* nuncupatorum, ad obtinenda Beneficia Curata, & Residentialia; Apostolicam Constitutionem septimo Idus Julii Anno Domini MDCCXLV. edidimus, incipientem: *Quod incrustabili*, quæ in Bullario Nostro impressa est *Tom.* I. *num.* CXXXV., atque etiam, una cum Dissertatione super hoc a Nobis exarata, inserta fuit a diligentissimis Editoribus *in Commentariis Joannis Baptistæ Riganti ad Regulas Cancellariæ Apostolicæ*: In qua nempe Constitutione decretum fuit, prædictos Canonicos, utpote veros Regulares, Apostolica dispensatione indigere, ut hujusmodi Beneficia assequantur; tametsi *a Sanctorum Monachorum consortio non sejuncti, Regulæ inserviant laxiori*, ut de ipsis loquitur prædictus Innocentius Prædecessor in citato *Cap. Quod Dei timorem de Statu Monachorum*.

§. 2. (g) Ab hac norma minime recessisse putandus est laudatus Prædecessor S. Pius V., dum per suas allegatas Litteras, *Exponi Nobis*, Religiosos Viros ad Parochias assequendas in Partibus Indiarum Maris Oceani, aliaque Parochialia Munia exercenda habiles reddidit; sed hanc suam concessionem ea ratione constabilivit, quod scilicet (h) ipsi Regulares eo usque in dictis Partibus Officio Parochi functi fuerant, additis sequentibus verbis: *propter Presbyterorum defectum*. Quibus nimirum verbis satis ostenditur, hujusmodi Litterarum dispositionem locum habere dumtaxat, ubi desint, nec haberi possint Presbyteri Sæculares ad Animarum curam exercendam idonei; juxta declarationem editam a felicis recordationis Prædecessore Nostro Innocentio Papa X. per Litteras Apostolicas datas die xiv. Maii Anni MDCXLVII., & in Bullario Romano relatas *Tomo V.* inter ejus Pontificis Constitutiones num. xxxii., quarum initium est, *Cum sicut accepimus*; uni de hac ipsa Piana Constitutione loquendo statuit, illam *non suffragari, nisi in locis, ubi est defectus Parochorum*.

§. 3. (i) Hæc olim per Nos ipsos, dum in minoribus constituti, Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum Secretarii munere fungebamur, latius deducta fuerunt occasione propositionis cujusdam Causæ *Mexicanæ*, quæ diebus quarta Julii, & octava Augusti Anni MDCCXXII. in eadem Congregatione discussa fuit, ut videre est in *Tomo II. Thesauri Resolutionum dictæ Congregationis Concilii*. Et quamvis ad instantiam tunc existentis Archiepiscopi Mexicani contendentis, liberam sibi fieri facultatem, ut Parochiales Ecclesias, atque Doctrinas, quas Regulares privativo jure sibi vindicabant, conferre posset etiam Presbyteris Sæcularibus,

quos

(a) *Episcopi idem sentiunt cum Rege Catholico.*
(b) *Pontifex in eamdem sententiam descendit.*
(c) *Regulares veteri jure Animarum curæ capaces erant.*
(d) *Sed nunc dispensatione ad id opus habent.*
(e) *Non concedenda, nisi ad instantiam Episcopi.*
(f) *Quid decretum de Canonicis Regularibus, licèt laxiori Regulæ inservientibus.*
(g) *Privilegium Sancti Pii V. ob defectum Presbyterorum concessum fuit.*
(h) *Eoque defectu permanente, vim suam retinere censendum est.*
(i) *Instantia ex parte Episcoporum aliàs proposita cur sine Rescripto dimissa fuerit?*

quos magno numero, & requisitis qualitatibus præditos in sua Diœcesi adesse asserebat, nihil tunc definitive rescriptum fuerit: Nihilominus hanc generaliter sententiam ab ipsa Congregatione admissam, receptamque meminimus, ac pro certo testamur; quod nempe, deficientibus tantummodo Presbyteris Sæcularibus, prædicta Piana Constitutio locum habere deberet. Ideo autem nullum in ea Causa Decretum tunc editum fuit, quia quum prædicta Piana Constitutio ad instantiam Regis Catholici primum emanaverit, & omnes Indiarum Occidentalium Regiones comprehendat; nihil prudenter decerni posse visum fuit, nisi & Decreta desuper edenda ad Catholicorum Regum notitiam deducerentur, & non solum quid Mexicanæ Diœcesi, sed etiam quid aliis Indiarum Ecclesiis, atque Diœcesibus contingeret, & magis opportunum foret, certis relationibus innotesceret.

§. 4. (*a*) Quare quum hodie ex parte ipsius Regis Catholici opportuna super hoc providentia requiratur; hanc vero Archiepiscoporum, Episcoporum, aliorumque Ordinariorum dictarum Regionum preces vehementer exposcant; cumque hujusmodi preces & Canonicis Sanctionibus consentaneæ, & ipsius Sancti Pii Prædecessoris menti minime adversantes, & hujus demum Apostolicæ Sedis sensui, institutoque conformes esse dignoscantur; cum denique æquum non sit, ut ejusmodi Privilegium, quod eo tempore concessum fuit, quum in Indiis Occidentalibus Presbyterorum Sæcularium copia non aderat, his etiam temporibus parem vim habeat, dum Cleri Sæcularis numerus satis amplus ibidem existit, pluresque Sacerdotes Sæculares ad Animarum curam idonei, cæterisque optimis dotibus instructi reperiuntur; idcirco Nos, prædicti Charissimi in Christo Filii Nostri Ferdinandi Hispaniarum Regis Catholici instantiæ libenter annuentes (*b*), ac etiam motu proprio, & certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, præsentium Litterarum tenore, prædictis Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque Locorum Ordinariis dilectis Filiis, in Indiis Occidentalibus constitutis, permittimus, & concedimus, ut, non obstantibus præmissis Sancti Pii V. Prædecessoris Litteris, aliisque in earum confirmationem ab hac eadem Apostolica Sede emanatis (quibus etiam, quatenus opus sit, earumdem præsentium serie, ac dictis motu, scientia, & potestatis plenitudine derogamus), Sæculares Clericos, seu Presbyteros quoscumque, quos scilicet, prævio examine, juxta ea, quæ in Concilio Tridentino statuta sunt, idoneos, & habiles repererint, ad Parochias, Doctrinas, & alia quæcumque Munia, & Officia ad Animarum curam pertinentia, prout ipsis opportunum in Domino visum fuerit, admittere, & assumere, eisque etiam Parochiales Ecclesias hujusmodi, aliaque Ecclesiastica perpetua Beneficia, quibus Animarum cura imminet, in Titulum conferre, dictosque Presbyteros, seu Clericos de illis providere possint, & valeant; ad quem effectum Nos ipsis necessarias omnes, & opportunas facultates concedimus, & impertimur.

§. 5. (*c*) Quia vero ex hac concessione Nostra minime sequetur, quin Regulares prædicti plures adhuc Parochias, atque Doctrinas in Indiarum Occidentalium Regionibus & in præsens retinere, & in posterum adipisci valeant; aliunde autem Nobis relatum est, nonnullos hujusmodi Regulares Animarum curam exercentes contendere, se Episcopis, & Ordinariis Locorum, *in Officio officiando* dumtaxat, ut ipsi loquuntur, subjectos esse; ideo Nos ad quarumcumque inordinationum pericula avertenda, rectæque disciplinæ leges asserendas intenti, dicimus, & declaramus, hujusmodi Regulares, curam Animarum gerentes, in iis quidem, quæ concernunt eorum Regularis Instituti observantiam, Episcopo nullatenus subjectos esse, sed a suis Superioribus Regularibus quoad hæc privative dependere; in his autem, quæ vel ad ipsum spectant exercitium curæ Animarum, vel etiam ad eorum vitam, & mores pertinent, Nos ipsorum præsentium tenore declaramus, eosdem Regulares etiam Episcopis, aliisque Locorum Ordinariis subjectos esse, ideoque ab iisdem Episcopis, & Ordinariis, eorumque Visitatoribus, æque ac a suis Regularibus Superioribus, in his omnibus corrigi posse; siquidem impossibile non est, ut alicujus ex ipsis vitæ ratio talis esse dignoscatur, quæ cum Animarum regimine minime conveniat, & Fidelibus Parochiæ subditis spirituale detrimentum, & scandalum pariat. Hoc idem, Canonicis Sanctionibus (*d*), & Concilii Tridentini Decretis inhærentes, jamdudum statuimus, atque decrevimus per Nostras sub Plumbo Litteras datas duodecimo Kal. Decembr. An. MDCCXLIV., quarum initium est, *Firmandis, atque asserendis*, & impressæ sunt in Bullario Nostro Tomo I. num. CIX., quæ, cum ad Indias etiam Occidentales se extendant, ibidem quoque executioni mandari debent, & inviolabiliter observari: Quod idem decernimus de duabus Regulis in eadem Constitutione Nostra ex Apostolicæ Sedis Decretorum auctoritate constitutis: quarum una est, quod in omnibus rebus, in quibus Regulares Animarum curæ præpositi Episcoporum simul, & Regularium Prælatorum jurisdictioni cumulative subsunt, si aliter ab uno, aliter ab alio Superiore judicari contingat, Episcopi judicium Regularis Superioris judicio semper præferri debet: Altera vero est, quod, quum Regulares nonnisi cum amovibilitatis qualitate Animarum curam exercere valeant, tam Episcopus, quam Regularis Prælatus, quoties ita in Domino expedire judicaverint, Regularem Parochum ab hujusmodi cura valent removere; itaut neque Regularis Superior compelli possit hujusmodi remotionis causas Episcopo significare, neque Episcopus, ad similem remotionem procedens, Regulari Prælato notas facere teneatur causas, quibus ad id adductus fuerit.

§. 6. (*e*) Quoniam vero fieri alicubi potest, maxime autem in novis Populorum ad Fidem reductionibus, ut Regulares Parochos mutare, etiam cum

Sæ-

(*a*) *Eidem annuendum nunc plura suadent.*

(*b*) *Episcopis, & Locorum Ordinariis permittitur, ut Beneficia, & Officia curata Sæcularibus Clericis, seu Presbyteris conferre possint, contrariis non obstantibus.*

(*c*) *Regulares in hujusmodi Officiis perseverantes, vel ad ea deinceps assumendi, Canonicam subjectionem Ordinariis præstare debent;*

(*d*) *Ad formam Litterarum, quas vid. Tom. I. Bullar. ejusd. Pont. num. 109.*

(*e*) *Ordinarii quomodo præsenti concessione uti debeant.*

Sæculares Sacerdotes non desint, minime expediat; Idcirco Nos eorumdem Episeoporum, aliorumque Ordinariorum Præsulum Prudentiam admonemus, ut in hujusmodi circumstantiis, & ubicumque res optime constitutas invenerint, nec ullam eas immutandi necessitatem revera adesse compererint, ab innovationibus abstineant; & tam hoc jure, quod ipsis competere asseruimus, quam ea facultate, quam Nos eisdem per has Nostras Litteras impertiti sumus, ita utantur, quemadmodum æquitatia ratio, & Animarum utilitas, ad quam unice respicere debemus, requirent, ac suadebunt; super quo Nos eorumdem Episcoporum, & Ordinariorum Præsulum conscientiam oneramus.

§. 7. (*a*) Denique ne quis unqnam, aut ullibi, cujuslibet Ordinis, aut Instituti Regularia, ad Animarum curam exercendam sine prævio examine, & approbatione Episcopi, seu Ordinarii Localis assumi possit, earundem præsentium serie statuimus, atque decernimus; prout aliàs statutum, decretumque per Nos fuit tam in præcitatis Nostria Litteria, quam in aliis quinto Kalendas Martii Anni ab Incarnatione Domini MDCCXLV. editis, & in Bullarii Nostri *Tomo II. num.* 1. impressis, quarum initium est, *Quamvis ad confirmandum*; quæque & iisdem Sacrorum Canonum, ac Tridentinæ Synodi, necnon Provincialium, & Synodalium Conciliorum in ipsismet Indiarum Regionibus habitorum Sanctionibus innixæ sunt, & tam ad Occidentales, quam ad Orientales Indias se protendunt, ac utrobique inviolabilis legis vim obtinere debent.

§. 8. (*b*) Præsentes quoque Litteras, & in eis contenta quæcumque, nulla unquam ex causa, colore, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis jus, vel interesse habentes, aut habere prætendentes, cujusvis status, aut Ordinis, Congregationis, & Instituti, etiam hic de necessitate specialiter exprimendi, existant, iisdem non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, neque causæ, propter quas præsentes emanaverint, satis adductæ, probatæ, aut verificatæ fuerint, de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut consensus interesse habentium, aliove quolibet defectu notari, impugnari, aut in controversiam, & judicium vocari, etiam ad effectum obtinendæ aperitionis oris, aut restitutionis in integrum, adduci posse; sed semper, & perpetuo firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios effectus sortiri, & obtinere, ac illis, quorum favorem concernunt, plenissime suffragari, atque etiam ab omnibus, ad quos respective pertinet, & pertinebit in posterum, inviolabiliter observari, volumus, & decernimus: sicque, & non aliter in præmissis judicari, & censeri per quoscumque ordinarios, & delegatos Judices, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, eorumque Congregationes, necnon Apostolicæ Sedis Legatos, seu Nuncios, aliosque quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros; sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate; ac etiam irritum, & inane decernentes quidquid ab eorum quolibet in contrarium judicari, & decerni, seu scienter, vel ignoranter attentari contigerit.

§. 9. (*c*) Non obstantibus prædictis Sancti Pii PP. V., aliisque Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum in earumdem confirmationem, etiam in forma specifica, editis Litteris, Nostraque, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de non tollendo jure quæsito, aliisque Apostolicis, seu in Universalibus, Provincialibus, aut Synodalibus Conciliis editis generalibus, aut specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quarumcumque Ecclesiarum, seu Ordinum, Congregationum, & Institutorum, etiam specialiter exprimendorum, quantumvis juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, Statutis, & consuetudinibua, etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque, exemptionibus, & indultia, etiam in corpore juris clausis, aut sub quibusvis formis, & verborum tenoribus, seu Claususlis, & Decretis, etiam derogatoriorum derogatoriis, & irritantibus in genere, vel in apecie, etiam motu proprio, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, seu consistorialiter, aut ad Regum, aliorumque Supremorum Principum instantiam, vel peculiarium quorumcumque meritorum intuitu, aliove titulo, etiam oneroso, quibuscumque Personis, Collegiis, Locis, Ordinibus, etiam Militaribus, Congregationibua, Societatibus, & Institutis, etiam Societatis Jesu, vel Sancti Joannis Hierosolymitani, aliisve quibuslibet, in contrarium præmissorum concessis, ac pluries confirmatis, approbatis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores, formas, causas, & occasiones præsentibus pro expressis, insertis, ac specificatis habentes, pari motu, & Apostolicæ auctoritatis plenitudine, ad præmissorum effectum, plenissime derogamus, eaque respective, quatenus præsentibus adversantur, de medio tollimus, & abolemus per præsentes. Quarum (*d*) transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eamdem fidem ubique locorum, & gentium, in judicio, & extra, haberi volumus, quæ ipsis præsentibus haberetur, si originaliter exhiberentur.

§. 10. (*e*) Nulli ergo omnino hominum liceat, paginam hanc Nostræ permissionis, concessionis, facultatum, impertitionis, declarationis, innovationis, admonitionia, derogationum, decretorum, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum (*f*) Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo primo, sexto Idus Novembris, Pontificatus Nostri An. Duodecimo.

D. Card. Passioneus.
J. Datarius.

Visa de Curia
J. C. Boschi.

Loco ✠ Plumbi.
J. B. Eugenius.
Registrata in Secretaria Brevium.

1751.

(*a*) *Ordinariorum examen, & approbatio necessaria in cujuslibet deputatione ad Animarum curam:*
(*b*) *Clausulæ salutares, & Decreta opportuna.* (*c*) *Derogationes speciales, & generales.*
(*d*) *Exemplorum fides,* (*e*) *Sanctio.* (*f*) *Dat. die 8. Novembris 1751.*

1751. 19. Novemb. *Decretum*
S. C. Episc. & Reg. circa Libros Fratrum ex hac vita migrantium.

RElgiosi nonnulli ex Florentino Omnium Sanctorum Cœnobio S. Congregationi Episc. & Regul. exposuerunt, Constitutionibus Generalibus Ordinis (a), Prælatorum Generalium encyclis Literis, ipsiusque S. Congregationis Decretis præscribi, ut decedentium Fratrum Libri attribuantur Bibliothecæ illius Cœnobii, in cujus familiam iidem defuncti Fratres adscripti reperiebantur: hinc quia olim Seraphicæ Observantis Provinciæ Minister Religiosi cujusdam, ejusdem Provinciæ Excustodis, vita functi Libros, quanquam animo assignandi illos Conventui magis indigo, ausus fuerat aliò transferre; decretum fuisse ab ipsa S. Congregatione die 13. Martii 1698. (b), ut, præmissa Librorum restitutione ei Cœnobio, in quo Frater decesserat, Minister deinde a pœnis, in quas inciderat, absolveretur.

Subjiciebant, has Leges esse justitiæ, & æquitatis plenas: Libros etenim fere Concionum eleemosynis comparari, atque aliis, quæ communibus Conventus eleemosynis permisceri deberent: Conventum præterea perferre incommoda nunc ob suorum Fratrum absentiam, nunc ob ægritudines eorundem: denique, quod nominatim ad Conventum illum Omn. Sanctorum spectabat, eum præ aliis Provinciæ Conventibus numerosiorem esse, & insigniorem; florentissimumque Provinciæ Gymnasium sustinere, proindeque Libris, plusquam Cœnobia reliqua, opus habere.

Rogarunt subinde Emos Patres, ut ejusmodi innovantes Decreta imperarent, ne quisquis ad Bibliothecas alias, Cœnobiaque transferret eos Libros, qui invenirentur in spolio illorum Fratrum, qui e vivis excessuri essent in prædicto Omnium Sanctorum Conventu; sed ut hujus Conventus Bibliothecæ integre iidem assignarentur.

His precibus annuentes Emi Patres, die 19. Novembris 1751. hoc tulerunt Decretum:

Sacra &c., attenta relatione P. Commissarii Generalis Curiæ, censuit rescribendum, prout rescripsit: Serventur Constitutiones, & Decreta juxta petita, nec audeant Provinciales, Definitores, aliique Superiores contra agere, vel statuere, sub pœna privationis utriusque vocis ipso facto incurrenda (c).

(a) *Constitutiones, quæ hoc loco innuuntur, vide apud P. Gubernatis (Orb. Seraph. tom. penult. pag. 605. ubi exhibet Statuta Capit. Gen. Rom. an. 1612, & p. 619 ubi Statut. Cap. Gen. Salmant. an. 1618.), & apud P. Perusinum (Chron. part. 2. pag. 13., & p. 189.).*

(b) *Decretum S. Congregationis Episc. & Reg. 13. Mart. 1698., quod hic memoratur, ex Regestis ejusdem S. Congregationis petitum, sic habet:*

Sacra &c, audito P. Ministro Generali præfati Ordinis, censuit, ex spolio præfati Religiosi applicandos Libros Conventui, in quo de familia morabatur; ac etiam ea, quæ ad Sacristiam pertinent, ejusdem Conventus Sacristiæ; cætera vero per Syndicum Apostolicum vendenda, eorumque pretium in communes utilitates expendendum; proindeque Provincialem absolvendum, dummodo præfatos Libros, & Sacra Paramenta Conventui restituat, ac cætera per præfatum Syndicum Apostolicum Provinciæ, ut supra, applicet, necnon de executione per authentica documenta ipsam S. Gongregationem certiorem reddat.

(c) *Vid. & infr. sub die 29. Maji 1752.*

1751. 19. Novemb. = Hac die prodierunt ex ead. S.C. Episc. & Regul. Decreta duo, quæ legi possunt in Literis Apostolicis infra describendis (ad diem 7., & 11. sequentis Decembris), quibus Decreta eadem confirmata sunt.

1751. 24. Novemb. *Decretum*
Supremæ Inquisitionis, qua damnat, & prohibet Librum, Memoires Historiques *&c., aliosque de iisdem rebus agentes.*

Feria 4. die 24. Novembris 1751.

SAcra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum DD. S. R. E. Cardinalium in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum, habita in Conventu S. Mariæ supra Minervam, cum nuper acceperit, in lucem prodiisse Librum quemdam Gallico Idiomate impressum, cui titulus = *Memoires Historiques Apologetiques &c. presentées en 1751. au Souverain Pontife Benoit XIV. Tom. III. A Londres chez les Libraires François 1751.*; prævio accurato examine Operis, & Censuræ Theologorum, decrevit, præfatum Librum declarandum esse obnoxium, subjectumque iisdem Censuris, eidemque proscriptioni, cum quibus Sanctissimus Dominus Noster Benedictus Papa XIV. speciali Decreto Kal. April. an. 1745. proscripsit, atque prohibuit duos alios Libros, seu Volumina inscripta, *Memorie Istoriche intorno alle Missioni Orientali* &c., cum eædem fere omnes concurrant causæ ad illum proscribendum, prohibendumque, ob quas Sanctitas Sua memoratos alios duos Libros, seu Volumina proscripsit, atque prohibuit; præcipue vero vigore Decreti S. Congregationis de Propaganda Fide diei 19. Decembris 1672., a Clemente X. comprobati, & confirmati per Breve incipien. *Creditæ Nobis* &c. die 6. Aprilis 1673.; prout præsentis Decreti vigore damnat, & prohibet.

Insuper eadem S. Congregatio declarandum censuit, iisdem Censuris, eidemque proscriptioni subjectos, & obnoxios habendos esse ipso facto quoscumque alios Libros de iisdem rebus tractantes, forsan, quod absit, evulgandos.

Hunc itaque Librum, sic prohibitum, & damnatum, eadem S. Congregatio vetat, ne quis, cujuscumque sit status, & conditionis, ullo modo, & sub quocumque prætextu iterum imprimere, vel imprimi facere, neque jam quocumque loco impressum apud se retinere, & legere audeat, sed ipsum Ordinariis locorum, aut hæreticæ pravitatis Inquisitoribus statim, & cum effectu tradere, & consignare teneatur, sub pœnis in Indice Librorum prohibitorum contentis.

Loco ✠ Sigilli.

Eusebius Antonius Calabrinus S. Rom., & Univers. Inquisit. Not.

Publicatum die 6. Decembris 1751.

1751. 24. Novemb. *Ejusdem*
S. Congregationis Decretum, quo Libelli duo, & Folium quoddam damnantur, & proscribuntur.

Feria 4. die 24. Novembris 1751.

SAcra Congregatio &c., habita in Conventu S. Mariæ supra Minervam, mature examinata Theologorum ad hoc specialiter deputatorum Censura,

decrevit, Libellum Latino, & Gallico Idiomate impressum, cui titulus: *Epistola Doctoris Sorbonici ad Amicum Belgam, Parisiis XII. Kal. Decembris 1749.*, seu: *Lettre d' un Docteur de Sorbonne à un de ses Amis en Flandre, De Paris le 21. de Novembre 1749.*;

Item Folium impressum sine loco impressionis, & nomine Impressoris, cui titulus: *Sorbonici Doctoris ad Rmum Ricchininum S. Congregationis Indicis Secretarium Gratiarum Actio, quod Epistolam Sorbonicam nomine S. Congregationis proscribendo egregie confirmaverit*;

. Necnon alium Libellum inscriptum: *Ad Philalethem Romanum, cujus est Epistola de justa Bibliothecæ Jansenianæ proscriptione, data Romæ pridie Idus Martii 1750., Hispani Philalethæ responsio, ubi de justa proscriptione Norisii per Hispanam Inquisitionem, Hispali MDCCLI. Superiorum permissu* = damnandos, & proscribendos esse, utpote Libellos respective famosos, continentes assertiones falsas, calumniosas, seditiosas, contumeliosas, injuriosas, & scandalosas, prout præsenti Decreto prohibet, & damnat.

Hos itaque Libellos, & Folium, sic prohibitos, & damnatos *&c.* (*ut in alio superiori Decreto*).

Loco ✠ Sigilli.

Sequitur subscriptio ejusdem Notarii, ac testimonium publicationis, ut supra.

1751. 7. Decemb. *Confirmatur Decretum S. Congregationis Episc. & Regular. circa Regium Ulyssiponense Hospitium, vulgo* de la Bemposta.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

NUper pro parte dilecti filii Josephi a Jesu Maria Fratris expresse professi, ac Ministri Provincialis Provinciæ Conceptionis B. M. V. Immaculatæ Ordinis FF. Minorum S. Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupat., Congregationi Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Card., negotiis, & consultationibus Episc. & Reg. præpositorum, exposito, quod aliàs dilectus Filius Noster Jacobus S. R. E. Presbyter Cardinalis Oddi nuncupat., tunc temporis in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis Noster, & Apostolicæ Sedis Nuncius, ut nonnullis incommodis, perturbationibusque, ex nimia facilitate tunc existentis Præsidentis Regii Hospitii, vulgo *de la Bemposta*, ex dicta Provincia dependentis, in Civitate Lisbonæ erecti, seu existentis, in recipiendo, & admittendo inibi tanquam hospites alios Fratres memoratæ, & aliarum Provinciarum exortis, consulere valeret, per suum Decretum prohibuerat, ne Præsidens dicti Hospitii ullo unquam tempore admitteret quemlibet Religiosum dictæ Provinciæ, & Ordinis hujusmodi, absque expressa licentia Ministri Provincialis Provinciæ præfatæ; quod quidem Decretum confirmatum fuerat a Ven. Fratre Thoma Archiepiscopo Nicomedien., moderno in dictis Regnis Nostro, & Sedis præfatæ Nuncio, prout in Decretis hujusmodi plenius dicebatur contineri; & in eadem expositione subjuncto, quod ipse plurimum desiderabat, quò Decreta hujusmodi imposterum observarentur &c., emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris sequentis, videlicet:

„ Sacra Congregatio *&c.*, ad quam SS. Dominus Noster supplicem libellum remisit, attenta relatione P. Vice-Procuratoris Generalis, petitam confirmationem benigne impertita est. Romæ XIX. Novembris MDCCLI.

„ C. A. Card. Cavalchini.

„ Joseph M. Archiep. Damasci Secret.

„ Loco ✠ Sigilli.

Cum autem, sicut pro parte dicti Josephi Ministri Provincialis Nobis subinde expositum fuit, ipse Decretum hujusmodi, quò firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere cupiat; Nos specialem ipsi Josepho Ministro Provinciali gratiam facere volentes, & a quibusvis excommunicationis *&c.*, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertum præfatæ Congregationis Cardinalium Decretum Auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate ejusdem Congregationis Cardinalium. Decernentes *&c.*; sicque in præmissis per quoscumque Judices *&c.*; ac irritum, & inane *&c.* Non obstantibus *&c.*

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VII. Decembris MDCCLI. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

D. Card. Passioneus.

1751. 11. Decemb. *Confirmatur aliud ejusdem S. Congregationis Decretum vetans, ne in Excalc. Provincia Pietatis quidquam innovetur contra Ordinis Statuta, & Constitutiones Apostolicas circa qualitates eligendorum.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

NUper pro parte dilecti filii Joannis a Redondo Vicarii Provincialis Provinciæ Pietatis nuncupat. Ordinis FF. Minorum S. Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupat., Congregationi Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, exposito, quod in dicta Provincia rumor exarserat, simplices dictæ Provinciæ Fratres Confessarios, contra Constitutionum Provinciæ, & Ordinis hujusmodi dispositionem, prætendere alternativam Officiorum Provincialatus, Custodiatus, & Definitorum, inter Lectores, & Prædicatores distribui solitorum; & in eadem expositione subjuncto, quod si alternativa præfata concederetur, esset injusta, & nullibi usitata, & aliunde contra bonum Provinciæ, & litterarum destructiva; nam pauci litteris incumberent, videntes, æquales esse illiteratos in distributione Officiorum cum literatis, & doctis; ac propterea dictus Joannes Vicarius Provincialis plurimum desiderabat, alternativam hujusmodi minime concedendam esse, imo præcipiendum esse Provinciali, ac Definitoribus memoratæ Provinciæ pro tempore existentibus,

ne

ne imposterum alterare audeant Constitutiones Provinciæ quoad liberam distributionem Officiorum, imo observare debeant ad unguem non solum Constitutiones Provinciæ, & Ordinis hujusmodi, verum etiam Constitutiones Apostolicas quoad qualitates eligendorum; emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris sequentis, videlicet:

„ Sacra Congregatio *&c.*, ad quam Sanctissimus „ Dominus Noster supplicem libellum remisit, attenta relatione P. Vice-Procuratoris Generalis, „ censuit injungendum, prout præsentis Decreti „ vigore injungit, P. Ministro Generali, ut mandet, „ nihil innovari contra Ordinis Statuta, & Constitutiones Apostolicas, Romæ xix. Novembris „ MDCCLI.

„ C. A. Card. Cavalchini.
„ Pro Archiep. Damasc. Secret.
„ C. Clementini Auditor.

„ Loco ✠ Sigilli.

Cum autem dictus Joannes Vicarius Provincialis, sicut Nobis subinde exponi fecit, Decretum hujusmodi, quò firmius *&c.*; Nos igitur ipsum Joannem Vicarium Provincialem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis *&c.* (*ut in aliis Litteris pag. præc.*).

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xi. Decembris MDCCLI. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

D. Card. Passioneus.

1751. 15. *Decembris* = *Hac die a Benedicto XIV. data fuit Epistola, cujus initium*, Probe te, *ad Petrum Hieronymum Guglielmi tunc S. Inquisitionis Assessorem, deinde Amplissimum Cardinalem, pridem vita functum: in qua Pontifex Aviæ neophytæ jus asserit offerendi ad Baptismum Infantes Judeos ex Filio præmortuo nepotes, contradicente licèt Matre tutrice, aliisque tutoribus Judæis. Eam (quæ legitur in Bullar. ejusd. Pont. tom. 3. p. 239.), quandoquidem copiosa admodum est, hic describere prætermittimus. Cum tamen ejusdem cognitio, uti & alterius Epistolæ ab eodem Pontifice ann. 1747. ad Vicesgerentem Urbis perscriptæ, Ecclesiasticis Viris utilis, & quandoque plane necessaria sit; idcirco utriusque summam exhibemus, hauttàm ex insigni Scriptore Ordinis Clericorum Regularium Scholarum Piarum P. Ubaldo Giraldi* (*in* Addit. ad Instit. Canon. P. Maschat *to. 2. p. 481. seqq.*, *& in Opere inscript.* Expositio Juris Pontific. juxta recentior. Ecclesiæ disciplinam *part. 1. tom. 2. p. 607. seqq.*).

Quod spectat (*inquit ipse*) ad coactionem non inferendam Judæis, ut inviti ad Baptismum veniant, referre juvat, quæ notatu digna leguntur in Epistola Benedicti XIV. ad Archiepiscopum Tarsensem Vicesgerentem Urbis, POSTREMO MENSE 28. *Februar.* 1747., in ejus Bullario Tomo II., circa Judæorum, & Infidelium Baptismum; in qua probatur, licite baptizari posse filios infantes, & impuberes Judæorum, & Infidelium, invitis Parentibus, in sequentibus casibus.

I. Si sint in extremo mortis articulo, ex Decretis S. Congr. Inquisit. 2. *Novembr.* 1678., *&* 18. *Febr.* 1706., *ibidem relatis* §. VIII.

II. Si sint a Parentibus projecti, atque derelicti; cum tunc statim subducti dicantur a patria potestate, *cap. 2. de infant., & languid. expositis*. Tales autem intelliguntur, non qui sine Patre, & sine Matre, vel nullo comite, aut per Urbem, aut extra Hebræorum vicum temere vagantur, sed qui in loco publico soli, abjecti, atque omni cura, & spe destituti inveniuntur, *ibidem* §. IX., *&* X. Item baptizari posse censet Reiffenst. *lib. 5. Decret. tit. 6. de Judæis num.* 52., si ita sint a Parentibus jam separati, ut iis amplius non debeant, aut nequeant restitui, v. g. si Parentes essent mortui. Crederem tamen, hanc sententiam corrigendam esse quoad secundam partem, si adesset Avus (qui etiam vivente ejus filio, jam habebat potestatem in nepotem *L. 4. de his qui sui §. qui igitur Instit. de patria potestate*), vel adesset Tutor, utpote succedens in jura Patris, communiter; tunc enim his restitui deberent. Item baptizari posse sentiunt Auctores, relati a Lucio Ferraris *Prompta Bibliotheca verbo Baptismus artic. 5. num.* 22., amentes, quando nulla est spes, ad rationis usum eos pervenire posse.

III. Si offerantur ad Baptismum a Patre converso, etiam invita Matre, *cap. ex litteris de convers. infid.*, vel a Matre, invito Patre, ob favorem Fidei, qui juxta magis receptam opinionem locum habet etiam in casu Matris conversæ, ibidem §. XV., & XVI.

IV. Si offerantur ab Avo paterno, pariter converso, etiam utroque Genitore invito, ex Decreto Gregorii XIII., aliisque juribus ibidem allatis §. XVII.

V. Si offerantur ab Avia paterna conversa nepotes ex filio defuncto, etiam contradicente Matre, ut decrevit in hac eadem facti specie, quod Romæ accidit anno 1751., idem Benedictus XIV., ut in altera ejusdem Epistola ad Petrum Hieronymum Guglielmi Sacræ Inquisitionis Assessorem, *Probe te*, 15. *Decembr.* 1751., impressa in *cit. Bullar. Tom. III.*

Hic quæri posset, an & id Aviæ maternæ liceret? Et quamvis ex paritate rationis, in favorem nempe Religionis, primo intuitu videatur licere, non tamen crederem, hoc tuto asserendum; nedum quia hic casus nullibi reperitur decisus, & in jure positivo de casu ad casum non valeat illatio; sed maxime quia in Avia materna non ea potest considerari qualitas, quæ in paterna: pro hac enim, præter favorem Religionis, militat etiam legis dispositio, cum & ipsa veniat sub appellatione Parentum, L. *Appellatione ff. de verbor. significat.*, &, quod pertinet ad curam nepotum, pari jure censeri debet Avus, & Avia paterna ex benigna concessione *Auth. Matri, & Aviæ cod. tit.*, ex quo fit, quod non sit persona penitus extranea, sed a familia sua per matrimonium in filii familiam translata, naturali quadam connexione primas in hac eadem familia partes unà cum ipso obtineat; quod dici nequit de Avia materna: & cæteroquin solus Religionis favor non satis sit, ut, reluctantibus Parentibus, eorum filii licite offerri possint; aliàs unicuique personæ, quamvis extraneæ, id liceret, ut doctissime in citata Epistola ratiocinatur idem Pontifex.

VI. Si Parentibus orbi, offerantur a Tutoribus juxta receptam sententiam, ibidem relatam §. XIII., & in citata Epistola ad Archiep. Tarsensem §. XIV.

VII. Si filii servorum pœnalium offerantur ab eorum Dominis, filii scilicet Turcarum bello capti, sicut & nati ab ipsis in captivitate, non autem filii Christianorum capti in bello inter eosdem Christianos gesto, cum hi sint servi servitute tantum civili, ut ex rationibus allegatis in cit. Epist. ad Petrum Guglielmi §. XV., & XXVI.

 §. VIII.

VIII. Si offerantur infantes Hebræorum a Parentibus, qui semel dixerunt, se Catholicam Fidem amplecti velle, licèt postea a proposito recedant, ex Dec. Sac. Inquisitionis sub die 24. Septembris 1699., relato §. XVIII. citatæ Epistolæ ad Archiep. Tarsen.

IX. Si offerantur nedum a Parentibus Neophytis, sed etiam ab Ethnicis, & Judæis in infidelitate, & judaismo remanentibus; dummodo fide bona ab eis id fiat, & infantes baptizati apud Christianos remaneant, ut §. X. Epistolæ ad Petrum Guglielmi; & in eo etiam casu, quo unus consentiret, & alter non, ut sentit cum Bartholomæo ab Angelo Passerin., Reiffenst., Lucius Ferraris loc. cit. num. 20.

X. Si ipsimet Iudæorum, & Infidelium filii, statim ac ad usum rationis pervenerint, Baptismum ultro postulaverint, §. XXXVI., & seqq. Epistolæ ad Archiep. Tarsen.

Notandum etiam est ex hac eadem Epistola,

I. Rationis usum regulariter ab anno septimo completo inchoari, ex Decreto Congreg. Concil. 16. Julii 1639. ibidem relato §. XXXII.

II. In dubio de perfecto Rationis usu Baptismum esse protrahendum, & interim Puerum illum petentem non remittendum ad Parentes, sed ab eis procul retinendum, donec constet de ejusdem perfecto Rationis usu, ibidem §. XXXIII., & seqq.

III. Si post adhibitam diligentiam reperiatur, vere Rationis usu carere, restituendum esse Parentibus, ibidem §. IV.

IV. Illicite baptizatos, idest neque a Parentibus, neque ab aliis jus in eos habentibus ad Baptismum oblatos, non esse restituendos Parentibus, etiamsi hi, cautione, aut fidejussione data, ingenue spondeant, se eos, vix dum ad convenientem ætatem pervenerint, Christifidelibus restituturos, nec quidquam contra Fidem Catholicam edocturos, ibidem §. XXVIII., & seqq. Contra autem sic baptizatos, si, postquam adoleverint, Parentum ritibus adhæserint, & fuerint de hoc confessi, aut convicti, procedendum esse tamquam contra hæreticos.

Quod autem spectat ad probationem patefactæ voluntatis Judæi cupientis Baptismum suscipere, ex Decreto Congreg. Universalis Inquisitionis, confirmato a Benedicto XIII. Constit. *Emanavit* 14. Februarii 1727., hæc traditur regula, quæ licèt tradita sit pro Judæis Urbis, inservire tamen potest locorum Ordinariis pro Judæis ubique degentibus:

„ Feria 4. die 12. Februarii 1727. In Congrega-
„ tione generali S. Romanæ, & Universalis Inqui-
„ sitionis habita in Conventu S. Mariæ super Miner-
„ vam coram Eminentissimis & Reverendiss. DD.
„ S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus in tota Repu-
„ blica Christiana contra hæreticam pravitatem ge-
„ neralibus Inquisitoribus, a Sancta Sede Apostoli-
„ ca specialiter deputatis . . . . .

„ §. II. Cum plures exortæ sint controversiæ su-
„ per intelligentia, & executione Decreti ab hac
„ Sacra Congregatione editi die 8. Julii 1641. quoad
„ Hebræos utriusque sexus denunciatos de eorum
„ animi declaratione suscipiendi Baptismum, Emi-
„ nentissimi & Reverendiss. DD. Cardinales genera-
„ les Inquisitores prædicti, dictum Decretum decla-
„ rando, &, quatenus opus sit, reformando, in po-
„ sterum illud sequenti modo exequi mandarunt, &
„ decreverunt: nempe quod testes, qui Hebræos
„ denunciabunt, sive mares, sive fœminas, de decla-
„ ratione animi suscipiendi Baptismum, per Notarium
„ juxta interrogatoria generalia ab R. P. D. Vi-
„ cesgerente præscribenda cum speciali monitione re-
„ levantiæ juramenti in scriptis coram eodem R.P.D.
„ Vicesgerente, &, eo impedito, coram ejus Audi-
„ tore examinentur, qui etiam examen præfatum
„ subscribere debeant, &, quatenus duo testes sint
„ de loco, tempore, & occasione contestes, tunc
„ denunciati ad domum Cathecumenorum duci, &
„ collocari in loco separato ad hunc effectum desti-
„ nato, in eoque per duodecim dies detineri pos-
„ sint, ut super veritate, & constantia declaratio-
„ nis eorum voluntatis suscipiendi Baptismum ex-
„ plorentur. Si autem testes erunt singulares, vel
„ unus adest testis idoneus, & fide dignus, tunc
„ denunciati non statim post denunciationem, &
„ testium examen educendi erunt ad domum Ca-
„ thecumenorum, sed per R. P. D. Vicesgerentem
„ extra Ghettum, vel in ejus domo, vel in aliqua
„ Ecclesia, vel alio loco sibi beneviso, & intra
„ tempus necessarium, & opportunum juxta facti
„ speciem, & circumstantias pro arbitrio, & pru-
„ dentis dicti R. P. D. Vicesgerentis eorum volun-
„ tas exploranda erit.

„ Antonius Lancionus S. Rom., & Universalis
„ Inquisitionis Notarius.

Loco ✠ Sigilli.

Notandum est cum Albitio *de Inconst. in Fide cap. XXXI. num. 136. ex Decreto Universalis Inquisitionis sub die 3. Julii 1613.*, cogi posse Judæos tam a Tribunali ejusdem Inquisitionis, quam ab Ordinario, ad subministranda alimenta, & expensas filiis ad Christianam Fidem conversis.

Quamvis autem inviti baptizandi non sint, compellendi tamen sunt ad audiendam prædicationem verbi Dei qualibet hebdomada sub pœna interdicti commercii cum Fidelibus, & alia arbitrio Ordinarii pro modo contumaciæ infligenda, juxta Constitutionem Gregorii XIII. *Sancta Mater* 1. *Septembris* 1584.; in qua declarantur etiam ipso facto excommunicati quicumque Christiani dictos Hebræos directe, vel indirecte impedientes, & retrahentes ab accessu ad præfatam prædicationem . . . . Hanc Constitutionem confirmavit Clemens XI. Constit. *Propagandæ* 5. *Idus Martii* 1704., in qua §. XX. præcipit, hujusmodi prædicationem in usum revocari ab omnibus, ad quos spectat, sicubi in desuetudinem abierit. *Hucusque Ubaldus Giraldi*.

1752. 21. Januar. *Declaratur, omnes Capellas publicas PP. Reformatorum in Germania, Polonia, Hungaria, &c. gaudere Indulgentiis, & Privilegiis omnibus, quæ ceteris Ecclesiis Ordinis generatim concessa sunt.*

EMinentissimi, e Reverendissimi Sig. = Il Procuratore Generale de' Minori Osservanti Riformati di S. Francesco espone divotamente, come dall' EE. VV. è stato dichiarato sotto li 31. Gennaro del 1746., che tutte le Cappelle pubbliche de' Minori delle Fiandre Tedesche, esistenti sotto la Giurisdizione de' Vescovi, e del Dominio Secolare, godano di tutte le Indulgenze, e Privilegj conceduti a tutto il loro Ordine, finchè seguiteranno a ritenere in esse la loro residenza, e purchè alle medesime concorrano li Fedeli a sentir la Messa, ed a ricevere li Santissimi Sagramenti. Ma siccome simili Resi-
dea-

denze colle loro Cappelle pubbliche si trovano pure officiate da' medesimi Padri Riformati nel resto della Germania, Polonia, Ungheria, Boemia, Transilvania, Baviera, Russia, Prussia, ed altre finittime Provincie; perciò l' Oratore supplica umilmente l'EE. VV. di estendere a tutte queste Residenze la predetta dichiarazione, &c.

Sacra Congregatio, Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis præposita, die 11. Januarii 1752. censuit, declarandum esse, omnes, & singulas Capellas publicas præfatorum Fratrum Ordinis Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, in Germania, Polonia, Hungaria, Bohemia, Transylvania, Prussia, Russia, aliisque conterminis Provinciis existentes, gaudere, donec residentiam inibi præfati Fratres duxerint, omnibus, & singulis Indulgentiis, & Privilegiis, cæteris Ecclesiis ejusdem Ordinis generaliter concessis, dummodo ad illas Capellas Christifideles ad Sacrum audiendum, & ad percipienda Ecclesiæ Sacramenta confluant.

De quibus facta per me infrascriptum ipsius Sacræ Congregationis Secretarium die 15. ejusdem mensis Sanctissimo Domino relatione, Sanctitas Sua Votum S. Congregationis benigne approbavit.

Fr. J. Card. Portocarrero Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

A. M. Erba Protonot. Apostolicus Secretarius.

Gratis.

Declaratio, cujus initio suprascripti supplicis libelli mentio fit, anno 1746. die 31. Januarii edita, habetur in Chronol. P. Perusini (Part. 2. pag. 357. in fin. & seq.).

1752. 22. Januar. *Declaratur, præcedentiam, cæterasque prærogativas deberi Excustodi, qui extra Capitulum quidem, sed tamen in vim facultatis, a S.C. Episc., & Reg. acceptæ, se post biennium Custodiæ munere abdicaverat.*

Cum P. F. Michael Leonardus de Verzolis Sacerdos nostræ Observantiæ Provinciæ S. Thomæ S. C. Ep., & Reg. exposuerit, se ejusdem S. C. licentia, & placito, Officio Custodiatus, quo insignitus erat, extra Provinciale Capitulum renunciasse, ac inde ortum fuisse dubium, num eidem præcedentia, & aliæ prærogativæ, quæ per Constitutiones Ordinis, & dictæ Provinciæ consuetudinem Ex-Custodibus conceduntur, competere possint, eo quod extra Capitulum dictam renunciationem præstitit; supplicaveritque, ut declarare dignaretur, dictam præcedentiam, & prærogativas Ex-Custodum sibi competere, non obstante supradicto defectu; cumque placuerit eidem S. C., audito prius A.R.P. Commissario Generali Curiæ, sub die 24. Septembris 1751. Decretum edere, Nobisque mandare, ut, veris existentibus narratis, Oratoris precibus pro nostro arbitrio, & conscientia indulgeamus; Nos, comperta veritate expositorum, declaramus, prædicto P. Michaeli Leonardo de Verzolis præcedentiam, omnesque alias prærogativas, quæ per Ordinis Constitutiones, & per consuetudinem Provinciæ Obs. S. Thomæ cæteris Ex-Custodibus competunt, competere, & deberi, non obstante defectu renunciationis Officii ab ipso extra Capitulum peractæ, cui defectui satis suppletum fuit per Rescriptum S. C. Oratori indulgentis dictam renunciationem. Sicque ab omnibus Superioribus, & Subditis dictæ Obs. Provinciæ S. Thomæ observari mandamus. Datum Romæ ex Aracæli die 22. Januarii 1752.

F. Raphael a Lugagnano Commissarius Generalis.

1752. 29. Januar. *Decreta S. Rituum Congregationis in una* Ordinis PP. Carmelitarum Excalceatorum Provinciæ Poloniæ.

Cum Fratri Josepho a Beata Virgine Maria Ordinis Carmelitarum Excalceatorum Provinciæ Poloniæ nonnulla occurrerint Dubia circa Rubricas, Sacrorum Rituum Congregationi humillime supplicavit, quatenus ea benigne resolvere dignaretur. Dubia sunt sequentia:

I. Cum Regulares teneantur recitare Officium de Dedicatione Ecclesiæ Cathedralis sub ritu duplici secundæ Classis; utrum tantum intra Civitatem constituti, ubi adest talis Ecclesia Cathedralis, an etiam per totam Diœcesim?

II. Cum in omnibus Diœcesibus Regni Poloniæ, & Magni Ducatus Lithuaniæ Officio Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis assignata sit dies Dominica in perpetuum, & in eadem Dominica recitetur quotannis; utrum aliquando apud Regulares occurrente in illa Dominica alio Festo altioris ritus, vel dignitatis, debeat prædictum Officium Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis apud Regulares transferri in aliam diem non impeditam, etiam ultra duas Septimanas, an omitti juxta Decretum Sacræ Rituum Congregationis emanatum in Anno 1683. 20. Martii. Et insuper, utrum cedere debeat prædictum Officium Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis Officio solemniori alicujus Religionis occurrenti eadem die Dominica sub eodem ritu?

III. Dum fit expositio Sanctissimi Sacramenti ratione solemnitatis ad Populum in Dominicis privilegiatis, vel aliis, qualis debeat adhiberi color in Missis celebrandis de Dominica ad Altare Majus, ubi manet expositum Sanctissimum Sacramentum, an albus competens solemnitati ratione expositionis Sanctissimi Sacramenti, an violaceus?

IV. Cum in Provincia Polona, & Lithuana, ob concursum perpetuum cum Festo S. Stanislai Episcopi, & Martyris Patroni Principalis, ex die 8. Maji Officium Apparitionis Sancti Michaelis Archangeli translatum in diem x. Maji, tamquam propriam, recitetur; quæritur, utrum nunc, cum Sacrorum Rituum Congregatio Officio Sancti Antonini de præcepto semiduplici eandem decimam Maji assignaverit pro universali Ecclesia, debeat cedere Officium Apparitionis S. Michaelis Archangeli, ad uniformitatem, Officio Sancti Antonini?

V. Utrum occurrente aliquando Festo altioris ritus in Dominica secunda post Pascha, in qua ex Indulto Sacræ Rituum Congregationis recitatur in Polonia Officium, affixum huic Dominicæ, Sanctissimi Sepulchri; debeat ne prædictum Officium SS. Sepulchri transferri in aliam diem non impeditam, an omitti juxta Decretum in Anno 1683. 20. Martii emanatum?

VI. Cum in Regno Poloniæ cum maxima solemnitate, & concursu Populi cantetur ab immemorabili tempore in Adventu Domini singulis diebus Missa Votiva de Beata Virgine Maria, quæ vocatur *Rorate*; quæritur, utrum hæc Missa censenda sit

solem-

solemnis ratione concursus Populi, & pro re gravi, instituta a Synodo Provinciali Regni Poloniæ 1628. a Sanctissimo Domino Nostro Paulo V. approbata?

VII. Utrum ex præscripto Fundatorum, & institutione eorumdem possit dici Missa de Assumptione, Purificatione, Conceptione Beatæ Mariæ Virginis in Sabbatis, vel aliis Feriis per annum noo impeditis Festo duplici?

VIII. Cum in Regno Poloniæ ab immemorabili consuetudine recitetur 18. Septembris Officium Sancti Wenceslai Martyris sub ritu duplici minori, & sub eodem similiter ritu duplici minori Officium Translationis ejusdem Sancti Wenceslai Martyris recitetur 5. Martii; utrum licite tolerari possit, ut Festum Principale, & ejus Translatio sub eodem ritu celebretur, sicut in Magno Ducatu Lithuaniæ Officium Sancti Adalberti, & ejus Translatio; & an debeat cessari a recitatione Officii Translationis Sancti Wenceslai Martyris sub ritu duplici in Regno Poloniæ; sicut & in Lithuania a recitatione Officii Translationis Sancti Adalberti?

IX. Iis in Ecclesiis Regularium, in quibus non est consuetudo cantandi quotidie Missam currentis Officii, utrum in Missa solemni, quæ sola canitur pro re gravi, vel ob occursum Festi solemnis, de quo eodem die Officium nequit fieri, noo cantata Missa Officii diei, nempe de Dominica privilegiata, Feria majori, vel Festo aliquo, debeat addi Collecta illius diei Officii currentis, nempe Festi alicujus, Dominicæ, Feriæ majoris?

X. Utrum Sacerdos Sæcularis, vel Regularis, habens Officium duplex, & quid si duplex primæ, vel secundæ Classis, celebrans io aliena Ecclesia ex devotione, ubi celebratur Festum solemne, debeat ne celebrare Missam conformando se illi Ecclesiæ, ubi celebrat, etiam quoad solemnitatem, & colorem Paramentorum?

XI. Utrum etiam Sacerdos Sæcularis, vel Regularis habens Officium duplex, & quid si duplex primæ, vel secundæ Classis, celebrans in aliena Ecclesia ex obligatione in Sepultura solemni alicujus Cadaveris, vel Exequiis solemnibus, debeat se conformare illi Ecclesiæ celebrando Missam de Requiem?

XII. Iovaluit consuetudo in Regno Poloniæ celebrandi Missam de Requiem in solemnibus Sepulturis, præseote Cadavere, in Festo duplici minori, non tamen celebri. Utrum hoc licite tolerari possit?

XIII. Utrum in majori hebdomada, excepto triduo ante Pascha, & biduo post, & infra Octavam Paschæ, & Pentecostes, ac etiam in Festis duplicibus primæ Classis, non tamen celebribus, possit cantari Missa unica solemnis de Requiem in Sepultura Cadaveris?

XIV. Quænam diceoda sit Missa in die Obitus, vel Depositionis alicujus defuncti Sacerdotis, an prima, quæ est pro Episcopis assignata, ut in Commemoratione Omnium Fidelium defunctorum, cum Oratione *Deus, qui inter Apostolicos Sacerdotes* &c.; an illa, quæ est secundo loco posita, quæ est in die Obitus, seu Depositionis in communi, cum Oratione *Deus, qui inter Apostolicos Sacerdotes* &c. Et insuper, quænam dicenda sit Missa in Exequiis solemnibus post Sepulturam Cadaveris?

Et Sacra eadem Congregatio, audito prius voto unius ex Apostolicarum Cæremoniarum Magistris, respondendum censuit:

Ad I. Regulares degentes in Civitate tenentur ad Officium Dedicationis Cathedralis; extra Civitatem oon tenentur, neque ad recitationem Officii in die festo.

Ad II. Ad primam ejusdem Dubii partem, esse transferendum ad primam diem non impeditam. Ad secundam Dubii partem, servetur Rubrica XI. Breviarii Rnmani de Concurrentia Festorum n. 1.

Ad III. In Altari, ubi est publice expositum Sanctissimum Sacrameotum, si celebretur Missa diei, celebrari debet cum Paramentis Festo, seu Officio convenientibus.

Ad IV. Officium jam translatum Apparitionis Sancti Michaelis Archangeli ob occursum Festi Sancti Stanislai Episcopi, & Martyris, quod in Polonia sub ritu duplici primæ Classis celebratur, & perpetuo assignatum diei x. Maji, non erit ulterius amovendum propter Officium Sancti Antonini Episcopi, & Confessoris eo die io Ecclesia Universali celebrandum; sed, firmo remanente Officio Apparitionis, illud Sancti Antonini transferatur ad primam diem noo impeditam.

Ad V. Officium Sanctissimi Sepulchri, si occurrerit Festum altioris ritus, non erit ad aliam Dominicam transferendum, sed prorsus omittendum.

Ad VI. Missa *Rorate*, etsi solemniter decantetur in Adventu, non est tamen recensenda inter Missas Votivas pro re gravi, vel pro publica causa, sed haberi dumtaxat poterit ut mera Populi devotio.

Ad VII. Non sunt violandæ Rubricæ imperitorum Laicorum causa: & ideo petentibus Missam Votivam de Assumptione &c. fiet satis celebrando unam ex Missis Votivis Beatæ Mariæ Virginis juxta temporis occurrentiam.

Ad VIII. Servetur solitum.

Ad IX. Io Missis Votivis solemnibus, quæ canuntur pro re gravi, vel ob occursum Festi solemnis in aliam diem transferendi; etsi unica tantum canatur Missa, unica tantum Oratio dicenda est.

Ad X., & XI. Serventur Decreta aliàs edita in una Tertii Ordinis Sancti Francisci 11. Junii 1701. & Sacerdotes tam Sæculares, quam Regulares conformare se debent ritui Ecclesiæ, in qua celebrant.

Ad XII. Missæ privatæ de Requiem, etiam Corpore præsente, & iosepulto, dici non possunt diebus, quibus fit de Officio duplici, vel aliis a Rubrica exceptis; & quæcumque consuetudo io contrarium abusus esse declaratur: Missa tamen unica solemnis, insepulto Corpore celebrari poterit etiam in Dominicis, & Festis diebus, non tameo solemnioribus primæ Classis.

Ad XIII. Affirmative.

Ad XIV. Una, vel altera Missa dici poterit in Sepultura Cadaveris, vel Anniversario pro Sacerdote defuncto, dummodo Oratio pro eo designata, *Deus, qui inter Apostolicos Sacerdotes* &c., omnino adhibeatur. Et ita declaravit die 29. Januarii 1752.

Quod spectat ad VII., vid. infra sub die 22. Decembris 1753.

Responsum ad IX. in Decretis S. R. C. collectis a Sacerdote Spiridione Talù (tum in iis, quæ seorsim an. 1768. *Romæ iterum sunt excusa, tum in iis, quæ* Tomo VIII. Bibliothecæ *nostri P. Ferraris in Edit. Rom.* 1767., *&* 1768. *aliena manu adjecta sunt) sic legitur sub. n.* 1261.: In Missis Votivis solemnibus, quæ pro re gravi, vel ob occursum Festi solemnis, in aliam diem sunt transferendæ, etsi unica taotum &c.

Toti-

Totidem verbis responsum idem refert alius nostri Ordinis Scriptor P. Iosephus Antonius Laboranti (Direttor. Sacr. aopra le Cerimon. Eccles. lib. 2. n. 633.), *qui pariter ex Talli Decreta S. R. C. descripsisse videtur. Nos legendum putamus, uti supra posuimus. Hoc pacto responsum S. Congregationis propositæ interrogationi undequaque consonat. Scilicet iis Quæsiti verbis*, in Missa solemni, quæ sola canitur pro re gravi; *respondent illa Decreti verba*, in Missis Votivis solemnibus, quæ canuntur pro re gravi. *Sequentibus itidem Quæsiti verbis*, vel ob occursum Festi solemnis, de quo eodem die Officium nequit fieri; *sequentia respondent Decreti verba*, vel ob occursum Festi solemnia in aliam diem transferendi.

Post responsionem ad XIII. sic observat eruditus idem Sacerdos Talli: „ Excepto triduo ante Pascha, & biduo post: Vide tamen num. ant., & alios ibi notatos, & præcipue 1102. „ *Nempe in his locis ipse præcedentia ejusdem S. Congregationis Decreta memorat, in quorum vim Missa, de qua in hoc Dubio sermo est, Feria 2., ac 3. Paschatis, & Pentecostes cani potest. Quod cum ita sit, cumque nemo facile, nisi certa, evidentique ratione permotus, in animum induxerit suum, Eminentissimos Patres vel ad præcedentia Decreta illhæc, vel ad voces illas*, & biduo post, *non attendisse; idcirco has voces*, & biduo post, *non cum antecedenti verbo illo*; excepto, *conjungendas esse, sed ad ea communia subsequentia verba*, possit cantari, *referendas censemus; ad quæ verba videlicet tum priora illa*, in majori hebdomada, *tum posteriora*, & infra Octavam Paschæ *&c. procuidubio referuntur: adeo ut parenthesis veluti locum teneant voces illæ*, excepto triduo ante Pascha. *Quemadmodum enim Leges præscribunt, Iura Iuribus conciliando, quoad fieri potest, & componenda sunt.*

1752. 2. Mart. *Sacræ*
Indicis Congregationis Edictum, quo Libri plures damnati, prohibiti, ac respective suspensi promulgantur.

SAcræ Indicis Congregationis Decreto damnati, prohibiti, ac respective suspensi fuerunt infrascripti Libri ubicumque, & quocumque Idiomate impressi, imprimendive. Nemo cujuscumque gradus, status, & conditionis eos imposterum vel imprimat, vel legat, vel retineat. Siquis interim habuerit, Inquisitoribus, seu Locorum Ordinariis a præsentis Decreti notitia tradat sub pœnis in Indice Librorum prohibitorum contentis.

Libri sunt

Lettres avec ces mots Latins: *Ne repugnate vestro bono* &c. A Londres 1750.

La Voix du Sage, & du Peuple. A Amsterdam chez le Sincere 1750.

Englische Tugent-Schul Mariæ &c. Wnder-Volle Zebens-Beschreibung. Mariæ Ward, Stiffterint dec Englischen Fraulen &c.

Rurtzer Begriff des Wunderbarlichen Zebens Mariæ Ward, Stiffterin des Englischen Fraulen &c.: Hoc est,

Angelica Virtutum Schola Mariæ &c. Mirabilis Vitæ DD. Mariæ Ward Fundatricis Instituti Mariæ, vulgo Angelicarum Puellarum &c. Collecta ab A.R.D. Marco Fridi &c. Augustæ Typis Martini Stoppachii MDCCXXXII.

Ejusdem Vitæ Compendium Auctore R. D. Iohanne de Unterberg. Augustæ Typis Francisci Josephi Klugheimer. A. MDCCXXXV.

Reponse a la Bibliotheque Janseniste avec des Remarques sur les Lettres de M. de Saleon Eveque de Rhodes a M. Bousset Eveque de Trojes. A Nancy 1743.

Precationes, quæ incipiunt, *Signor che in Croce langue* &c., cum Oratione in fine, quæ incipit, *Deus qui nobis in Sancta Hierusalem* &c., ob falso assertam Indulgentiam eas preces recitantibus concessam, ut dicitur, a Clemente VIII., & confirmatam a Benedicto XIV. Æsii, & Fabriani 1751., apud Sordinos.

Examen impartial des Immunités Ecclesiastiques. A Londres 1751.; aliique ejusdem notæ Libri, ac Libelli adversus Ecclesiasticorum bonorum immunitatem.

Istoria Cronologica della Franca Martina del Dottore D. Isidoro Chinelli Arciprete della medesima Città. In Napoli presso il Ricciardo 1749.

Samuelis Pufendorffii de Officio Hominis, & Civis, cum notis variorum. Trajecti ad Rhenum 1740.

L'Esprit des Loix. A Geneve chez Barilot 1749.

Item italice redditus cum hoc titulo: *Dello Spirito delle Leggi* &c. tradotto dal Francese in Toscano con alcune note dei Traduttori. In Napoli per Giovanni di Simone 1750. con licenza de' Superiori.

Memoires Historiques Apologetiques &c. presentées en 1751. au Souverain Pontife Benoit XIV. Tom. III. A Londres chez les Libraires Francois 1751.

Histoire memorable des Guerres entre les Maisons de France, & d'Autriche. Par M. Rousset. A Amsterdam 1742.

Epistola Doctoris Sorbonici ad Amicum Belgam. Parisiis XII. Kal. Decembris 1749.

Sorbonici Doctoris ad Reverendissimum Ricchinium S. Congregationis Indicis Secretarium Gratiarum Actio, quod Epistolam Sorbonicam nomine S. Congregationis proscribendo egregie confirmaverit. Sine loco impressionis.

Ad Philalethem Romanum &c. Hispani Philalethæ Responsio &c. Hispali 1751. Superiorum permissu.

Ouvrages posthumes de Monseigneur l'Eveque de Babylone, ou il est principalment traité des miracles contre M. l'Archeveque de Sens.

Il Conte di Gabali, ovvero Ragionamenti sulle scienze segrete, tradotti dal Francese da una Dama Italiana. Londra dal Pikard 1751.

Lettera Apologetica dell'Esercitato Accademico della Crusca contenente la difesa del Libro intitolato, *Lettere d'una Peruana* &c. In Napoli 1750.

L'Advocat du Diable, ou Memoires historiques, & critiques sur la Vie, & sur la Legende du Pape Gregorie VII. A Saint Pourn 1743.

La Guerre Seraphique &c. A la Haye 1740.

In quorum fidem &c. Dat. Romæ in Palatio Apostolico Quirinali die 2. Martii 1752.

F. J. A. Card. Guadagni.
F. Th. Augustinus Ricchinius Ord. Præd.
S. C. Secretarius.

Publicatum eadem die 2. Martii 1752.

1752. 3. Mart. *Decreta S. C. Episc. & Regul. in* Cremonen. Funerum, sive Praemioentiarum.

IN Causa Cremonensi Funerum, sive Praeminentiarum, vertente inter Capitulum, & Canonicos Cathedralis Ecclesiae Cremonae, ac Regulares, & PP. Philippinos ejusdem Civitatis, proposita fuerunt infrascripta Dubia, videlicet:

1. An transactioni initae sub die 19. Septembris 1744. inter Reverendissimum Capitulum Ecclesiae Cathedralis Cremonae, ac Venerab. Collegium Parochorum Saecularium ejusdem Civitatis, sint conformandi PP. Philippini, dum associantur cadavera a Mansionariis separatim a Capitulo procedentibus ad illorum Ecclesias?

2. An eidem transactioni, quoties a Mansionariis separatim a Capitulo procedentibus associantur cadavera in illorum Ecclesias, alii Regulares Clerici, Chorum proprium non habentes, sint conformandi?

3. An similiter eidem transactioni sint conformandi Parochi Regulares, si Mansionarii separatim a Capitulo procedentes deferant cadavera ad *illorum Ecclesias Parochiales*? Et quatenus negative,

4. An, & quomodo Mansionarii separatim, ut supra, procedentes ad associationem cadaverum, ingredi debeant easdem Parochiales Ecclesias Regularium, & Exequiis assistere?

5. An, & quomodo Mansionarii separatim, ut supra, a Capitulo procedentes, & associantes cadavera, ingredi debeant Ecclesias Regularium non Parochiales, & Exequiis assistere?

Sacra Congregatio *&c.*, referente Eminentissimo Columna de Sciarra Ponente, re undique mature perpensa, ad suprascripta Dubia sequentem in modum respondit, nempe:

Ad primum, secundum, & tertium Negative, & amplius. Ad quartum, & quintum Affirmative, depositis Crucibus, & Stola in ingressu.

Romae 3. Martii 1752.

Vid. & infr. ad diem 15. Septembris 1752., & 24. Augusti 1753.

1752. 11. Mart. *S.R.C.Decretum, quo Oratio, & Lectiones II. ac III. Noct. propriae B.LADISLAI A GIELNIOW approbantur.*

POSNANIEN.

AD enixas preces P. F. Matthaei Roznerski ex-Provincialis Provinciae Majoris Poloniae Ordinis Min. Observ. S. Francisci, & Postulatoris Causae B. Ladislai de Gielniow, Sanctissimus Dominus Noster Benedictus Papa XIV. suprascriptas Orationem, & Lectiones secundi Nocturni proprias praefati Beati, necnon Lectiones tertii Nocturni benigne approbavit; easque in Officio ipsius Beati tam in universo Ordine Minorum de Observantia, quam in Oppido de Gielniow, & in Civitate Varsaviae, ac in toto Ducatu Masoviae recitandas concessit. Die 11. Martii 1752.

D. F. Card. Tamburinus Praefect.

Loco ✠ Sigilli

M. Marefuscus S. R. C. Secr.

1752. 17. Mart. *Decretum S. C. Episc. & Reg. in* Uritana Celebrationis Festivitatis.

IN Causa Uritana Celebrationis Festivitatis, vertente inter Domum & Sacerdotes Congregationis Missionis S. Vincentii a Paulo Civitatis Uriae ex una, & Conventum ac PP. Conventuales S. Francisci, & litis &c. ejusdem Civitatis ex altera partibus, propositum fuit infrascriptum Dubium, videlicet:

An solemnis celebratio Festivitatis Sanctissimae Conceptionis B. M. V. die 8. Decembris spectet ad Ecclesiam PP. Min. Conventualium Uriae, & Congregationem sub eodem titulo ibi erectam, privative quoad Ecclesiam Sacerdotum Congregationis Missionis in eadem Civitate nuper extructam in casu &c.?

Sacra Congregatio *&c.*, referente Eminentissimo Cavalchini Praefecto, ac Ponente, Partibus auditis, ac re mature perpensa, ad suprascriptum Dubium sequentem in modum respondit, nempe: *Negative*: & amplius Causam hujusmodi non proponi mandavit.

Romae 17. Martii 1752.

Inter alias rationes, quae pro Sacerdotibus Missionis allatae fuerunt, ea potissimum urgebatur, quod Immaculata Conceptio B. M. V. Titulus esset ipsorum Ecclesiae juxta Fundatoris voluntatem, Principis videlicet Andreae Imperiali, qui inter alia jusserat: Che i Titolari della Chiesa siano la Beatissima Vergine sotto l'Invocazione dell' Immacolata Concezione, li SS. Apostoli Pietro, e Paolo, ed Andrea, e S. Gio: Battista. *Laudabantur etiam in Scriptura, & in ejus* Summario *num. 3. 4. 5. 6. exhibebantur, Decisiones nonnulae, quas e re esse putamus hic subjicere: subjicimus autem iisdem verbis, quibus in eodem* Summario *legebantur descriptae.*

I.

„ *Ex Folio S. C. Concilii 22. Febr. 1710.*
„ *lib. 60. Decret. fol. 74.*
„ Bisinianen. Festivitatis.

„ EXtat in Terra Lutiorum hujus Dioecesis, proprio nonnullorum piorum Civium aere nuper „ aedificata, Ecclesia sub titulo S. Josephi intra Parochiam, ut dicitur, SS. Trinitatis, necessariis „ ornamentis ad ejus cultum instructa, inibique „ pariter Sodalitium ultra biscentum Confratrum „ fundatum: Cumque de anno proxime praeterito, „ occasione celebrationis diei festi ejusdem Sancti, „ inconvenientia quaedam, & scandala fore consequi viderentur, ex eo quod tam in dicta nova „ Ecclesia, quam in alia illi per jactum lapidis contigua Ecclesia Parochiali S. Michaelis Archangeli, „ in cujus quadam Capella, B. Virgini Constantinopolitanae dicata, adest quoque Imago S. Josephi, „ solemni pompa, & tormentorum ignitorum strepitu, & campanarum fragore, celebritas confundi videretur cum perturbatione Divinorum Officiorum; Episcopus, qui eo tempore antedictam „ Terram Visitatione perlustrabat, ad arcenda hujusmodi absurda Decretum provisionale edidit, ut „ Presbyteri praedictae Parochialis tormentorum, & „ campanarum rumore temperarent, donec aliter „ ab hac S. Congregatione fuisset determinatum. „ Hinc Cajetanus Gilius Rector ejusdem Parochialis, necnon Beneficiatus dictae Capellae, qui praetendit esse in antiqua quasi possessione recolendi „ cum pompa solemniori dictam Festivitatem, re-

cur-

„ cursum habuit ad eamdem S. Congregationem pro remedio opportuno, aliam addens instantiam super Concione, quam in eodem die festo incidente in Quadragesima, asserit, coosuevisse peragi in dicta sua Ecclesia Parochiali, quamque modo Communitas illius Loci prætendit haberi in nova Ecclesia S. Josephi. Hæc latius comprobavit Episcopus informare jussus, & motiva quædam exeruit favore novæ Ecclesiæ S. Josephi, pro qua votum suum protulit. Quo vero ad aliam instantiam circa Concionam, inquit Relator, nihil esse, quod Parochus Orator hæsitet, cum ea aliquando habita fuerit in Ecclesia S. Josephi vel de licentia ejusdem Parochi, vel permissu Parochi Ecclesiæ Matricis, ut ex ejus relatione danda in Summario. Proposita hac Causa per Summarium sub die 28. Septembris prope defluxi, demandatum fuit, ut poneretur in Folio, quemadmodum post concordata infrascripta Dubia, proponitur hodie sub judicio Eminentiarum Vestrarum, ut ex deducendis a Partibus monitis resolvatur:

„ I. An Festum S. Josephi sit celebrandum in Ecclesia Confraternitatis cum majori pompa, & exteriori solemnitate, seu potius in altera Parochiali S. Michaelis Archangeli?

„ II. An Concioaator Quadragesimalis debeat dicta die Festivitatis concionari io dicta Ecclesia Confraternitatis, seu potius in Ecclesia Parochiali in casu &c.?

„ Ad I. Affirmative quoad primam, Negative quoad secundam partem.

„ Ad II. Negative quoad primam, Affirmative quoad secundam partem.

I I.

„ *Ex Informatione impressa distribut. in Sacr.*
„ *Rituum Congregatione per Reverendos*
„ *Patres Reformatos in*
„ Albinganen. celebrationis Festivitatis
„ Sancti Antonii Patavini.

„ Eme, & Rme Dne

„ IN loco nuncupato S. Romuli Albinganensis Diœcesis reperitur antiquissimus Coovenus sub titulo S. Mariæ Angelorum Patrum Reformatorum Seraphici Ordinis S. Francisci meorum Principalium, qui usque ab immemorabili tempore cum præcipua devotione, maximoque Animarum fructu semper & perpetuo celebravit, prout de præsenti celebrat, Festum Sancti Antonii de Padua, tam in die ejus Festivitatis, quam in die Dominico infra Octavam cum Processione, & Delatione Statuæ, ac Concione in honorem ejusdem Sancti privative quoad omnes alias Ecclesias, ut in puncto practicatur in Urbe a Conventu Sancti Francisci ad Ripam, aliisque omnibus Conventibus prædictæ Seraphicæ Religionis Christiani Orbis, cum agatur de principaliori Festivitate Ordinis Sancti Francisci.

„ *Informatio Ordinarii in dicta Causa Albinganen.,*
„ *ex qua habetur species facti.*

„ Emi, & Rmi Patres

„ SAcerdotes Congregationis Missionis Domicilium in Civitate S. Romuli, prævio Communitatis, & Regularium omnium ibidem commorantium assensu, posuere anno 1719., &, obtenta ab Ordinario facultate publicam aperiendi Ecclesiam, cum adhuc propriam habitationem non haberent, in Aula interioris Domus, quam conducebant, erexere Altare publicum sub titulo S. Antonii Patavini juxta mentem benefici Fundatoris, qui eos illuc vocaverat.

„ Empta deinde anno 1721. opportuna Domo, parvulum Oratorium sub titulo ejusdem Sancti construxerunt, januam vero juxta viam non aperuerunt, nisi septem circiter abhinc annis. Post quod tempus usque nunc probant per Testium depositiones, illuminationes fecisse, necnon solemniter Sancti Titularis Festum celebrasse, & quidem pacifice. Quo vero ad illuminationes hujus anni, proximiorum vicinorum devotioni eas tribuunt.

„ Quidquid sit, Patres Minores Strictioris Observantiæ S. Francisci in eadem Civitate existentes, & qui ab antiquo Sancti solemne Festum colunt, audito fulgurum strepitu, visaque illuminatione hoc anno, occurrerunt opponentes Decretum ipsius Sacræ Congregationis, quod *Urbanæ* vocant, cui non per contemptum, sed tamquam illegitime exhibito, seu non facienti ad rem, prompte obsequi vel ipsi Sacerdotes Congregationis, vel qui fecerant illuminationes, neglexerunt.

„ Hac in facti serie unum dumtaxat sub oculis Eminentiarum Vestrarum pono, videlicet, Paupertatem Patrum Minorum mereri aliquam considerationem, quippe qui ex eleemosynis vivunt, & pro quacumque differentia temporis, si frequentia Populi distraheretur ab eorum Ecclesia, non parum detrimenti pati possent.

„ Cæterum quoad juris meritum Benignitatis Eminentiarum Vestrarum erit Partes audire &c.
„ EE. VV.

„ Albinganæ 28. Novembris 1732.
„ Humillimus, Addictiss., & Obsequentiss Famulus
„ Augustinus Episcopus Albinganensis.

„ *Sed iis non obstantibus, Sac. Rit. Congregatio respondit favore Sacerdotum Missionis, rejecto jure privativo prætenso per Patres Reformatos, ut infra.*

„ Albinganen.

„ ÆGre ferentes Patres Reformati S. Francisci Conventus S. Mariæ Angelorum Oppidi Sancti Romuli Diœcesis Albinganen., quod eadem die 13. Junii, qua in eorum Ecclesia solemniter celebratur Festivitas S. Antonii Patavini, idem Festum a Sacerdotibus Congregationis Missionis in propria Ecclesia, sub titulo dicti Sancti ex fundatione erecta, etiam celebretur, habuerunt recursum ad Sac. Rit. Congregationem, deductisque in ea controversiis, Eminentissimus, & Reverendissimus Dominus Cardinalis Guadagni infrascriptum Dubium, inter Partes concordatum, declarandum proposuit:

„ An liceat Patribus Reformatis Sancti Romuli solemniter celebrare Festum S. Antonii Patavini die 13. Junii cujuslibet anni privative quoad Sacerdotes Congregationis Missionis in casu &c.?

„ Et Sacra eadem Rituum Congregatio, visis juribus hinc inde deductis, ac utraque Parte in scriptis, & in voce informante audita, rescribendum censuit: Negative, & amplius: & ita decrevit, ac servari mandavit die 3. Julii 1733.

„ *Ex Lib. Decret. d. anni 1733. pagin. 65.*

III.

„ Cremonen.

„ IN Causa Cremonen. super celebratione Festivitatis Immaculatæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis, vertente inter Antonium Mainoldi Archipresbyterum Ecclesiæ Parochialis Terræ Dosculi Diœcesis Cremonensis ex una, & Patres Minores Conventuales S. Francisci ejusdem Terræ partibus ex altera, ortis controversiis, illisque ad Sacror. Rit. Congregationem delatis, Eminentissimus, & Reverendissimus Dominus Cardinalis Firrao infrascripta Dubia declaranda proposuit:

„ I. An liceat Archipresbytero Terræ Dosculi solemnizare, sive celebrare in sua Ecclesia Parochiali Festum Immaculatæ Conceptionis die 8. Decembris? Et quatenus affirmative,

„ II. Quomodo sit solemnizandum, sive celebrandum dictum Festum in casu &c.?

„ Sacra eadem Congregatio, utraque Parte in voce, & in scripto informante audita, visis juribus hinc inde deductis, ad relationem ipsius Eminentissimi Ponentis, rescribendum censuit:

„ Ad I. Affirmative. Ad II. Provisum in primo. Et ita decrevit, ac servari mandavit die 21. Martii 1744.

„ *Ex Libro Decret. anni 1744. folio 307.*

IV.

„ Terracinen.

„ CUm Philippus Maria de Vecchis unus ex Civibus Civitatis Terracinensis peculiarem devotionem habuisset erga Immaculatam Conceptionem Beatissimæ Mariæ Virginis, cogitavit erga illam aliquod stabile monimentum exhibere, & ideo de anno 1730. in Ecclesia Cathedrali dictæ Civitatis suis propriis sumptibus erigi curavit Sacellum cum Altari ejusdem Immaculatæ Conceptionis, in quo die 8. Decembris cujuslibet anni ejus Festum Ecclesia Sancti Francisci Conventualium dictæ Civitatis hucusque celebravit. Orta exinde controversia inter dictum Philippum Mariam de Vecchis, & Patres Minor. Conventuales præfati Conventus prætendentes, dicta die spectare ad ipsos tantum celebrationem dictæ Festivitatis; ad instantiam supradicti de Vecchis in Sac. Rit. Congregatione fuerunt per Eminentissimum, & Reverendissimum D. Cardinalem Prosperum Columna Ponentem proposita infrascripta Dubia, nempe:

„ I. An liceat Domino Philippo Mariæ de Vecchis solemnizare, sive celebrare in Ecclesia Cathedrali Terracinen. Festum Immaculatæ Conceptionis die 8. Decembris? Et quatenus affirmative,

„ II. Quomodo sit solemnizandum, sive celebrandum dictum Festum in casu &c.?

„ Et eadem Congregatio, audita prius informatione Episcopi, ac etiam in scriptis, & in voce Procuratore tantum præfati de Vecchis, rescribendum censuit:

„ Ad I. Affirmative.

„ Ad II. Provisum in primo. Et ita decrevit, die 20. Junii 1744.

„ Reclamantibus præfatis Patribus Conventualibus adversus hujusmodi resolutionem, ad instantiam eorumdem concessa fuit a memorato Eminentissimo, & Reverendissimo Domino Cardinali Columna nova audientia: cujus vigore reproposita ab eodem Eminentissimo Ponente Causa in hac Sac. Rit. Congregatione; Sacra eadem Congregatio, re iterum examinata, & visis juribus ex parte prædictorum Patrum Conventualium deductis, rescribendum censuit: In decisis, & amplius. Et ita decrevit, ac servari mandavit die 28. Novembris 1744.

„ *Ex Libro Decret. dicti anni 1744. fol. 398.*

1752. 19. Mart. *De Bonis Ecclesiarum, quæ semel ab Infidelibus occupata, deinde in Christianorum potestatem devenerunt, Epistola ad R. P. Nicolaum Lercari Sac. Congregationis de Propaganda Fide Secretarium conscripta: in qua multa ad Restitutionis materiam spectantia pertractantur, Confessariis, ac Missionariis præsertim perutilia.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

URbem Antibarum (*a*), italice *Antivari*, eo nomine appellatam propterea quod in ora illius regionis, quæ nunc *Albania* dicitur, contra Barium Apuliæ civitatem constituta sit, jamdudum, ut nosti, Othomanicæ Dominationis jugum premit, ab anno scilicet 1571., ut testatur Reipublicæ Venetæ Senator Jacobus Diedo in nitida, quam nuper edidit, Historia ejusdem Reipublicæ *tomo* 2. lib. 7. pag. 261. Neque Venetis datum est illius possessionem recuperare, magno licet virtutis conatu tum *anno* 1648., tum etiam *anno* 1717. in id incubuerint, ut idem Historicus prosequitur. De hac Urbe P. Daniel Farlatus *tomo* 1. *Illyrici Sacri*, *in Prolegomenis part.* 2. *cap.* 5. §. 3. *pag.* 150. *ita scribit: Antibarium Urbs priscis ignota, quòd sæculis posterioribus condita fuit, e regione Barii civitatis Apuliæ, a qua denominata est, quasi contra Barium*. Idemque Auctor subdit, Dioclea urbe in ruinis jacente, Archiepiscopalem illius titulum translatum fuisse Antibarum; & nomina Episcoporum suffraganeorum, qui novo Archiepiscopo assignati fuerunt, descripta legi in Bulla Alexandri Papæ II.; ut autem Sedes Archiepiscopalis in præfata civitate collocaretur, occasionem desumptam fuisse ex infortunio, quod accidit quatuor Episcopis, Antibarensi, Cattarensi, Olchiniensi, & Suacensi, qui, dum Spalatum petebant, ut Provinciali Concilio interessent, naufragio perierunt; ut videre est *in laudatis Prolegomenis part.* 3. *sect.* 2. §. 5. *pag.* 308.

§. 2. (*b*) Venerabilis Frater hodiernus Archiepiscopus Antibarensis, pastoralis zeli laude magnopere commendandus, quum Diœcesim suam visitasset, & Acta Visitationis ad Congregationem de Propaganda Fide misisset, super duobus sequentibus capitibus opportunum sibi lumen ab eadem præberi, & adjumenta præstari postulavit. In primo capite exponit (*c*), Turcas Albania potitos magnam partem Bono-

(*a*) *Antibarensis Civitatis constitutio, & status Civilis, & Ecclesiasticus.*

(*b*) *Dubia ab Archiepiscopo proposita.*

(*c*) *De Bonis Ecclesiarum, quæ Christiani de manibus Infidelium acquisiverunt.*

norum ad Ecclesias pertinentium occupasse, quorum nonnulla deinde Christifidelibus divendita, alia vero eisdem ad colendum tradita fuerunt. In secundo autem refert, (a) nonnullos ex Christianis, domos habentes proximas Ecclesiis eversis, & prædia prædiis Ecclesiarum contigua, areas, & terras ad easdem Ecclesias olim pertinentes usurpasse. Quærit propterea, quomodo in his se gerere debeat; & an hujusmodi malis remedium ullum, & quodnam sit adhibendum; declarans, se lumine sibi præstito usurum, ut opportunis documentis instruat Confessarios, qui ea vehementer exoptant; quum aliqui sint ex hujusmodi possessoribus, qui nihil pensi habeant, alii vero propriæ conscientiæ stimulos cohibere cupiant, atque a censuris absolvi, quas contra detinentes Ecclesiarum Bona statutas, & latas esse non ignorant. Addit præterea Archiepiscopus, hoc idem, quod, in præfata Visitatione peragenda, in sua Diœcesi evenire comperit, in aliis quoque Albaniæ Diœcesibus contingere; itaut, manibus magno operi admotis, tumultus, atque discordias suscitatum iri, valde pertimescat.

§. 3. (b) Utroque capite hujusmodi in Congregatione de Propaganda Fide mature discusso, existimavit ipsa, debere Archiepiscopum, accitis ad se Missionariis, Parochis, & Confessariis, eisdem injungere, ut pœnitentibus demonstrent, non posse eos sine propriæ conscientiæ damno detinere Bona, quæ olim ad Ecclesias pertinentia, deinde a Turcis occupata, in eorum manus devenerunt, sive ea a Turcis ipsis emerint, sive tamquam derelicta sibi usurpaverint; ideoque necessarium omnino esse, ut aliquem legitimum titulum habeant, quo se in eorum Bonorum possessione confovere possint; totamque difficultatem in novo hujusmodi legitimo titulo adinveniendo versari. Quamobrem ipsa Congregatio proposuit, ut possessores Archiepiscopum adire debeant, eique distinctam exhibere indicationem quantitatis, qualitatisque Bonorum, quæ ex antiquo Ecclesiarum censu ad eos ita pervenerunt. Ipsius autem Archiepiscopi æquitati, & prudentiæ permittendum, ut & Ecclesiarum utilitati, quantum fas est, providere, & possessoribus novum legitimum titulum procurare studeat, eos admittendo ad novos contractus, puta emphyteuticos, tenuissimis etiam canonibus impositis, juxta facultates, quæ a Nobis præfato Archiepiscopo concedi poterant. Conclusit denique, hac facilitate dumtaxat erga illos agendum, qui invitati ad præmissa præstanda accesserint, contumacibus in propria perditione derelictis. Quum vero hæc omnia a te, Dilecte Fili, juxta tui ministerii debitum, Nobis diligenter relata fuerint, & pro opportuna facultatum concessione supplicatum; Nos vero ad rem accurate (c) inspiciendam, & perpendendam nonnihil temporis sumpserimus, nunc tandem decrevimus, sententiam Nostram hac super re, quæ magni momenti effectus parere potest, in scriptis redigere.

§. 4. (d) Sane a nemine in dubium revocatur, quidquid in bello justo capitur, quod ad hostem pertinebat, in victoris dominium transire; mobilia scilicet in illius potestatem, qui primus ea occupaverit, immobilia vero in dominium Supremi Principis, qui bellum intulit, ut sibi pro ipsius belli expensis satisfaciat; aliquando etiam, ut majores ad defensionem vires sumat, ac se a futuris eventibus tueatur. Sylvius *in 2. 2. quæst 40. art. 1. quæsit. 6. conclus. 6., & conclus. 7.*, Covarruvias *in 2. parte Relec. Regul. Possessor malæ fidei* §. 11. *sub n.* 6. Similiter, extra controversiam est, in bello injusto (e) totum id, quod capitur, restituendum; quum occupatio hujusmodi nihil aliud sit, quam formalis rapina. Ita docet S. Tomas 2. 2. *quæst. 66. art. 8. ad primum*. En ejus verba: *Circa quædam distinguendum est: quia si illi, qui deprædantur hostes, habent bellum justum, ea, quæ per violentiam in bello acquirunt, eorum efficiuntur; & hoc non habet rationem rapinæ; unde nec ad restitutionem tenentur &c. Si vero illi, qui prædam accipiunt, habeant bellum injustum, rapinam committunt, & ad restitutionem tenentur*. Illustria sunt exempla veterum Romanorum, qui quum injustitiam belli suscepti agnoverunt, quicquid abstulerant, prompte restituerunt, ac detrimenta quæcumque victis, & debellatis populis præliando intulerant, summa fide repararunt. Hæc in Livii Historiis occurrunt; ac duo hujusmodi exempla a Valerio Maximo referuntur; alterum, quod pertinet ad Faliscos a Quinto Lutatio domitos; alterum ad Camarinos a Publio Claudio devictos, atque per varias Orbis plagas dispersos. *Cum Publius Claudius Camarinos ductu, atque auspiciis suis captos animadverteba*t; *tamen quia parum liquida fide id gestum ab Imperatore videbatur*, (Senatus) *maxima cura conquisitos redemit, iisque habitandi gratia locum in Aventino assignavit, & prædia restituit &c, justitiæque promptissimo tenore effecit, ut exitio suo lætari possent, quia sic renati erant*.

§. 5. (f) Hinc patet, quum bellum, quo Turcæ Antibarum occuparunt, omni procul dubio fuerit injustum, quidquid ea occasione ab ipsis captum, & occupatum fuit, sive mobile, sive immobile fuerit, id eos injuste usurpasse, veramque in eo rapinam commisisse; quare omnis justitiæ ratio postularet, ut ab ipsis cuncta restituerentur Christifidelibus, quos fortunis suis injuste spoliarunt, vel, illis vita functis, eorum hæredibus, & successoribus. Sed hoc non est præsentis quæstionis subjectum; &, si esset, frustra de eo ageretur, quod in perditis, & desperatis rebus habendum est. Quæstionis (g) cardo vertitur circa Bona, quæ Turcæ Christianis vendiderunt, & nunc ab emptoribus detinentur; quæriturque, utrum qui ea emerint, quique emptorum hæredes, aut legitimi successores sunt, tuta conscientia retinere illa possint, an vero eadem legitimis dominis restituere teneantur; idque eo magis, quod agitur de Bonis ad Ecclesias, & Monasteria perti-

 nen-

(a) *De iis, quæ Christiani ipsi occuparunt.*
(b) *Congregationis de Propaganda Fide sententia, & consilium.*
(c) *Pontifex rem examinat, & in hac Epistola pertractandam suscipit.*
(d) *Acquirendi rerum dominii titulus ex bello justo oritur;* (e) *Non item ex bello injusto.*
(f) *Christiani a Turcis injusto bello subacti jus suum, licet inexercibile, retinuerunt supra Bona sibi erepta adversus invasores.*
(g) *Quæritur, an hujusmodi jus persequi possint Ecclesiæ adversus Christianos, qui eorum Bona, a Turcis occupata, acquisiverunt.*

nentibus, quorum injusta detentio censurarum pœna mulctatur; quodque, quum Ecclesiastici, (*a*) non secus ac Peregrini, in bellis minime sint partes Reipublicæ nocentia, efflagitat ipsa ratio, ut nec illorum, nec istorum personæ lædantur, neque Bonia suis exturbentur, ut legitur in Decretali, *Innovamus, de Trenga, & Pace*; ubi, necessitatis publicæ causa, hoc ipsum Privilegium ad Mercatores etiam, & Agricolas extenditur, ut optime ad citatum Textum perpendunt Repetentes. Quamquam autem id sæpe sæpius re ipss non observetur: *Quos Canones rationabiles, ac sanctos, quantum ad id, quod positivi juris pertinet, an abusus deleverit, nescia* (verba sunt Cardinalis Cajetani *in ejus Summa, verbo Belli damna* §. 4. *de damnis*): illud tamen non obstat, (*b*) quominus prædietorum Canonum ratio habenda sit, quoties de Animarum directione in foro conscientiæ agatur.

§. 6. (*c*) De Peregrinis, Clericis, & Ecclesiis, ad sensum laudatæ Decretalis, loquitur Sylvius *loco citato conclus.* 5.: *Spoliare Peregrinos, & Hospites, qui sunt in urbe hostili, non licet, nisi constet de ipsorum culpa, quia non sunt pars Reipublicæ adversæ: neque etiam licet spoliare Ecclesias, Monasteria, vel Ecclesiasticos, etiamsi ex causa rationabili data sit civitas prædæ militum, quum neque ipsi vere sint pars populi hostilis.*

§. 7. De extensione autem hujusmodi juris ad Mercatores, & Agricolas agit Layman *in Commentariis ad eandem Decretalem*: ubi postquam illud statuit, quod Clerici, & Peregrini membra non sunt Reipublicæ nocentis, ideoque in bellis etiam, quæ jure inferuntur, nec in persona, nec in rebus damnum pati aliquod debent, hæc addit: *Quædam vero personæ non sunt pars Reipublicæ nocentis, ut mercatores, & agricolæ; & his parcendum est propter publicam necessitatem, ne, commerciis, & agricultura impeditis, majus incommodum afferatur.*

§. 8. Denique, quod licet Canonicæ Leges in praxi negligantur, earum tamen ratio necessario habenda sit ad Animas, conscientiasque tuto dirigendas; recte, sapienterque suo more disserit Covarruvias *in 2. parte Relec. Regul. Possessor malæ fides* §. 11. *sub num.* 8. §. *At hæ leges.*

§. 9. (*d*) Quæstionis statu sic constituto, ideoque ad intimam illius discussionem descendentes, necessarium ducimus in hac Nostra Epistola inserere duo Decreta anni 1630., jam typis edita in Operibus Pevrini *tomo* 3. *Privil. in addit. cap.* 4. *n.* 30. & 31., & Auctoribus cæteroquin, qui postea scripserunt, probe cognita, ut ex infra dicendis apparebit, licet fortasse accuratam totius rei notitiam non habuerint. Nam ea omnia, tamquam Decreta Congregationis Supremæ Inquisitionis, & quidem a Pontifice Urbano VIII. approbata, & confirmata, ediderunt. Verumtamen constat, Dubia, super quibus Decreta emanarunt, a Patre Francisco Longobardo Ordinis Minimorum Tuneti Missionario transmissa fuisse ad Congregationem de Propaganda Fide, quæ quum a suis Theologis diligenter ea examinari fecisset, consilium cepit, eadem ad Congregationem Sancti Officii remittere. Hæc autem insignium suorum Theologorum ope, quorum nomina in ipsius Tribunalis Actis recensentur, in novum illa deduxit examen. Quindecim porro fuerunt Dubia a P. Longobardo transmissa; atque ad ea omnia tum Theologi Congregationis de Propaganda Fide, tum Consultores Supremæ Inquisitionis sua responsa ediderunt. Verum ex iisdem Dubiis aliqua relata fuerunt in Congregationibus habitis coram Pontifice Urbano VIII., ad quæ Pontificium adhuc extat responsum: Reliquis vero compertum minime est an coram Pontifice proposita fuerint. Inter hæc autem quintum illud, & sextum numerantur, quæ nimirum præsentem respiciunt controversiam: itaut error facti sit id, quod Auctores asserunt, responsa scilicet ad quintum, & sextum Dubium Oraculo Pontificio confirmata fuisse; quum nihil aliud revera sint, quam Responsa Theologorum Congregationis de Propaganda Fide, & Consultorum S. Officii, quæ tamen suo robore non carent, quum a doctis Viris, & Sacræ Theologiæ, Jurisque Canonici peritissimis emanaverint.

§. 10. (*e*) Proposuit igitur P. Franciscus Longobardus sequentem quæstionem ordine quintam: *Utrum Christiani liberi, qui hic* (idest Tuneti) *negotiandi gratia commorantur, & alii captivi, ementes a Pyratis infidelibus bona a Fidelibus rapta, & in hac Urbe venum exposita, vel dono ea recipientes, ut hic ad proprios usus utantur, vel ad terras Christianorum lucri gratia transmittant, peccent mortaliter, & teneantur ad restitutionem?*

§. 11. (*f*) Responsio Theologorum de Propaganda Fide fuit sequens: *Patres deputati existimarunt, bona Christianorum a Pyratis rapta, posse Fideles absque noxa mortali, & onere restitutionis, emptione, venditione, aut alio quocumque legitimo titulo sibi accipere, ac in proprios usus convertere, non obstante, quod sint in bello injusto rapta.*

§. 12 (*g*) Sequitur sextus casus a Patre Longobardo propositus: *Utrum antedicti, præsertim Mercatores liberi, non solum peccent ratione rei male acceptæ, sed injustæ acceptionis, tanquam rapientium receptatores, & consequenter teneantur in solidum ad restitutionem, non solum mercium emptarum, sed omnium præterea damnorum Christianis illatorum. Ratio dubii est, quia, ut quidam asserunt, Pyratæ inter deprædandum, aliqua rapiunt spe vendendi dictis captivis, vel liberis Christianis, quæ, hac spe sublata, non raperent, ut Infidelibus non necessaria, neque utilia. Hoc autem non semper accidit in rebus magni pretii, & ipsi Mercatores liberi principaliter hic morantur, ut emant merces loci; & præterea eorum incolatus multum videtur conferre ad miserorum captivorum redemptiones secretius, facilius, & vilius faciendas, præter quotidianas eleemosynas, quibus non solum sublevant necessitates captivorum, sed etiam suppeditant ex magna parte Oratoriis, & Ministris Divini Cultus.*

§. 13. (*h*) Theologi de Propaganda Fide ita respon-

(*a*) *Privilegia Ecclesiarum, Peregrinorum, Colonorum, & Mercatorum in bellis.*
(*b*) *Canonicarum Legum vigor in foro conscientiæ.* (*c*) *Præmissa auctoritatibus confirmantur.*
(*d*) *Decreta super Dubiis a P. Longobardo Tuneti Missionario transmissis anno 1630. quam auctoritatem habeant.* (*e*) *Dubium quintum a Patre Longobardo propositum.*
(*f*) *Responsum Theologorum Congregationis de Propaganda Fide.*
(*g*) *Dubium sextum.* (*h*) *Responsum.*

derunt : *A Patribus deputatis concordi voto decisum est, Fidelium neminem Tuneti commorantium teneri ad restitutionem Bonorum raptorum per Pyratas Christianis, neque incurrere noxam peccati mortalis, etiamsi Pyratæ Bona illa subripiant spe lucri ex futura venditione eisdem Fidelibus facienda, alias non furaturi : licet peccare possint ex complacentia super furto rerum per Pyratas Christianis sublatarum.*

§. 14. (a) A Theologis de Propaganda Fide ad Consultores Sancti Officii translatum fuit Dubiorum examen ; & hi quidem sententiam illorum approbaverunt, & confirmarunt : Nonnulli tamen addiderunt, ad hoc ut emptores Christiani ab omni peccati nota immunes essent, necessarium fore, ut animum paratum haberent ad restitutionem emptarum rerum, (b) si unquam verus earum Dominus compareret, easque redimere vellet, soluto pretio, quod emptor Turcis in emptione numeravit. *Aliqui tamen Qualificatores dixerunt, requiri animum restitutionis, accepto pretio dato, si Dominus rerum occurrerit.* Neque hoc ad pacandas conscientias inopportunum, aut a ratione alienum est. (c) Molina in *Opere de justitia, & jure tom. 1. tract. 2. disput. 118. num. 15.* ita scribit : *Ad pacandas tamen conscientias illud est addendum, quando verisimile est, illas* (idest merces, quas Christiani homines a Turcis, aut a Saracenis emerint, qui eas per vim occupaverant) *deventuras nunquam esse in potestatem suorum Dominorum, ut ordinarie eveniet, licitum esse eas emere vili etiam pretio, eo animo, ut si proprius Dominus comparuerit ; illas accipiat pro eodem pretio, sin minus emptor illas sibi retineat. Quoniam (d) verisimile est, eam esse præsumptam Dominorum voluntatem; & quoniam quodammodo essent irrationabiliter inviti, nisi id ita vellent. Atque ita respondi aliquibus Christianis captivis, qui in Africa emerunt vili pretio a Mauris aliqua de spoliis Lusitanorum, quando Rex Sebastianus occubuit.* Atque hæc sententia communis dici potest, cui reliqui omnino suffragantur : Coninch. *disput. 31. de bello dub. 7. num. 126.*, Reginald. *tom. 2. lib. 21. cap. 8. sect. 4. num. 117.*, Decastillus *lib. 2. tract. 1. disput. 10. num. 429.*, Tanner *tomo 3. disput. 2. quæst. 6. num. 76. & 77.*, Fragos. *de regim. Christianæ Reip. tom. 3. part. 1. lib. 3. disput. 5. num. 16.*, Castro Palaus *Oper. Moral. tomo 1. tract. 6. disp. 6. punct. 5. num. 27.*, Bonacina *Oper. Moral. tom. 2. de restitut. in genere disput. 2. quæst. ultim. puncto ultimo §. 3. num. 23.*, Diana *in Edit. Coord. tomo 7. tract. 7. resol. 33. num. 8.* Eorum etiam aliqui, & præcipue Molina, & Castro Palaus, addunt, id locum habere in sacris rebus mobilibus, puta Calicibus, aliisque sacris Supellectilibus. De his enim fortius procedere censenda est superius indicata præsumptio; quod scilicet Christifidelibus, ad quos hujusmodi res ablatæ pertinent, molestum non sit, aut saltem esse non debeat, illas in dominio potius aliorum Christianorum, quam Turcarum, & Saracenorum existere.

§. 15. (e) Hugo Grotius *in suo tract. de jure belli, ac pacis lib. 2. cap. 10. §. 9. num. 1.* hanc statuit regulam : *Rem alienam bona fide emptam, restituendam, nec posse erogatum pretium repeti* ; ac immediate sequentem addit exceptionem : *Cui regulæ hæc addenda mihi videtur exceptio, nisi quatenus Dominus rei suæ possessionem recipere sine impendio aliquo probabiliter non potuit, ut puta, si res apud Pyratas fuerit ; tunc enim deduci poterit, quantum Dominus impensurus libenter fuerat. Ipsa enim facti possessio, præsertim recuperatu difficilis, est aliquod æstimabile ; & in hoc Dominus post rem amissam censetur factus locupletior.* Et *in lib. 3. cap. 10. §. 6. num. 1.* postquam docuerat, quod qui detinet rem in bello injusto ab alio captam, eam restituere tenetur : *Qui damnum ipse non dedit, sed rem bello injusto captam ab alio penes se habet, tenetur eam reddere ; quia cur alter ea carere debeat, nulla causa subest naturaliter justa, non consensus ipsius, non malum meritum, non compensatio* ; relatam paulo ante exceptionem resumit, & ita prosequitur *num. 2.* : *Poterit tamen, si quid sumptus, aut operæ impendit is, qui rem tenet, deducere tantum, quantum Domino valebat adipisci desperatam possessionem, secundum ea, quæ alibi explicata sunt. Quod si rei possessor culpæ exors eam consumpserit, aut eliminaverit, non tenebitur, nisi in quantum censeri potest locupletior factus.* Jure Civili cautum est, ut (f) qui alienum servum ab hostibus prius captum emerit, illius dominium acquirat, ea tamen lege, ut eam teneatur restituere antiquo Domino, si hic pretium rependat, quod emptor, quamvis mancipii conditionem non ignoraret, pro illius emptione persolvit. Si autem hic eum alienum esse nescivit, statuitur, Domino comparenti, ac pretium offerenti restituendum, dummodo intra triennii spatium comparuerit ; quo tempore elapso, antiquus Dominus jure redimendi cadit : ut colligitur *ex Lege, In bello, § si quis servum ff. de captivis, & postliminio reversis*, alteri conjungenda *L. Ab hostibus C. eodem tit.* Hæc omnia comprobant, justum omnino esse id, quod Theologi S. Officii Responsis Theologorum Congregationis de Propaganda Fide addiderunt; eademque certiorem, stabilioremque reddunt sententiam illorum, qui docent, pretium restituendum esse illi, qui numerata pecunia rem ab hostibus, etiam in bello injusto, captam sibi acquisivit. Quamquam enim (e) Hugo Grotius, quod pertinet ad restitutionem pretii, cum aliis præallegatis Auctoribus non consentiat ; quum tamen a Domino tantum emptori reficiendum velit, quantum ipse ad rei amissæ possessionem recuperandam æquo animo impendisset ; si hujus æstimatio summæ a Forensi Calculatore recte ineatur, magnum profecto erit, nisi ad eam pecuniæ quantitatem pertingat, quam emptor. pro ejus acquisitione persolvit.

§. 16. Quæ hactenus exposuimus, in rebus mobilibus tantummodo locum habent; ideoque tota disputationis difficultas nunc eò redacta est, ut videatur, (h) an hæc eadem, quæ de mobilibus dicta sunt,

(a) *Præmissa Responsa probantur Consultoribus S. Officii.*
(b) *Dummodo qui merces Christianorum de Pyratis emerint, parati sint eas Dominis restituere, recepto pretio.* (c) *In eamdem sententiam scripserunt Auctores, qui hic allegantur :*
(d) *Ita suadente præsumpta Dominorum voluntate.* (e) *Grotii doctrina eòdem recidit.*
(f) *De alieno servo ab hostibus capto, & vendito quid cautum Jure Civili.*
(g) *Tanti fere interest rem amissam recuperare, quanti a præcone vendita est.*
(h) *An eadem circa immobilia procedant, in quæstionem revocatur.*

sunt, immobilibus etiam rebus aptari possint; quandoquidem Dubia, quæ nunc examinantur, quæque præsenti disquisitioni occasionem præbuerunt, mobilia Bona non respiciunt, sed immobilia. Porro si aliqua differentia inter mobilia, & immobilia intercederet, & ratio, quæ pro illis valida reputatur, pro his æque afferri non posset; vel si aliqua adesset legum dispositio, quæ rerum immobilium Dominis magis faveret, facile quisquam affirmare posset, quod, licet is, qui a Turcis res mobiles in bello captas mercatus fuerit, eas tuta conscientia detinere queat, modo animus ipsi sit ad restitutionem paratus, quotiescumque Dominus comparuerit, & pecuniæ impensæ solutionem obtulerit; non idem tamen judicium de emptore immobilium ferre liceret.

§. 17. (*a*) Diximus autem, ea, quæ superius exposita sunt, locum sibi vindicare in solis mobilibus: Decreta enim, anno 1630. edita, de mobilibus loquuntur; ac de mobilibus item disserunt supra recensiti Auctores. Innuimus etiam, dubitari posse, an aliqua differentia juris intersit inter mobilia, & immobilia Bona; atque hujus differentiæ ratio a Nobis nunc exponenda est. Fundamentum, (*b*) quo innititur ea sententia, quod Christifideles tuta conscientia retinere possint Bona mobilia, quæ a Turcis emerunt, a Turcis autem in bello injusto aliis Christianis hominibus ablata fuerant, in præsumpta Dominorum voluntate positum est, qui scilicet aut consentit, aut non dissentit omnino, ut prædicta eorum Bona mobilia ab aliis Christifidelibus acquirantur. Etenim ex mobilibus nullus fructus percipitur; Domini autem libentiore animo, aut minore certe molestia ferre debent, quod illa in Christianorum potestatem deveniant, potius quam in dominio Turcarum remaneant, a quibus facilius disperderentur; ut recte ponderat Molina *loco laudato*, atque etiam prosequitur Verjuys *in suo Pastorali Missionariorum tract. 4. artic. 13. de hæreticis §. Probatur etiam ratione*. Quoniam vero hæc ratio a præsumpta Dominorum voluntate desumpta, ad immobilia, quæ Christifideles emunt, extendi nequit, tum quia Domini fructus amittunt, tum quia hujusmodi Bonorum dispersionis timor non adest; hinc oritur indicta juris differentia, quæ inter mobilium, ac immobilium acquisitionem intercedit. Denique paulo ante significavimus, aliquid forsan reperiri posse legibus præscriptum, quod immobilibus, (*c*) non item mobilibus faveat. Sane *in Lege, Si quis bello ff. de re militari*, sequentia verba legere est: *Si quid in bello captum est, in præda est, non postliminio redit*: quibus verbis mobilia significantur, ut animadvertit Glossa. At vero *in Lege, Si captivus eod. tit.* leguntur hæc alia: *Expulsis hostibus ex agris, quos ceperant, constitit, dominia eorum agrorum ad priores Dominos redire, nec aut publicari, aut prædæ loco cedere*: quæ Doctoribus argumentum præbent asserendi, majori privilegio in bellis gaudere immobilia, quam mobilia Bona. Hæc enim postquam in militum manus devenerunt, licet deinde pax conficiatur, non amplius restituuntur; illa vero antiquis Dominis, pace inita, illico redduntur; ut recte animadvertunt Molina *loco cit.* §. 5., Covarruvias *parte 2. Relec. Regul. Peccatum Possessor malæ fidei* §. 11. *numero 7.*, Diana *in Edit. Coord. tom. 7. tract. 7. resol. 33. num. 3.* Castro Palaus *tom. 1. tract. 6. disp. 5. punct. 4. num. 24.* Quibus sic stantibus, conclusum superius a Nobis est, (*d*) facile quempiam propugnare posse, ex rationibus adductis concedi quidem Christifidelibus, ut mobilia de Turcis empta, licet ab his in bello injusto occupata fuerint, tuta conscientia detineant, dummodo ea restituere Domino parati sint, qui, pretio oblato, redimere illa velit: at id de emptore immobilium non æque affirmari posse. Id autem nunc, Auctorum scita, atque rationes ad trutinam revocando, demonstrandum aggredimur.

§. 18. (*e*) Pater Leonardus Lessius obiit, antequam Decreta anni 1630. emanarent, scilicet anno 1623. In ejus Opere Theologico in S. Thomam exhibentur resolutiones nonnullorum conscientiæ casuum; in quorum sexto, verbo *Beneficium*, sequentem sibi proponit quæstionem ordine secundam: *An Catholici emere possint ab hæreticis bona Ecclesiastica?* Atque ita respondet: *Non licet Catholicis emere bona Ecclesiarum, vel Monasteriorum ab hæreticis occupata, & confiscata, nisi cum animo restituendi ea suo tempore legitimis Dominis, cum omnibus emolumentis, & fructibus, qui inde obvenerunt: quia bona illa in specie sunt aliena, similiter fructus illorum*. Ex quibus sequitur, ut inferius ostendemus, emptorem ab Ecclesiis, & Monasteriis nunquam repetere posse pretium Bonorum hujusmodi a se persolutum. Quum autem objiciendum sibi prævideret, quod Bona illa, nisi emissent Catholici, remansissent penes hæreticos, qui perciperent ex eis fructum, respondet, id minime ad rem facere, quandoquidem hæretici quoque *ad restitutionem obligarentur*. Denique id Catholicis consilii præbet, ut, cum Bonorum Dominis agentes, cum iis paciscantur, ac novos contractus ineant, quorum præsidio Bonorum possessionem tuta conscientia retinere valeant.

§. 19. Post Decreta anni 1630. scripserunt sequentes Auctores (*f*) de illis expressam facientes mentionem. Verjuys *loco citato* a Lessii opinione recedit in eo, quod respicit restitutionem fructuum, sed cum eo sentit, quod ad fundi restitutionem pertinet, etiamsi Dominus emptori solutum pretium non rependat. Rationem autem sic opinandi in præsupposita bona fide collocat; quæ, si vere adsit, possessorem a fructuum quidem, minime vero a fundi restitutione eximere potest. *Posse Catholicos bona fide possidentes Monasteria, Domos, Templa, vel similia Bona immobilia, illa tantisper sibi pacifice retinere, quamdiu a propriis Dominis occupari non possunt; nec interea obligantur ad interesse, aut quidquam solvendum pro fructibus*. Arsnekinus *in sua Theologia tripartita tom. 2. parte 2. tract.*

(*a*) *Decreta superius allegata de mobilibus tantum agunt.*
(*b*) *Rationes, ex quibus Domini voluntas de mobilibus præsumitur, ad immobilia extendi non possunt.*
(*c*) *Bona immobilia postliminio recuperantur, non vero mobilia.*
(*d*) *Unde immobilia a non justis hostibus vendita, aut derelicta, tuto retineri non posse aggreditur Pontifex demonstrare.* (*e*) *Nec fundum retineri, nec fructus jure percipi, scripsit Lessius.*
(*f*) *Alii perceptionem fructuum detentori permittunt, donec Dominus fundum repetere possit.*

tract. 6. *quæst.* 10. quærit : *An Catholici possint emere bona aliorum Catholicorum, injusto bello ab hæreticis occupata*; ac respondet, (*a*) id fieri posse, I. Si Dominorum voluntas in eo consentiat; II. Si Pontifex assensum præbeat; ad quod astruendum affert citata Decreta, anno 1630. edita; III. Si conventionibus inter Catholicos, & hæreticos Principes initis cautum sit, ut hæretici Catholicorum Bona retinere possint, ac libere de illis disponere: Quæ omnia extra casum præsentis quæstionis versantur. Ibi autem religiosus Auctor procul dubio loquitur de Bonis immobilibus; inter cæteras enim sententiæ suæ rationes, utilitatem perpendit, & commodum Catholicæ Fidei, cui magis prodesse asserit, quod Bona penes Orthodoxos, quam in hæreticorum manibus existant: *Et sunt plures ob causas multo conducibilius videtur, bona illa tali emptione in manus Catholicorum devolvi, qui tanto potentius possunt negotium Fidei protegere, ac propagare, quam si ea penes hæreticos perpetuo remanerent*: quæ quidem ratiocinatio immobilibus convenit, non item mobilibus. Verum rationes illæ ab Auctore indicatæ, & a Nobis paulo ante relatæ, nullius, aut levis admodum roboris sunt. Etenim dum Bona immobilia ad Catholicos olim pertinentia, illisque in bello injusto ablata, Orthodoxi de hæreticis emunt, præsumpta Dominorum voluntas adesse non potest, ut supra dictum est; Decreta vero anno 1630. edita, quæ de mobilibus loquuntur, ad immobilia trahi nequeunt; Denique conventiones, & concordata inter Catholicos Principes laicos, & heterodoxos inita super possessione, ac detentione Bonorum Ecclesiasticorum, ab Apostolica Sede improbantur; ut prolixe probat P. Schmalzgrueber *Conciliorum tom.* 2. *concil.* 15. *quæst.* 1., & hæ sunt conventiones, ad quas alludit citatus Auctor. De hac materia loquitur etiam La Croix Presbyter Societatis Jesu *in sua Theologia Morali tomo primo lib.* 3. *parte* 2. *num.* 972., ac Decreta anni 1630. se probe nosse indicat: at quum nil aliud ipse faciat, quam ea referre, quæ a supra laudatis Auctoribus dicta fuerunt, in neutram partem allegari, aut proferri potest.

§. 20. (*b*) Pater Carolus Franciscus a Breno Ordinis Minorum Strictioris Observantiæ *in suo Manuali Missionariorum Orientalium tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 3. *quæst.* 21., hanc proponit quæstionem: *An bona Ecclesiastica ab infidelibus redempta, restitui necessario debeant, vel saltem transactio adhiberi*: ac respondet, restituenda esse; tum quia Christianus sciens, Bona illa Ecclesiæ esse, alienam rem mala fide possideret; tum quia non potuit infidelis raptor in emptorem Christianum transferre jus majus illo, quod ipsemet in bona divendita habebat; ideoque si venditor propter rapinæ vitium, nullum omnino jus habuit in rem violenter ablatam, occupatam, & postea divenditam; nil pariter juris in eamdem rem acquisivisse dicendus est, qui eam mercatus fuit; tum denique, quia regula generalis est, quod etiam ille, qui, furti ignarus, a fure aliquid emit, in foro conscientiæ ad restitutionem tenetur, simul ac verus, legitimusque Dominus occurrit. Invehit deinde in eos, qui quum ab infidelibus aliquid ad Ecclesiam pertinens mercati sint, debiti sui partes implere se putant, si Parochos, ad quorum Ecclesias res emptæ pertinent, ad convivia, & cœnas invitent. Non omittit Pater a Breno, sæpe memorata Decreta anno 1630. condita commemorare; sed ea pertinere censet tantummodo ad Bona mobilia a Piratis capta, ac inde Christianis divendita, quorum verus Dominus sperari nequit ut ad ea redimenda compareat. Denique sibi objicit, quod qui numerata pecunia ab infidelibus emit Ecclesiæ Bona, rem eidem Ecclesiæ utilem gesserit; ideoque non solum nullum exinde damnum pati, verum etiam aliquam, si fieri potest, utilitatem percipere debeat: Huic autem argumento respondet, emptores, qui rem ab infidelibus redemerint, id emolumenti ex emptione capere, ut ab Ecclesia pretium repetant, aut ad aliquam cum ipsa compositionem deveniant: *Ementes bona Ecclesiæ ab usurpatoribus infidelibus, restituere quidem tenentur, quum sua bona illa non sint, sed accepto pretio, vel alia compositione cum Prælatis habita.* Verum (*c*) quum Auctor ad aliam ex prima consequentem quæstionem gradum faciat, videlicet, utrum emptor restituere Bona teneatur, etiamsi Præsul nec pretium reddere, nec compositionem ullam facere velit; & hujusmodi quæstioni affirmative respondeat; videtur profecto, id, quod antea affirmaverat, evertere, & non cohærenter ratiocinari: *Si vero Prælatus quidquam ipsis redimentibus restituere nollet, aut transactionem, vel compositionem ullam facere, adhuc emptores, seu redimentes illi restituere omnino tenerentur, quum Bona illa reipsa sint Ecclesiæ, ac infortunio suo tribuere, quod emerint rem alienam, eo modo, quo discurrimus de ementibus a fure, quotiescumque ab ipso repetere pretium minime possint.*

§. 21. (*d*) Quibus sane diximus Auctorem evertere id, quod antea affirmaverat. Superius namque voluerat, emptorem a vero Domino pretium recuperare: nunc autem ipsius Domini arbitrio permittens hujusmodi pretium reddere, aut non reddere, vult porro, rem ab emptore, etiam sine pretii recuperatione, restitui. Diximus etiam, eundem non cohærenter ratiocinari. Quum enim statuerit, immobilium dominium penes antiquum Dominum semper remanere, nec unquam ad emptorem transiisse, ex hoc satis aperte consequitur, non quidem rei pretium solvendum esse a legitimo Domino, qui eam recuperare intendit; sed potius rem ipsam, sine ulla solutione, aut pretii restitutione, ab eo recuperandam esse; alter enim rem suam emere cogeretur. Quod si aliquis (*e*) responderet, id ab æquitate, & justitia alienum non esse, quoniam juxta Decreta anni 1630. idem omnino contingit in mobilibus, quæ sine solutione pretii a Domino recuperari non possunt; respondetur, dominium mobilium, quamvis resolubile, in emptorem transire, qui deinde illa Domino pretium offerenti restituere tenetur; id autem minime accidere emptori immobilium, quorum dominium remanet semper apud legitimum Dominum. Rerum

porro

(*a*) *Alii de voluntate Dominorum, & Summi Pontificis, ac de quarumdam conventionum vigore plus æquo præsumunt.* (*b*) *Pater a Breno de tota re præclare disputat.*
(*c*) *Sed quæ prius recte constituerat, deinde evertit.* (*d*) *Illius ratiocinationis vitium detegitur.*
(*e*) *Dominium mobilium in emptorem transferri censetur ex peculiari ratione, quæ immobilibus non aptatur.*

porro dominium a priore Domino ad alterum non transfertur, nisi id aut lex jubeat, aut hominis voluntas præscribat. Emptores autem tam rerum mobilium, quam immobilium, pro eo quod ad legem attinet, æquali prorsus jure censentur. Nulla enim lege præscriptum est, ut dominium rerum, sive mobilium, sive immobilium, a vero Domino ad illum, qui eas ab invasoribus, ac raptoribus mercatus fuerit, transferatur. Sed differentia, quæ inter mobilium, ac immobilium emptorem intercedit, ab hominis voluntate oritur: quia nimirum Domini voluntas, ut supra dictum est, illi, non autem isti, favere præsumitur.

§. 22. (a) Itaque Decretis anni 1610. nullo modo contraire Nobis videmur, si asseramus, satis fundatam esse opinionem illam, quæ immobilium Domino jus tribuit, ut sine ulla pretii restitutione recuperare valeat Bona sua, cum omnibus fructibus inde perceptis, ab illo, qui numerata pecunia ea ipsa ab invasoribus emit. Id enim exigit natura belli injusti, in quo hujusmodi Bona occupata fuerunt: Id expetit eorum Auctorum sententia, qui optima ratione docent, eum, qui furtivam rem se emere dubitat, aut suspicatur, non posse deinde a Domino repetere pretium, quod furi numeravit: *Emptor malæ fidei, si sibi emit rem, quam vel sciebat, vel dubitabat, seu suspicabatur, esse furtivam, non potest a Domino illius rei repetere pretium, quod numeravit furi venditori, quoniam talis repetitionis nullum habet justum titulum*: verba sunt Sylvii *in 2. 2. S.Thomæ quæst. 62. quæsit. 6. art.6. conclus. 3. pag. 161. ultimæ Editionis Antuerpiæ*: Id exigit opinio communis eorum, qui docent, etiam illum, qui rem furto sublatam bona fide vel ab ipso fure, vel ab alio mercatus fuit, teneri eamdem Domino reddere, nec solutum pretium ab eo repetere posse; ut videre est apud Sanchez *in Summa lib.2. cap. 23. num. 2.*, & apud Bonacinam *tomo 2. de restitutione in genere disput. prima quæst. 2. punct. primo proposit. prima num. 4.* Id ipsum deducitur ex regula, quam sequuntur majora Tribunalia: quorum videlicet auctoritate decernitur, Bona immobilia Ecclesiarum ab hæreticis occupata, statim ac ab ipsorum manibus elapsa fuerint, ipso jure redire ad Ecclesias, ad quas pertinebant, uti videre est in Decisionibus *Herbipolen. Monasterii 10. Jun. 1707.*, *& 17. ejusdem mensis* coram bonæ memoriæ Caffarellio, confirmatis *in Decisione 562. num. primo tomo 5.* coram bonæ memoriæ Lancetta Decano. Ita præscribit (b) famigeratus Textus Innocentii III. *in capite sæpe, de restitutione spoliatorum*. Quum enim Jus Civile beneficium interdicti *Unde vi*, sive restitutionis, concessisset dumtaxat adversus illum, qui per vim alium de possessione dejecerat, & contra ejus hæredem universalem, ut habent *Lex prima §. ultimo, & Lex 2. ff. Unde vi*; minime vero contra illum, in cujus potestatem res furto ablata devenerat; ut patet ex *Lege 7. ff. eod. tit.*; etiamsi ille, dum rem emit, furtivam eam esse non ignorasset; idque ea ratione, quod interdictum *Unde vi* directe propositum fuerat adversus eum, qui vim intulisset: *Unde tu illum vi dejecisti*: Magno illi Pontifici parum tuta visa est hæc Juris Civilis dispositio; ideoque decrevit, ut remedium Possessorii *Unde vi* locum etiam haberet adversus illum, qui spolium quidem non commiserat, sed rem, quam alienam, ac furto sublatam esse non ignorabat, a spoliatore mercatus fuerat: *non obstante Juris Civilis rigore, sancimus, ut si quis de cætero scienter rem talem acceperit, quum spoliatori quasi succedat in vitium &c., contra possessorem & hujusmodi spoliato per restitutionis beneficium succurratur*. Atque sequentem Decreti sui attulit rationem: *eo quod multum interest, quoad periculum Animæ, injuste detinere, aut invadere alienum*. Hoc denique postulat Canonici Juris Adagium, quod est in *Can. Rapinam 14. quæst. 5.*, ubi sic legitur: *Rapinam emere non licet, nisi ea intentione, ut, cui est ablata, reddatur*.

§. 23. (c) Si autem ea, quæ hactenus dicta sunt, locum habent in casu eorum, qui fundos ab injustis invasoribus occupatos emerunt; & hi quidem illos, nullo recepto pretio, restituere tenentur; quanam excusatione tueri se poterunt alii illi, qui, ut refert Archiepiscopus Antibarensis, agros, & fundos, ad Ecclesias, & Monasteria spectantes, ipsi furtim invaserunt, & per occasionem adjacentiæ, aut vicinitatis usurparunt? Quomodo hi ab obligatione restitutionis, qua manifeste tenentur, se eximere poterunt? Leges Civiles usucapionem longi temporis in rebus furtivis, ob malæ fidei vitium, nequaquam admittunt. Cum autem inter antiquos Prudentes orta esset quæstio, an furtum in solis rebus mobilibus, an vero etiam in rebus immobilibus locum haberet; cumque eorum valuisset opinio, qui asserebant, furtum de mobilibus tantummodo intelligendum esse; ulterius deinde progressi, in eo convenerunt, ut siquis absque vi, licet mala fide, alicujus rei immobilis possessionem usurpasset, non ipse quidem posset hujusmodi rem usucapione suam facere, posset tamen alius, qui ab ipso rem illam bona fide accepisset; ut videre est *in Lege furtum 37. §. primo, ac in Lege sequ. ff. de usucap.*, atque in Institutionibus Justiniani *eod. tit.* Sed neque hic substitit immoderata laxitas Auctorum Juris Civilis, qui ad inducendum usucapionis jus satis habuerunt, bonam fidem initio adeptæ possessionis adfuisse, parum solliciti, si mala fides deinde supervenisset; ut videre licet *in Lege 48. §. prima ff. de acquirendo rerum dominio, & in Lege unica C. de usucap.* At Sacri (d) Ecclesiæ Canones nil aliud, quam æquitatem, Animarumque salutem respicientes, tot inutiles subtilitates sustulerunt, statuentes, nullam præscriptionem induci, nisi bona fides & initium possessionis, & medium, & finem comitetur: *Quoniam omne, quod non est ex fide, peccatum est, Synodali judicio definimus, ut nulla valeat absque bona fide præscriptio tam canonica, quam civilis; quum generaliter sit omni constitutioni, atque consuetudini derogandum, quæ absque mortali peccato non potest observari. Unde oportet, ut qui præscribit, in nulla temporis parte, rei habeat conscientiam alienæ*: verba sunt Innocentii III. *in cap. ultimo de præscriptionibus*. Hæc autem

---

(a) *Concluditur, immobilia sine repetitione pretii restituenda esse, cum omnibus fructibus.*
(b) *Purgationi Spolii Jure Canonico subjicitur etiam Successor particularis.*
(c) *Præmissa multo magis procedunt contra furtivos occupatores Bonorum Ecclesiasticorum.*
(d) *Nihil usucapi, aut præscribi potest Jure Canonico, ubi adsit malæ fidei vitium in quacumque temporis parte.*

autem bona fides in nemine sane eorum, de quibus nunc sermo est, admitti potest; quum incredibile sit, in toto assertæ usucapionis decursu nullam eis suppetiisse notitiam, quod Bona occupata ad Ecclesiam pertinuerint.

§. 24. (a) Quod si prædicti possessores hoc saltem contenderent, se Bona hujusmodi retinere posse, tamquam a Dominis, nimirum ab Ecclesiis, & Monasteriis, derelicta, quo casu bona fiunt occupantis, juxta §. penult., *& ult. Institutionum de rerum divisione*, *& L. 1., & seq. ff. pro derelicto*; in magno quidem errore versarentur. Etenim inter Bona derelicta numerari non possunt illa, quæ Dominus ob impotentiam non recuperat, ut accidit in casu nostro; sed illa dumtaxat, quæ quis sponte deserit, ac derelinquit, propterea quod eorum possessionem detinere nihili pendit: *Pro derelicto autem habetur, quod Dominus ea mente abjecerit, ut id in numero rerum suarum esse nolit, ideoque statim Dominus ejus esse desinit*, Quocirca derelictæ nequaquam censentur res, quæ a Domino navis, ut naufragium effugiat, in mare projiciuntur; & si quis illas lucri causa recuperat, furtum committit: *Alia sane causa est earum rerum, quæ in tempestate, levandæ navis causa, ejiciuntur; hæ enim Dominorum permanent; quia palam est, eas non eo animo ejici, quod quis eas habere nolit, sed quo magis cum ipsa navi maris periculum effugiat, Qua de causa si quis eas fluctibus expulsas, vel etiam in ipso mari nactus, lucrandi animo abstulerit, furtum committit*. Hæc omnia verba sunt Textus Civilis in citatis duobus ultimis paragraphis Tituli *Instit. de rerum divisione*.

§. 25. (b) En Tibi, Dilecte Fili, quidquid in unum congerere Nobis datum est, ut quæstionibus ab Archiepiscopo Antibarensi propositis responderemus; quod quidem in summa sententiæ Congregationis de Propaganda Fide, quam Nobis retulisti, consentaneum dici potest; verum non ideo Nobis plane satisfactum esse profitemur. Innuit in suis Litteris Archiepiscopus, id, quod Antibari accidit, in aliis quoque Albaniæ Civitatibus contingere, ubi complures sunt Christiani, qui Bona immobilia Ecclesiarum aut empta de Turcis, aut de facto occupata possident. Ulterius itaque progreditur prudens ille Præsul; cumque magnopere cupiat, aliquam sibi viam patefieri ad pacandas conscientias, illasque a Censuris, quibus propter injustam Ecclesiasticarum possessionum detentionem adstrictæ sunt, absolvendas; nihilominus æque vereri se ostendit, ne turbæ excitentur, si hodiernis possessoribus, ut justitiæ ratio postularet, injungeretur aut fundorum, aut fructuum, vel alicujus portionis eorum restitutio. Animadvertendum quoque est, Antibarum, aliasque Albaniæ Civitates, de quibus nunc agitur, sub temporali Othomanica ditione consistere; unde minimum, quod metuere possemus, aliqua exoriente perturbatione, id esset, ut prodiret Decretum, *Uti possidetis, ita possideatis*, quod ad pacandas conscientias nihili valeret; nisi etiam deterius aliquid in Christianorum, Sanctæque nostræ Religionis perniciem contingeret. Hoc illud est, quod animum Nostrum commovet, atque perturbat; Nosque eò adducit, ut ni-

Coronol. Seraph.

si nova, & certiora Nobis suppeditentur indicia, ex quibus intelligamus, quid maxime in prædictis regionibus timeri posset, si huic negotio manus admoveantur; nihil Nos statuere posse existimemus de instructionibus, aut facultatibus circa hæc Antibarensi Archiepiscopo communicandis. Quod (c) nunc tibi significare possumus, & de quo tibi mandamus, ut ipsam Congregationem certiorem facias, illud est, Nos ita animo esse comparatos, ut suprema, qua fungimur, auctoritate, pro Generalis Bonorum Ecclesiasticorum Administratoris officio, hujusmodi Bonorum possessoribus perceptos fructus condonemus, eosque ad retinendam possessionem fundorum, quamvis injuste occupatorum, & detentorum, idoneos reddamus, & ab incursis Censuris absolvamus; ne forte Christianæ Religionis eversionem intueri in illis regionibus, in quibus, licet sub Turcarum dominatione degentibus, eadem adhuc, Deo miserante, viget, aut Episcoporum ejectiones, aut innocuorum Christifidelium persecutiones, & vexationes audire cogamur; Nobisque tot mala imputari, propterea quod auctoritatem illam in his interponere neglexerimus, quam Nobis Deus *in ædificationem, & non in destructionem* largitus est, quaque Prædecessores Nostri similibus in casibus uti non dubitarunt.

§. 26. (d) Quum tempore Mariæ Angliæ Reginæ, bonæ memoriæ Reginaldo Cardinali Polo gravissima demandata fuisset provincia Angliam ipsam Ecclesiæ Romanæ reconciliandi, Pontifex Julius III. in Brevi expedito die 8. Martii 1554. facultatem ei concessit cum his, qui Ecclesiasticorum Bonorum possessionem injuste occupaverant, quique ad Ecclesiæ Romanæ sinum redirent, concordandi, & transigendi super fructibus male perceptis, & super mobilibus consumptis: *restitutis prius, si tibi expedire videbitur, immobilibus per eos indebite detentis*; uti videre est *in tomo* 4. Conciliorum Magnæ Britanniæ. At quia in rei executione fortasse compertum est, ejusmodi facultates nimis angustas esse, in alio Brevi, expedito *die* 28. *Junii ejusdem anni*, præfato Cardinali plenam, ac liberam largitus est potestatem *cum quibuscumque bonorum Ecclesiasticorum tam mobilium, quam immobilium in præfato Regno possessoribus, seu detentoribus, pro quibus ipsa Serenissima Regina Maria intercesserit, de bonis per eos indebite detentis, arbitrio tuo, auctoritate Nostra tractandi, concordandi, transigendi, componendi, & cum eis, ut præfata sine ullo scrupulo in posterum retinere possint, dispensandi; omnia, & singula alia, quæ in his, & circa ea quomodolibet necessaria, & opportuna fuerint, concludendi, & faciendi; salvo tamen in his, in quibus propter rerum magnitudinem, & gravitatem hæc Sancta Sedes merito tibi videretur consulenda, Nostro, & præfatæ Sedis beneplacito*, & *confirmatione*. Breve hoc editum est *in cit. tom.* 4. *pag.* 102. *&* 103., & in Annalibus Raynaldi *ad annum Christi* 1554. *num.* 8. Prædictus vero Cardinalis, *ne novæ inde turbæ concitarentur, Ordinibus postulantibus, & urgentibus, adactus est, publico instrumento, Pontificis nomine, & auctoritate, omnes de ejusmodi bonis, & possessionibus, quoad pœnas, & censuras canonicas, in perpetuum securos, & absolutos declarare*: verba sunt

H Spon-

(a) *Pro derelictis haberi nequeunt Bona, quæ ob Ecclesia ob impotentiam non recuperantur.*
(b) *In casu, de quo agitur, cautissime procedendum.*
(c) *Pontifex, si ita res ferent, Apostolica auctoritate ad indulgendum uti non dubitabit.*
(d) *Facultates olim a Sancta Sede Apostolica tributæ Cardinali Polo super Bonis Ecclesiarum Angliæ.*

Spondani *ad eumdem annum* 1554. *num.* 4. Hisque consentiunt Sanderus *de Schismate Anglicano lib.* 2. *pag.* 249. *Edit. Rom. an.* 1586., Davanzatus *in sua Historia Schismatis Anglicani edita Florentiæ anno* 1628. *pag.* 91.; qui omnes pariter conveniunt in celebranda præfati Cardinalis prudentia, qua difficillimum negotium, servata Ecclesiæ dignitate, transegit.

§. 27. (*a*) Pater Schmalzgrueber *in suo citato Consilio* 15. *tom.* 2. casum perpendit hæretici Principis, qui Augustanam Confessionem deserens, Catholicam amplectitur Religionem; ac quærit, quomodo gerere se debeat quoad Bona Ecclesiastica, quæ auctoritate Pacis Westfaliæ, ab Ecclesia reprobatæ, possidet; & quidem *ejusdem Consil. quæsit.* 2. *num.* 22. concludit, quod *vel restituere illa tenetur, vel ad ea retinenda Apostolicæ Sedis dispensationem solicitare*, exemplum afferens Ducis Neoburgi Wolphangi Willhelmi, ac ejus filii Electoris Palatini Willhelmi; & afferens, quod erga conversos ad Fidem Catholicam *adeo benigna esse solet Sedes Apostolica, ut, etiamsi justa sit causa, retentionem illorum*, idest immobilium Ecclesiæ Bonorum, *ipsis dispensative concedat*.

§. 28. (*b*) Denique Prædecessor Noster Clemens Papa XI. ad Augustum II. Poloniæ Regem in Litteris datis *die* 10. *Novembr. an.* 1712. *in tom.* 2. *illius Brevium editorum pag.* 243., ut eum ad promovendam Fidei Catholicæ propagationem in suis Saxoniæ Ditionibus excitaret, ita scripsit: *Certam reddimus Majestatem tuam, quod neque a te, neque a tuis Successoribus Catholicis, aut ab aliquo alio, qui sanctam ibi Religionem nostram amplexurus sit, Nos unquam illorum bonorum, quæ per Saxoniam antiquitus ad Ecclesias pertinebant, restitutionem postulaturi sumus: quinimmo ad pacandas conscientias eorum, qui illa occupant, si, hæresi ejurata, ad Catholicam Fidem redire constituant, Nos ipsis præfata bona omnia in perpetuum condonabimus; idque ea ratione, ac forma exequemur, ut ne a Nostris quidem Successoribus in posterum quidquam adversus hæc postulari queat*. Atque hoc promissum (*c*) adimplens Clemens XII. in sua Constitutione, quæ incipit, *Sedes Apostolica*, *num.* 67. *in tom.* 13. *novi Bullarii Romæ editi*, illis Saxoniæ incolis, qui, Bona ad Ecclesias antiquitus pertinentia possidentes, hæresim aut ejurassent, aut ejuraturi forent, concessit, ut Bona, quæ possidebant, retinere, ac de illis, tamquam de rebus suis, disponere libere possent; omnesque præterea fructus ex ipsis antea perceptos illis condonavit.

§. 29. (*d*) Allata hæc exempla nostro sane casui per omnia nequaquam similia esse cognoscimus; ibi enim agebatur de impedimento removendo ab illis, qui Sanctæ Romanæ Ecclesiæ gremium ingredi cupiebant; hic autem sermo est de hominibus, qui nostrarum partium sunt, quique Christiana, & Catholica professione censentur. Verumtamen rationis fundamentum idem omnino in allatis exemplis, ac in nostra facti specie, Nobis esse videtur; ut scilicet suprema Apostolica auctoritas adhibenda sit in gravibus, publicis, ac urgentibus casibus, quibus per ordinariæ auctoritatis usum satis provideri nequit; Eos vero, qui recedendi a nobis tentatione sollicitari possent, a præcipiti casu, quantum fas est, removari, si non idem est, ac viam sternere illis, qui ad nos accedere cupiunt, non multum sane ab eo differre Nobis videtur. Hæc habebamus tibi significanda: tibique, Dilecte Fili, Apostolicam Benedictionem impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die XIX. Martii MDCCLII. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

1752. 22. Mart. *Damnatur, prohibeturque quoddam Folium Thesium sub titulo:* Hierusalem Cœlesti, Quæstio Theologica *&c.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Commissa Nobis a Salvatore Nostro Jesu Christo Gregis sui cura exigit, ut Animarum periculis, & detrimentis, quæ ex pravæ doctrinæ conatibus ad labefactandam Christianam Fidem pertinentibus oriuntur, Pastorali solicitudine, quantum cum Domino possumus, occurramus.

§. 1. Cum itaque, sicut ad aures Nostras pervenit, in lucem prodierit Folium quoddam quamplures continens Theses, quas in Sorbona defendendas proposuit Joannes Martinus de Prades Sacerdos Moltalbanensis sub titulo: *Hierusalem Cælesti. Quæstio Theologica: Quis est ille, cujus in faciem Deus inspiravit spiraculum vitæ? Genes.* 2. 7.: Nos Folium hujusmodi nonnullis Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, aliisque in Sacra Theologia Magistris examinandum commisimus; quorum censura audita, atque perpensa, Folium prædictum, tamquam continens propositiones respective falsas, piarum aurium offensivas, male sonantes, temerarias, erroneas, blasphemas, impias, hæresi proximas, hæreticas, ac faventes Deistarum, ac Materialistarum erroribus, Auctoritate Apostolica, tenore præsentium damnamus, & prohibemus; itaut nemo deinceps, cujuscumque gradus, & conditionis existat, etiam speciali, & specialissima nota dignus, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ ipso facto incurrendæ, illud legere, retinere, vendere, aut imprimere, vel imprimi facere audeat, seu præsumat; Sed sub eadem pœna quicumque illud habent, Locorum Ordinariis, seu Inquisitoribus hæreticæ pravitatis, statim atque præsentis prohibitionis notitiam habuerint, exhibere teneantur; Hi vero exemplaria, sibi sic tradita, illico flammis aboleri curent. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

§. 2. Ut autem eædem præsentes Litteræ ad omnium notitiam *&c.* (*sicut supra in aliis Litteris ad diem* 25. *Januarii* 1751.).

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 22. Martii 1752. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

D. Card. Passioneus.

Publicat. eodem die, mense, & anno.

1752.

(*a*) *Aliæ dispensationes ab eadem concessæ in hac materia.*

(*b*) *Quid Clemens XI. edixerit de bonis Ecclesiarum Saxoniæ.*

(*c*) *Quid Clemens XII. super iisdem statuerit.*

(*d*) *Quod ad errantes reducendos præstitum fuit, idipsum ad nutantes retinendos fieri potest.*

1752. 8. Apr. *P. Ministri Generalis Literæ encyclicæ ad Hispanos Fratres, & Indos, quibus præscribuntur nonnulla ad Terræ S. Commissarios, Procommissarios, aliosque, qui Commissionibus iisdem inserviunt, potissimum pertinentia.*

FR. Pedro Juan de Molina Lector de Sagrada Theología, Theologo de S. M. Cathólica en la Real Junta por la Immaculada Concepcion, Ministro General de toda la Orden de N. S. P. S. Francisco, i Siervo

A todos los Religiosos assi Prelados, como Subditos, a quienes las presentes conciernen, i por tiempo pueden tocar, salud, i la Seraphica bendicion.

Por esta hazemos saber a VV. PP. RR., i CC., como excitada nuestra obligacion, i zelo con Decreto del Capitulo General ultimamente celebrado en Roma, por el qual se remitiò a nuestro juicio el examen, i aprovacion, o reprovacion de las Cuentas Generales de Tierra S., que le presentò el R. P. Fr. Fernando Sanz de Velazco Comissario que era de la de Madrid, a la qual remiten sus limosnas, i effectos todas las demas de las Provincias existentes en los Dominios del Rei N. Señor (que Dios guarde) desde el Capitulo General de Valladolid, en que ia se offrecieron otras graves dificultades, que quedaron por resolver hasta el dicho Romano, en que se offrecieron otras de nuevo, sin poderlas evacuar por la multitud de negocios, que ocurrieron, i poco tiempo, que huvo para entender en este de su naturaleza prolixo, i arduo: luego que nos consideramos algun tanto aliviados de las ocupaciones, que se offrecieron en nuestro arribo a esta Corte, pusimos mano en este negocio, i para cumplir con la obligacion de nuestro Officio, i satisfacer los encargos, i Decreto referido del Capitulo General, nombramos cinco Religiosos graves, doctos, i de conciencia por Asociados nuestros, con los quales hemos querido proceder, aunque por nuestras Leies podiamos hazerlo solos, para asegurar mas el acierto en negocio de tanta gravedad, i monta. Y aviendo determinado esta Causa con el parecer de nuestros Conjuezes, segun, i como tuvimos por mas conveniente al servicio de Dios, i bien de tan sancta Obra, en resulta de las noticias, i luzes, que con esta ocasion hemos adquirido, juzgamos ser de nuestra obligacion en conciencia prevenir, i ordenar las cosas siguientes.

1. Resultando de los Autos, que muchos de los Comissarios, i Vice-Comissarios de diferentes Provincias han remitido sus Cuentas informes sin haverlas reconocido, i firmado los PP. Provinciales, i demas, que componen los respectivos Diffinitorios de las Provincias, contra lo prevenido en nuestras Leies; mandamos por S. Obediencia, i so pena de Excomunion maior *latæ sententiæ*, a todos los Comissarios, i Vice-Comissarios de Tierra S., que quando remitan sus Cuentas a la Comission General de Madrid, las embien aprovadas, i firmadas por los Diffinitorios de las Provincias respectivas, bajo la pena de nulidad de ellas, de privacion de sus respectivos Officios, i de Voz activa, i pasiva por diez años. Y baxo las mismas penas les mandamos, que en cada seis meses presenten sus Cuentas al P. Guardian, i Discretos de el Convento, en que està la Comission, los quales hallandolas justificadas, i fieles, las aprobaran, i firmaran, i remitiran tanto de su aprobacion al P. Provincial, que las mandara conservar para cotejar las partidas semestrales con la Cuenta General, que se presentara al Diffinitorio, en la imminencia de el Capitulo General, i comprobar su correspondencia antes de aprobarlas. Y en caso de encontrarse en las Cuentas de cada semestre dificultades, o reparos, el Guardian, i Discretos los participaran al P. Provincial, que nos dara aviso a Nos, i a nuestros Succesores, para en su inteligencia aplicar el remedio, i correspondiente pena a los Culpados. De esta lei exceptuamos al P. Comissario General de Madrid, porque deve dar, i da anualmente las Cuentas al Superior General, que aqui reside.

2. Mandamos a todos los PP. Comissarios, Vice-Comissarios, i sus subalternos, que obedezcan, i reverencien, como lo mandan nuestras Constituciones, a los PP. Guardianos, i Provinciales, como sus Subditos, que son en todo rigor, i solo en caso de impedirles el servicio de los Sanctos Lugares podran recurrir a Nos paraque pongamos remedio, pero en todo lo demas queremos les obedezcan puntualmente, aviendo observado, que la independiencia, con que pretenden vivir algunos de hecho, i contradrecho, es causa de muchos desordenes, i males, apercibiendoles con las penas señaladas en nuestras Leies contra los inobedientes, i rebeldes.

3. Mandamos expresamente, i baxo las penas a nuestro arbitrio a los Comissarios, Vice-Comissarios, Conductores, i demas Religiosos dependientes de las Comissiones, que en los gastos de su alimento, i vestido se arreglen a la Pobreza de nuestro Estado, i Profesion, sin exceder el modo regular, con que se vive en las Comunidades, i solo se dara extraordinario por tres dias a los Conductores, quando llegan a algun Hospicio en sus viages, i lo mismo a otro qualquiera Religioso, que hiziese viage largo en servicio de los Lugares Sanctos, pero si se detuviesen mas de tres dias, estaran a la regla de la Comunidad, bastando lo arriba dicho para cumplir con la caridad, i hospitalidad, i siendo lo demas contrario a nuestra altissima Pobreza, que tanto nos encargò N. S. P. S. Francisco, i en perjuicio de una Obra tan pia, i sancta, que miramos, i deven todos mirar como la pupila de nuestros ojos.

4. Teniendo presente la grave obligacion, que tenemos, de mirar no solo al servicio de Dios N. Señor, sino tambien del Rei nuestro Señor (que Dios guarde) por la calidad de fiel Vasallo, i por el titulo de gratitud en atencion a los grandes beneficios, que ha hecho, i haze todos los dias a nuestra Religion, i a los Sanctos Lugares de Tierra S. por su Real clemencia, i piedad singular; desseando vivamente precaver toda ocasion, i peligro de que nuestros Subditos falten a su Real servicio, i abusen de su Soverana dignacion, i caridad, por estas nuestras mismas Letras mandamos por S. Obediencia, so pena de Excomunion maior *latæ sententiæ*, de privacion de Officio, de inhabilidad perpetua para todos los de la Orden, i de estrecha reclusion por diez años, a todos nuestros Subditos de qualquier grado, i condicion que sean, i especialmente a los Comissarios, i Vice-Comissarios de America, de los Puertos maritimos, i al de Madrid, que por ningun respeto, titulo, pretexto, ni so color de piedad, que seria en el caso impie-

 dad,

dad, incorporen, ni consientan incorporar con las limosnas de Tierra S., directa, ni indirectamente, ninguna cantidad de dinero, aunque sea la mas minima, ni otra alguna cosa, ni alaja de ninguna especie, que no pertenezca drechamente a dichos Sanctos Lugares. Para cuio exacto cumplimiento mandamos bajo las mismas penas, que los Comissarios, i Vice-Comissarios de los Puertos de America, quando hagan remesa a España, a mas de los conocimientos, que se acostumbran, haran en presencia del Guardian, i Discretos una declaracion jurada, que deveran firmar tambien los referidos, de todo lo que remiten para Tierra S., sea en dineros, o en alaja de qualquiera especie; de la qual declaracion embiaran un tanto a Nos, i a nuestros Successores, i otro al Comissario General de Tierra S. de Madrid, paraque drechamente sepamos la verdad de lo que viene destinado a los Sanctos Lugares, i Nos conste del cumplimiento de nuestros mandatos, i que no se comete fraude contra la Real Hazienda. Mandando assimismo, i baxo las mismas penas, que se observe a la letra quanto de orden de S. M. previno al P. Comissario de Tierra S. de esta Corte el Excelentissimo Senor Marques de la Ensenada en su Carta Orden de 8. Dizembre de 1750. por lo que respeta a todos mis Subditos.

5. Mandamos baxo las mismas penas a los Conductores de Tierra S., que en su regreso a estos Reinos no se encarguen por ningun respeto, aunque sea el mas superior, de traher genero alguno de los prohibidos por S. M. en estos Reinos, i si traxeren algun encargo de ropas, o otros generos no prohibidos, los manifiesten a los Minisros de S. M. fielmente, paraque de cuenta de los interesados se paguen los correspondientes drechos.

6. Ultimamente mandamos por S. Obediencia, so pena de Excomunion maior *latæ sententiæ*, a todos los Religiosos destinados, o no destinados al servicio de Tierra S., que de ningun modo distraigan en otros usos, aunque sean los mas sanctos, dinero, ropas, alajas, ni otra qualquiera cosa, por minima que sea, siendo, como es, justissimo, que quanto dan los Bienechores para conservar aquellos Sanctos Lugares consagrados con los sacrosanctos Misterios de la Encarnacion, Nacimiento, Vida, Passion, Muerte, Resurreccion, i Ascension a los Cielos de nuestro Redemptor Jesu Christo, i Venida del Espiritu Sancto, se emplee en ello precisamente, declarando, que ningun inferior nuestro, ni toda la Orden, ni Nos mismo tenemos authoridad, ni facultad para lo contrario, que si se hiziese, seria un horrendo hurto sacrilego. Y mandamos a todos los Prelados nuestros inferiores, que en sus respectivos distritos, assi en Europa, como en America, velen con suma diligencia en la execucion, i puntual practica de estos mis ordenes, i mandatos, dandonos aviso de qualquiera transgression, so pena de nuestra indignacion, i de otras a nuestro arbitrio, que aplicaremos irremisiblemente a proporcion de la negligencia, o falta, que verificasemos.

Dad. en este nuestro Convento de N. P. S. Francisco de Madrid en 8. de Abril de 1752.

F. Pedro Juan de Molina Ministro General.
Por mandado de Su Rma
F. Juan de Landa Pro-Secret. General de la Orden.

Lugar ✠ de el Sello.

Hæc Epistola munita fuit Mandato Regio auxiliari. Vid. infra hoc ipso anno ad diem 22. Aprilis post Literas, quæ ibidem ponuntur.

1752. 15. April. *Locus, in quo Templum construitur, jam injecto solemniter primo Lapide, est immunis, declarante S. Congregatione Ecclesiasticæ Immunitati præposita.*

IL Luogo (*sic Vicario Capitulari Cornetano responsum fuit*), nel quale i Confratelli della Compagnia del Suffragio hanno stabilito di edificare un nuovo Tempio in onore di Dio, e della Gloriosissima Vergine, e nel quale voi avete a tal effetto posta solennemente la prima Pietra, e fatte tutte le altre funzioni a norma del Rituale Romano, gode l' Immunità, secondo il Decreto emanato da questa S. Congregazione dell' Immunità Ecclesiastica *in una Januen.* sotto li 5. Ottobre dell' anno 1688. Tanto ha rescritto la prefata S. C. sulla vostra lettera in data degli 8. del corrente; ed io nel significarvelo, vi prego da Dio ogni bene.

Roma 15. Aprile 1752.

Decretum in Januen., *quod in hac Epistola innuitur, extat in P. Riccii Synopsi* (*v.* Ecclesia *n.* 2.).

1752. 18. April. *Indulgentia Plenaria nostris Fratribus, Monialibusque Germanobelgicæ Nationis conceditur, qui quinquagesimum Religionis annum ingressi, eundem sanctificaverint, aliaque, ut infra, injuncta opera peregerint.*

BEatissime Pater = Ad Pedes Suæ Sanctitatis provolutus humiliter exponit F. Codefridus Segers Ord. FF. Min. Recollectorum, pro Provinciis Germano-Belgicis in Curia Romana Agens Generalis, quatenus, secundum laudabilem consuetudinem, a Religioso, vel Sanctimoniali ejusdem Ordinis, & Nationis, annum quinquagesimum Religionis ingresso, vel ingressa, magna cum devotione, Populique ædificatione prædictus annus in tota nostra Natione Cermano-Belgiea a respectivis quinquagenariis celebretur: propterea humillime supplicat S. V., ut dignetur concedere (ut opus tam pium cum majori fructu fiat) Religioso, vel Sanctimoniali Nationis prædictæ pro illa vice, scilicet quando Religionis jubilæum celebrat, & Vota substantialia renovat, Indulgentiam Plenarism. Quam Deus &c.

Die 18. Aprilis 1752. Sanctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV. omnibus, & singulis Fratribus, & Monialibus præfati Ordinis, & Nationis vere pœnitentibus, confessis, & sacra Communione refectis, qui annum quinquagesimum respective eorum Religionis sanctificaverint, ac Vota substantialia Ordinis renovaverint, qua die id egerint, ac respectivam eorum (vel earum ex Monasterii Cratibus) Ecclesiam devote visitaverint, ibique juxta mentem Sanctitatis Suæ pie oraverint, Indulgentiam Plenariam, semel tantum per unumquemque lucrifaciendam, benigne concessit.

A. M. Erba Protonot. Apost. S. Congregationis Indulgentiarum Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

1752.

1752. 27. April. *Excerpta nonnulla ex P. Ministri Generalis Epistola ad P. Commissarium Generalem Peruanum, qua necessaria quædam instructiones continebantur.*

FR. Pedro Juan de Molina Lector de Sagrada Theologia, Theologo de S. M. en su Real Junta por la Inmaculada Concepcion, Ministro General, i Siervo de toda la Orden de los Frailes Menores

Al M. R. P. Fr. Francisco de Soto, i Marne Lector bis Jubilado, Padre, i Custodio de Nuestra Provincia de S. Miguel, Chronista General de la Orden, i electo Comissario General de nuestras Provincias del Reino del Perù, salud, i la Seraphica bendicion.

Meditando atentamente *&c.* (*& infra*)

1. Teniendo noticias ciertas, que muchos Religiosos viven en aquellas partes fuera de los Claustros con varios pretextos, ordenamos a V. P., que, a excepcion de aquellos, que legitimamente administran Cura de Almas, o entienden en conversiones de Infieles, reduzca todos los demas a los Claustros, sin permitir, que con pretexto de dezir Misa en Casas, o Heredades de Personas particulares, por mas calificadas que sean, ni con pretexto de cuidar de Haziendas de Religiosas, aunque esten sugetas a la Religion, habite ninguno fuera de los Claustros. Y ni aun viviendo en ellos permitira V. P., que ninguno administre Haziendas de Monjas con titulo de Maiordomo, Director, ni otro alguno, zelando la literal observancia de la Constitucion Apostolica del V. Siervo de Dios Innocencio XI., que es del tenor siguiente: „*Denum, ut omnis occasio transgrediendi præceptum de non contrectandis denariis, seu pecuniis auferatur, omnibus, & singulis dicti Ordinis Prælatis, sive Superioribus in virtute S. Obedientiæ, ac sub pœna privationis suorum Officiorum injungimus, ut nulli Religioso ejusdem Ordinis permittant administrationem fundorum, redituum, aut quarumcumque aliarum rerum, & bonorum mobilium, vel immobilium, cujuscumque Domini sint; & signanter, ut nulli Religiosorum Ordinis hujusmodi permittatur administratio bonorum temporalium alicujus Monasterii Monialium sub quovis prætextu, aut nomine, nempe, Administratoris, Syndici, Factoris, Coloni, Superintendentis, Villici, aut alio quovis imaginabili*„.

3. Pondra V. P. gran cuidado en que las Doctrinas de nuestra Orden no se encarguen titularmente a Religioso, que no las aia de servir por si mismo, por mas graduado que sea; sino a Religiosos idoneos, que las sirvan por si mismos, i los emolumentos, que de ellas resultan, se emplearan precisamente en la congrua sustentacion de los Ministros, que effectivamente las sirven, i en limosnas a los Pobres de las mismas Doctrinas, i si huviese en las mas pingues algun sobrante, empleese con cuenta, i razon en publico beneficio de las Provincias, i Conventos respectivos por destino de sus Diffinitorios, i no al arbitrio de los solos Provinciales. (*& infra*)

9. Aviendo entendido por informe, que tenemos de Religiosos graves, zelosos, i experimentados, que los Comissarios, i demas Ministros destinados en aquellas Provincias a la recoleccion, conservacion, i destino de las limosnas pertenecientes a Jerusalem, i demas Lugares Sanctos de Palestina, viven con independencia de los Superiores, sin querer reconocer al Comissario General, que alli reside, ni darle cuentas; ni tampoco, en lo que pertenece a la vida Regular, a los Guardianos, i Provinciales; pretextando estos abusos con dezir, que solamente son subditos del Ministro General, a quien por nuestras Leies toca la institucion, i destitucion de los Ministros de Tierra S., e inspeccion sobre sus administraciones: por tanto, aviendo reflexionado maduramente el texto, i alma de las mismas Leies, declaramos, que los dichos Comissarios, Vice-Comissarios, i demas subalternos son, i deven ser subditos de los Guardianos, i Provinciales respectivamente en todo lo que pertenece a la vida Regular: Y en lo respectivo a la recaudacion, i administracion de limosnas, son, i deven ser subditos de V. P., a quien a maior abundamiento comunicamos, i delegamos toda nuestra authoridad, i jurisdiccion para este caso especialmente, i todo lo a el anexo, i conexo; ordenandole, que tome las cuentas a todos los dichos Comissarios, Vice-Comissarios, i Ministros dependientes de las Comissiones, i hallando merito para ello, los suspenda, i prive de sus Oficios, e instituia otros en su lugar, que juzque mas idoneos, dandonos aviso de lo executado, paraque hallando ser justo, lo aprobemos, i confirmemos.

(*Iubet deinde num. 10., ut Commissarii, aliique omnes prædicti in Cœnobiis, ut Fratres alii, habitent, non autem extra Claustra*).

11. Publicara V. P., i hara observar a la letra el reglamento general hecho por Nos para precaver en este particular de Ministros de Tierra S. los inconvenientes, i desordenes tanto en perjuicio de la Obra pia, como en fraude de la Real Hazienda.

12. Aviendo entendido por noticias ciertas, que las alteraciones, i discenciones de aquellas Provincias han provenido en gran parte de comissiones, i providencias remitidas por Prelados subalternos nuestros a Religiosos de ellas, concernientes a Provincias, Conventos, i Frailes particulares, con inhibision del Comissario General del Perù, de que ha resultado turbacion manifiesta, e inversion del orden, i reglas fundamentales de todo buen govierno, i de lo prevenido en las Constituciones Generales de nuestra Orden: por tanto ordenamos, i mandamos baxo pena de nulidad, i otras graves a nuestro arbitrio, que no se dè en aquellas partes execucion a comission, letras, o providencias de ningun Prelado nuestro inferior, ni nuestras, sin que se le exiban, i presenten a V. P., que las reconocera, i hallandolas fundadas en hechos ciertos, las mandara executar, como es de su obligacion; pero si hallare, que los hechos, que las han motivado, no subsisten, o aunque fuesen ciertos, han variado notablemente la circunstancias con el mucho tiempo, que pasa mientras vienen los informes, i se despachan las providencias, suspendera su execucion, avisando Nos, o al Reverendissimo P. Comissario General de Yndias de las razones, i motivos, que para ello ha tenido, i esperando la ultima resolucion, exceptuando de esta regla solamente las Sentencias difinitivas nuestras, o del P. Reverendissimo Comissario General de Yndias, emanadas con audiencia de partes, pasadas por el Consejo de Yndias.

Finalmente exortamos, i encargamos a V. P. *in visceribus Iesu Christi*, que en sus conductas tenga presentes la Seraphica Regla, que hemos professado, las Leies, i Estatutos de la Religion, i estas nue-

nuestras instrucciones, sin declinar de ellas a la diestra, ni a la siniestra, con lo qual no solo merecera de Dios muchos premios, i de N. P. S. Francisco, sino que tambien Yo successor suio, aunque indignissimo, le remunerare sus trabajos, i fatigas con quantos favores pendan de mi arbitrio; i deseandole feliz viage, le doi la Seraphica bendicion.

De este nuestro Convento de N. P. S. Francisco de Madrid en 27. de Abril de 1752.

F. Pedro Juan de Molina Ministro General.

Lugar ✠ del Sello.

Por mandado de Su Rma
F. Juan de Landa Pro-Secret. General.

Hæ Literæ, simulque superiores, quas ad diem 8. hujus mensis Aprilis supra descripsimus, quæque in hac Epistola n. 11. memorantur, Mandato Regio auxiliari, hoc anno die 20. Iunii dato, roboratæ fuerunt, quod legitur in Certificatione *edita ab Excellentissimo D. Iosepho Baan, i Parrilla 15. Novembris* 1752.

1752. 5. Maji. *Decretum*
S. Congregationis Ep. & Reg. de novis quibusdam mendicationibus inhibendis, quæ in Minorum Obs. detrimentum cedebant.

EMinentissimi, e Reverendissimi Sig. = I PP. Min. Oss. del Convento di Nicotera nella Provincia di Calabria Oratori umilissimi dell'EE. VV. riverentemente espongono, come dopo essere li medesimi ricorsi a questa S. C. affine d' impedire alla Confraternita del SS. Rosarjo esistente fuori della Porta di Nicotera la Tredicina colla sollennizzazione della Festa di S. Antonio di Padova con questuare sotto nome di detto Santo in gravissimo pregiudizio di detti PP. Oratori, e dopochè a ricerca della medesima S. C. quell' Ordinario informò, con riferire particolarmente, che non ha mai dato licenza di questuare; venne rescritto dall' EE. VV. sotto li 4. Febbrajo prossimo passato: *Doceant Oratores de quæstuatione facta per Confratres, & postea providebitur*. Per adempiere ad una sì giusta ordinazione non si è mancato da' detti Oratori di dimostrare coll' annesso Foglio, come li Fratelli della Confraternita del SS. Rosario, che sono aggregati nella Chiesa dell' Annunciata, dove stà un Quadro del Glorioso S. Antonio di Padova, anno questuato per la Città, e contorno di essa di tutte sorti di Questue a nome del suddetto Santo, e con grave pregiudizio de' PP. Min. Oss., che vivono di limosina. Perlochè non resta altro, se non che questa S. C. si degni inibire la predetta Questua &c.

Decretum Sacræ Congregationis.

5. Maji 1752. Scribatur Episcopo, ut novas Quæstuationes prohibeat, & Fratrum indemnitati consulat.

Exhibita hac occasione fuerunt ante dictæ S. Congregationi ab iisdem FF. Observantibus S. Congregationis Rituum Decreta 22. Martii 1710.: quæ postquam cum ipsius S. Rituum Congregationis Regesto conferenda curavimus, hoc loco subnectimus.

„ U R I T A N A.
„ INter PP. Strictioris Observantiæ S. Francisci Ca-
„ salis Novi, & nonnullos Presbyteros, sive Ar-
„ chipresbyterum, aliosque quoscumque Collegiatæ
„ dicti Loci Uritanæ Diœcesis super celebratione
„ Festivitatis S. Antonii de Padua ortis controver-
„ siis, eisque ad Sacr. Rituum Congregationem de-
„ latis, Eminentissimus, & Reverendissimus D. Car-
„ dinalis Barberinus, in Ponentem datus, infrascripta
„ Dubia decidenda proposuit:
„ 1. An liceat Archipresbytero, Canonicis, aliis-
„ que Presbyteris insignia Collegiatæ Ecclesiæ Op-
„ pidi Casalis Novi celebrare Festum S. Antonii in
„ Capella ibidem sita in die festo ejusdem Sancti?
„ Et quatenus negative,
„ 2. An liceat eisdem celebrare prædictum Fe-
„ stum in alio, & in quo die?
„ 3. An liceat iisdem canere quotidie Responso-
„ rium de prædicto Sancto cum antecedenti signo
„ Campanæ?
„ 4. An pro dicto Responsorio oblationes, & sti-
„ pendia iidem recipere valeant?
„ 5. An liceat iisdem sive occasione Festivitatis,
„ aut Responsorii, aut aliarum quarumcumque Fun-
„ ctionum in honorem prædicti Sancti, quæstuare per
„ Oppidum?
„ 6. An liceat Fratribus Reformatis in die festo dicti
„ Sancti Processionem per Oppidum peragere?
„ Et Sacra eadem Rituum Congregatio, tam in
„ voce, quam in scriptis Partibus informantibus
„ auditis, respondendum censuit:
„ Ad. 1. Negative. Ad 2. Negative. Ad 3. Affir-
„ mative. Ad 4. Negative. Ad 5. Negative. Ad
„ 6. Arbitrio Episcopi. Et ita declaravit, ac ser-
„ vari mandavit. Die 22. Martii 1710.

Vide Præfationem nostram initio hujus Voluminis.

1752. 20. Maji. *Decreto*
S. C. Concilii interpretis in
Taurinen. Celebrationis Missæ quotidianæ.

TEstamento (*sic legitur in Folio Congregationis habitæ die prædicta*), quo decessit Laurentius Galliero anno 1675., relicto suæ hæreditatis usufructu Violanti uxori, indictaque eidem viduitate, hæredem scripsit in proprietate Hospitale majus Civitatis Cherii, cui potestatem fecit, *immediatamente seguita la morte di lui Testatore, prender di propria mano la somma di doppie* 500. *di Spagna, e quelle impiegare in qualche fondo sicuro, o in altro luogo idoneo, e risponsale, che rispondi di un ragionevole provento, e di quello se li facci celebrare all' Altare di S. Vincenzo in S. Domenico di questa Città, sua Cappella propria, due Messe cadauna Settimana in suffragio dell' Anima di lui Testatore*. Ubi vero mortem obiret Violantes usufructuaria, voluit, ut tenerentur *il medemo Ospedale suo erede, e Signori Rettori, ed Officiali predetti di far celebrare per l' Anima di detto Testatore, suoi Antecessori, e di detta Signora Violante sua Consorte una Messa quotidiana, incluse però le due cadauna Settimana, che saranno incorporate, & incluse in detta quotidiana, da celebrarsi all' Altare, e Cappella già detta di S. Vincenzo in S. Domenico, fra qual Messa quotidiana vuole che ogn' anno il giorno del suo Anniversario se gli faccia cantare una Messa grande parata all' istesso Altare, lasciandosi però in tal giorno la Messa bassa*. Addidit, ut, si Hospitale, ejusque Rectores hæc onera subire renuerent, hæres esset Monasterium S. Dominici cum iisdem oneribus.

De-

Defuncto Testatore, sepultoque in familiari sepulcro prope Altare S. Vincentii in Ecclesia S. Dominici, Rectores Hospitalis transegerunt cum Violante, quæ, renunciato usufructu hæreditatis ei a Viro relicto, contenta fuit certa quadam annua pensione, quoad viveret, atque ita Hospitale plenam hæreditatis proprietatem accepit, &, quoad vixit Violantes, Sacra illa duo, quæ agi voluit Testator, agi curavit a PP. Dominicanis ejusdem Ecclesiæ S. Dominici, soluto iisdem manuali stipendio unius Julii pro quolibet Sacro. Vita vero functa Violante, impleta fuit Testatoris voluntas quotidiano Sacro, deputatis, electisque ad illud agendum iisdem Patribus ejusdem Ecclesiæ S. Dominici, solutisque in hanc caussam annuis scut. 36., aliisque scut. 4. pro usu supellectilium, ut inter Rectores Hospitalis, & Patres conventum fuerat. Impleverunt PP. Dominicani onus hoc, quod susceperant, quotidianum Sacrum agendi ad annum usque 1701., quo tempore P. Provincialis, inconsulto Hospitali, Sacrum hoc quotidianum authoritate sua reduxit ad annua Sacra 240., & Patres, reciperent licèt ab Hospitali annuam conventam summam scut. 40., Sacra tamen egerunt juxta reductionem usque ad annum 1726., quo anno Pater alius Provincialis contraria authoritate reductionem illam delevit, veluti *illegitime factam, & sine authoritate*, decrevitque, *standum esse novæ reductioni*, quæ Romæ fieri debebat. Patres igitur, utentes facultatibus concessis ab Optimo, Maximoque Principe Innocentio XIII., novam fecerunt Tabellam, qua, insciis Rectoribus Hospitalis, reductionem illam ad Sacra annua 240. confirmarunt, neque tamen eamdem annuam conventam quantitatem sc. 40. ab Hospitali recipere destiterunt.

Anno demum 1749. Rectores Hospitalis certiores facti de hac reductione, in jus vocarunt PP. Dominicanos coram Nuncio Apostolico, petentes reintegrationem pro Sacris, quæ acta non fuerant, & cautionem a Patribus præstari, ut futura agerentur; suspenso tamen inde Judicio, preces obtulerunt Sacro huic Tribunali, quibus ea, quæ in Dubiis collecta fuerunt, postulabant. Auditis tum Archiepiscopo Taurinensi, tum Nuncio Apostolico, Causa IV. Capitibus complexa fuit, quorum lectione percipi facile poterit. Dubia hæc nunc proponuntur. A Patribus Dominicanæ Familiæ nil habuimus.

I. An celebratio Missæ quotidianæ relictæ a qu. Laurentio Galliero spectet privative ad PP. Prædicatores Civitatis Cherii; seu potius sit in arbitrio Hospitalis majoris dictæ Civitatis ejus hæredis testamentarii ad eligendum Capellanum ad nutum amovibilem, qui celebret dictam Missam quotidianam ad Altare S. Vincentii, solutis tamen utensilibus PP. Prædicatoribus? Et quatenus negative ad primam partem, & affirmative ad secundam,

II. An sit consulendum Sanctissimo pro gratia translationis dictæ Missæ quotidianæ in Altare existens in supradicto Hospitali majori Civitatis Cherii juxta conditiones? Et quatenus negative,

III. An casu, quo Hospitale nolit in posterum eligere Capellanum, qui celebret Missam quotidianam in Ecclesia PP. Prædicatorum Civitatis Cherii pro satisfactione Legati relicti a præfato Laurentio Galliero, teneantur PP. Prædicatores dictam Missam quotidianam celebrare ad rationem eleemosynæ manualis; seu potius teneatur dictum Hospitale præstare ipsis eleemosynam ad ratam perpetuæ? Et quatenus affirmative ad primam partem, & negative ad secundam,

IV. An iidem PP. Prædicatores, attenta eleemosyna ad ratam manualis pro celebratione Missæ quotidianæ sibi ipsis exoluta usque ab anno 1631. per Hospitale, teneantur ad celebrationem Missarum hactenus non celebratarum, itaut non sustineatur reductio per ipsos facta in casu &c.?

Sacra vero Congregatio ad hunc modum respondit:

Ad primum Negative ad primam partem, Affirmative quoad secundam, & ad mentem; & Mens est, quod præferantur Oratores Dominicani in casu, de quo agitur.

Ad secundum Negative.

Ad tertium Provisum in primo, & Eleemosynam præstandam esse ad formam manualis.

Ad quartum Affirmative. Et amplius in omnibus.

Vide Præfationem initio hujus Voluminis.

1752. 29. Maji. *Decretum*

S. Congregationis Disciplinæ Regulari præpositæ circa spolia Defunctorum.

CUM ad aures S. Congregationis super Disciplina Regulari per supplicem libellum exhibitum pee nonnullos Religiosos puritatis Regulæ zelatores pervenerit, quod in Ordine FF. Min. de Observantia S. Francisci irrepserint aliqui graves abusus circa spolia, & libros Religiosorum defunctorum non sine maximo detrimento observantiæ, & disciplinæ Regularis; ad præcludendum omnis perniciosæ relaxationis aditum, eadem S. Congregatio, referente Eminentissimo D. Cardinali Guadagni Præfecto, justis de causis animum suum moventibus mandat, & præcipit in virtute S. Obedientiæ Provincialibus, & aliis Superioribus ejusdem Ordinis, ut imposterum in omnibus Provinciis Italiæ, & Insularum adjacentium omnino in quolibet Conventu respectivè uniuscujusque Provinciæ observari curent circa spolia (a) Statutum editum in Capitulo Generali Romæ celebrato anno 1639., juxta tamen dispositionem Statuti Congregationis Generalis de anno 1679., & quoad libros observari pariter Breve Ven. Servi Dei Innocentii XI. editum de anno 1685., taliter ut libri Religiosorum defunctorum solommodo (b) applicentur Bibliothecis communibus eorundem Conventuum, ubi Fratres de familia decedere contigerit; sub pœna Provincialibus, & aliis Superioribus contrafacientibus privationis Officii, & vocis activæ, & passivæ. Mandat insuper eadem S. Congregatio, ut P. Commissarius Generalis Curiæ ejusdem Ordinis invigilet super omnimoda observantia tum Statuti, tum Brevis, certiorando unumquemque Provincialem Italiæ, & Insularum adjacentium per Epistolam encyclicam de intentione S. Congregationis, & quod præsens Decretum quantocyus prædicti Provinciales respectivè Provinciarum in quolibet Conventu publicari, affigi, ac retineri affixum in loco publico Conventus curent; & ipsemet Commissarius Generalis Curiæ de executione congruo tempore S. Congregationem certioret. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Romæ 29. Maji 1752.

(a) *Statuta duo an. 1639., & an. 1679., quorum hic mentio fit, tum etiam Breve Innocentianum habentur apud P. Perminum (Par. 1. p. 13. col. 1. post med., p. 189. n. 4., & p. 255.). Vid. & supr. ad d. 19. Nov. 1751.*

Nequis porro fallatur iis verbis, in omnibus Provinciis Italiæ, & Insularum adjacentium; *animadvertendum est, hæc verba in Decreto poni, non quòd vis prædictorum Statutorum, & Innocentiani Brevis Italiæ solius, eique adjacentium Insularum limitibus* cir-

circumscribatur; sed quòd non ultra Italiæ, ejusque Insularum fines protendatur ordinaria potestas ipsius S. Congregationis Disciplinæ Regulari præpositæ, quæ proinde extra Italiam imperare non potest. Adi Laurentium Vigilium de Nicollis (*in* Prax. Canonic. *tom.* 1. *litt.* L. §. 2. *p.* 794.).

(*b*) *Notandum vero (quod attinet ad Libros Theologicos, & Philosophicos), quod Benedictus XIV. sub die* 12. *Septembris* 1757. *postulante Ministro Generali Ordinis Reverendissimo P. Clemente Panormitano*, Libros Theologicos, & Philosophicos Religiosorum, qui in posterum in quibuscumque Conventibus per Provincias ex hac vita migrabunt, ad earumdem Provinciarum Conventus pro Studiis destinatos, prudenti Ministrorum Provincialium arbitrio, deferri, eorumque Bibliothecis perpetuo applicari posse concessit, contrariis quibuscumque non obstantibus: *ut patebit ex Pontificis ejusdem Rescripto, quod dabimus ad prædictum diem* 12. *Septembris* 1757., *quodque extat ad calcem* Elenchi Tractatuum, & Quæstionum, *quas idem Generalis Minister* omnibus Sacræ Theologiæ Lectoribus mandavit perlegendas.

1752. 8. *Junii* = *Literas P. Commissarii Generalis, ad Pedemontanam S. Thomæ Provinciam pertinentes, vide paullo infra ad diem* 5. *Iulii, insertas Literis S. M. Benedicti XIV.*

1752. 24. Junii. *Decernitur*
a S. Congregatione Ecclesiasticæ Immunitatis, approbante Sanctissimo, Ædificium suppressi cujusdam Cœnobii non debere in posterum gaudere immunitate.

Dopo sentita l'informazione di V.S. (*sic scriptum fuit ad Sabiniæ Suffraganeum*), ha questa S. Congregazione dell'Immunità Ecclesiastica risoluto, che coll'approvazione di Nostro Signore tutto l'Edifizio del Convento situato presso le mura di cotesta Città *&c.*, poi soppresso d'ordine della S. C. de' Vesc. e Regol., non debba godere in avvenire dell'Immunità, con che però preventivamente si chiuda qualunque comunicazione, che vi sia, colla Chiesa. Avendo pertanto Sua Santità approvata la presente risoluzione degli Eminentissimi Padri, si contenterà V.S. di dichiarare, che detto Edifizio non gode più l'Immunità, e vi farà apporre una lapide coll' iscrizione di questa dichiarazione. E Dio la feliciti.

Roma 24. Giugno 1752.

Hoc, uti ex Epistola colligo, ob peculiares facti circumstantias, malorum, credo, quæ ex ejus loci immunitate oriebantur, fuit a S. Congregatione, nec, nisi approbante Sanctissimo, constitutum. Ceterum Sacra eadem Congregatio in Sorana 1. Decembris 1671. *respondit*, Conventum Minorum Conventualium suppressum, esse locum immunem. (*Ricc. in Synops. v.* Immunitas localis *n.* 14. *p.* 355. *col.* 1.).

1752. 5. Iul. *Subalpina*
S. Thomæ Provincia distribuitur in Custodias tres. Alternatio majorum Provinciæ Officiorum, & alia quædam constituuntur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

INjuncti Nobis per abundantiam Divinæ Gratiæ Pastoralis Officii sollicitudo postulat, ut in his, per quæ Christifidelium sub suavi Religionis jugo Altissimo famulantium prospero statui consulitur, ejusdem Officii partes sedulo intendamus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Emmanuel a Crescentino Minister Provincialis Provinciæ S. Thomæ in Gallia Subalpina, seu Pedemontis Ord. FF. Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod dilectus itidem filius Raphael a Lugagnano, Familiæ Cismontanæ ejusdem Ordinis Commissarius Generalis, dictam Provinciam per suas Patentes Literas in tres Custodias separavit, & unicuique ex tribus dictis Custodiis certos Conventus assignavit, ac quamdam alternativam in electione Superiorum Provincialium præscripsit, & mandavit, prout continetur in ipsius Raphaelis Commissarii Generalis Patentibus Literis tenoris sequentis, videlicet:

„ F. Raphael a Lugagnano Lector Emeritus, Ex-Minister Generalis, ac totius Cismontanæ Familiæ „ FF. Min. S. P. N. Francisci Commissarius „ Generalis, Visitator, & Reformator „ Apostolicus, & Servus
„ Dilectis in Domino Fratribus Nostræ Observantis „ Provinciæ S. Thomæ Superioribus, & Subditis „ salutem, pacem, & a Domino sempi- „ ternam Benedictionem.

„ MUneris nostri ratio exposcit, ut in Provinciis „ nostræ curæ commissis ea omnia promovea- „ mus, quæ prospero, felicique earumdem guber- „ nio consentanea esse noscuntur. Nuper siquidem „ pro parte P. F. Emmanuelis a Crescentino Ministri „ Provincialis nostræ Obs. Provinciæ S. Thomæ in „ Pedemontio, approbante Serenissimo Sardiniæ Re- „ ge, Sanctissimo Domino Nostro D. Benedicto Pa- „ pæ XIV. humiliter supplicatum fuit, ut pro me- „ liori dictæ Provinciæ gubernio, proque exactiori „ in Graduum, & Superioritatum collatione ju- „ stitiæ distributivæ exercitio, ex vigintiquatuor „ Conventibus, quibus dicta Provincia componitur, „ tres Custodias, Taurinensem, Astensem, & Pe- „ demontanam nominandas, octo ex dictis Conven- „ tibus infra nominandis pro unaquaque constantes, „ instituere dignaretur: Ex quibus Custodiis, quem- „ admodum in pluribus aliis Ordinis nostri Provin- „ ciis salubriter, summoque justitiæ distributivæ, „ pacis, & quietis fructu per Apostolicam Sedem „ est cautum, Minister Provincialis, Custos, & „ Diffinitores alternatim in Capitulis, atque Guar- „ diani respectivorum Conventuum in dictis Capitu- „ lis, & Congregationibus eligerentur; ita quod „ unaquæque Custodia duos Vocales in Definitorio, „ & octo Guardianos in gubernio respectivorum „ Conventuum semper habeat, cum hac distribu- „ tione, videlicet: Quod Custodia illa, ex qua

„ assu-

„ assumetur Minister Provincialis, unus pariter Definitor, & Secretarius Provinciæ: Ex ea autem, ex qua fuerit Minister Officium explens, Custos, & alter Definitor: Et tandem ex tertia duo Definitores semper alternatim eligantur: Et insuper quod dictarum Custodisrum Conventibus Religiosi ad easdem Custodias pertinentes pro Guardianis, & Præsidentibus præficiantur.

„ Cum autem eidem Sanctissimo Domino Nostro placuerit sub die 4. currentis Junii supplicem dicti P. F. Emmanuelis libellum cum Rescripto *pro gratia ad nos cum facultatibus necessariis, & opportunis* benigne remittere; Nos edocti ab Excellentissimo D. D. Comite de Rivera Serenissimi Sardiniæ Regis apud S. Sedem Ministro de benigno super his dicti Serenissimi Regis beneplacito, facultatibus, ut supra, Nobis attributis utentes, prædictas tres Custodias, Taurinensem nempe, cui sequentes octo Conventus tribuimus, nempe Taurini, Clavasii, Crescentini, Valpergæ, Fontaneti, Vercellarum, Gattinariæ, & S. Agathæ; insuper Astensem, cui alios sequentes octo pariter tribuimus, scilicet Astæ, S. Damiani, Villæ Novæ, Clerii, Carmagnolæ, Sinfredi, Braydæ, & Clerasci; & tandem Pedemontanam, cui cæteros octo Conventus etiam tribuimus, scilicet Montisregalis, Benvarum, Malleæ, Buschæ, Salutiarum, Siviliani, Fossani, & Vigoni; his nostris instituimus, & declaramus, præcipientes per S. Obedientiam, & sub pœnis nullitatis Electionum, ut his nostris publicatis in cunctis Capitulis, & Congregationibus Electiones tum Provincialis, tum Custodis, Definitorum, & Guardianorum dictæ Provinciæ semper fiant juxta supra expositam dispositionem, & distributionem, nempe quod alternatim Minister, Custos, & Definitores prædicti ex dictis Custodiis, incipiendo ab Astensi, ex qua, tanquam præ cæteris munere Provincialatus e longiori tempore vacua, Minister, & unus Definitor cum Secretario Provinciæ in proximo futuro Capitulo eligi debeant; ex Taurinensi autem Custos, & alter Definitor; & ex Pedemontana duo Definitores; sicque alternatim in aliis Capitulis subsequentibus; & insuper a præsentium publicatione Guardiani Conventuum Custodiarum dictarum eligi semper debeant ex Religiosis ad easdem respectivas Custodias pertinentibus, ita quod unaquæque ex prædictis Custodiis duos semper Vocales in Definitorio, octoque Guardianos in Officio habeat; & casu quo aliquis ex dictis duobus Vocalibus deficiat, necesseque sit juxta Constitutionum Generalium præscriptum aliquem subrogare, qui Definitorio intersit, in hoc casu subrogationem conferendam esse non digniori Patri Provinciæ, bene vero Custodiæ illius, ex qua erit Vocalis deficiens, harum virtute decernimus, & mandamus, volentes, quod duo Vocales ex unaquaque Custodis semper Definitorio intersint, nec quisquam eorum unquam deficiat. Quia autem eadem Provincia duos tantum habet Conventus Sacri Recessus, illosque in Custodia Pedemontana sitos, volumus, & mandamus, ut post præsentium publicationem in prima Congregatione Capitulari duos alios Conventus, quos PP. Definitorii magis idoneos judicaverint, unum in Taurinen. Custodia, & alterum in Astensi instituant, relinquentes arbitrio dictorum PP. Definitorii prædictos duos Conventus S. Recessus in Custodia Pedemontana existentes continuare, vel unum transferre ad alteram ex dictis Custodiis, Conventum hujusmodi non habentem, ita quod unaquæque Custodia proprium habeat Sacri Recessus Conventum, in quo respectivi Religiosi proprii spiritus devotioni satisfacere queant. Quo vero ad Novitiorum receptionem, injungimus, ut ex unaquaque Custodia æquali numero postulantes ad Ordinem acceptentur, & ad probationem, & professionem respective admittantur, servatis in reliquis, quæ per Apostolicas, & Ordinis Constitutiones servanda sunt. Ita decernimus, & servari mandamus sub pœnis, ut supra.

„ Dat. Romæ ex Araceli die 8. Junii 1752.

„ F. Raphael a Lugagnano
„ Commiss. Generalis, & Visitator Apostol.

„ *De mandato Rmi In Christo Patris*
„ F. Franciscus Antonius a Mutilians
„ Secret. Generalis.

„ Loco ✠ Sigilli.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Emmanuel Minister Provincialis præinsertas Patentes Literas, ac in eis contenta quæcumque, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideret; Nos ipsum Emmanuelem Ministrum Provincialem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis &c., & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas dicti Raphaelis Commissarii Generalis Patentes Literas, divisionem dictæ Provinciæ in tres Custodias, assignationemque Conventuum unicuique ex dictis Custodiis, ac præscriptionem Electionum Ministri Provincialis, Custodis, Definitorum, & Guardianorum continentes, cum omnibus, & singulis in eis contentis, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos juris, & facti etiam substantiales defectus, siqui desuper quomodolibet in præmissis intervenerint, seu intervenisse dici, vel prætendi possit, dicta auctoritate supplemus, & sanamus. Decernentes, easdem præsentes Literas, & in eis contenta quæcumque semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, ac Ordinis, & Provinciæ hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum

hac vice dumtaxat specialiter, & espresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 5. Julii 1752. Pontificatus Nostri Anno XII.

D. Card. Passioneus.

1752. 22. Jul. *P. Ministri Generalis Literæ encyclicæ, quibus indicitur Congregatio Generalis sequenti anno 1753. in Cœnobio S. Mariæ Angelorum in Suburbano Assisinati habenda.*

FR. PETRUS JOANNETIUS
DE MOLINA

Sacræ Theologiæ Lector, Catholicæ Maiestatis in Regali Matritensi Coogressu pro Immaculata Conceptione Theologus, ac totius Ordinis Fratrum Minorum S. P. N. Francisci Minister Generalis, & Servus

Universis, & singulis in Christo Nobis dilectis Patribus, & Fratribus, Superioribus, & Subditis Ultramontanæ nostræ Familiæ salutem, & Seraphicam benedictionem.

QUod fuit in more positum, institutoque Majorum, atque Apostolicis, & Generalibus Legibus Ordinis nostri bene, ac sapienter decretum, ut post triennii ab ultimis Comitiis Generalibus decursum Congregatio Generalis intermedia pro eligendo Commissario Generali nostræ Ultramontanæ Familiæ celebraretur: Nos, qui, meritis licet imparibus, altissima illius Dei Providentia, qui infirma mundi eligit, ut fortia quæque confundat, super universam Familiam magni Pauperum Patriarchæ, ac Parentis nostri constituti sumus, de eadem Congregatione Generali hisce nostris Literis vos admonére debemus. Cum itaque ab ultimo Capitulo Generali anno 1750. Romæ celebrato trieonium in Lege præscriptum absolvatur anno proxime sequenti millésimo septingentesimo quinquagesimo tertio die oona mensis Junii in Vigilia Pentecostes; eamdem Congregationem Generalem, aspirante Patre luminum, eodem anno, & die celebrandam vobis omnibus per præsentes Literas significamus, & pro debito Pastoralis Officii oostri indicimus, & publicamus. Cum autem Cœnobium nostrum Sanctæ Mariæ Angelorum, situm in Suburbano Assisinati, Caput sit reliquorum omnium, atque tum Divinis miraculis in eo patratis, tum S. P. N. Francisci sanguine, & religione ceteris illustriùs; idem Cœnobium dictæ Congregationi Generali habendæ designamus: Ad quam legitime, & canonice celebrandam, & ad electionem præsertim Commissarii Generalis, harum serie, justa perecelebrem Unionis Bullam, & ad præscriptum Statuti Generalis Romani de anno 1676. convocamus Patres omnes, quibus jus est in ipsa Generali Congregatione suffragium ferre, videlicet: Reverendissimum Patrem Commissarium Generalem Familiæ, & Reverendissimum Patrem Joannem Antonium a Sancta Cruce Ex-Vice-Commissarium Generalem Observantium ejusdem Familiæ: ac insuper RR. Adm. PP. Commissarium Generalem Curiæ Romanæ, Generalem Procuratorem Reformatorum, & demum Definitores Generales Ordinis tam Observantium, quam Reformatorum dictæ Familiæ nostræ Ultramontanæ: præcipientes omnibus, & singulis per Sanctam Obedientiam, & sub pœnis in Constitutionibus Generalibus contentis, quatenus opportuno tempore, die nempe trigesima Maji ejusdem sequentis anni in Vigilia Ascensionis Domini in prælato nostro Conventu Sanctæ Mariæ Angelorum personaliter compareant, nisi vera, & realis caussa testimoniis fide dignis munita, & a PP. Definitorii approbanda, hujusmodi accessum excuset, & impediat.

Mandamus præterea Vocalibus prædictis sub pœnis arbitrio nostro infligendis, ot eorum quisque unicum dumtaxat Socium secom ducat. Quod si expensæ aliquæ in itinere ex vera necessitate faciendæ sint, Tertiarium etiam deferre poterunt, qui eisdem expeosis necessario faciendis Syndici Apostolici vices gerat. Præcipimus insuper sub pœna Apostasiæ, ipso facto incurrenda, aliisque arbitrii nostri pœnis, ne, præter Patres supradictos cum suis Sociis, & aliis, quibus a Nobis concessa fuerit licentia specialis, ullus alius sub quovis prætextu, aut quæsito colore ad præfatam Congregatiooem Generalem accedere, aut ad hunc effectum e propria Provincia exire audeat, vel præsumat; Mioistris autem Provincialibus, & Custodibus injungimus, ut si quid dignum, aut necessario providendum, & resolvendum occurrat in propriis respective Provinciis, illud Definitoribus suæ Nationis commendent, vel ad Generalem Congregationem transmittant.

Patres vero Vocales supra memoratos in Domino monemus, & hortamur, ut semper, ac potissimum in itinere, sint *exemplum fidelium in verbo, & conversatione, in gravitate, & doctrina* (*Apost. 1. ad Timoth.4.*). Sic enim, ut ajebat D. Bernardus (*in Epistol.*) *agnoscitur*, ejus, quam professi sumus, religiosæ *vitæ sacramentum in nullo* frustratum a nobis, *si pascamus verbo Proximos nostros, pascamus oratione, pascamus pietate, & exemplo*.

Denique, ut a D. O. M. Parente salutis nostræ felicem rerum agendarum exitum publicæ rei nostræ bono consequamur, his nostris Encyclicis Literis acceptis, ac in singulis Provinciis præfatæ nostræ Ultramontanæ Familiæ, earumque Communitatibus solemniter, ut moris est, promulgatis, preces ad Deum effundant, quas, juxta monitum Seraphici Doctoris, ac Prædecessoris nostri D. Bonaventuræ (*in Opusc.*), *Fides dirigat, Spes erigat, & Charitas porrigat*. Mandamus itaque, ut a Paschate Resurrectionis Domini supradicti anni usque ad diem electionis faciendæ, qualibet quinta feria, solemni festo non impedita, in singulis Conventibus decantetur Missa de Spiritu Sancto, ac de eodem a Sacerdotibus in Missis privatis Collecta recitetur: In Choro post Matutinum, Vesperas, & Missam Conventualem, seu Majorem, dicatur Hymnus, *Veni, Creator Spiritus*, cum Antiphonis, & Orationibus de Spiritu Sancto, de Immaculata Conceptiooe B. Virginis Mariæ, & de Seraphico P. N. Divo Francisco: Ab Ascensiooe autem Domini usque ad prædictum festum Pentecostes exclusive, per Ecclesias, & Claustra Solemnes fiant Processiones, in quibus Litaniæ Sanctorum cum precibus, & orationibus decantentur; in ipsaque Vigilia Pentecostes Religiosi omnes peccata sua devote confiteantur, quos Patres Confessarii authoritate nostra, ipsis per præsentes conces-

sa,

sa, ab omnibus Casibus, & Censuris Nobis reservatis absolvere valeant, Sacerdotes celebrent, & alii Sacrosanctam Synaxim devote sumant.

Praeterea summo mane Sacrum etiam de Spiritu Sancto solemniter decantetur, fiatque Processio, ut supra: In quibus omnibus Religiosi singuli Deum orabunt pro incolumitate Sanctissimi Domini Nostri Domini BENEDICTI XIV. feliciter regnantis, Sanctae Romanae Ecclesiae exaltatione, haeresum extirpatione, & Christianorum Principum pace; memoresque sint Eminentissimi Domini Cardinalis Columna totius Ordinis nostri Protectoris vigilantissimi, aliorumque omnium, quibus nos, & Familia nostra universa munificentiae, & beneficii jure tenemur. Valete, Fratres charissimi, & Omnipotentem Deum exorate, ut quae agenda sunt, ad sui laudem, & honorem, ad nostri Ordinis bonum, ad Animarum salutem, & ad Ecclesiae suae Sanctae utilitatem praeveniendo aspiret, & adjuvando prosequatur. Vobis denique omnibus Seraphicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Matriti ex nostro Conventu S. P. N. Francisci die 12. Julii 1752.

F. Petrus Joannetius de Molina Minister Generalis.
De mandato Rmi in Christo Patris
Fr. Franciscus Antonius de Corbaria
Secretarius Generalis Ordinis.

Loco ✠ Sigilli.

1752. 29. Jul. *Methodus in Ecclesiasticae Ditionis Communitatibus observanda in iis negotiis, in quibus tam Ecclesiasticorum, quam Laicorum communis res agitur.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Quamvis jamdudum Romani Pontifices Praedecessores Nostri providam statuerint Methodum in Ecclesiasticae Ditionis Communitatibus observandam, ubi de negotio aliquo agendum sit, in quo tam Ecclesiasticorum, quam Laicorum communis res agatur; nihilominus ad tollendos abusus, quos hac in re alicubi invectos accepimus, & ad removendas querelas, quae ad Nos assidue deferuntur, opportunum fore judicavimus, easdem Praedecessorum Nostrorum Leges confirmare, & innovare, nonnullis adjectis declarationibus, per quas earum intelligentia magis in aperto constituatur.

§. 1. Primùm itaque ab Ecclesiasticis uniuscujusque Civitatis, Oppidi, aut Loci, duo Deputati eligendi sunt, alter e Clero Saeculari, & alter e Regulari. Quod si Regulares in Loco non adsint, poterit Clerus Saecularis non unum solum, sed etiam duos e proprio corpore Deputatos eligere.

§. 2. Quoties autem negotium aliquod agitari contingat, quod aliquo modo ad Ecclesiasticorum res, atque rationes pertineat, aut pertinere possit, toties praedicti Deputati interpellandi sunt, ut illius tractationi intersint. Si vero ipsi interesse neglexerint, quaecumque demum fuerit ipsorum absentiae causa, non ideo id, quod, ipsis absentibus, decretum erit, nullitatis vitio infectum censebitur; sed pro Decreti sic conditi validitate satis erit, quod de facta interpellatione Deputatorum hujusmodi extrajudicialiter constet.

§. 3. Quum autem hujusmodi consultationibus Ecclesiasticorum Deputati intervenient, poterunt quidem, ac etiam debebunt, circa ea, quae a Laicis proponentur, sententias suas dicere; verum hae consultivi suffragii vim tantummodo habebunt; neque, si forte Laicorum resolutionibus contrariae fuerint, istarum executionem retardare valebunt; reservata dumtaxat Ecclesiasticis facultate recurrendi deinceps ad superiora Tribunalia, a quibus postulare poterunt, ea praejudicia emendari, quae ex Laicorum resolutionibus illata sibi esse contenderint.

§. 4. Porro quum aliquae sint expensae, quibus tolerandis, ex Romanorum Pontificum praescripto, Ecclesiastici cum Laicis concurrere debent, cumque aequum non sit, ut pecuniarum summae, ab Ecclesiasticis persolutae, in aliam causam a Laicis erogentur, praeter eam, quae in Pontificiis Mandatis expressa est; ideo statutum est, ut semel saltem in anno rationum redditio fiat, vocatis ad eam Ecclesiasticis Deputatis, quibus exhiberi etiam debebunt Libri, in quibus administrationis computa continentur. Hos tamen Libros Ecclesiastici minime poterunt domum asportare, sed examinare debebunt in eo Loco, qui a Gubernatore Locali, seu a S. R. E. Cardinali Provinciae Legato, majori, qua poterit, cautela, ad id designatus fuerit, eoque temporis spatio, quod ipsis ad hunc effectum a supradictis praescriptum fuerit; cum facultate recursum habendi ad Superiores, quoties in hujusmodi rationum redditione animadverterint, aut dati, & accepti capita non recte constare, aut collatam pecuniam in alias causas erogatam fuisse, ab illis diversas, quibus ex Pontificis voluntate destinata fuerat.

§. 5. Haec omnia aut expresse, aut implicite continentur in Epistola Encyclica, de mandato Venerabilis Servi Dei Praedecessoris Nostri Innocentii Papae XI. die 19. Julii anni 1681. expedita, & in Decretis a Congregatione Vener. Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E Cardinalium super Bono Regimine Communitatum, & Universitatum Status Nostri Ecclesiastici auctoritate Apostolica deputatorum, aliàs emanatis. Quae ideo ab omnibus, ad quos spectat, in posterum observari volumus, & mandamus; sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Provinciarum, Civitatum, & Locorum Status Nostri Ecclesiastici Praesides, Vicelegatos, Gubernatores, aliosque quoslibet, judicari, & definiri debere, sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, definiendi, ac interpretandi facultate, & auctoritate; & si secus a quoquam scienter, vel ignoranter gestum, aut judicatum fuerit, irritum, & inane decernimus.

§. 6. Non obstantibus quibuslibet Apostolicis Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non Ecclesiarum, & Ordinum Regularium, Congregationum, & Institutorum, etiam expressa mentione dignorum, ac Civitatum, & Provinciarum, etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis Statutis, Usibus, & Consuetudinibus etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque, Exemptionibus, Indultis, & Litteris Apostolicis, cuilibet praemissorum quomodolibet in contrarium con-

cessis, ac pluries confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis, quatenus opus sit, expresse derogamus, aliisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxix. Julii MDCCLII. Pontificatus Nostri Anno XII.

D. Card. Passioneus.

1752. 12. Aug. *Edictum Eminentissimi Urbis Vicarii de Sacrosancto Missæ Sacrificio uti par est peragendo.*

Fr. Gio: Antonio per la Misericordia di Dio Vescovo di Frascati, della S. R. C. Card. Guadagni, della Santità di Nostro Signore Vicario Generale.

SE è vero, com'è verissimo, perchè è sentenza dello Spirito Santo, che è maledetto chi fa l'opera di Dio negligentemente, *Maledictus homo, qui facit opus Dei negligenter*; quanto più lo sarà chi negligentemente celebra la S. Messa con celerità scandalosa, essendo l'opera di Dio la più eccellente, più santa, e più accettabile appresso lo stesso Dio, rappresentandosi in essa incruentemente il Sacrificio cruento del Salvatore sopra la Croce? Quindi è, che avendo inteso Nostro Signore non senza giusto, e grave cordoglio, che non pochi Sacerdoti celebrano la Santa Messa con tale celerità, e disattenzione, che cagionano ammirazione, e scandalo agli Ascoltanti, e volendo col suo paterno zelo dare qualche opportuno provedimento, e riparo alle suddette mancanze; inerendo alla disposizione del Concilio Lateranense sotto la San. Mem. di Benedetto XIII., ed alli replicati Editti da Noi, e da Nostri Predecessori pubblicati in diversi tempi, e quelli confermando in tutte le sue parti, ordina, e comanda, che i Sagrestani delle Chiese per se stessi, o per mezzo di altri debbano attentamente invigilare, che da'Sacerdoti celebranti si pratichino con ogni divozione, e riverenza, e distinzione tutte, e singole Cerimonie, e Riti, che si dispongono nelle Rubriche del Messale Romano; e se taluno ardisse celebrare senza la dovuta attenzione, e religiosità, e trascurasse o per imperizia, o per poca applicazione alcuna delle Cerimonie, e Riti, come sopra, prescritti; vuole, che i Sagrestani siano tenuti senz'alcun riguardo denunziarli immediatamente a Noi, o a Monsignor Vicegerente Nostro (al che si esortano tanto i Sacerdoti, quanto i zelanti discreti Secolari, che saranno tenuti segreti) per sospenderli dall'esercizio, e proporzionalmente punirli a Nostro arbitrio, sotto pena alli Sagrestani, in caso d'inosservanza, della privazione degli Offici, e di Scudi venticinque moneta, ed altre anco maggiori a Nostro arbitrio.

A questo effetto, e sotto l'istesse pene ordina, che in ciascheduna Sagrestia si tenga un Orologio da Ruota, o da Polvere, per mezzo del quale possa il Sagrestano conoscere, se il Celebrante impiega nel Sagrificio il tempo proporzionato, che non deve essere meno d'un terzo d'ora.

Si ordina finalmente, che il presente Editto, acciò abbia la sua piena esecuzione, e non se ne possa allegare in alcun tempo ignoranza, debba continuamente tenersi affisso nelle Sagrestie di tutte le Chiese tanto Secolari, quanto Regolari, in luogo, ove possa da tutti vedersi, e leggersi, sotto pena di carcere alli Sagrestani; e che, pubblicato secondo il solito, obblighi tutti, come se personalmente fosse stato loro intimato. Dato dalla Nostra solita Residenza li 12. Agosto 1752.

F. G. Card. Vicario.

Gasparo Arciprete Oei Segretario.

Die, Mense, & Anno, quibus supra, supradictum Edictum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curiæ Innocentianæ, & in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Antonium Rota Tribunalis Eminentissimi Vicarii Mandatarium Decanum.

Benedictus idem XIV., cujus jussu Edictum hoc promulgatum fuit, in Edicto, quod anno 1734. 2. Decembris edidit, cum Bononiensi Ecclesiæ Archiepiscopus Cardinalis præesset (Notificaz. 14. tom. 2.), Sacerdotes illos vehementer objurgat (§. 6.), qui Dei, suæque animæ, ac præcelsæ Dignitatis obliti sacrificant sine ea, qua tremendum adeo ministerium & præire, & comitari, & subsequi debet, pietate, ac religione: quibus commode aptari illud posse *observat (Ibid. n. 18. in fin.)*, quod aliam in rem Tertullianus ajebat: SACRIFICANT, AN INSULTANT? *Hos vero metuere sibi debere subitam, ac repentinam mortem, & animadvertit, & exemplis probat (ibid. n. 30. ad calc.)*.

Disputans autem de tempore, quod in opere, operum omnium longe præstantissimo, est impendendum, sic ait (ibid. num. 30. sub fin.): „Communis Auctorum „ sententia est, Missam nec debere tertia horæ parte breviorem esse, nec dimidia hora longiorem: „ Quart. in Comment. ad Rubric. Missal. Roman. „ part. 1. tit. 16. dub. 6., Gobat in Theologia experiment. „ tract. 3. casu 23. num. 612. & seq., Biss. in sua „ Hierurgia tom. 1. litt. D. verbo *Brevis* num. 135., „ Coton. in suis Controv. lib. 2. controv. 5. num. 104., „ Clericat. in suis Discord. forens. Crimin. discord. 49., „ Roncaglia in sua Theolog. Moral. tract. 18. cap. 3. „ qu. 2. respons. 2. „ (*Vid. & Institut. Eccles. ipsius Benedicti XIV. instit. 34. §. 19., ejusdemque Opus* de Sacrific. Miss. *lib. 3. capit. 4. §. 2.*).

Subdit idem seq. num. 31. „ Hæc sententia recepta „ etiam conspicitur in Instructione excusa in Appendice ad postremum Concilium Romanum pag. 246. „ (*nempe in Edicto ab Eminentissimo tunc Urbis Vicario Fabritio Paulucci, an. 1724. 20. Decembris edito ex Benedicti XIII. jussu; quod in cit. Appendice ad Concilium Romanum, sub eodem Benedicto XIII. celebratum, num. XVIII. legitur: ex quo Edicto Edictum Eminentissimi Guadagni, quod supra exhibuimus, desumptum est*).

Denique sic ibidem Benedictus XIV. concludit: „ Eamus „ celebratum cum debita præparatione, & compunctione cordis: in externa corporis habitudine, interna animi affectio appareat, ut lux nostra luceat coram omnibus: Missa legatur voce clara; absit a nobis omnis præcipitatio linguæ; animo advertatur „ & id quod dicitur, & id quod fit: ac præfixum „ tempus tertiæ partis horæ, vel horæ dimidiæ non „ erit nimis prolixum „: *præcipitque demum Sacristis sub pœnis suo arbitrio infligendis* „ ne sinant, ut in „ Sacrariis (*seu Sacristiis*) habeantur sermones inutiles, nec de novitatibus congressus agantur, sive „ a Sacerdotibus vel ante, vel post Missæ celebrationem, sive a secularibus hominibus, qui interdum aut ad audiendum Sacrum, aut aliam ob causam

sam in eadem Sacraria congregantur „.

„ *Theologorum doctrinam, quam supra Benedictus XIV. attigit, enucleatius explicat P. Daniel Concina (de Sacrament. Lib. 3. dissert. 2. de Sacrif. Missæ cap. 10. n. 12. tom. 8. pag. 309. Edit. Rom. 1758.).* „ Congrunm (*ait*) temporis intervallum, quo celebrari Missa debet, brevius esse non debet tertia horæ parte, nec dimidiam horam excedere; sed ad dimidiam circiter horam declinare, & veluti attingere, ut COMMUNITER THEOLOGI ETIAM BENIGNI docent „. *Subjicit, sic docere* vel ipsum P. Gobat in Theolog. experiment. tract. 3. cas. 23. sect. 3.: *quem etiam Gobati locum Benedictus XIV. in suo prælaudato Edicto, an. 1734. promulgato, memorat (num. 31.).*

„ *Gobati verba hæc sunt, explicantis, quomodo Missa breviter celebranda sit.* „ Breviter (*inquit*), at non festinanter, perinde ac si esset a tergo, qui scutica urgeret, vel præmio certandum foret de Sacro venatorio, ut loquimur (*nos*) Germani... Graviter, non autem cursim aut verba deproperent, aut Cruces instar histrionum, vel pugilum efforment... Breviter, id est, circiter dimidiam horam: vix enim breviori spatio possunt omnia in communibus Missis peragi cum debito decore, ac devotione; cum tamen sit necessario tanta mora tribuenda Sacrificio, quanta necessaria est ad rite, ac devote omnia peragenda „.

„ *Idem tamen Gobat* non assentiri *se dicit* (*ibid. num. 815.*) P. Molinæ contendenti, recte agere Sacerdotem, qui tres horæ quadrantes, aut etiam horam solidam impendit Sacræ Liturgiæ, aut suæ privatæ devotioni satisfaciat, TAMETSI norit fore, ut ex tanta prolixitate oriantur in præsentibus scandala, obmurmurationes, stomachationes „: *quam ipse opinionem ibidem refellit.*

„ *Sane quod ad verba attinet, quæ clara voce dicenda sunt; Missalis Rubrica sic habet:* „ Sacerdos autem maxime curare debet, ut ea, quæ clara voce dicenda sunt, distincte, & apposite proferat; non admodum festinanter, ut advertere possit, quæ legit; nec nimis morose, ne audientes tædio afficiat „.

„ Cohærenter ad hanc Rubricam (*excipit hic Benedictus XIV. Edict. cit. num. 30.*) distinguunt Auctores inter intrinsecam Missæ longitudinem, & extrinsecam; intrinsecam appellantes illam, quæ natura ipsa requiritur ad pronuntiandum recte, ad precandum attente, ad agendum cum decore id omne, quod nobis in hac præcellenti actione Sacri Ritus proponunt; extrinsecam autem illam, quam ad alteram nuper dictam addere quisque suo arbitratu potest; & concludentes, hanc secundam, ne tædio simus, quam maxime fieri potest, vitari debere, primam autem illam sine graviss culpa omitti non posse. De secunda prolixitate magnus ille spiritalis vitæ Magister S. Philippus Nerius loquebatur (uti legitur in ipsius Vita a Baccio conscripta lib. 1. cap. 19. num. 9.), quando Sacerdotes, qui in Sacro faciendo ingentem spiritus abundantiam quandoque sensissent, cohortabatur, ut dicerent: EGO NULLUM TE HIC, SED IN CUBICULO: quibus verbis indigitabat, debere quidem Sacrum cum devotionis spiritu fieri, non tamen cum audientium tædio; in cubiculo autem posse devotioni fræna laxari „.

Ex his tamen omnibus illud simul apparet, quod si tædii causa, quæ & Rubricæ, & Patris Gobat, & aliorum prælaudatorum finalis causa est, in aliquibus circumstantiis cesset; cessat pariter prohibitio prædictæ prolixitatis, ac potest Sacerdos, qui Sacrum facit, devotioni suæ satisfacere.

1752. 26. Aug. *Decreta*
S. Rituum Congregationis in
Gadicen.

Cum hodierno Magistro Cæremoniarum Ecclesiæ Cathedralis Gadicen. nonnulla occurrerint Dubia circa Rubricas, Sacræ Rituum Congregationi humillime supplicavit, quatenus ea benigne resolvere dignaretur. Dubia sunt sequentia:

I. Num Missæ, quæ cohærenter ad Officia, semel in mense, vel hebdomada recitari concessa, celebrantur cum *Gloria in excelsis*; puta de Sanctissimo Sacramento feria quinta, de Sanctissimo Nomine B. V. M. in Sabbato, de Patrono Principali in alia feria; habere etiam debeant *Credo*?

II. Cum ex Fundatorum voluntate muneris sit Capituli Ecclesiæ Gadicensis, quotannis ultra Officium diei plura Anniversaria adimplere, & de pluribus Festivitatibus Sanctorum Officium cum Vesperis, & Missa celebrare; quæritur, num Vesperæ dictarum Festivitatum, Sanctorum Pontificum v. g., seu Virginum, tempore Paschali si celebrentur, Antiphonæ Psalmorum, & reliquæ dici debeant cum *Alleluja* ob citati temporis Paschalis occurrentiam? Et similiter in iisdem Vesperis (utpote extra diem proprium earum Festivitatum) ultimus Psalmus esse debeat in Sanctis Pontificibus ver. gr. *Memento, Domine, David*, & in Sanctis Martyribus Psalmus *Credidi*, num vero Psalmus *Laudate Dominum omnes Gentes*?

III. Et cum citatæ Missæ solemnes Anniversariorum, ut supra, in majori ejusdem Cathedralis Altari, præsente toto Capitulo, celebrentur; quæritur, num propositæ Missæ solemnes celebrari possint occurrente Festo duplici, & maxime quia tunc casus, si celebrentur, datur, quod de eadem Festivitate in eodem die duæ Missæ solemnes in eodem principali Altari dicantur; exempli gratia, una solemnis post Primam, ut accidit in eadem Cathedrali in simili occurrentia, & altera eadem post Tertiam?

IV. Quæritur, num in Officio eidem Cathedrali Gadicensi, & Clericis ejus Choro tantum adscitis concesso, nomine, & privilegio DD. Clericorum Cathedralis gaudere possint Clerici Curati in eadem Ecclesia curam Animarum exercentes, qui quidem eidem Choro de rigore non sunt adscripti?

V. Quæritur, num Lignum Sanctissimæ Crucis, & Sacræ Spinæ Coronæ Domini Nostri Jesu Christi, dum ab eodem Capitulo Gadicensi in eorum Festivitatibus processionaliter portantur, ex inveterata ejusdem Ecclesiæ consuetudine sub Baldachino, vulgo Hispanice *Palio*, & cum duorum Thuribulorum incensatione conduci, & portari debeant?

Et Sacra eadem Congregatio, audito prius voto unius ex Apostolicarum Cæremoniarum Magistris, censuit rescribendum:

Ad I. Negative.

Ad II. Quando, ultra Officium diei, recitatur aliud de aliquo Sancto ex Fundatorum voluntate, si tempus currerit Paschale, ritum pro tempore convenit imitari, addendo Antiphonis, Versiculis, & singulis Responsoriis *Alleluja*; uno excepto B. M. V. Offi-

cio

cio parvo, in quo, dum feriali conjungitur Officio diei, nullum additur *Alleluja*, secundum peculiarem illius Rubricam, juxta alias resoluta. Psalmi quoque Vesperarum erunt, ut jam alias designati in Festo, scilicet ut in primis, si primæ dicantur Vesperæ, ut in secundis, si secundæ.

Ad III. In casu, de quo agitur, duplex de eodem occurrenti solemni Festo cantabitur Missa, una videlicet pro fundatione post Primam, altera Conventualis post Tertiam.

Ad IV. Servetur Decretum Sacræ Rituum Congregationis 30. Augusti 1602., nempe: Clerici, licet adscripti alicui Ecclesiæ, non tamen obligati Choro, non tenentur recitare Officia, quæ in Choro propria dicuntur.

Ad V. Lignum Sanctissimæ Crucis, & Spinas Coronæ Domini Nostri Jesu Christi, ubi adest immemorabilis consuetudo, licitum est, capite aperto sub Baldachino processionaliter deferre, easdem Reliquias incensantibus duobus Thuriferariis. Et ita declaravit die 26. Augusti 1752.

1752. 1. Sept. *P. Antonio Scutari Definitori Generali vita functo P. Vincentius Scutari subrogatur.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecto Filio Vincentio Scutari Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Professori Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Religionis zelus, vitæ, & morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecisti, Officium Definitoris Generalis Provinciæ Candiæ, seu Cretensis, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, per obitum quondam Antonii Scutari, dum viait, Fratris expresse professi Provinciæ, & Ordinis hujusmodi, cui a Capitulo Generali dicti Ordinis ultimo loco in Alma Urbe Nostra celebrato, Officium Definitoris Generalis hujusmodi demandatum fuit, vacaverit, & vacet de præsenti, tu, qui Provinciæ, & Ordinis prædictorum Frater expresse professus, & ex-Provincialis existis, eidem Antonio in Officio Definitoris Generalis hujusmodi subrogari, & in Definitorem Generalem in locum dicti Antonii prædefuncti constitui plurimum desideres; Nos te specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ac de tua fide, prudentia, doctrina, charitate, integritate, vigilantia, & Religionis zelo plurimum in Domino confisi, te in Definitorem Generalem pro Natione Transmarina, & Provincia Candiæ in locum dicti Antonii defuncti usque ad celebrationem Capituli Generalis, ad quam ipse Antonius in Officio Definitoris Generalis hujusmodi durare debebat, cum omnibus, & singulis prærogativis, præeminentiis, facultatibus, auctoritate, privilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, auctoritate Apostolica tenore præsentium constituimus, & deputamus. Mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ omnibus, & singulis prædicti Ordinis Superioribus, Fratribus, & Personis, cæterisque, ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut te ad demandatum per præsentes Definitoris Generalis Officium, illiusque liberum exercitium juxta earumdem præsentium tenorem recipiant, & admittant, & recognoscant, ac tibi in omnibus idem Officium concernentibus faveant, & assistant: ac decernentes, ipsas præsentes Litteras firmas &c., ac irritum, & inane &c. Non obstantibus &c.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die prima Septembris 1752. Pontificatus Nostri Anno XIII.

D. Card. Passioneus.

Loco ✠ Sigilli.

1752. 5. Septembris = Decretum S.C. Ecclesiasticæ Immunitati præpositæ vid. infr. *ad diem 10. Febr. 1753.*

1752. 5. Sept. *Decretum S. C. Episc. & Reg. contra Hungaros Eremitas permultos.*

Eminentissimi, ac Reverendissimi Domini = Fr. Joseph Maria a Gallipoli Procurator Generalis Min. Obs. Reformatorum Orator humillimus EE. VV. perdemisse exponit, eò devenisse variis, diversisque temporibus quorundam iniquorum hominum perviciam, ut sub nomine Tertiariorum Eremitarum, Habitu, Pallio, & Caputio utentes, ad scelera, ac delicta impune perpetranda declinarent, non sine magno Christiani Populi scandalo, Habitus Seraphici vilipendio, & totius Religionis dedecore, atque famæ jactura. Cui malo Sanctissimi Pontifices opportunis remediis occurrere volentes, multas hac de re Sanctiones, & Constitutiones edidere, signanter felic. record. Gregorius IX. Constit. incipien. *Regularem vitam*, & san. mem. Urbanus Papa VIII. Constit. (*a*) incip. *Cum sicut dilectus*: quibus prælaudati Pontifices expresse prohibent hujusmodi Eremitis Tertiariis delationem Habitus cum Pallio, & Caputio, sub excommunicationis, aliisque arbitrio Ordinariorum infligendis pœnis; imo injungentes locorum Ordinariis earumdem Constitutionum executionem, mandant, ut debitis in delinquentes animadvertant pœnis, etiam carceris, eosque, si qui deinceps inventi fuerint, ad ejusmodi Religiosa indumenta deponenda coerceant, cogantque.

Præjactis tamen Constitutionibus Apostolicis in oblivionem abeuntibus decursu temporis, & ingravescente dictorum Tertiariorum Eremitarum ubique locorum numero, variæ diversis temporum circumstantiis a respectivis Procuratoribus Generalibus apud Sanctam Sedem factæ sunt instantiæ, ad dictorum hominum, Apostolicas Sanctiones spernentium, audaciam refrænandam. Primo enim sub anno 1686. nomine Procuratorum Ordinis supplex libellus (*b*) porrectus fuit san. mem. Innocentio XI., qui, audita narratione scandalorum, quæ a dictis Tertiariis Eremitis ubique locorum committebantur, eumdem libellum huic Sa-

cræ

cræ Congregationi remisit; hæcque, re mature perpensa, sub die 21. Martii 1686. sequens Decretum in favorem Oratorum emanavit:

„ Sacra Congregatio EE. & RR. S. R. E. Card. „ negotiis, & consultationibus Episcoporum, & „ Regularium præposita, attente remissione libelli per „ SS. Dominum Nostrum facta, & attentis narra„ tis, censuit injungendum, prout præsentia Decre„ ti tenore injungit Ordinariis locorum, ut supra„ dictas Constitutiones Apostolicas juxta earum te„ norem executioni omnino demandent „.

„ G. Card. Carpin.

Verumtamen processu temporis male viventium numero ubique crescente, cum denuo Patri Procuratori Generali Oratoris Prædecessori a diversarum Provinciarum Ministris, & signanter Provinciæ S. Mariæ in Hungaria, & Hetruriæ instantiæ factæ fuissent adversus dictos Tertiarios Eremitas, qui parvifacientes Constitutiones prædictas, nec professi, nec Fratrum servitio addicti, extra Claustra degentes, & Seraphicum Habitum sine Superiorum licentia induti, ac Litteras Patentales ab Ordinariis locorum extorquentes, talia perpetrabant delicta, ut Religiosi Professi illarum Regionum vix vivere, & bona fama frui possent (nomine enim Religiosorum Professorum undique quæstuabant cum notabili Conventuum damno, & per plurima Oppida scandala committebant, itaut Sæculares putantes, eos esse Religiosos, male de istis non modo loquerentur, verum &ab eorumdem consortio, & conversatione omnino abhorrerent); huic eidem Sacræ Congregationi secundò supplicatum fuit, ut per novas Litteras supra memoratum Decretum confirmaretur, & Apostolicarum Constitutionum hac de re editarum executio denuo Ordinariis locorum Regni Hungariæ, & Magni Ducatus Hetruriæ injungeretur. Quibus novis precibus eadem hæc Sacra Congregatio aures clementer inclinans, sub die 5. Maji 1747. rescripsit: „ *Dentur novæ Litteræ ad formam enunciati Decreti* „: quæ de facto datæ fuerunt.

His tamen non obstantibus, quia in Regno Hungariæ impræsentiarum hujuscemodi Tertiariorum Eremitarum numerus ingenter excrevit, &, facta a P. Provinciali S. Mariæ in Hungaria Ordinariis locorum Instantia pro duplicis Decreti, & Apostolicarum Constitutionum executione, præfati Ordinarii ad dicta Decreta non videntur attendere, eo quià (ut Pater Provincialis memoratus retulit Oratori) non sint ad ipsos specialiter, & nominatim directa; supplicat ideirco Orator ea, qua par est, animi sui demissione Eminentiis Vestris pro aliis novis Litteris ad formam enunciati Decreti emanandis, & nominatim Archiepiscopo Strigoniensi, tamquam Regni Hungariæ Metropolitano, pro executione dirigendis, quatenus sic dictorum Tertiariorum audaciam, & temeritatem coercere valeat. Et Deus &c.

Sacra autem Congregatio die 15. Septembris 1752. ita rescripsit:

Scribatur Archiepiscopo Strigoniensi, ut in hominea, de quibus agitur, animadvertant juxta memoratas Constitutiones.

(*a*) *Urbani VIII. Constitutio, hoc loco laudata, legitur in Chronologia P. Perusini part. 1. p. 467. n. 27., & part. 2. p. 115.: quo postremo loco leguntur quoque Benedicti XIII. Litteræ, quibus prædictæ Litteræ Urbanæ* in forma specifica *confirmantur. Habentur etiam Litteræ utræque apud P. Ferraris (Bibl. v.* Eremita *n.* 20.).

(*b*) *Supplex libellus iste, anno 1686. a Procuratoribus Generalibus porrectus, Decretumque S. Congregationis Episc. & Reg. extant part. 1. cit. Chronologiæ P.Perus. p.189. & seq. Commemorantur quoque ibidem, & in cit.p.467. ejusdem primæ partis, tum etiam in* Officiali Curiæ *Patris Matthæucci (cap. 23. n. 1. seqq.), Pontificum aliorum Constitutiones. Varia demum Edicta circa Eremitas, a Cardinalibus Urbis Vicariis publicata, exhibent P. Ferraris (loc. cit.), & P.Lantusca (Theatr. Regular. v.* Habitus *n.* 4.).

Tandem, quoniam locus hortatur, admonere non prætermittam, Pueros, simul atque annum ætatis sextum expleverint, septimumque attigerint, debere statim, si Religiosam vestem pietatis causa deferant, eandem deponere, multoque minus ea indui tunc primum posse. Compertum id est sequenti Epistola, quam laudans Matthæuccius (cit. cap. 23. n. 4.), ac Ferraris (cit. v. Habitus *n. 31.), affert autem Lantusca (d. v.* Habitus n. 1.):

„ Al Signor Cardinale Buoncompagni.

„ Napoli.

„ Avendo inteso la Santità di Nostro Signore il „ publico scandalo, che suol darsi in cotesta „ Città dal gran numero de' Secolari, che, ancorchè „ siano maggiori di dieci anni in quindici, vestono formatamente sotto preteato di divozione l' habito di „ S.Francesco; per estirpare affatto questo abuso, con „ il parere di questi miei Signori si è risoluto, che „ nessuno de' Secolari, che siano entrati nel settimo anno della sua età, possa vestire l' habito di „ detto Ordine, o di qualsivoglia altra Religione, „ e di già quando lo portassero, debbano immediatamente deporlo che toccheranno il settimo an„ no, come di sopra. Mi ha però commesso di farlo sapere a V. S. Illustrissima, a fine che in esecuzione di quest'ordine si compiaccia di far aopra „ di ciò tutte quelle provisioni, che con la solita „ sua prudenza giudicherà più opportune; con che „ le bacio le mani.

„ Di Roma li 10. Gennaro 1627.

1752. 15. Sept. *S. C. Episc. & Reg.*
Decreta in Causa Cremonen. Præeminentiarum, & Funerum; *de qua etiam supra ad diem 3. Mart. 1752., & infra 24. Augusti. 1753.*

IN Causa Cremonen. Præeminentiarum, & Funerum, vertente inter Capitulum, & Canonicos Cathedralis Ecclesiæ Cremonæ ex una, & Regulares, ac Patres Philippinos ejusdem Civitatis ex altera partibus, proposita fuerunt infrascripta Dubia, videlicet:

I. An sit standum, vel recedendum a decisis die 3. Martii 1752. quoad quartum, & quintum Dubium in casu &c.?

II. An præcisive a transactione inita sub die 19. Septembris anni 1744. inter Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Cremonæ, ac Venerabile Collegium Sæcularium Parochorum, teneantur Regulares ejusdem Civitatis Cremonæ incedere sub unica Cruce, nuncupata Antesignana, dum associantur Cadavera Defunctorum a Mansionariis, intervenientibus separatim a Canonicis Cathedralis Ecclesiæ, ad eorum Ecclesias tumulantes? Et quatenus negative,

III. An

III. An danda sit præcedentia dictæ Cruci Antesignanæ supra Crucem Ecclesiæ Regularis tumulantis; seu potius danda sit Cruci Ecclesiæ Regularis tumulantis supra dictam Crucem Antesignanam, dum pariter associantur Cadavera ad Ecclesias Regularium a Mansionariis separatim a Canonicis ejusdem Ecclesiæ Cathedralis?

IIII. An iidem Mansionarii separatim a Canonicis dictæ Ecclesiæ Cathedralis, ingredientes in Ecclesias Regularium habentes proprium Chorum, comprehendantur in Decreto hujus S. Congregationis diei (a) 17. Augusti 1604. publicato favore Canonicorum, & Capituli antedictæ Cathedralis Ecclesiæ, ad effectum peragendi Functiones ibi præscriptas?

V. An ipsi Mansionarii separatim a Canonicis prædictæ Cathedralis Ecclesiæ associantes Cadavera Defunctorum, & ingredientes in Ecclesias Regularium non habentes proprium Chorum, possint, ac debeant in illis assistere toti Functioni Exequiarum?

VI. An Resolutiones capiendæ super præmissis Dubiis afficere debeant etiam Patres Philippinos in casu &c.?

Sacra Congregatio *&c.*, referente Eminentissimo Columna de Sciarra Ponente, Partibus auditis, ac re mature perpensa, ad suprascripta Dubia sequentem in modum respondit, nempe:

Ad I. In decisis, & amplius. Ad II. Negative, & amplius. Ad III. Servetur solitum, & amplius. Ad IIII. Negative. Ad V. Affirmative, ad formam Resolutionis primi, & quarti Dubii. Ad VI. Affirmative in casu, de quo agitur, & prout de jure, & amplius.

Romæ 15. Septembris 1752. (*b*)

(*a*) *Decretum Sacræ Congregationis, quod hic per errorem dicitur datum* die 17. Augusti, *illud est, quod in ipsius S. Congregationis Regesto anni* 1604. *sub die* 9. *Augusti legitur in hæc verba:*

„ Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium, quæ
„ negotiis, ac consultationibus Episcoporum, & Re-
„ gularium præest, laudabili consuetudine Metropo-
„ litanæ Ecclesiæ Mediolanensis, ac justis, & ra-
„ tionabilibus causis adducta, statuit, decernit, &
„ declarat, licere Canonicis, & Capitulo Ecclesiæ
„ Cremonensis, quoties Defunctorum funeribus in-
„ tersunt, & Mortuorum corpora, seu cadavera ad
„ quascumque ejusdem Civitatis Ecclesias Parochia-
„ les, Collegiatas, ac etiam Regularium Mendi-
„ cantium, & non Mendicantium, & quarumcum-
„ que Confraternitatum, & Hospitalium comitan-
„ tur, postquam eò est perventum, ingredi Eccle-
„ siam, atque in illa super ipso corpore Psalmum
„ *Miserere* &c., vel *De profundis clamavi* &c., cum
„ Versiculo, Responsorio, ac Oratione suo Defun-
„ cto, sine tamen Stola, ac Pluviali recitare, vel
„ decantare; Officium vero Mortuorum, aliasque
„ Preces, & cætera munia, quæ deinde in hujus-
„ modi ministeriis adhiberi solent, ab illius tantum-
„ modo Ecclesiæ Ministris, ad quam funus est de-
„ latum, peragi, & obiri debere; atque ita ob-
„ servari districte præcipit, & mandat, non ob-
„ stantibus quibuscumque.

„ Romæ die 9. Augusti 1604. „

In impresso hujus ipsius Decreti exemplo, quod S. Congregationi exhibitum fuit a Capitulo Cathedralis Ecclesiæ Cremonensis, & in quo habebatur pariter adscripta dies 9. Augusti; *in eo, inquam, non legebatur* (*ut hic post medium*), suo Defuncto; *sed*, pro Defuncto. *Ob eam rem inspeximus iterum Regestum S. Congñis: ac rursus invenimus, in eo legi non*, pro; *sed*, suo, *uti nos antea exscripseramus. Quare hanc lectionem a nobis proprio jnscio non esse immutandam duximus. Num porro id Scribæ errore (quod facile crediderim) factum fuerit, an ipsi Eminentissimi Patres pronomen*, suo, *dedita opera usurpaverint; quoniam neutrum certò affirmare ausim, utrumque in medio relictum sit.*

(*b*) *Ut superiora Dubia, ac Responsa S. Congregationis, simulque ea, quæ posuimus supra ad diem* 3. *Martii* 1752., *aliquantò planius intelligantur; nonnulla subjicimus deprompta ex fusa Relatione (nam Scripturas utrinque cattas non vidimus), quam Cremonensis Episcopus, a S. Congregatione de more jussus, ad eandem misit.* „ Sono questi „ (*sic scribebat Illustrissimus Præsul, de Mansionariis loquens illius Ecclesiæ Cathedralis*) „ diciotto di numero, compresi
„ due Curati, e godono da antichissimo tempo il
„ distintivo delle Almuzie, e tutti col detto di-
„ stintivo servono utilmente, e continuamente a
„ questa mia Chiesa. Quando escono da' confini
„ della Parocchia per simili funebri funzioni, alle
„ quali sin da tempi antichi sogliono essere invitati
„ anco senza invitare i Canonici, vanno sempre in
„ Corpo colle loro Almuzie, e sono preceduti dal-
„ la Croce della Chiesa Cattedrale, per antichissi-
„ ma tradizione chiamata ANTESIGNANA; ed in
„ oltre da un' altra Croce particolare al loro Cor-
„ po; nè l'Antesignana si porta, se non quando i
„ Mansionarj, che intervengono, sono più di otto,
„ benchè la funzione si facesse ne' confini della Pa-
„ rocchia...

„ Contro la loro indebita pretensione però stà la
„ consuetudine costante dell' ingresso conceduto al
„ Corpo de' Mansionarj in tutte le altre Chiese di
„ Regolari, che non formano Coro da se, e così
„ in tutte le Chiese delle Monache, e delle Con-
„ fraternite, e così pure in tutte le Parocchiali Se-
„ colari, come ho rilevato anco dalla viva voce del
„ vivente Prefetto Ecclesiastico delle Esequie, e
„ dell'Assistente Secolare alle medesime...

„ Dacchè piacque a codesta S. Congregazione di
„ ordinare col suo Decreto de' 9. Agosto 1604. già
„ esibito dal mio Capitolo che fosse lecito a' Ca-
„ nonici, ed al Capitolo di questa Cattedrale, in-
„ tervenendo ad Esequie, di entrare in qualunque
„ Chiesa *&c.*, e di cantare sopra il Cadavere il Sal-
„ mo „ *&c.* (*ut in Decreto relato in præc. Not. a.*); non vi fu opposizione all' intervento delli
„ Canonici col Clero della Cattedrale.

„ Trattandosi però dell' intervento del Corpo de'
„ soli Mansionarj, e Curati del Duomo o per
„ essere invitati all' Esequie in Parocchia altrui, o
„ per associare i Cadaveri della Cura della Catte-
„ drale ad altre Chiese, dove o avessero il sepol-
„ cro de' suoi Maggiori, o si fossero eletti, viven-
„ do, di essere seppelliti; sono nati diversi contra-
„ sti, ed opposizioni, e liti.....

„ Benchè Monsignore Speciani mio Predecessore
„ d' insigne memoria, uniformandosi a' Decreti del
„ Concilio Provinciale Quarto, nel primo Sinodo
„ da lui tenuto nell' anno 1599. sotto il titolo de
„ Funeribus avesse ordinato: „ Nemini Ecclesiastico
„ hujusmodi Cadaver ad sepulturam comitanti lice-
„ re discedere, priusquam omnes orationes, & cæ-
„ remoniæ, ad id præscriptæ, fuerint completæ, tunc-
„ que eis tantum esse persolvendam mercedem, qui
„ fuerint a Præfecto invitati „: e benchè nel Sino-
„ do Secondo tenuto nel 1603. al tit. de Sepultu-
„ ris

ris avesse pure comandato : „ Clerici omnes Seculares, etiam Cathedralis nostræ Ecclesiæ Canonici, & cujusvis Ordinis Regulares, postquam ad Ecclesiam pervenerint, non prius discedant, quam sepulturæ corpus traditum fuerit „ *&c.*; pure ho osservato, essere invalsa la consuetudine, che il predetto Corpo de' Mansionarj, invitato all' Esequie senza l' intervento de' Canonici, non entra nelle Chiese di que' Regolari, li quali col numero de' proprj Religiosi formano Coro stabile, e così nelle Collegiate, che hanno il loro Clero, ma, consegnato il Cadavere, ritorna collegialmente alla Cattedrale. Nelle Chiese poi de' Regolari, e così in tutte le Parocchiali Secolari, le quali non formano Coro, il predetto Corpo de' Mansionarj, che associa il Cadavere, entra in esse colle solite, e proprie Insegne, assistendo col Capo della Chiesa a tutta la funzione funebre secondo le prescrizioni del Rituale Romano, deposte però le Croci, e la Stola, come si dirà.

„ Siccome poi in questa Città molte Chiese Parocchiali sono in mano de' Regolari; accadde, che qualche Paroco Secolare, osservando non entrare il Corpo de' Mansionarj in alcune Chiese Parocchiali, ed anco non Parocchiali tenute da Regolari, si reputò offeso dal possesso, benchè inveterato, ed immemorabile del medesimo Corpo de' Mansionarj, di entrare nelle Parocchiali Secolari.

Postquam autem narrat, cœpisse primum oppugnari præcedentiam Crucis Antesignanæ, subjungit : „ Fu cominciata dal Capitolo, presso il quale risiede il gius Parocchiale abituale della Cura del Duomo, la lite nell' anno 1701. contro il Collegio de' Parochi Secolari, sostenendo, dover la Croce Antesignana precedere, ed essere ab immemorabili preceduta alle Croci delle Parocchie inferiori. Pretendevano il contrario i Parochi, onde seguirono gli Esami de' Testimonj da ambedue le Parti prodotti, che si esibiscono all' EE. VV.; i quali veramente concordano in sostanza, che a recente memoria degli Esaminati, e non prima erano nate le opposizioni alla precedenza della Croce Antesignana, la quale, prescindendo da qualche ridicola violenza, era di fatto sempre preceduta.

Laudat postea verba Synodi primæ ab Episcopo Speciani celebratæ, tit. de Funeribus : „ Prohibemus, ne de cætero, præter Cathedralis, & Parochialis Ecclesiæ Defuncti Cruces, ullæ prorsus aliæ ea de causa deferantur „. *Deinde post narratam Concordiam initam 3. Januar. 1736. inter Capitulum, & Collegium secularium Parochorum super prædicto, aliisque articulis, novamque litem a Parochis iisdem motam, qui eam Concordiam velut irritam impugnabant, sic pergit* :

„ Finalmente nell' anno 1744. nel dì 29. di Settembre essendo la Causa prossima alla spedizione avanti un Delegato Apostolico, si devenne e per parte del Capitolo, e per parte del Collegio de' Parochi ad una nuova Convenzione, alla quale si fecero servire di base le Convenzioni tra il Capitolo della Metropolitana di Milano, ed i Capitoli delle Chiese Collegiate, ed i Parochi di detta Città, fatte però alcune modificazioni per adattare dette Convenzioni all' uso della Città di Cremona.

„ Venendo adunque alla precedenza, ed ordine delle Croci, hanno convenuto colle stesse parole usate anco nella Convenzione antecedente del 1736.: Che nelle Processioni funerarie, a quali sia invitato il Reverendissimo Capitolo, o siano invitati anche li soli Sig. Mansionarj, preceda sempre, e sola la Croce della Cattedrale, detta Antesignana: Che dopo questa .... seguiti la Croce del Paroco del Defonto con il suo Clero; poi succeda la Croce de' Sig. Mansionarj, e dopo di essa i medesimi ...: Che li Sig. Mansionarj possano entrare colla Croce Antesignana della Cattedrale, e loro Croce alzata nelle Chiese de' Sig. Parochi, con che però detti Sig. Mansionarj, arrivati al Feretro, debbano mettere le dette Croci in disparte per far l' Esequie, essendo di rito, che vi resti una sola Croce, qual è la Parocchiale ... E per parte del Capitolo, e de' Parochi finora è stata (*tal Convenzione*) eseguita.

„ Sul fondamento delle antidette cose, e sulle competenze di questo Capitolo, e de' suoi Mansionarj, riconosciute, ed accordate da un Corpo ragguardevole, qual è il Collegio de' Parochi, dopo una lite così impegnata, e così lunga; oserei di credere ragionevole, che a quest' uso delle Parocchie Secolari si uniformassero anco le Chiese non meno de' PP. Filippini, che diedero motivo al mio Capitolo d' implorare la superiore autorità dell' EE. VV., ma le altre tutte, che non hanno Coro fisso, e formato de' Soggetti, che le posseggono; *tum nempe in vim consuetudinis, quam probat; tum ob eam rationem* „ perchè pare, che essendo i Mansionarj ammessi a tali funzioni, e colle prerogative espresse, dal Collegio de' Parochi, presso a' quali risiede il gius di tumulare; maggiormente debbansi ammettere da quelli, che non per ragione, ma per mero privilegio furono abilitati dalla S. Sede a dar sepoltura nelle Chiese loro a' Fedeli certamente soggetti al proprio Paroco.

„ Perchè poi, come si è detto, molte Parocchie della Città sono ora in mano de' Regolari, sembrerebbe di potersi considerar queste, o come possedute da que' Regolari, che fanno Coro co' proprj Religiosi, o come possedute da tali Regolari, che non formano Coro. Queste non pare potersi esimere dalle leggi ora comuni al Collegio de' Parochi Secolari, essendo in circostanze o non diverse, o in parte anco inferiori.

„ In quelle poi, siccome può sembrare non essere necessaria l' opera de' Mansionarj, perchè il numero de' Religiosi, e l' Instituto supplisce all' occorrenza, ed al decoro della funzione; così sarebbe un' utilissima providenza, ed atta ad introdurre l' uniformità, se l' EE. VV., secondando il zelo de' Sinodi Provinciali, e di quelli di Monsig. Speciani, comandassero che anco il Corpo de' Mansionarj colle solite Insegne entrasse, deposta la Stola, e fermato attorno al Cadavere, collocato sul Feretro, colla Croce Antesignana, e colla loro particolare alzata, cantassero il Salmo De profundis, o Miserere coll' Orazione propria, indi collegialmente partissero, lasciando al Coro della Chiesa tumulante il resto della sacra funzione, e senza che per questo ingresso, e maggiore incomodo ne venisse a' predetti Mansionarj alcun emolumento, ovvero utilità, oltre a' sin ora praticato, e come se non entrassero.

Chronol. Seraph. K „ Al-

„ Altrettanto poi dovesse farsi da' medesimi Mansionarj associando qualche Cadavere alle Chiese de' Regolari, che non sono Parocchiali, e pure formano, ed hanno Coro, e così in tutte le Collegiate, ed altre Chiese anco esenti.

Subdit, utilitatem multiplicem ex hoc uniformi usu consequuturam. Deinde prosequitur:

„ Non veggo neppure, che questo regolamento potesse essere rincrescevole alle Religioni, le quali godono le Chiese anco Parocchiali, mentre nulla si scema loro del profitto, nulla si toglie de' loro diritti; e potranno conoscere, che l' ingresso del Corpo de' Mansionarj nelle loro Chiese è un' estensione delle pie intenzioni avute in vista da questa Sagra Congregazione, quando permise nel 1604. a' Canonici, ed al Capitolo di questa Cattedrale di entrare in tutte le Chiese di questa Città in occasione di Esequie.

„ E quanto sia al tenere inalberata la Croce Antesignana, e la propria al Corpo de' Mansionarj, durante questa brieve funzione, credo che non debba loro rincrescere, sì perchè, intervenendo i Canonici, si fa lo stesso, essendovi di più la Croce Patriarcale, ch' è distinta Insegna di questo Capitolo; sì perchè ne' primi tre giorni della Settimana Santa intervengono ogni anno all' adorazione del Venerabile esposto nella Cattedrale in ore diverse, ed assegnate, tutte le Parocchie, e tutte le Confraternite, ed entrano in essa colle loro Croci alzate, ed il Paroco, o Cappellano rispettivo ritengono la Stola, ed orano, e cantano, e fanno sermone, senza che per questi atti il Capitolo creda di perdere tutto quel diritto Parocchiale, ch' esercita in detta Chiesa, il quale non da queste azioni può essere pregiudicato, come fu più volte risoluto da questa Sagra Congregazione, e come spero che sia per essere confermato dalla medesima, perchè in avvenire si eseguisca ancora qui „. *Hactenus Illustriss. Episcopus in relata Caussa Cremonen. Iam cetera ordiamur.*

1752. 26. Sept. *Supremæ, & Universalis Inquisitionis Edictum contra Blasphemos, qui ut ab omnibus cujusvis gradus, & conditionis eidem S. Inquisitioni denuntientur, severe præcipitur.*

BEnchè la Santità di Nostro Signore Papa Benedetto XIV. sempre intenta a sradicare da quest' Alma Città di Roma ogni vizio, ed in particolare il più esecrando delle bestemmie, anche semplici; sin dall' anno 1745. concedesse alla Santa Romana, ed Universale Inquisizione la facoltà di procedere in esse cumulativamente cogli altri Tribunali ordinarj della stessa Città; nulladimeno avendo riconosciuto, che alcuni poco amanti dell' onor di Dio, con la loro trascuratezza in denunziare i delinquenti vengono a rendere meno efficace un così salutevole provedimento, perciò, rinovando, e confermando quanto si contiene nelle Notificazioni contro li bestemmiatori pubblicate li 3. Decembre 1745., 21. Gennaro 1750., e 4. Gennaro 1752., espressamente comanda, che ciascuna Persona di qualsivoglia grado, e condizione, ancorchè avesse bisogno di special menzione, sia tenuta onninamente, ed obbligata di denunziare al Tribunale di S. Offizio chiunque averà proferita qualche bestemmia, anche semplice, sotto pene gravi in caso di contravenzione ad arbitrio della Sacra Congregazione. E siccome simili bestemmie sono più frequenti nell' Osterie, Bettole, Ridotti, Alberghi, e Botteghe, così contro gli Osti, Bettolanti, Albergatori, e Bottegari, li quali trascureranno di denunziare, non solo si procederà alle pene gravi, come sopra, ma saranno questi riputati, a tenore della Costituzione 23. della san. mem. di Giulio Terzo, come complici, e fautori de' delinquenti, e come tali severamente puniti colle medesime pene, da' Sacri Canoni, dalla Costituzione 7. di Leone X. al §. 33., dalla detta Costituzione di Giulio Terzo, e dalla Costituzione 5. di San Pio V. al §. 10., e da altre Costituzioni Apostoliche, e Bandi generali di Roma contro li bestemmiatori stabilite. Avverta pertanto ciascheduno di astenersi da sì empio vizio, e di sodisfare all' obligo della denunzia, imperocchè contro i delinquenti il predetto Sacro Tribunale procederà con tutto il rigore alle pene di sopra espresse.

Dal Palazzo di S. Offizio questo dì 26. Settembre 1752.

De Constitutionibus Leonis X., Iulii III., & S. Pii V. agit P. Ubaldus Giraldi (Jur. Pontif. novissim. tom. 2. p. 697.): quo etiam loco (p. 699.) superius Edictum affert.

1752. 27. Sept. *Supplex libellus Benedicto XIV. oblatus, ejusdemque Pontificis Decretum circa ætatem eorum, qui Confessarii Monialium seu ordinarii, seu extraordinarii deputantur.*

BEatissime Pater = Frater Lazarus Fernandez Provinciæ S. Jacobi Regul. Observantiæ S. P. Francisci in Hispania Minister Provincialis, Vestræ Sanctitatis ad Pedes humiliter provolutus, exponit, adesse in dicta Provincia 26. Monialium Conventus suæ jurisdictioni subjectos, pro quibus ad Deum dirigendis omnem curam, & solicitudinem adhibere cupit, Prædecessorum suorum vestigia premens, inflexibiliter adhærens Apostolicis Constitutionibus pro sacrosancto isto gubernio conditis, & præsertim illi, incipien. *Pastoralis curæ*, a Sanctitate Vestra anno 1748. proxime elapso editæ, in qua pro spirituali Monialium solatio, & specialiter pro levandis, ac de medio omnino tollendis angustiis, ac difficultatibus, quibus in Sacramenti Pœnitentiæ usu indubitanter subduntur Moniales illæ, quibus unicus, & singularis Confessor a propriis Ordinariis deputatur; postquam S. V. inenarrabili prudentia, ac suavitate largiter disponit de Confessariis extraordinariis, eisdem tam in communi, quam in particulari assignandis, misericordiosissime concludit enixe exhortando omnes Superiores, quibus Monialium cura incumbit, ne difficiles se gerant in concedendo Confessore extraordinario etiam particularibus Monialibus petentibus, nisi vel ex parte Monialis postulantis, vel Confessoris requisiti, aliqua prava qualitas intersit, quæ largitatem illam impediat.

Pro saluberrimæ hujusce exhortationis indefectibili observantia, indispensabiliter necessaria, ne multarum salus periclitetur, occurrit Oratori difficultas, quam a S. V. dissolvi ardenter desiderat, & exorat: & est, quod in Statutis Ordinis, consequenter ad antiquissimam, & indubitatam Ecclesiasticæ Disciplinæ regulam, juxta quam inter alias qualitates pro Monialium Confessoribus requisitas una est, quod sint *ætate maturi*; Constitutio Ordinis præscribit (non sub aliqua pœna, aut clausula irritante), *ne Confes-*

so-

sores Monialium instituantur, qui quadragesimum ætatis annum non excesserint.

Quæ Lex inviolabiliter observata fuit, & observatur, quando Confessores talia ætatis adsunt; quando vero deaunt, & causa, imo & necessitas leviti ma eogunt pro Confessore concedendo; tunc Minister Provincialis vel cum Definitorio, quando de Confessoribus ordinariis eligendis agitur, vel solus, quando pro particulari, & extraordinario; præmissa semper exactissima illa inquisitione, quam materiæ gravitas expostulat; in iis, inquam, casibus Oratoria Prædecessores non renuerunt licentiam dare Lectoribus, Theologiæ videlicet Studentium Magistris, Lectoribus Casuum Conscientiæ, primis Conventuum Prædicatoribus, & aliis, qui licèt quadragesimum non attigerint annum, attamen judicii maturitate, prudentia, doctrina, aliisque qualitatibus pro tanto ministerio exactis certò pollent: & sic se gesserunt, quia hujusmodi veræ necessitatis casus dicta Lege non comprehensos judicarunt.

Quæ quidem providentia, & Legis intelligentia in praxi est recepta, immo & tacite, ac expresse approbata non solum a Ministris Generalibus Prædecessoribus, sed etiam a Dominis Ordinariis, qui non solum licentias suas taliter qualificatis, & a Prælatis eis propositis libenter concedunt, verum etiam ipsos eligunt, ac deputant pro Monialium eisdem subjectarum Confessionibus audiendis; immo & illos multoties anteponunt quadragenariis, de quorum qualitatibus regulariter non idem idoneitatis, ac illorum, formant judicium, quia forsan ex muneribus, quibus pro Religione incumbunt, illam deducunt, ac credunt.

Huic Consuetudini, occasione præsidentiæ Capituli Provincialis, sese opposuit Minister Generalis, mandavitque, ut prædicta quadraginta annorum conditio inviolabiliter observetur, & ita inflexibiliter, ut postulationem ab Abbatissa, & tota Communitate Monasterii S. Claræ in Compostella, sibi pro talia Decreti dispensatione factam, prorsus rejecerit: quod idem exequitur Orator eum pluribus aliis Conventibus similes preces coram ipso, & non sine lacrymis, fundentibus. Sic ligatus Orator, veritate, sinceritate, ac reverentia S. V. debita affirmat, &, si opus fuerit, juramento fidem facit, ex dicta Consuetudine nullum hucusque fuisse expertum inconveniens; quia revera Prælati in dictis circumstantiis solertissima circumspectione se gesserunt, & gerunt, eligentes semper illos, qui suis specialibus prærogativis, ætatis defectum incomparabiliter suppleant; pro comperto habentes, nullam apud Deum excusationem habituros, si in tali materia, in qua nec interesse proprium, nec partialitatis motivum adsunt, oscitanter delinquant.

Affirmat pariter, esse sibi moraliter impossibile, misericordiosissimam S. V. voluntatem, ut percptat, implere, si dicta quadraginta annorum Lex inflexibiliter observanda sit, ut Minister Generalis vult, quia dictorum Conventuum Moniales plurimæ sunt, & earum postulationes pro Confessoribus extraordinariis fere innumeræ. Aliæ enim petunt, quia Conscientiæ nimis scrupulosæ; aliæ, quia, Deo adjuvante, particularem spiritualem vitam sunt aggressæ, ac prosequuntur, ob quod speciali Magistro, ac spirituali Duce indigent; aliæ tandem, quia ordinarium Confessorem fastidiunt; & licèt ex vania motivis, oportet tamen, immo necessarium existimat prudentia, ejusmodi defectus, ac extravagantias potius tollerare, quam perditionis, vel desperationis barathro illas exponere, quod Deus avertat.

His de causis, & aliis brevitatis ergo omissis, Orator humillime, ac ardentissime V. S. exorat, ut consequenter ad suam jam laudatissimam Constitutionem, & ut ista suum plenissimum sortiatur effectum, difficultatem præsentem dissolvere dignetur, vel dictam relatæ Legis intelligentiam, & interpretationem ex vera necessitate inductam, & practicatam, ut prudentem permittendo, aut approbando, si rationabilis, & necessaria a V. S. judicetur, vel quod melius S. V. visum fuerit; & hoc per suas Apostolicas Litteras in forma Brevis, si ita placuerit; ut Orator, & ipsius Successores in proprio regimine S. V. rectissimæ dispositioni, ac voluntati in omnibus, & per omnia concorditer procedant, omni anxietate, & Conscientiæ remorsu procul. Et pro gratia, quam Deus &c.

Rescriptum Sanctissimi.

Die 27. Septembris 1752. Serventur Decreta, & Constitutiones.

1752. 28. Sept. *Excommissario Generali Familiæ, qui ad Ecclesiasticam extra Ordinem Dignitatem assumptus, extra Ordinem ipsum e vita migraverit, Suffragia non deberi declaratur.*

PER Litteras Reverendissimi P. Ministri Generalis certior factus P. Commissarius Generalis Cismontanæ Familiæ de morte Illustrissimi & Reverendissimi quondam P. F. Joseph Mariæ Fonseca ab Ebora Episcopi Portugallensis, qui ejusdem Cismontanæ Familiæ extitit Commissarius Generalis, animo volvere cœpit, pro illius Anima Suffragia in tota Cismontana Familia per Litteras encyclicas indicere, eo vel magis quod per Literas Reverendissimi P. Generalis dicta Suffragia injungenda judicabantur. At ortum est dubium, num dicta Suffragia pro prædicto P. F. Joseph Maria vere, & juxta Ordinis Constitutiones injungenda forent, eum in Ordine Episcopatus, & extra Religionem e vita migraverit; nullaque Constitutio adinveniri possit, quæ pro prædictis ad Episcopatum assumptis, & extra Ordinem decedentibus e vita, etsi Commissarii Generalis munere in Religione functi sint, Suffragia facienda præcipiat. Quare idem P. Commissarius Generalis ad majorem suæ determinationis securitatem congregavit AA. RR. Patres Discretorii Generalis Romæ existentes, eorumque mentem super hoc dubio sciscitatus est.

Facto igitur examine hujus dubii, inventum est, nullam adinveniri Constitutionem pro similibus Suffragiis, præter conditam in Capitulo Generali Mediolanen. de anno 1729. tit. *Pro utraque Familia num.* 28. At cum dicta Constitutio restricta sit ad eos tantum Religiosos, qui Ministri Generales extiterunt, & vel ad Cardinalatum, vel ad Episcopatum assumpti, extra Ordinem e vita migraverint; conclusum est, d. Constitutionem non comprehendere, sicut de facto non comprehendit eos, qui tantum Commissarii Generalis Familiæ munere functi sunt; ideoque Ordinem hoc onere gratis, & sine expressa Lege non esse gravandum pro Suffragiis in tota Cismontana Familia pro prædicto P. F. Joseph Maria præstandis.

Die 28. Septembris 1752.

Ita est F. Raphael a Lugagnano Commiss. Generalis.

Ita est F. Bernardinus a Tertitio Commissarius Generalis Curiæ.
Ita est F. Joseph Maria a Callipoli Procurator Generalis Reformatorum.
Ita est F. Anacletus a Roma Definitor Generalis.
Ita est F. Alexius a Roma Definitor Generalis aubrogatus.

1752. 4. *Octobris* = *Pontificium Decretum in Causa Provinciarum S. Iosephi, & Immaculatæ Conceptionis Min. Discalceatorum vid. infr. ad diem 30. Apr. 1753.*

1752. 8. Novemb. *S. Congregationis Disciplinæ Regulari præpositæ Litteræ encyclicæ, Pontifice approbante, & confirmante, ad Prælatos Regulares Italiæ, & adjacentium Insularum datæ circa Disceptationes, seu Conferentias Casuum conscientiæ.*

§. 1. Altre volte è stata esaminata nelle Sagre Congregazioni l'istanza d'alcuni Vescovi di potere astringere li Confessori Regolari non Curati a dovere intervenire nella Conferenza de'Casi Morali, da' detti Vescovi in certi giorni della settimana destinati, e varie furono le risoluzioni, secondo la diversità dei casi, i quali nelle medesime furono proposti. Essendosi poi conosciuto il pregiudizio, che recava all'osservanza della Disciplina Regolare il dovere assistere alla detta Conferenza in quel tempo, in cui dovevano i Regolari adempire i di loro Offici Claustrali, e l'abuso, che si era introdotto tra i Confessori suddetti, i quali, col pretesto di dovere assistere alla detta Conferenza, non volevano indi intervenire all' altra stabilita dalla S. Mem. di Clemente VIII., e dalle loro Costituzioni, dentro i Chiostri: per potersi intanto dare l'opportuno rimedio a quest' inconvenienti, molti Procuratori Generali, specialmente quello de'Minori Conventuali, hanno stimato cosa necessaria il dover far ricorso in questa S. C. della Disciplina, per poterne sentire la finale risoluzione, colla quale si potessero in avvenire togliere tutti i contrasti. Riferitasi perciò questa Causa in essa Sagra Congregazione dall' Eminentissimo Signor Cardinale Guadagni Prefetto della medesima sotto il seguente Dubbio:

„ Se li Confessori Regolari, non Curati, siano, „ o no obbligati ad intervenire alle Conferenze dei „ Casi di Coscienza, dai Vescovi nelle di loro Chie- „ se secolari stabilite?

§. 2. Ed essendosi, prima di dare la risposta al Dubbio suddetto, considerato, che questa materia era stata già magistralmente esaminata, e risoluta a favore delli Regolari nella Sagra Congregazione del Concilio nel tempo, in cui la Santità di Nostro Signore Papa Benedetto XIV. era Segretario della medesima, in una Causa d' Acquapendente, *Visitationis Sacrorum Liminum* 12. *Martii* 1718., inserita nella Notificazione 15. al §. *dei Confessori Regolari*, nel Tomo 5. delle Notificazioni, ed Editti della Santità Sua, quando era Arcivescovo di Bologna; fu di comun consenso risposto al Dubbio suddetto nel dì 29. Maggio del corrente Anno 1752.:

„ Negative, & dentur Decreta aliàs in re hac „ emanata: scilicet a Sacra Congregatione Concilii „ in una Aquipendii Visitationis Sacrorum Liminum „ 12. Martii 1718., & in Forosempronien. 12. Maji „ 1685. riferita nel Foglio della citata Causa d'Acqua- „ pendente; & ex Sacra Congregatione super sta- „ tu Regularium in una Maceraten. 15. Januarii „ 1682.. „ Quali tutte si danno *per extensum* nel fine della presente Lettera.

§. 3. Passò poi essa Sagra Congregazione nel dare l' opportuno provedimento sopra l' abuso introdotto in alcuni Conventi, nei quali o per negligenza, o per ignoranza dei Decreti suddetti non vi si tiene la Lezione della Morale, nè vi si fanno le Conferenze dei Casi giusta il Decreto di Clemente VIII., e delle di loro Costituzioni Regolari, con ordinare, siccome colla presente ordina a tutti i Superiori Regolari d' Italia, e delle Isole adjacenti l'esatta, e puntuale osservanza del citato Decreto di Clemente VIII., e delle di loro Costituzioni circa la Lezione della Morale, e la Conferenza dei Casi di Coscienza, da farsi irremissibilmente in tutti i Conventi del di loro Ordine, tanto in quelli, nei quali vi è la sufficiente Famiglia dei Religiosi, quanto nei piccioli Conventi, dove però vi sono Confessori Regolari approvati dai Vescovi per ascoltare le Confessioni dei Secolari: e coll'espressa condizione, che qualora dentro i Chiostri non venissero esseguiti *ad unguem* i Decreti di Clemente VIII., e le Costituzioni del loro Ordine, le quali prescrivono la Lezione della Morale, e la Conferenza dei Casi di Coscienza, da farsi dentro i loro Conventi, e Monasterj, in detto caso siano tenuti, ed obbligati i Confessori suddetti Regolari ad assistere, ed intervenire alla Conferenza dei Casi stabilita dai Vescovi. S' incarica intanto ai detti Superiori Regolari di far eseguire quanto nella presente Lettera si contiene, acciò con effetto restassero adempiti i Decreti di Clemente VIII., e le Costituzioni dei loro rispettivi Ordini, le quali hanno prescritta, e stabilita la detta Lezione di Morale, e Conferenza de' Casi, come un punto principale dell'osservanza della Regolare Disciplina dentro i Chiostri; e di dover trasmettere la presente Lettera in tutti i loro Conventi, e Monasterj, con farla ivi leggere due volte l'anno, tenerla affissa nel luogo solito, e registrarla nelle loro Segretarie, acciò non si possa allegare causa d'ignoranza in contrario. Per essere così, e non altrimente l'intenzione di Nostro Signore, a cui essendo stata fatta da Monsignor Segretario la relazione di tutto il contenuto nella presente Lettera, si è benignamente degnato di approvarlo, e di confermarlo.

Dato dalla nostra solita Residenza questo dì 8. Novembre 1752.

F. G. A. Card. Guadagni Prefetto.
F. Solazzi Arcivescovo di Tebe Segret.

Sequuntur Decreta, quæ supra ante §. 3. memorantur.

I.

„ Decretum
„ Sacræ Congregationis Concilii
„ In una Aquipendii Visitationis Sacrorum Liminum,
„ editum 12. Martii 1718.

„ In Relatione Status Ecclesiæ, de more ab „ Episcopo Aquipendii ad hanc Sacram Con- „ gregationem transmissa, legitur, ab eodem institu- „ tas fuisse in sua Diœcesi Conferentias, sive Congre- „ gationes pro discutiendis Casibus Conscientiæ, quæ „ singulo quoque mense eoguntur, cuique diligen- tissi-

tissime interveniont omnes Parochi, & Sacerdotes, quibus Fidelium Sacramentales Confessiones commissæ sunt, & reliquua Ecclesiasticorum Cœtus.

„ In eadem Relatione habetur, quatuor esse Conventus Regularium in Civitate Aquipendii, Augustinianorum videlicet, Minorum Conventualium, Capuccinorum, & Patrum Minorum Obaervantiæ, & Religiosos in iisdem degentes aæpe aæpius non esse in numero a Sanctionibus Apostolicis præscripto.

„ Rursus in eitata legitur Relatione, alios quinque esse Religiosorum Conventus in Diœcesi, duoa Patrum Minorum Obaervantiæ, alterum in Terra Canini, alterum in Terra Farnesii, ubi pariter existit Conventua Capuccinorum: quartus Conventus est ille Servorum Beatæ Mariæ Virginia, qui est in Terra Ischiæ: & postremus est Conventus Carmelitarum in Oppido Cellularum, qui est Episcopali Viaitationi aubjectua.

„ Tandem in Relatione, aliia prætermissia dubiia, quæ specialem non merentur diacussionem, proponit Episcopus, an Regularibua, qui auorum aubditorum Confessiones audire eupiunt, liberum sibi sit, & licitum, conditionem in concedendis facultatibus injungere, intereasendi videlicet menstruia Disceptationibus, & Congregationibus Casuum Conscientiæ?

„ Pro parte affirmativa ponderari posse videtur, id non esse novum. Claræ etenim memoriæ Cardinalis de Luca in adnotationibua ad Concilium Tridentinum discursu 2. num. 12. dixit, id futurum esse maximopere proficuum, tum ut Episcopua perspectas habeat opiniones omnium suorum Confessariorum, tum ut, quantum possibile est, uniformis sit Confessariorum doctrina in materia morum, & signanter Contractuum, in qna aæpe sæpioa Theologi diaaident a Theologia, & a Canonistis, Quibus addi posset, Collationem hanc omnium Confessariorum tam Sæcularium, quam Regularium, futuram esse non inutilem pro animorum unione, juxta ea, quæ habentur in Actis Ecelesiæ Mediolanensis tomo 1. part. 4. in Instruet. Coofess. pag.647.: *Ideo Regularium Superiores Confessarios suos sæpius mancant, & ad hanc animorum unionem in Fidelium ædificationem adhortentur, curentque in primis, ut dum in Casuum resolutione, diversa inter eos, & Parochos sententia fuerit, prudenter in eas ce gerant, & ad Laicorum notitiam id non veniat, sed ad Nos pro decisione recurrant.*

„ Negativæ e contra favent opinioni ea, quæ sequuntur. Primo, quod Episcopua Confessariorum Regularium doctrinam perspectam habere potest in examine, quod illorum approbationem præcedit, ad terminos Sacri Concilii Tridentini aess. 23. cap. 15. de Reformat. Secundo, quod in Decretis pro Reformatione Regularium editis a Clemente VIII. præscribitur, quod in singulis Monasteriis, & Conventibus bia in hebdomada habeatur Lectio Sacræ Scripturæ, vel Casuum Conscientiæ, ad quam Fratres omnes convenire tenentur. Tertio, quod hic in Urbe in decem & septem Conventibus fiunt Congregationes Casuum Conscientiæ, illisque interveniunt Parochi tantummodo, & Confessarii ex Clero Sæculari, non vero Regulares, in quorum Conventibus prædictæ Casuum Lectiones habentur. Quarto tandem, quod ab hac Sacra Congregatione die 12. Maji 1685., uti habetur libro Decretorum 35. fol. 238., prodiit hæc resolutio in quadam Causa *Forosempronien. Accessus ad Congregationem Casuum Conscientiæ.*

„ *Episcopus exponit, in Civitate Forosempronien. dua adesse Regularium Cœnobia, unum scilicet Minorum Conventualium Sancti Francisci, alterum vero Barnabitarum, quæ, propter exiguum Religiosarum numerum inibi degentium, subjecta sunt jurisdictioni Ordinarii, ex Decreto Sanctæ Mem. Innocentii X. incipien.* Ut in parvis.: *& licet dicti Religiosi hujusmodi subjectionem agnoscant, atque patiantur; qui tamen ex eis Sæcularium Confessiones, eodem Ordinario approbante, excipiunt, ad Congregationem Casuum Conscientiæ, quæ singulis mensibus habetur, cuique Confessarii omnes intersunt, accedere renuunt. Quocirca petit declarari, an prædictos Confessarios Regulares cavere possit ad interessendum præfatæ Congregationi Casuum Conscientiæ? S.Congregatio &c. respondit: Negative.*

„ Hia positis, onus erit EE. VV. decernere: .?

„ An in casu, de quo agitur, permissum ease valeat Episcopo concedenti Sacerdotibus Regularibus facultatem audiendi Confessiones Sæcularium, injungere, ut intersint Congregationibus Casuum Conscientiæ?

„ Negative, & detur Decretum in Forosempronien. 12. Maji 1685.

I I.

„ Decretum Sacræ Congregationis
„ auper Statu Regularium in una Maceraten.,
„ 15. Januarii 1682. editum.

„ CUM Conventus auppressi, & postea reatituti, in quibua non degunt de familia duodecim Religiosi, sint, vigore Decreti, *Ut in parvis*, felic. recordat. Innocentii X., subjecti visitationi, correctioni, & omnimodæ jurisdictioni Ordinariorum Locorum; contigit dubitari, an Religiosi Confessores, & non Parochi, in hujusmodi Conventibus degentes, compelli possint ab iisdem Ordinariis, ut accedant ad Conferentiam Casuum Conscientiæ?

„ Proposito hoc Dubio in Sacra Congregatione auper Statu Regularium, habita in Palatio Vaticano die 15. Januar. 1682., Eminentissimi Patres censuerunt, Ordinarios Locorum posse quidem hortari, non autem compellere prædictos Religiosoa Confessorea non Parochos ad accedendum ad Conferentiam Casuum Conscientiæ.

1752.

1752. 10. Novemb. *Damnantur, & prohibentur quinque Propositiones singularibus certaminibus faventes, veteresque Leges, novis additis pœnalibus sanctionibus, confirmantur.*

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

DEtestabilem, (*a*) ac Divina, naturalique Lege damnatum Duellorum abusum, a barbaris gentibus, atque superstitiosis non sine ingenti corporum, Animarumque clade in Christianam Rempublicam, auctore diabolo, invectum, cum semper execrata sit, atque improbarit Ecclesia, tum præcipuo in eam curam studio, vigilantia, ac zelo incubuerunt Romani Pontifices, ut a Fidelium cœtu longissime arceretur. Nam, ut antiquiora mittamus Prædecessorum Nostrorum Nicolai Primi (Epist. 50. ad Carolum Calvum), Cælestini III., Innocentii II., Eugenii III., Alexandri III. (in Concil. Lateranen. cap. 1., & 2. *de Torneamentis*, ubi trium Prædecessorum Decreta citantur), Innocentii IV. (in Epist. ad Archiepiscopos, Episcopos, aliosque Ecclesiasticos Regni Franciæ, apud Raynald. ad ann. 1251. num. 3.), adversus singulares pugnas Decreta; extant recentiores Apostolicæ Sedis Constitutiones, quibus Romani Pontifices Julius II. (Constit. incipien. *Regis Pacifici*), Leo X. (Constit. *Quam Deo, & hominibus*), Clemens VII. (Constit. *Consuevit Romanus Pontifex*), ac demum Pius IV. (Constit. *Ea quæ a Prædecessoribus*), gravissimas pœnas antea statutas confirmarunt, aliasque de novo addiderunt contra Duellantes ex quacumque causa, etiam per Sæculares Regionum, aut Locorum Leges forsan permissa, adjecta infamia, bonorumque proscriptione, etiam adversus complices, ac participes, & qualemcumque operam eisdem præbentes.

§. 1. (*b*) Tridentina vero Synodus (sess. 25. cap. 19. de Reformat.) latam in eos excommunicationem extendit ad Imperatores, & Reges, Duces, ac Principes, cæterosque Dominos temporales, si locum ad Monomachiam in terris suis concesserint, ac jurisdictione, & dominio loci, in quo Duellum fieri permiserint, quem ab Ecclesia obtineant, eo ipso privatos declaravit. Committentes vero pugnam, eorumque Patrinos, excommunicationis, ac omnium bonorum proscriptionis, necnon perpetuæ infamiæ pœnam incurrere statuit; &, si in ipso conflictu decesserint, Ecclesiastica sepultura perpetuo carituros decrevit.

§. 2. (*c*) Cum vero præfatis saluberrimis Legibus judicialia dumtaxat, ac solemnia Duella comprehensa, ac proscripta viderentur, piæ memoriæ Prædecessor Noster Gregorius Papa XIII. (Constitut. *Ad tollendum*) hujusmodi pœnas adversus eos omnes extendit, qui nedum publice, sed etiam privatim ex condicto, statuto tempore, & loco, Monomachiam commiserint, etiamsi nulli Patrini, sociive ad id vocati fuerint, nec loci securitas habita, nullæve provocatoriæ Litteræ, aut denunciationis Chartulæ præcesserint.

§. 3. (*d*) Denique felicis recordationis Clemens PP. VIII. etiam Prædecessor Noster Apostolicas Romanorum ante se Pontificum Leges omnes, & pœnas in eis statutas sua Constitutione, quæ incipit, *Illius vices*, data xvi. Kal. Septembris Anno MDXCII. diserte complexus, easdem extendit ad omnes non solum Duello certantes, sed etiam provocantes, suadentes, equos, arma, commeatus præbentes, comitantes; Chartulas, Libellos, Manifesta mittentes, scribentes, vel divulgantes, aut quomodolibet circa ista cooperantes; Socios, Patrinos, de industria spectatores, fautores, criminis demum participes, illudque permittentes, vel, quantum in ipsis est, non prohibentes, ac delinquentibus veniam, & impunitatem concedentes, quique se prædictis quoquomodo immiscuerint; etiamsi neque pugnæ effectus, neque accessus ad locum sit subsequutus.

§. 4. (*e*) His tam sapienter, tam aperte, atque perspicue ab Ecclesia, & ab Apostolica Sede constitutis, dubitari jam nullo modo posse videbatur, quin Duella omnia tam publica, quam privata, & naturali, & Divino, & Ecclesiastico jure prorsus illicita, vetita, atque damnata censeri deberent. Sed nonnulli earum Legum interpretes, per benignitatis speciem humanis, pravisque cupiditatibus plus æquo faventes, Apostolicas Sanctiones ad corrupta hominum judicia inflectentes, ac temperantes, *licere* docuerunt (2. Prop. damnata ab Alexandro VII.) *Viro Equestri Duellum acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat*: (17. Prop. ex damnatis ab eodem) *Fas esse defensione occisiva vel ipsis Clericis, ac Religiosis, tueri honorem, dum alia declinandæ calumniæ via non suppetat*: (18. Prop. ab eodem damnata) *Propulsare damna, quæ ex iniqua Judicis Sententia certo imminent*: (32. Prop. ex damnatis ab Innocentio XI.) *Defendere non solum, quæ possidemus, sed etiam ea, ad quæ jus inchoatum habemus, dum alia via id assequi non valeamus*: Quas quidem assertiones Duellis faventes Apostolica Sedes censura notavit, rejecit, proscripsit.

§. 5. (*f*) Et nihilominus extiterunt quam proxime recentiores alii, qui etsi Duella vel odii, vel vindictæ, vel honoris tuendi causa, vel levioris momenti res, fortunasque servandi fateantur illicita; aliis tamen in circumstantiis, & aliis casibus vel amittendi Officii, & sustentationis, vel denegatæ sibi a Magistratu justitiæ, defensionis innoxiæ titulo, ea licere pronunciant. Laxas, & periculi plenas opiniones hujusmodi, ex vulgatis eorum Libris ad Nos delatas, ubi primum accepimus, earum examen nonnullis ex Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & quibusdam dilectis Filiis Sacræ Theologiæ Magistris, specialiter ad id per Nos deputatis

(*a*) *Assiduum Romanorum Pontificum studium in eliminanda Duellorum abusu.*
(*b*) *Pœnæ per Tridentinum indictæ in concedentes locum ad Monomachiam, Patrinos, & Pugnantes.*
(*c*) *Gregorius XIII. pœnales omnes Sanctiones a solemnibus ad privata Duella protendit.*
(*d*) *Et Clemens VIII. iisdem obnoxios efficit omnes consilium, operam, & indemnitatem præstantes cooperantes, complices, etiamsi ne accessus quidem ad locum secutus sit.*
(*e*) *Assertiones ab Alexandro VII., & Innocentio XI. damnatæ.*
(*f*) *Instauratæ laxiores opiniones foventes Duellorum abusum.*

tatis, commisimus: qui, re mature discussa, latis coram Nobis tum voce, tum scripto suffragiis, infrascriptas Propositiones censura, & proscriptione dignas existimarunt.

PRIMA PROPOSITIO.

Vir Militaris, qui, nisi offerat, vel acceptet Duellum, tamquam formidolosus, timidus, abjectus, & ad Officia Militaria ineptus haberetur, indeque Officio, quo se, suosque sustentat, privaretur, vel promotionis, alias sibi debitæ, ac promeritæ, spe perpetuo carere deberet, culpa, & pœna vacaret, sive offerat, sive acceptet Duellum.

I I.

Excusari possunt etiam, honoris tuendi, vel humanæ vilipensionis vitandæ gratia, Duellum acceptantes, vel ad illud provocantes, quando certo sciunt, pugnam non esse secuturam, utpote ab aliis impediendam.

I I I.

Non incurrit Ecclesiasticas pœnas, ab Ecclesia contra Duellantes latas, Dux, vel Officialis Militiæ acceptans Duellum, ex gravi metu amissionis famæ, & Officii.

I V.

Licitum est, in statu hominis naturali, acceptare, & offerre Duellum, ad servandas cum honore fortunas, quando alio remedio earum jactura propulsari nequit.

V.

Asserta licentia pro statu naturali applicari etiam potest statui Civitatis male ordinatæ, in qua nimirum vel negligentia, vel malitia Magistratus, justitia aperte denegatur.

§. 6. (a) Auditis itaque super unaquaque earum Propositionum, dictorum Cardinalium, & Consultorum judiciis, atque omnibus rite, & mature consideratis, Nos ipsas præsentium Litterarum tenore, & Apostolica Auctoritate, tamquam falsas, scandalosas, ac perniciosas, rejicimus, damnamus, ac prohibemus, itaut quicumque illas aut conjunctim, aut divisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de iis, etiam disputandi gratia, publice, aut privatim tractaverit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, a qua non possit (præterquam in mortis articulo) ab alio, quacumque etiam dignitate fulgente, nisi ab existente pro tempore Romano Pontifice, absolvi.

§. 7. (b) Insuper stricte in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub interminatione Divini Judicii, prohibemus omnibus Christifidelibus cujuscumque conditionis, dignitatis, & status, etiam speciali, & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum, ad praxim deducant.

§. 8. (c) Jam vero ut exitiosam Duellorum licentiam, in Christiana, ac præsertim Militari Republica, non obstantibus providis Legibus, a plerisque etiam Sæcularibus Principibus, & Potestatibus ad eamdem extirpandam laudabiliter editis, adhuc gliscentem, validiore manu coerceamus, gravissimumque scelus Apostolicæ districtionis gladio magis magisque insequamur; omnes, & singulas dictorum Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum Constitutiones superius enunciatas, quarum tenores, ac si præsentibus de verbo ad verbum insertæ forent, pro sufficienter expressis haberi volumus, Apostolica auctoritate confirmantes, & innovantes, ad hoc ut pœnarum gravitas, & severitas majorem perditis hominibus ingerat peccandi metum, Nostro Motu proprio, ac de Apostolicæ Auctoritatis plenitudine, earumdem præsentium Litterarum serie, statuimus, atque decernimus, ut si quis in Duello, sive publice, (d) sive privatim indicto, hominem occiderit, sive hic mortuus fuerit in loco conflictus, sive extra illum ex vulnere in Duello accepto, hujusmodi homicida, tamquam interficiens proximum suum animo præmeditato, ac deliberato, ad formam Constitutionis felicis recordationis Prædecessoris Nostri Benedicti Papæ XIII., quæ incipit, *Ex quo Divina*, datæ VI. Idus Junii anno Domini MDCCXXV., ab Ecclesiasticæ Immunitatis beneficio exclusus, & repulsus omnino censeatur; itaut a cujuscumque Sacri, aut Religiosi Loci asylo, ad quod confugerit, servatis tamen de jure servandis, extrahi, & Judicis competentis Curiæ pro merito puniendus, tradi possit, & debeat; super quo Nos Episcopis, aliisque superioribus Antistitibus, ad quos respective pertinet, & pertinebit in posterum, necessarias, & opportunas facultates præsentium quoque tenore impertimur. Quin etiam, vivente adhuc altero (e) in singulari certamine graviter vulnerato, si percussor in locum immunem se receperit, ex quo, eveniente illius morte, fugam arripere, & Legum severitatem evadere posse prospiciatur; volumus, & respective permittimus, ut, quatenus Periti ad inspiciendum vulnus acciti, *grave vitæ periculum* adesse retulerint, percussor ipse, prævio semper Decreto Episcopi, & cum assistentia Personæ Ecclesiasticæ ab eodem Episcopo deputatæ, ab hujusmodi loco immuni extractus, sine mora carceribus mancipetur; ea tamen lege Judicibus indicta, ut illum Ecclesiæ restituere debeant, si vulneratus superstes vivat ultra tempus a Legibus, quæ de homicidio sunt, constitutum; alioquin in easdem pœnas incidant, quæ in memoratis Benedicti XIII. Litteris constitutæ sunt adversus illos, qui delinquentem in aliquo ex casibus ibidem expressis, ex indiciis ad id sufficientibus sibi traditum, restituere recusent, postquam is in suis defensionibus hujusmodi indicia diluerit.

§. 9. (f) Præterea simili Motu, & Auctoritate decernimus, ac declaramus, sepulturæ sacræ privationem, a sacrosancta Tridentina Synodo inflictam morientibus in loco Duelli, & conflictus, incurrendam perpetuo fore, etiam ante sententiam Judicis, a decedente quoque extra locum conflictus ex vulnere ibidem accepto, sive Duellum publice, sive privatim indictum fuerit, ac etiamsi vulneratus ante mortem non incerta pœnitentiæ signa dederit, atque a peccatis, & censuris absolutionem obtinuerit; sublata

ta

(a) *Damnantur, & sub censuris defendi prohibentur.* (b) *Necnon ad praxim deduci.*

(c) *Constitutiones Prædecessorum Pontificum de Duellis confirmantur.*

(d) *Insuper publico, vel privato Duello interficiens alterum, etsi hic extra locum conflictus mortuus fuerit, Asyli jure privatur.*

(e) *Vivente adhuc sancio, quando, & qua forma percussor e loco immuni extrahi debeat.*

(f) *Interfecto autem sepultura sacra denegatur, licet Duellum privatim indictum fuerit, & ille extra locum pugnæ cum non incertis pœnitentiæ signis, ac præobtenta absolutione, obierit.*

ta Episcopis, & Ordinariis Locorum super hac pœna interpretandi, se dispensandi facultate, quo cæteris documentum præbeatur fugiendi sceleris, ac debitam Ecclesiæ Legibus obedientiam præstandi.

§. 10. (a) In hujus demum sollicitudinis Nostræ societatem vocantes Charissimos in Christo Filios Nostros Imperatorem electum, cunctosque Catholicos Reges, necnon Principes, Magistratus, Militiæ Duces, atque Præfectos, eos omnes, & singulos, pro sua in Deum religione, ac pietate, enixe obtestamur in Domino, ut conjunctis studiis, & animis, exitiosæ Duellorum licentiæ, qua Regnorum tranquillitas, Populorum securitas atque incolumitas, neque corporum solum, sed, quæ nullo pretio æstimari potest, æterna Animarum vita certo periclitatur, omni nisu, & constantia vehementer obsistant. Neque sibi, suæque in Deum fidei, muoerisque rationi fecisse satis intelligant, quod optime constitutis Legibus, indictisque gravissimis pœnis, horrendum scelus proscriptum sit; nisi accuratam ipsarum Legum, pœnarumque executionem naviter urgeant, se promoveant, seque inexorabiles Dei vindices in eos, qui talia agunt, diligenter exhibeant. Nam si delinquentes aut oscitanter ferant, aut molliter puniant, alieno sese crimine polluent, omnisque illius sanguinis reos se constituent, quem ita crudeliter inultum effundi permiserint. Vani enim, falsique honoris Idolo humanas litari victimas non impune feret Supremus omnium Judex Deus; rationem ab iis aliquando exacturus, quorum est Divina, & humana jura tueri, sibique creditorum hominum vitam servare, pro quibus sanguinem ipse suum Jesus Christus effudit.

§. 11. (b) Volumus autem, ut præsentium Litterarum transumptis, etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, & Sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem ubique, etiam in judicio, fides habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si originaliter forent exhibitæ, vel ostensæ: utque eædem præsentes in consuetis locis publicis hujus Almæ Urbis per Cursores Nostros, ut moris est, publicatæ, & affixæ, omnes, & singulos, quos concernunt, seu concernent in futurum, perinde afficiant, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ, & notificatæ fuissent.

§. 12. (c) Nulli ergo omnino hominum liceat, paginam hanc Nostrarum probibitionis, damnationis, præcepti, statuti, declarationis, facultatum impertitionis, obtestationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ (d) apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCLII. quarto Idus Novembris Pontificatus Nostri Anno Tertiodecimo.

D. Card. Passioneus.

I. Datarius.

Vice de Curia.

J. C. Boschi.

Loco ✠ Plumbi.

J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicat. die 24. *Mensis Novembris* 1752.

1752. 20. Novemb. *Damnatio, & prohibitio Operis inscripti*: Apologie de tous les Jugemens rendus par les Tribunaux seculiers en France contre le Schisme *&c.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Militantis Ecclesiæ regimini superna dispositione præsidentes, Dominici Gregis custodiæ jugiter invigilare, ac Oves Æterni Pastoris sanguine redemptas a perniciosarum doctrinarum venenis, quantum Nobis ex alto conceditur, præservare tenemur. Quapropter cum, sicut Nobis innotuit, in lucem prodierit quidam perniciosus Liber duobus tomis constans, Gallico idiomate absque auctoris nomine, & impressionis loco, cui titulus: *Apologie de tous les Jugemens rendus par les Tribunaux seculiers en France contre le Schisme, dans la quelle on etablit: 1. L'injustice, & l'irregularité des refus des Sacremens, de Sepulture, & des autres peines, qu'on prononce contre ceux, qui ne sont pas soumis à la Constitution UNIGENITUS; 2. la competence des Juges Laics pour s'opposer a tous ces actes de Schisme. Tom. I., & II. en France MDCCLII.*; Nos, auditis desuper plurium S. R. E. Cardinalium, aliorumque Sacræ Theologiæ Magistrorum, quos ad prædicti Libri examen delegimus, suffragiis, iisque plene, ac mature discussis, de memoratorum Cardinalium consilio, utrumque supra relati Libri Tomum, tamquam continentem assertiones falsas, temerarias, scandalosas, piarum aurium offensivas, in Romanos Pontifices, Apostolicam hanc Sanctam Sedem, & Episcopos injuriosas, Ecclesiasticæ jurisdictioni derogantes, obedientiæ Constitutioni, *Unigenitus*, ab omnibus sincere debitæ eversivas, schismati faventes, schismaticas, in errorem inducentes, ac erroneas respective, auctoritate Apostolica, tenore præsentium damnamus, reprobamus, prohibemus, ipsiusque Libri impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem, & usum, omnibus, & singulis Christifidelibus, etiam specifica, & individua mentione, & expressione dignis, sub pœna excommunicationis per contrafacientes ipso facto, absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo a quoquam, præterquam a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus, absolutionis beneficium valeat obtinere, omnino interdicimus. Volentes; & auctoritate Apostolica mandantes, ut quicumque Librum præfatum, seu aliquam illius partem, sive Typis impressam, sive manu scriptam penes se habuerint, vel in futurum quandocumque habebunt, illum, & illam, statim atque præsentes Litteræ eis innotuerint, Locorum Ordinariis, vel hæreticæ pravitatis Inquisitoribus tradere, atque consignare teneantur; hi vero exemplaria sibi sic tradita illico flammis aboleri curent. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Ut autem eædem præsentes Litteræ omnibus facilius innotescant,

(a) *Hortatio ad Principes, Magistratus &c., ut in Monomachiam eradicandam efficaciter incumbant.*
(b) *Exemplorum auctoritas.* (c) *Sanctio.* (d) *Dat.* 10. *Novemb.* 1752.

tescant, nec quisqusm illarum ignorantiam allegare possit, volumus, & auctoritate predicta decernimus, illas ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, necnon Curiæ Generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, per aliquem ex Cursoribus Nostris, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibidem affixa relinqui; itaut sic publicatæ omnes, & singulos, quos concernunt, perinde afficiant, ac si unicuique illorum personaliter notificatæ, & intimatæ fuissent: Ipsarum autem Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eamdem prorsus fidem tam in judicio, quam extra illud ubique locorum haberi, quæ haberetur ipsis præsentibus, si exhibitæ forent, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die xx. Novembris MDCCLII. Pontificatus Nostri Anno Decimotertio.
D. Card. Passioneus.

Publicat. eodem die, mense, & anno.

1752. 2. Decemb. *S. Congregationis Concilii interpretis Decretum in* Naulen. Visitationis.

Monasterium, & Ecclesiam *Sanctæ Mariæ de Ripa* in Diœcesi Naulensi (*sic in Folio Congregationis prædictæ dici*), diminuto ob redituum inopiam Monialium Ordinis Cisterciensis numero, Leo Decimus Pontifex providentissimus anno 1519. Monasterio *Vallis Piæ* Congregationis Olivetanæ, quod Finarii est in Diœcesi Savonensi, *perpetuo univit, adnexuit, & incorporavit* ea lege, ut Priores Monasterii Vallis Piæ in Ecclesia Monasterii Sanctæ Mariæ de Ripa *per aliquem, vel aliquos Monachos, vel alium Regularem cujusvis alterius Ordinis, vel Sæculares Sacerdotes singulis Dominicis, vel aliis festivis diebus Missam celebrari, & aliis in Divinis eidem Ecclesiæ deservire facere tenerentur*, quod ad hæc usque tempora diligenter servatur. Nulla inter Monachos Congregationis Olivetanæ, & Naulenses Episcopos de hoc Monasterio *Sanctæ Mariæ de Ripa* exorta fuit controversia, quòd Episcopi nullam in eo jurisdictionem sibi arrogarent: sed anno 1654., qui tunc Ecclesiæ Naulensi præerat, Episcopus, prætextu Constitutionis *Instaurandæ* latæ ab Optimo Pontifice Innocentio X., & cognitissimi Decreti *Ut in parvis*, jurisdictionem acquirere tentavit. Re tamen ab Abbate Monasterii Vallis Piæ Finarii delata ad Sacram Congregationem, Negociis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositam, rejectus fuit Episcopus, & objurgatus gravi Epistola. Hoc exemplo non deterritus qui nunc Ecclesiæ præest Naulensi, anno 1748. Ecclesiam Monasterii *Sanctæ Mariæ de Ripa*, nunquam ab Episcopis Naulensibus visitatam, clam Monachos Olivetanos, visitare primus voluit, sed, ubi id Abbas Monasterii Vallis Piæ rescivit, primùm contra eamdem Visitationem protestationem emisit, inde ad hoc Sacrum Tribunal venit, postulans, ut ab Eminentissimis Patribus definiretur, Episcopos Naulenses neque ordinario, neque delegato jure Ecclesiam illam visitare posse. Auditus fuit, ut fieri solet, Episcopus Naulensis, qui in Epistola sua totus est, ut jura sua tueatur.

Causa nunc proponitur: & disputant Monachi Olivetani Vallis Piæ Finarii, Monasterium *Sanctæ Mariæ de Ripa* unitum fuisse *accessorie, & subjective* Monasterio Vallis Piæ, quia id ferant verba = *Monasterium de Ripa prædictum præfato Monasterio Vallis Piæ authoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo unimus, & adnectimus, & incorporamus* =; ut uno consensu docuerunt *Barbos. de Offic. & Potest. Episc. alleg. 61. num. 23. & seqq.*, *Hojed. de incompat. benef. part. 2. cap. 3. num. 3.*, *Garzia de Benefic. parte 12. cap. 2. num. 55.*, *Pax Jordan. lucubr. lib. 10. tit. 32. num. 11.*, *Murga de Benef. quæst. 4. sect. 6. num. 197. & seq.*, *Carolus Antonius de Luca ad Ventrigl. in Prax. adnot. 8. §. 2. num. 3. tom. 2.* Cum aliud sit, quum duo Beneficia, Ecclesiæ, vel Monasteria *invicem, & simul* uniuntur; aliud vero, quum unum alteri unitur; nam primo casu utrumque æquali unione afficitur, & ideo utrumque æque principaliter uniri, & connecti oportet; altero verò casu quod unitur alteri, nonnisi accessorie, & subjective uniri, & connecti possit, ut disserunt *Fagnan. in cap. Novit num. 3. de Sed. vacan.*, *Schmalzgrueb. in Ius Canon. lib. 3. tit. 5. num. 161.*, *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 7. num. 119.*, *Leuren. For. benef. quæst. 88. num. 2.* Ubi enim Beneficium, vel Ecclesia alteri unitur, desinit esse corpus, quod per seipsum consistat, & ideo necesse est, ut alterius, cui unitur, pars, & membrum fiat, quod est esse unitum accessorie, & subjective, quæ fuit *Angeli* jurisprudentia *in consil. 248. vers. Sed ubi fit unio*, quam laudant, probantque *Ferrett. consil. 242. n. 5. vers. Et quando*, *Mandos. ad regul. 12. Cancell. quæst. 2. num. 6.*, *Hojed. de incompat. part. 2. cap. 3. num. 3. vers. Nam si fiat unio, & vers. Tamen incorporatio*, *Gratian. discept. 291. num. 2. & 3.*, aliique frequentissime.

Ex hac igitur subjectiva unione Monasterii de Ripa, quam Leo X. fecit Monasterio Vallis Piæ Finarii, efficitur, ut Monasterium de Ripa factum fuerit pars, & membrum Monasterii Vallis Piæ, & ideo frui debeat omnibus juribus, privilegiis, & exemptionibus, quibus præstat principale corpus, cui facta fuit unio, nempe Monasterium Vallis Piæ, ut tradunt *Paris. consil. 128. num. 17. & 20. lib. 4.*, *Garzia de Benef. part. 7. cap. 10. num. 3. & 3.*, *Murga quæst. Pastor. part. 2. quæst. 5. num. 1. & 2.*, & *quæst. 6. num. 20.*, *Card. Petra ad Constit. Apostol. Anastas. IV. Constit. 1. sect. 1. num. 45.* Itaut sicuti Monasterium Vallis Piæ Finarii exemptum omnino est ab omni Episcopali jurisdictione sive ordinaria, sive delegata, & sive una, sive altera ab Episcopo Savonensi visitari nequit; ita Monasterium, & Ecclesia de Ripa, veluti pars, membrum, & accessorium Monasterii, sive ordinaria, sive delegata authoritate (*nequeat*) visitari; cum explorati juris sit, non posse Episcopum visitare, ne jure quidem delegato, Ecclesias illas, quæ subjective unitæ fuerint Monasterio Regularium exempto a quavis etiam delegata jurisdictione Episcopali; ut docent *Gonzalez ad dictam reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 7. num. 34. & seqq.*, *Tamburin. de Iur. Abbat. tit. 1. disp. 15. quæst. 7. num. 10.*; & perpetua fuit Sacri hujus Tribunalis sententia. Nam, ubi de subjectiva unione non constabat, decrevit, Ecclesias delegatæ Episcoporum jurisdictioni subjectas esse, & jure delegato posse visitari; ut in *Lycien. Visitationis*, & *Comacren.* 29. *Januar.* 1724., & 23. *Iunii* 1725. *ad* 1. *Dubium*, *in Placentina* 17. *Augusti* 1726., & 22. *Ianuar.* 1727. *ad* 1. *Dubium*; *in Montis Regalis* 15. *Martii* 1727., aliisque. Contra vero, ubi de subjectiva unione con-

stabat, censuit, Ecclesias ab omni jurisdictione, & Visitatione, etiam delegata, exemptas, & solutas esse; ut patet ex Decretis collectis a *Tamburin. dicta quæst. 7. num. 10., Barbos. ad Concil. Trid. sess. 7. cap. 8. num. 15. & 18. de Reform., & Pamimoll. decis. 84. annot. 1. num. 20.*; & advertitur *in Folio dictæ Lycien. Visitationis, & Censurarum diei 18. Decembris 1733. §. Additur, & diei 23. Julii 1725. §. Hæc quoad Ecclesias Regulares*.

Nec mutare, ajunt Monachi Olivetani, Decreta Tridentini, quæ initio hujus Causæ adscripsimus, quòd illa vel sermonem habeant de Ecclesiis Commendatis, vel de Ecclesiis, quæ licet ad Regulares spectent, a Sæcularibus tamen retinentur, vel de Ecclesiis Parochialibus; quorum nullus sit casus, in quo versamur. Hæc Patres Monasterii Vallis Piæ Finarii: A Promotore Fiscali Curiæ Episcopalis Naulensis nondum libellum jurium habuimus. Dubium est:

An Episcopus visitare possit Ecclesiam S. Mariæ de Ripa, vulgo Sancti Benedicti in casu &c.?

Sacra autem Congregatio die 2. Decembris 1752. ad præfatum Dubium respondit: Negative.

1752. 4. Decemb. *Lectoribus* qualificatis *Min. Excalceatorum, & Recollectorum eædem prærogativæ, privilegia, &c. conceduntur, quibus alii fruuntur aliorum Ordinum Doctores Artium, & in Sacra Theologia Magistri, ac Lectores Jubilati Min. Observantium; quæ tamen eorumdem PP. Excalc., & Recoll. peculiaribus Constitutionibus non adversentur*.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joachimus Escuder Vice-Procurator Generalis Ord. FF. Min. S. Francisci de Observantia Excalceatorum, & Recollectorum nuncupatorum, nomine omnium, & singularum Provinciarum Fratrum hujusmodi, quod sicut dudum dilecti etiam filii FF. Ord. Min. ejusdem S. Francisci de Observantia nuncupatorum, statim atque dictus Ordo ab Ordine dilectorum quoque filiorum FF. Min. memorati S. Francisci Conventualium nuncupatorum, auctoritate Apostolica separatus fuit, ut quidquid mundani fastus, atque ambitionis inducere posset, a se procul amoverent, ad gradus Doctoratus Artium, & Magisterii in Sacra Theologia promoveri, ac Doctores, & Magistri vocari desierunt, atque solo titulo Lectoris Jubilati imposterum se uti decreverunt; ita quoque tractu temporis dicti FF. Excalceati, & Recollecti eodem humilitatis principio moti non modo titulo Doctoris, ac Magistri, sed per suas particulares Constitutiones etiam Lectoris Jubilati se se abdicarunt, contenti dumtaxat titulo Lectoris actualis, vel habitualis, ac etiam Lectoris qualificati.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, quemadmodum ejusmodi Lectores Jubilati apud dictos FF. Minores de Observantia, licet quoad rem ipsam, nempe literarum scientiam, a Magistris in Sacra Theologia, & Doctoribus Artium differre non viderentur, adhuc tamen ob nominum, & titulorum diversitatem nonnulli etiam per Sententias judicialiter definiverant, illos Doctoribus, & Magistris hujusmodi, in ordine ad facultatem aperiendi, & executioni mandandi Literas per Officium Pœnitentiariæ Apostolicæ expeditas, quæ dictis Doctoribus, seu Magistris super absolutione, votorumque dispensatione, seu aliorum obligatione, pares non esse; ac proinde dicti FF. Min. de Observantia rec. mem. Innocentio PP. XI. Prædecessori Nostro supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune provideret, & ipse Innocentius Prædecessor hujusmodi supplicationibus inclinatus per quasdam suas in simili forma Brevis die XXVII. Novembris MDCLXXIX. expeditas Literas incipientes, *Exponi Nobis*, concessit, & indulsit omnibus, & singulis memorati Ord. FF. Min. de Observantia Lectoribus Jubilatis tunc, & pro tempore existentibus, ut quascumque Literas per Officium Pœnitentiariæ Apostolicæ hujusmodi pro tempore expeditas, quæ Doctoribus Artium, seu in Sacra Theologia Magistris directæ fuissent, recipere, aperire, & juxta illarum formam, & tenorem executioni mandare; necnon quo ad alias functiones Ecclesiasticas, & literarias quaslibet, omnibus, & singulis prærogativis, præeminentiis, privilegiis, gratiis, & indultis, quibus Fratres expresse professi aliorum Ordinum Doctores Artium, & in Sacra Theologia Magistri tam de jure, usu, & consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pari modo uti, frui, & gaudere libere, licite, ac valide possent, & valerent, ac alias prout dictis ejusdem Innocentii Prædecessoris Literis, quarum tenorem præsentibus pro expressis haberi volumus, uberius dicitur contineri: ita non obstante quod inter prædictos FF. Excalceatos, & Recollectos existant Lectores, qui quoad literarum scientiam, & tempus, quo lectionibus datur opera inter memoratos FF. de Observantia, præsertim Ultramontanæ Familiæ, ut vocant, nimirum per triennium Philosophiæ, & per duodecim annos Sacræ Theologiæ, a memoratis Lectoribus Jubilatis differre non videantur; quia tamen inter eos est nominum, titulorumque diversitas, contendentibus dictis FF. Minoribus de Observantia in Congregatione Ven. FF. Nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, sæpe dictis Lectoribus Excalceatorum, & Recollectorum easdem prærogativas, quæ pro Lectoribus Jubilatis dictorum FF. de Observantia Constitutionibus Ordinis prædicti auctoritate Apostolica confirmatis præscriptæ reperiuntur, minime convenire, illisque frui, & gaudere non posse, licet prærogativæ hujusmodi peculiaribus dictorum FF. Excalceatorum, & Recollectorum Constitutionibus non adversentur, prout reipsa per Constitutiones ipsas præscriptum reperitur, ut, eveniente obitu alterius ex Commissariis Generalibus in Indiis Occidentalibus pro tempore existentibus, antequam ille tempus sui muneris absolverit, statim eligendus sit Vice-Commissarius ab ea Provincia, intra cujus limites existit Conventus proximior loco, in quo Commissarius Generalis prædictus decessit, in una speciali Congregatione habenda, in qua Minister, seu Vicarius Provincialis, Definitores Provinciales actu existentes, Custos, Patres Provinciæ, nempe ii, qui munus Ministri, seu Vicarii Provincialis saltem per biennium expleverunt, duo Lectores Jubilati antiquiores in Jubilatione, &

Guar-

Guardianus Conventus, in quo electio, seu Congregatio facienda, & habenda erit, interesse debeant; ac occasione obitus dicti Commissarii Generalis in aliqua ex Provinciis Excalceatorum hujusmodi, prout evenit, duns Lectores Jubilatos dictorum FF. de Observantia, una cum cæteris suffragantibus dictorum FF. Excalceatorum, ad ferendum votum accedere debere, quippe quod inter FF. Excalceatos Lectores Jubilati minime reperiuntur, quamquam (ut præfertur) inter FF. Excalceatos Lectores qualificati existant, qui jure, & meritò, absolutis quindecim annis Lecturæ, nempe tribus Philosophiæ, & duodecim Sacræ Theologiæ, Lectoribus Jubilatis Fratrum de Observantia prædictorum comparari possint; die x. Septembris anni proxime præteriti MDCCLI. ipsa Cardinalium Congregatio suum ad favorem memoratorum FF. de Observantia Decretum edidit: ac subinde, ipsi Joachimo Vice-Procuratori Generali nova audientia concessa, die III. Martii proxime præteriti eadem Congregatio Cardinalium stetit IN DECISIS. In hoc rerum statu memoratus Joachimus Vice-Procurator Generalis opportune in præmissis a Nobis provideri, &, ut jam prædictus Innocentius Prædecessor Fratribus de Observantia, sicut præmittitur, indulsit, ut infra indulgeri summopere cupit.

Nos igitur FF. Excalceatorum, & Recollectorum hujusmodi decori, & honorificentiæ, quantum cum Domino possumus, benigne consulere, ipsumque Joachimum Vice-Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis &c., applicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, non obstante ipsius Cardinalium Congregationis Decreto ad favorem dictorum FF. Min. S. Francisci de Observantia in præmissis aliàs edito, ac etiam nova ejusdem Congregationis resolutione IN DECISIS, ut præfertur, emanata; nihilominus omnibus, & singulis memorati Ordinis FF. Minorum S. Francisci Excalceatorum, & Recollectorum nuncupatorum Lectoribus qualificatis præsentibus, & pro tempore existentibus, dummodo tamen per trium Philosophiæ, & duodecim annorum spatium Sacræ Theologiæ Lecturam omnino expleverint, ut quascumque Litteras per Officium Pœnitentiariæ Apostolicæ pro tempore expeditas, quæ Doctoribus Artium, seu Magistris in Sacra Theologia directæ fuerint, recipere, aperire, & juxta illarum formam, & tenorem executioni mandare, nec non quoad alias Ecclesiasticas, literarias, & dicti Ordinis functiones quaslibet, omnibus, & singulis prærogativis, præeminentiis, privilegiis, & indultis, quibus illi Fratrus expresse professi aliorum Ordinum Doctores Artium, & in Sacra Theologia Magistri, ac Lectores Jubilati Ordinis FF. Min. S. Francisci hujusmodi tam de jure, usu, & consuetudine, quam aliàs quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, gaudere possunt, & poterunt in futurum, pari modo, & absque ulla prorsus differentia uti, frui, & gaudere libere, & licite possint, ac valeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Cæterum non intendimus per præsentes Litteras privilegia illa, & exemptiones, prærogativas, gratias, & indulta, quæ prædictis Lectoribus qualificatis sæpe dictorum FF. Excalceatorum, & Recollectorum per eorumdem particulares Constitutiones, quibus reguntur, concessa sunt, ullo modo augere, vel minuere, sed illa in statu, & terminis, in quibus de præsenti reperiuntur, remanere volumus.

Decernentes, easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis &c., ac irritum, & inane &c. Non obstantibus præmissis, & Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam juramento &c.

Volumus autem, ut earumdem Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Procuratoris dicti Ordinis, seu Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IV. Decembris MDCCLII. Pontificatus Nostri Anno Decimotertio.

D. Card. Passioneus.

Litteræ Innocentii XI. supra laudatæ leguntur tom. 3. Chronol. hujus part. 1 p. 582. Decreta autem duo S. Congregationis Episc. & Reg. vid. supr. ad diem 10. Septembris 1751. Desunt porrò hic in pag. præc. col. 2. post init. (inter dictionem, obligatione, *& dictiones sequentes*, pares non esse) *pauca verba, eò quòd in Regesto ex Scribæ errore non habeantur. Ea suppleri poterunt ex t. 3. Chron. loc. super cit. col. 1, §.* Cum autem *post med.*

1752. 7. Decemb. *Decretum P. Ministri Generalis, quo declaratur, Patres, qui re ipsa Provinciam duos integros annos rexerunt, præcedere iis debere, qui hoc tempus legitimum non explevere, iisdemque Provinciæ Patribus ex gratia adscripti sunt.*

Vista, y considerada maduramente esta Suplica por N. Reverendissimo P. Ministro General, dixo, que, atentas las Leyes, y Costumbre inveterada de la Religion, el R. P. Fr. Benito de Lago suplicante, y los demas, que huvieren realmente governado la Provincia dos años enteros prescriptos en nuestras Leyes, como Padres de Provincia que son de justicia, deben preceder al R. P. Fr. Juan Berthol, que por no aver governado los dichos dos años, lo es de gracia. Assì lo declarò, y mandò su Reverendissima en este Convento de N.P.S. Francisco de Madrid en 7. de Diziembre de 1752.

Fr. Pedro Juan de Molina Ministro General.

Assì es - Fr. Juan Picazo Secret. General de la Orden.

Uterque Patrum, qui in hoc nominantur Decreto, alumni erant Provinciæ S. Jacobi in Hispania. P. Joannes Berthol Salamanticensis Doctor, jam ante P. Benedictum, Vicarii illius Provinciæ munus, sed non nisi annum unum, & menses duos, obiverat. Anno tamen 1750. A. R. P. Joannes Tiberi in vim facultatum, quas sibi S. Congregatio Episc. & Regul. fuerat impertita, eidem concesserat omnes gratias, prærogativas, exemptiones, & privilegia, quibus jure, & consuetudine Exministri Provinciales fruuntur.

Post menses aliquot P. Benedictus pariter, qui prædicto anno 1750. Vicarii ejusdem Provinciæ munere fungebatur, obtinuit Pontificium Breve, quo Ministri Provincialis titulus ipsi fuit tributus, omnesque gratiæ,

L 2 *præ-*

prærogativæ , & privilegia Ministrorum Provincialium in Provincialibus Comitiis electorum , periade ac si in præcedenti Capitulo electus fuisset .

Anno eodem 1752. , cum P. Minister Generalis , expensis supradictis Literis a P. Berthol obtentis , illas subreptitias , nulliusque roboris declaravisset , permisisset tamen , ut is rursus pro illarum validatione Summum Pontificem interpellaret ; ejusdem rogatu Pontifex easdem Literas validas fecit , eas (ut in libello mox memorando scriptum invenio) relinquens in sua vi , ac robore . *Dispensavit almirum cum ipso super mensibus decem , qui defuerant ad biennium explendum regiminis ; insuperque eum tollens de numero Ex-Vicariorum Provincialium , omnes gratias , præeminentias , prærogativas , privilegiaque ipsi concessit , quibus jure , vel consuetudine Ministri in Provinciali Capitulo electi , expleto Officio , fruuntur .*

Rebus ita se habentibus , P. Benedictus supplicem P. Ministro Generali libellum obtulit (ex quo libello prædicta omnia hausimus) , postulans , ut declararet , uter utri deberet præcedere : prodiitque subinde suprascriptum Decretum . Decreti hujus Pontificiam confirmationem petiit deinceps anno 1753. P. Benedictus . Quarum precum cognitio cum fuisset a Pontifice S. Congregationi Episc. & Regul. demandata ; cumque P. Procurator Generalis , audito P. Ministro Generali (ut a S. Congregatione jussus fuerat) , censuisset ad ipsius P. Generalis mentem , petitioni huic annuendum esse ; Eminentissimi Patres decreverunt in hæc verba :

„ Sacra Congregatio *&c.* , ad quam Sanctissimus „ Dominus Noster supplicem libellum remisit , at- „ tenta relatione P. Procuratoris Generalis , cen- „ suit , si Sanctitati Suæ placuerit , per suas Litte- „ ras Apostolicas in forma Brevis petitam confir- „ mationem benigne concedi posse .

„ Romæ 24. Augusti 1753.

1752. 9. Decemb. *S. R. C. Decretum , quo approbantur Oratio , & Lectiones secundi Nocturni propriæ S. JACOBI PICENI .*

Ordinis Minorum Observantium S. Francisci .

PORrectis Sacror. Rit. Congregationi humillimis precibus per P. F. Bernardinum a Teclitio Commissarium Generalem Curiæ Ord. Min. S. Francisci de Observantia pro approbatione Orationis , & Lectionum propriarum secundi Nocturni in honorem S. JACOBI DE MARCHIA ejusdem Ordinis ; Sacra eadem Congregatio suprascriptas Orationem , & Lectiones , per Emum & Rmum Dominum Card. Cavalchini Ponentem , necnon per R. P. D. Ludovicum de Valentibus Fidei Promotorem mature revisas , & emendatas , approbavit , easque ab omnibus Religiosis utriusque sexus præfati Ordinis recitari posse benigne concessit . Die 9. Decembris 1752.

D. F. Card. Tamburinus Præf.

M. Marefuscus S. R. C. Secr.

Loco ✠ Sigilli .

1752. 9. Decemb. *Ejusdem S. R. C. Decretum in* Bracharen.

R*Elato per Eminentissimum Card. Cavalchini Ponentem in S. R. C. Dubio :* An onus celebrandi Missam unam omnibus diebus festivis Deiparæ Virginis intelligendum sit pro diebus festivis tantum de præcepto ; an etiam pro aliis simplicibus , in quibus commemoratio in honorem Deiparæ Virginis intra annum fieri consuevit ? *Sacra eadem Congregatio respondit :* Missas esse celebrandas omnibus diebus , in quibus fit Officium Beatissimæ Virginis sub ritu duplicis majoris , & altioris ritus tam in Ecclesia universali , quam in Diœcesi .

Die 9. Decembris 1752.

1752. 22. Decemb. Decretum *P. Commissarii Generalis Cismont. Familiæ in Causa Emerentiæ .*

IN Causa vertente inter P. Jo. Baptistam a Candelaria ex una , & R. P. Bernardinum a Scapetiano , ambos nostræ Reform. Provinciæ Marchiæ , ex altera partibus , apud Nos introducta super gradu , & privilegiis Lectoris Emeriti ; prætendente dicto P. Jo. Baptista propter multas exceptiones , contra prædictum P. Bernardinum productas , sibi , utpote seniori , & antiquiori , dictum gradum , dictaque privilegia deberi , esto ex defectu legitimarum attestationum de , & super implemento eorum omnium , quæ juxta Ordinis , & Apostolicarum Constitutionum præscriptum necessaria sunt ad dictum gradum consequendum , patentales Litteras a Superioribus Generalibus minime obtinuerit , neque gradu Lectoris Emeriti insignitus fuerit : Ex opposito prætendente P. Bernardino , qui usque de anno 1736. , exhibitis necessariis attestationibus de , & super implemento Lecturæ & quoad tempus , & quoad exercitia per dictas Constitutiones injuncta pro dicto gradu consequendo , a bon. mem. Reverendissimo P. Joanne a Petrafitta tunc temporis Vicecommissario Generali , iterumque a bon. pariter memor. Reverendissimo P. Cajetano de Laurino Ministro Generali sub die 20. Januarii 1741. patentales Litteras cum prærogativis Lectoris Emeriti obtinuit , quæ Litteræ in Provincia Marchiæ , nemine contradicente , vel reclamante , publicatæ fuerunt , & in Gestis ejusdem Provinciæ insertæ ; ac inde , data per obitum R. quondam P. Pii de Asculo , Lectoris Emeriti gaudentis , vacantis loci , idem P. Bernardinus vi dictarum Litterarum patentalium Superiorum Generalium in possessionem privilegiorum Lectoris per Diffinitorium Provinciæ fuit immissus ; prætendente , inquam , dicto P. Bernardino , & instante pro manutentione in sua possessione dictorum privilegiorum , eo vel magis , quod P. Jo. Baptista adversarius etiamsi justificare posset , se exercitia præstitisse necessaria ad consequendum gradum Lectoris Emeriti , esto ætate sit senior dicto P. Bernardino , in expletione tamen dictorum exercitiorum junior judicaretur , gradus autem , & privilegia Emeriti non Antiquiori ætate , sed expletione officii , & exercitiorum ejusdem per Ordinis , & Apostolicarum Constitutionum præscriptum , & signanter S. M. Clementis XII. , debentur : Nos ergo , his mature perpensis omnibus ab utraque parte adductis , productisque , ac pluries verbo , & scripto auditis Adm.

RR.

RR. PP. Josepho M. a Gallipoli Procuratore Generali, & Alexio de Roma Ex-Procuratore Generali Reformatorum, quos in hac Causa consultores assumpsimus, de unanimi eorumdem PP consilio, & voto, declaramus, dicimus, & pronunciamus, exceptiones contra P. Bernardinum de Scapetiano productas a P. Jo. Baptista a Candelaria adversario non obstare; proindeque eumdem P. Bernardinum in possessione gradus, & privilegiorum Lectoris Emeriti esse manutenendum. Sic dicimus, declaramus, & pronunciamus hoc, & omni meliori modo.

Ex Aula Nostræ Residentiæ Aracœlitanæ de Urbe 22. Decembris 1752.

F. Raphael a Lugagnano Commiss. Generalis.

De mandato Rmæ Suæ Paternitatis
F. Paulus Joannes a Bastia Secret. Generalis.

1753. 9. Januar. *Sententia Illustrissimi tunc Vicesgerentis Urbis, deinde Emi Card., Ferdinandi Mariæ de Rubeis; qua deciditur jus nostratum elevandi unicam, propriamque Crucem, dum Cadavera, in Sacra Æde Aracœlitana tumulanda, ad eamdem Ecclesiam, in Curru etiam, deferuntur.*

CHristi Nomine invocato: Pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes per hanc nostram definitivam Sententiam, quam de Juris Peritorum consilio in his scriptis ferimus in Causa, & Causis, quæ primo, & in prima, seu alia veriori coram Nobis versæ fuerunt, & vertuntur Instantia, inter RR. PP. Minores Observantes Ecclesiæ S. Mariæ de Aracœli actores ex una, & R. P. Parochum Ecclesiæ S. Caroli ad Cattinarios reum conventum partibus ex altera, de, & super Jure elevandi unicam, & propriam Crucem in Associationibus Cadaverum defunctorum sub dicta Ven. Ecclesia Parochiali S. Caroli ad Cattinarios, & Parochianorum dicti Rev. Parochi, seu eidem Parochiæ subjectorum, deferendorum etiam in Curru ad Ven. Ecclesiam S. Mariæ de Aracœli actricem, ibique tumulandorum, rebusque aliis &c. Dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, ac definitive sententiamus (firmo remanente Decreto, seu Mandato de manutenendo per Nos contemporanee facto, & relaxato favore dictorum RR. PP. Minorum Observantium, ad quod &c.), licuisse, & licere eisdem RR. PP. in Associationibus prædictis elevare unicam, & propriam Crucem eorum Ven. Ecclesiæ, sub qua incedere debeat idem Rev. Parochus, præfatisque RR. PP. Minoribus Observantibus competiisse, & competere Jus prædictæ elevationis eorum unicæ Crucis, ratione Ecclesiæ tumulantis, & non aliàs &c., dictumque Jus non competiisse, neque competere dicto Rev. Parocho S. Caroli ad Cattinarios, minusque eidem licuisse, & licere in Associationibus prædictis elevare Crucem ejus Ecclesiæ Parochialis, juxta præscriptum in Statuto Cleri Romani Cap. v. §. 7. de Jure procedendi, omnino exequendo, & observando, prout Nos exequi, & observari, & pro executo, & observato haberi volumus, & mandamus; proptereaque omnes exceptiones, datas a præfato Rev. Parocho adversus dictos RR. PP. Minores Observantes actores, fuisse, & esse nullas, irritas, & insubsistentes, ac rejiciendas, prout rejicimus, & pro rejectis, nullis, irritis, & insubsistentibus haberi volumus, & mandamus; perpetuumque silentium super præmissis dicto Reverendo Parocho imponimus; victumque victoribus in expensis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de Jure imposterum reservamus: Et ita dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, ac definitive sententiamus non solum &c. sed & omni &c.

Ita pronunciavi Ego F. M. Patriarcha Constantinopolitanus Vicesgerens.

Lata, lecta, & publicata per Acta de Amicis Notarii Eminentissimi Vicarii die 9. Januarij 1753.

Cum deinde anno 1770., vita functa Excellentissima D. Hieronyma Mattei (cujus corpus in Aracœlitanam Ecclesiam deferendum erat, in gentilitio sepulcbro condendum), orta hac ipsa de re controversia esset, eò quòd hanc latam Sententiam ignoraret Defuncti Parochus, nec ipsi in ea temporis angustia Sententiæ exemplum exhiberi posset; amice cum P. Guardiano Parochus ita convenit, ut ipse quidem Parochialem Crucem in Curru esset laturus, deinde autem, oblato sibi ejus Sententiæ exemplo, declarationem scriptam pro Cœnobii jure editurus esset. Ita porro factum est: exhibitoque sibi Sententiæ exemplo, Parochus scriptam declarationem 22. Decembris dedit, in qua post hæc ipsa narrata, hunc in modum concludit: Quindi è, che avendomi il suddetto P. Guardiano fatta presentare la Copia; per quello spetta a me, dico, e dichiaro, che l'atto enunciato di avere io portata la Croce in Carrozza nella congiuntura surriferita non abbia a valere per esempio in contrario, ed in conseguenza pregiudicare al Decreto a loro favore emanato: E ciò per osservanza di mia parola &c. In fede &c.

Questo dì 22. Decembre 1770.

A. Palesi Paroco di Santa Lucia alle Botteghe oscure

Loco ✠ Sigilli.

Verba Statuti Cleri Romani, quod in suprascripta Sententia laudatur, vide in Bibliotheca P. Ferraris (v. Crux *num.* 18.). *Ibidem Auctor (a num. 13. usque ad 20., & in* Supplementis e II. Editione *num* 37.) *fuse de hoc argumento agit. Vide etiam eumdem* v. Cadaver (in Supplementis e II. Editione *num.* 37. *&* 61.), *itemque Matthæuccium* (Official. Cur. *cap.* 20.), *& Auctores, quos uterque citat.*

Notandum vero hic est, quod attinet ad Cadaverum delationem in Curru, sæpius fuisse a Sac. Congregatione Episc., & Regular. decretum, nullo modo esse tolerandum abusum, quod mortui Curru clausi deferantur ad Ecclesiam: *ut videre licet apud Ferraris* (v. Sepultura *num.* 231., *&* v. Cadaver *num.* 13.), *Cardinalem Petra (Comment. in Constit. Apost. tom.* 2. *Const.* 9. *Innocentii III, num.* 10.), *& Pignatellum (tom. 4. Consultat.* 199. *num.* 20.).

Ac rectissime quidem. Id enim adversatur Rituali Romano in Rubrica de Exequiis, *cujus verba Pignatellus, & Petra afferunt (locis cit.); quamque sub certis pœnis servandam jussit S. M. Clemens XI. per Edictum ab Eminentissimo Urbis Vicario an.* 1705. 4. *Februarii datam; etiam si ageretur de Cadaveribus* Nobilium, & Magnatum, *ut verbis utar Summarii Edicto præpositi (Bullar. ejusd. Pontific. pag.* 317.).

En ipsius Edicti verba: „ Di più ordina la Santità Sua,
„ che nel trasportare dalle Case alle Chiese li Cadaveri
„ di tutte le Persone di qualsivoglia stato, grado, e
„ condizione, anche titolate, o sia di giorno, o di
„ notte con la dovuta licenza, si osservi parimente
„ la disposizione del detto Rituale Romano nel titolo
„ suddetto „ (*scilicet* de Exequiis) „ §. Constituto

tam.

„ TEMPORE; cioè, che si portino processionalmente „ con la Croce avanti, PAROCHO PRÆCEDENTE FERETRUM CUM LUMINIBUS; e però proibisce di trasportarli in qualsivogl'altra maniera, particolarmente „ dentro li Cocchi, o Carrozze, sotto pena all'Eredi in caso di contravenzione di scudi 500. d'applicarsi in opere pie, ed al Paroco, se ciò permetterà, della perdita degli emolumenti, che se „ li devono, ed altre a nostro arbitrio.

„ Dicta *tamen* prohibitio „ (*inquit Petra loc. cit. num.* 11.) „ procedit regulariter, non autem in „ casu necessitatis, in quo usus obtinet, etiam in „ Urbe „ (*prævia nimirum licentia Eminentissimi Vicarii, vel Illustrissimi Vicesgerentis*) „ certis quibusdam casibus, ut corpora privatim deferantur ad „ Ecclesiam, in qua fiunt funeralia; quæ sane necessitas urget eum primis in sepultura Regularis (*de qua re ibi disserit*) „ qui decessit extra claustra „ *&c. Vid. & Ferraris v.* Exequiæ *num.* 2.

1753. die 15. JANUAR. *Confirmantur, & declarantur Constitutiones Prædecessorum Romanorum Pontificum super interdicta, etiam Regularibus Viris, armorum delatione, retentione, & venditione.*

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

SEcuritatem (*a*), atque tranquillitatem Populorum, & Personarum Apostolicæ Sedi in temporalibus subjectarum tueri, & asserere volentes Prædecessores Nostri Romani Pontifices, non modo severissimas Leges adversus homicidia, & cujuscumque generis vim ediderunt, verum etiam ad ea submovenda, quæ hujusmodi delictis facile perpetrandis occasionem, & commoditatem præbere possent, omnium armorum ad necem clam, & dolose inferendam aptorum delationem, retentionem, & venditionem, gravissimarum pœnarum interminatione vetuerunt: (*b*) quemadmodum ex providis felicis recordationis Pii Papæ IV. Anno Incarnationis Dominicæ 1561. Nonis Martii, & Sancti Pii V. pridie Idus Februarii illius Pontificatus Anno septimo, editis Constitutionibus patet.

§. 1. (*c*) Quorum vestigiis inhærens recolendæ memoriæ Prædecessor quoque Noster Alexander Papa VIII. per suam Anno Incarnationis Dominicæ 1690. Idibus Augusti editam Constitutionem, quæ incipit, *Etsi cuncta*, prædictorum ante se Pontificum Leges, atque Sanctiones confirmans, & innovans, decrevit, & sanxit, nemini cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ, etiam speciali mentione, seu nota digno, licere in Alma Urbe, ejusque Districtu, & in toto Statu Ecclesiastico tunc sibi, & dictæ Sedi tam immediate, quam mediate subjecto, comprehensis etiam quatuor Legationibus, ac Civitatibus Bononiensi, Ferrariensi, Beneventana, aliisque Civitatibus, Terris, & Locis, etiam specialem, & individuam expressionem, & nominationem requirentibus, ejusmodi arma in præmissis Constitutionibus expresso vetita, & alia quæcumque brevioris mensuræ trium Palmorum, illius mensuræ, quæ vulgariter denominatur *Canna Romana* ad usum Mercatoris, sub pœnis læsæ Majestatis, & rebellionis irremissibiliter exequendis (exceptis dumtaxat cultellis aptis ad incidendum panem, qui tamen majoris longitudinis unius Palmi esse non possent, ac sine cuspide, &, ut vulgo dicitur, *spuntati* esse deberent; necnon aliis instrumentis ad usum propriæ artis, quam quisque exercet, necessariis, & in actu exercitii ejusdem artis, & non aliàs) deferre, seu domi, aut in Apotheca, vel alibi retinere, sive in ipsum Statum Ecclesiasticum introducere, fabricare, vendere, permutare, aut aliud contractus genus super ipsis inire.

§. 2. (*d*) Cumque sub suæ hujusmodi, ac præcedentium Constitutionum censura tam Clericos, quam alias omnes, & singulas personas Ecclesiasticas, etiam quomodolibet exemptas, Sæculares, & cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti, etiam de necessitate specialiter exprimendi, necnon Militiarum quarumcumque, etiam Hospitalis Sancti Joannis Jerosolymitani, Regulares, vel aliàs immunitate personali quomodolibet gaudentes, comprehendi voluisset, & contra transgressores, si qui etiam ex his reperti fuissent, per Ordinarios Locorum, aliosque competentes Judices, ad majorem pœnam, quam Tribunal Ecclesiasticum pro quocumque graviori, & atroci delicto imponere soleat, & valeat, irremissibiliter procedi mandasset:

§. 3. (*e*) Hoc insuper decrevit, & declaravit, ut ad eximendos transgressores a pœnis præfatis minime suffragaretur allegare, quod non constaret de dolo, vel mala eorumdem contravenientium qualitate; nec etiam ad hujusmodi effectum ullæ Familiaritates, Litteræ patentes, & Licentiæ concessæ, aut concedendæ, seu Privilegia cujuslibet Congregationis, Tribunalis, aut Militiæ, seu Judicum, Officialium Militarium, & Ministrorum, etiam Justitiæ, aut Ministerii Cameralis, Almæ Domus Lauretanæ, & cujusvis Ordinis, etiam Militaris, Congregationis, Societatis, & Instituti, aut quarumvis Personarum, quacumque Ecclesiastica, seu mundana Dignitate fulgentium; quidquam prodessent, aut relevarent; prout latius, atque distinctius in præcitatis ejusdem Alexandri Prædecessoris Litteris continetur.

§. 4. (*f*) Pari justitiæ zelo, & publicæ quietis studio incensus sanctæ memoriæ immediatus Prædecessor Noster Clemens Papa XII. per suam Anno Incarnationis Dominicæ 1734. Kalendis Februarii Pontificatus sui Anno quinto editam Constitutionem, cujus initium est, *In supremo Justitiæ Solio*, inter alia,

(*a*) *Certi generis arma in publicæ securitatis exitium comparata.*
(*b*) *Proscripta sunt a Prædecessoribus Pontificibus, & præsertim Pio IV., & S. Pio V.*
(*c*) *Horum Sanctiones innovavit Alexander VIII., & vetitorum armorum genera exacte distinxit.*
(*d*) *Ecclesiasticos omnes, aliosque exemptos iisdem Legibus teneri declaravit.*
(*e*) *Statutas pœnas incurri decrevit, licet dolus, & mala qualitas abesse dicerentur: nec suffragari patentes Litteras, aut Privilegia quæcumque.*
(*f*) *Præfatorum Pontificum Leges instauravit Clemens XII.*

alia, quæ pro recta Justitiæ administratione, ac delictorum coercitione provide constituit, prædictaa Pii IV., Pii V., & Alexandri VIII., aliorumque Antecessorum Litteras, & Ordinationes, necnon Edictum Kalendis Januarii Anni Domini 1708. de mandato piæ memoriæ Clementia Papæ XI. promulgatum, cæteraque Bannimenta eousque publicata, quibua eorumdem, seu aliorum armorum in Urbe, & Ditione Ecclesiastica præfatis delatio, retentio, introductio, aut venditio, sub diversia etiam capitalibus pœnis prohibentur, omniaque, & singula in eia contenta similiter approbavit, & innovavit; & ne pœnarum in ipsis adversus transgressores statutarum executionem ullo modo impediri contingeret, quibuscumque Tribunalibus (a), Magistratibus, & Judicibus, tam Urbis præfatæ, quam aliarum Civitatum, Terrarum, & Locorum eidem Apostolicæ Sedi immediate, ac etiam mediate subjectorum, necnon quibusvis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, etiam de Latere Legatia, districte prohibuit, & interdixit, ne in Causis delationis, ac retentionis hujusmodi armorum ulli delinquenti pœnas, quas quomodolibet incurrisset, gratiose remitterent, aut componerent, vel in minima etiam parte moderarentur, sed ea dumtaxat, quæ stricti juris essent, juxta præcisam formam, & dispositionem Litterarum, Edicti, & Bannimentorum hujusmodi decernerent, & exequerentur.

§. 5. (b) Quod si ex peculiaribus quandoque facti circumstantiis, vel ex qualitate personarum, gratiæ, compositioni, aut pœnæ moderationi locum esse, æquitate ita suadente, prudenter existimarent; voluit nihilominus, neque tunc per eosdem Magistratus, & Judices ad concessionem gratiæ, compositionem, aut moderationem pœnæ deveniri posse, nisi prævia sua, ac Romani Pontificis pro tempore existentia expressa approbatione; sub nullitatis gestorum, ac omnium inde sequutorum, &, quoad Judicea præfatos, sub pecuniariis, aliisque etiam corporalibua, suo, & ejusdem Pontificis arbitriu infligendis pœnia; & consequenter quibuslibet Cardinalium Congregationibua, ac Cardinalibua etiam de Latere Legatis, quamcumque facultatem, quæ ipsis de jure, usu, vel consuetudine, seu aliàs quomodolibet competere posset, arbitrandi, gratiam impertiendi, & componendi, ac moderandi pœnas hujusmodi, in dictis Causis delationia, aut retentionis armorum, abrogavit, & revocavit.

§. 6. (c) Et Nos igitur dictorum Prædecessorum consilium, ac prudentiam magnopere commendantes, ejusque necessitatem pro felici Populorum regimine in dies magis magisque agnoscentes, præcitatas eorum Constitutiones, quarum totos, & integros tenorea præsentibua pro insertis de verbo ad verbum haberi volumus, atque omnes, & singulas dispositiones, prohibitiones, declarationes, & extensiones in eis contentas, Nostris Motu proprio, ac certa scientia, per hanc Nostram perpetuo valituram Constitutionem, Apostolica Auctoritate approbamus, confirmamus, & innovamua, & secundum eas per quoscumque Judices, ac in omnibus, & singulis earumdem Urbis, ac Ditionis Tribunalibus, & Curiis omnino procedi volumus, & mandamus.

§. 7. (d) Verum quia in hujusmodi Causarum tractationibus sæpe contingit, ut pro parte Reorum, ab ipsis, aut ab eorum Advocatis, & Defensoribus allegetur, eorum pravam intentionem, seu dolum in delatione, aut retentione armorum hujusmodi, & personarum malam qualitatem a Fisco minime probari; ac, deficientibus horum probationibus, contendatur, justam, & fundatam præsumptionem bonæ qualitatis eisdem reis semper assistere; ideoque locum esse æquitati, quam præcitata Clementis XII. Constitutio insinuare videtur, ut scilicet Supremo Principi consilium detur pro gratia, aut compositione, seu moderatione pœnæ in præmissia Constitutionibus, Edictis, & Bannimentis respective statutæ; Nos hujusmodi ratiocinationes, non modo ad Reos a promeritis pœnis eximendos, cum præmissarum Legum eversione, & publicæ quietia detrimento, tendentes, verum etiam earumdem Alexandri, & Clementis Constitutionum litteræ, & spiritui adversantes, de medio tollere, ac debitam earumdem Constitutionum observantiam, & executionem asserere volentes; simili Motu, scientia, & Auctoritate, ac earumdem præsentium tenore decernimus, & declaramus, (e) nil aliud oneris Fisco incumbere ad fundandam actionem suam pro urgenda, obtinendaque condemnatione Reorum ad formam dictarum Constitutionum, quam ut ipsum contraventionis delictum, videlicet delationem, vel retentionem, seu respective introductionem, fabricationem, aut venditionem armorum, in supradictia Pii IV., Pii V., Alexandri VIII., & Clementia XII. Constitutionibus, aliisque Edictis, & Bannimentis per eosdem Prædecessores confirmatis, & innovatis, vetitorum, & proscriptorum, plena, & valida probatione constare faciat. Quod (f) si excipiendo contendatur, eam esse delinquentia qualitatem, vel talea in peculiari facto circumstantias concurrere, quæ consulendum Nobis, & Romano Pontifici pro tempore existenti pro gratia, aut compositione, vel moderatione pœnæ merito suadeant; onus erit ipsius Rei, seu illius Defensorum, hujusmodi exceptionis subsistentiam concludentibus, & juridicis probationibus demonstrare, quemadmodum ipsa Clementia XII. Constitutio, cum præcedenti Alexandri VIII. Lege collata, satis aperte indicat; & ne super hoc in posterum hæsitari contingat, Nos earumdem tenore præsentium ejusmodi probationum adstruendarum onus in ipsoa Reos, eorumque Defensores expresse refundimus; eoque non adimpleto, memoratas exceptionea delinquentibus nullatenus suffragari volumua, quominus omnibus, & singulis pœnis, etiam læsæ Majestatia, & rebellionia, in præfatis Prædecessorum Sanctionibua constitutis, subjiciantur, & cum effectu plectantur, & puniantur.

§. 8. (g) Sicque, & non aliter in hujusmodi Causis cen-

(a) *Sublata Judicibus facultate moderandi pœnas, seu componendi:*
(b) *Et reservata Pontifici cujuslibet gratiæ concessione.*
(c) *Innovantur providæ hujusmodi Sanctiones.*
(d) *Controversia excitatur super onere probandi bonam, aut malam qualitatem Reorum.*
(e) *Fisco nil aliud incumbit, quàm probare transgressionem dictarum Constitutionum.*
(f) *Reus allegans bonam qualitatem, hanc concludenter probare tenetur.*
(g) *Aliter judicari prohibetur.*

censeri, atque ita per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, tam in Urbe, quam in universo Statu Ecclesiastico, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, aliosque quoslibet, quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate, adversus quoscumque in præmissis delinquentes, etiam speciali nota, & expressione dignos, prout in præcitatis Prædecessorum Nostrorum Constitutionibus exprimuntur, & nominantur, judicari, & definiri debere, decernimus, & mandamus.

§. 9. (a) Non obstantibus contrariis quorumcumque Tribunalium, & Judicum resolutionibus, & definitionibus, aut Curiarum usibus, stylis, & consuetudinibus, seu inveteratis Doctorum opinionibus, & sententiis, necnon Urbis præfatæ, aliarumve Civitatum, & Terrarum, atque Locorum Statutis, seu eorumdem, & quarumcumque Personarum, & Universitatum privilegiis, exemptionibus, & indultis, cæterisque omnibus, quæ uterque Pius, Alexander, & Clemens Prædecessores prædicti suarum Constitutionum observantiæ, & executioni decreverunt non obstare.

§. 10. (b) Volumus autem, ut præsentium Litterarum exemplis, etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, & Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ Sigillo munitis, eadem fides in judicio, & extra, ubicumque opus fuerit, habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si originaliter exhiberentur, seu ostenderentur.

§. 11. (c) Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum approbationis, confirmationis, innovationis, decreti, declarationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum (d) Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1752. decimo octavo Kalendas Februarii, Pontificatus Nostri Anno Tertiodecimo.

D. Card. Passioneus.
J. Datarius.
Visa de Curia.
J. C. Boschi.
Loco ✠ Plumbi.
J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.
Publicata die 3. Februarii 1753.

1753. 22. Januar. *S. Congregationis Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis præpositæ Decretum, quo declaratur, non esse arctandas ad viginti annos Indulgentias concessas* in perpetuum, *vel pro certa* die cujuslibet anni futuri.

Cum olim nonnulla Indulgentiarum Brevia (*ita habetur in Folio Congr.is habitæ 17. Aprili 1752.*) a Cancellaria Apostolica expedirentur sub sequenti expressione. pro *toli* die cujuslibet anni futuri; inter Doctores communiter receptum erat, hujusmodi concessiones esse perpetuas, tum quia Indulgentiæ, uti favores, erant ampliandæ, tum etiam quia Principis privilegium, quod temporis spatio limitatum non est, decet esse perpetuum. At san. mem. Innocentius VIII. volens hasce Indulgentiarum concessiones justis de causis certo, determinatoque tempore præfinire, sancivit, ut in posterum durationis tempus præfatarum Indulgentiarum vigesimum annum haud excederet: ex quo Pontificis declaratione orta est Regula 57. Cancellariæ hisce concepta verbis: „ *Indulgentia absolute concessa alicui Ecclesiæ* pro *tali* die cujuslibet anni futuri, *restringenda ad annos viginti* „; sub qua restrictione cum nonnulli docuerint comprehendi etiam debere Indulgentias in perpetuum concessas; operæ pretium erit expendere, quid in re tanti momenti tenendum sit, ut Christifideles certo sciant, quænam Indulgentiæ præfinito tempore circumscribantur, quænam vero perpetuò durent. Quare EE. VV. subinserta Dubia enucleanda proponuntur.

Inter cæteros Authores, qui putarunt, Indulgentias perpetuò concessas, ad viginti annos esse reducendas, recensentur Pontas in suo Dictionario Morali, verbo *Indulgentia*, Gamachæus de Indulgent. cap. 6., & Toumely art. 9. de Indulg., ea moti ratione, quia Innocentius VIII. limitavit ad præfatum tempus Indulgentias indefinite concessas, quæ quodammodo perpetuæ videbantur, ut revera in perpetuum concessæ reputabantur ab omnibus ante promulgationem ante dictæ Regulæ Cancellariæ; ac proinde sicuti indefinitæ concessiones ad præfatum tempus fuerunt limitatæ, ita etiam eodem temporis spatio circumscribi debere concessiones perpetuas.

Contra vero, recentiores Authores, & præsertim Ferrarius in suo Opere Bononiæ impresso anno 1746., necnon R. P. Theodorus a Spiritu Sancto hujus S. Congregationis Consultor in egregio suo Opere de Indulgentiis localibus cap. 5. (*artic. 5.*) §. 9. tom.2., in ea sunt sententia, Indulgentias, in perpetuum concessas, revera esse, & dici debere perpetuas, ut a temporaneis distinguantur. Quinimo id ipsum conjici posse videtur ex ipsamet allata Regula Cancellariæ (quæ, ut notat idem P. Theodorus, ab Authoribus contrariæ sententiæ non integra, sed mutila refertur). In ea etenim hæc leguntur verba: „ *Item voluit, quod in Litteris Indulgentiarum solum dentur festa per Cancellariam dari solita, & quod durent per viginti annos; nisi petantur pro una die, tunc durent perpetuò* „. Ex quibus manifeste liquere videtur, Indulgentias viginti annorum a perpetuis distingui, & revera perpetuas perpetuò durare.

Verum quidquid senserint Authores, & in expediendis Brevibus Indulgentiarum servaverit Cancellaria Apostolica ad tramites sæpe dictæ Regulæ; illud modo certum est, san. mem. Clementem VIII. præfatam Regulam abrogasse, qui, translata facultate ad Secretariam Brevium, præscripsit, ut in posterum Indulgentiarum Brevia vel ad tempus præfinitum, vel in perpetuum expedirentur. Consueta itaque, qua solent, sapientia EE. VV. definient:

I. An Indulgentia concessa pro tali die cujuslibet anni

(a) *Derogatio contrariis*. (b) *Fides habenda transumptis*.
(c) *Sanctio*. (d) *Datum 15. Januarii 1753.*

ANNI FUTURI restriogenda sit ad viginti annos ?

II. An sub eadem restrictiooe comprehendantur Indulgentiæ, quæ dantur aub hac forma, IN PERPETUUM ?

At Sacra Congregatio supradicta die 17. Aprilis 1752. respondit: Dilata, & ad meotem.

Proposita igitur denuo Causa fuit die 22. Januarii consequentis anni 1753.: quam nos propositionem exhibemus pariter ex Folio Congregationis ea die habitæ, quod legitur (ut & Folium paulò ante relatum) in Regestis Actorum ejusdem S. Congregationis in hæc verba:

In Congregatione habita dia 17. Aprilis anni proxime elapsi proposita Causa, quæ legitur in Folio ejusdem diei sub num. 2., Eminentiia Vestria rescribere placuit: *Dilata, & ad mentem*, quæ in eo versabatur, ut bene examinaretur Regula 57. Cancellariæ, quæ a san. mem. Innocentio VIII. promulgata asserebatur pro stabilienda quarumdam Indulgentiarum duratione, quæque, prout afferebatur a oonnullis Authoribus, mutilationis vitio laborare dicebatur ab aliis: quare ut inter variaa hasce Doctorum opiniones sciri posset, quibusnam verbis illa revera esset concepta, eam perquirere necesse fuit. Et quamvis peculiares diligentiæ, & industriæ in cassum cessisseot, ita ut spes illam ioveniendi nulla affulgeret; casu tamen evenit, ut in quadam privata Bibliotheca inter cæteros Libros ad manus venerit libellus quidam, in quo Inoocentii VIII. Cancellariæ Regulæ ab Alphonso Soto, in Archigymnaaio Sapientiæ Urbis Antecessore, ejusdem Innocentii ævo collectæ, & exaratæ erant: inter quas controversa etiam Regula recensetur, quæ eadem prorsus est, ac iisdem efformata verbis, quibus concepta legitur apud R. P. Theodorum hujus S. Congregationis Consultorem, & refertur in Folio ante dictæ Congregationis, videlicet: „ *Item voluit, quod in Litteris Indulgentiarum solum dentur festa per Cancellariam dari solita, & quod durent per viginti annos; nisi petantur pro unica die, tunc durent perpetuo* „: solomque in hoc una ab alia discrepat, quod a præfato Soto sub Regula 56., non verò 57., ut ab aliis refertur, collocetur. Cum itaque meritò credi possit, Regulas a Soto compilatas sinceras esse, & geouinas, utpote collectas ab Aothore Innocentii VIII. contemporaneo; jure etiam diei posse videtur, Regulam, a Pontas, & aliis Authoribus relatam, diversam ab ea, cujus meminit Sotua, suppostitiam esse, & vim nullam habere posse, ac proinde in auo robore permanere quæ a P. Theodoro super ante dicta Regula tradebantur, & referuatur in præfato Folio, quæque modo prætermittimus, ne eadem repetendo tædio afficiamus EE. VV.

Pro majori tamen instructione animi EE. VV. non parum conducere posse videtur, ob oculos habere aliam Cancellariæ Regulam a fel. rec. Martino V. super Indulgentiia editam, quæ ab eodem P. Theodoro refertur tom. 1. in Dissert. procemial. §. 7. n. 12. pag. 87. Hac enim Regula Pontifex postquam præfinivit tempua durationis Indulgentiarum ad decem annos pro quibusdam festis, septem videlicet D. N., quatuor B. M. V., SS. Joanois Baptistæ, & Apostolorum Petri, & Pauli, Titularium, Dedicationis Ecclesiæ, & Octavarum earumdem festivitatum; decrevit, quod si, tempore prædictarum Indulgentiarum nondum elapso, aliqua Indulgentia pro una tantum die anni petita fuerit, & non apponantur festa præfata, nova Indulgentia in perpetuum duret.

Ex hujusmodi aane Regula conjici posse videtur, quod Indulgentiæ decem annorum, pro enunciatis festivitatibus a Martino V. concessæ, ab Innocentio VIII. ad viginti annos fuerint extensæ; reliquas verò, pro unica tantum die petitas, præfatos Pontifices in perpetuum durare voluisse: a quibus utique non recessisse videtur san. mem. Clemens VIII., qui ad removendas dubitationes, quæ quotidie excitabantur, id dumtaxat voluit, ut in posterum non alio modo Indulgentiæ expedirentur, quam ad septennium, vel in perpetuum, quin iam concessas revocaverit.

Dignentur itaque Amplissimi Patres, quæ nuper attulimus, perpendere, necnon reassumere Folium ante dictæ Congregationis, & consueta sapientia Dubiis, a P. Provinciali Recollectorum Ordinis S. Francisci Belgii alias propositis, respondere:

I. An Indulgentia, concessa PRO TALI DIE CUJUSLIBET ANNI FUTURI, restringenda, sit ad viginti annos?

II. An sub eadem restrictione comprehendantur quoque Indulgentiæ, quæ dantur sub hac forma, IN PERPETUUM?

Sacra autem Congregatio prædicta die 22. Januar. 1753. respondit ad I. Negative, juxta Regulam 56. Cancellariæ Innocentii VIII Ad II. pariter Negative.

Secundùm hanc Decisionem editum fuit hoc sequens.

DECRETUM.

CUm olim nonnulla Indulgentiarum Brevia a Cancellaria Apostolica expedirentur sub sequente expressione, PRO TALI DIE CUJUSLIBET ANNI FUTURI; & attenta prædictæ Cancellariæ Regula 57., seu verius 56., a san. mem. Innocentio VIII. edita, a nonnullis in dubium fuerit revocatum, an hujusmodi concessiones reducendæ sint ad 20. annos, vel in perpetuum durent? immo an sub eadem restrictione comprendantur etiam expeditæ sub hac forma, IN PERPETUUM: ideo ad veritatem in hac re dilucidandam, & ad quamcumque removendam controversiam, examinanda in Sacra Indulgentiarum, & Sacrarum Reliquiarum Congregatione proposita fuerunt hæc Dubia: I. An Indulgentia, concessa PRO TALI DIE CUJUSLIBET ANNI FUTURI, restringenda sit ad viginti annos? II. An sub eadem restrictione comprehendantur quoque Indulgentiæ, quæ dantur sub hac forma, IN PERPETUUM? Et eadem Sacra Congregatio die 22. Januarii 1753. respondit ad utrumque: *Negative*.

F. J. Card. Portocarrero Præfectus.

A.M. Erbs Protonot. Apost. Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

1753. 26. JANUAR. *Indiarum Orientalium Vicariis Apostolicis Episcopis, non habentibus Episcopum Coadjutorem cum futura Successione, nec Vicarium Generalem, injungitur, ut sibi constituant Vicarium Generalem sive ex Sæculari, sive ex Regulari Clero: cui amplissimæ facultates, Vicario Apostolico decedente, a Pontifice conceduntur.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

EX sublimi hac sacrosancti Apostolatus Specula, in qua per ineffabilem Divinæ Bonitatis abundantiam plane immerentes præsidemus, impositam imbecillitati Nostræ omnium Ecclesiarum sol-

licitudinem, & omnium Animarum Jesu Christi Sanguine redemptarum procurationem assidue cogitantes, advigilare, ac providere adnitimur, ut opportunas Apostolicæ Charitatis, Potestatisque Nostræ partes, in Regionibus præsertim, & Provinciis ab Europa tam longe dissitis, quoad Nobis integrum est, desiderari minime patiamur.

§. 1. Quoniam autem non sine gravissima Pontificii Animi Nostri molestia accepimus, sæpe accidisse, aliquem scilicet ex vobis, Venerabiles Fratres, istarum Indiarum Orientalium Apostolicis Vicariis, Episcopali titulo, & charactere insignitum, sed sine Coadjutore cum futura Successione, viam universæ carnis ingressum, ad repositam in Cœlis coronam Apostolicis laboribus paratam evolasse, ac neminem, qui Ordinariam pro defuncto Vicario Apostolico Jurisdictionem exerceret, repertum, aut deputatum fuisse: hinc est, quod omnibus, & singulis Vicariis Apostolicis hujusmodi injungimus, & mandamus, ut qui neque Episcopum Coadjutorem cum futura Successione, neque Vicarium ex Clero sive Sæculari, sive Regulari Generalem habent, statim atque ad unumquemque eorum præsentium Notararum Litterarum certa notitia pervenerit, deputent Vicarium ex Clero sive Sæculari, sive Regulari Generalem, habilem tamen, atque idoneum, qui, eveniente cujusvis Apostolici Vicarii sine Coadjutore cum futura Successione obitu, tanquam Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis Delegatus, teneatur assumere, & obire regimen, & gubernium Apostolici Vicariatus usque ad captam ejusdem Vicariatus Apostolici hujusmodi possessionem a novo Vicario Apostolico, quem eadem hæc Sancta Sedes constituerit, aut usque ad quamcumque aliam ab ipsa Sancta Sede ineundam ordinationem.

§. 2. Porrò Vicario Generali hujusmodi, per Apostolicum quemque Vicarium sibi, ut præmittitur, deputando, Nos earumdem præsentium tenore, nunc pro tunc, Apostolica auctoritate Nostra concedimus, & tribuimus omnes, & singulas facultates perpetuis futuris temporibus valituras, quæ Vicariis Capitularibus cujusvis Cathedralis Ecclesiæ, Sede vacante, inesse, & de jure competere dignoscuntur. Præterea eidem Vicario Generali, post tamen Apostolici Vicarii obitum, concedimus, pariterque impertimur usum, & exercitium earum facultatum, quibus utebatur, & gaudebat, dum viveret, defunctus Apostolicus Vicarius Episcopus; iis dumtaxat exceptis, quæ requirunt Ordinem, & Characterem Episcopalem, vel non sine Sacrorum Oleorum usu exercentur. Quandocumque vero necessitas urgeat, sæpe dicto Vicario Generali potestatem etiam indulgemus, & damus consecrandi Calices, Patenas, & Altaria portatilia, cum Sacris Oleis omnino ab Episcopo benedictis.

§. 3. Itaque, Venerabiles Fratres, ex Apostolicæ providentiæ, auctoritatisque Nostræ ratione, maxime ad procurandam salutem Animarum consentanea a Nobis suscepta, atque uniuique vestrum præcepta, animadvertite, quanta sit Apostolici muneris unicuique Vestrom injuncta cura: Atque eapropter satagite, ut per assiduos labores, vigilantiam pastoralem, sollicitudinemque contendatis, ne quispiam Christifidelium vobis commissorum, & de quibos ratio supremo Pastorum Principi æterno Judici reddenda est, pereat; sed potius, ut omnes æternam salutem consequantur, ut vobis merces vestris meritis debita a justo Remuneratore Deo tribuatur. Nos interim cælestis præsidii auspicem Apostolicam Benedictionem, in Populos etiam vestrarum Diœcesum, & Provinciarum redundaturam, Fraternitatibus vestris peramanter impertimur.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, & a Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, negotiis Propagandæ Fidei præpositorum, Præfecto, & Secretario pro tempore existentibus subscriptis, & Sigillo ejusdem Congregationis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxvi. Januarii MDCCLIII. Pontificatus Nostri Anno Decimotertio.

Cajetanus Amatus.

1753.9.Februar. *Decretum S. C. Episc. & Regul., quo veterem in Monasterio S. Claræ Saceris consuetudinem habendi Confessarios ordinarios duos, servandam esse decernitur, & declaratur; simulque liceere Archiepiscopo Turritano, Puellarum voluntatem explorare tum ante susceptionem Habitus, tum ante nuncupationem Votorum, unica tamen recepta sportula.*

IN Causa Turritana pro P. Provinciali Minorum Observ. Provinciæ Sardiniæ, & Abbatissa Monasterii S. Claræ Saceris circa retentionem duorum Confessariorum pro Monialibus; & pro Reverendissimo Archiepiscopo circa explorationem Puellarum admittendarum ad habitum, & professionem:

Sacra Congregatio Eminentissimorom, & Reverendissimorum S.R.E. Cardinaliom, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ, referente Eminentissimo Cavalchini Præfecto, ac Ponente, visis videndis, & consideratis considerandis, decrevit, ac declaravit: Quoad binos Confessarios, servandam esse veterem consuetudinem: Quo verò ad explorationem Puellarum, liceere Ordinario, eas explorare tam ante susceptionem habitus, quam ante professionem, unica tamen recepta sportula.

Romæ 9. Februarii 1753.

C. A. Card. Cavalchini.
Joseph M. Archiepisc. Damasc. Secret.
Loco ✠ Sigilli.

1753.10.Februar. *Quando, quibusque legibus ad Medici, Chirurgique stipendium Ecclesiastici debeant contribuere. Excipiuntur Minoritæ Paupertatem altissimam profitentes.*

GLi Ecclesiastici della Pergola (*sic habet Epistola ad Episcopum Eugubinum perscripta*) riclamarono avanti questa S.Congregazione dell' Immunità Ecclesiastica da un Decreto fatto da Monsig. Presidente d' Urbino in atto di Visita, &c. La Communità poi della Pergola in occasione di sostenere il predetto Decreto avanti la stessa S. Congregazione, fece ad essa l'istanza, che i medesimi Ecclesiastici fossero sottoposti anco al pagamento dei Salarii de' Medici, e Chirurghi. Dedussero diffusamente le loro ragioni avanti gli Eminentissimi PP. tanto gli Ec-

cle-

clesiastici per non esser obbligati al pagamento di detti Salarii, a' quali volevansi astringere, quanto la Communità per ottenere, che i detti Ecclesiastici fossero obbligati a tal pagamento: e l'Eminenze Loro rescrissero sotto il dì 5. Settembre dell' Anno prossimo passato: „ *Quoad Medicum, & Chirurgum dentur solitæ Literæ* (le quali se le mandano annesse), *& in reliquis* „ *&c.* Lo partecipo pertanto a V.S. per sua notizia; e Dio la feliciti.

Roma 10. Febr. 1753.

Nonnulla in hac Epistola prætermisimus, quia ad nostrates pertinere non videbantur: præsertim cum ea paullo post hoc ipso anno 1753. 18. Septembris ob easdem S. Congregatione moderata fuerint. Solitæ *autem* Literæ, *ad hujus Epistolæ calcem commemoratæ, quæ anno 1735. 24. Septembris (Eminentissimo Georgio Spinula tunc ipsius S. Congregationis Præfecto, a Secretis autem Josepho Maria Feroni, postea Cardinali) in Caussa* Assisien. *expeditæ fuerunt; eæ sunt, quæ sequuntur:*

„ C I R C O L A R E

„ Per lo Stato Ecclesiastico circa la Contri-
„ buzione del Medico, e Chirurgo.

„ IL sollievo delle povere Communità dello Stato „ Ecclesiastico è uno dei principali oggetti delle „ Paterne sollecitudini di Nostro Signore. Quindi è, „ che essendo stato rappresentato alla Santità Sua, „ che la Communità di —, Luogo della Diocesi di „ V. S., non supplisca al pagamento del Medico, e „ Chirurgo colle proprie Entrate, Sua Santità si è „ mossa a condescendere, che gl'Ecclesiastici Secolari, „ e Regolari della detta Communità possino concor„ rere al detto pagamento del Medico, e Chirurgo, ed „ a quest'effetto concede a V. S. per mezzo di que„ sta Sagra Gongregazione dell' Immunità Ecclesia„ stica le facoltà necessarie, in vigor delle quali pos„ sa da Lei permettersi agl' Ecclesiastici suddetti il „ divisato pagamento. E' mente però della Santità „ Sua, che questo siegua nella seguente forma. Po„ sto che la detta Communità non abbia tra i pesi „ Communitativi, descritti in Tabella, ancor quel„ lo dello stipendio del Medico, e Chirurgo da pa„ garsi colle Rendite pubbliche, nel qual caso essi „ sono obbligati a curar *gratis* gl'Ecclesiastici, dovrà „ la prefata Communità colla partecipazione di V.S. „ interpellare i medesimi Ecclesiastici, ad effetto che „ dichiarino, se vogliono servirsi del Medico, e Chi„ rurgo della Communità, e se essi non vorranno „ servirsene, sarà in loro libertà di farlo, ma al„ lora i suddetti Medico, e Chirurgo non saranno „ obbligati a servir gl'Ecclesiastici, nè questi saran„ no obbligati a contribuir cosa alcuna. Se poi gl' „ Ecclesiastici determineranno di servirsi unitamen„ te colla Communità del Medico, e Chirurgo con„ dotti, saranno i Priori obbligati ad intimare agl' „ Ecclesiastici, parimente colla partecipazione di „ V. S., il giorno preciso dell'Elezione, che si do„ vrà fare dal pubblico Conseglio, ad effetto che „ i Deputati di detti Ecclesiastici Secolari, e Re„ golari possino per il loro interesse anch'essi in„ tervenire a dare il loro voto decisivo assieme cogl' „ altri. E quanto alla Contribuzione del Salario, „ dovrà ripartirsi *per capita* fra tutti i Communi„ sti, tanto Ecclesiastici Secolari, e Regolari (ec„ cettuati tra questi i non possidenti, come sono i „ Minori Osservanti, e Riformati, ed i Cappucci„ ni, i quali dovranno curarsi *gratis*), quanto i Lai„ ci, comprese le Persone in qualsivoglia modo pri„ vilegiate, e quelle nominatamente, che hanno bi„ sogno di espressa menzione. Questo è il regola„ mento, che dovrà tenersi, di cui s'incarica a V.S. „ l'esatta osservanza per uniformarsi alle Supreme „ Determinazioni della Santità Sua. E Dio la fe„ liciti.

„ Roma 24. Settembre 1735.

„ Come Fratello
„ Giorgio Card. Spinola Prefetto.
„ G. M. Feroni Segretario.

1753. 20. Febr. *Extruendum in Loco* Vinhaes *Excalceatorum Missionariorum Collegium in antecessum confirmatur; eidemque Privilegia conceduntur.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

ECclesiæ regimini, meritis licet imparibus, Divina dispositione præsidentes, ea, quæ pro salubri Collegiorum, in quibus Religiosi Viri, propriæ, alienæque salutis cupidi, pietatis, bonarumque literarum studiis sedulam dant operam, directione, felicique progressu pie, prudenterque constituta, atque ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque illibata persistant, Apostolici muniminis præsidio, cum id a Nobis petitur, libenter corroboramus. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Josephus de Moraes Sarmento Frater Miles Militiæ Jesu Christi, ac primarius Equestris Turmæ Structor, vulgo Sargente maggiore di Cavalleria charissimi in Christo Filii Nostri Josephi Portugalliæ, & Algarbiorum Regis Fidelissimi, quod ipse, Religionis zelo, & Animarum salute ductus, unum Collegium pro Missionariis Ordinis FF. Min. S. Francisci de Observantia Excalceatorum nuncupatorum in loco de Vinhaes in Regno Portugalliæ sumptibus suis erigere, & fundare intendit, & ad hunc effectum ejusdem Josephi Regis, ac Ven. Fratris moderni Episcopi illius Diœcesis, intra cujus limites dictus locus existit, ac dilecti etiam Filii Petri Joannetii de Molina Ministri Generalis dicti Ordinis, consensum obtinuit. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Josephus eidem Collegio, per eum ad præmissum effectum construendo, eadem privilegia, & indulta, quibus Conventus S. Antonii de Baratoso Provinciæ Algarbiorum in Lusitania Ordinis FF. Min. ejusdem S. Francisci de Observantia nuncupatorum gaudet, per Nos concedi plurimum desideret; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum Josephum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis *&c.*, hujusmodi supplicationibus inclinati, Collegio Missionariorum Ordinis FF. Min. S. Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupat. in loco Vinhaes hujusmodi per dictum Josephum, sicut præmittitur, construendo, postquam tamen in omnibus suis numeris absolutum, & omnibus necessariis provisum fuerit, dummodo tamen in eo Statuta, Ordinationes, Leges, & Conditiones, pro memorato Conventu S. Antonii de Baratoso præscripta, & per quasdam fel. rec. Innocentii Papæ XI. Prædecessoris Nostri in simili forma Brevis die XXIII.

 De-

Decemb. MDCLXXIX. expeditas Litteras, quarum initium est, *Ex injuncto Nobis*, confirmata, observentur, ut omnibus, & singulis prærogativis, privilegiis, gratiis, & indultis, quibus dictus Conventus S. Antonii utitur, fruitur, & gaudet, pari modo, & absque ulla prorsus differentia uti, frui, & gaudere libere, & licite possit, ac valeat, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus, ac erectionem dicti Collegii, nunc pro tunc, & quando illud absolutum fuerit, auctoritate, & tenore præfatis confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, & sanamus. Decernentes, easdem præsentes Litteras *&c.* Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento *&c.*

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xx. Februarii MDCCLIII. Pontificatus Nostri Anno Decimotertio.

D. Card. Passioneus.

Loco ✠ Sigilli.

Literæ Innocentii XI., quæ supra laudantur, extant in Chronol. P. Peruttini (part. 1. p. 184. seqq.). Verum ibi datæ leguntur die XXIII. *non* Decembris, *sed* Novembris.

1753. 22. Februar. *S. Indicis Congregationis Edictum, quo Libri multi damnati, prohibiti, ac respective suspensi promulgantur.*

Sacræ Indicis Congregationis Decreto damnati, prohibiti, ac respectivo suspensi fuerunt infrascripti Libri, ubicumque, & quocumque Idiomate impressi, imprimendive. Nemo cujuscumque gradus, status, & conditionis eos imposterum vel imprimat, vel legat, vel retineat. Siquis interim habuerit, Inquisitoribus, seu Locorum Ordinariis a præsentis Decreti notitia tradat, sub pœnis in Indice Librorum prohibitorum contentis.

Libri sunt:

Traité Theologique, Dogmatique, & Critique des Indulgences, & Jubilés de l'Eglise Catholique. A Avignon aux depens de la Societé MDCCLI.

Theses, quas in Sorbona defendendas proposuit Joh. Martinus de Prades Sacerdos Montalbanensis sub hoc titulo: *Hierusalem cælesti: Quæstio Theologica: Quis est ille, cujus in faciem Deus inspiravit spiraculum vitæ?*

La Philosophie du bon-sens. Par le Marquis d'Argens. A l'Haye chez Pierre Paupé 1746.

Discorso in lode dell'Arte Comica. In Venezia 1752. per Gio. Batista Pasquali.

Lettres à un Ami sur la Constitution *Unigenitus*, sine loco impressionis, & nomine Auctoris.

Philosophiæ Leibnitianæ, & Wolfianæ usus in Theologia. Auctore Isr. Theophilo Canzio. Francofurti, & Lipsiæ 1749.

Abregé Chronologique de l'Histoire Ecclesiastique. A Paris 1751.

Acta Eruditorum Lipsiæ an. 1747. 1748. 1749. 1750.

Œuvres de M. Voltaire. A Dresde 1748.

Joh. Laurentii Moshemii Institutiones Historiæ Christianæ antiquioris, & recentioris. Helmstadii 1737., & 1741.

Apologie de tous les Jugemens rendus par les Tribunaux seculiers en France *&c.* (*ut supra pag.* 80. *col.* 2.).

Memoire sur le refus des Sacrements à la mort, qu'on fait à ceux, qui n'acceptent pas la Constitution, & une Addition concernant les Billets de Confession. 1750.

Lettre de M. L. à M. B. . . . . , ou Relation circonstanciée de ce qui s'est passé au sujet du refus des Sacrements fait à M. Coffin Conseiller au Chatelet par le Sieur Bovettin Curé de S. Etienne du mort. A l'Haye aux depens des Associés 1751.

Le Siecle de Louis XIV. publié par M. de Francheville a Berlin 1751.

Joh. Laurentii Moshemii Dissertationum ad Historiam Ecclesiasticam pertinentium Volumina duo. Altonaviæ, & Flensburgii 1743., donec expurgentur.

Angeli Mariæ Bandini Collectio aliquot veterum Monumentorum ad Historiam præcipue litterariam pertinentium. Arretii, sumptibus Michaelis Bellotti 1752., donec corrigatur.

Furfur Logicæ Vernejanæ. Pamplonæ 1751.

In quorum fidem &c. Dat. in Palatio Apostolico Quirinali die 22. Februarii 1753.

Joseph Card. Spinelli.

F. Thomas Augustinus Ricchinus Ord. Præd. S. Congreg. Secret.

Loco ✠ Sigilli.

Publicat. die 28. ejusdem mensis, & anni.

1753. 23. Februar. *Decretum Sacræ Congreg. Episc. & Regul. circa ministeriorum Chori, & Ecclesiæ distributionem apud PP. Reformatos.*

In Custodia Papiensi, quæ hoc tempore adhuc vigebat, exorta dubitatio fuit circa sensum Decreti Clementis PP. VIII.: Nemo a servitio Chori censeatur immunis. *Eorum iccirco verborum interpretatio ex Sac. Congreg. Episc. & Regul. quæsita est. Innotescit res tota ex Relatione, quam P. Procurator Generalis (in vim Rescripti*: Procuratori Generali pro informatione, & voto, signanter super consuetudine*) Eminentissimis Patribus exhibuit; quamque hic cum Decreto exscribere, e re esse putavimus. Nam licet illa Papiensis Custodia paullo post, P. Commissarii Generalis Decreto (quod dabimus ad* 22. *sequentis Martii diem), cum Mediolanensi Reformata Provintia concorporata sit; nihilominus S. Congregationis Decretum usui alibi esse poterit.*

Emi, e Rmi Signori = La consuetudine inveterata nella Custodia di Pavia, sin da quando era Provincia, in ordine alle Funzioni Ecclesiastiche, come sento da quel P. Custode di Governo, e come parimente si pratica d'ordinario in tutte le altre Provincie, è stata questa: cioè, celebrando ne' giorni più solenni il Superior Provinciale, è stato assistito all' Altare dalli più qualificati, e più degni dopo di lui, come sono li Diffinitori, o Lettori attuali di Teologia, ed in Coro in qualità di Cantori colle Cotte dagli Es-Diffinitori, o Lettori abituali. Nelle Feste poi meno solenni, o di 2. Classe, celebrando il Superior Locale, o qualche Diffinitore attuale, han fatto da Assistenti all' Altare o gli Es-Diffinitori, o i Let-

Lettori abituali, ed in Coro li PP. Confessori, oppure li Predicatori. Ne' giorni finalmente di Domenica, o in altre Feste di divozione, siccome ha celebrato qualche Lettore abituale, o Predicatore, o Confessore, e talvolta pure qualche Sacerdote semplice, in tal caso così nell' Altare, come in Coro han servito li Sacerdoti Studenti, o pure li Sacerdoti semplici, come meno degni, e meno qualificati fra tutti.

Ma poichè la predetta Custodia cessò di esser Provincia, e si ridusse a mera Custodia, come di presente si trova ridotta, e ristretta in soli 4. Conventi; non conta più quel numero di Sacerdoti semplici, e di Studenti, che contava nel tempo ch' era Provincia: onde in mancanza di costoro stimano bene i Superiori Locali ne' giorni meno solenni, o di divozione applicare al servizio dell' Altare, e del Coro li Soggetti meno qualificati, come sono li Predicatori, e Confessori riguardo alli Diffinitori, e Lettori. Ma perchè spesso succede, che tali Confessori, o Predicatori sono più anziani di Religione degli stessi Diffinitori, o Lettori; perciò pensano, che in mancanza degli Studenti, o di Sacerdoti semplici debbano servire coloro, che sono più giovani di Religione, ancorchè sieno qualificati, e più degni, allegando la Bolla di Clemente VIII., nella quale si vuole, che *Nemo a servitio Chori censeatur immunis*. Qual divisamento semmai si volesse accordare, ne seguirebbe, che li qualificati, e li più degni sarebbero i più gravati: poichè, come a tali, conviene, che servano ne' giorni più solenni; come a più giovani poi di Religione, ne' giorni ancora di divozione, o meno solenni; e frattanto i meno qualificati sarebbero esenti da sì fatti pesi: qual cosa sembra poco ragionevole, e giusta.

Nè la citata Bolla fa al caso presente: giacchè volendo la Bolla, che tutti convengano al servizio del Coro, e che ognuno faccia la sua Eddomada, eccetto coloro, che sono legittimamente o dispensati, come i Lettori attuali, o impediti, come gl' Infermi; resta ben adempiuta tal Legge, quante volte nessuno pretende esentarsi da sì fatte obbligazioni, come realmente nessuno pretende.

Siccome dunque ne' giorni più solenni vengono al servizio dell' Altare, e del Coro obbligati coloro, che sono più qualificati, come si è detto di sopra, nulla attendendosi alla maggiore, o minor età di Religione; così direi, che in mancanza di Sacerdoti Studenti, o di semplici Sacerdoti debbano sostituirsi coloro, che sono meno qualificati, e meno degni, nonostante che sieno più anziani talvolta di Religione: seppure altrimenti &c.

S. Francesco a Ripa li 18. Febbrajo 1753.

F. Giuseppe M. da Gallipoli Procurator Generale.

Post hanc exhibitam Relationem, alius Sac. Congregationi porrectus fuit supplex libellus, quo Oratores eamdem rogabant, ut quoniam P. Procurator Generalis jam suam Relationem obtulerat, dignarentur Eminentissimi Patres rem definire ad omnem imposterum dubietatibus aditum præcludendum. In hoc porrò libello hæc insuper fuerunt addita: paragonato il picciol numero de' *Padri Lettori Teologi abituali* col copioso degli altri PP. Sacerdoti, se considerata ancora la frequenza sufficiente delle Feste solenni, s' è creduto, e si crede, che i detti Padri Lettori abituali di Teologia portino ugual peso ad ognaltro; oltre del loro particolar obbligo, che anno sopra di tutti, di convenire per lo comun decoro della Religione a tutte le Dispute, e Conferenze letterarie, che si fanno anche fuori del Chiostro, ed argomentarvi, e discorrervi medesimamente.

Decretum Sac. Congregationis.

Sacra Congregatio *&c.*, audito P. Procuratore Generali, censuit committendum, prout præsentis Decreti vigore committit P. Commissario Generali, ut mandet servari laudabilem consuetudinem in aliis Provinciis vigentem. = Romæ 23. Februarii 1753.

1753. 23. Februar. *Ejusdem*
Sacræ Congregationis Decretum in
Calaritana Juris suffragandi.

IN Causa Calaritana Juris suffragandi vertente inter P. Robertum a Cervasca Ord. Min. Obs. ex una, & P. Bonaventuram Taris ejusdem Ordinis ex altera partibus &c, & super Jure ferendi suffragium in Provincia S.Saturnini, propositum fuit infrascriptum Dubium, videlicet:

An, & cui competat Jus suffragandi in casu &c.

Sacra Congregatio *&c.*, referente Eminentissimo De Ilcio Ponente, censuit rescribendum, prout rescripsit: *Jus suffragandi competere P. Roberto a Cervasca.* = Romæ 23. Februarii 1753.

Reproposita vero Causa sub Dubio, An sit standum, vel recedendum a Decisis? eadem Sac. Congregatio, Ponente itidem Eminentissimo De Ilcio, Partibus auditis, ac re mature perpensa, respondit, ac decrevit: *In Decisis*: & amplius Causam hujusmodi non proponi mandavit. = Romæ 13. Julii 1753.

Utraque Sardiniæ Provincia spectabat tunc temporis ad Familiam Transmontanam, ejusdemque Legibus regebatur. Harum Legum una est illa notissima, ut, præter alios Definitorii Patres, duo tantum Patres Provinciæ in singularum Provinciarum Ultramontanæ Familiæ Diffinitoria introducantur, unus scilicet, qui in Provincia reliquis dignior sit..., qui quidem semper in Diffinitorio assistat; alter vero, qui immediate Ministri Provincialis officium absolverit, ut sequenti etiam immediate triennio dumtaxat, eam obtineat dignitatem, & in Diffinitorio assistat; ea lege tamen, ut, si iste ex qualibet causa deficiat, in ejus loco subrogatus eo ipso sit, qui ante ipsum Minister Provincialis immediate extiterit; triennio autem hujusmodi transacto, alius, qui Ministri Provincialis officio, etiam immediate functus fuerit, subsequatur, & sic deinceps (*Constit. Urbam VIII.*, Onerosa, *Chronol. P. Peras. part. 1. p. 18. col. 1.*).

Jam vero P. Robertus a Cervasca, Pedemontanæ S. Thomæ Provinciæ Lector Iubilatus, anno 1747. a Ministro Generali Rmo P. Raphaele a Lugagnano, iustis id exigentibus causis, missus in Provinciam S. Saturnini Commissarius Visitator fuerat. Cum deinde habenda essent Provinciæ Comitia; Visitatorem eumdem Definitorii Patres summis precibus a Ministro Generali in Provincialem Ministrum postulaverunt; & P. Michaelem Leonardum a Verzolis (de quo supra p. 45. dictum est), qui Visitatori a secretis erat, postulaverunt Custodem.

Quandoquidem verò id fieri non poterat, eò quòd essent ambo ex alia tum Provincia, tum Familia, videlicet Cismontana; approbante Serenissimo Sardiniæ Rege, oblatæ preces fuerunt S. M. Be-

ndi-

nedicto XIV., ut eos suis Litteris Apostolicis Ministrum, & Custodem crearet.

Annuit his votis Pontifex, deditque 1. Julii 1748. suas Literas in forma Brevis: ex quibus nonnulla decerpere, atque hic exhibere opportunum putamus, quoniam utraque Pars, præter rationes alias, ex his etiam Literis argumentabatur, easque sibi favere existimabat. „ Nos, *inquit*, feli„ ci, prosperoque ejusdem S. Saturnini Provinciæ „ regimini, & gubernio .... consulere, ac pacem, „ tranquillitatemque in ea firmari, & stabiliri cu„ pientes, de infrascriptorum hujusmodi Ordinis Pro„ fessorum fide, prudentia, charitate, vigilantia, „ & Religionis zelo plurimum in Domino confisi, „ & eorum singulares Personas a quibusvis *&c.*, & „ absolutas fore censentes, Motu proprio, ac ex „ certa scientia, & matura deliberatione Nostris, „ deque Apostolicæ Potestatis plenitudine dictum „ Robertum Lectorem Jubil. in Ministrum Provin„ cialem, ac dilectos etiam filios Michaelem Leo„ nardum a Verzolio Fratrem expresse etiam pro„ fessum ejusdem Provinciæ S. Thomæ, non obstan„ te quod ipsi Professionem Regularem in aliena „ Provincia emiserint, & alterius Familiæ aint, eum „ quibus super præmisso defectu, quibuscumque in „ contrarium facien., dispensamus, in Custodem; „ Ioannem Franciscum Maxia, Salvatorem Piras, „ Antonium Vincentium Unida, & Franciscum An„ tonium Mancosa Fratres expresse professos Pro„ vinciæ S. Saturnini, & Ordinis hujusmodi, in De„ finitores ejusdem Provinciæ, respective ad tem„ pus, quo ejusmodi Officia juxta Regularia Or„ dinis prædicti Instituta per Sedem Apostolicam „ confirmata durare consueverunt, a die, quo dile„ cti etiam filii Minister Provincialis, Custos, & „ Definitores d. Provinciæ tempus suum compleve„ rint, inchoandum, cum omnibus, & singulis privile„ giis, prærogativis, præeminentiis, auctoritate, „ facultatibus, gratiis, & indultis, ac honoribus, „ & oneribus solitis, & consuetis, tenore præsen„ tium constituimus, & deputamus. Mandantes „ propterea in virtute S. Obedientiæ, ac sub *&c.* „ omnibus, & singulis memoratæ S. Saturnini Pro„ vinciæ Fratribus, Superioribus, & Personis, cæ„ terisque, ad quos spectat, & spectabit in futu„ rum, ut supra nominatos Fratres ad Officia eis „ respective per præsentes demandata juxta earum„ dem tenorem præsentium recipiant, & admit„ tant, eosque recognoscant, ac illis in omnibus „ Officia hujusmodi concernentibus respective pa„ reant, & obediant, faveantque, & assistant. Ac „ decernentes, ipsas præsentes Literas firmas, va„ lidas, & efficaces existere, & fore, suosque „ plenarios, & integros effectus sortiri, & obtine„ re, ac Fratribus supradictis in omnibus, & per „ omnia plenissime suffragari: Sicque in præmissis „ per quoscumque Judices *&c.*, ac irritum, & ina„ ne *&c.* Non obstan. Constitutionibus, & Ordi„ nationibus Apostolicis, ac Provinciarum, Ordi„ nisque hujusmodi, etiam juramento *&c.*: quibus „ omnibus, & singulis „ *&c.*

Assumpsit igitur P. Robertus Provinciæ regimen: cujus expleto triennio, unus ex illius Provinciæ S. Saturnini alumnis anno 1752. mense Januario in Comitiis de more habitis in Ministrum Provincialem electus est. Statim vero oborta dubitatio fuit, num secundum prælaudatam Urbani VIII., aliasque Ordinis Constitutiones pro Ultramontana Familia editas, ac secundum prædictas Benedicti XIV. Litteras, aliasque Litteras Benedicti XIII., quibus Alternativa *in eadem S. Saturnini Provincia constituta fuit (quæ habentur in Chronol. P. Perus. part. 2. p. 51.), P. Roberto, veluti Exministro immediato, jus suffragii in Definitorio tribus consequentibus annis deberetur atque ad futurum Provinciale Capitulum.*

P. Bonaventura Taris, ipsius Provinciæ filius, & Exminister, hoc jus illi minime competere affirmabat: neque enim aut a Provincia ipsa (quæ certe Decretum nullum ediderat, quo P. Robertum in suos filios adscripsisset), aut a Benedicto XIV. iis suarum Literarum formulis, quas ante retulimus, in illius Provinciæ filiorum numerum cooptatum illum fuisse: jus illud propterea concludebat sibi deberi, qui P. Roberti in Provinciæ regimine immediatus fuerat antecessor.

Interpellatus hac super re Reverendissimus P. Petrus Ioannes de Molina tunc Minister Generalis, pro P. Roberto Decretum condidit; ignorans, Caussam ad S. Congregationem fuisse delatam. Reverendissimus P. Raphael a Lugagnano, tunc Commissarius Generalis hujus Familiæ Cismontanæ, jussus ab eadem S. Congregatione, suam Emis Patribus Relationem exhibuit, 10. Junii 1752. subscriptam; qua ostendit, & censuit, pro P. Roberto rescribendum esse. At P. Procurator Generalis Ordinis in Relatione sua, quam, jussu pariter ipsius S. Congregationis, eidem sub die 10. Maji 1752. obtulit; probavit, censuitque, illud jus suffragandi P. Bonaventuræ Taris competere. A Parte utraque, præter rationes ex Iure depromptas, œconomicæ rationes pacis, tranquillitatisque, ac similes fuerunt expositæ. Sacra autem Congregatio 23. Februarii 1753. decrevit, ut supra.

Petita deinde nova Causæ propositio fuit: ad quam priusquam ventum esset, mors contigit dignioris illius Provinciæ Patris; quem locum memoratus P. Bonaventura, uti Pater *dignior, cepit. Denique proposita iterum Causa, Eminentissimi Patres responderunt, ut supra vidimus:* In Decisis: & amplius.

1753. 23. Februar. *S. Rotæ Romanæ*

Decisio coram R. P. D. Figueroa in

Majoricen. Manutentionis super Circumscriptione:

in qua de vetustissima agitur, amplissimaque Iudicis Conservatoris Potestate, quam P. Guardianus Min. Obs. Conventus Jesu Majoricen. in Generale illius Insulæ Hospitale ex Pontificiis Constitutionibus habet.

1. A Definitiva Sententia, quam protulit Judex Conservator Hospitalis Generalis Majoricæ pro Rectoribus contra duos Capellanos Rosellò, & Carriò, Signatura Justitiæ appellationis Causam ad nostrum rejecit Tribunal, *cum facultate manutenendi quos de jure, & circumscribendi*; ut latius narratum est in contemporanea Decisione *super Manutentione*. In hac igitur Audientia, præter Dubium super eadem Manutentione, sequens etiam proposui, nimirum: *An sit locus Circumscriptioni in casu?* quod *negative* resolutum fuit.

2. Nulla enim subsistere comperta fuit ex tribus Sententiæ nullitatibus, quas Capellani proponebant. Non quidem prima, quod scilicet Sententia isthæc pronunciata fuerit a P. Guardiano Ordinis Minorum de Observantia, cum tamen Regulares eligi non possint in Judices Conservatores, ad firmata per *Barbos. de Potest. Episc. part. 3. alleg. 106. num. 15, &*

ad

ad Concil. Trid. sess. 25. cap. 10. de Reform. num. 8., *Muril. tit. de Offic. Deleg. num. 318. & seq.*, *Solorzan. de Jur. Indiar. lib. 3. cap. 26. num. 123.*, *Matthaeucc. Offic. Cur. cap. 15. num. 5.*, ubi profert resolutiones SS. Congregationum: Quandoquidem hæc prohibitio ad eos tantum pertinet Conservatores, qui a Regularium Ordinibus, Universitatibus, aliisque, vigore facultatum in suis Privilegiis expressarum, deputantur: His namque interdictum est, ne alias assumant Personas, quam in Ecclesiastica, & Sæculari simul dignitate constitutas, aut Personatum, seu Canonicatum in Ecclesia Cathedrali obtinentes, & qui præterea in Conciliis Provincialibus, seu Diœcesanis Judices electi, seu designati fuerint, juxta *sancita* per san. mem. Bonifacium VIII. *in cap. 11. de rescript. in 6.*, & *in Const. 9.* san. mem. Gregorii XV. *Bullar. tom. 3.*

3. Ast trahi nullo pacto potest ad supradictum P. Guardianum, qui non a Ministris Hospitalis, sed a Summis Pontificibus Calixto III., & Paulo II. suam immediatam recognoscit electionem, ab eisque perpetuam, amplissimamque Jurisdictionem recepit. Calixtus enim III. Priorem Carthusiæ, & Guardianum Conventus Jesu, eorumque pro tempore Successores in Judices Conservatores præfati Hospitalia instituit, cum facultate ejus possessiones, jura, & Jurisdictiones tuendi, ac recuperandi; & quidem in iis, quæ judicialem requirunt indaginem, summarie, ac de plano, & præterea cum jure Contradictores quoslibet per Censuras Ecclesiasticas compescendi; Paulus vero II. ipsum Hospitale cum omnibus suis bonis, Priorem, Capellanos, & Personas pro tempore in eo degentes ab omni Jurisdictione, & Potestate Episcopi perpetuo exemit, ac immediatæ S. Sedis protectioni plenissime subjecit; hoc etiam adjecto, ut nulli Judices Ordinarii ratione debiti, seu contractus, aut rei, de qua contra ipsos ageretur, ullam Jurisdictionem exercere possent, sed judicandi munus ad S. Sedem, vel Judices ab ea delegatos privative spectaret; & Conservatores Hospitalis omnes, & singulas Causas, illius bona, jura, aut Personas concernentes, active, & passive cognoscerent.

4. Itaque ai duo Pontifices uberrimam Potestatem, & Jurisdictionem contulerunt in Regulares, eosque voluerunt esse perpetuos Hospitalis Conservatores, & Judices; jam nonnisi perperam objicitur P. Guardiano, quod ipse sit Regularis: cum quæcumque illius inhabilitas, & quodcumque Canonicum impedimentum per supremam Pontificiam Potestatem penitus amotum, sublatumque dici debeat, *lege Barbarius in fin. ff. de Offic. Prætor.*, *leg. Quidam consulebant ff. de re judic.*, *Barbos. in Vot. decis. 5. dub. 2. lib. primo*, *Sanchez de Matrim. lib. 8. de dispens. disput. 4. num. 2.*, *Rebuff. de pacif. possess. num. 17.*, *Corrad. in prax. dispens. lib. primo cap. 3. num. 5. & 6.*, *Rot. cor. Caprara decis. 109. num. 25.*: Eo vel maxime, quia in utraque Constitutione, & Calixti III., & Pauli II., explicitis verbis derogatur Bonifacianæ Sanctioni circa Conservatores editæ: Imo in illa Calixti III. hæc adduntur singularia verba: *Licet Vos in Dignitate constituti non sitis, & ad exercendam Jurisdictionem hujusmodi aliàs incapaces existatis.* Quid igitur attinet, Bonifacianam Sanctionem opponere, cui duo Pontifices expresse derogarunt? Quid Dignitatis defectum objicere, si Pontificia auctoritas hoc ipsum impedimentum sciens, & volens de medio sustulit?

5. Et denique rem certissimam reddit perpetua, & constans plurium seculorum observantia, in quibus P. Guardianus Assessorem, Notarium, aliosque Justitiæ Ministros retinuit, Visitationes Hospitalis, instar Ordinarii, explevit, gratificationes, aliosque plurimos Jurisdictionis actus exercuit; & quidem utraque Curia, Episcopali, & Sæculari, vidente, adprobante, & consentiente. Hæc autem tam diuturna, & conformis observantia usque ad evidentiæ gradum demonstrat, nec Bonifacianam, nec alias quascumque posteriores Constitutiones afficere casum hunc, de quo agitur, *leg. Si de interpretatione*, *l. Minime ff. de legib.*, *cap. Cum dilectus de consuetud.*, *Rota cor. Emerix Jun. decis. 483. num. 6.*, *cor. Falconer. tit. de Decim. dec. 3. num. 6.*, *& in dec. 57. num. 26. coram Eminentissimo Tanario.*

6. Atque hinc marte suo corruit replicatio illa, quod electio Regularis in Judicem Conservatorem saltem abrogata fuerit per posteriorem Constitutionem san. mem. Gregorii XV., quam religiose custodiendam esse, etiam in Regnis Hispaniarum, decreverunt san. mem. Innocentius, & Benedictus XIII. Nam si Bonifaciana Constitutio non pertinet ad Conservatores nominatim datos a S. Sede, sed ad eos dumtaxat, quos sibi eligunt Ordines Regulares, aut alii, quibus hoc, particulari Privilegio, permissum est, idque perfecte suadet & ipsa juris ratio, & in casu, de quo agitur, expressa voluntas Calixti III., ac Pauli II., & demum subsecuta observantia; jam nihil attinet recursum habere ad posteriores Constitutiones Bonifacianam confirmantes, atque innovantes: Nam quem casum non comprehendit Constitutio confirmata, eum nec comprehendere valent quotcumque deinde accesserunt ad illam confirmandam, & innovandam, *Card. de Luca de Præemin. disc. 40. num. 5.*, *& de Feud. disc. 60. num. 11.*, *Rot. decis. 219 num. 1. part. 7. Rec.*, *decis. 293. num. 13. part. 11.*, *coram Gregor. decis. 159. num. 4.*, *& dec. 164. num 8.*

7. Ceterum factum ipsum Capellanorum egregie comprobat, P. Guardianum non esse Judicem incompetentem, prout ipsi post contrariam tantummodo Sententiam sustinere conantur: Enim vero postquam per Rectores a suis Capellaniis amoti fuerunt, ipsi ad Judicem hunc Conservatorem recursum habuerunt, litem contestati sunt, processum actorum instruxerunt, ac centies demum in ejus consenserunt Jurisdictionem. Itaque oppugnare amplius non possunt eam Jurisdictionem, quam legitimam esse confessi sunt, & quam toties adprobarunt, *cap. Inter Monasterium*, juncta *Glos. verb. subeundo judicium, de re judicat.*, *leg. Si convenerit ff. de Jurisdict. omn. Jud.*, *leg. Sed & si susceperit ff. de Judic.*, *Roman. com. 169. num. 4. in fin.*, *Rot. dec. 563. num. 4. part. 1. divers.*, *decis. 306. num. 8. part. 7. Recen.*, *& decis. 126. num. 3. part. 11.*: Præterquam quod per consensum ritissime prorogatur Jurisdictio ejus, qui ceteroquin ex dispositione juris Judex esse non valet, ut est præclarus *Textus in leg. Quidam 87. ff. de re judicat.*, ibi: *Et si forte ex consensu Judex minor datus sit, scientibus iis, qui in eum consentiebant, rectissime dicitur valere Sententiam.*

8. Pari levitate peccat secunda nullitas, in eo reposita, quod Judex adsumserit cognitionem Causæ, quæ judicialem ordinem, discussionem, notionemque requirebat, per solemnem actorum seriem processerit, atque Sententiam definitivam pronunciaverit, cum tamen hæc omnia privative ad Judices Ordinarios pertineant, nec aliud supersit Jurisdictioni, ac Potestati Conservatorum, quam cognoscere de manife-

nifestis tantum injuriis, & violentiis in exemptos illatis, juxta præscripta ab Innocentio IV. *in cap. primo de Offic. Judic. Deleg. in 6.*, a Bonifacio VIII. *in cap. Hac Constitutione 15. eodem tit.*, & a Gregorio XV. in citata *Constit. 9. tom. 3. Bullar.*, & juxta firmata per *Matthæucc. Offic. Cur. cap. 11. num. 8. cum seqq.*, *Piton. Discept. Eccles. 81. num. 17.*

9. Nam & hic quoque opportunissime occurrunt supra relatæ Constitutiones Calixti III., & Pauli II., qui Conservatores Hospitalis, non ad tramites Canonicæ dispositionis Innocentii IV., & Bonifacii VIII., sed ex opposito, illis expresse derogatis, ac rejectis, cum ampliori, & uberiori Potestate, ac Jurisdictione instituerunt: Ut enim alibi narratum est, Calixtus III. decrevit, ut Conservatores bona, jura, & Personas Hospitalis, etiam per Censuras, tuerentur in iis, quæ ordinem judiciarium requirerent, summarie, ac de plano procedendo; Paulus vero II. Hospitalis universa bona, ac Personas ab Episcopi Jurisdictione perpetuo exemit, & S. Sedis protectioni subjecit, ita ut ab inde citra super bonis, juribus, & Personis Hospitalis nonnisi Summus Pontifex, Judices ab eo delegandi, & Conservatores tam active, quam passive Causas cognoscerent.

10. Ac proinde perspicuum est, horum Conservatorum Potestatem non fuisse coercitam intra consuetos juris limites, hoc est ad solas refrænandas manifestas injurias, & violentias; sed e diverso extensam fuisse ad Jurisdictionem judicialem, & contentiosam, atque ad Causarum, & controversiarum cognitionem inter exemptos. Facultas enim justitiam complendi *in iis, quæ judicialem requirunt indaginem, summarie, & de plano, sine strepitu, & figura judicii*, ad judicialem pertinet Jurisdictionem, ut bene firmat *Rota decis. 616. num. 3. part. 2. Recent.* Ea rursus facultas Contradictores omnes per Censuras Ecclesiasticas auctoritate S. Sedis compescendi non obscuram præ se fert Jurisdictionis concessionem, ut prosequitur *Rot. dicta decis. 616. num. 4. part. 2.* Præterea hoc ipsum concludit derogatio expressa Constitutionibus Innocentii IV., & Bonifacii VIII., ut inquit eadem *Rota decis. 616. sub num. 4., & decis. 184. num. 26. part. 11. Recent.* Et demum rem hanc ad evidentiæ gradum evehit omnimoda Hospitalis, ejusque bonorum, & Personarum exemptio ab Ordinarii Jurisdictione, & Auctoritate, illorumque susceptio sub immediata S. Sedis protectione, delegata Conservatoribus Potestate cognoscendi *de omnibus, & singulis Causis, tam Hospitale, quam illius Rectores, Cappellanos, & Personas, ipsiusque Hospitalis res, jura, & bona &c., & alia quæcumque quomodolibet ipsum concernentia active, & passive*. Per hanc enim dispositionem Conservatores constituti dicuntur privativi Judices ad universitatem Causarum, & habentur, tamquam veri Ordinarii rerum, Personarumque exemptarum, ut bene firmant *Solorzan. de Jur. Indiar. lib. 3. cap. 1. sub num. 75.*, *Pereir. de Man. Reg. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 127.*, *Salgad. de Supplic. ad Sanctiss. part. 1. cap. 15. num. 87. cum pluribus seqq.*, *Passerin. in cap. fin. de Off. & Potest. Jud. Deleg. art. 3. num. 72.*, *Rot. cor. Seraphin. dec. 595. num. 1.*

11. Hæc quidem clarissima sunt, nec aliis indigent argumentis. Ceterum si quam etiam fingere velimus dubietatem, hanc submovet factum ipsum Capellanorum, qui controversiam hanc, utcumque contentiosam, & judicialem, ad Conservatorem detulerunt, coram ipso litem super Manutentione contestati sunt, effeceruntque, ut Judex per legitimos judicii tramites ad Causæ cognitionem, decisionemque perveniret. Præterea Conservatores per immemorabile tempus Jurisdictionem exercuerunt non in solis cognoscendis manifestis injuriis, & violentiis; verum etiam in Visitationibus, gratificationibus, atque innumeris aliis actibus ad Ordinariam Jurisdictionem pertinentibus, &, quod animadversione dignum est, non solum Curia Secularis, sed ipsi etiam Episcopi hanc Conservatoris Jurisdictionem adprobarunt, & confirmarunt. Quanti vero hæc vel centenaria, vel immemorabilis observantia valere debeat, jam superius ostensum est.

12. Nec vero utiliter replicatur, adversus hasce illimitatas Conservatorias obstare saltem posteriores Constitutiones Clementis VIII., & Gregorii XV., quas religiose servandas esse in Regnis Hispaniarum, præscripserunt Innocentius, & Benedictus XIII. Huic enim objectioni concludenter supra responsum est, videlicet oppositas has Constitutiones non comprehendere illas Conservatorias, quas Sedes Apostolica speciali providentia instituit cum amplitudine Jurisdictionis in exemptos, & cum explicita derogatione Constitutionibus Innocentii IV., & Bonifacii VIII., id præ cæteris ostendente nedum juris ratione, sed facto ipso, & consensu Capellanorum, se præterea vetustissima observantia, ut mox ostensum fuit.

13. Præterquam quod præsens Jurisdictionis controversia non vertitur in judicio petitorio cum ipsa Curia Conservatoris, nec hodie decidendum est, intra quos limites *in futurum* illius Jurisdictio coercenda sit: Agitur immo de Sententia jam prolata ab eo Judice, qui certo certius ab antiquissimo tempore in quasi possessione reperitur exercendi suam Jurisdictionem in Causis, etiam contentiosis. Qua de re, si hæc ipsa possessio tantæ potestatis est, ut, etiamsi a communi, & manifesto errore processerit; nihilominus validas, firmasque reddat *præteritas* Sententias, juxta vulgatum *Textum in leg. Barbarius ff. de Offic. Prætor.*: eò certius id efficiet, quando de manifesto errore minime docetur; quando possessio, & observantia prætergreditur hominum memoriam; & quando ipsamet Pars, quæ Jurisdictionem oppugnat, illam comprobavit, ac ratam habuit.

14. Succedit tandem tertia nullitas ex eo desumta, quod Judex in hac Causa judiciarium ordinem, & solemnitates observaverit, cum tamen juxta Literas Calixti III. procedere debuisset *summarie, de plano, sine strepitu, & figura judicii*. Ast hæc quoque nullitas meritissime despecta fuit. In primis enim etsi maxime subsisteret, adhuc invalidam non redderet Sententiam, cum non pertineat ad ullam ex tribus notissimis nullitatibus, ut inquit *Rot. coram Emerix Jun. dec. 145. num. 1., & dec. 1305. num. 16.*, & alibi passim: Deinde ordo summarie procedendi non videtur a Calixto III. præscriptus, tamquam necessaria, & essentialis judicii forma, sed potius respicit utilitatem, & commodum Litigantium, in quorum potestate est illum a Judice exigere. Cum vero in hac Causa nulla ex Partibus petierit, ut sine strepitu, & figura judicii procederetur; sed immo taciti permiserint, ut solemnis instrueretur actorum processus; nihil proinde est, quare nullitatis vitium Sententiæ impingi valeat, per regulam, quam docent *Innocent. in cap. 1. sub num. 1. de confirm. util.*, *Achill. de Grass. decis. 4. de sentent. & re judic.*, *Otthobon. decis. 226. num. 31.*, *& in Recen. dec. 572. num. 2. & 3. part. 2.*

Et ita &c. utraque &c.

1753.

1753.3.Mart. *Decretum in*
Majoricen. Beatific., & Canoniz. V. S. D.
RAYMUNDI LULLI.

IN Causa Majoricen. Beatificationis, & Canonizationis Ven. Servi Dei RAYMUNDI LULLI Tertii Ordinis S. Francisci, BEATI nuncupati, Sanctissimus demandavit, procedi ad ulteriora ad formam sui Rescripti editi sub die 21. Novembris 1750. pro deputatione Eminentissimi Ponentis; nempe ut revideantur omnia Opera, antequam deveniatur ad signaturam Commissionis: eidemque supplicandum esse pro novo Decreto cum Instructione, quo nunc, & in posterum procedi debeat. Die 3. Martii 1753.

D. F. Card. Tamburinus Præf.

Loco ✠ Sigilli.

M. Marefuscus S. R. C. Secret.

1753.22.Mart. *Papien.*
S. Paschalis *Custodia PP. Reformatorum supprimitur, ejusque Cœnobia, unà cum aliis tribus in Mantuana Ditione positis, & ad Reformatam S. Antonii Provinciam pertinentibus, Reformatæ Mediolanensi Provinciæ attribuuntur.*

FR. RAPHAEL A LUGAGNANO

Lector Emeritus, Exminister Generalis, ac totius Cismontanæ Familiæ Fratrum Minorum S. P. N. Francisci Commissarius Generalis, Visitator, & Reformator Apostolicus, & Servus.

MUneria nostri ratio exposcit, ut pro Conventibus, & Fratribus nostræ curæ commissis ea omnia promoveamus, quæ pro meliori eorum spirituali, & temporali gubernio consentanea esse noscuntur. Cum igitur Augustissima Maria Theresia Romanorum Imperatrix, Hungariæ, Bohemiæ Regina &c., ad majorem Dei gloriam, feliciusque suum Imperiale servitium ducturum esse sit arbitrata, si Conventus Ordinis Minorum Reformatorum in suis hæreditariis Statibus Lombardiæ existentes, illi nempe quatuor, qui in Principatu Ticinensi unam Custodiam constituunt sub titulo *S. Paschalis*, aliique tres, qui in Ducatu Mantuano de præsenti Provinciæ S. Antonii uniti sunt, Provinciæ, *Mediolani* nuncupatæ, eorumdem Reformatorum unirentur, & ex dictis in Ducatu Mantuano, & Ticinensi Principatu existentibus, unà cum cæteris dictæ Mediolanensis Provinciæ Conventibus, una, eademque Provincia integraretur, unumque corpus constitueretur; cumque ad hunc finem per Eminentissimum & Reverendissimum Dominum D. Cardinalem Mellinum ejusdem Imp. Majestatis apud S. Sedem Ministrum Plenipotentiarium, nomine præfatæ Augustissimæ Majestatis, Sanctissimo Domino Nostro D. Benedicto Papæ XIV. fuerit supplicatum, ut prædictos in Principatu Ticinensi, & Ducatu Mantuano existentes Conventus memoratæ Mediolanensi Ref. Provinciæ aggregare, & unire dignaretur; Sanctitas autem Sua has preces per suum Rescriptum sub die 20. Novembris 1752. ad nostrum arbitrium cum facultatibus necessariis, & opportunis remittere dignata sit: Nos commendabili zelo præfatæ Augustissimæ Majestatis adhærentes, piisque ejusdem intentionibus, quo par est, studio obsequi volentes, auctoritate Apostolica, per supra relatum Rescriptum a Sanctissimo Domino Nostro nobis attributa, ad unionem, seu incorporationem dictorum Conventuum Provinciæ Mediolani, ut supra, devenire decrevimus, & per præsentes decernimus.

Quare auctoritate, qua supra, primò Custodiam S. Paschalis in Principatu Ticinensi aliàs per nos erectam omnino supprimimus, illique prærogativas Custodiæ independentis adimimus, easque ademptas esse declaramus. Conventus ejusdem olim Custodiæ, nempe S. Crucis in Civitate Ticinensi, S. Jacobi in Suburbiis ejusdem Civitatis, S. Mariæ Belgiojosi, & S. Francisci Binaschi, nostræ Reformatæ Provinciæ Mediolani omnino unimus, & incorporamus. Omnes Diffinitorii ejusdem olim Custodiæ Patres, Custodem scilicet, ac Diffinitores, ab eorum respectivis officiis absolvimus, & absolutos declaramus. Ne tamen illis ex hac officiorum absolutione detrimentum aliquod obveniat, declaramus, volumus, & mandamus, ut omnibus juribus, privilegiis, honoribus, & prærogativis, quæ eisdem per Apostolicas, & Ordinis Constitutiones competere quoquo modo possent, si per integrum triennium dicta officia exercuissent, gaudeant, & fruantur, esto dictum triennium non attigerint. Volentes, & declarantes, quod dicta officia, ab illis exercita per quodcumque tempus, eisdem quoad prærogativas consequendas plene suffragentur, ac si per integrum triennium ab illis possessa, & exercita fuissent.

Conventus pariter in Ducatu Mantuano existentes, scilicet S. Spiritus in Civitate Mantuana, S. Mariæ Angelorum in Suburbiis ejusdem Civitatis, & S. Bernardini Reveris, his nostris a Reformata Provincia S. Antonii segregamus, & separamus; eosque sic segregatos, & separatos eidem Mediolanensi Reform. Provinciæ omnino unimus, & incorporamus.

Eidem Mediolanensi Provinciæ etiam unimus, & incorporamus omnes, & singulos Fratres nostræ olim Custodiæ S. Paschalis, omnesque alios ad tres supra relatos Conventus Mantuanos pertinentes; & tam hos, quam illos unimus, & incorporamus prædictæ Mediolanensi Provinciæ cum omnibus, & singulis honoribus, titulis, gradibus, prærogativis, & præcedentia, quibus in sua quisque Provincia, vel olim Custodia respective fruebatur, taliter quod iisdem honoribus, titulis, gradibus, prærogativis, ac præcedentia omnes, & singuli in dicta Mediolan. Provincia de cætero gaudeant, ac si dictos gradus, & titulos in eadem Provincia essent consequuti; & in primo eorum ad Ordinem ingressu, ad Habitum, & ad Professionem in eadem essent admissi.

Quia tamen Fratres ad Mantuanos tres Conventus spectantes, quos supra nominavimus, in eorum ad Ordinem ingressu, Provinciæ S. Antonii nomen dederunt, & cum eadem filiationem contraxerunt; ne illis ad deserendam dictam Provinciam, amittendamque illius filiationem per hæc vim inferremus, indulgemus, ut, quoties dicta S. Antonii Provincia eosdem retinere non repugnaverit, vel in eadem remanere, vel ad Mediolan. Provinciam transire possint, & valeant; ad quod deliberandum, illis terminum trium mensium post harum publicationem assignamus; quo termino elapso, illis non amplius liceat vel a S. Antonii Provincia ad Mediolanensem, vel a Mediolanensi ad S. Antonii Provinciam transire, nisi servatis iis omnibus, quæ per Apostolicas, &

Ordinis Constitutiones ad hujusmodi transitum peragendum præscribuntur: quod si dicta S. Antonii Provincia eosdem detinere detrectaverit, illos in Mediolanensi Provincia incorporandos volumus, in eaque incorporatos declaramus.

Superiores omnes locales, cæterosque Officiales inferiores dictorum olim Custodiæ, & Mantuanorum Conventuum in suis respectivis officiis confirmamus, & in iisdem durare volumus usque ad primò habendam Provinciæ Mediolanen. Congregationem; in qua Congregatione Diffinitorii Patres recensitos olim Custodiæ, & Mantuanos, sicut cæteros Provinciæ Conventus, de novis Superioribus, & Officialibus providere, vel antiquos, aut aliquos, sicuti in Domino magis expedire viderint, & vel necessitas, vel utilitas dictorum Conventuum postulaverit, ad tramites tamen Apostolicarum, & Ordinis Constitutionum, confirmare possint, & valeant.

Quod a nobis pro Fratrum, quos univimus, & incorporavimus, honoribus, & prærogativis supra decretum est, proportionaliter etiam pro prærogativis Conventuum aggregatorum, & unitorum servandum esse decernimus. Quare volumus, & mandamus, ut dicti Conventus per nos uniti, & incorporati, ut supra, in serie, & ordine Conventuum dictæ Mediolanen. Provinciæ, quisque eorum locum suum, & præcedentiam habeat juxta cujusque anterioritatem, & antiquitatem in fundatione; ita quod non tamquam vel noviter fundati, vel noviter dictæ Provinciæ uniti, sed quasi ab initio, & a fundatione ejusdem Provinciæ in illa fuissent incorporati, in serie Conventuum locum ab antiquitate fundationis (salvo semper principali dictæ Provinciæ) sortiantur, & habeant; eodemque præcedentiæ ordine respectivos illorum Guardianos gaudere debere volumus, atque decernimus.

Mandamus quoque, ut omnes tum olim Custodiæ, tum Mantuanorum Conventuum Fratres, quos univimus, & incorporavimus, juxta respectiva illorum merita ad gradus, & dignitates dictæ Mediolanen. Provinciæ in Capitulis, & Congregationibus admittantur; neque eisdem exceptio aliqua ad hæc obvenire possit, ex quo non fuerint ab initio in eadem Provincia ad Habitum, & Professionem admissi; vel ex quo de novo fuerint in illa incorporati; sed considerandos, & habendos esse præcipimus tamquam veros Filios legitimos ejusdem Provinciæ, ac si in eadem a principio Habitum sumpsissent, ac Professionem emisissent, eosdemque participes fieri omnium, & singulorum graduum, & officiorum eodem modo, & absque ulla prorsus differentia, ac cæteri dictæ Provinciæ Filii: quare erga illos æqua justitiæ distributivæ lance procedendum volumus, non tantum pro Superioritatibus Guardianatus, Diffinitoriatus, & Custodiatus, sed etiam Provincialatus, quoties in iisdem aliquis, vel aliqui pro dictis gradibus assequendis digni, & idonei reperiantur.

Demum Ministro Provinciali, & Diffinitorio, cæterisque nostræ Provinciæ Mediolanen. Fratribus præcipimus, & mandamus, ut dictos tum Principatus Ticinensis, tum Ducatus Mantuani Conventus, eorumque Fratres in gremium dictæ Provinciæ juxta superius a nobis ordinata recipiant; eidemque Ministro injungimus, ut, prævia harum nostrarum Litterarum in singulis dictis Conventibus publicatione, personaliter eorumdem Conventuum possessionem capiat, Fratresque omnes in eis degentes in suos Subditos, seu potius Filios admittat; dictorum autem Conventuum Fratribus, cujuscumque gradus, & dignitatis extiterint, per S. Obedientiam, & sub pœnis contra inobedientes, & rebelles per nostras Constitutiones præscriptis, præcipimus, & mandamus, ut dicto Ministro Provinciali tamquam legitimo eorum Superiori pareant, Diffinitoriumque dictæ Mediolanen. Provinciæ tamquam unicum, & supremum Magistratum eorum recognoscant; subque iisdem pœnis omnia a nobis superius ordinata, & stabilita ab omnibus nobis subditis plenæ executioni demandari præcipimus, & mandamus.

Datum Romæ ex nostro Aracœlitano Conventu die 22. Martii 1753.

F. Raphael a Lugagnano Commissarius Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Rmi in Christo Patris
F. Paulus Joannes a Bastia Secret. Generalis.

1753. 24. Mart. *Decretum*
S. Congregationis Concilii interpretis in
Auximana, seu Recineten., aut Lauretana Funerum.

Parochia Montis Cassiani in quinque partes divisa est, quas Incolæ vocant *Senaides*. Quò majori hæ Senaides spatio distant ab Ecclesia Parochiali, sueverunt Parochi in elatione corporum hominum mortuorum exigere stipendium majus: ut quæ longius distat Pars, seu Senaides, præstet obulos quinquaginta; quæ paulo minus distat, præstet quadraginta, atque ita reliquæ: id servatum fuit semper, sive efferrentur corpora, ut ad Ecclesiam Parochialem irent, sive ad Ecclesias Regularium. Diuturnam hanc consuetudinem mutavit primus, qui nunc Parochiam illam obtinet, Sacerdos Annibal Luzioli, qui arbitratu suo stipendium illud auxit semper, cum corpora efferenda essent, quæ tumulabantur in Ecclesiis Regularium, ac præsertim in Ecclesia Patrum Reformatorum S. Francisci Terræ Forani; excessit autem plurimum in funere Joannis Baptistæ Cherubini, qui in eadem Ecclesia tumulari voluit; exegit enim ab hæredibus Defuncti Julios viginti, & candelulas ultra Quartam funerariam. Hinc Patres putantes, id ea ratione ab eo fieri, ut homines ab electione Sepulturæ in Ecclesiis Regularium, & præsertim illa S. Francisci Terræ Forani revocentur, maxime cum rudibus illis, & imperitis viris metum incusserit solvendi vectigalia pro translatione corporis mortui ad Terram illam; rem omnem detulerunt ad Episcopum Recinetensem, qui censuit, excessum fuisse a Parocho, eumque damnavit ad restituendum id, quod plus debito exegerat. Non paruit Decreto Episcopi Parochus, imo non sua tantum, sed etiam Publicanorum Jura tueri voluit, re ad hoc Sacrum Tribunal delata.

Explorati juris est, vetitum esse Parochis plus exigere pro elatione corporum mortuorum, cum conduntur in Ecclesia Regularium, quam exigerent, si condenda essent, & tumulanda in Ecclesia Parochiali. Nodus igitur, & caput rei est, an idem jus servandum, custodiendumque sit, ubi Regularium Ecclesiæ longiori distent itinere, quam Parochialis. Idem jus esse servandum disputant Patres, qui negant, Parochos longioris itineris causa majus stipendium petere, atque exigere posse ab hæredibus Defuncti, ut definivit Sacra hæc Congregatio *in Trojana Funerum 7. Maji 1701. ad VII. Dubium, ut in Libro LI. Decret. pag. 237. & seqq.*, & altera Episco-

scoporum, & Regularium consultationibus præposita *in Lucerlana Funerum* 22. *Septembris* 1702. *apud Ursayam tom.* 1. *part.* 2. *discept.* 28. *num.* 93. *& seqq.*, præsertim cum hæc vicinorum locorum consuetudo sit, licet Ecclesiæ Regularium, ad quas a Parochis corpora tumulanda comitantur, majori distantia sint, quam Ecclesia S. Francisci Terræ Forani, quæ vix distat passibus 750. Ita siquidem Maceratæ servatur; ita in Villa Avenalis; ita in Villa Capitis Rivi; ita in altera Traviggiani, & aliis. Ita igitur ex Juris dispositione, & ex finitimorum locorum consuetudine servandum esse a Parocho Montis Cassiani, qui si neque Juris, neque consuetudinis dispositionem servavit, si plus debito exegit, si Episcopo parere noluit; cogi debeat, ut indebitum restituat. Neque ob translationem cadaverum e Monte Cassiano ad Terram Forani in Ecclesia Patrum Reformatorum vectigal ullum esse solvendum; quidquid enim a quibusdam dubitatum fuerit, uno consensu nunc esse receptum, ut nullum pro hac translatione vectigal solvatur: *Lara de Anniverr. & Cappell. libro* 1. *cap.* 25. *per totum*, *Amostaz de Caus. Piis tom.* 2. *lib.* 6. *a num.* 40. *ad* 44., *Card. de Luca de Regul. disc.* 166. *per tot.*, qui refert, ita definitum a Summo Pontifice Alexandro VII. Idem habet *Ursaya Instit. criminal. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 48. *&* 49. Hæc Patres Reformati Terræ Forani: A Parocho nihil hactenus habuimus. Tria sunt Causæ capita *&c.*

Ita legitur in Folio Congregationis habitæ 8. *Julii* 1752., *ubi subnectuntur Dubia tria. At vero ea die Causa proponi non potuit. Quid postea actum fuerit, habemus ex Foliis diei* 29. *ejusdem mensis*, *& anni*, *ac* 24. *Martii* 1753., *in quorum postremo sic legitur*:

Dedimus Causam hanc in *Folio Congregationis* habitæ *die* 8. *Julii* superioris *anni* 1752., sed ea die proponi non potuit. Iterum itaque eam dedimus *in Folio sequentis Congregationis* habitæ *die* 29. Sed Parochus Montis Cassiani *dilationem* postulavit, *additionemque* novorum Dubiorum, cum tribus tantum capitibus Causa collecta fuisset, & ut *Publicani* in Jus vocarentur. Rescripsit itaque Sacrum Tribunal: *Dilata*, *& ad Dominum Secretarium pro concordatione Dubiorum*, *citatis Gabellariis*. Omnia impleta fuerunt, & Causa nunc duobus aucta Dubiis proponitur, quæ Eminentissimi Patres, repetita lectione *Folii primæ* illius *Congregationis*, expedire poterunt. A Parocho, & Gabellariis nihil adhuc habuimus. Dubia sunt:

I. An Parochi Sæculares vel prætextu funeralis, vel ratione associationis prætendere possint ab hæredibus Defunctorum majus emolumentum, quando cadavera sepeliuntur in Ecclesia S. Francisci PP. Reformatorum Terræ Forani, quam accipiant, quando tumulantur in Ecclesiis Sæcularibus?

II. An Parochianis Ecclesiæ Parochialis Terræ Montis Cassiani Diœcesis Lauretanæ liceat sibi eligere Sepulturam in eadem Ecclesia PP. Reformatorum Forani Territorii Terræ Appiniani Auximanæ Diœcesis? Et quatenus affirmative,

III. An Parocho dictæ Terræ Montis Cassiani, ejusque Sacristæ, præter Quartam funeralem, ratione prætensi majoris laboris debeatur majus emolumentum, & in qua summa pro associatura cadaveris ad dictam PP. Reformatorum Ecclesiam extra Territorium, & Diœcesim degentem? Et quatenus negative,

IV. An idem Parochus Montis Cassiani teneatur restituere hæredibus quondam Jo. Baptistæ Cherubini portionem in istius funere majorem æquo exactam?

V. An pro translatione cadaveris de uno ad alium locum occasione tumulationis in eadem PP. Reformatorum Ecclesia debeatur aliquod emolumentum Gabellariis in casu &c.?

Sacra autem Congregatio die. 24. *Martii* 1753. *in hunc modum respondit*:

Ad primum dabitur resolutio in casibus particularibus. Ad secundum Affirmative, & amplius. Ad tertium Affirmative juxta taxam Episcopi. Ad quartum satis provisum per Episcopum, & amplius. Ad quintum Negative.

1753. 5. April. *Sacræ Rituum Congregationis Decretum de innovanda singulis octo diebus SS. Eucharistia, quæ in Tabernaculo asservatur.*

Renovatio (*a*) SS. Sacramenti debet fieri (*b*) qualibet Dominica (*c*), non autem differri ad quindecim dies S. R. C. 5. Aprilis 1753.

(*a*) *Decretum hoc legitur ad calcem tomi* 5. Operum Liturgicorum *P. Ioannis Michaelis Cavalieri* (*pag.* 105. *col.* 2.) *In Collectione quorumdam recentium Decretorum: quæ Decreta* (*inquit Editor in Monito eidem Collectioni præmisso*, *p.* 104. *init.*) ex Regestis Decretorum ejusdem S. Rituum Congregationis summa fide eruenda, & Roma ad nos statim mittenda curavimus. *Subditque*, *se illa exhibere* iisdem omnino verbis, ut in jam dictis Regestis scripta sunt. *Illud quoque totidem verbis refertur ab erudito Sacerdote Leneta Spiridione Talù* (*in Opusculo inscripto*, Decreta S. Rit. Congr., *n.* 1278. *in fin. p.* 343. *Edit.* 2. *Roman. an.* 1768.),

(*b*) *A Græcis* SS. Eucharistiæ Sacramentum, quod pro Infirmis asservatur, singulis octo diebus, aut saltem quindecim renovandum est: *quemadmodum præscribit S. M. Benedictus XIV.* (*Const.* Etsi Pastoralis 26. *Maji* 1742. §. 6. *n.* 4., *Bullar. ejusd. Pontif. tom.* 1. *p.* 105.). *Quod ipsum mandaverant Innocentius IV.* (*Const.* Sub Catholicæ 6. *Martii* 1254.), *& Clemens VIII.* (*in* Instruction. super Ritibus Italo-Græcorum, *incipien.* Sanctissimus, 31. *Augusti* 1595. §. 2., *Bullar. Roman. tom.* 5. *part.* 2. *p.* 72.).

At vero a Latinis innovatio SS. Sacramenti ad quindecim dies differenda non est; sed peragenda quolibet octiduo vel die Dominica, vel feria quinta, ex Decreto Congregationis Episcoporum in Ravennaten. 5. Aprilis 1573.: *uti inquit P. Ubaldus Giraldi* (*Iur. Pontific. novissim. tom.* 1. *p.* 447. *col.* 1.). *Decretum idem S. Congregationis Episc. in Ravennaten. laudatur ab eodem P. Giraldi in adnotat. ad Instit. Canon. P. Murchat* (*in addit. post* §. 4. *tit.* 44. *lib.* 3. *Decretal.*), *& a P. Ferraris* (*Biblioth. v.* Eucharistia *n.* 55.). Refert *etiam* Gavantus (tom. 1. part. 2. tit. 10. n. 5.), Synodum Turon. IV. c. 4. ordinasse, quod Eucharistia mutetur septimo quoque die (*verba sunt P. Bernardi Bisso in sua* Hierurgia *tom.* 2. *litt. P n.* 45. §. 6.), *hoc est. in qualibet Hebdomada.*

Atque hanc esse efficacissimam regulam Ecclesiæ, ex eo colligitur (*subdit idem P. Bissus*), quia Ecclesia permittit, ut in loco specialiter interdicto possit semel in Hebdomada celebrari, ad renovandam Eucharistiam. *Sic nimirum statuitur in vulgato Cap.* Permittimus 57. *de sent. excomm.*, *in quo sic legitur*: Permittimus Ecclesiarum Ministris, semel in Hebdomada tempore Interdicti, non pulsatis campanis, voce submissa, januis clausis, excommunica-

tis, & interdictis exclusis, Missarum solemnia celebrare CAUSA CONFICIENDI CORPUS DOMINI, quod decedentibus in pœnitentia non negatur.

(t) *Quod in hoc S. R. C. Decreto dicitur*, qualibet Dominica; *id non ita accipiendum puto, quasi nefas sit, Eucharistiam, nisi die Dominico, innovare. Objectum namque, & finis Decreti, ex quo Decreti ipsius interpretatio peti debet, non est præfinire nominatim renovationis diem, sed prohibere, ne innovatio hæc (ut est Græcis permissum) a Latinis etiam ad dies quindecim protrahatur; ut facile consideranti patet. Poterit igitur SS. Eucharistia renovari vel die Dominico, vel feria quinta, sicut antea vidimus. Quinetiam* S. Carolus Borromæus (*ut adnotat P. Giraldi Iur. Pont. noviss. loc. cit.*) ajebat, consultius renovandam esse feria quinta, quippe quia tali die Jesus Christus hoc Sacramentum instituit.

Demum, quoniam res ipsa hortatur, non arbitror prætermittendum hic monitum ejusdem P. Giraldi circa Eucharistiæ administrationem in Missis Defunctorum. Nota secundò ex Decreto S. Congregationis Rit. 2. Septembris 1741. in Aquen. ad 4. dubium (*inquit ipse Iur. Pontif. noviss. tom. 2. p. 892., ubi commentatur Tridentini verba sess. 22. c. 6. de Sacrif. Missæ*: Optaret quidem *&c.*), quod, si, obsequendo dicto Concilii desiderio, Fideles communicare voluerint in Missis Defunctorum, non est eis administranda Eucharistia per modum Sacramenti, scilicet cum Particula præconsecrata, extrahendo Pyxidem a Custodia; sed per modum Sacrificii, prout est, quando ipsis administratur cum Particulis intra eamdem Missam consecratis. Decretum autem (*pergit Giraldius*) est his verbis extensum; prout reperitur lib. v. Decretorum ejusdem Congr. ab anno 1739. ad 1741. p. 353. a tergo, a me recognitum: „ In paramentis nigris non „ ministratur Eucharistia per modum Sacramenti, scilicet cum Particula præconsecrata, extrahendo Pyxidem a Custodia; potest tamen ministrari per „ modum Sacrificii, prout est, quando Fidelibus „ præbetur Communio cum Particulis intra eamdem „ Missam consecratis „. Quo stante, Sacerdotes monitos velim, quod non sit attendendus Meratus asserens (part. 1. tom. 1. p. 602. ad Gavantum), posse in Missa Defunctorum immediate post Communionem Sacerdotis Eucharistiam adstantibus distribui, etiam cum Particulis ab alio præconsecratis; nullumque esse S. Congregationis Rituum Decretum, cujus habenda sit ratio. Hujus Auctoris assertioni favet Benedictus XIV. (lib. 3. cap. 18. num. 12. de Sacrosancto Missæ Sacrificio) ait: „ Cum quo (*Merato*) concludendum est, posse in Missa Defunctorum Eucharistiam, sive in eadem, sive in alia Missa consecratam, distribui; dummodo id nec fiat ante, „ vel post Missam, sed intra eamdem Missam post „ ipsius Sacerdotis Communionem „. Meratus enim, & Benedictus, cum scripserint ante mox allatum Decretum, non aba re asseruerunt, nullum esse dictæ Congñis Decretum, cujus habenda ratio sit: potissimum cum Decretum ejusdem Congregationis an. 1701., quo ex sententia Gavanti prohibebatur, ne cuiquam astantium in Missis Defunctorum Eucharistia præberetur, ab eadem revocatum fuerit 21. Martii 1711., vetitumque, ne vulgaretur, aut ejus exemplar aliquod ederetur, ut testatur idem Benedictus loc. cit. n. 10. Unde omnino attendendum est allatum Decretum an. 1741.

1753. 12. *Aprilis = Breve Benedicti XIV. circa duas Excalceatas Provincias S. Iosephi, & Immaculatæ Conceptionis vid. inf. ad 30. Aprilis 1753.*

1753. 14. APRIL. *S. R. C. Decretum*
Montis Regalis, seu Cuneen.
Canonizationis

B. ANGELI A CLAVASIO

Sacerdotis Professi Ordinis Minorum Observantium
S. Francisci.

POst admissam, signatamque per Sanctissimum Dominum Nostrum Benedictum Papam XIV. Commissionem introductionis Causæ B. ANGELI A CLAVASIO, promota successive fuit ex parte P. F. Leopoldi a Roma Postulatoris instantia in Sac. Rituum Congregatione usque sub die 11. Decembris anni 1751. super approbatione Cultus ab immemorabili tempore eidem Beato quæsiti; sed cum prodierit Rescriptum = *Dilata, & coadjuventur probationes* = constructi ex post fuerunt novi Processus Apostolici in Civitate Cunei Diœcesis Montis Regalis, & in Oppido Clavasii Diœcesis Iporegien. pro coadjuvatione probationum circa Cultum immemorabilem prædicti Beati. His autem ad Urbem delatis, atque apertis, repropositum fuit in Congregatione Ordinaria Sacrorum Rituum, habita sub infrascripta die, per Eminentissimum & Reverendissimum Dominum Card. Alexandrum Albanum Ponentem Dubium, alias propositum sub enunciata die 11. Decembri 1751., videlicet: *An Sententia lata per Judicem, a Reverendissimo Episcopo Montis Regalis deputatum, super Casu excepto a Decretis editis a S. M. Urbano Papa VIII., sive super Cultu ab immemorabili tempore prædicto Beato præstito, sit confirmanda in casu, & ad effectum, de quo agitur.* Et Sacra eadem Congregatio, mature examinatis tum veteribus, tum novis adductis in Causa probationibus, auditoque R. P. D. Ludovico de Valentibus Fidei Promotore, qui scripto, & voce suam sententiam exposuit, rescribendum censuit: *Affirmative*, si Sanctissimo Domino Nostro visum fuerit Die 14. Aprilis 1753.

Factaque deinde per me Secretarium de prædictis eidem Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit. Die 25. ejusdem Mensis, & Anni 1753.

D. F. Card. Tamburinus Præfectus.
M. Marefuscus S. R. C. Secret.

Loco ✠ Sigilli.

1753. 14. APRIL. *Ejusdem*
S. Rituum Congregationis Decreta in
Conimbricen. Dubiorum.

CUm Reverendissimus Episcopus Conimbricensis Sacræ Rituum Congregationi exposuerit, plures in sua Cathedrali vigere usus contra præscriptum Sacrarum Rubricarum, & Cæremonialis Episcoporum, pro quorum observantia Capitulum dictæ Cathedralis antiquam consuetudinem adducebat,
cum-

cumque ad Sacram Congregationem suam relationem transmiserit Eminentissimus, & Reverendissimus D. Cardinalis Tamburinus Sacræ Rituum Congregationis Præfectus, & Causæ Ponens, infrascripta Dubia, coram se inter Partes concordata, decidenda proposuit, nempe:

I. An, attenta circumstantiis, toleranda sit asserta consuetudo cantandi unicam Missam, aliamque legendi iis diebus, quibus a Rubrica duæ præcipiuntur Missæ?

II. An in Missa Conventuali cani semper debeant Gloria, Credo, totum Graduale, Offertorium, Præfatio, & Pater Noster?

III. An servari possit asserta consuetudo, qua diebus non festivis in Missa Conventuali non adsistit Magister Cæremoniarum, nec adhibetur Incensum?

IV. An servari possit asserta consuetudo pulsandi Organa tempore Quadragesimæ, Adventus, ac Vigiliarum in Missis votivis B. M. V., quæ singulis Sabbatis solemniter celebrantur, & in ejusdem Litaniis, quæ post Vesperas cantantur?

V. An Canonici possint, ac teneantur in Feria quarta Cinerum transferre Processionem quamdam, & aliquas Commemorationes pro Defunctis, ad quas ex Legato tenentur, ut Expositionem Sanctissimi Sacramenti quadragiota horarum facere possint; seu potius an melius sit dictam Expositionem in aliam diem transferre, ut prædictis Functionibus mentem Testatorum adimpleant?

VI. An in elevatione Sanctissimi Sacramenti in Missis solemnibus cani possit *Tantum ergo* &c., vel aliqua Antiphona tanti Sacramenti propria?

VII. An a Cantoribus in Choro incipi possit Introitus Missæ, priusquam Sacerdos, eamdem Missam celebraturus, ad Altare pervenit?

VIII. An Hebdomadarius in Choro intonare possit initium Horæ sequentis, priusquam Sacerdos Evangelium S. Joannis terminaverit?

IX. Utrum servari possit asserta consuetudo, ut Feria quarta Cinerum Canonicus turnarius, impedito, vel nolente Episcopo, Cinerum benedictionem peragat, & Missam cantet?

X. An servari possit asserta consuetudo, ut in Processionibus Palmarum, & Candelarum, Functionem non peragente Episcopo, Crucem portet Cappellanus per turnum paratus?

XI. An servari possit asserta consuetudo, ut in Processionibus Litaniarum, earumdem Cantores incedant Pluvialibus induti?

XII. An in Ecclesiis, quas Processio Litaniarum per viam ingreditur, fieri possint Commemorationes pro Defunctis in adimplementum Legatorum a Personis in eisdem Ecclesiis sepultis relictorum?

XIII. An servari possit asserta consuetudo, ut duo medii Canonici, seu Tertienarii Tunicella, seu Dalmatica induti in Processione Corporis Christi Thuribula deferant, & Sanctissimum Sacramentum incensent?

XIV. Utrum asserta consuetudo, ut quatuor Canonici, vel medii Canonici Pluvialibus induti quædam argentea insignia sine Palmis, & Candelis præ manibus gestent in Processionibus Palmarum, & Candelarum, licite retineri possit?

Et Sacra eadem Congregatio, re mature discussa, perpensisque tam Reverendissimi Episcopi, quam Capituli, & Canonicorum juribus, per eorum Procuratores voce, & scripto expositis, rescribendum censuit:

Ad I. Negative, reservato jure probandi antiquam consuetudinem, & amplius.

Ad II. Affirmative juxta præscriptum Cæremonialis Episcoporum, & amplius.

Ad III. Affirmative quoad Magistrum Cæremoniarum: Negative quoad Thurificationem, & amplius.

Ad IV. Affirmative, & amplius.

Ad V. Negative quoad primam partem: Affirmative quoad secundam; nempe, Expositionem Sanctissimi Sacramenti esse transferendam in aliam diem commodiorem arbitrio Episcopi; & amplius.

Ad VI. Affirmative, & amplius.

An VII. Negative, & amplius.

Ad VIII. Negative, & amplius.

Ad IX. Affirmative, & amplius.

Ad X. Affirmative, & amplius.

Ad XI. Affirmative, & amplius.

Ad XII. Affirmative.

Ad XIII. Affirmative, & amplius.

Ad XIV. Affirmative, & amplius. Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 14. Aprilis 1753.

1753. 20. April. *Literæ P. Ministri Generalis, eisque Insertum Breve Benedicti XIV. circa Provincias S. Josephi, & Immaculatæ Conceptionis FF. Min. Discalceatorum.*

FR. PETRUS JOANNETIUS

DE MOLINA

Sacræ Theologiæ Lector, Catholicæ Majestatis in Regali Matritensi Congressu pro Immaculata Conceptione Theologus, ac totius Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis, & Servus

RR. in Christo Patribus Ministris Provincialibus, & dilectis filiis Provinciarum S. Josephi, & Immaculatæ Conceptionis Discalceatorum in Nova Castella, salutem, & Seraphicam Benedictionem.

CUM Sanctissimus Dominus Noster Dominus Papa Benedictus XIV. pro sua, qua præditus est, cura, & vigilantia in universum Christianum Orbem, ac præsertim erga nostrum Seraphicum Sodalitium, dignatus sit ad preces dilecti filii Vice-Procuratoris Generalis nostrorum Discalceatorum suas in forma Brevis expedire Literas tenoris sequentis:

„ BENE-

„ BENEDICTUS PAPA XIV.

„ *Ad futuram rei memoriam.*

„ INjuncti Nobis per abundantiam Divinæ Gra„tiæ Pastoralis Officii solicitudo postulat, ut in hia, per quæ Christifidelium sub suavi Religionis jugo Altissimo famulantium prospero statui consulitur, ejusdem Officii partes sedulo intendamus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joachimus Escuder Vice-Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum, & Recollectorum nuncupatorum Ultramontanæ Familiæ, quod aliàs postquam dilectus etiam filius Raphael a Lugagnano tunc Minister Generalis Ordinis eorumdem Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, justis, & rationabilibus causis adductus, vigore facultatum, sibi a Nobis per quasdam Nostras in simili forma Brevis die xvi. Julii MDCCXLIV. expeditas Litteras attributarum, a Provincia Sancti Josephi Novæ Castellæ dictorum Fratrum de Observantia Discalceatorum novem Conventus, nempe *di Conca*, *di Guadalaxara*, *di Priego*, *di Augnon*, *di Buendia*, *di Orche*, *di Torrejoncillo*, *di Bhirnega*, & *di Uzeda*, dismembraverat, disjunxerat, & separaverat, dictosque novem Conventus, sic dismembratos, disjunctos, & separatos ab eadem Sancti Josephi Provincia, in novam Provinciam Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ nuncupandam eorumdem Fratrum Discalceatorum erexerat, & constituerat, prout in illius patentibus Litteris die VIII Augusti ejusdem Anni subscriptis, & ea super re confectis, plenius dicitur contineri: subinde vero eidem novæ Provinciæ sic erectæ alium Conventum Compluti, seu de *Alcalà* incorporaverat, & univerat, addideratque, prout ex aliis suis patentibus Litteris die xxii. Decembris supradicti Anni expeditis constare asseritur: quam quidem erectionem novæ Provinciæ hujusmodi, & assignationem dictorum decem Conventuum Nos per quasdam Nostras in pari forma Brevis die xxix. Januarii MDCCXLV. confirmaverimus: Postmodum dicta nova Provincia conqueri inchoavit, Conventus assignatos satis minime esse pro constituenda, stabiliendaque nova Provincia, contendens vigore cujusdam Statuti a Capitulo Generali dicti Ordinis Anno MDCXCIV. in Oppido Civitate nuncupato *Vittoria* celebrato confecti, usu tamen contrario dicti Ordinis abrogati, viginti sibi Conventus assignari, & inter Conventus, quos sibi concedi desiderabat, ille Sancti Bernardini Oppidi Matriti Toletanæ Diœcesis numerabatur: dictus Raphael Minister Generalis, ad sedandas quascumque querimonias ea de causa ortas, seu quæ deinceps oriri poterant, existimavit, æquum esse duos alios Conventus, nempe *de Corral*, & *de Lillo*, eidem novæ Provinciæ addere, & assignare, ac super additione, & assignatione dictorum duorum Conventuum alias suas patentes Litteras die xxv. Decembris supradicti Anni expediri curavit, quæ quidem Litteræ ab utraque Provincia debitæ executioni demandatæ fuerunt. Præmissis minime obstantibus, ab ipsa nova Provincia post aliquod temporis spatium ad eumdem Raphaelem Ministrum Generalem duo illius Alumni, ad effectum sopitam contentionem provehendi, missi fuerunt, dictusque Raphael Minister Generalis illorum postulatum super unione, incorporatione, & assignatione aliorum Conventuum, tanquam injustum, rejecit, & dumtaxat concessit, ut ipsa nova Provincia unum Fratrem expresse professum, una cum Socio, tamquam suum Procuratorem, in Regio Conventu Sancti Ægidii dicti Ordinis Oppidi Matriti retinere, ac in Conventu Compluti prædicti unum locum *di Questua*, nuncupatum *il Casar di Talamanca*, habere valeret, aliasque præcipuas conventiones concessit, & vigore ejusmodi resolutionis, seu præfinitionis, ab ipso Raphaele Ministro Generali captæ, inter supradictas duas Provincias publicum Instrumentum concordiæ, seu transactionis die xii. Maji MDCCXLVI. confectum fuit. Postmodum dicta nova Provincia contra memoratam erectionem, tot solemnibus actis approbatam, confirmatamque, Capitulo Generali memorati Ordinis Anno MDCCL. in alma Urbe Nostra habito, & deinde dilecto quoque filio Petro Joannetio de Molina moderno Ministro dicti Ordinis Generali conqueri tentavit; sed cum desiderii sui compos fieri nequivisset, supplicem libellum Nobis porrigi curavit. Remisso per Nos supplici libello hujusmodi ad Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, ipsa Cardinalium Congregatio informationem, & votum super præmissis tam a Venerabili Fratre Henrico Archiepiscopo Nazianzeno, Nostro, & hujus Sanctæ Sedis in Hispaniarum Regnis Nuncio, quam a dilecto pariter filio moderno Procuratore Generali Discalceatorum hujusmodi exquisivit: dictus vero Henricus Archiepiscopus, & Nuncius, ac ipse Joachimus Vice-Procurator Generalis unanimi consensu retulerunt, nullum jus spectare ad dictam novam Provinciam pro unione, seu incorporatione aliorum Conventuum, &, quatenus ipsa Provincia unioni, incorporationi, & assignationi Conventuum, sicut præmittitur, factis, minime acquiesceret, illa unienda esset potius in unam dumtaxat Provinciam, ut antea existebat. In hoc rerum statu ipsa Provincia, quò Causa hujusmodi in eadem Cardinalium Congregatione prosequeretur, ad vitandum impedimentum, quod ei afferrent Nostræ Litteræ die xxix. Januarii MDCCXLV., ut præfertur, super erectione, & confirmatione Provinciæ hujusmodi expeditæ, favorabile Nostrum Rescriptum obtinuit pro aperitione Oris arbitrio ejusdem Congregationis, cujus vigore Dubia inter Partes coram dilecto filio Nostro Prospero Sanctæ Romanæ Ecclesiæ prætatæ Diacono Cardinali Columna nuncupato, ab eadem Cardinalium Congregatione super Causæ hujusmodi cognitione Ponente deputato, concordata, & præscripta fuerunt. Interea cum Causa hujusmodi sic penderet indecisa, Nos, ad supplicationem Charissimi in Christo filii Nostri Ferdinandi earumdem Hispaniarum Regis Catholici, Causam hujusmodi a memorata Cardinalium Congregatione ad Nos avocavimus, & die iv. Octobris Anni proxime præteriti per dilectum filium Magistrum Clementem Argenvillier Auditorem Nostrum edidimus Rescriptum tenoris sequentis, nempe =

„ Auditis relatione, & voto tum Nuntii Apostolici Hispaniarum, tum etiam Vice-Procuratoris Generalis Discalceatorum, & Recollectorum in Urbe residentis, Sanctitas Sua avocavit ad se Causam a Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium, eaque sic avocata, mandavit, Fratres novæ Provinciæ Sanctissimæ Conceptionis Immaculatæ Virginis Mariæ omnino acquiescere divisioni jam factæ, aliàs

seu

nniri, & reincorporari eam Provincia Matrice San- Josephi, & reduci utramque Provinciam ad eum, quo erat, statum ante memoratam divisionem, ntrariis quibuscumque non obstantibus: & ad Ministrum Generalem Ordinis pro omnimoda executio- = . Argenvillier Auditor = . „

Deinde vero dictus Petrus Joannetius Minister Generalis, quò Rescriptum hujusmodi ab eodem Fernando Rege sibi commissum debitæ executioni demandaret, in Conventu de Guadalaxara dictæ Provinciæ, illius Ministrum Provincialem, Custodem, Definitores, & Guardianos, excepto tamen Guardiano Conventus de Buendia, qui propter graves corporis infirmitates, quibus laborabat, accedere nequibat, convocare curavit, & die XIV. Novembris proxime præteriti per suum definitivum Decretum, jusmodi Rescriptum publicavit, & illius executionem perfecit, ac subsequenti die XV. dicti Mensis memorati novæ Provinciæ prædictæ Superiores, & Guardiani, sicut præmittitur, insimul congregati, prævia omnium coram testibus, & testium subscriptione, declararunt, se assentire divisioni, separationi, & erectioni ejusdem novæ Provinciæ sic, ut præfertur, factæ, ac admittere essentiam, & statum dictæ novæ Provinciæ cum assignatione duodecim Conventuum assignatorum, quibus de præsenti gaudet, seu qui pro constituenda nova Provincia hujusmodi de præsenti assignati existunt, quam quidem declarationem Procuratores dictæ Provinciæ Sancti Josephi, legitime deputati, illius nomine receperunt, & admiserunt, & super præmissis confici curarunt publicum Instrumentum tenoris sequentis, videlicet =

„ Reverendissimo Padre Nostro Ministro Generale. Frà Giovanni Antonio de Olivares Predicatore, Exdiffinitore, e Padre della Provincia di S. Giuseppe de' Francescani Scalzi di Castiglia la Nuova, in nome di detta Provincia (come dall' Istrumento di Procura, ch' esibisce nella debita forma), del Reverendo P. Provinciale, e del suo Venerabile Diffinitorio, costituito avanti Vostra Paternità Reverendissima colla dovuta venerazione, e nel miglior modo, che de jure può, e deve, espone, qualmente per mezzo del Signor Marchese del Campo di Vighar, Segretario di Stato, e del Dispaccio universale di grazia, e giustizia, ha saputo la Provincia suddetta, che il Re Nostro Signore D. Ferdinando VI. (che Dio conservi) ricevette un Decreto di Sua Santità, dal quale deducesi, che Sua Beatitudine degnossi avocare a se la cognizione della Causa, che agitavasi nella Sacra Congregazione dei Vescovi, e Regolari intorno all' istanze della nuova Provincia della Concezzione, ed osservatasi da detta Santità Sua la riferita Causa, si degnò, mediante un Decreto spedito li quattro del Mese d' Ottobre del presente Anno, ordinare all' accennata nuova Provincia, che si quietasse del tutto, ed accettasse la divisione fattasi, ed in caso contrario si rinnisse alla Provincia Madre, ritornando alla medesima nello stesso modo, e forma, in cui trovavasi prima della divisione, dando la necessaria commissione intorno alla totale esecuzione, ed adempimento di detto Decreto a Vostra Paternità Reverendissima. E siccome la sopraenunciata Provincia di San Giuseppe Principale del Supplicante ha saputo dal medesimo Ministro, essere stato consegnato il detto Decreto a Vostra Paternità Reverendissima, ed insieme per ordine di Sua Maestà Cattolica gli è stata ordinata l' esecuzione del medesimo Decreto, perciò supplica Vostra Paternità Reverendissima a tenersi per intimato, qualora sia necessario, col detto Decreto in nome della Provincia Principale, e che ella si degni dare gli ordini opportuni, acciò non si ritardi il far sapere tuttociò a detta nuova Provincia, facendola congregare in un breve termine, che per questo fine potrà assegnarli, e quando trovisi unita, e congregata, se gl' intimi, e faccia notificare l' enunciato Decreto Pontificio, affinchè la medesima Provincia l'osservi, ed adempisca, procedendo Vostra Paternità Reverendissima nel dare tutti gli altri ordini necessarj, ed opportuni alla totale esecuzione, che le vien commessa, in caso d' inobedienza, e qualora detta nuova Provincia non voglia assentire a quel tanto, che gli viene ordinato; lo che sarà conforme alla Giustizia, che chiede &c. = Frà Giovanni Antonio de Olivares =

„ In S. Francesco di Madrid il dì sei di Novembre dell' Anno mille settecento cinquantadue: si tiene per presentata questa petizione, e si ammette il Supplicante come Parte legittima; il Reverendissimo Padre Nostro Ministro Generale si tiene per intimato in riguardo all' esecuzione del Rescritto Apostolico, di cui si fa menzione in detta petizione, qual Rescritto volle che fosse inserito in questi Atti esecutivi, lo che ben anche si pratichi della Lettera, in cui trovasi l' ordine di Sua Maestà mandato al detto Padre Ministro Generale. Tanto providde, ed ordinò il nostro Reverendissimo Padre Ministro Generale Frà Pietro Giovanni de Molina nel suddetto Convento nel Dì, Mese, ed Anno sopra riferiti: lo che attesto &c. = Frà Pietro Giovanni Molina Ministro Generale avanti di me =. Frà Giovanni Picazo Segretario Generale dell'Ordine =.

„ Beatissimo Padre = Essendosi introdotta nella Sagra Congregazione de' Vescovi, e Regolari la Causa tra le due Provincie di San Giuseppe, e della Concezzione dei Francescani Scalzi della Nuova Castiglia, pretendendo la seconda, che dalla prima gli si cedano li Conventi fino al numero di venti, e considerando la Maestà Cattolica l' alterazione, che sogliono recare alla comune edificazione, ed alla Religiosa pace tali ricorsi, e dispute, e conoscendo la giustizia, che assiste alla detta Provincia di San Giuseppe: il Cardinale Portocarrero in suo Real Nome supplica la Santità Vostra voglia degnarsi di avocare a se la Causa, e comandare alla detta Provincia della Concezzione, che si quieti, e rimanga, come stà al presente, a tenore della Concordia, che in data delli ventidue di Maggio del mille settecento quarantasei fecero le sudette due Provincie con tutte le dovute Solennità, imponendo nel medesimo tempo alla (*Provincia della*) Concezzione un perpetuo silenzio, con dichiarazione, che, ciò non facendo, la riunisca a quella di San Giuseppe sua Madre, nel modo, e forma, come stava prima dell'Erezione; Che &c. = Alla Santità di Nostro Signore Benedetto Papa Decimoquarto = In nome della Maestà Cattolica = Il Cardinal Portocarrero =.

„ A Monsignore Uditore, che ne parli = Die IV. Octobris MDCCLII. Ex audientia Sanctissimi = Auditis relatione, & voto tum Nuntii Apostolici Hispaniarum, tum etiam Vice-Procuratoris Generalis Discalceatorum, & Recollectorum in Urbe residentis, Sanctitas Sua avocavit ad se Causam a Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium, eaque sic avocata, mandavit, Fratres novæ Provinciæ Sanctissimæ Conceptionis Immaculatæ Virginis Mariæ omnino acquiescere divisioni jam factæ: aliàs reuniri, &

rein-

reincorporari com Provincia Matrice Sancti Josephi, & reduci utramque Provinciam ad eum, io quo erat, atatum ante memoratam divisionem, contrariis quibuscumque noo obstantibus: & ad Ministrum Generalem Ordinis pro omnimoda executione = Argenvillier Auditor =.

„ Reverendissimo Padre = In segnela degl'uffici, che il Re ordinò ai praticassero con Sua Santità intorno le Controversie, che la Provincia della Concezzione delli Francescani Scalzi di Castiglia la Nuova suscitò a quella di San Giuseppe; il Cardinal Portocarrero ha mandato il Memoriale, che presentò a Sua Beatitudine assieme col Decreto corrispondente di Monsignor Argenvillier, perlochè mi comanda Sua Maestà, che lo trasmetta nelle mani di Vostra Paternità Reverendissima, affinchè ella in conformità di quanto si comanda nel medesimo, lo faccia eseguire; Il Signore Iddio conservi per molti anni Vostra Paternità Reverendissima, come desidero =. Buon Ritiro il dì ventinove di Ottobre dell' anno mille settecento cinquantadue =. Il Marchese del Campo de Villar =. Al Reverendissimo Padre Frà Pietro Giovanni Molina =.

„ Avendo il Nostro Reverendissimo Padre Ministro Generale convocato, in riguardo al Convento di Sant' Antonio di Guadalaxara della Provincia della Santissima Concezzione delli Francescani Scalzi, tutti i Padri del suo Diffinitorio, e Guardiani di tutti li suoi Conventi, nei quali secondo tutto il rigore, e proprietà richiesta dalle Leggi, e Statuti Generali della nostra Religione, e ben anche dalli Statuti municipali della riferita Provincia, e delle altre Provincie Scalze, si verifica la più ampla, e solenne rappresentanza della Provincia, mediante le di lui Lettere Patenti speditesi dal Convento del Nostro Padre S. Francesco di Madrid sotto il dì trenta di Ottobre dell'Anno mille settecento cinquantadue, che originali ordinò che s' inserissero in questi Atti, quali furono fatte pubblicare dal Reverend. Padre Frà Biagio di San Bernardino, suo Commissario Visitatore di detta Provincia, nella medesima, ed in tutti li Conventi, come deducesi dalli tre esemplari dell'enunciate Lettere Citatoriali, che ben anche ordinò Sua Paternità Reverendissima fossero inserite in questi Atti, in calca de'quali si registra la pubblicazione delli medesimi, come asseriscono li Prelati delli respettivi Conventi, nel modo, che si pratica nella nostra Religione; ed in seguela di tutto ciò uniti, e congregati il Reverendo Padre Commissario Visitatore, il Ministro Provinciale, li Diffinitori, e Custode, inoltre tutti li Guardiani di detta Provincia, eccettuato però il Padre Frà Gregorio di Sassedon Guardiano del Convento di Nostra Signora del Rosal della Villa di Buendia; il quale si scusò di venire a motivo della grave infermità, che lo impossibilitava ad intraprendere il viaggio, come attestarono il Padre Presidente, e Discreti di detto Convento, quale Attestato volle Sua Paternità Reverendissima che ben anche fosse inserito in questi Atti, & osservatosi dal medesimo l' enunciato Attestato, tenne il sudetto Religioso per legittimamente impedito: E trovandosi similmente presente la Sua Paternità Reverendissima portatasi personalmente al detto Convento di Sant'Antonio di Guadalaxara a fine di pubblicare, e dare la dovuta esecuzione al Decreto, e Rescritto Apostolico di sopra motivato, cantatasi la Messa Solenne dello Spirito Santo, ordinò Sua Paternità Reverendissima, che a suono di Campana si congregassero nella Sala Capitolare tutti li riferiti Padri Commissario Visitatore, Ministro Provinciale, Diffinitori, Custode, e Guardiani audetti, ed avendoli fatta prima una esortazione concernente al fine, per cui li avea fatti convocare, ordinò, che si leggesse la istanza del Reverendo Padre Frà Giovanni Antonio de Olivares, posta al principio di questi Atti, e che si leggesse ben anche il Decreto pronunciatosi da Sua Paternità Reverendissima nel dì sei del corrente Mese di Novembre del presente Anno; ed il Memoriale presentato a Sua Santità dall' Eminentissimo, e Reverendissimo Signor Cardinale Portocarrero Ministro Plenipotenziario del Re Nostro Signore (che Dio conservi) nella Corte di Roma, ad il Rescritto Apostolico definitivo, corrispondente alla medesima istanza. Item l'ordine del Re Nostro Signore spedito dal Signor Marchese del Campo de Villar nel dì ventinove di Ottobre dell'Anno corrente, mediante il quale viene comandato a Sua Paternità Reverendissima, che faccia eseguire il sopradetto Rescritto Apostolico. In seguela di che ordinò Sua Paternità Reverendissima, che si stendesse il Decreto essecutivo dal medesimo pronunciato, il di cui tenore è il seguente = Nel Convento di Sant'Antonio di Guadalaxara delli Religiosi Francescani Scalzi della Provincia dell'Immacolata Concezzione sotto il dì quattordici di Novembre dell' Anno mille settecento cinquantadue il Nostro Reverendissimo Padre Ministro Generale Frà Pietro Giovanni de Molina, prestando col dovuto ossequio l'obbedienza al Decreto del Nostro Santissimo Padre Benedetto XIV. spedito nel dì quattro d'Ottobre dell' Anno corrente, e ben anche in essecuzione dell'ordine del Re Nostro Signore toccante al medesimo affare, datosi sotto il dì ventinove d'Ottobre dello stesso Anno; accettando l'autorità, e giurisdizione, che le viene conferita nell' enunciato Rescritto Apostolico, conoscendo la sua propria obligazione decretò, che si dasse la totale essecuzione al medesimo Rescritto; comandando successivamente mediante la Santa Obedienza, ed in virtù dello Spirito Santo al Reverendo Padre Provinciale, alli Diffinitori, al Custode, e Guardiani presenti, e legittimamente congregati, a tutti in commune, e come rappresentanti tutta la Provincia, ed a ciascheduno di essi in particolare, che si quietino, e stieno alla dismembrazione, ed erezzione della Provincia, legitimamente fattasi, confermata da Sua Santità, e stabilita con tanti atti solenni di Capitoli, Congregazioni, e Giunte Definitoriali, e comprovata da trè Prelati Generali, desistendo onninamente da tutte, e singole pretensioni, che fino al giorno di oggi hanno promosso in qualsivoglia Tribunale inferiore, ed in quello della Sacra Congregazione de' Vescovi, e Regolari, avocate a se da Sua Santità, estinte, soppresse, e determinate dalla medesima Santità Sua, intorno alle quali gl' impone detta Paternità Sua Reverendissima perpetuo silenzio, comminandoli in caso di contravenzione per castigo della loro inobbedienza la instantanea appressione della riferita Provincia dell'Immacolata Concezzione, e che riunirà, ed incorporerà tutti li di lei Conventi, e Frati di nuovo alla Provincia di San Giuseppe, e li ridurrà in quel medesimo stato, in cui si trovavano prima che seguisse la divisione, ed erezzione della nuova Provincia dell'Immacolata Concezzione. Ed affinchè li suddetti abbiano tempo per rispondere, e sottoscrivere la risposta loco, e di ciascheduno delli medesimi doppo la publicazione, ed intimazione di questo Decre-

Decreto, gli assegna per termine tutto il giorno di domani Mercordi quindici del corrente alle ore otto antemeridiane, permettendogli il conferire, e consultare fra loro il punto; gli proibisce però per Santa Obbedienza, che non possino parlare di una tale materia con alcuna Persona Secolare, e Religiosa fuori di quelli, che trovansi presenti, e congregati nella Sala Capitolare. Tanto decretò, ed ordinò Sua Paternità Reverendissima nel detto Convento nel Dì, Mese, ed Anno di sopra riferiti alla presenza mia, che attesto tutto ciò == Frà Pietro Giovanni de Molina Ministro Generale avanti di me == Frà Giovanni Picazo Segretario Generale dell'Ordine == Nel sopraccennato Convento nel Dì, Mese, ed Anno di sopraccennati essendo stato intimato, e notificato il Rescritto Apostolico, ed il Decreto essecutivo del Nostro Reverendissimo Padre Ministro Generale dell'Ordine alla mia presenza, e letti *de verbo ad verbum* dal Padre Frà Giovanni di Landa Diffinitore, e Prosegretario Generale dell' Ordine nella Sala Capitolare del suddetto Convento di Sant'Antonio di Guadalaxara a tutti, e singoli Padri ivi congregati, cioè al Padre Provinciale, Diffinitori, Custode, ed undici Guardiani, i quali trovandosi presenti, e chiamati ciascheduno da se col proprio nome, ed impiego, tutti li suddetti uniformemente risposero, che capivano, sentivano, e veneravano quanto si contiene in detto Rescritto, e Decreto, ed accettavano il tempo, che Sua Paternità Reverendissima assegnava loro per rispondere direttamente alla presente notificazione: e per essere tutto ciò vero, sottoscrissi la presente assieme con due Testimonj, che si trovarono presenti = Frà Biagio di San Bernardino testimonio = Frà Giovanni di Landa testimonio = Ita est = Frà Giovanni Picazo Segretario Generale dell' Ordine =.

„ Nel Dì quindici del Mese di Novembre del medesimo Anno mille settecento cinquantadue avendo ordinato il Nostro Reverendissimo Padre Ministro Generale, che si convocassero fra le ore nove, e dieci antemeridiane nella Stanza sua propria li Reverendi Padri Ministro Provinciale, Diffinitori, Custode, e Guardiani della Provincia dell' Immacolata Concezzione, ed uniti, e congregati tutti a suono di Campana, rispondendo *directe* alla intimazione del Rescritto, e Decreto suddetti, che fu fatta loro nel giorno di jeri, colli motivi contenuti in uno scritto fattosi, e sottoscrittosi da tutti, che Sua Paternità Reverendissima volle fosse inserito in questi Atti, risolutamente prestando l' obbedienza all' uno, e l' altro Decreto: Dissero, che totalmente acconsentivano alla divisione fattasi, accettando la sussistenza di questa Provincia colli dodici Conventi, che presentemente gode essa Provincia, in prova di che si sottoscrissero alla presenza delli medesimi Testimonj, che ben anche firmarono; di che faccio fede = Frà Gioacchino di Alvalatte Ministro Provinciale = Frà Francesco Antonio di Sacedon Diffinitore, e Padre di Provincia = Frà Matteo dell' Almaden Custode = Frà Francesco di Huette Diffinitore = Frà Francesco de Gubas Diffinitore == Frà Michele di Vigliaconexos Diffinitore == Frà Giuseppe de la Frontera Guardiano di Cuenca == Frà Giovanni di Leganes Guardiano di Alcalà = Frà Alfonso de la Guardia Guardiano di Guadalaxara == Frà Gondisalvo di Bogliega Guardiano di Priego == Frà Benedetto de Sisante Guardiano di Augnon == Frà Francesco di Navarrete Guardiano del Corral di Almaguer == Frà Gabriel di Torrejonsiglio Guardiano di Orche == Frà Gregorio di Alvalatte Guardiano di Torrejonsiglio == Frà Francesco di Sisante Guardiano di Birhuega == Frà Ferdinando di Madrid Guardiano di Uzeda == Frà Alessandro di Alvalatte Guardiano di Liglio == Frà Biagio di S. Bernardino testimonio == Frà Giovanni di Landa testimonio == Ita est -- Frà Giovanni Picazo Segretario Generale dell' Ordine == Successivamente chiamati nella medesima Cella, ove abita Sua Paternità Reverendissima Nostro Ministro Generale, il Reverendo Padre Frà Giovanni Antonio de Olivares Padre più anziano della Provincia di San Giuseppe degli Scalzi, ed il Padre Frà Floriano di Santo Stefano Custode della medesima Provincia, ambidue Procuratori *in solidum* di essa, come deducesi da questi Atti; gl' intimai io sottoscritto non solo il Decreto di Sua Paternità Reverendissima; ma altresì la notificazione fattasi nel giorno di jeri, e la risposta datasi dalla Provincia della Concezzione, lo che intesosi, e capitosi dalli suddetti, li medesimi dissero, che tenevano per sodisfatta l' istanza, ch' essi avevano fatta intorno l' essecuzione del più volte specificato Rescritto Apostolico, e le rendevano grazie in nome della medesima Provincia per l' incomodo, che per questo fine erasi preso Sua Paternità Reverendissima. Indi sottoscrissero; di che faccio fede == Frà Giovanni Antonio de Olivares == Frà Floriano di Santo Stefano == Ita est -- Frà Giovanni Picazo Segretario Generale dell'Ordine == Nello stesso Convento nel Dì, Mese, ed Anno suddetti avendo il Nostro Reverendissimo Padre Ministro Generale considerato, ed osservato quanto è stato sino al presente attitato, disse, che doveva dichiarare, e dichiarò, essere stato intieramente eseguito il Decreto di Sua Santità dato sotto il dì quattro del Mese di Ottobre prossimo passato, quale voleva che avesse la stessa forza, che ha una Sentenza diffinitiva, passata in autorità di cosa giudicata, e non potersi nè ora, nè in avvenire ricla mare punto contro la sussistenza di questa Provincia della Immacolata Concezzione, tenendo per conclusa intieramente la presente Causa. Tanto provvidde, e dichiarò Sua Paternità Reverendissima avanti di me, che attesto le cose suddette == Frà Pietro Giovanni di Molina Ministro Generale avanti di me == Frà Giovanni Picazo Segretario Generale dell' Ordine == Nel riferito Convento di Sant'Antonio di Guadalaxara il dì sedici di Novembre del corrente Anno notificai, ed intimai il precedente Atto alli Reverendi Padri Ministro Provinciale, Diffinitori, Custode, e Padri Guardiani della Provincia dell' Immacolata Concezzione da una parte, e dall' altra alli Reverendi Padri Frà Giovanni Antonio de Olivares, Padre di Provincia il più anziano, ed a Frà Floriano di Santo Stefano Custode attuale, ambidue Procuratori della Provincia di San Giuseppe, alla presenza delli Testimonj; ed in fede lo attesto == Frà Biagio di San Bernardino testimonio == Frà Giovanni di Landa testimonio == Ita est -- Frà Giovanni Picazo Segretario Generale dell' Ordine ==.

„ Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Joachimus Vice-Procurator Generalis, quò praemissa firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicae confirmationis Nostrae patrocinio communiri summopere desideret; Nos ipsum Joachimum Vice-Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a ju-

a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Instrumentum præinsertum cum omnibus, & singulis in eo contentis auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos juris, & facti etiam substantiales defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, & sanamus. Mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub indignationis Nostræ, ac privationis vocis activæ, & passivæ per decennium, aliisque arbitrio Nostro imponendis pœnis, omnibus, & singulis dictæ Provinciæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ Superioribus, Fratribus, & Personis, cæterisque, ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut dictam Sancti Josephi Provinciam præsentis gratiæ commodo pacifice frui, & gaudere sinant, ac faciant, nec illam desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite in præmissis molestari, perturbari, vel inquietari permittant. Ac decernentes, easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Provinciarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XII. Aprilis MDCCLIII. Pontificatus Nostri Anno Decimotertio.

D. Card. Passioneus.

Loco ✠ Sigilli. „

Hinc Nos probe noscentes, quantum utilitatis, & emolumenti sit ex earumdem Pontificiarum Litterarum plena executione vobis accessurum, præcipimus, & mandamus in virtute S. Obedientiæ, ut statim ac nostras hasce Literas acceperitis, illas legi in publica Communitate ad hoc specialiter congregata; insuper easdem exscribi faciatis in omnibus, & singulis Regestis Literarum patentalium, quæ in cunctis earumdem Provinciarum Cœnobiis teneri solent; ac tandem Nos, aut nostrum Delegatum pro Provinciis Discalceatis certiores reddatis de plena, atque exacta horum omnium executione. Valete, ac pro tanti Pontificis incolumitate enixas ad Deum preces effundite, Nosque, qui vobis Seraphicam impertimur Benedictionem, in orationibus vestris commendatos habete.

Datum Romæ ex Aracœli die 30. Mensis Aprilis Anni 1753.

F. Petrus Joannetius de Molina Minister Generalis,

De mandato Rmi in Christo Patris Nostri
F. Franciscus Antonius Mariani de Corbaria
Secretarius Generalis Ordin.

Loco ✠ Sigilli.

1753. 26. Maji. *S.C.R. Decretum*
Montis Regalis, seu Cuneen.
Concessionis Officii, & Missæ de Communi Confess. non Pontific.

B. ANGELI A CLAVASIO

Sacerdotis Professi Ordinis Minorum de Observantia S. Francisci.

Cum discussa, & approbata fuerit a Sac. Rituum Congregatione sub die 14. Aprilis currentis anni, ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi D. Card. Alexandri Albani Ponentis Causæ Canonizationis B. ANGELI A CLAVASIO Sacerdotis Professi Ordinis Minorum de Observantia S. Francisci, Sententia per Reverendissimum Episcopum Montis Regalis lata super Cultu ab immemorabili tempore dicto Beato præstito, sive super Casu excepto a Decretis San. Mem. Urbani VIII. editis; Pater Fr. Leopoldus a Roma ejusdem Ordinis Minorum de Observantia Reformatorum S. Francisci Causæ Postulator Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papæ XIV. humillime supplicavit, quatenus in memoriam ipsius Beati Officium, & Missam sub ritu duplici de Com. Confess. non Pontif. primo loco, cum Oratione *Adesto* de eodem Com. secundo loco, die 12. Aprilis singulis annis recitan., tam pro universo Ordine Minorum utriusque sexus S. Francisci, quam pro Civitate nuncupat. Cunei, & tota Diœcesi Montis Regalis, ubi dictus Beatus obdormivit in Domino; proque Civitate nuncupat. Clavasii, in qua natus est, totaque Diœcesi Ipporegien., sub eodem ritu benigne concedere dignaretur. Et Sanctitas Sua Oratoris instantiæ benigne annuit. Die 26. Maji 1753.

D. F. Card. Tamborinus Præfectus.
M. Marefuscus Sac. Rit. Cong. Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

1753.

1753. 30. Maji. *Regulæ observandæ in Anglicanis Missionibus ab Apostolicis Vicariis, necnon a Sacerdotibus Missionariis Sæcularibus, ac Regularibus.*

Venerabilibus Fratribus Episcopis Vicariis Apostolicis, & Dilectis Filiis Sacerdotibus tam Sæcularibus, quam cujusvis Ordinis, & Instituti, etiam Societatis Jesu, Regularibus, Missionariis Apostolicis Anglicanarum Missionum.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

APostolicum ministerium, (*a*) quod vos, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, tanta cum alacritate suscepistis, satis superque admonere vos, & assidue in memoriam revocare non dubitamus præceptum, mandatumque Supremi Pastorum Principis Jesu Christi Apostolos suos edocentis, cujus Divina legatione in procuranda æterna Christifidelium salute fungimini cooperatores; nimirum, ut mutua vosmetipsi invicem charitate diligentes, opus vobis injunctum consummare satagatis, quo debitam laboribus vestris mercedem in Cœlis a justo remuneratore Deo recipere valeatis. Nobis sane, qui gravissimas Sacrosancti Apostolatus curas, & omnium Ecclesiarum sollicitudinem gerentes, pene deficimus, nihil accidere potest molestius, quam cum accipimus, scissuras esse inter vos, propter quas propagatio Catholicæ Fidei, & Christifidelium salus retardatur. Eapropter (*b*) ut opportunum, consentaneumque præscindendis, & e medio auferendis dissidiis, quæ jamdudum inter vos exorta, sæpe sæpius emergere, ac magis invalescere plenissime docti vehementer dolemus, & pristinæ animorum concordiæ conciliandæ, & in perpetuum confirmandæ remedium afferremus; primum quidem non solum exhibita Nobis utriusque Partis rationum momenta per Nos ipsos accurate expendimus; sed nonnullis etiam Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, negotiis Congregationis Propagandæ Fidei præpositis, examinanda mandavimus; deinde vero, iisdem Cardinalibus ad Nos accitis, eorumdem sententiam, consiliumque requisivimus. Quos postquam Nobiscum convenire, & consentire comperimus, hæc, quæ sequuntur, statuimus, decrevimus, & a vobis districte servanda proponimus, & mandamus.

§. 1. (*c*) Cum ab anno 1688. constitutum fuerit, ut Missio Anglicana per quatuor Apostolicos Vicarios administretur; qui Episcopi in *Partibus* Infidelium existant; cumque sui limites, & confinia præscripta sint, in quibus ipsorum singuli suo munere perfungantur, nihil omnino immutetur in iis omnibus, quæ pertinent ad eosdem Vicarios Apostolicos, eorumque deputationem, & limites, quos modo indicavimus.

§. 2. (*d*) Cum nonnulla Seminaria, & Collegia instituta sint, ex quibus Missionarii Cleri Sæcularis in Angliam mittuntur, nulla diligentia, & cura prætermittatur, ut Alumni, ad Sacras Missiones obeundas destinati, optimis moribus, pietate, ingenio, doctrina exornentur, & ut periti sint in exercendis Functionibus Ecclesiasticis, & Cantu Gregoriano, quantum fieri poterit, imbuti. Præses Collegii Duacensis in Belgio, litteris datis die 15. Januarii, Congregationem de Propaganda Fide sincere certiorem fecit de ratione, qua Alumni in prædicto Collegio instituuntur. Hisce proinde litteris perhonorificum responsum redditum fuit. Romæ existit Collegium Anglicanum a Sancto Thoma nuncupatum, curæ, ac disciplinæ Patrum Societatis Jesu commissum, cujus Visitationem susceperunt, jussu Prædecessoris Nostri Clementis XII., duo Cardinales vita jam functi, Davia scilicet, & Riviera, sustinuitque Secretarii munus Cardinalis Monti vitam adhuc agens, qui id temporis munus a Secretis Congregationis de Propaganda Fide gerebat. Itaque plurima statuta fuere, peculiari Decreto Summi Pontificis confirmata, quod die 28. Septembris anno 1739. in lucem emanavit. Sancitum in primis est, ut eodem in Collegio duo Præceptores in posterum commorentur, quorum unus Controversiis, & Sacris Scripturis explanandis, alter Theologiæ Moralis tradendæ incumberet, eorumque Lectiones Anglicanæ Missionis utilitati forent maxime accommodatæ. Quamobrem operam suam impendet Cardinalis, cujus in fide, & patrocinio Collegium *pro tempore* recipitur, ut executioni mandentur, quæ eadem in Visitatione salubriter decreta fuere; atque illud in primis, quod paulo ante innuimus, quippe quod ad finem propositum unice conducere videatur. Pariter compertum est, Collegium Ulyssipone Anglis recipiendis erectum esse; alterum Parisiis; Hispali unum; Vallisoletti alterum. Verumtamen cum eorumdem institutio, atque existentia, nihil præterea, innotescat; curæ erit a Secretis Congregationis de Propaganda Fide, consiliis cum Cardinali primo Pontificiæ Ditionis Administro collatis, ut dentur Litteræ Nunciis Apostolicis in Lusitania, Gallia, & Hispania commorantibus, ut impensius de prædictis Collegiis inquiratur, eorumque gubernatio omnino explorata fiat. Neque id eo tendere opinandum est, ut quidquam detrahatur auctoritati, vel regimini cujuscumque, qui legitima ipsorum fruatur possessione; sed eo dumtaxat fine, ut inter Nos, eosdemque plenissime conveniat iis in rebus, quæ ad Alumnos spectant, ex Seminariis in Angliam ad Missiones obeundas profecturos.

§. 3. (*e*) Quoniam vero versantur in Anglia Missionarii ex Familiis Regularibus, scilicet Societatis Jesu, Sancti Benedicti, S. Dominici, S. Francisci, Carmelitarum Excalceatorum, cavere omnino de-

---

(*a*) *Multam charitatem in primis exposcit Apostolicum Ministerium.*

(*b*) *Dissidiorum causas examinat Pontifex, & cum consilio nonnullorum Cardinalium Propagandæ Fidei præpositorum denique statuit, ut infra.*

(*c*) *Quatuor Vicariis Apostolicis commendata remaneat Anglicanæ Missionis administratio.*

(*d*) *De Seminariis, & Collegiis erectis ad erudiendos pro Anglicanis Missionibus Sæculares Clericos.*

(*e*) *Regulares idonei in Angliam mittantur ad certa dumtaxat officia exercenda, & ex iis tantum Ordinibus, qui propriæ Nationis Cœnobia in Catholicis Regionibus habent.*

bent earum Provinciales, ne in Missionarios deligant, nisi viros numeris omnibus absolutos, singulari nimirum pietate, ingenii dotibus præditos, quæ ad tantam provinciam, tamque laboriosam requiruntur. Quamobrem ne ob immodicum eorum numerum perturbationes, & incommoda oboriantur, ipsis Regularium Provincialibus immutabiliter præscribitur, ut eos dumtaxat in Angliam mittant, qui vel Sacellis Regiis præfici debeant, aut apud aliquem nobili sanguine natum versari, aut in Locis, quæ pro Regularibus fundata, & constituta sunt. Porro a Missionibus Anglicanis se repelli intelligant Regulares, qui ex propria Natione non obtinent Cœnobium, vel Provinciam in Catholicis Regionibus: iis tamen, qui ibidem in præsentiarum commorantur, revertendi necessitas non infertur. Enim vero (a) cum Hiberni Sacerdotes ad sustinendam Insulæ ejusdem Missionem deputentur, quæ plurimos, sapientesque expetit Operarios; cumque in Anglia permulti sint Sacerdotes indigenæ tam Sæculares, quam Regulares, consentaneum esse arbitramur, si iidem ipsa in Patria labores suos potissimum impendant, & prædicti Hiberni Sacerdotes Missionariis Anglis tunc solum cooptentur, cùm eorum paucitas id exigere videatur; ideoque a Vicariis Apostolicis Angliæ ad Missionem exoptentur, & evocentur.

§. 4. (b) Sed ut ad Vicarios Apostolicos revertamur, præter eam omnem auctoritatem, quæ ipsis communis est in propriis confiniis cum quolibet Ordinario in sua Civitate, & Diœcesi, Apostolica Sancta Sedes facultates *Formulæ secundæ* ipsis elargitur, cum potestate illas simplicibus Sacerdotibus, qui idonei videbuntur, communicandi, iis tamen exceptis, quæ vel ad Ordinem Episcopalem unice spectant, vel exerceri sine Sacrorum Oleorum usu minime possunt. Nihil proinde recensitis Vicariis deest, quod ad sanum regimen, & directionem tam Regularium, quam Cleri Sæcularis conducat, qui nullas in hanc diem controversias excitavit, quæ debitam Vicariis Apostolicis obedientiam, & subordinationem labefactarent.

§. 5. (c) Attamen quoniam inter privilegia, quibus gaudent Regulares, cuilibet peculiari Ordini a Summis Pontificibus attributa, illud adnumeratur, per quod Regulares Familiæ ab Episcopali, vel Ordinaria auctoritate eximuntur, vel Sanctæ Sedis Jurisdictioni immediate subjiciuntur; ne altercationes ea de re in posterum enascantur, quas plurimas elapsis temporibus constat extitisse, & in dies suboriri, necessitas postulat, ut finis aliquando iis imponatur: quod ita præstari oportet, quemadmodum inferius exponemus.

§. 6. (d) Itaque Regulares Missionarii, cum Provinciam adventaverint, ubi Sacras Missiones obire debent, Apostolicum Vicarium convenient, ut facere semper consueverunt, in cujus ditione Ministerium Apostolicum suscepturi sunt. Siquidem institutum Canonicum est, Sacri Concilii Chalcedonensis auctoritate firmatum, nemini advenæ in Sacris constituto licere, Ordinem, quo se insignitum asserit, exercere, adeoque Sacrum peragere, si Sacerdotem se esse profiteatur, nisi Literas authenticas Ordinarii palam faciat, testimoniumque exhibeat, se nullo suspensionis, vel irregularitatis vinculo irretiri. Ita *Canon. 7. dist. 71.*, cui apprime consentit Sacrum Concilium Tridentinum *sess. 22. de Sacrificio Missæ* Decreto *de observandis, & evitandis in celebratione Missæ, & cap. 13. sess. 23. de Reformat.* Porro hujusmodi præscriptum Regulares etiam respicit, quoties extra Diœcesim versantur, in qua ad Sacros Ordines promoti fuere, proindeque susceptum Ordinem exercere minime possunt, præsertim in Ecclesiis, quæ ad propriam Sodalitatem non spectant, nisi prius Episcopis, aut Vicariis Generalibus, vel Foraneis, Superiorum suorum documenta proferant, quibus & obtenti Ordinis testimonium, & libertas ab omni Canonico impedimento irregularitatis, vel suspensionis perspecta fiat. Quamobrem id etiam est in mandatis Regularibus Missionariis, ut nimirum Vicariis Apostolicis, ea ratione, qua dictum est, sese exhibeant, ubi ad Missionis locum pervenerint.

§. 7. (e) Nullus Sæcularis Sacerdos Pœnitentiæ Sacramentum administrare potest, qui actualis Parochus non existat, vel idoneus ad id in præmisso examine repertus non fuerit, quod Ordinarius Loci, ubi Confessiones excepturus est, de eo habere potest. Idem & Regularibus Sacerdotibus edicitur quoties velint Sæcularium Confessiones audire, quemadmodum ad litteram decernitur a Concilio Tridentino *sess. 23. cap. 15. de Reformat.*, quo in loco derogat Sacrum Concilium privilegio cuicumque, & consuetudini immemorabili, quæ contrarium præ se ferret, inquiens: *privilegiis, & consuetudine quacumque, etiam immemorabili, non obstantibus*. Idque eo vel magis, quod a Summo Pontifice Sancto Pio V. ea in Constitutione, cui initium est *Romani Pontificis*, 133. *Bullarii Romani tomo* 2., declaratum est, prædictam Concilii Tridentini sanctionem ad omnes quoscumque Regulares extendi, vel Mendicantes, vel non Mendicantes, quamvis Lector, atque Magister in Sacra Theologia præfulgeat, & potestas Sæcularium Confessiones excipiendi illi facta fuerit a suis Superioribus Regularibus. Sancto Pio V. omnino consonat Urbanus VIII. in Constitutione, quæ incipit, *Cum sicut accepimus*, 92. *Bullarii tom.* 3., per quam amplissime rescidit privilegium quodcumque aliàs Regularibus attributum, cujus prætextu Sæcularium Confessiones exciperent, priusquam examen sustinuerint, & consensum ab Ordinario Diœcesano impetraverint. Ac ne Regularium Familiæ, quæ, nisi expresse nominentur, se minime comprehendi putant, ab eadem Constitutione immunes se jactarent, eas nominatim, & singulas recensendas optimum duxit. Ultimo tandem Summus Pontifex Clemens X., edita Constitutione, *Superna*, 7. *in Bullario Romano tom.6.*

(a) *Hiberni Sacerdotes Missionibus Angliæ non adhibeantur, nisi a Vicariis Apostolicis in subsidium vocentur.*

(b) *Vicariorum Apostolicorum ordinaria, & delegata auctoritas pro Regionis necessitate sufficiens.*

(c) *Regulares ex privil. ab Ordinarii jurisdict. exempti.*

(d) *Attamen Missionarii Regulares se Vicariis Apostolicis sistere, & testimoniales Superiorum exhibere tenentur.*

(e) *Regulares æque, ac Sæculares Sacerdotes, ad excipiendas Sæcularium Confessiones approbatione indigent Ordinarii Loci &c.*

tom. 6. §. 4. ita firmavit: *Religiosos, ab Episcopo ad Confessiones Secularium in sua Diœcesi audiendas approbatos, non posse in alia Diœcesi eas absque Episcopi Diœcesani approbatione audire, quamvis pœnitentes subditi sint ejus Episcopi, a quo ipsi Religiosi jam fuerant approbati.*

§. 8. (*a*) Quare si insistamus Canonicis institutis, quæ superius numeravimus, nullum afferri potest impedimentum Ordinario, quominus examen indicat Sacerdotibus tam Sæcularibus, quam Regularibus, per quos Pœnitentiæ Sacramentum in Locis ipsius Jurisdictioni subjectis administrandum est; Regulares, inquam, in examen vocare potest Ordinarius, si velint Secularium Confessiones excipere. At vero (*b*) quoniam Missionarii, & in primis Regulares, longa, & difficilia suscipiunt itinera, relictis Cœnobiis, in quibus versantur, ut in Angliam ad obeundas Missiones se conferant, ne dubietas admissionis ad Confessiones audiendas in subeundo examine, illos ab Apostolico munere deterreat, cavebunt in posterum, antequam relinquant Monasteria, in quibus degunt, & in Angliam tendant, cavebunt, inquam, examen ad Sæcularium Confessiones audiendas subire coram Ordinario, & Examinatoribus Loci, in quo situm est Monasterium, & consequi testimonium, quo idonei declarentur; quod insuper poterit indicari Vicariis Apostolicis, in Anglia commorantibus, per Litteras Ordinarii, qui ad examen eos excepit, & peritos, idoneosque judicavit. Quod si cuiquam ex Regularibus commodius, atque itineri opportunius videretur Bruxellis ante Apostolicum Nuncium propriæ scientiæ periculum facere, id erit eorum in libitu; cum utraque ratione duplex auferatur incommodum, unum scilicet, ne Regulares animum, mentemque dimoveant a Missionibus Anglicanis, eo timore, ne a Vicariis Apostolicis admittantur ad Sæcularium Confessiones excipiendas; alterum vero, ne iidem Vicarii destituantur auctoritate adprobandi illos, qui intra limites suæ Jurisdictionis Pœnitentiæ Sacramentum velint administrare. Etenim duos omnino actus complectitur adprobatio, quorum primus ad intellectum, alter spectat ad voluntatem. Proprium enim est intellectus, debita, ac necessaria scientia in Examinato deprehensa, illum Confessionis muneri obeundo aptum existimare. At nonnisi voluntatis est, facultatem Confessionum audiendarum liberam, plenamque facere, sententiamque de eo proferre, qui Adprobatori subjicitur. Primum itaque ab Examinatore præstatur, cujus fidei, & integritati innititur, atque acquiescit, qui Confessiones audiendi facultatem, in limitibus, & confiniis sibi assignatis, impertitur. Alterum immediate peragitur ab ipsomet Superiore, cujus est prædictam facultatem concedere.

§. 9. (*c*) His itaque constitutis, cum Regularis examinatus jam, & idoneus judicatus, ut diximus, sese offerat Vicariis Apostolicis, cumque id perpendi minime debeat tamquam urbanitas aliqua, seu cæremonia; cum insuper Vicarius Apostolicus opportunam facultatem elargiri intelligat ad suscipiendas Fidelium Confessiones, qui ditione sua continentur: absoluta penitus hac ratione controversis omnis judicari deberet. Cæterum (*d*) Confessarii munus Regularibus deferri potest sine temporis determinatione, vel cum limitatione: quod luculenter constat tum ex Brevi a Summo Pontifice Urbano VIII. dato Cardinali de Sandoval anno 1639., inserto a Cabasutio in Theoria, & Praxi Juris Canonici *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 13., tum ex recensita Constitutione Clementis X. *Superno*, *ad* §. 4. Porro hujusmodi facultates ad præstitutum tempus collatas, post elapsum temporis intervallum, jus competit Ordinario vel abrogandi, vel, eas renovando, Sacerdotem ad novum examen compellendi. Facultates vero, nulla cum temporis limitatione delatæ, nonnisi cum ipso officio desinunt, nec suspendi propterea possunt sine nova causa, quæ Confessiones directè respiciat, quemadmodum patet ex Constitutione, *Cum sicut accepimus*, ab Innocentio X. in lucem edita 32. §. 2. *Bullarii tom.* 4.: *An Episcopus Regularem, pro Confessionibus semel approbatum, sine nova causa suspendere possit ab ipsis Confessionibus audiendis? Respondetur, Regulares, alias libere ab Episcopo, prævio examine, approbatos ad audiendas Confessiones Personarum Sæcularium, ab eodem Episcopo suspendi non posse sine nova causa, eaque ad Confessiones ipsas pertinente.* Quæ cum ita sint, (*e*) ut omni dissidio aditus occludatur, decernimus, atque statuimus, ut facultas superius exposita, a Vicariis Apostolicis Regulari examinato, & approbato concedenda, ad sexennium extendatur, atque ad aliud sexennium sine prævio examine confirmetur, cum Regulares Missionarii, iis peractis, quæ *num.* 20. exponentur, Anglicanæ Missionis exercitium denuo suscipient.

§. 10. (*f*) In medium igitur proferri minime potest tam Breve Summi Pontificis Urbani VIII., quod incipit, *Britannia*, vulgatum anno 1631., quam Bulla ejusdem Pontificis, *Plantata*, edita anno 1633., aut aliud quodcumque documentum ad firmandam Regularium independentiam a Vicariis Apostolicis in administratione Pœnitentiæ Sacramenti, aliorumque Sacramentorum. Brevia enim, & hujusmodi documenta emissa fuere, antequam quatuor Vicarii Apostolici in Anglia constituti forent cum omni auctoritate, quæ competit cuilibet Ordinario in sua Civitate, & Diœcesi. Quamobrem, sancito libero, & tranquillo ordinariæ Episcoporum auctoritatis exercitio, eo ipso desinit Regularium immunitas pro Sacramentis administrandis, quæ tunc temporis eisdem concessa fuit, cum prædictum liberum exercitium nullatenus permittebatur; quemadmodum Regulares ipsi

---

(*a*) *Qui potest utrosque ad examen vocare.*

(*b*) *Anglicanis tamen Missionariis datur, ut coram Nuncio Apost. Bruxellen., vel coram Episcopo Loci, ubi situm est eorum Monasterium, examinentur.*

(*c*) *Verum facultas audiendi Confessiones a Vicariis Apostolicis obtinenda est, exhibito eis prædicti Nuntii, vel Episcopi testimonio, quo idonei declarentur.*

(*d*) *Sed cum eadem & indefinite, & cum præfinitione temporis dari possit;*

(*e*) *Statuitur, ut Missionariis ad sexennium concedatur, & ad aliud sexennium prorogetur absque novo examine.*

(*f*) *Privilegia super hoc, ab Urbano VIII. Regularibus concessa, præsenti temporum conditioni aptari non possunt.*

ipsi luculenter agnoverunt, & confessi sunt in celebri disputatione Parisiis habita, quæ in Collectione Judiciorum *tom. 3. pag. 45.* continetur. Accedit præterea, quod idem prorsus decretum fuit (*a*) pro statuendo Indiarum Orientalium regimine, nequicquam refragantibus amplius S. Pii V., & Gregorii XIV. privilegiis, ut legere cupienti innotescet ex nostra Constitutione, *Quamvis ad confirmandum*, *tom. 2. nostri Bullarii*. Eadem plane ratione, cum in præsentiarum constitutum sit regimen Vicariorum Apostolicorum, finem habere debet recensita Regularium Missionariorum immunitas, iis delata, antequam prædictis Vicariis Apostolicis regimen, & ordinaria auctoritas tribueretur, & sua cuilibet confinia assignarentur. Notæ, & pervulgatæ sunt controversiæ agitatæ, & discussæ in Congregatione de Propaganda Fide anno 1701., & 1702. inter Macai Episcopum, Vicarios Apostolicos Sinarum, atque Regulares Missionarios, qui tueri conabantur, ob sua privilegia licitum sibi esse Sacramenta administrare, & quolibet Parochiali officio perfungi, quin ab Episcopo, & a Vicariis Apostolicis dependerent. Porro cum sapienter Congregatio animadvertisset, ab Innocentio XII. felic. record. suos præfinitos fuisse limites cuilibet Vicario Apostolico, decrevit, atque mandavit, ne cuiquam Missionario vel Sæculari, vel Regulari in posterum liceret Pœnitentiæ Sacramentum Sæcularibus impertiri, vel aliis Parochialibus officiis fungi, quidquid in contrarium præseferrent privilegia iis concessa, quin prius facultatem obtinuisset ab Ecclesiastico Superiore; ab Episcopo nimirum, quoties Sacramenta administranda essent in ejus Diœcesi, vel a Vicario Apostolico, si in ipsius ditione id foret peragendum. Hæc enim habet Decretum vulgatum die 14. Februarii anni 1702.: *Missionariis autem, sive Sæcular., sive Regular., etiam Societatis Jesu, non liceat, etiam vigore suorum privilegiorum Sacramenta administrare, aut alia munia Parochialia obire, nisi de licentia præfatorum Ordinariorum, sive Vicariorum Apostolicorum, in quorum respective Provinciis, aut Diœcesibus eosdem Missionarios commorari contigerit.* Hæc profecto luculenter ostendunt, nullatenus esse provocandum ad immunitatis privilegia, Anglicanis Missionariis concessa, antequam in Anglia Vicarii Apostolici constituerentur. Idque discussum etiam fuit in peculiari Congregatione de his negotiis habita *die 6. Octobris an. 1695.*, cujus Decreta Innocentius XII. Brevi dato *die 5. Octobris anno 1696.* confirmavit. Accedit Decretum emissum ab universa Congregatione de Propaganda Fide *die 16. Augusti anno 1745.*, quod nostro Brevi sub *die 5. Septembris anno 1745.* firmatum fuit.

§. 51. (*b*) Cum ab hac Sancta Sede animadversum sit, plurima sæpe contingere in Regionibus longe dissitis, quibus ut consulatur, peculiares dispensationes, & privilegia quandoque opportuna, quandoque etiam ad Animarum regimen necessaria requiruntur, ad quæ obtinenda difficile est Romam confugere; eadem Sancta Sedes in more habuit, habetque in præsenti, Episcopis in remotioribus Provinciis commorantibus quasdam facultates impertiri, quibus uti possint vel immediate, vel per inferiores Sacerdotes a se designatos: atque idem plane cum Missionum Præfectis, atque Apostolicis Vicariis facere consuevit. Verumtamen, cum nec Episcopi, nec Missionum Præfecti in Anglia hoc tempore versentur, supervacaneum est facultates recensere, quæ his, vel illis deferuntur. Sedem habent in Anglia Vicarii Apostolici, qui sibi commissis Provinciis præsunt, atque iis dumtaxat *Formulæ secundæ* facultates tribuuntur; proindeque Regulares Angliæ Missionarii iis solum facultatibus perfruuntur, quas obtinent ab Apostolicis Vicariis, qui sane eas communicare aliis possunt, uti ex *Formula secunda* manifestum est: *Prædictas Facultates communicandi, non tamen illas, quæ requirunt Ordinem Episcopalem, vel non sine Sacrorum Oleorum usu exercentur, Sacerdotibus idoneis, qui in ejus Diœcesi laborabunt.* In recensitis (*c*) notatu dignum imprimis est vocabulum illud, *idoneis*, quo cognitio indicatur, quam Largitor facultatum habere debet de illo, qui ipsas consequitur, an videlicet idoneus existimetur. Hinc & arbitrium examinis de illo instituendi subsequitur, quoties ejus scientia ad facultatem exercendam aliunde non innotescat. Observationem illud etiam exigit, quod necessitas non infertur Vicario Apostolico, ut omnino prædictas facultates communicet; sed, veluti commodum quoddam, hujusmodi potestas illi delata est pro Animarum utilitate: quod quidem nunquam non opportunum, sæpius etiam necessarium est, cum Superior omnia per se præstare minime valeat. In arbitrio Vicarii Apostolici positum quoque est, vel omnium suarum facultatum Sacerdotem participem facere, vel aliquas tantummodo communicare. Nam Vicarius Apostolicus, in hoc facultatum genere, specialis Sanctæ Sedis Delegati personam gerit, cui liberum est subdelegare, nedum ex communi jure, verum etiam ex singulari auctoritate illi demandata: cumque in Delegantis potestate constitutum sit suspendere, vel omnino etiam auferre factam Delegato procurationem, ex his omnibus illud consequitur, in Anglia scilicet, quod jam dictum est, eas tantum facultates per Vicarium Apostolicum collatas a Missionariis exerceri posse: Ille siquidem, cum Apostolicus Depositarius earumdem existat, communes eas facturus cum Sacerdotibus Sæcularibus, aut Regularibus; jus retinet (quod repetere supervacaneum non erit) dignoscendi, an revera idonei sint; aliquas tantummodo, non omnes communicandi; ac denique eas suspendendi, penitusve auferendi. Attamen summopere commendatur humanitas in examine peragendo; insuper debita, & prudens cautio in suspendendis, vel adimendis facultatibus, quæ semel concessæ fuerunt. Nec opus est, ut facultates exprimantur, quas Vicarius sibi reservare, aut quas Sacerdotibus Sæcularibus, vel Regularibus elargiri debet, quæve uni potius, quam alteri sint impertiendæ; id enim arbitrio relinquitur Vicarii Apostolici, qui, cum in loco consistat, & Personas dignoscat, quibus facultates conceduntur,

Ani-

(*a*) *Similia privilegia abrogata fuerunt quoad Regiones Indiarum, aliasque, ubi Ordinarii, aut Vicarii Apostolici jurisdictionem libere exercent.*

(*b*) *Facultates, pro Angliæ Missionibus opportunæ, solis Vicariis Apostolicis immediate ab Apostolica Sede conceduntur, adjecta facultate subdelegandi.*

(*c*) *Hinc ante subdelegationem Missionarios examinare possunt, atque his facultates magis, vel minus amplas conferre, suspendere, & adimere.*

Animarum necessitates animadvertat, & casuum frequentiam, decernere facilius potest, quæ magis opportuna, & salutaria videantur. Inter cæteras (a) illa adnumeratur facultas, per quam copia fit Sacerdoti bis Sacrum peragendi uno, eodemque die, licet id expresse prohibeatur *cap. Consuluisti, de celebratione Missarum*; cui tamen derogatur ob necessariam causam, videlicet ob Sacerdotum paucitatem, vel cum eorum numerus, qui diebus Festis tenentur Sacris assistere, talem exhibeat necessitatem, ut, nisi alicui Sacerdoti duas Missas eodem die celebrandi potestas concedatur, Ecclesiæ mandato plures non satisfacerent: quod copiose declaratum est *Constitutione* 3. in præsenti nostro Pontificatu emissa, & Oscensi Episcopo inscripta *Tom. 1. Bullarii*. Hinc facile apparet abusio intolerabilis, quæ patraretur, si cuiquam Sacerdoti rem divinam faciendi bis in die facultas tribueretur eum in finem, ut duplici eleemosyna decentius se sustentaret, quantoque magis Sacerdos peccaret, si Missæ Sacrificium bis uno die conficeret sine opportuna Vicarii Apostolici concessione; vel sub Populi necessitatis prætextu eam peteret, atque obtineret, licet reipsa plurium eleemosynarum cupiditate ad id moveretur.

§. 12. Adprobationis necessitatem, quam diximus competere cuilibet Vicario Apostolico in sua Provincia non solum quoad Sæculares, sed etiam quoad Regulares Sacerdotes, qui Sæcularium Confessiones sint excepturi; necessitatem pariter ab ipsis accipiendi facultates *Formulæ secundæ*, quæ prædictis Vicariis Apostolicis a Sancta Sede tribuuntur una cum potestate eas communicandi Sacerdotibus Sæcularibus, & Regularibus, ut illis solummodo Missionarii utantur, quemadmodum superius exposuimus; has, inquam, necessitates subsequitur actualis administratio curæ Animarum, & Sacramentorum; ac proinde (b) in iis, quæ ad utrumlibet horum capitum spectant, nedum Missionarii Sæculares, sed etiam Regulares subjiciuntur jurisdictioni, & correctioni Vicariorum Apostolicorum. *Personæ tam Regulares, quam Sæculares, hujusmodi curam exercentes, subsint immediate, in iis, quæ ad eandem curam, & administrationem Sacramentorum pertinent, jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cujus Diœcesi sitæ sunt*. Hæc ferme habet *Concilium Tridentinum sess. 25, de Regularibus cap. 11.*

§. 13. (c) Quamvis autem in hoc *cap. 11.* non derogetur privilegiis, quæ hanc in rem producere possent Regulares, nihilo tamen minus, quia hujusmodi derogatio apertis verbis exprimitur *cap. 22. novissimo ipsius sessionis 25. de Regularibus*; ideo hæc ipsa complectitur singula capita anteriora *ipsius sessionis 25. de Regularibus*, ac propterea recensitum etiam caput undecimum; quemadmodum enunciatum est Constitutione Innocentii XIII., quæ incipit *Apostolici Ministerii*, confirmata a Benedicto XIII. in altera, quæ incipit *In supremo*, data anno 1724. *num. 23.*: *Sciant omnes, derogationem hujusmodi non ad ea tantum referri, quæ in prædicto capite* (idest 22.) *continentur; sed etiam ad alia, quæ in singulis superioribus* (adeoque etiam in cap. 11.) *ejusdem sessionis constituta sunt*.

§. 14. (d) Superioribus annis suscitata nonnullis fuit infirma nimis controversia, nempe in dubium revocata fuit prædicti Concilii Tridentini dispositio, & contendebatur, eos tantum Regulares affici, qui Parochi existant, alios vero Regulares Sacerdotes, qui, licet Parochi non sint, tamen Sacramentum aliquod Sæcularibus administrent, vel nullimode comprehendi, vel, si comprehendantur, id referendum esse ad eos solummodo, qui rem *de facto* agerent, & sine prævia Ordinarii facultate: Verum Gregorius XV., edita Constitutione *Inscrutabili*, quæ est 17. *Bullarii Romani tom. 3.*, declaravit, Regulares Sacerdotes, qui vel Parochi sunt, vel aliquod administrant Sacramentum, *sive alias Ecclesiastica Sacramenta, aut unum ex iis, ministrent*, sive id præstent *prævia Episcopi licentia, & approbatione*, aut agant *de facto absque ulla auctoritate*, subesse debere in iis omnibus, quæ curam, vel administrationem Sacramentorum spectant, jurisdictioni, & correctioni Ordinarii tamquam Sedis Apostolicæ Delegati: *In his, quæ hujusmodi curam, seu administrationem concernunt, omnimodæ jurisdictioni, visitationi, & correctioni Diœcesani Episcopi, tamquam Sedis Apostolicæ Delegati, plene in omnibus subjiciuntur*. Idem prorsus renovatum est in Bulla, *Cum sicut*, 34. Innocentii X. §. 4. *in Bullario Romano tom. 5.* — tum in Constitutione, *Firmandis*, 109. §. 3. *Bullarii tom. 1.*, in præsenti Pontificatu evulgata.

§. 15. (e) Jus hujusmodi in Regulares Sacerdotes delegatum in iis, quæ Animarum curam, Sacramentorumque administrationem concernunt, cessare certum est, cum eorum quisquam sui Regularis Instituti observantiam aliquo modo violaret; id enim Ordinarii muneris non est, sed respectivi Superioris Regularis: *cujus quidem agendi rationem in iis, quæ spectant ad observationem proprii ipsius Regularis Instituti*, non est Episcopi inquirere, cum ad ipsum Superiorem *Regularem privative id pertineat*: Verba ipsa sunt recensitæ Constitutionis, *Firmandis*, §. 8 Non ignoramus, (f) Sacrum Concilium Tridentinum *sess. 6. cap. 3. de Reformatione*, nulla admissa distinctione, decrevisse, quod *Regularis extra Monasterium degens, etiam sui Ordinis privilegii prætextu, si deliquerit, ab Ordinario Loci, tamquam super hoc a Sede Apostolica delegato, secundum Canonicas Sanctiones visitari, puniri, & corrigi valeat*: atque hinc factum esse, ut dubium a nonnullis proponeretur, utrum commorantes Missionarii Regulares apud privatos, atque ut plurimum seorsim, ut in Anglia contingit, utrum, inquam, prædicti Regulares veluti Religiosi extra Monasteria viventes censendi sint, ac propterea Ordinarii jurisdictioni, tamquam Apostolici Delegati, in omnibus subjecti, quod definitum est in allata Innocentii X. Constitutione 34., *Cum sicut*,

(a) *Facultas bis celebrandi eodem die sola necessitatis Populi causa concedi debet.*
(b) *Vicariorum jurisdictioni, & correctioni subsunt Missionarii etiam Regulares in concernentibus curam Animarum, & Sacramentorum administrationem.*
(c) *Contrariis Regularium privilegiis derogavit Tridentinum.*
(d) *Idque obtinet, sive Regularis sit Parochus, sive plura, vel etiam unum Sacramentum, tametsi prævia Ordinarii licentia, & approbatione, administret.*
(e) *Regularium exemptio manet in iis, quæ respiciunt Regularem observantiam.*
(f) *Nisi habitent extra Claustra.*

sicut, §. 15. Quandoquidem (*a*) tamen illud perpendi debet, Regulares scilicet Anglicanæ Missioni destinatos, illuc proficisci in bonum Sanctæ nostræ Religionis, eorumque mansionem in privatia domiciliis, non item in Monasteriis, ex publici Regiminis Legibus dimanare, quibus Cœnobia quæcumque prohibentur; æquum profecto est, ut recenseri non debeant adinstar illorum, qui extra proprium Monasterium vitam agunt, atque hinc subsunt omnimodæ Ordinarii jurisdictioni, quemadmodum sancitum fuit a Summo Pontifice Clemente VIII. in suis Litteris Apostolicis in forma Brevis editis anno 1601., quæ incipiunt *Quorumcumque Religiosorum*, recensitis in Constitutione, *Quamvis*, quæ ordine est *prima* præsentis nostri Pontificatus, *tom.* 2. *Bullarii*. Quamobrem cum iis potius procedendum est veluti cum Regularibus in propriis Monasteriis degentibus, qui, (*b*) si aliquod crimen foris patrarent, scandalum Populo afferens, insistente Ordinario, ut puniantur, plecti debent a suo Superiore Regulari, qui insuper tenetur inflictam castigationem ipsi Ordinario indicare: *Regularis intra Claustra Monasterii degens, si extra ea ita notorie deliquerit, ut Populo scandalo sit, Episcopo instante, a suo Superiore intra tempus ab Episcopo præfigendum severe puniatur, ac de punitione Episcopum certiorem faciat; sin minus, a suo Superiore officio privetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit:* Hæc habet Sacrum Concilium Tridentinum *sess.* 25. *de Regularibus c.* 14. Quibus apprime insistens ipsemet Summus Pontifex Clemens VIII., alteram vulgavit Constitutionem, cui initium fecit *Suscepti muneris*, 39. *Bullarii Romani tom.*3., ubi accurate animadvertit, atque enunciavit quidquid ad eorum executionem conducere videretur.

§. 16. (*c*) Harum ope regularum, quæ non ad libitum effictæ, nec recentes, sed juris Canonici, & Sacri Concilii Tridentini auctoritate suffultæ, necnon anteriorum Pontificum Constitutionibus firmatæ sunt, dubitandum non est, quin perfecta interesse debeat consensio inter Episcopos, & Regulares Missionarios, eorumque Superiores, dummodo reipsa in eorum animis vigeat, quod juvat sperare, verum pacis, & concordiæ desiderium. Atque ea animorum conjunctio eo vel magis speranda, quod ipsorum juri, atque auctoritati certi limites, & confinia præfinita sint. Siquidem non deest Superioribus Regularibus privativum jus in proprios Religiosos, qui sui Instituti observationem perfregerint. Quod si ab iisdem quodquam gravioris notæ crimen perpetretur, atque in primis, si contra bonos mores deliquerint, non destituuntur Superiores eos castigandi facultate; nec conquerendi locus Vicario Apostolico relinquitur, si ab eodem Superiore post acceptam facti notionem debita punitio non omittatur: adeout Vicarius Apostolicus, quod supra indicatum est, se in eam rem ingerere nullatenus possit; nisi forte contingeret, ut Regularis Superior vel nihil præstaret, vel æquas pœnas a reo minime desumeret. Habent itidem Vicarii Apostolici, utpote Sanctæ Sedis Delegati, potestatem supra Regulares in iis omnibus, quæ Animarum curam, & Sacramentorum administrationem respiciunt. At vero hujusmodi jus non solum iis competit; verum etiam Regularibus Superioribus, quibus concessum est suos Religiosos Animarum regimen, sive Sacramentorum administrationem male exercentes punire. Porro jus privativum Ordinarii complectitur tantum actus, quos ipse ratione Ministerii sui tenetur peragere in bonum Populi, disciplinæ Regularis Parochi demandati.

§. 17. (*d*) Ne autem de jure cumulativo, quod habent tam Vicarii Apostolici, quam Regulares Superiores in Regulares, qui vel Parochi existunt, vel qui Sacramenta administrant, ulla oboriatur disceptatio, decretum jam est, ut dissidente Ordinario Superiore, vel Episcopus ille sit, sive Vicarius Apostolicus, a Regulari Superiore; prioris sententia alterius præstet opinioni: itidemque, ut, cùm velit Superior Regularis ab Animarum regimine, & Sacramentorum administratione Regularem sibi subditum removere, efficere id possit, quin prius Ordinarium de causa certiorem faciat: quod vicissim ab Ordinario fieri posse tenendum est, secluso debito causam patefaciendi Regulari Superiori. Adeatur superius recensita Constitutio, *Firmandis*, 109. §. 10. & 11. *Bullarii tom.* 1. præsentis nostri Pontificatus, ubi auctoritate veterum Decretorum id fusius declaratum, & confirmatum est. Nec Regularis, ab officio suspensus, (*e*) vel amotus, ullimode valet appellationis beneficio Mandati executionem impedire, vel protrahere; sed post præstitam obedientiam, ad proprium tuendum nomen, innocentiamve vindicandam, si eam læsam existimaret, reclamationibus unice locus erit, & excusationibus, suo Judici competenti ferendis, uti præscribitur in superius allata Constitutione, *Inscrutabili*, Gregorii XV., atque in alia posteriori, cui initium *Ad militantis*, in præsenti nostro Pontificatu vulgata, scilicet 18. §. 19. *Bullarii tom.* 1.

§. 18. (*f*) Ne felici Britanniæ Missionum regimini quicquam deesse videatur, subsequentes adnectuntur regulæ, quibus prætermissis, haud omnino obtineretur, quod vehementer exoptatur. Sedulo igitur incumbant Vicarii Apostolici, ut Missionarii Sæculares probe, honesteque in omnibus se gerant, quò aliis bono exemplo sint; & imprimis Sacris Officiis celebrandis, opportunisque Institutionibus Populo tradendis, atque infirmis opera sua sublevandis præsto sint, ut a publicis otiosorum cœtibus, & cauponis omnimode caveant; addita etiam suspensionis pœna cuilibet, si quis ad easdem divertere non vereretur. At potissimum ipsimet Vicarii, omni, qua possunt, ratione, severe tamen, illos puniant, qui de publico Regimine cum honore sermonem non haberent. Quandoquidem illi in Anglia versantur non ad rumores, & perturbationes excitandas, sed Sanctæ Catholicæ Religionis servandæ causa, eosque excipiendi, qui Divino Spiritu afflati,

&

(*a*) *In Anglia tamen Missionarii Regulares perinde habendi, ac si in Claustris degerent.*
(*b*) *Eorumque correctio, si forte deliquerint, a Superioribus Regularibus expetenda.*
(*c*) *Privativa, & cumulativa jurisdictio Vicarii Apostolici, & Superioris Regularis definitur.*
(*d*) *Norma exercendæ jurisdictionis cumulativæ.*
(*e*) *Regulari ab Officio suspenso, vel amoto non datur suspensiva appellatio.*
(*f*) *Sæculares Missionarii quibus rebus incumbere, & a quibus abstinere debeant; alioquin a Vicariis severe puniendi.*

& Sanctia Fidei Mysteriis apprime instructi, se promptos, paratosque ad eam amplectendam exhibent; cum interim a quibuslibet conversionibus debeant abstinere, quæ, utpote sine præviis, debitisque conditionibua peractæ, non modo nullam utilitatem, sed damna potius, & incommoda plurima solent afferre. In iis autem, (*a*) quæ Missionarios Regulares spectant, muous suum Vicarii Apostolici præ oculis semper ferant, quo tenentur in eorum actiones intendere semper in illis, quæ Animarum curam, Sacramentorumque administrationem respiciunt; necnon auctoritatem pariter sibi delegatam comminiscantur. Cæteras vero prædictorum Regularium corruptelas, si quæ contigerint, si oimirum eorum quisquam cauponas, & cœtus frequentaret, aeu publico Regimini obloqueretur, sive denique alienis negotiis sese immisceret; has, inquam, corruptelas reparare studeant remediis superius expositis, atque a Concilio Tridentino desumptis, quibus Regulares afficiuntur in Monasteriis degentes, & qui extra septa ipsius Monasterii scandalum aliquod committunt.

§. 19. (*b*) In primis curæ sit Superioribus Regularibus Missionarioa indistincte oequaquam mittere, sed, quod dictum jam est, eos deligere, qui & vitæ probitate, atque sufficienti opportunæ duetrinæ copia tales existant, ut sibi traditum Ministerinm probe complere valeant: Præterea studeant præficere in Anglia unum ex Religiosis, cui Visitatio sibi subditorum singulos in annos obeunda committatur, qui diligenter eorum vivendi rationem ad examen revocet, & congestarum eleemosynarum usum perscrutetur. Sic cnim fiet, ut quælibet negotiationis suspicio de medio tollatur, incommodis quibuslibet, & malis provide consulatur. Porro Visitator ipse de his, quæ gerenda sunt, conferat cum Vicariis Aposlolicis, ut & ipsi auxiliarem manum præbeant, atque ita scandalis quibuslibet aditus occludatur.

§. 20. (*c*) Quandoquidem, degentibus Missionariis Regularibus in Anglia extra Monasteria in privatis domiciliis, & sæculares vestes adhibentibus, & ea libertate otentibus, qua sane carerent, si in Monasteriis degerent, inauditum minime esset, si etiam religiosa corda mundano pulvere sordescerent; ideo edicitur cuilibet Missionario, ut post singula sexennia ad Catholicas Regiones sese restituat, propriæ Familiæ Regularia Claustra subeat, Religiosum induat Habitum, ibique per tres integros menses commoretur, atque interim Spiritualibus Exercitiis per quiodecim dies sedulo incumbat. Hinc est, (*d*) quod Vicarii Apostolici, quorum arbitrio, atque prudentiæ, uti expositum est, committitur potestas communieandi Missionariis faculiates *Formulæ secundæ*, ipsam *ultra sexennium* non debebunt prorogare, sed impertiri ad summum *ad sexennium*, & *interim ad libitum*, eamque, si consentaneum judicaverint, simili modo restituere, cum Regulares, absoluto jam præscripti secessus tempore, ad Missionem revertentur.

Chronol. Seraph.

§. 21. (*e*) Etsi Regularis Superior, qui statuit, aliquem ex suis Religiosis a Sacramentis administrandis, sive a Missionibus exercendis removere, ex superius allatis, non teneatur remotionis causam Vicario Apostolico significare; & eadem ratione liberum sit Vicario Apostolico, insciis, atque inconsultis iisdem Superioribus, contra Missionarios Regulares, quos delinquentes in Sacramentis administrandis, vel ineptos, atque rudos, negligentesve in suo munere adimplendo deprohenderit, animadvertere, prout ipsi expedire videbitur; tamen consentaneum erit, si unanimi voluntate, & consensu rem geraot, ne Missiones Operariis destituantur, & uni Missionario amoto alter continuò subrogetur, qui ejus subeat vices; idemque exhibeatur officium a Superioribus Regularibus cum Apostolicis Vicariis, ubi velint suos in alium Locum transferre, vel eos revocare in Catholicas Regiones, atque uno, eodemque tempore successores expediant, videlicet ne Missio necessariis Operariis careat.

§. 22. (*f*) De Fundationibus nihil omnino innovetur; sed tam Sæculares, quam Regulares in earum possessione perseverent, quas in præsentiarum obtinent; atque adeo (*g*) Sacramenta, etiam Confessionis, omnibus indiscriminatim per eos administrentur in Urbibus, & Oppidis muro circumdatis, ubi limites præfiniti non sunt; ea plane ratione, qua in nostris Civitatibus ad Coofessinuem adprobati ab Episeopo sine ulla Loci, vel peculiaris Ecclesiæ limitatione, in qua Confessiooes possint excipere, in qualibet Urbis Ecclesia Confessiones audiunt, debitia tamen officiis eum ipsius Rectore antea persolutis. Verum (*h*) Missionariis in Pagis, & apud Ruricolas commorantibus non liceat, Sacramenta, nec etiam Pœnitentiæ, extra præscriptos limites administrare; cum ad Confessiones extra confinia excipiendas necessaria omnino sit Vicarii Apostolici licentia, cui illa subjicitur Provincia. Etenim apud nos etiam Confessarius, ab Episcopo pro Sæcularibus adprobatus in sua Diœcesi, extra Diœcesim eam facultatem exercere nequit sine alterius Episcopi adprobatione, in cujus ditione Pœnitentiæ Sacramentum administratur, etiamsi Pœnitens subsit Episcopo, qui illum ad Confessiones excipiendas adprobavit. Idque constat ex Bulla, *Superna*, Clementis X., quæ est 6. *tom. 6. Bullarii Romani*, §. 4. Solus enim Parochus a Moralis Theologiæ Scriptoribus eximitur, qui, si forte extra Diœcesim versetur, sui Parochiani ibi degentis Confessiones potest audire, quamvis ab Episcopo Loci, ubi sui Parochiani se præbet Confessarium, adprobationem ad Confessiones non obtinuerit. Necessaria igitur omnino est Vicariorum Apostolicorum licentia, ut Missionarii in Pagis, vel Agris commorantes Pœnitentiæ Sacramentum ministrent intra limites cuilibet illorum respective subjectos. Atta-

P men

(*a*) *Regulares circa eadem deficientes quomodo corripiendi.*

(*b*) *Horum delectus habendus per Superiores Regulares; unusque Visitator cæteris præficiendus.*

(*c*) *Post sexennium ad Regiones Catholicas, & ad propria Monasteria se recipiant, vacaturi Spiritualibus Exercitiis.* (*d*) *Ideo statutum, ut facultates ad sexennium tantummodo ipsis delegentur.*

(*e*) *Remotiones Missionariorum Regularium, quantum fas erit, communi consensu fiant, & sine Missionis detrimento.*

(*f*) *Fundationes possessoribus maneant.*

(*g*) *Sacramenta a Sacerdotibus approbatis, omnibus indiscriminatim administrentur in Urbibus, & Oppidis muro circumdatis, ubi limites præfiniti non sunt.*

(*h*) *In Pagis, & Agris nemo deputationis suæ limites transcendat.*

men (a) ipsosmet Vicarios Apostolicos hortari non prætermittimus, ut meminerint, valde consentaneum esse (nisi aliqua legitima causa contrarium persuaserit), facultates illis elargiri saltem ad Confessiones excipiendas. Quandoquidem vero licentiæ administrandi Sacramenta, quæ conceduntur Missionariis Campestribus, utplurimum certis limitibus arctari solent, extra quos nulla ipsis ministrandi facultas permittitur, quamvis Locus, ubi Sacramenta vellent conferre, intra limites Vicario Apostolico subjectos contineretur, qui permissionem ministrandi impertitus est; tamen Vicarium Apostolicum adhortamur, ut facilem se præbeat Missionario Campestri Sacramenta aliquando conferendi extra limites ipsi præfinitos, nisi forte legitimum aliquod impedimentum id fieri prohibeat.

§. 23. Hæc omnia proficuam Animarum curam, & pacem, concordiamque inter Missionarios, faustum denique Vicariorum Apostolicorum regimen respiciunt. At (b) quoniam a Viris optimis, & fide dignis indicatum fuit, consentaneum fore, si definiatur, utrum Regularibus, qui vel in Regiis Sacellis, vel in Locis pro illis fundatis, sive apud Nobiles, commorantur, liceat Indulgentias suis Ordinibus concessas evulgare, ideo, ut omnes molestæ tricæ avitentur, sequens regula proponitur, quæ executioni demandari omnino debet. In bonum Anglicanæ Missionis adprobantur quilibet pietatis actus, preces, jejunia, atque opera meritoria, quæ a Sancta Romana Ecclesia comprobantur. Ad Indulgentias quod spectat (c) ipsis operibus adnexas ratione privilegiorum, quæ uni, vel alteri Regularium Ordini a Summis Pontificibus concessa fuerunt, suspenduntur, atque, (d) ut Fideles spirituali Sanctarum Indulgentiarum emolumento tranquille, & copiose simul perfruantur, cuilibet Vicario Apostolico auctoritas in ditione sui Vicariatus conceditur, ut quater in annum in iis Solemnitatibus, quæ ipsis magis opportunæ videbuntur, Indulgentiam Plenariam impertiantur, quam lucrari possint quicumque Pœnitentiæ Sacramento expiati, & Sacra Eucharistia refecti Sacellum aliquod visitabunt, ubi Missæ Sacrificium celebratur, pacem Ecclesiæ suæ a Deo rogabunt, paratique erunt, pauperes aliqua eleemosyna pro suis viribus sublevare, vel Catechismo, & Sacris Concionibus frequenter interesse, quoties absque gravi incommodo id fieri liceat, sive infirmis, aut morti proximis operam suam christiana charitate præbere; & quoniam non deerunt, qui vel carcere, aut gravi morbo, sive alia legitima causa impediti, præscripta pietatis officia minime poterunt adimplere, singuli Vicarii Apostolici potestatem habeant ea commutandi, & alia, quæ perfici valeant, decernendi. Porro (e) ne morientes e vita decedant sine Benedictione *in articulo mortis*, & sine Indulgentia ipsi conjuncta, iisdem Vicariis Apostolicis facultas conceditur, ut illam impertiant, atque etiam Sacerdotes alios subdelegare possint, qui eam morientibus elargiantur, servata tamen forma, quæ indicitur in Constitutione, hujus nostri Pontificatus tempore in lucem evulgata, quam hisce regulis ad majorem commoditatem adjungimus.

§. 24. (f) Ultimo tandem, cum Anglicanæ Missionis perduratio Principum Catholicorum Ministris, Nobilibus Catholicis, Fundationibusque jam constitutis accepta referri debeat; eos magnopere adhortamur, ut illos tantum Sacerdotes Sæculares, vel Regulares suis Sacellis inservire permittant, qui se prius obtulerint Vicariis Apostolicis, & obtentas ab illis adprobationes exhibuerint: secus enim contingere posset, ut præter eorum voluntatem admittatur celebrando Missæ Sacrificio in Sacellis, & ministrandis Sacramentis, qui vel Sacerdos minime existat, vel, si fuerit Sacerdos, suspensionis fortasse, vel irregularitatis vinculo obstringatur.

§. 25. (g) Porro omnia, & singula hujusmodi a Nobis, prout præmittitur, statuta, & decreta, quo firmius subsistant, & serventur exactius, tenore præsentium Apostolica auctoritate, quatenus opus sit, confirmamus, & Apostolicæ firmitatis robore communimus, & districte servanda præcipimus, & mandamus, salva tamen in præmissis Nostra, Successorumque Nostrorum Romanorum Pontificum, & ejusdem Congregationis Cardinalium Propagandæ Fidei auctoritate. Decernentes, easdem præsentes Litteras, & in eis contenta quæcumque semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & a vobis, & illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari debere: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & ejusdem S. R. E. Cardinales, eorumdemque Cardinalium Congregationes, & quosvis alios quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Apostolicis sive sub Plumbo, sive in simili forma Brevis expeditis quorumcumque Prædecessorum Nostrorum Litteris, & præsertim felicis recordat. Urbani Papæ VIII., quarum initium est, *Britannia non minus* &c., necnon, *Plantata in Agro Dominico* &c., aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quorumcumque Ordinum, Congregationum, & Institutorum, etiam Societatis Jesu, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haben-

(a) *Vicariis Apostolicis suadetur facilitas in concessione facultatum.*
(b) *De Indulgentiis.*
(c) *Suspenduntur in Anglia Indulgentiæ, Regularibus ad communicand., sive publicandum concessæ.*
(d) *Vicariis Apostolicis delegatur largitio Indulgentiæ Plenariæ quater in anno:*
(e) *Et in articulo mortis.*
(f) *Suadetur Legatis Principum, & Nobilibus Catholicis, ne ullos in suis Sacellis celebrare, & ministrare permittant, nisi a Vicariis Apostolicis approbatos.*
(g) *Clausulæ, & Derogationes.*

habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 26. (a) Cæterum vos, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, per Domini Nostri Jesu Christi Charitatem, qui Animas nostras pretioso Sanguine redemit, rogamus, & in Domino hortamur, ut non in contentione, & æmulatione, sed induentes eumdem Dominum Nostrum Jesum Christum, perficiatis opus vestrum. Ad cujus prosperi successus auspicium Apostolicam Benedictionem, studiosæ nostræ voluntatis pignus, vobis, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, peramanter impertimur.

§. 27. (b) Volumus autem, ut earumdem præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, & ab ejusdem Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, negotiis Propagandæ Fidei præpositorum, Præfecto, & Secretario pro tempore existentibus, subscriptis, ac Sigillo ejusdem Congregationis munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xva. Maji MDCCLIII, Pontificatus Nostri Anno Decimotertio.

Cajetanus Amatus.

Constitutionem, Pia Mater, *quæ ante §. 24. innuitur, exhibemus in Supplemento.*

1753. 8. *Junii.* = *Epistolam S. Congregationis Episc. & Reg. circa nostrates ludimagistros vid. infr. ad diem 8. Martii 1756.*

1753. 9 Jun. *De Beneficiis, & Officiis Curatis per Indiarum Occidentalium Regiones Sæcularibus etiam Clericis, sublato asserto Regularium privativo jure, conferendis Apostolicæ Litteræ jam editæ (quas vide supra ad diem 8. Novemb. 1751.) confirmantur, & declarantur.*

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum aliàs, (c) nempe de anno millesimo septingentesimo quinquagesimo primo, ea parte Charissimi in Christo Filii Nostri Ferdinandi VI. Hispaniarum Regis Catholici, Nobis repræsentatum fuisset, non eas adhue in Indiarum Occidentalium Regnis, atque Provinciis ipsius Dominio subjectis rerum circumstantias subsistere, ob quas olim sanctæ memoriæ Pius V. ad instantiam tunc existentis Catholici Hispaniarum Regis, aliique deinceps Romani Pontifices Prædecessores Nostri statuerunt, earum Regionum Parochias, Doctrinas, aliaque Munia, & Officia ad Animarum Curam pertinentia, per Regulares Personas obtineri, & administrari debere, quin imo Sæcularem Clerum illarum Partium a multo jam tempore adeo & numero excrevisse, & moribus, atque doctrina conspicuum, proindeque ab obtinenda, & gerenda ejusmodi Munia idoneum se præbere, ut nihil jam obstare videretur, quominus earumdem Parochiarum, Doctrinarum, aliorumque Officiorum provisio, & dispositio ad eam, quæ generaliter per Orbem vigere dignoscitur, Ecclesiasticæ disciplinæ formam, prout non solum ipse Ferdinandus Rex, sed etiam Archiepiscopi, & Episcopi, per easdem Indiarum Regiones constituti, magnopere optabant, revocari posset; Nos, omnibus mature perpensis, (d) quum Regiam hanc petitionem non modo generalibus Ecclesiæ Institutis, verum etiam prædicti Sancti Pii, aliorumque Pontificum Prædecessorum Nostrorum menti, ac sæpe declarato Sedis Apostolicæ sensui conformem agnoverimus; per Nostras sub Plumbo editas Litteras, quarum initium est, *Cum nuper*, datas apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCLI. sexto Idus Novembris, Pontificatus Nostri Anno duodecimo, decrevimus, atque permisimus, ut, non obstantibus dicti Sancti Pii V. Prædecessoris Litteris, aliisque in earum confirmationem ab Apostolica Sede emanatis (quibus etiam, quatenus opus esset, expresse derogavimus), Sæculares etiam Clerici, seu Presbyteri quicumque, quos scilicet prædicti Archiepiscopi, & Episcopi, aliique Locorum Ordinarii in Indiis Occidentalibus constituti, prævio examine, juxta ea, quæ in Concilio Tridentino statuta sunt, idoneos, & habiles reperissent, ad Parochias, Doctrinas, & alia quæcumque Munia, & Officia ad Animarum Curam pertinentia, in posterum admitti, & assumi, eisque etiam Parochiales Ecclesiæ hujusmodi, aliaque Ecclesiastica perpetua Beneficia, quibus Animarum Cura imminet, in titulum conferri possent, & valerent; prout in dictis Litteris Nostris latius continetur.

§. 1. (e) Cum autem nuper idem Ferdinandus Rex Nobis exponi fecerit, quod ipse, cui, ex juribus suæ Regiæ Coronæ, Jus Patronatus, ac nominandi, & præsentandi ad omnia dictarum Regionum Beneficia Ecclesiastica, & Officia Curata hujusmodi ex fundatione, seu dotatione, aut Privilegiis Apostolicis actu vigentibus, aliisque legitimis titulis competit, in dies magis magisque agnoscens, ad rectum disciplinæ ordinem, & ad promovenda in Clero Sæculari dictarum Partium Sacrarum Doctrinarum studia, aliosque communis utilitatis effectus, magnopere proficuum fore, si Sæculares hujusmodi Clerici, seu Presbyteri ad omnia, vel pleraque Beneficia, & Officia prædicta per ipsum, ejusque Successores Catholicos Reges nominentur, & præsententur, decreverit, & constituerit, prædictis Sancti Pii V., aliorumque Romanorum Pontificum indultis, & facultatibus in favorem Regularium, vel nullo modo, vel saltem parcissime, & in locis, & casibus dumtaxat, in quibus forsan Sæcularium Clericorum defectus re ipsa subsistere dignoscatur, in posterum uti; ideoque easdem priores Litteras Nostras, novo, ac perpetuo confirmationis Nostræ munimine roboratas, uberius per Nos declarari, &,

P 2 ut

(a) *Animorum concordia commendatur Vicariis Apostolicis, & Missionariis in Anglia.*
(b) *Fides habenda transumptis.*
(c) *Catholici Regis alias proposita petitio.*
(d) *Pontificis Decreta per Litteras Apostolicas edita anno 1751.*
(e) *Catholici Regis propositum Sæcularibus Clericis favorabile.*

ut infra, super his provideri desideret; Nos ejusdem Ferdinandi Regis supplicationibus inclinati, præsentium tenore, & auctoritate simili, primò dictas Nostras Apostolicas Litteras, cum omnibus, & singulis Decretis, & Declarationibus in ipsis contentis, & expressis, perpetuo confirmamus, ac iterato Apostolicæ auctoritatis Nostræ robore communimus; decernentes, (a) nullum in posterum jus, nullamque actionem, aut exceptionem, in vim prædictarum Litterarum Sancti Pii Papæ V., aliarumque, ut supra, ab aliis Romanis Pontificibus editarum, prædictis Regularibus competere, ut sive in petitorio judicio, sive in possessorio, privativam facultatem obtinendi, & administrandi Parochias, & Doctrinas ejusmodi, aliaque Officia Animarum Curam concernentia sibi, suisque Ordinibus asserere, aut se in illarum, illorumque possessione confovere possint; sed tam eos, qui nunc Parochias, Doctrinas, & Officia præfata obtinent, quam quibus forsan in posterum ejusmodi Curata Beneficia, & Officia, servatis de jure servandis, committi, & demandari contigerit; tamquam ad nutum amovibiles, posse tum ab Episcopis, aliisque Locorum Ordinariis, tum etiam a propriis Regularibus Superioribus, justis concurrentibus causis (super quarum subsistentia illorum conscientiam oneramus, sed numquam illos ad earum declarationem, aut verificationem compelli posse volumus, & decernimus), ab earundem Parochiarum, Doctrinarum, & Officiorum regimine, & exercitio removeri; eveniente autem remotione, liberum fore Catholicis Regibus, alios quoscumque idoneos Sæculares, aut Regulares Clericos, seu Presbyteros, juxta legitima eorum Regii Patronatus jura, ad hujusmodi Curata Beneficia, & Officia nominare, & præsentare, ac respective Episcopis, aliisque Locorum Ordinariis, hujusmodi Clericos, seu Presbyteros, prævio examine, aliisque servatis de jure servandis, ad illa admittere, & assumere, seu, quatenus Sæculares fuerint, ipsis etiam in titulum eadem conferre, & de iis providere.

§. 2. (b) Volumus autem, ut omnes, & singuli, cujuscumque Ordinis, Congregationis, & Societatis, & Instituti, etiam expresse nominandi, Regulares, qui in hujusmodi Parochiarum, Doctrinarum, & Officiorum regimine, & exercitio retinebuntur, seu quos ad eadem in posterum assumi, & admitti contigerit (juxta ea, quæ tam in citatis Nostris Litteris incipientibus, *Cum nuper*, quam in aliis Anno Incarnationis Dominicæ 1744. decimo Kal. Decembris editis, quarum initium est, *Firmandis, atque asserendis*, a Nobis decreta, & declarata fuerunt), noverint, se in iis quidem, quæ concernunt eorum Regularis Instituti observantiam, Episcopis, aliisque Locorum Ordinariis nullatenus subjectos esse, sed a suis Superioribus Regularibus quoad hæc privative dependere. In his autem, (c) quæ vel ad ipsum spectant exercitium Curæ Animarum, vel etiam ad eorum vitam, & mores pertinent, Episcopis quoque, aliisque Ordinariis Locorum Præsulibus subjectos esse; ideoque ab iisdem Episcopis, & Ordinariis, necnon Vicariis, & Visitatoribus ab iis deputatis, æque ac a suis Regularibus Superioribus in his omnibus judicari, & corrigi posse; & quidem ea lege, (d), ut, quatenus unius, & alterius Superiorum hujusmodi Judicia inter se non conveniant, Episcopalis, seu Ordinariæ Curiæ Processus, atque Sententia, Regularis Prælati Judicio, & Actis omnino prævalere debeant, ac reipsa præferantur, & executioni demandentur.

§. 3. (e) Præsentes quoque Litteras, & in eis contenta quæcumque, nulla unquam ex causa, colore, & capite, etiam in corpore Juris clauso, etiam ex eo quod quicumque in præmissis jus, vel interesse habentes, aut habere prætendentes, cujusvis Status, aut Ordinis, Congregationis, & Instituti, etiam hic de necessitate specialiter exprimendi, existant, iisdem non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, neque causæ, propter quas præsentes emanaverint, satis adductæ, probatæ, aut verificatæ fuerint, de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut consensus interesse habentium, aliove quolibet defectu notari, impugnari, aut in controversiam, & judicium, etiam ad effectum obtinendæ aperitionis oris, aut restitutionis in integrum, adduci posse: Sed semper, & perpetuo firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios effectus sortiri, & obtinere, ac illis, quorum favorem concernunt, plenissime suffragari, atque etiam ab omnibus, ad quos respective pertinet, & pertinebit in posterum, inviolabiliter observari, volumus, & decernimus. Sicque, (f) & non aliter in præmissis judicari, & censeri per quoscumque Ordinarios, & Delegatos Judices, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, eorumque Congregationes, necnon Apostolicæ Sedis Legatos, seu Nuncios, aliosque quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet aliter judicandi, & interpretandi facultate: ac etiam irritum, & inane decernentes, quidquid ab eorum quolibet in contrarium judicari, & decerni, seu scienter, vel ignoranter attentari contigerit.

§. 4. (g) Non obstantibus prædictis Sancti Pii V., aliisque Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum in earumdem confirmationem, etiam in formâ specifica, editis Litteris, Nostraque, & Cancellariæ Apostolicæ regula de non tollendo jure quæsito, aliisque Apostolicis, seu in Universalibus, Provincialibus, aut Synodalibus Conciliis editis, generalibus, aut specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quarumcumque Ecclesiarum, seu Ordinum, Congregationum, & Institutorum, etiam specialiter exprimendorum, quantumvis juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia fir-

(a) *Pontifex annuendo declarat, nullum jus neque in petitorio, neque in possessorio Regularibus competere ad Beneficia, & Officia Curata Indiarum Occidentalium obtinenda, aut retinenda.*

(b) *Regulares hujusmodi Parochiis, vel Officiis præpositi, quibus in rebus Superiori Regulari privative subjiciantur.*

(c) *In quibus autem Ordinarii jurisdictioni, & correctioni cumulative subsint.*

(d) *Ordinarii prærogativa, in casu discrepantiæ judicii.*

(e) *Superius statuta confirmantur.*

(f) *Aliter judicari prohibetur.*

(g) *Contrariis amplissime derogatur.*

firmitate roboratis Statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, exemptionibus, & indultis, etiam in corpore Juris clausis, aut sub quibusvis formis, & verborum tenoribus, seu clausulis, & decretis, etiam derogatoriorum derogatoriis, & irritantibus in genere, vel in specie, etiam motu proprio, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, seu consistorialiter, aut ad Regum, aliorumque Supremorum Principum instantiam, vel peculiarium quorumcumque meritorum intuitu, aliove titulo, etiam oneroso, quibuscumque Personis, Collegiis, Locis, Ordinibus, etiam Militaribus, Congregationibus, Societatibus, & Institutis, etiam Societatis Jesu, vel Sancti Joannis Hierosolymitani, aliisque quibuslibet in contrarium præmissorum concessis, ac pluries confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores, formas, causas, & occasiones præsentibus pro expressis, insertis, & specificatis habentes, pari motu, & Apostolicæ auctoritatis plenitudine ad præmissorum effectum plenissime derogamus, eaque respective, quatenus præsentibus adversantur, de medio tollimus, & abolemus per præsentes. Quarum transumptis, (*a*) seu exemplis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eamdem fidem ubique locorum, & gentium, in judicio, & extra, haberi volumus, quæ eisdem præsentibus haberetur, si originaliter exhiberentur.

§. 5. (*b*) Nulli ergo omnino Hominum liceat paginam hanc Nostrarum Confirmationis, Declarationum, Decretorum, & Voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum (*c*) in Arce Gaudulphi Albanen. Diœcesis Anno Incarnationis Dominicæ 1753. quinto Idus Junii Pontificatus Nostri Anno Tertiodecimo.

Pro D. Card. Passioneo
J. Florius Substitutus.
J. Datarius.
Visa de Curia
J. C. Boschi.
L. Eugenius.

1753. 9. Jun.

A C T A

Congregationis Generalis celebratæ in nostro Almo Cœnobio S. Mariæ Angelorum prope Assisium, præsidente in ea Rmo Patre Fratre Petro Joannetio de Molina Ministro Generali totius Ordinis Minorum, Anno 1753.

SESSIO PRIMA
Habita die 1. Junii.

CUM Adm. Reverendus P. Raymundus Tworkuschi Definitor Generalis non solum die 30. Maji, assignata in Literis convocatoriis pro accessu Vocalium, non comparuerit in præcitato Conventu, verum neque pervenerit usque ad præfatam diem secundam Junii, neque legitime constare fecerit de sua absentia; nihilominus tres Patres Definitorii Generalis cum asseruissent, habere notitias fide dignas de ipsius gravi infirmitate in principio itineris contracta, quæ illum impedivit, ne ultra progrederetur; Patres unanimi consensu decreverunt, esse locum substitutioni ad normam Statutorum Ordinis Capituli Generalis Romani de anno 1688., & de facto substitutum declaraverunt Adm. Reverendum Patrem Paulum Joannem a Bastia Secretarium Generalem Reverendissimi Patris Commissarii Generalis Cismontanæ Familiæ.

Ulterius pro revisione computuum Terræ Sanctæ determinati fuerunt Adm. RR. PP. Anacletus a Roma, & Joannes Petrus a Roma Definitores Generales. Et ad referendum Definitorio Generali negotia occurrentia, assignati fuerunt Adm. RR. PP. Joseph Maria a Gallipoli Procurator Generalis Reformatorum, & Clemens a Panormo Definitor Generalis.

SESSIO SECUNDA
Celebrata die 3. Junii.

IN primis, lectis coram Generali Definitorio iis, quæ præcedenti die fuerunt decreta, Patres unanimi consensu ea approbaverunt, & rata habuerunt. Deinde ventum est ad examen computuum Commissariorum Terræ Sanctæ hujus Cismontanæ Familiæ, & audita per Patres relatione facta circa illos Commissionis Romanæ, eos plene approbaverunt juxta votum, & consensum eorumdem Revisorum. Idemque judicium fecerunt circa computus Commissionis Mediolanensis, & alterius Taurinensis. Et idem pariter decreverunt circa computus Commissionis Neapolitanæ, & illius Januensis, laudantes Commissarios de eorum diligentia, ac exacta administratione. Computus vero Commissionis Provinciæ Tusciæ remiserunt Definitorio ejusdem Provinciæ, ad quod juxta Ordinis Statuta pertinet primum judicium hujusmodi computuum, ad hoc ut eos examinet; &, si fideles invenerit, subscriptione, & approbatione muniet, & illos sic subscriptos idem Definitorium mittet Reverendissimo Patri Com-

(*a*) *Transumptorum fides*. (*b*) *Sanctio*.
(*c*) *Datum die 9. Junii 1753. Pontificatus XIII.*

Commissario Generali Familiæ, qui, eum consilio aliquorum Patrum, ultimum judicium proferet.

In Causa præcedentiæ inter Patres habituales nostræ Obaervantia Provinciæ Tusciæ, & Secretarium ejusdem, Diseretorii Generalis Patrea approbandum duxernnt Decretum Definitorii ejusdem Provinciæ aditum die 6. Iulii 1752., & silentium imposueruut Patribus habitualibus.

SESSIO TERTIA

Habita die 4. Innii in mane.

IN primia, lectis coram Patribus decretis in præcedenti Sessione, ea approbarunt, & rata habuerunt.

Constito Diseretorio Generali, quod, non obstante lapsu termini unius anni, a Reverendissimo Patre Ministro Generali assignati in suis Patentalibus Literia erectionis Reformatæ Provinciæ Prussiæ pro transitu Religiosorum a Reformata Provincia Majoris Poloniæ ad dictam Provinciam Prussiæ, aliqui ex Religiosis utriusque Provinciæ transire tentant a filia ad matrem, vel a matre ad filiam; ejusdem Discretorii Generalis Patres unanimi sensu decreverunt, hujusmodi transitus peragi non posse, nisi ad tramitea Constitutionum Generalium Ordinis, & interveniente consensu utriusque Definitorii, Religiososque aliter transeuntes, taoquam Apostatas esse puniendos, ac Provinciales respectivos eosdem acceptantes ioeidere in pœnas latas a Constitutionibus Generalibus Ordinia.

Exposita Discretorio Generali pia intentione Illuatrissimæ D. Filiæ, & Hæredis Illustrissimi quondam D. Baronis Mesko, satisfaciendi testamentariæ dispositioni ejusdem D. Baronis Genitoris sui erga nostram Reformatam Provinciam S. Mariæ in Hungaria, & erga Valetudinarium Conventus Posoniensis ejusdem Provinciæ, modo, & forma statui nostro conveoientibus, videlicet retenta io perpetuum apud dictam Illustrissimam Dominam, suosque Hæredea proprietate Gapitalium Legatorum, & eum sola annua elargitione fructuum dictorum Capitalium per modum puræ, & aimplicia eleemosynæ erga dictam Provinciam, dictumque Valetudinarium, sub conditionibus ex parte Fratrum implendis, Missarum videlicet, Orationum, & Suffragiorum, a Testatore injunctia; ejusdem Discretorii Generalis PP. unanimiter cooaenserunt, & consentiunt, ut præfata S. Mariæ Provincia antedictum Legatum sub relatia modo, forma, & conditionibus acceptare possit, præmissa tamen protestatione a D. Bonaveotura, & a Constitutionibus Apostolicia, & Ordinis nostri injuneta ad tutelam nostræ altissimæ paupertatis: quæ protestatio in Aetis Provinciæ redigatur, & scripto a PP. Provinciali, & Definitorio ejusdem Provinciæ firmata, præfatæ Illuatrissimæ Dominæ consignetur.

SESSIO QUARTA

Habita die, ut supra, in sero.

RElato per Adm. RR. PP. Revisores computuum Terræ Sanctæ, quod P. Commissariua Terræ Sanctæ Venetiarum non miserit computus suæ Commissionia legitime confectos, neque a Syndico Apostolico, oeque a Definitorio Provinciæ S. Antonii aubscriptos, & consistebant in simplici folio, absque expressione partitarum introitus, & exitua in particulari, oeque mentionem faciebant de causis expensarum; PP. ejusdem Definitorii Generalis unanimiter decreverunt, præeipiendum esse, quemadmodum præcipiunt, P. Carolo Lodoli Commissario dictæ Commissionis Terræ Sanctæ Venetiarum sub pœna privationis sui Officii ipso facto incurrenda, & aliis arbitrio Reverendissimi P. Ministri Generalis, ut infra duos menses a notificatione præsentia Decreti computus suæ Commissionis ad formam Statutorum nostri Ordinia legaliter dispooat, eosque, a se, & a Syndico Apostolico aubscriptos, Definitorio Almæ Provinciæ S. Antonii approbandos præsentet, & deinde mittat ad Reverendissimum Patrem Commissarium Generalem Familiæ, qui, eum consilio aliquorum Patrum gravium aibi bene visorum, ultimum judicium de ipsis proferat, & de peractis quam citius monere curet Reverendissimum Patrem Ministrum Generalem.

Relatis computibus Commissionis Terræ Saoctæ Regni Siciliæ, Patres, attento voto Patrum Revisorum, eos approbaverunt.

Definitorium Generale aeriter reprehendit Commissarium Generalem Terræ Sanctæ Viennensem, & etiam Commissarium Melitensem, eo quod contra præscriptum Statutorum Generalium non miserunt computus respectivæ suæ administrationis ad Congregationem Generalem: & iisdem præcipit sub pœna privationis Officii ipso facto incurrenda, quatenus infra duos menses a notificatione præsentis Decreti eos legaliter dispooant, & munitos subscriptionibus Patrum Definitorii earum respective Provinciarum, in quibus resident, mittant ad Reverendissimum P. Commissarium Generalem, qui ultimum judicium cum aliquibua Patribus proferat, & de peractis moneat Reverendissimum Patrem Ministrum Generalem.

Discretorium Generale oon sioe gravi aoimi molestia aoimadvertens, Statutum Vietoriense de anno 1694. circa computuum redditionem, singulis sex mensibus a Commissariia Terræ Sanctæ præstandam, oegligi; idem Statutum renovat, & singulis Terræ Sanctæ Commissariia hujus Cismontanæ Familiæ omnino iotimat, præcipitque, ut saltem singulis annis in qualibet Congregatione, & Capitulo Proviociarum, in quibus resident, dictam computuum rationem iisdem modo, & forma, quibus in eitato Generali Capitulo, omnino reddant; quod si neglexerint, privationem suorum Officiorum incurrant. Ministri autem Provincialea teneantur singulis annis in forma probante Superiores Generales de hujusmodi Statuti plena executione certiores facere sub pœnia arbitrio dictorum Superiorum Generalium infligendis.

Lecta supplicatione Patris Brunonis de Solerio Misaiooarii Apostoliei super præsentatione privilegiorum &c., Generalis Definitorii PP. decreverunt, gaudere Oratorem dictis privilegiis juxta Rescriptum Sanctissimi Domini Nostri Papæ Benedieti XIV. feliciter regnantia sub die 27. Septembris anni 1747.

SESSIO QUINTA

Habita die quinta Junii.

LEctis decretis in duabus Sessionibus externa die habitis, PP. ea approbaveruot, & rata habuerunt.

Proposito dubio a PP. Provinciæ Tusciæ, num Fratres alterius Provinciæ, legitima facultate Superiorum Generalium in Conventibus Novitiatus de Familia degentes, suffragare possiot pro Novitiorum receptione ad Professionem? Diseretorii Generalis Patres unanimiter declaraverunt, noo posse: Sicuti ne-

que

que Fratres ejusdem Provinciæ posse suffragare, nisi duos annos habeant Professionis, duosque menses incolatus de Familia in Conventibus Novitiatus: & hoc servandum esse in omnibus aliis Provinciis Cismontanæ Familiæ.

Ad instantiam Patris Fratris Wolfangi Fravendienst Præsidentis Infirmariæ Varasdinensis in Observanti Provincia S. Ladislai in Croatia, PP. Definitorii Generalis decreverunt, Infirmariam illam pro bono publico Fratrum separatam remanere, sicuti est in præsenti, a gubernio Conventus, & per Præsidentes a Definitorio Provinciæ eligendos administrari; cujus Infirmariæ Syndico Apostolico debetur quoque administratio vineæ, ex qua tam Fratribus, quam indigentibus Civibus, ac Pupillis ex Testatoris indicto subvenitur: dummodo debita accedat protestatio Fratrum juxta Rescriptum Reverendissimi P. Raphaelis a Lugagnano Commissarii Generalis Familiæ de die 24. Februarii anni 1753.

Definitorium Generale ad reparandas injurias Residentiæ Mitroviciensis in Provincia Bosniæ Argentinæ, committit Patribus Ordinis Superioribus, atque Curiæ Generalis Officialibus, ut apud Sanctissimum instent, quatenus medio Nuntio Apostolico Viennensi in patrocinium suscipiat supradictæ Residentiæ Causam -- Insuper Residentiam Samliensem in formalem Conventum erigendam, dummodo omnes conditiones ad Conventus formalis erectionem accedant, atque concurrant – Quantum vero attinet ad Conventum Sanctæ Crucis Essechinensem, confirmatur in eo Studium Generale primæ classis cum tribus Lectoribus Generalibus; in reliquis tamen nihil innovetur – Ad servandam uniformitatem Fratrum laudatæ Provinciæ Bosnæ Argentinæ, Fratres Bosnenses Othomanici advenientes ad partes Sclavoniæ, Hungariæ, & Sirmii, ac volentes inibi ultra bimestre, & ad longum tempus commorari, quicumque ii sint, deponant barbam cum mustaciis – Filii vero ejusdem Provinciæ, terminatis in Italia de more studiis, immediate ad propriam redire teneantur, nisi aliter de iis a Superioribus Generalibus fuerit dispositum. Super quo negotio Patres Provinciales Provinciarum, in quibus degunt, invigilare omnino teneantur.

SESSIO SEXTA

Habita die sexta Junii in sero.

LEctis Decretis quintæ Sessionis præcedentis coram Patribus, omnes unanimiter ea approbaverunt, & rata habuerunt.

Ad tollendas ambiguitates, quæ, existente in aliqua Provincia Commissario Visitatore, occurrere possunt circa electionem Vicarii Provincialis habendam, Discretorium Generale declarat, dicto Visitatori de Jure jus non competere nequn præsidendi, neque suffragandi pro tali electione, nisi in casu, quo illi a Superiore Generali ex aliquo rationabili motivo id esset specialiter commissum; posse tamen, & debere, in casu negligentiæ Patris dignioris, cui de Jure jus congregandi Electores competit, & præsidendi, illum compellere ad electionem faciendam. Declarat pariter, talem electionem non per ballotationes, sed per schedulas, & nemine proponente, ab illis, ad quos spectat, esse faciendam.

SESSIO SEPTIMA

Habita die octava Junii.

LEcto Decreto sextæ Sessionis antecedentis coram PP., omnes unanimiter illud approbaverunt, ratumque habuerunt.

Die nona Junii hora matutina, præmissa Missa solemniter cantata de Spiritu Sancto, cui Vocales omnes interfuerunt, videlicet Reverendissimus P. F. Petrus Joannetius de Molina totius Ordinis Minister Generalis, Reverendissimus P. F. Raphael a Lugagnano Ex-Minister Generalis, & actualis Familiæ Cismontanæ Commissarius Generalis, Reverendissimus P. Joannes Antonius a S. Cruce Ex-Vice-Commissarius Generalis, Adm. RR. PP. Bernardinus a Terlitio Commissarius Generalis Curiæ, Joseph Maria a Gallipoli Procurator Generalis Reformatorum, Philippus de Vigone Definitor Generalis, Bernardinus ab Aversa Definitor Generalis, Anacletus de Roma Definitor Generalis, Joannes Petrus de Roma Definitor Generalis, Clemens a Panormo Definitor Generalis, Josephus a Valcovarino Definitor Generalis, Alexius a Neapoli Definitor Generalis, Alexius a Roma Definitor Generalis subrogatus, Vincentius Scutari Definitor Generalis, & Paulus Joannes a Bastia Definitor Generalis substitutus: Hi omnes a prædicto Reverendissimo P. Ministro Generali in Capitulo congregati fuerunt, factaque illis brevi exhortatione super relevantia electionis faciendæ, ad tramites Constitutionum Apostolicarum, & Ordinis in Personam, quæ secundum Deum spirituali, temporalique Religionis nostræ bono magis ab ipsis censeretur idonea, assignatis ex communi Vocalium consensu tribus Disquisitoribus, & ex ipsis uno Scriba, ac præmissis præmittendis, servatisque omnibus servandis, ad electionem ventum est, fuitque, ut sequitur:

In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

HÆC est electio Reverendissimi P. Commissarii Generalis hujus Cismontanæ Familiæ per PP. Vocales in hoc Sacro Assisiensi Conventu S. Mariæ Angelorum capitulariter, & legitime congregatos anno Domini millesimo septingentesimo quinquagesimo tertio, die vero nona Junii canonice, & rite celebrata, præsidente in ea Reverendissimo Patre Nostro Fratre Petro Joannetio de Molina totius Ordinis Fratrum Minorum S. P. N. Francisci Ministro Generali; in qua quidem electione intervenerunt quindecim Suffragia, quæ in hunc modum fuere distributa, videlicet: Adm. R. P. Clemens a Panormo habuit votum unum, & Adm. R. P. Bernardinus a Terlitio habuit vota quatuordecim. Cum igitur in hunc secundum major Vocalium pars convenerit, Ego Fr. Joannes Petrus a Roma unus ex Disquisitoribus, & Compromissariis, virtute compromissi in me, & socios meos limitati, nomine omnium, qui in dictam electionem convenerunt, & consenserunt, præfatum Reverendissimum P. Bernardinum a Terlitio Commissarium Generalem canonice electum nomino, & sic electum denuntio: In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Ita est F. Petrus Joannetius de Molina Minister Generalis, & Præses.

Ita est F. Joseph Maria a Gallipoli Procurator Generalis Reformatorum, & Disquisitor.

Ita est Fr. Iosephus a Valcovarino Definitor Generalis, & Disquisitor.

Ita est Fr. Joannes Petrus a Roma Definitor Generalis, Disquisitor, & Secretarius.

Vacante Officio Commissarii Generalis Curiæ, a Reverendissimo Patre Ministro Generali institutus fuit

ad

ad illud Adm. Rev. P. Carolus Maria a Perusio Lector Jubilatus, Ex-Provincialis, & Ordinis Chronologus, unus ex determinatis ab ultimo Capitulo Generali ad tale Munus in casu vacantiæ dicti Officii.

In Guardianum, & Custodem Terræ Sanctæ, de consilio Discretorii Generalis, electus fuit P.Fr.Pius a Metone Lector Jubilatus, Ex-Definitor, & Commissarius Terræ Sanctæ Mediolanensis.

SESSIO OCTAVA

Habita die undecima Junii.

Definitorium Generale, mature consideratis, ac discussis omnibus, quæ in supplici Libello Patris Simonis Andrusin exponuntur super præcedentia, & prærogativis Patrum, quæ ipsi deberentur, ex quo Provinciam Immaculatæ Conceptionis in Bulgaria, & Vallachia rexerit in munere Vicarii Provincialis per biennium Capitulare; declaravit, revera gaudere omnibus honoribus, prærogativis, ac præcedentia, quibus Vicarii Provinciales frui, & gaudere solent; quippe qui biennium Capitulare juxta Ordinis morem binis interpositis Regularibus Functionibus, Congregationis nimirum, & Capituli, in munere suo expleverit.

Statuta municipalia, quæ sibi observanda composuit Provincia Observantium S. Ladislai in Sclavonia typis edita, cum ex parte contineant nonnulla recto Animarum regimini minime consentanea, quamplurima nimis rigore conferta, & alia passim, quæ Apostolicis Constitutionibus, nostrique Ordinis Generalibus Statutis contradicunt; Definitorium Generale decrevit, ea commendanda, uti commendat Reverendissimo Patri Commissario Generali Familiæ, ut per Patres ad id negotii idoneos emendentur, & corrigantur, & sic correcta, & emendata, authoritate, quæ eidem a Congregatione Generali ad hoc confertur, a se confirmentur, & ad Provinciam pro respectiva observantia remittantur.

Lecto supplici Libello Provinciæ Observantis Majoris Poloniæ, petentis primo erectionem Studii Generalis primæ classis in Conventu Posnaniensi; & secundo, ut institutio Lectorum pro Studiis Generalibus dictæ Provinciæ remittatur Ministro Provinciali una cum Definitorio ejusdem Provinciæ; Discretorii Patres unanimiter responderunt: Ad primum, pro gratia. Ad secundum, servandas esse Constitutiones Generales Ordinis.

SESSIO NONA

Habita die 12. Junii.

Lectis omnibus Actis, & Decretis hujusce Congregationis Generalis, omnes Patres unanimi omnium, & singulorum consensu cuncta confirmaverunt, & propria uniuscujusque subscriptione firmaverunt.

Fr. Petrus Joannetius de Molina Minister Generalis, & Præses.

Fr. Raphael a Lugagnano Ex-Minister Generalis, & Ex-Commissarius Generalis immediatus.

Fr. Bernardinus a Terlitio Commissarius Generalis.

Fr. Joannes Antonius a Sancta Cruce Discretus perpetuus.

Fr. Carolus Maria Perusinus Commissarius Generalis Curiæ.

Fr. Joseph Maria a Gallipoli Procurator Generalis Reformatorum.

Fr. Philippus de Vigone Definitor Generalis.

Fr. Alexius a Neapoli Definitor Generalis.

Fr. Bernardinus ab Aversa Definitor Generalis.

Fr. Anacletus de Roma Definitor Generalis.

Fr. Joannes Petrus a Roma Definitor Generalis.

Fr. Clemens de Panormo Definitor Generalis.

Fr. Josephus a Valcovarino Definitor Generalis.

Fr. Alexius a Roma Definitor Generalis subrogatus.

Fr. Vincentius Scutari Definitor Generalis subrogatus.

Fr. Paulus Joannes a Bastia Definitor Generalis substitutus, & Reverendissimi Discretorii Generalis Secretarius.

Finis Actorum Congr. Gen. Assisien.

1753. 15. *Junii. = Hac die prodiit Decisio altera S. Rotæ Romanæ in* Majoricen. Manutentionis super Circumscriptione *coram R. P. D. Figueroa, conformis ei, quam supra dedimus 23. Februar. 1753. Aliaque item conformis prodivit 6. Maji 1754. cor. R. P. D. Vicecomite.*

1753. 2. Julii. *S.Congregationis, Propagandæ Fidei præpositæ, Decretum, ne in Missionariorum Collegio Provinciæ Bæticæ, quod est extra muros Urbis Arborigæ* (*vulgo* Arcos), *Communitas extra claustrum exeat, nisi ob causas expressas in Constitutionibus a V. Innocentio XI. confirmatis.*

2. Julii 1753.

Cum in Constitutionibus editis pro Collegiis, seu Seminariis Missionum FF. Minorum Observantium Ultramontanæ Familiæ, a Ven. Innocentio XI. per suas Literas in forma Brevis sub dat. 16. Octobris anni 1686. confirmatis, inter alia statutum sit, quod Communitas e Seminario non exeat, nisi rara, & gravissima causa, ut ad Exequias alicujus Religiosi ejusdem Ordinis, vel Syndici Apostolici, non autem ad associandos alios Defunctos, vel ad publicas Processiones; Sacra Congregatio, relato per Eminentissimum, & Reverendissimum Dominum Card. Lantem supplici libello Præsidis, seu Guardiani, & Discretorum Collegii, seu Seminarii Missionum Provinciæ Bæticæ, existentis extra muros Civitatis Arcensis, Hispalensis Diœcesis, justis Oratorum precibus benigne annuendo decrevit, omnino esse servandas ante dictas Constitutiones, ita ut non permittatur Communitati e Seminario exire, nisi causis expressis in eisdem Constitutionibus.

Dat. Romæ ex Ædibus præfatæ S. Congregationis, die, & anno, quibus supra.

S. Card. Valenti Præfectus.

Nicolaus Lercarius Secretar.

Loco ✠ Sigilli.

Constitutiones a V. Innocentio XI. confirmatæ, de quibus supra mentio fit, habentur in Chronol. P. Perusin. part. 1. p. 272. col. 2. seqq. Constitutio autem nominatim, cujus custodia hoc Decreto imperatur, legitur p. 276. col. 2. circ. med.

1753.

1753. 7. Jun. *S. R. C. Decretum Extensionis Officii, & Missæ* B. Ladislai a Gielniow, *necnon Elevationis ritus.*

Regni Poloniæ, & Magni Ducatus Lithuaniæ.

CUm aliàs Sacrorum Rituum Congregatio sub die 2. Maji elapsi Anni 1750. concesserit Officium, & Missam de Comm. Conf. non Pont. in memoriam B. LADISLAI de GIELNIOW Ordinis Minorum Observantium S. Francisci, quotannis recitandum, & respective celebrandam sub ritu Duplicis majoris in Oppido de Gielniow, in Civitate Varsaviæ, & Ducatu Masoviæ; subindeque Sanctissimus Dominus Noster Benedictus Papa XIV. die 11. Martii 1752. Orationem, & Lectiones secundi, ac tertii Nocturni proprias præfati Beati benigne approbaverit, easque recitandas concesserit; hinc non minus pie, quam enixe Serenissimus Poloniæ Rex, ac Reverendissimus Archiepiscopus Gnesnensis, & Episcopus Cracovien., aliique Episcopi præfati Regni, pro Extensione supradicti Officii cum Oratione, & Lectionibus secundi, & tertii Nocturni, ut supra, jam approbatis, ac Missæ ejusdem Beati, tanquam Patroni Principalis, ad universum Clerum Sæcularem, & Regularem Regni Poloniæ, & Magni Ducatus Lithuaniæ, necnon pro Elevatione ritus ad duplicem Primæ Classis cum Octava tam in ipso Oppido Gielniow, Civitate Varsaviæ, ac Ducatu Masoviæ, quam in toto Regno, & Ducatu (*Lithuan.*), eidem Sanctissimo Domino Nostro per Literas particulares, a P. Fr. Matthæo Roznerski Ex-Provinciali Majoris Poloniæ prædicti Ordinis, Causæ Postulatore, exhibitas, supplicarunt. Hisce autem Literis a Sanctitate Sua ad Sac. Rituum Congregationem remissis, & per Emiuentissimum, & Reverendissimum Dominum Card. S. Cæsarei, præfati Regni, & Ducatus Lithuaniæ apud S. Sedem Protectorem, relatis, Sac. eadem Congregatio hujusmodi instantiis annuendo indulsit, ut dictum Officium cum indicatis Oratione, ac Lectionibus secundi, & tertii Nocturni propriis, ac Missa Beati LADISLAI prædicti sub ritu Duplicis Primæ Classis cum Octava ab omnibus Christifidelibus tam Sæcularibus, quam Regularibus utriusque sexus, qui in præfato Oppido Gielniow, Civitate Varsaviæ, Ducatu Masoviæ, ac in toto Regno Poloniæ, & Magno Ducatu Lithnaniæ ad Horas Canonicas tenentur, singulis annis die prima Septembris recitari, ac respective celebrari valeat, si Sanctissimo Domino Nostro visum fuerit. Die 7. Julii 1753.

Factaque deinde per me Secretarium de prædictis eidem Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit. Die 14. ejusdem mensis, & anni 1753.

D. F. Card. Tamburinus Præfectus.

M. Marefuscus S. R. C. Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

1753. 7. Jun. *Rmi P. Commissarii Generalis Literæ encyclicæ, quibus Cismontanæ Familiæ suam significans electionem, saluberrima quædam simul præscribit.*

FR. BERNARDINUS

A TERLITIO

S. Theologiæ Lector Jubilatus, & in hac Cismontana Fratrum Minorum Familia Commissarius Generalis, & Servus

Dilectis Nobis plurimum in Christo omnibus ejusdem Familiæ Patribus, & Fratribus, Superioribus, & Subditis salutem, & Seraphicam Benedictionem.

IN Generali Congregatione, quæ Assisij in Venerabili Conventu nostro S. Mariæ Angelorum, Divino favente Numine, nuper celebrata est, disposuit Superna Providentia imperscrutabili judicio suo, ut Nos, licet immeriti, tantoque muneri prorsus impares, in Generalem Cismontanæ hujusce Familiæ Commissarium, omnibus, quibus jus erat, consentientibus, eligeremur. Id, Fratres dilectissimi, hisce nostris encyclicis Literis vobis significare, muneris nostri esse duximus, ut hinc scilicet sciat quisque vestrum, ad cujusnam, ceu amantissimi Patris, atque etiam humilis in Domino Servi, opem in necessitatibus, ærumnisque suis confugere possit.

Verum enim vero, cum nihil magis Nobis cordi sit, quam vestigiis inhærere Prædecessoris nostri, cujus zelo, prudentiæ, ac fortitudini quantum debeat totus Seraphicus Ordo, nescius profecto nemo nostrum est; notum propterea vobis omnibus esse volumus, nulli Nos gratiam aliquam, favoremque concessuros, nisi prius Minister Provincialis, cujus ille jurisdictioni subjicitur, certos Nos reddiderit, justum, dignumque esse, ut quod petitur, concedatur. Si quis ergo Fratrum opus habuerit aliqua facultate, dispensatione, aliisve id genus gratiis, quæ a Nobis tantum concedi possunt, curet, ut suus Superior Provincialis ad Nos scribat, idque a Nobis postulet illius nomine, quod ipse optat. Tunc enim, & non aliter, ejus petitionibus, quantum in Domino possumus, benigne annuere non detrectabimus. Monemus tamen Ministros Provinciales, ne facilius, quam æquitas postulet, suorum Subditorum desideriis, petitionibusque obsequantur. Optamus præterea, sibi persuadeant omnes, animoque alte infigant, Nos pro viribus impedituros, ne Fratres extra propriam Provinciam, nisi manifesta, quæque Nobis constet, necessitas urgeat, divagentur. Idcirco qui in aliena Provincia modo existunt, ejusdem Provinciæ Minister statim eos vigore præsentium ad propriam redire cogat, nisi vel publicum aliquod munus, Superiorum jussu, in illa ipsi exerceant, vel speciali nostra facultate muniti in ea morentur.

Porro cum non privatum dumtaxat, verum etiam publicum Ordinis bonum ab exacta tum Regulæ, quam Domino promisimus, tum Apostolicarum, nostrarumque Constitutionum impletione apprime dependeat; ideo earumdem omnium observantiam sub pœnis contra transgressores in illis expressis districte præcipimus, & pro viribus inculcamus. Cæteras au-

tem inter Apostolicas Constitutiones ea præsertim volumus semper præ oculis ab omnibus habeatur, & religiose observetur, quam sub die 5. Augusti anno 1748. edidit Sapientissimus, vereque Optimus Pontifex Benedictus XIV., quæque incipit *Sacrosancti Apostolatus Officium*: videlicet omnibus, & singulis Fratribus nostræ curæ subjectis præcipimus sub pœna incarcerationis, privationis officiorum, & perpetuæ inhabilitatis ad illa deinceps obtinenda, aliisque in prædicta Apostolica Constitutione comminatis pœnis, ne quis illorum sive pro consequenda commissorum criminum debitæ eis pœnæ remissione, sive (quod damnabilius est) pro obtinendis in Ordine officiis, dignitatibus, vel cujuscumque generis gradibus, ad Seculares, aliasve extra Ordinem Personas recurrere audeat, earumque patrocinium, favorem, vel gratiam implorare. Ad Nos quod attinet, sicuti laudatam Constitutionem pro viribus implere conabimur, ita transgressores omnes, qualescumque sint, severissime, quoad fieri a Nobis poterit, juxta illius præscriptum puniemus. Si qui proinde, falsa, commentitiaque gravamina causati, vel ad Nos, vel ad Romanæ Curiæ Tribunalia immediate, non servato scilicet juris ordine in illa Constitutione præscripto, temerario ausu recurrere præsumpserint, certo sciant, se pœnas omnes, & præsertim carceris per bimestre, in ea comminatas, aliasque etiam arbitrio nostro infligendas, indeclinabiliter incursuros. Hi quoque omnes alta sibi mente reponant, nunquam fore, ut id, quod adeo distorte, tamque indigne obtinere conati sunt, consequantur. Imo nitemur viribus, nervisque omnibus, non solum, ut tamquam memoratæ Constitutionis transgressores puniantur a suis respective Ministris Provincialibus; verum etiam ut in promotionibus ad Provinciæ gradus deinceps faciendis nulla prorsus ipsorum habeatur ratio, sed veluti omnino indigni palam, aperteque rejiciantur.

Notum etiam vobis omnibus esse cupimus, maximo Nos desiderio teneri, ut Religiosi omnes nostræ curæ subjecti accuratius, quoad possunt, tam Philosophiæ, quam Theologiæ, Sacrarumque Literarum, atque Canonum studiis incumbant. Curabimus idcirco summo studio, ac diligentia, ut in publicis, quæ, juxta Ordinis nostri Statuta, fieri solent, tentaminibus ad Cathedras obtinendas, jus cuique reddatur suum; neque patentes Literas pro Lectoris munere obeundo expediri in Curia nostra sinemus, nisi prius omnibus, qui tunc periculum subiere, sors sua constiterit, ut hinc scilicet, qui se gravatum senserit, ad Nos appellare libere possit. Hoc enim in casu mandabimus, ut sub aliis Judicibus iterum omnes specimen sui exhibeant: verum hac lege, ut si ex altero hoc tentamine Nobis constiterit, aliquem; vel aliquos ex iis, qui Judicis munere in primo periculo functi sunt, contra justitiam peccasse, huic iterum muneri obeundo perpetuò inhabiles sint; & qui ex Concurrentibus ad vacantem Cathedram melius, posteriorum Judicum sententia, se gesserit, Cathedram ipsam obtineat: Si vero Nobis constiterit ex eorundem posteriorum Judicum relatione, temere ad Nos factum fuisse recursum, is, qui conquestus est, præter disciplinam, quam per integrum *Miserere* in publica refectione jussu nostro subibit, perpetuæ inhabilitatia ad Cathedram obtinendam pœna multetur.

Porro in Novitiis ad Habitum recipiendis conscientiam Ministrorum Provincialium, ac Patrum Definitorii graviter coram Domino oneramus, præcipientes, ut in hoc tam gravi negotio ea omnia executioni mandentur, quæ Prædecessor Noster in Encyclica sua sub die 21. Novembris anno 1744., ab omnibus observanda, summa prudentia constituit. Expresse itidem, ejusdem vestigiis inhærentes, prohibemus, ne quisquam ad Habitum recipiatur, qui sit filius unicus matris suæ; idque interdictum volumus, non solum si ille careat fortunæ bonis, verum etiam si iisdem abundet: contingere siquidem potest, ut ejus parentes ope illius indigeant; sors enim omnia versat, adversique casus caveri non ita facile queunt.

Ad Visitatores Provinciarum quod spectat, nonnulla propediem, Deo dante, determinabimus, quæ ad illarum gravamina vel prorsus tollenda, vel saltem minuenda, vitandasque perturbationes, quæ in iisdem, illorum culpa, quandoque excitantur, profutura speramus: summopere quippe cupimus, ut tam Provinciales Ministri, quam Visitatores injuncti sibi muneris partes religiose adimpleant.

Hisce demum nostris Litteris juncta damus Acta Congregationis Generalis nuper, ut diximus, Assisii celebratæ; mandantes in virtute sanctæ Obedientiæ omnibus Ministris Provincialibus, ut in singulis Conventibus suæ jurisdictionis ea, prout moris est, publicari, & exequi pro viribus curent.

Interim vero, Fratres dilectissimi, Filiique in Domino charissimi; dum Seraphicam Benedictionem vobis ex corde impertimur, oramus vos, & obsecramus per viscera misericordiæ Dei nostri, ut pro incolumitate Sanctissimi D. N. Benedicti XIV. Pontificis vere Maximi, & Eminentissimi Cardinalis Protectoris, pro exaltatione S. Romanæ Ecclesiæ, ejusque tranquillitate, & pace, pro Christianorum Principum concordia, ac demum pro Nobis preces ad Deum, bonorum omnium datorem optimum, indesinenter effundatis.

Romæ in Conventu nostro Aracœlitano hac die 7. Mensis Julii Anno 1753.

PP., & RR. VV.

Addictissimus Servus in Domino
F. Bernardinus Commissarius Generalis.

De mandato Rmi in Christo Patris
F. Franciscus Antonius a Mutiliana
Secretarius Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

1753. 9. Jul. *Excerpta nonnulla ex Constitutione*, Sollicita, *qua methodus præscribitur, in examine, & proscriptione Librorum servanda.*

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

SOllicita, ac provida Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum vigilantia in eam semper curam incubuit, ut Christifideles ab eorum Librorum lectione averteret, ex quibus incauti, ac simplices detrimenti quidpiam capere possent, imbuique opinionibus, ac doctrinis, quæ vel morum integritati, vel Catholicæ Religionis Dogmatibus adversantur. (*& infra*).

§. 1. Qua maturitate, consilio, ac prudentia in Con-

Congregatione Universalis Inquisitionis de proscribendis, vel dimittendis Libris deliberetur, cùm neminem latere putamus, tum Nos ipsi plane perspectum, ac diuturna experientia compertum habemus . . . . . Haud minoris diligentiæ testimonium ferre possumus, adeoque debemus pro altera Congregatione Indicis, cui generaliter incumbit, ut supra diximus, de quorumvis Librorum proscriptione decernere . . . . .

§. 2. Sed quoniam compertum est Nobis, itque exploratum, multas Librorum proscriptiones, præsertim quorum Auctores Catholici sunt, publicis aliquando, privatisque querelis in reprehensionem adduci, tanquam si temere, ac perfunctorie in Tribunalibus Nostris ea res ageretur; operæ pretium duximus, hac Nostra perpetuo valitura Constitutione certas, firmasque regulas proponere, juxta quas deinceps Librorum examen, judiciumque peragatur; tametsi plane affirmari possit, idipsum jampridem vel *eadem prorsus* ratione, vel alia *æquipollenti*, *constanter* actum fuisse.

§. 3. Porro Romanæ Universalis Inquisitionis Congregatio ex pluribus constat S. R. E. Cardinalibus a Summo Pontifice delectis, quorum alii Sac. Theologiæ, alii Canonici Juris doctrina, alii Ecclesiasticarum rerum peritia, munerumque Romanæ Curiæ exercitatione, prudentiæ demum, ac probitatis laude, conspicui habentur. His adjungitur unus ex Romanæ Curiæ Præsulibus, quem Assessorem vocant; unus etiam ex Ordine Prædicatorum Sac. Theologiæ Magister, quem Commissarium appellant; certus præterea Consultorum numerus, qui ex utroque Clero, Sæculari ac Regulari, assumuntur; alii demum præstantes doctrina Viri, qui a Congregatione jussi, de Libris censuram instaurant, iisque Qualificatorum nomen tributum est, (*& infra*).

§. 6. Altera quoque Indicis Congregatio plures complectitur Cardinales, ipsi a Pontifice adscriptos, iisdemque dotibus præditos, quibus S. Officii Cardinales pollere solent; quum etiam eorum aliquos in utraque Congregatione locum habere contingat. Ex iis unus ejusdem Congregationis Præfectus existit; Assistens vero perpetuus est Magister S. Palatii; Secretarius autem a prima Congregationis institutione usque in præsentem diem ex Ordine FF. Prædicatorum a Summo Pontifice pro tempore eligi consuevit. Sunt præterea ex utroque Clero, Sæculari & Regulari, ejusdem Congregationis Consultores, & Relatores selecti; & quidem, ubi aliquis Librorum relationes coram Congregatione semel, bis, tertio laudabiliter peregerit, tum ipsa Congregatio Pontificem rogare solet, ut ejus auctoritate in Consultorum numerum referatur. (*& infra*).

§. 8. Quemadmodum ad Assessorem S. Officii pertinet, de actis in Congregatione Summum Pontificem certum reddere; ita ad Secretarium Congregationis Indicis spectabit, quoties hæc Librum aliquem proscribendum, aut emendandum censuerit, ejusdem Pontificis assensum, prævia diligenti actorum omnium relatione, exquirere. (*& infra*),

§. 10. Conquestos scimus aliquando nonnullos, quod Librorum judicia, & proscriptiones, inauditis Auctoribus, fiant, nullo ipsis loco ad defensionem concesso. Huic autem querelæ responsum fuisse novimus, nihil opus esse Auctores in judicium vocare, ubi non quidem de eorum personis notandis, aut condemnandis agitur, sed de consulendo Fidelium indemnitati, atque avertendo ab ipsis periculo, quod ex noxia Librorum lectione facile incurritur; siqua vero ignominiæ labe Auctoris nomen ex eo aspergi contingat, id non directe, sed oblique ex Libri damnatione consequi. Qua sane ratione minime improbandas censemus hujusmodi Librorum prohibitiones, inauditis Auctoribus, factas; quum præsertim credendum sit, quidquid pro se ipso, aut pro doctrinæ suæ defensione potuisset Auctor afferre, id minime a Censoribus, atque a Judicibus ignoratum, neglectumve fuisse. Nihilo tamen minus, quod sæpe aliàs summa æquitatis, & prudentiæ ratione ab eadem Congregatione factum fuisse constat, hoc etiam in posterum ab ea servari magnopere optamus, ut quando res sit de Auctore Catholico, aliqua nominis, & meritorum fama illustri, ejusque Opus, demptis demendis, in publicum prodesse posse dignoscatur, vel Auctorem ipsum suam causam tueri volentem audiat, vel unum ex Consultoribus designet, qui *ex Officio* Operis patrocinium, defensionemque suscipiat.

§. 11. Quemadmodum vero, ubi de Congregatione S. Officii agebamus, eidem Nos semper interfuturos recepimus, quotiescumque de Libro, cujus materia gravioris momenti sit, judicium agatur; quod erit Nobis facillimum, quum eadem Congregatio qualibet Feria quinta coram Nobis habeatur; sic & Indicis Congregationi præsentiam Nostram impendere parati sumus, quoties rei gravitas id promereri videbitur. Neque enim id opus esse dicendum est, quum vel hæretici hominis Liber denunciatur, in quo Auctor errores Catholico Dogmati adversantes consultò tradit, aut tuetur; vel Opus aliquod in examen adducitur, quo rectæ morum regulæ labefactantur, ac vitiis, & corruptelis fomenta præbentur. In his enim casibus ne illas quidem, quas supra scripsimus, accuratiores cautelas adhibere necesse erit; sed, hæretico dogmate, vel pravo moris incitamento semel comperto, proscriptionis Decretum illico sanciendum erit, juxta 1., 2., & 7. Indicis Regulas, Sacros. Trid. Concilii jussu editas, atque vulgatas. (*& infra*).

§. 16. Tametsi hactenus cautum sit, cavendumque deinceps non dubitemus, ut ad referendum, & consulendum in prædicta Congregatione ii solum admittantur, qui scientiam rerum, quas Libri delati respective continent, diuturno studio acquisitam possideant; decet enim de artibus solos artifices judicare; nihilominus si forte eveniat, ut alicui per errorem materia aliqua discutienda committatur, ab illius peculiaribus studiis aliena, idque a Censore, aut Consultore electo ex ipsa Libri lectione deprehendatur; noverit is, se neque apud Deum, neque apud homines culpa vacaturum, nisi quamprimum id Congregationi, aut Secretario aperiat, seque ad ferendam de hujusmodi Libro censuram minus aptum professus, alium magis idoneum ad id muneris subrogari curet; quo tantum abest ut existimationis suæ dispendium apud Pontificem, & Cardinales passurus sit, ut magnam potius probitatis, & candoris opinionem, & laudem sibi sit conciliaturus. (*& infra*).

§. 21. Prodeunt aliquando Libri, in quibus falsa, & reprobata dogmata, aut systemata, Religioni, vel moribus exitiosa, tanquam aliorum inventa, & cogitata, exponuntur, & referuntur, absque eo quod Auctor, qui Opus suum pravis hujusmodi mercibus

oherara sategit, ea refutandi curam in se recipiat. Putant vero qui talia agunt, nulli sese reprehenzioni, aut censuræ obnoxios esse, propterea quod de alienis, ut ajunt, opinionibus nihil ipsi affirment, sed historice agant. At quidquid sit de eorum animo, & consilio, deque personali in eos animadversione, de qua viderint qui in Tribunalibus, ad coercenda crimina institutis, jus dicunt; dubitari certe non potest, magnam ejusmodi Libris in Christianam Rempublicam labem, ac perniciem inferri; quum incautis lectoribus venena propinent, nullo exhibito, vel parato, quo præserventur, antidoto. Subtilissimum hoc humanæ malitiæ inventum, ac novum seductionis genus, quo simplicium mentes facile implicantur, quam diligentissime Revisores advertant, ac censuræ subjiciant; ut vel hujusmodi Libri, si aliqua ex ipsis capi possit utilitas, emendentur, vel in vetitorum Indicem omnino referantur.

§. 22. In ea, quam superius laudavimus, Prædecessoris Nostri Clementis Papæ VIII. Instructione *tit. de correct. Libr.* §. 2. sapientissime cautum legitur, ut *quæ famæ proximorum, & præsertim Ecclesiasticorum, & Principum, detrahunt, bonisque moribus, & Christianæ Disciplinæ sunt contraria, expungantur*. Et paulo post: *Facetiæ etiam, aut dicteria, in perniciem, aut præjudicium famæ, & existimationis aliorum jactata, repudientur*. Utinam vero in aspectum, lucemque hominum Libri ejusmodi in hac temporum licentia, & pravitate non efferrentur, in quibus dissidentes Auctores mutuis se jurgiis, conviciisque proscindunt; aliorum opiniones, nondum ab Ecclesia damnatas, censura perstringunt; adversarios, eorumque Scholas, ac Cœtus sugillant, & pro ridiculis ducunt, magno equidem bonorum scandalo, hæreticorum vero contemptu, qui, digladiantibus inter se Catholicis, seque mutuo lacerantibus, plane triumphant. Etsi vero fieri non posse intelligamus, ut disputationes omnes e mundo tollantur, præsertim cum Librorum numerus continenter augeatur; *Faciendi enim plures Libros nullus est finis*, ut est apud Ecclesiasten cap. 12.; compertum præterea Nobis sit, magnam aliquando utilitatem ex iis capi posse; modum tamen in defendendis opinionibus, & Christianam in scribendo moderationem servari merito volumus: *Non inutiliter* (inquit Augustinus in Enchirid. cap. 59. prope finem) *exercentur ingenia, si adhibeatur disceptatio moderata, & absit error opinantium, se credere, quod nesciunt*. Qui veritatis studium, & purioris Doctrinæ zelum, quo suarum scriptionum mordacitatem excusent, obtendere solent; ii primum intelligant, non minorem habendam veritatis, quam Evangelicæ mansuetudinis, & Christianæ Charitatis rationem. Charitas autem de corde puro, patiens est, benigna est, non irritatur, non æmulatur, non agit perperam; (utque addit idem Augustinus lib. contra Litteras Petiliani cap. 29. num. 31.) *sine superbia de veritate præsumit, sine sævitia pro veritate certat*. Hæc magnus ille non Veritatis minus, quam Charitatis Doctor & scripto, & opere præmonstravit. Nam in suis adversus Manichæos, Pelagianos, Donatistas, aliosque tam sibi, quam Ecclesiæ adversantes; assiduis conflictationibus, id semper diligentissime cavit, ne quempiam eorum injuriis, aut conviciis læderet, atque exasperaret. Qui secus scribendo, vel disputando fecerit, is profecto nec Veritatem sibi præcipue cordi esse, nec Charitatem sectari se ostendit.

§. 23. Ii quoque non satis idoneam, justamque excusationem afferre videntur, qui ob singulare, quod profitentur, erga veteres Doctores studium; eam sibi scribendi rationem licere arbitrantur. Nam si carpere novos audeant, forte ab lædendis veteribus sibi minime temperassent, si in eorum tempora incidissent; quod præclare animadversum est ab Auctore Operis imperfecti in Matthæum hom. 42.: *Cum audieris, inquit, aliquem beatificantem antiquos Doctores, proba, qualis sit circa suos Doctores: Si enim illos, cum quibus vivit, sustinet, & honorat, sine dubio illos, si cum illis vixisset, honorasset: Si autem suos contemnit, si cum illis vixisset, & illos contempsisset*. Quamobrem firmum, ratumque sit omnibus, qui adversus aliorum sententias scribunt, ac disputant, id, quod graviter, ac sapienter a Venerabili Servo Dei Prædecessore Nostro Innocentio Papa XI. præscriptum est in Decreto edito die 2. Martii anni 1679. *Tandem*, inquit, *ut ab injuriosis contentionibus Doctores, seu Scholastici, aut alii quicumque in posterum abstineant, ut paci, & charitati consulatur; idem Sanctissimus in virtute Sanctæ Obedientiæ eis præcipit, ut tam in Libris imprimendis, ac Manuscriptis, quam in Thesibus, ac Prædicationibus, caveant ab omni censura, & nota, necnon a quibuscumque conviciis contra eas propositiones, quæ adhuc inter Catholicos controvertuntur, donec a Sancta Sede recognitæ sint, & super eis judicium proferatur*. Cohibeatur itaque ea Scriptorum licentia, qui, ut ajebat Augustinus lib. 12. Confess. cap. 25. num. 34., *sententiam suam amantes, non quia vera est, sed quia sua est*, aliorum opiniones non modo improbant, sed illiberaliter etiam notant, atque traducunt. Non feratur omnino, privatas sententias, veluti certa, ac definita Ecclesiæ Dogmata, a quopiam in Libris obtrudi, opposita vero erroris insimulari; quo turbæ in Ecclesia excitantur, dissidia inter Doctores aut seruntur, aut foventur, & Christianæ Charitatis vincula persæpe abrumpuntur.

§. 24. Angelicus Scholarum Princeps, Ecclesiæque Doctor Sanctus Thomas Aquinas, dum tot conscripsit numquam satis laudata Volumina, varias necessario offendit Philosophorum, Theologorumque opiniones, quas, veritate impellente, refellere debuit. Ceteras vero tanti Doctoris laudes id mirabiliter cumulat, quod adversariorum neminem parvipendere, vellicare, aut traducere visus sit, sed omnes officiose, ac perhumaniter demereri: Nam si quid durius, ambiguum, obscurumque eorum dictis subesset; id leniter, benigneque interpretando emolliebat, atque explicabat. Si autem Religionis, ac Fidei causa postulabat, ut eorum sententiam exploderet, ac refutaret; tanta id præstabat modestia, ut non minorem ab iis dissentiendo, quam Catholicam Veritatem asserendo, laudem mereretur. Qui tam eximio uti solent, ac gloriari Magistro (quos magno numero esse, pro singulari Nostro erga ipsum cultu, studioque gaudemus); ii sibi ad æmulandum proponant tanti Doctoris in scribendo moderationem, honestissimamque cum adversariis agendi, disputandique rationem. Ad hanc ceteri quoque se se componere studeant, qui ab ejus Schola, Doctrinaque recedunt. Sanctorum enim virtutes omnibus in exemplum ab Ecclesia propositæ sunt: Cumque Angelicus Doctor Sanctorum Albo adscriptus sit, quamquam diversa ab eo sentire liceat, ei tamen contrariam in agendo, ac disputando rationem inire omnino non licet. Nimium interest publicæ tranquillitatis, proximorum ædificationis

&

& Charitatis, ut e Catholicorum scriptis absit livor, acerbitas, atque scurrilitas a Christiana institutione, ac disciplina, & ab omni honestate prorsus aliena. Quamobrem in hujusmodi Scriptorum licentiam graviter pro munere suo censuram intendant Revisores Librorum, eamque Congregationis Cardinalibus cognoscendam subjiciant, ut eam pro zelo suo, & potestate coerceant.

§. 25. Quæ hactenus a Nobis proposita, ac constituta sunt, Prædecessorum Nostrorum Decretis plane consona, Congregationum quoque Nostrarum Legibus, & Consuetudinibus comprobata, in Librorum examine, ac judicio instituendo, Apostolica auctoritate deinceps servari decernimus *&c.*

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1753. septimo Idus Julii Pontificatus Nostri Anno Tertiodecimo.

D. Card. Passioneus.
J. Datarius.
Visa de Curia
J. C. Boschi.

Loco ✠ Plumbi.

J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicat. die 23. ejusdem Mensis, & Anni.

Priores Constitutionis lacinias exhibuimus, ut quorumdam partim imperitorum, partim improborum sermones, si occasio fuerit, retundere nostrates possint, sicut Viri potissimum Religiosi debent. Tota quidem Constitutio magnopere in eum finem conducit. Sed quandoquidem illa copiosa est, contenti fuimus nonnulla solum exscribere.

Adjunximus paragraphum 16., propterea quod utilissimum, atque adeo necessarium illud monitum, commune est nostratibus, aliisque Librorum imprimendorum Censoribus, quibus nempe Romæ, & alibi eorumdem examen delegari solet.

Cetera demum subdidimus, ut etiam atque etiam intelligatur, qua cautione, qua moderatione animi, quo pudore, modestiaque verborum tum disputandum, tum scribendum Christiano homini sit, ne, etiam aliquando in suis dictis, scriptisque non secundùm scientiam zelus *obrepat.*

1753-13-Julii. *Decretum*
S. Congregationis Episc. & Regular. in
Auximana Juris quæstuandi.

IN Causa Auximana Juris quæstuandi vertente inter Promotorem Fiscalem Curiæ Episcopalis Auximi ex una, & Conventus Patrum Min. Observantium S. Benigni Laureti, & S. Mariæ de Varano Recineti ex altera partibus;

Sacra Congregatio *&c.*, referente Eminentissimo De Ilcio Ponente, Partibus auditis, ac re mature perpensa, censuit rescribendum, prout rescripsit = Attentis peculiaribus circumstantiis in casu, de quo agitur, licentiam quæstuandi non esse ab Episcopo denegandam = . Romæ 13. Julii 1753.

Præter ea, quæ ex generalibus Juris principiis, & ex Sententia lata per A. C. Cincium, ab utraque Parte disserebantur; quod deinde spectabat ad circumstantias facti (in quarum vim relatum Decretum prodiit, ut ex Decreti ipsius verbis colligitur), hæc producebantur utrinque, fuseque exornabantur.

Nimirum pro duobus prædictis Cœnobiis asserebatur, ingentem esse Religiosorum numerum, qui ex toto Orbe Catholico Lauretum confluunt, potissimum visitandi causa Almam Domum, in qua Verbum caro factum est: eosdem plerumque, insuperque Sæculares benefactores, vel euntes, vel redeuntes, per Urbem Recinetum transire: ipsis proinde in Conventibus illis alimoniam præberi: Lauretanum e contra territorium, ac Recinetense, angustum utrumque esse, eleemosynasque, quæ in iisdem colligi solerent, ne sufficere quidem copiosæ utriusque Familiæ Religiosis alendis: ea propter potiri duo illa Cœnobia peculiari privilegio, ab immemoriali tempore acquisito, quæritandi in Diœcesi Auximana, licèt essent extra Diœcesim eamdem constituta.

Pro Auximana vero Episcopali Curia proferebatur indigentia maxima plurimorum pauperum, Locorumque Piorum Diœceseos, quorum Episcopi Defensores, Patresque sunt: tum gravissima damna, quæ terræ motus frequentes, validique Auximanæ Diœcesi intulerant: deinde, quod in Civitate Auximana numerosus extaret nostrorum Conventus (nempe Auximanum Sacri Recessus Cœnobium), qui in Civitate ipsa, totaque Diœcesi quæritabat: denique si duobus Cœnobiis, de quibus agebatur, potestas fieret libere mendicandi in Diœcesi illa, quantumvis juste, ac rationabiliter denegata ab Episcopo licentia; illud omnino consequuturum, ut Regulares cuncti, qui in Maceratensi, qui in Anconitana, qui in Camerinensi, cæterisque finitimis Diœcesibus existebant, pari modo mendicare contenderent in Diœcesi Auximana, itaque futurum, ut novis litibus, dissidiisque sterneretur via; id quod summopere cavendum Judici esset.

Pars utraque, ut fieri solet, alterius Partis rationibus respondebat. At Eminentissimi Patres primum in Congregatione habita die 23. Februarii ejusdem anni 1753., Episcopali Curia dilationem petente, rescripserunt: Dilata, & interim pro facultate quæstuandi usque ad propositionem Causæ. *Deinde vero 13. Julii rescripserunt, ut supra.*

1753. 13. *Julii = Hac die, proposita iterum* Causa Calaritana Juris suffragandi, *S. Congregatio Episc. & Regular. decrevit:* In decisis, & amplius *&c. Vid. supr. 23. Februar. 1753.*

1753-31-Julii. *Reverendissimi*
P. Ministri Generalis Decretum, quo Definitorii Patribus Provinciæ S Petri Alcantaren. PP. Min. Discalceatorum in Terra Laboris potestatem facit eligendi deinceps Præsidem Valetudinaris Provinciæ, quod est in Neapolitano S. Luciæ Cœnobio, hujusque amen Guardiano immediatè suberit. Statuitque simul, quibus prævii cautionibus Tertiarii in eadem Provincia ad consuetum simplicium Votorum nuncupationem admittendi sint.

UTentes Apostolica facultate, qua fungimur, licentiam concedimus Rev. Definitorio pro tempore existenti nostræ Provinciæ S. Petri de Alcantara Discalceatorum nuncupat. in Terra Laboris, eligendi per secreta suffragia Præsidentem pro Infirmaria Conventus S. Luciæ in Monte Civitatis Neapolitanæ cum facultatibus &c. juxta petita. Eadem quoque Apostolica auctoritate præcipimus, & mandamus, ne quis deinceps in eadem Provincia recipiatur in Tertiariorum numerum; nisi prius per integrum

tegrum annum onus probationis subierit, & per duos alios annos immediate sequentes, probitatis suæ in alio Conventu specimen dederit, cum protestatione, & reservatione, ut in supplici libello, antequam ad consuetam simplicium Votorum professionem admittatur; hoc nostro Decreto quo ad omnia juxta petita perpetuis temporibus valituro.

Dat. Romæ ex Aracœli die 31. Julii anno 1753.

F. Petrus Joannetius de Molina Minister Generalis.

De mandato Rmi in Christo Patris

F. Fortunatus a Brixia Secret. Generalis Ordinis.

Loco ✠ Sigilli.

Primum caput supplicis libelli, qui a PP. Definitoris illius Provinciæ P. Ministro Generali fuit oblatum, ob peculiares circumstantias in libello ipso expositas facultatem petebat, ut per secreta suffragia eligi posset consequutoris temporibus per detta Infermeria un Presidente assoluto, subordinato però al P. Guardiano del Convento, qual Presidente dimorando in essa di continua personal residenza, possa con ogni possibil vigilanza, ed avvertenza reggerla, e governarla.

Caput vero alterum sic habebat: In oltre desidera il Definitorio, che dovendosi in avvenire ricevere Terziarj al nostro S. Abito, si proceda con più cautela, e quindi per piena sperienza della loro indole, e costumi, niuno sia più ammesso a quello, se prima non avrà servito almeno per due anni da Oblato in qualche nostro Convento; dopo ciò faccia nel Noviziato il solito, e rigoroso anno di sua probazione; questo compito, prosiegua (secondo le Costituzioni della medesima Provincia) a fare gli altri due anni di non rigoroso Noviziato in altro Convento; e quindi sia ammesso alla solita professione di Voti semplici, prima di cui debba protestarseli, che inciampando essi in grave colpa, sarebbono spogliati dell' Abito per sola facoltà del Ministro Provinciale pro tempore, senza Processo, nè altro atto giuridico, o formalità di giudizio, il che tutto dovrà chiaramente spiegarsi nell' atto autentico, che della loro professione dovrà restare nell' Archivio del Convento, in cui professano; e non volendo essi accettare tal protesta, per niun modo siano ammessi alla professione. E perchè anche la presente determinazione possa avere in futuro sempre, e tutto il suo vigore, e niuno in essa dispensare; il medesimo Diffinitorio prega V. P. Reverendissima di confermarla in perpetuo colla stessa sopraccennata facoltà Apostolica.

Ex his intelliguntur tum protestatio *illa, tum alia, quæ in superiori innuuntur Decreto. Hujus potissimum secundi capitis caussa Decretum hujusmodi exhibuimus. Utile namque, nisi fallimur, esset futurum, si in alias quoque Provincias mos idem, sin minus in totum, ex parte saltim inveheretur. Toletanæ quidem Constitutiones anni 1645. mandaverunt, ut in Transmontana Familia* nullus Donatus, seu Tertiarius habitu Religionis nostræ vestiatur, nisi explorata ejus honesta conversatione per septennium (*Chronol. hujus tom. 3. par. 1. p. 55. col. 2. n. 8.*)

At in Constitutionibus pro Cismontana Familia editis in Cap. Gen. Rom. 1612. (Chronol. hujus to. 2. p. 502. col. 1. post med §. Nullus) *in Congr. Gen. Rom. 1667. (Chronol. ejusdem to. 3. part. 1. p. 129. col. 2. n. 7.), & in Cap. Gen. Tolet. 1682. (ibid. p. 222. col. 1. n. 9.), tametsi nonnulla circa Tertiarios, eorumque educationem sancita legantur*; de formali *tamen, ut ajunt, tyrocinio, seu probatione nihil in iis, expresse saltem, constitutum invenio.*

Illud vero cavendum, ne quis pro Tertiario, vel Oblato, aut alio quocumque nomine nuncupato recipiatur, seu admittatur ad habitandum intra Claustra, nisi vigesimum ætatis suæ annum expleverit: *id quod S. Congregatio super Statu Regularium severe interdixit Regularibus omnibus in Decreto, quod edidit 16. Maji 1675., mandante S. M. Clemente X. Vid. Supplement. sub fin. tom. hujus.*

1753. 14. Aug. *Reverendissimi P. Ministri Generalis Litteræ, quibus Regio Concionatori sexenni certa Privilegia tribuuntur.*

FR. PETRUS JOANNETIUS

DE MOLINA

S. Theologiæ Lector, Catholicæ Majestatis in Regali Matritensi Congressu pro Immaculata Conceptione Theologus, ac totius Ordinis FF. Min. S. P. N. Francisci Minister Generalis, Commissarius Visitator Apostolicus, & in Domino Servus

Dilecto nobis in Christo P. F. Nicolao, Zito dicto, a Portulongone, nostræ Obs. Provinciæ Tusciæ Lectori Theologo, ac Concionatori, salutem, & Seraphicam Benedictionem.

AD Generalem totius Ordinis Ministeriatum, meritis licet imparibus, evecti sedulo vigilare tenemur, ut quos in Domino Filios quotidianis laboribus Christifideles Evangelicæ Prædicationis pabulo refecisse cognoscimus, congruis honoribus, favoribusque decorare minime negligamus. Cum igitur Serenissimi utriusque Siciliæ Regis gratia in Prædicatorem Majestatis Suæ assumptus fueris, nobisque constet testimoniis fide dignis, te per sex annos munus hoc in Regali Capella laudabiliter exercuisse; propterea vigore præsentium, Statutis Ordinis nostri inhærentes, de consensu etiam Reverendissimi Discretorii Generalis Romæ existentis, te, quoad titulum, præcedentiam, & Socium dumtaxat, inter eos, qui Provincialia munere in tua Provincia functi sunt, adscribimus, aggregamus, & connumeramus; mandantes omnibus, ad quos spectat, ut te in possessione hujus nostræ executionis impedire, aut molestare non audeant, vel permittant. Vale = . Datum Romæ ex nostro Aracœlitano Conventu die 14. Augusti anno 1753.

F. Petrus Joannetius de Molina Minister Generalis.

De mandato Rmi in Christo Patris

F. Fortunatus de Brixia Secretarius Generalis Ordinis.

Loco ✠ Sigilli.

Hæ Literæ facile primæ sunt, quæ hoc in genere in hac nostra Cismontana Familia prodierint: quemadmodum observatur in priori ex tribus Regestis P. Caroli M. Perusini tunc Commissarii Generalis Curiæ (quod est Regestum XLVII. hujus Obs. Curiæ Cismontanæ) pag. 20.

Eadem autem Literæ in vim Statutorum Ultramontanæ Familiæ expeditæ fuerunt. Nulla siquidem in Familia nostra circa Regios Concionatores Constitutio suppetit. Nam quæ extat in Chronolog. ejusd. P. Petri. part. 1. p. 68. (inter Constitutiones Capituli Generalis

iis Romani an. 1651. cap. 2. §. 1. n. 6.); *in ea desunt verba*, in Familia Ultramontana: *quæ verba sub initium illius numeri 6. in emendatis ejusdem Capituli Statutis leguntur, ut videre licet in Supplemento nostro ad hujus calcem Voluminis. Ea proinde Constitutio ad Familiam Ultramontanam pertinet: id quod etiam monstrat clausula, quæ ibidem (cit. pag. 68. n. 6.) habetur*: Familia vero Cismontana gubernatur juxta suas Constitutiones; *nempe circa* Patres Provinciæ, *de quibus illic sermo est*. *Reliqua item Statuta, quæ in ead. part. 5. referuntur, nempe Congregationis Gen. Victorien. 1648. (ib. p. 61. col. 1. n. 6.), Congregationis Gen. Matriten. 1685. (p. 250. sess. 8.), & Capituli Gen. Rom. 1688. (p. 311. n. 6.); hæc pariter, inquam, ad eandem Familiam Transmontanam spectare compertum est.*

Hæc igitur ea Statuta sunt, quæ in superioribus P. Ministri Generalis Litteris innuuntur, & in quorum vim prædictus Regius Concionator fuit Exministris adnumeratus. Neque id mirum. Ea enim apud nos viget consuetudo, ut quando in alterutrius Familiæ Statutis nihil de re quapiam constitutum invenitur, ad alterius Familiæ Statuta recurratur: quod ab utraque Familia in Statutorum suorum Collectionibus mutuò factitatum videmus.

1753. 16. Aug. *Ejusdem P. Ministri Generalis Decretum, quo declaratur, Ex-Custodibus, & Ex-Prominisrtis Provinciarum Transmontanæ Familiæ in Europa existentium, qui in Generalibus Comitiis hujus Familiæ Cismontanæ suffragium tulerunt, jus subrogationis pro Patribus digniore, & immediato hodquaquam deberi.*

VIsis, & mature consideratis expositis per Reverendissimum P.N. Petrum Joannetium de Molina Ministrum Generalem totius Ordinis, declarandum censuit, & declaravit, ex-Custodibus, & ex-Prominisrtis Provinciarum in Europa existentium, qui in Generali Capitulo alterius Familiæ suffragati fuerunt, tantummodo competere jus subrogandi pro Definitoribus suæ Provinciæ; minime vero pro Patribus digniore, & immediato, pro quibus nullus, qui in toto rigore Pater Provinciæ non sit, uti non sunt præfati ex-Custodes, & ex-Prominisrti, subrogari valet. Et ita declaravit non solum authoritate ordinaria sui Officii, verum & Apostolica sibi concessa, & omni alio meliori modo &c., atque ab omnibus inviolabiliter servari mandavit &c.

Dat. Romæ in hoc Conventu S. Mariæ ad Aramcœli die 16. Augusti anno 1753.

F. Petrus Joannetius de Molina Minister Generalis.
Ita &c. F. Fortunatus a Brixia Secretarius Generalis Ordinis.
Loco ✠ Sigilli.

Vide iterum hac de re infra sub die 30. Martii 1754.

1753. 24. Aug. *S. Congregationis Episc. & Regul. Decretum in Causa Cremonen., de qua supr. ad diem 3. Mart. 1752., & 15. Septembr. ejusd. anni.*

IN Causa Cremonensi super intelligentia Rescriptorum emanatorum sub diebus 3. Martii 1752., & 15. Septembris ejusdem anni, vertente inter Capitulum, & Canonicos Cathedralis Cremonæ ex una, & Regulares ejusdem Civitatis ex altera partibus;

Sacra Congregatio &c., referente Eminentissimo Columna de Sciarra Ponente, re iterum mature examinata, censuit rescribendum, prout rescripsit = Crucem, & Stolam esse deponendas ante fores Ecclesiæ. = Romæ 24. Augusti 1753.

1753. 24. *Augusti.* = *Decretum S. Congregationis Episc. & Regular., postulante P. Benedicto de Lago, vid. supr. sub die 7. Decembris 1752.*

1753. 5. Sept. *Indulgentiæ Plenariæ, jam aliàs ad annos decem Ecclesiis Missionariorum Observ. Recollectorum, & postremò 2. Jul. 1743. a Benedicto XIV. concessæ, ad idem tempus ab eodem Pontifice confirmantur.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Universis Christifidelibus præsentes Litteras inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

AD augendam Fidelium religionem, & Animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ Thesauris pia charitate intenti, omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Missionariorum Fratrum Ordinis Minor. S. Francisci de Observant. Recollector. nuncupator., ubique existentium, in Sanctorum Francisci de Assisio, Antonii de Padua, Bernardini, Bonaventuræ, Paschalis Baylon, Ludovici, Petri de Alcantara, Joannis a Capistrano, Didaci, Jacobi a Marchia, & Francisci Solani, & Sanctarum Catharinæ Bononiensis, Claræ, Rosæ Viterbiensis, & Margaritæ de Cortona, ac Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ Festis, necnon 9. Julii, 2., & 31. Augusti, 17. Septembris, 19. Novembris, 16. Januarii, 5. Februarii, ac 19. Junii Mensium diebus, a primis Vesperis usque ad occasum Solis dierum hujusmodi, singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione ad Deum preces effuderint, quo die eorumdem id egerint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, præsentibus ad decennium tantum valituris.

Volumus autem, ut si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint; atque præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 5. Septembris 1753. Pontificatus Nostri Anno XIV.

Pro Domino Cardinali Passionco
Joannes Florius Substitutus.

Vid. infr. sub die 8. April. 1755.

1753.

1753.7.Sept. *S. Congregationis Episc. & Reg. Decretum, quo negatur facultas, ut Libri semel Bibliothecæ cuipiam incorporati, si Religiosus, cujus usui ante incorporationem inserviebant, alio deinceps se transferat, attribui a Superioribus possint Bibliothecæ illius Cœnobii, in cujus familiam Religiosus idem reperiatur adscriptus, dum e vivis excesserit.*

Lector quidam Iubilatus, idemque Exdefinitor Observ. Provinciæ Piceni, dum Familiæ Auximani Recessus reperiebatur adscriptus, ejusdem Conventus Bibliothecæ legitime concorporanda curaverat Manuscripta sua, multosque alios Libros impressos, quos in eundem Conventum secum attulerat, comparatos debitis modis, quando in aliis commorabatur Cœnobiis. Tres annos in eo Recessu cum permansisset, exinde Medicorum consilio coactus discedere, resumpsit, prævia legitima licentia, ad suum simplicem usum manu scriptos Libros, & plerosque Libros impressos, in eum dumtaxat finem, ut pergeret studiis vacare in suam, aliorumque utilitatem.

Aliquot annis postquam inde discesserat, libellum supplicem obtulit Benedicto XIV. (a quo fuit S. Congregationis Episc. & Regul. judicio permissus): in quo prædicta narrans, ac subdens, non posse se amplius ob memoratam valetudinis caussam in Recessum illum reverti; aliunde autem, secundum Innocentii XI. Constitutionem, sub Excommunicationis pœna ipso facto *incurrenda, remitti demum debere ad Auximanam Bibliothecam illam tum manu scriptos, tum editos Libros, quos ex ea resumserat, secumque asportarat; deprecabatur, nomine etiam sui Ministri Provincialis (qui libellum subscriptione sua, Provinciæque sigillo munierat), ut & ipsi, & Religiosi futuri ab ante dicto onere absolverentur, perinde ac si Libri iidem Auximanæ Bibliothecæ incorporati nunquam fuissent; itaque remanerent iidem asportati Libri (nam cæteros ex Bibliotheca illa dimoveri nolebat) subjecti Superiorum potestati, qui de eis secundum Ordinis Constitutiones possent disponere.*

At vero Eminentissimi Patres rescripserunt in hunc modum:

Sacra Congregatio *&c.*, attenta relatione P. Commissarii Generalis Curiæ, commisit, quod Libri remaneant ad usum Oratoris, quoadusque in vivis degat; eo autem mortuo, ad retroscriptum Cœnobium (*Auximanum videlicet*) transferantur. = Romæ 7. Septembris 1753.

C. A. Card. Cavalchini.
Iosaph M. Archiepisc. Damasc. Secret.

Loco ✠ Sigilli.

1753.15.Sept. Anconitana
Canonizationis B. GABRIELIS FERRETTI Religiosi Professi Ordinis Minorum Observantium S. Francisci.

CUM a Sac.Rituum Congregatione ordinaria, die x. Februarii anni proxime præteriti, ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi D.Cardinalis Tamburini Sac. Rituum Congregationis Præfecti, & Ponentis, admissa fuerit Commissio Introductionis Causæ B GABRIELIS FERRETTI, & a Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papa XIV. postmodum signata; juxta tenorem præfatæ Commissionis; ad instantiam Fratris Josephi Amadei a Taurino Sacerdotis Ordinis Minorum de Observantia S. Francisci Postulatoris, propositum fuit ab eodem Eminentissimo Ponente, atque in dicta Sacra Congregatione discussum infrascriptum dubium: *An Sententia lata per Reverendissimum Episcopum Anconitanum super Cultu ab immemorabili tempore prædicto Beato præstito, sive super Casu excepto a Decretis Urbani Papæ VIII., sit confirmanda in casu, & ad effectum, de quo agitur?* Et Sac. eadem Congregatio, audito R. P. D. Ludovico de Valentibus Fidei Promotore, qui voce, & scripto suam sententiam exposuit, rescribendum censuit, *Affirmative, si Sanctissimo Domino Nostro visum fuerit*. Die 15. Septembris 1753.

Factaque deinde per me Secretarium de prædictis eidem Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit. Die 19. ejusdem mensis, & anni 1753.

D. F. Card. Tamburinus Præfectus.
M. Marefuscus S. R. C. Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

1753. 22. Sept. *Reverendissimo P. Commissario Generali Apostolicæ facultates nonnullæ tribuuntur, quæ ejusdem Decessori concessæ fuerant.*

BEatissimo Padre = Frà Bernardino da Terlizzi Commissario Generale dell'Ordine di S. Francesco, prostrato a'piedi della S.V., umilmente espone, come sotto li 16. Luglio 1744. piacque alla stessa S. V. con due Brevi accordare al P. Raffaello da Lugagnano allora Ministro Generale alcune facoltà, che dalla Somma Clemenza di V. S. furongli poi confermate con speciale Rescritto sotto li 30. Agosto 1750., affinchè usar le potesse anco nel triennio, in cui continuò nel governo in qualità di Commissario Generale. E siccome col mezzo d'una tal Grazia ebb' Egli il comodo di apportare alla Religione moltissimi vantaggi, così l' Oratore desiderando di conservare, anzi di perfezionare in essa quel bene, che vi promosse il suo Antecessore, supplica la S.V. voglia benignamente favorirlo di accordargli con Rescritto l'uso delle facoltà espresse ne' Brevi sudetti, e ciò a beneficio della Cismontana Famiglia, a cui per Divina disposizione presiede. Che della Grazia &c.

Rescriptum Pontificis.

Pro Gratia juxta petita. 22. Septembris 1753.
Benedictus Papa XIV.

Loco ✠ Sigilli.

De manu Sanctissimi Domini Nostri signatum, & registratum in Secretaria Memorialium ejusdem Sanctissimi die, & anno, ut supra.

Joseph Livizzani Secretarius.

1753. 22. Sept. *Epistola S. Congregationis Bono Populorum Regimini præpositæ, qua declaratur, servandum esse solitum circa orbem, seu turnum Concionatorum in Oppido Cisterna.*

SUL nuovo ricorso avvanzato da codesto P. Guardiano, e Religiosi Minori Osservanti, che temono possa perturbarsi il Turno delle Religioni, dalle quali *ab immemorabili* sono stati eletti i Predicatori; ha la S. Congregazione dichiarato, che su di

di ciò venga onninamente osservato il solito. Sarà perciò vostra cura invigilare, che così segua. = Roma 22. Settembre 1753.

Ab immemorabili tempore in Oppido Citerna (quod ad Diœcesim pertinet Tipherni tiberini, vulgo Civitatis Castelli) *constanter servatum fuerat, quemadmodum in supplici libello prædictæ S. Congregationi oblato expositum fuit, & in præcedenti ejusdem S. C. Decreto legitur, ut Concionator per orbem, seu* turnum *ex quibusdam Regularibus Ordinibus eligeretur; scilicet ex Observantibus, Conventualibus, & Capuccinis, quorum dumtaxat Regularium in eo Oppido Cœnobia erant, &* adhuc sunt. *Cum autem auditum esset, id agi, ut Observantis loco pro Adventu illius Anni 1753. unus ex PP. Reformatis in Concionatorem eligeretur; id causam dedit memorato nuper libello. Sacra autem Congregatio postquam scripsit ad Commissarium Citernæ, ut circa eundem libellum referret; accepta ipsius relatione, decrevit, ut supra. Vid. etiam sub die 19. Junii 1751.*

1753. 28. Sept. *Excerpta quædam ex Epistola S. M. Benedicti XIV. de cultu* S. Maronis *ad R. P. Nicolaum Lercari a Secretis S. Congregationis de Propaganda Fide, ubi de* B. Raymundo Lullio *mentio fit.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

§. I. INter cætera scripta Nobis exhibita, cum nuper ad Nos accessisti, illud deprehendimus, quod ad cultum S. Maronis Abbatis pertinet. Scripsit enim ad Congregationem de Propaganda Fide dilectus filius Frater Desiderius a Casabasciana Minor. Observant., quem Nos Ablegatum Nostrum misimus ad Ven. Fratrem Patriarcham Maronitarum, scripsit, inquam, Imagines S. Maronis Romæ impressas, a Ven. Fratre Patriarcha Græco-Melchita Cyrillo discissas fuisse, & palam ab ipso declaratum, S. Maronem inter Sanctos minime numerari, quippe qui hæreticus vixerit, atque obierit, idque gravibus dissidiis Maronitas inter, & Græco-Melchitas occasionem præbuisse; timendum insuper, ne hujusmodi turbæ quotidie magis ingravescant, neque tumultum sedari, & compesci potuisse, tum quia post suum discessum e Locis, ubi ignem restinguere curaverat, nonnulli Presbyteri palam dixerant, eum nullam auctoritatem habere quæstionis definiendæ, utrum Maro sanctus extiterit, an hæreticus; cum præsertim eorum Patriarcha assereret, Maronem, cum inter vivos ageret, & cum e vita decessit, hæresi pollutum fuisse; tum quia per Moncalles, ubi residet Patriarcha Græco-Melchita, quum iter fecisset, ut cum eo colloqueretur, ipsum non invenerat, & aliquibus de causis permissum sibi non fuerat, ut ulterius ad eum assequendum progrederetur. (*& infra*).

§. XI.... Affirmavimus, ejusdem nominis appellationem causam non esse, cur Sanctus, hæreticus existat, aut hæreticus Sanctus, vel cur honor Sancto habitus, traditus hæretico intelligatur; atque hæc propositio adeo naturæ lumine perspicua est, ut confirmationibus non egeat. Itaque solummodo indicabimus, exemplum confusionis unius, & alterius Abbatis Maronis unicum & singulare nequaquam esse, cum duo pariter Raymundi Lullii, duo Johannes Cantii extiterint, de quibus prolixius verba fecimus in Nostro Opere *de Canonizatione Sanctorum*. Ex Raymundis unus martyrii fama prædicatur; at non alter, qui infelicem vitam, ac mortem sortitus est. Unus pariter Johannes Cantius Beati nomine insignitur, & approbatione Apostolicæ Sedis publica gaudet veneratione; alter veluti hæresi inquinatus execratur. Quamobrem manifeste apparent irreligiosi conatus Ven. Fratris Patriarchæ Cyrilli *&c.*

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 28. Septembris 1753. Pontificatus Nostri Anno Decimoquarto.

Quàm honorifica de Raymundo Lullio Tertii Ordinis S. P. N. Francisci, Beato, *&* Martyre *nuncupato, mentio fiat in hac Epistola (quæ habetur in To. 4. Bullar. ejusd. Pontif.), præsertim si suprascripta verba cum summario illic ad marginem posito, & cum Indice illius Voluminis conferantur; per se quisque facilè intelligit. Primùm siquidem testificatur Pontifex,* prædicari *illum* Martyrii fama. *Testificatur nempe* publicam *famam Martyrii; eamque propterea* proprie dictam, *quæ absolute appellatur hoc nomine, non verò spuriam ex disseminato vulgi rumore profectam.*

Legerat namque Pontifex in Processibus, ordinaria auctoritate constructis, publicam, constantem, veramque Martyrii, & Sanctitatis B. Raymundi famam luculenter probatam per Testes fere ducentos ex quovis gradu, cœtuque hominum, ac per publica, vetustoque documenta, doctorumque Virorum scripta, compulsata *in iisdem Processibus, & præsertim in eo, quem Anno 1749. ad exitum perduxit Majoricensis tunc Episcopus. Qui idcirco, juris ordine plene servato, die 1. Octobris Sententiam protulit, qua declaravit, constare, Cultum B. Raymundo præstitum, immemorabilem esse, & Casum exceptum in Decretis Urbani VIII., iisdemque Decretis in eo Cultu præstando obtemperatum semper fuisse. Processus hujus relatio a R. P. D. Ludovico de Valentibus, tunc temporis Fidei Promotore, eidem Benedicto XIV., sicut Pontifex ipse mandaverat, oblata fuerat.*

Ad hæc quinam sit comparationis illius, quæ in exscriptis continetur verbis, sensus, vis, ac potestas; præterquamquod verba ipsa attente perpensa satis commonstrant; commonstrat planius summarium, quod in Bullario e regione verborum eorundem in margine legitur (quæ summaria ab erudito Viro, qui Pontifici erat a studiis, Pontifice ipso dictante, conscribi solebant). Sic enim illud habet summarium: „ Afferuntur exempla, quibus non semel contigit, ut uno nomine & Sanctus, & Hæreticus designarentur „. *Non* Exemplum *dicitur, sed* Exempla: *atque in duobus illis Exemplis, quæ* afferuntur *(proindeque tum in Exemplo utriusque Cantii, tum in Exemplo utriusque Lulli),* Sanctus *dicitur, &* Hæreticus uno nomine designari: *adeo ut propterea illa* Sancti *appellatio tum ad B. Joannem Cantium, tum ad B. Raymundum Lullium referatur; quemadmodum* Hæretici *appellatio & ad Raymundum alterum infelicem, & ad alterum Cantium refertur.*

Demum in eodem cit. Tomo 4., in quo hæc Epistola extat, in Indice rerum, & verborum (contexto a Viro undequaque Clarissimo adhuc in vivis agente, cui Pontificis mens, & intentio perspecta omnino erat) sic disertissime legitur: „ Raymundi Lullii duo extiterunt, alter Sanctus Martyr, alter vero reprobatæ memoriæ hæreticus „. *Quid his illustrius desiderari potest?*

Sed ad pleniorem hujusce rei notitiam, uberioremque

que confirmationem eorum, quæ de mente Benedicti XIV. hucusque diximus, operæ pretium erit, facti totius originem, seriemque narrare. Quæ scripsit Benedictus idem Libro 2. cap. 40. sui Operis de Canonizatione Sanctorum, *supra a Pontifice ipso citati; ea quidem comperta sunt omnibus.*

At vero deinceps melius instructus fuit, planiusque rem totam perspexit. Primum scilicet ex Processu illo potissimum Anni 1749., quem supra commemoravimus, Tum etiam ex Epistola, quam præcedenti Anno 1752. Majoricensis Episcopus (successor illius, qui Processum modò dictum construxit) ad Pontificem ipsum perscripserat: quarum Literarum latiniam quandam exhibet Liber inscriptus, Secoli Serafici *(p.269.seq.). Denique ex copioso* Libro Apologetico, *qui a P. Bartholomæo Fornes Observantis Provinciæ Majoricensis alumno, & in Salmantina Universitate Philosophiæ, ac Theologiæ Baccalaureo, Hebraicæque Linguæ, & S. Theologiæ Procathedratico, Anno 1746. Salamanticæ editus, &* per triplicem Lullianam Academiam, Majoricensem *nempe,*Moguntinam, & Salmanticensem, Verbo Dei incarnato *dicatus fuerat: in quo Libro iis etiam, quæ Benedictus idem XIV. in prædicto Opere scripserat, fuse, simulque magna cum animi demissione, & obsequio, ut par erat, respondetur.*

Contigit porro, ut in ea Insula nonnulli circa cultum, qui B. Raymundo exhibebatur, quique exhibetur etiamnum, turbas excitarent, obtendentes ea, quæ a Benedicto XIV. in suo illo Opere de Canonizatione Sanctorum *disputata fuerant. Graves ideo querimoniæ ex Urbe Majorica delatæ sunt ad P. Franciscum Vich de Superna, Observantis Provinciæ Majoricensis filium, Philosophiæ, ac Theologiæ Doctorem Cathedraticum in Lulliana Majoricen. Universitate, & in hac Romana Curia Postulatorem Causæ ipsius Beati.*

Hic propterea supplices plures libellos dedit: ex quibus duo, alter per laudatum Fidei Promotorem, alter per P. Ministrum Generalem Ordinis Petrum Joannetium de Molina (qui post habitam Congregationem Generalem, de qua supr. 9. Jun. 1753., Romæ per eos dies diversabatur), Pontifici fuerunt oblati mense Augusto prædicti Anni 1753.

Moleste admodum tulit Pontifex quod in ea Insula factum fuerat: affirmavitque, mentem suam in iis omnibus, quæ eousque scripserat, nunquam fuisse, ut quidquam immutaretur circa cultum, qui Lullo præstaretur. Itaque cum eo ipso mense hanc de cultu S. Maronis Epistolam elucubraret, quam deinde edidit sequenti mense Septembri; hac, quam habebat in manibus, opportunitate arrepta, quamvis satis fuisset Exemplum afferre utriusque Cantii (præsertim cum de propositione *ageret,* adeo, *sicut ipse dicit,* naturæ lumine perspicua, ut confirmationibus non egeret); *tamen adjunxit utrimque Raymundi Exemplum eo modo, quem supra descripsimus, ut nimirum animi sui sententiam circa sanctitatem, & cultum B. Raymundi, quantum tunc sibi licebat, palam omnibus faceret. Hoc idem significavit ipse P. Postulatori, quando, post editam hanc Epistolam, nomine Majoricensis Urbis eidem gratias egit: quod officium Pontifex pergratum habuit; adjecitque, se aliquid præterea deinceps facturum.*

Harum equidem rerum testem habeo P. Postulatorem eumdem: qui quanta integritate, innocentiaque morum vir sit, cum omnes norunt; tum nominatim Summus Pontifex Clemens XIV., cujus perhonorificum de hominis pietate judicium egomet possum testari.

1753.17.Novemb. *S. Congregationis Concilii interpretis Decretum in Causa* Montis Regalis nullitatis Professionis.

TRes Filios (*sic est in Folio Congregationis diei 22. Septembr. 1753.*), & inter hos Michaelem moriens reliquit sub tutela, & cura Advocati Michaelis Antonii sui Fratris Joannes Baptista Amistà. Tutor hic & Patruus, natura ferox, moribus inconditus, & ad iram, minasque proclivis, Michaelem male cœpit excipere, ut Regulari alicui Ordini nomen daret. Tenuis mensa, tristes vestes, graves minæ, verbera, labor insuetus in operibus rusticis, in causa fuerunt, ut Juvenis e paternis laribus fugere cogitaret, & nomen dare militiæ; sed præpeditus, ingressus est Monasterium *N. N.*. Quia verò invito, repugnantique animo id fecerat, pluries in ipso probationis Anno vestes suas repetiit, ut egredi posset; quas tamen negavit semper Tyronum Magister, Patruo morem gerens. Anno igitur sequenti 1729. solemnem Professionem emittere debuit, suscepto nomine Fratris Angeli Ludovici. At priusquam laberetur quinquennium, de vi, metuque sibi a Patruo illatis, & de nullitate Professionis questus est, & contra eam perpetuo ad hæc usque tempora reclamavit: querelas pluries detulit ad Præfectos, Judicesque suos Regulares. Tandem Anno 1742. Definitorium suæ Provinciæ judicavit, *eum libere e Religione fore dimittendum, prout præsentium vigore libere dimittunt, si Eminentissimis, & Reverendissimis Dominis Cardinalibus super Congregatione Concilii præpositis ita in Domino expedire videbitur.* Venit igitur eodem Anno ad hoc Sacrum Tribunal, a quo mandata fuit Episcopo jurisdictio, ut Processus conficeretur. Receptæ fuerunt plurimorum Testium testificationes de vi, & metu, de repetitione vestium tempore tyrocinii, de perpetuis protestationibus, & reclamationibus. Causa tamen siluit, P. F. Angelo Ludovico aut morbo, aut aliis legitimis causis distento. Cum verò nunc proponatur, ea urget, quæ in Processu habentur. A Defensore Professionis nihil habuimus. Dubium est:

An constet de nullitate Professionis in casu &c.?

Sacra verò Congregatio sub die 17. Novembris 1753. respondit: Negative.

1753.23.Novemb. *S. Congregationis Episc. & Regul. Decretum in Causa* Portugallen.

IN Causa Portugallen. vertente inter Religiosos strictioris Observantiæ Excalceatos S. Francisci Provinciæ Solitudinis ex una, & Religiosos ejusdem Instituti Provinciæ Conceptionis ex altera partibus, propositum fuit infrascriptum dubium, videlicet:

An Religiosis Minoribus Observantibus Discalceatis Provinciæ Conceptionis concedenda sit licentia habendi, & retinendi Hospitium, seu Ædes ad usum Hospitii in Civitate Portugalliensi, in casu &c.?

Sacra Congregatio *&c.*, referente Eminentissimo Cavalchini Præfecto, ac Ponente, Partibus auditis, ac re mature undique perpensa, ad suprascriptum dubium sequentem in modum respondit, nempe: Negative: & amplius Causam hujusmodi non proponi mandavit.

Romæ 23. Novembris 1753.

C. A. Card. Cavalchini.

Joseph M. Archiep. Damasc. Secret.

Vid.

Vid. & infra (ad ann. 1756. 5. Jun.) Acta Capit. Gen. Murcien. in Sessionib. Familiæ Ultramontanæ (Sess. 3. n. 2.).

1753. 12. Decemb. *Decretum Reverendissimi P. Commissarii Generalis, quo Superioribus Observ. Provinciæ SS. Redemptoris severe præcipitur, ut immobilia bona, seu fundos omnino, absoluteque resignent.*

BEatissimo Padre = Il Provinciale, Custode, e Definitori della Provincia de' Minori Osservanti del Santissimo Redentore del Regno di Dalmazia, Oratori umilissimi della S. V. col più profond'ossequio le rappresentano, come la loro Provincia composta di 350. Religiosi, di dodici Conventi, sei formali, e sei non ancora del tutto perfezionati, di 65. Parrocchie servite da 80. Religiosi, possiede in tutti li Conventi suddetti Beni stabili contro l'Istituto della Regola, che professano.

E' però da notarsi, che alcuni di questi Conventi anno posseduto con vera proprietà sino dal tempo, in cui vivevano sotto il Dominio Turco, e gli altri possiedono Beni stabili conceduti loro dalla Serenissima Republica di Venezia, dopo la conquista di quei Stati fatta dalla medesima nel 1684., e sono stati dati provisinnalmente, restando la proprietà nel Serenissimo Principe, coll' obbligo pure di pagare la Decima.....

Non meno gli uni, che gli altri Stabili sono necessariissimi per il mantenimento dei suddetti Religiosi, i quali sebbene vadano accattando la Limosina, pure questa è così tenue, che neppure basterebbe per sostentare il terzo dei medesimi, compresavi quella porzione di ajuto, che ricevono ancora dalle Parrocchie, e quella pure assai tenue, che ritraggono dalle Messe.

Nè può diminuirsi notabilmente il numero suddetto dei Religiosi a motivo di dover servire le Parrocchie, ed avere da rimpiazzare, o mutare secondo le occorrenze. Nè all' incontro potrebbono agevolmente lasciarsi le Parrocchie, perchè viene ad essi commessa la loro Cura e dalla Sacra Congregazione, e dal Serenissimo Governo di Venezia, stantecchè le anno *ab immemorabili* governate ancora sotto il Turco; e quando si lasciassero, mancherebbe allora quell' ajuto, che, come si disse, ne ritrae da loro tutta la Provincia.

In questo stato di cose gli Oratori a nome di tutta la Provincia prostrati ai suoi Santissimi Piedi confessano di non vivere tranquilli nelle loro Coscienze, e perciò supplicano umilmente la Santità Vostra di opportuno provvedimento: Che della Grazia &c.

Hunc libellum exhibuit Minister supradictæ Provinciæ P. Hieronymus a Rama, qui, ut suæ, totiusque Provinciæ spirituali tranquillitati consuleret, Romam contenderat. Prodiit autem Decretum, quod hic adjicimus:

In Dei Nomine: Amen.

CUm a Sanctissimo Domino Nostro Benedicto XIV. feliciter Regnante ad Nos remissus fuerit supplex Libellus Sanctitati Suæ porrectus a R. P. Fratre Hieronymo de Rama Ministro Provinciali nostræ Observantis Provinciæ in Dalmatia, Sanctissimi Redemptoris nuncupatæ, in quo exponebat, præfatam Provinciam aliqua Bona immobilia, seu fundos fructiferos contra nostræ Seraphicæ Regulæ præscriptum possidere, postulabatque de opportuna providentia; Nos, ut Conscientiæ securitati tum præfati Ministri Provincialis, tum omnium Fratrum ejus curæ subjectorum consuleremus, inhærendo Constitutionibus Apostolicis, Decretis Sacræ Congregationis Concilii, & signanter particulari Congregationi habitæ anno 1628., necnon Encyclicæ Reverendissimi P. Laurentii a S. Laurentio olim totius Ordinis nostri Ministri Generalis sub data die 28. Octobris 1724., præcipimus, & mandamus præfato Ministro Provinciali, ejusque immediato Successori, PP. Discretorii, & Definitorii Provinciæ, simulque omnibus Superioribus Localibus, sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ ipso facto incurrenda absque alia declaratione, & perpetuæ inhabilitatis ad omnia Officia, quæ obtinent, & in posterum obtinebunt, ut intra terminum sex mensium a publicatione hujus Decreti, prædicta Bona immobilia, seu fundos omnino per Syndicos Apostolicos renuntient, resignent Communitati Locorum, in quorum Districtu talia Bona immobilia existunt, vel alicui e Societatibus, si hoc commode fieri potest, vel Serenissimo Senatui Veneto, absque ullo prorsus pacto, vel conditione percipiendi aliquam pecuniæ summam pro dictis Bonis immobilibus; sed omnino libere, ita quod neque quoad dominium, nec quoad administrationem eorum, nunquam amplius directe, vel indirecte actionem ullam exerceant; cum hoc tamen, ut si quid ab eis, quibus facta fuerit prædicta libera renunciatio Bonorum, sponte oblatum erit pro sustentatione vitæ Fratrum, illud per modum puræ, & simplicis eleemosynæ licite recipere possint, & valeant. Dat. Romæ ex Aracæli die 12. Decembris 1753.

F. Bernardinus a Terlitio Commissarius Generalis, & Apostolicus.

De mandato Rmi in Christo Patris
F. Franciscus Antonius a Mutiliana Secretarius Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

Vid. inferius ad diem 6. Martii 1756.

1753. 22. Decemb. *Decreta Sacræ Rituum Congregationis in* Vilnen.

POrrectis per Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ Cathedralis Vilnensis in Lithuania Sacræ Rituum Congregationi humillimis precibus pro declaratione sequentium dubiorum, nempe:

I. Num Anniversaria, quæ ex diversorum Testatorum voluntate sunt a Capitulo, præsertim circa singula quatuor anni Tempora, in cantu celebranda, absolvi possint in Festo duplici majori per annum, non tamen de præcepto, etiam si dies ille non sit vere dies Anniversarius Defuncti?

II. Translato Anniversario a proprio die obitus Testatoris, ob occurrens impedimentum, in alium diem non impeditum, si de Requiem cantanda sit Missa, quæritur, quænam cantari debeat, an ut in Anniversario, an etiam ut in Missis quotidianis pro Defunctis?

III. An, obitus die impedito, possit pro Defunctorum Anniversario cantari Missa de occurrenti Festo, vel Feria Privilegiata per applicationem?

IV. Specialiter idem quæritur de Anniversariis, quæ occurrunt absolvenda eirca quatuor Tempora Peschelie, & infra octavam Pentecostes, & non possunt omnia absolvi, eut finiri ante octavam Sanctissimi Corporis Christi, hæc, inquam, quomodo, & qualiter absolvenda?

V. Cum multæ fundatæ sint Missæ Votivæ quotidianæ in eentu; nempe in Capella Sanctissimi Nominis Mariæ, Missa Votiva de Assumptione Beatæ Mariæ Virginis: in Capella Immaeulatæ Conceptionis, Missa Votive de Immaeuleta Conceptione: in Cepella Assumptionis, Missa Votive de Beata Maria prout de tempore: & certis diebus de Sencto Casimiro Confessore in Capella, ubi requiescit ejus Corpus: quæritur, quænam Missa dieenda sit?

VI. Quando per Rubrieas Misselis, ae per Decreta Sacræ Congregationis, videlicet per octavas Nativitetis, Epiphaniæ, per Feriam quartem Cinerum, a Dominica Palmarum usque post octavam Paschæ, per octavas Pentecostes, & Sanetissimi Corporis Christi, prohibentur Missæ Votivæ privetæ, an etiam hæ Votivæ in cantu prohibeantur?

VII. Si prohibentur, an debeant pro Votivis substitui Missæ de Festo? & hæ an in eantu?

VIII. An leetis, loco eantatarum, setiefieri possit fundationi?

IX. Num saltem in primis diebus solemnibus possint substitui loco Votivarum eantatæ de Festo; reliquis vero diebus infre prædictas octavas, & aliis diebus aupra enumeratis cantari Votivæ?

X. Quando juata Rubricas Missalis in Feriis Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Rogationum, ac Vigiliarum præscribuntur duæ Missæ cantatæ in Cathedralibus, & Collegietis, une de Festo post Tertiam, altera de Feria post Nonam; an in dicta Cathedrali Vilnensi propter insufficientiem temporis ratione multarum Votivarum cantandarum ex fundatione, possit une ex his duabus substitui leeta pro cantata: & quæ potiue, an de Festo post Tertiem, an post Nonam de Feria?

XI. Denique an securius une ex dictis Votivis legi possit, ut embæ Conventuales de Saneto, & de Ferie per Rubrieas præscriptæ deeantentur?

XII. An in Dominicie infra octavam sive privilegiatam, sive non, præter Missam Conventualem, quæ eantatur per Hebdomadarium ex Venerebili Capitulo de Dominiea, debeet etiam alia Missa canteri de die infra Octevem? Item in Dominicis per annum, in quibus fit de aliquo Festo cum commemoratione Dominieæ, an item præter Missam Conventualem de Festo eelebrandam per Hebdomadarium ex Venerabili Cepitulo, debeat etiem alia Missa cantari de Dominica per Vicarios ejusdem Cathedralis?

XIII. Quando absolvitur Missa lecta coram Sanetissimo Sacramento in monstrentia exposito, attamen velato; item coram Senctissimo Sacramento in Pyxide exposito; an debeant omnes genuflexiones observari in tali Missa, quæ aliàs observantur coram Sanetissimo Seeramento publiee exposito, & non velato, conformiter ad Rubricam Missalis Feriæ quintæ in Cœna Domini, vel non?

XIV. Quando Episcopus pro publicis supplicationibus injungit in sua Diœceal, recitari publice in Templis Litanias de Sanetissimo Nomine Jesu, utrum Perochi scientee, easdem Litanies esse prohibitas, debeant satisfecere huie Edieto?

XV. Est consuetudo in pluriemis Poloniæ, & Lithuaniæ Eeelesiis decantandi Officium parvum de Immaeulata Conceptione B. M. V. Sunt insuper in aliquibus Eeelesiis relieta Pia Legata ad hunc effeetum, ut idem Officium parvum de Immaculata Conceptione B. M. V. certis diebus publice decantetur: In tali easu Reetores Ecclesiarum quid facere debeant, eum idem Officium sit prohibitum?

Saera eadem Congregetio, habita priue Reverendissimi Episcopi informatione, auditoque auper præfatis dubiis voto unius ea Cæremoniarum Apostolicarum Magistris, ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Tanari Ponentis, rescribendum censuit:

Ad I. Affirmative.

Ad II. In Anniversariis Defunctorum ob eliquod impedimentum a proprio die translatis, quævie dieetur Missa, sive ut in Anniversario, sive ut in Quotidianis, verba in Oratione, *cujus Anniversarium depositionis diem commemoramus* &c., non sunt veriande.

Ad III. Negative.

Ad IV. Servetur Decretum (*a*) datum die 4. Maji 1686. in una Canonicorum Regularium Lateranensium.

Ad V. Pro Missis ex fundatione, aut ex alia queeumque caussa in cantu eelebrandis, eive de Assumptione, sive de Conceptione &c. B. M. V. eatra ejus festos dies, vel octavas earumdem Solemnitatum, assumi nequit (*b*) proprie Festivitetis, sed substituenda est ei une ea quinque Votivis Missis B. M. V., quæ habentur in Missali Romeno juxta eongruentiam temporis.

Pro Missa Votiva Sancti Casimiri, si habeatur proprie, mutanda sunt verba, *Natalitia*, vel *Festivitas*, in aliis congruentibus Votivæ, scilieet, *Commemoratio*, aut, *Memoria*.

Ad VI. Affirmetive.

Ad VII. Affirmative.

Ad VIII. Affirmative ex rationabili causa eb Ordinario dignoseenda, & epprobanda.

Ad IX. Negative.

Ad X. Non posse omitti alteram ex his duabus Missis eentandis.

Ad XI. Quoad Missam Votivam lectam cantatæ eubstituendem, jem provisum sub numero octavo.

Ad XII. Negative, scilicet in Dominicis infra octavas, vel aliis a Festo duplici impeditis, unieam tantummodo cantandem esse Missam: In Dominicis quidem infra octavas, de Dominica cum commemoratione octevæ; in aliis vero Dominieis non privilegietie, & in quibus fit de occurrenti Festo duplici, Missa de Festo cum commemorationa Dominicæ, ejusque Evangelio in fine.

Ad XIII. Affirmetive.

Ad XIV., & XV. Dilata, & exhibeantur Litaniæ, & Officium. Et ita declaravit die 22. Decembris 1753.

(*a*) *Decretum Anni 1686., de quo hic mentio fit, a Spiridione Talù in sua Collectione* Decretorum S.R.C. (*quæ adjecta est quoque Tomo 8. Bibliothecæ P. Ferraris Edit. Rom. 1767.*) *refertur n. 600. in hæc verba*: Anniversaria, sive Missæ quotidianæ cantatæ de Requiem, relictæ ex dispositione Testatorum pro certis diebus, iis impeditis die Dominico, seu elio Festo de præcepto, cantari possunt in diebus enbsequentibus, seu entecedentibus, in quibus occurrunt Officia de Festo dupliei majori, non tamen de præcepto, præcipue de Senctis proprii Ordinis, non reliete tamen Missa in cantu de Festo dupliei minori occurrente, quatenus adsit

onous

onus cantandi. *Sed in ea verba* „ subsequentibus, seu antecedentibus „ *notat laudatus Collector*, satius esse prævenire: *id quod ipse n. 19. ex Decretis ibi citatis confirmat.*

(*b*) *Responsio ista ad V., quæ unà cum cæteris, Interrogante Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Ulnensis, prodiit; ea sane, quod ad Missam pertinet Immaculatæ Conceptionis, nostrates non afficit. Possunt nos siquidem, ex Privilegio Ordini nostro ab hac S. Sede tributo, Missam ipsam*, Egredimini, *extra Diem festum, & Octavam Immaculatæ Conceptionis B. M. V., aliis etiam temporibus usurpare, explorata res est. Id intelligitur ex* Rubricis particularibus *Anni* 1696. Breviarii Fratrum Ord. Minor. S. Francisci *n.* 86., *simulque ex* Rubricis particularibus Missalis Ord. FF. Minor. *tit.* Pro Festis Mensis Decembris *n.* 6.

Constat etiam ex Rubricis, quæ Missæ, Egredimini, *in Missali eodem ad diem VIII. Decembris Interseruntur. Post Graduale hunc in modum præscribitur*: „ TEMPORE PASCHALI omittitur Graduale &c. *Mox adjungitur*: „ POST SEPTUAGESIMAM, omissis Alleluja „ &c. *Præterea post Orationem* Secretam *sic præcipitur*: „ Illud, NOSTRÆ, hic, & in Postcommunione omittitur EXTRA OCTAVAM, AC IN OFFICIO PER ANNUM, ET ETIAM IN VOTIVIS „. *Hac pariter de caussa vox illa*, hodie, *in prædicta Oratione utraque, parenthesi inclusa compingitur. Subditur etiam e vestigio*: „ Præfatio de B. V., Et te in Conceptione: quæ dicitur per totam Octavam &c., ac quando FIT OFFICIUM PER ANNUM IN SABBATIS, ET IN MISSIS VOTIVIS „.

1754. 25. Januar. *Supplex libellus, & Rescriptum Pontificis circa reductionem Missarum.*

BEatissime Pater = Commissarius Generalis Curiæ Ordinis Sancti Francisci de Observantia ad pedes Sanctitatis Vestræ humiliter provolutus exponit, jamdudum a S. M. Benedicto XIII. ad preces Ministri Generalis Ordinis concessam fuisse sub die 15. Julii ann. 1724. facultatem eidem Ministro Generali, ut de consilio Definitorii Generalis apud se existentis reducere posset ad certum, æquumque Missarum numerum, quæ in unaquaque Provincia, & in singulis Provinciarum Cœnobiis ex relictis, & Legatis piis consueverant celebrari; ita tamen, ut ejusmodi reductio certis sub legibus, & ad præscriptam formam fieret, quemadmodum constat ex duplici Decreto, altero nimirum pro Fratribus, & Monialibus nihil omnino possidentibus, & altero pro Fratribus Tertii Ordinis, & pro Monialibus bona possidentibus, quorum Decretorum exempla his precibus adnexa exhibentur num. I. & II.

Cum vero ob amplitudinem Ordinis nostri, ac magnam pecuniarum, usuum, & linguarum in tot variis Orbis regionibus diversitatem, experientia compertum habuerit P. Generalis, se unum non posse antedictam reductionem ad effectum perducere, hinc supplicem libellum eidem San. Memor. Benedicto XIII. humiliter porrexit, quo S. S. enixe precatus est, ut quam sibi super memorata reductione Missarum concesserat facultatem, eamdem dignaretur quoque impartiri P. Commissario Generali Familiæ; prodiitque sub die 30. Martii anni 1726. favorabile Decretum a Sacra Congregatione Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii interpretum, ad quam Pontifex dictas preces remiserat.

Sed nec propterea res cessit, ut erat in votis. Breve namque trium annorum spatium pro Cœnobiis Italiæ, & Insularum adjacentium, ac spatium sex annorum pro reliquis extra Italiam, quod in relatis Decretis ad id negotii absolvendum conceditur, minime sufficiens fuit ad perficiendam in omnibus Cœnobiis Ordinis necessariam Missarum reductionem.

Hac de causa modernus Procurator Generalis Ordinis alterum supplicem libellum obtulit S. V., quam Deus perpetuo incolumem conservet, in quo, expositis mox antea enunciatis rationibus, quas latius videre est in exemplo his precibus itidem adnexo num. III., exoravit S. V., ut dignaretur „ *gratiam, a S. M. Benedicto XIII. concessam præfato Ordini, sub eisdem legibus, conditionibus, modo, prout in præfatis Decretis continetur, de novo concedere, sive prorogare per aliud simile temporis spatium ibidem expressum... ita tamen, ut reductionis negocium, secundum leges Decretorum implendum, directe demandetur Ministris Provincialibus, & Definitorio pleno cujuslibet respectivæ Provinciæ, addita hac conditione, ut facta reductio ad Ministrum Generalem, ejusque Definitorium sit pro approbatione dirigenda* „. Quibus precibus S. V. clementer indulsit Rescripto dato sub die 2. Aprilis ann. 1751.

Verum nondum satis provisum indigentiis Ordinis, & præsertim hujus nostræ Cismontanæ Familiæ, agnoscit Orator, ob nimiam a nostris Provinciis P. Generalis distantiam, & quia Definitorium Generale sic generatim acceptum, de cujus consilio essent reductiones factæ adprobandæ, cogi non potest, nisi in Comitiis Generalibus, in quibus longe plura sunt peragenda, quam tempus supersit pro earumdem revisione, & adprobatione.

Quamobrem obsequentissimus Orator Summam S. V. elementiam exorat, ut dignetur eamdem gratiam sub iisdem legibus, & formis a S. V. concessam prædicto P. Procuratori Generali confirmare, sub hac tamen conditione, ut reductiones factæ in hac nostra Cismontana Familia dirigantur pro adprobatione ad Commissarium Generalem ejusdem Familiæ, qui de consilio Diffinitorii Generalis apud se existentis, aut, hoc deficiente, de consilio sex graviorum ea de re peritorum Patrum, qui occurrent ei in loco, in quo erit, possit, & valeat illas adprobare, aut infringere. Pro qua gratia &c.

Rescriptum.

Ex Audientia SSmi die 25. Januarii 1754.

SAnctissimus, attentis expositis, benigne annuit pro gratia, ut petitur, servatis servandis juxta leges Decretorum, atque indulta a San. Mem. Benedicto XIII. ad hunc effectum alias elargita.

J. Card. Livizzani.

Loco ✠ Sigilli.

Documenta, quæ, numeris I. II, & III. distincta, suprascripto supplici libello adnexa fuerunt, legi possunt in Chronol. P. Perusini (part. 2. pag. 41., 70., & 470.),

1754.

1754. 8. Febr. *Confessionum excipiendarum facultas omnibus simul unius Cœnobii Confessariis ab Locorum Ordinariis, inconsulta Sede Apostolica, suspendi non potest.*

Illustre, e M. Rev. Monsignore come Fratello = Prima di prendere alcuna risoluzione *&c.* In oltre vogliono (*Emi Patres S. Congregationis Episc. & Regular.*), che V. S. debba reintegrare alcuni di quei Religiosi alla facoltà di udire le Confessioni Sagramentali a tenore de' Decreti di questa S. Congregazione, che più volte ha determinato, che non possino li Vescovi sospendere la facoltà di confessare ad un'intera Religiosa Comunità. Così dunque sarà contenta eseguire, e Dio la prosperi.

Roma 8. Febbrajo 1754.

D. V. S.

Come Fratello
C. A. Card. Cavalchini.
P. G. Guglielmi Segretario.

In Regestis ejusdem S. C. Episc. & Regul. Epistolæ similes occurrunt passim, quibus in iisdem casibus injunctum Ordinariis fuit, ne ulteri, vel aliquibus Religiosis illius Cænobii, de quo agebatur, restituerentur facultas excipiendi Confessiones. Eas brevitatis causa suis locis prætermittemus. Decretum ab ipsa S. C. anno 1615. 20. Novembr. editum, & periocham Constitutionis S. M. Clementis X., incipien. Superna, *quæ id ipsum confirmatur, refert P. Ferraris (Bibl. v.* Approbatio *art. 1. n. 71.), Lantusca (Theatr. v.* Confessarius *n. 11.), aliique permulti.*

Jura *tamen* illa (*observat hic apposite P. Gabriel Angelus a Vicentia in Opuscul.* de Privileg. Regular. *circa* Pœnitentiæ Sacramentum *part. 1. cap. 9. §. 4.*), quæ prohibent Episcopis, ne omnes simul ejusdem Monasterii Confessarios suspendant, eum nullam clausulam habeant irritativam facti; suspensionem, ab Episcopo illicite inflictam, non reddunt ipso jure nullam, & invalidam, sed solùm per Judicem irritandam. Atque hic valde notandum est, quàm diverso modo se gesserint Pontifices illi, qui ante Concilium Tridentinum, ac illi, qui post Tridentinum celebrationem vel ad componendas lites, vel ad removendas difficultates, ex usu privilegiorum hac super re Regularibus concessorum exortas, Decreta, & Constitutiones suas ediderunt.

Postquam autem id ostendit, subjungit: Ex hac autem diversa agendi ratione non obscure colligitur, Pontifices Tridentino posteriores libertatem Confessiones audiendi etiam sine approbatione, seu licentia Episcopi, in casu injusti gravaminis, Regularibus confirmare, sive relinquere noluisse. Ad superiorem ergo Judicem, id est, ad S. Congregationem, Regulares gravati recurrere possunt, eique injuriam sibi illatam sincere, ac reverenter exponere. Sed non possunt interim Confessiones excipere; quia cum licentiæ suspensio, seu revocatio, quamvis illicita, non sit tamen invalida; ea subsistente, revera carent approbatione, quæ a Tridentino Concilio ad Sacramenti valorem exigitur. Quæ superius diximus de approbatione vel injuste limitata, vel etiam injuste negata, huic quoque casui sunt applicanda.

Subditque e vestigio in seq. §. 5.: Quod si Regulares omnes ejusdem Conventus hoc modo se gerere debent, si Episcopus omnibus simul audiendarum Confessionum licentiam adimat; multo magis id præstare tenetur privatus aliquis Religiosus, si facultas, jam sibi concessa, absque ulla justa, & rationabili causa ab Episcopo revocetur: *id quod ipse ibidem demonstrat.*

1754. 16. Febr. *Decretum S. R. C.* in una Ordinis Carmelitar. Discalceat. Urbis.

Prior Conventus Carmelit. Discalceat. Sanctæ Mariæ de Scala Urbis Sacræ Rituum Congregationi humillime supplicavit pro resolutione sequentis Dubii:

Festum duplex secundæ Classis habens Octavam cadit in Dominica impedita Officio altioris ritus, sed sine Octava: quæritur, utrum Officium prædicti Festi possit reponi in subsequenti Dominica, cum alias sit Octava ejusdem Festi, & tota Hebdomada sit impedita; vel potius debeat fieri de Dominica, & dictum Officium reponi prima die non impedita post dictam Dominicam?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem mei Secretarii, respondit:

Negative quoad primam partem; Affirmative quoad secundam. Et ita declaravit die 16. Februarii 1754.

1754. 25. Febr. *Declaratur in Regio Indiarum Consilio, ad solum Ministrum Generalem spectare, Terræ S. Vicecommissarios, & Procuratores particulares in Indiis nominare.*

FR. PEDRO JUAN DE MOLINA

Lector de Sagrada Theologia, Theologo de Su Magestad en la Real Junta de la Immaculada Concepcion, Ministro General, i Siervo de toda la Orden de los Frailes Menores

Al M. R. P. Fr. Francisco de Soto, i Marne nuestro Comissario General en nuestras Provincias del Perú Salud, i la Seraphica Bendicion.

Por estas participo a V. P. M. R., como hemos recibido un papel de aviso del Señor D. Joaquin Joseph Vazquez, i Morales Secretario de Su Magestad en Su Supremo Consejo de las Indias, que es del tenor siguiente:

Fuera = „ A el Revmo P. Fr. Pedro Juan de Molina, guarde Dios muchos años como desseo, „ Ministro General del Orden de S. Francisco = D. „ Joaquin Joseph Vazquez „.

Dentro = „ Revmo Padre = Haviendose visto en „ el Consejo un Memorial del Reverendissimo P. Fr. „ Mathias de Velasco Comissario General de las Provincias de Yndias del Orden de V. Reverendissima, en que expuso dilatadamente, que despues „ de haver el nombrado por Comissario, i Procurador de Tierra S. en la de Lima a Fr. Ramon de „ Sequeira, i librandole la Patente, a que se dió „ el pase, havia ocurrido la novedad, de que notícioso V. Reverendissima de esta eleccion, la avia „ declarado nula; en el concepto de serle privativa la facultad de nombrar tales Comissarios en districto de toda la Religion, sin excepcion de aquellos Dominios; suplicando, que mediando ser este „ hecho en perjuicio de las prerogativas de su Empleo, a que siempre avia estado anexa la referida „ fa-

„ facultad antes, i despues del Capitulo General celebrado en Vitoria el año de 1694., en una de „ cujas Constituciones unicamente se fundaba V. Reverendissima, se tomase la providencia conveniente, i se le comunicase lo que devia executar: En „ su inteligencia, i de lo representado por V. Reverendissima, en consequencia del informe, que „ con remission del Expediente se le pidiò, i con „ presencia de todos los Documentos exibidos por „ ambos respectivamente, como fundamento de su „ intencion, i de lo dicho en el asumto por el Señor Fiscal; ha declarado, tocar, i pertenecer privativamente a V. Reverendissima la facultad de nombrar en las Yndias los Vice-Comissarios, i Procuradores particulares de Tierra S., que tuviere „ por necesarios; i acordado se recoja la Patente „ expedida a favor del expresado Fr. Ramon de Sequeira. Lo que participo a V. Reverendissima, para que enterado de ello, i de que con la misma „ fecha se previene lo correspondiente al Reverendissimo P. Comissario General, disponga se pase „ a mis manos la enunciada Patente, para que quede en esta Officina de mi cargo en la forma regular. Dios guarde a V. Reverendissima muchos años como desseo. Madrid, i Febrero a 22. de 1754. „ = Reverendissimo Padre = D. Joaquin Joseph Vazquez, i Morales = Reverendissimo P. Fr. Pedro „ Juan de Molina „.

Y desseando, como es justo, cumplir lo que se nos previene de parte de dicho Supremo Real Consejo, por el tenor de las presentes ordenamos a V.P., que al arribo del expresado P. Fr. Ramon de Sequeira le mande entregar las Letras patentes originales del Reverendissimo P. Fr. Mathias de Velasco Comissario General de Yndias, en las quales le nombra Comissario de Tierra S. de essa Comission de Lima, con el pase regular del dicho Consejo, entregandose V. P. de todos los exemplares, duplicados, triplicados, o quadruplicados, los que en primerà ocasion nos remitira, para que los pasemos a manos del dicho Señor D. Joaquin Joseph Vazquez, i Morales, como està mandado. Y para la administracion de dicha Comission, señalara V. P. Religioso idoneo interinamente, segun, i como lo tenemos encargado por nuestras Letras de Instrucion auxiliadas por el Rei Nuestro Señor, embiando al dicho P. Fr. Ramon de Sequeira a su propia Provincia de N. P. S. Francisco de Quito. Todo lo qual cumplira V. P. con la puntualidad, que deve, i acostumbra.

Dadas en este nuestro Convento de N. P. S. Francisco de Madrid en 25. de Febrero de 1754.

Fr. Pedro Juan de Molina Ministro General.

Lugar de ✠ el Sello.

Por mandado de su Rma

Fr. Juan Picazo Secretario General de la Orden.

D. Miguel Gutierrez del Consejo de S. M. su Secretario i de la Superintendencia General de Azogues, i Official Major de la Secretaria del Consejo, i Camara de Yndias de la negociacion del Peru = Certifico, que aviendose presentado antes los Señores del referido Consejo esta Patente, pidiendo el pase, i certificacion de ella; acordaron oi dia de la fecha, se le diese en la forma regular. Y paraque conste donde convenga, doi la presente en Madrid a 2. de Marzo de 1754.

D. Miguel Gutierrez.

Sequuntur legalitates.

In Ditionibus Sermi Regis Catholici unus tantum extat Terræ S. Commissarius Generalis. Commissarii inferiores modò Commissarii, modò Vicecommissarii nominantur. De Commissariis hisce inferioribus oborta dubitatio fuit. De his propterea P. Minister Generalis egit, & Consilium Regium suam protulit declarationem.

1754. 11. Mar. *Edictum, quo Libros multos Sacræ Indicis Congregationis Decreto damnatos, prohibitos, ac respective suspensos fuisse promulgatur.*

SAcræ Indicis Congregationis Decreto damnati, prohibiti, ac respective suspensi sunt infrascripti Libri, ubicumque, ac quocumque Idiomate impressi, imprimendive. Nemo cujuscumque gradus, status, & conditionis eos imposterum vel imprimat, vel legat, vel retineat. Siquis interim habuerit, Inquisitoribus, seu locorum Ordinariis a præsentis Decreti notitia tradat sub poenis in Indice Librorum prohibitorum contentis.

Libri sunt

Frà Paolo Sarpi giustificato. Dissertazione Epistolare di Giusto Nave. Colonia 1752.

Christophori Matthæi Pfaffii Institutiones Historiæ Ecclesiasticæ. Tubingæ 1721.

Samuelis de Pufendorff de Statu Imperii Germanici. Lipsiæ 1734.

Imeneo Epitalamico del Signor Cassio Vicecì P. A. In Venezia.

Dictionnaire des Livres Jansenistes, ou qui favorisent le Jansénisme. A Anvers 1752.

Armamentarium Ecclesiasticum Auctore P. F. Ubaldo Stoiber Ord. Min. Ref. Augustæ Vindelicorum 1744.

Christophori Wolli Hermeneutica Novi Fœderis acroamatico-dogmatica. Lipsiæ 1736.

Henrici Benzelli Syntagma Dissertationum habitarum in Academia Lundensi. Lipsiæ 1745.

Lettera di F. Guidone Zoccolante a F. Zaccaria Gesuito. In Cosmopoli 1751.

Principes sur l'essence, la distinction, & les limites des deux Puissances, Spirituelle, & Temporelle. Ouvrage posthume du P. de la Borde de l'Oratoire 1753.

Tradition des Faits, qui manifestent le systeme d'indépendance, que les Eveques ont opposé dans les differens siécles aux principes invariables de la justice souveraine du Roi sur tous ses Sujets indistinctement &c.

Vies interessantes, & edifiantes des Amis de Port Royal. A Utrecht 1751.

Suite du Catechisme Historique, & Dogmatique. A Utrecht 1751.

Les Œuvres de Mr. Charles Gabriel de Thubieres de Caylus Eveque d'Auxerre. A Cologne 1751.

Le Combat de l'Erreur contre la Verité i Suite du Parallele &c. A Utrecht 1749.

Traité des Droits du Roy sur les Benefices de ses Etats 1752.

Defense de l'autorité, & des decisions des merveilles, que Dieu ne cesse point de faire en France depuis un grand nombre d'années &c. Premier Partie 1752.

Traité des deux Puissances, ou Maximes sur l'abus, avec les preuves tirées du Droit Canonique, des

des principes du Droit publique, & de l' Histoire. A Paris 1752.

Lettres à Monseigneur l' Eveque d' Angers au sujet d' un pretendu extrait du Catechisme de Montpellier autorisé par ce Prélat. A Toulose 1752.

Medica sacra, sive de morbis insignioribus, qui in Bibliis memorantur, Auctore Richardo Mesd. Londin. 1749.

Tentamen Theologiæ dogmaticæ methodo scientifica pertractatæ, Auctore Daniele Witembachio Bernate. Francofurti ad Mœnum 1747.

Histoire des Croisades Par Monsieur de Voltaire, sine loco impressionis, 1753.

Procès contre les Jesuites pour servir de suite aux Causes célebres. A Brest 1750.

Supplementa ad Acta Eruditorum Lipsiæ. Tom. IV., & V.

In quorum fidem &c. Dat. Romæ in Palatio Apostolico Quirinali die 11. Martii 1754.

F. J. A. Card. Guadagni.

F. Th. Augustinus Ricchinius Ord. Præd. S. C. Secret.

Loco ✠ Sigilli.

Publicatum eadem die.

1754. 16. Mart. *Decretum S. Congregationis Concilii interpretis circa Monialium Clausuram.*

EMinentissimi, ac Reverendissimi Principes = Minister Provincialis Ord. Min. de Observantia Provinciæ Russiæ, Orator humillimus EE. VV. omni cum reverentia, & obsequio exponit, quod in Russia Polonica sæpe occurrunt controversiæ inter Episcopos, & Superiores Regulares de, & super potestate concedendi Monialibus, Clausuræ Votum emittentibus, facultatem egrediendi e proprio Monasterio in casu necessitatis; cum Moniales Episcopis subjectæ eamdem obtineant toties, quoties occurrit; non ita tamen illam obtinere possint Moniales Regularibus subjectæ.

His accedit, Oratorem habere sub sua directione, & regimine tria Monasteria Monialium Tertii Ordinis S. P. Francisci, quæ in earum institutione Clausuram minime vovebant; & successu temporis Votum Clausuræ etiam apud illas inductum est magna cum difficultate a PP. Observantibus. Ex quo Auctores nonnolli, & præsertim P. Kerckove, colligunt, non tam arcte adstringi Moniales Tertii Ordinis ad Clausuræ observantiam, ac cæteras Sanctimoniales.

Hinc Orator enixe precatur EE. VV. declarare,

I. An Moniales Tertii Ordinis S. P. Francisci comprehendantur sub Pontificiis Constitutionibus, & præsertim sub illa, Salutari in Catholica Ecclesia &c., Sanctissimi Domini Nostri Benedicti XIV. feliciter regnantis, circa Clausuram Monialium, æque ac reliquæ Moniales?

II. Et si affirmative resolvatur, an æque sit utrisque Monialibus concedenda, aut deneganda facultas egrediendi e propriis Monasteriis in casu necessitatis? Pro qua gratia &c.

Die 16. Martii 1754. S. Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum respondit: Ad I. Affirmative: Ad II. censuit, esse denegandam utrique.

M. Card. Mellini Præfectus.

J. A. Furiettus Secret.

Loco ✠ Sigilli.

1754. 30. Mart. *Declaratur, Praministros, & Custodes Provinciarum, in Europæ Continenti trans montes sitarum, qui in Comitiis Generalibus, An. 1750. Romæ habitis, suffragati fuerant, non fuisse ab eodem Capitulo Provinciæ Patribus connumeratos: notaturque mendum, quod in ipsius Capituli Acta irrepsit.*

FR. PEDRO JUAN DE MOLINA

Lector de Sagrada Theologia, Theologo de Su Magestad en la Real Junta de la Imacolada Concepcion, Ministro General, Comissario Visitador Apostolico, y Siervo de toda la Orden de los Frayles Menores

A todos los Religiosos, assi Prelados, como Subditos de nuestros Provincias Observantes, Descalzas, y de la Tercera Orden de esta nuestra Familia Citmontana, situadas en los Reynos, y Tierra Firme de Europa, salud, y la Seraphica Bendicion.

ENtre las graves obligaciones de nuestro Oficio no es la menor velar sobre la observancia de los Estatutos Generales de la Orden, segun su verdadera, y genuina inteligencia, sin permitir, que se introduzcan practicas perniciosas, y contrarias a la intencion de la misma Religion, y sus Capitulos Generales. A cuyo fin, no solo en los mismos Estatutos se previene a los Ministros Generales, que zelen su puntual observancia, sino que se les da plenaria autoridad para su autentica interpretacion, la que les confirmaron, y ampliaron muchos Sumos Pontifices.

En cuya consequencia haviendonos informado el M. R. P. Procurador General de la Orden Fr. Antonio Barros, hallandoos presente en Roma, que se havia suscitado question en nuestra Provincia de Portugal, pretendiendo el P. Ex-Pro-Ministro Massarellos subrogar por el Padre immediato, que havia fallecido, con motivo de haver votado en el ultimo Capitulo General Romano; apoyando su intencion a un Decreto del mismo, puesto en la Session 12., que empieza, *Vocales Ultramontani Familiæ Ultramontanæ*, de que haremos abaxo extensa mencion: sobre el fundamento de constarnos con certeza, y evidencia, que el referido Capitulo General, en que succedió nuestra eleccion, estuvo tan lexos de conceder grado de Padres de Provincia a los Custodios, y Pro-Ministros, que votaron en el, que ni Socio grato les quiso conceder, por no alterar las Leyes de la Religion, ni hallar causas razonables para ello, como consta de las dichas Actas en la misma Session 12. ibi: „ *Supplicationi pro Custodibus Ultramontanis de assignando sibi Socio beneviso, responderunt: Serventur Constitutiones Generales* „; declaramos desde entonces, no pertenecerle la subrogacion, que pretendia, por el Padre immediato, ni por el Padre mas digno, que suponen en quien tiene este derecho el grado de Padre de Provincia formado; sino tan solamente la subrogacion por algun Difinidor en el grado, y linea de precedencia, que tienen por las Leyes de la Religion los Voca-

Vocales, que han votado en el Capitulo General de la otra Familia, a saber, los Cismontanos en el de la Ultramontana, y los Ultramontanos en el celebrado en la Cismontana, los que preceden a los demas Ex-Custodios, y Ex-Difinidores, que no tienen esta calidad, y requisito. Con cuya providencia pensabamos haver atajado este principio de turbacion, y alteracion de las Leyes.

Pero haviendo entendido, despues que llegamos a España, que tambien en otras Provincias se iba introduciendo el mismo inconveniente, no queriendo faltar a la obligacion de nuestro Oficio, hemos examinado fundamentalmente este assunto, y confirmadonos en la justicia, y arreglo a nuestras Leyes, con que hicimos la enunciada nuestra declaracion en Roma por las razones siguientes, que convencen, no haver sido, ni ser mente de el Capitulo General, conceder el grado de Padres de Provincia *cum*, *nec sine jure subrogandi* a los Custodios, y Pro-Ministros de las Provincias de Tierra Firme de esta nuestra Familia, que votaron en Capitulo General.

Es primera la que dexamos yà insinuada: pues siendo indubitado, que para tener Compañero grato, segun los Estatutos Generales, no es necessario ser Padre de Provincia formado (entendemos por esta voz a los Padres de Provincia con derecho de subrogar *pro digniori*, & *immediato*), y basta serlo de la gerarquia inferior *quoad titulum*, & *praecedentiam tantum*; es consequencia legitima, que por el hecho mismo de haverles negado el Compañero grato a los dichos Vocales, que votaron en el Capitulo General ultimo Romano, entendiò la Religion, que no les competia, ni queria concederles Paternidad de Provincia, como premio exorbitante, y contrario a las constantes Leyes anteriores de la Religion, no solo Paternidad con voto, pero ni sin voto, con derecho, ni sin derecho de subrogar. Lo que se confirma reflexionando sobre un hecho publico, y notorio: esto es, que hasta nuestro viage a Italia ninguno de dichos Vocales pretendiò competerle por las Actas del Capitulo General yà dicho Paternidad de una, ni otra linea, derecho de subrogacion, ni tampoco Compañero grato, haviendo pasado el espacio de tres años, lo que no huviera sucedido, si el Capitulo General huviera hecho la Ley, o Decreto, de que oy se valen con esse animo, e intencion: pues los que pusieron la instancia, huvieran luego insistido en su observancia, si huvieran obtenido favorable despacho; y demas de esto haviendose publicado las Actas en nuestra presencia, y de todo el Capitulo, no podia ignorarse, ni retardarse su execucion; pero como lo havian de pretender, si sabian, y se les notificò la resolucion contraria a los Vocales del Continente de Europa?

A estas razones, y argumentos, que en materia de Leyes son de tanto peso, que obligan al Superior, que tiene autoridad para interpretarlas, a hacerlo segun la intencion del Legislador, aunque sea necessario apartarse de su literal, o gramatical expression, impropriando las voces, quando la intencion se hace patente con semejantes violentas congeturas; se llega por ultima, y peremptoria la demonstracion, que resulta de los Memoriales originales, y sus Resoluciones dadas en el Capitulo General, en que consta la verdad de los hechos, que hacen a nuestro proposito, y con su evidencia quitan de en medio toda duda. Dos Memoriales se presentaron al Capitulo General, el uno por los Custodios Ultramontanos, pidiendo precisamente Socio grato, a que rescriviò el Capitulo General: „ *Serventur Constitutiones Generales. Romae 23. Maji anno 1750. Fr. Antonius Aguirre Definitor Generalis, & Secretarius Definitorii Generalis* „. Lo que està bien expressado en las Actas impressas en Roma. La otra instancia la hizo solo el Padre Fr. Francisco de la Annunciacion Custodio de la Provincia de San Juan Evangelista de los Azores, a la qual rescriviò el Capitulo General, como se sigue a la letra: „ *Orator, caeterique Vocales* ULTRAMARINI *Familiae Ultramontanae gaudeant privilegiis concessis Vocalibus Indianis a Generali Capitulo Vallisoletano de anno 1740. tit. pro Cismont. Famil. num. XV. cum explicatione facta in praesenti Generali Definitorio favore Vocalium Indorum, vel Americanorum. Romae die 23. Maji ann. 1750. Fr. Antonius Aguirre Definitor Generalis, & Secretarius Definitorii Generalis*. Lo que non se expressò bien en las Actas estampadas en Roma: pues a mas de omitir las palabras, *Orator*, *caeterique*; en lugar de poner, como està en el original, *Vocales* ULTRAMARINI, puso, *Vocales* ULTRAMONTANI *Familiae Ultramontanae*, repeticion absolutamente superflua, y que, atendida la gravedad del Capitulo General en el acto de decretar, y formar Leyes, ella sola basta para fundar sospecha de yerro de estampa, o del Amanuense, que extendiò las Actas.

Pero descubierta la verdad, original resolucion, y mente del Capitulo General, por estas nuestras Letras patentes, usando de la autoridad de nuestro Oficio, con parecer unanime de muchos Padres graves, a quien hemos consultado, y hecho reconocer los referidos Memoriales originales, que paran en el Archivo General de la Orden de este nuestro Convento de N. P. S. Francisco de Madrid; declaramos, que a los Vocales del ultimo Capitulo General Romano, celebrado el Año Santo de 1750., de esta nuestra Familia Cismontana de nuestras Provincias situadas en el Continente de Europa, no se les concediò grado de Paternidad de Provincia de ninguna categoria, esto es, con derecho, ni sin derecho de subrogar por los Padres mas digno, ni immediato, lo que se concediò solamente a los Ultramarinos, a saber, a las Provincias situadas en las Islas, que se hallan entre Europa, y America, en atencion al peligroso viage de Mar, que deben hacer para venir a Tierra Firme de Europa, y el que despues les queda que hacer desde Lisboa, o Cadiz, en donde desembarcan regularmente, hasta Roma, ù otra Ciudad de Italia.

Y en su consequencia mandamos por Santa Obediencia a los RR. PP. Provinciales, y baxo pena de suspension de su Oficio *ipso facto incurrenda* por el tiempo de nuestra voluntad, que no admitan, ni concedan grado, ni fuero alguno de Padres de Provincia a los expressados Vocales, si por otro titulo no les competiesse segun las Constituciones Generales, y si alguno, o algunos se hallaren en possession de dicha Paternidad, les despossean luego de ella, obligandoles con los medios de mandatos, Censuras, y demas penas, que huviere lugar en derecho, a la puntual obediencia, y execucion de estas nuestras Letras.

Las que mandamos se publiquen en todas, y cada una de nuestras dichas Provincias, y sus Conventos en plena Comunidad, y se registren en los Libros de Patentes en la forma acostumbrada, dan-

S donos

donos aviso los RR. PP. Provinciales de haverse assi executado. Dad. en este nuestro Convento de N. P. S. Francisco de Madrid en treinta de Marzo de mil setecientos cinquenta y quatro.

Fr. Pedro Juan de Molina Ministro General.
Por mandado de su Rma
Fr. Juan Picazo Secret. Gener. de la Orden.

Loco ✠ Sigilli.

In Actis supradicti Capituli Generalis Romani, sequenti Anno 1751. *impressis, quæ ipsa a pererudito Viro P. Carolo M. Perusino exhibentur in sua Chronologia* (*Part.* 2. *p.* 427. *& seqq.*); *præter mendum prædictum, erratum alterum occurrit in Statuto incip.* Conceditur Vocalibus *&c.*, *quod in eadem Sessione XII. habetur. Quandoquidem ubi in impressis legitur*, dummodo in ipsorum Provincia non adsint Ex-Provinciales (*cit. Chronol. Part.* 2. *p.* 437. *col.* 1.); *in authenticis manu scriptis Statutis additur*, vel Ex-Vicarii Provinciales, quibus *&c. Id nos intelleximus ex ipso P. Perusino, qui postea Commissarius Generalis Curiæ Statutum utrumque in uno ex Regestis suis* (*quod est ordine quadragesimum septimum*) *exscribendum curavit ex memoratis Actis authenticis, quæ in hoc Aracælitano Ordinis Archivo servantur.*

Postremo illud adnotare non prætermittam, secundum hanc P. Ministri Generalis declarationem prodiisse deinde ex S. Congregatione Episcoporum, & Regularium Decretum, quod sequitur:

„ S. Congregatio *&c.*, auditis Partibus, ac P. Pro-
„ curatore Generali, referente Eminentissimo Do-
„ mino Card. Feroni Ponente, re mature perpensa,
„ censuit rescribendum, prout tenore præsentium
„ rescripsit, ac decrevit, non competere F. Fran-
„ cisco a Visitatione jus, de quo agitur, ac pro-
„ inde ejusdem subrogationem non sustineri. Ro-
„ mæ 2. Augusti 1754.

„ C. A. Card. Cavalchini.
„ P. H. Guglielmi Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

1754. 19. April. *Edictum contra Hebræos, Hebræasque accedentes ad Monasteriorum, & Conservatoriorum Crates.*

F. Gio: Antonio per la Misericordia di Dio Vescovo di Frascati, della S. R. C. Cardinale Guadagni, della Santità di Nostro Sig. Vicario Generale.

Benchè nell' Editto pubblicato contro gli Ebrei sotto li 2. Febraro 1733. venga alli medesimi espressamente proibito di entrare ne' Parlatorj de' Monasterj di Monache, e Conservatorj, e di parlare con qualsisia Persona in tali luoghi esistente; nulladimeno ci è stato riferito, che i medesimi Ebrei con disprezzo del suddetto ordine, e non senza ammirazione, e scandalo si fanno lecito di liberamente entrarvi, ivi trattenersi, e, quel ch' è peggio, anche ne' tempi della Quaresima, ed Avvento far esito delle loro merci. Che però inerendosi da Noi alla suddetta disposizione, e quella confermandosi, per comando espresso della Santità di N. Signore, nuovamente si ordina, e comanda, che nessun Ebreo, o Ebrea ardisca in avvenire entrare nei suddetti luoghi, e molto meno parlare con le Persone ivi dimoranti sotto pena di Scudi 50., e di tre tratti di corda da darseli in pubblico agli Uomini, e della frusta alle Donne; e, rispetto alle Monache, della privazione dell' Officio, e di Voce attiva, e passiva; ed alle altre Persone esistenti tanto ne' medesimi Monasterj, che ne' Conservatorj, sotto pena a nostro arbitrio.

Dato dalla nostra solita Residenza li 19. Aprile 1754.

F. G. A. Card. Vicario.
Casparo Arciprete Ori Segretario.

Vide etiam hac de re supra (*p.* 35. *n.* 39.), *ac Nicolium* (*Foscul. v.* Hebræus), *& Ferraris* (*v.* Moniales *art.* 4. *n.* 40.).

1754. 24. April. *Literæ Reverendissimi P. Ministri Generalis, quibus nova S. Petri de Alcantara in Alsatia PP. Min. Recollectorum Provincia erecta fuit, Pontificiis Literis confirmantur.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Quæcumque ad majorem Regularis disciplinæ observantiam, & Religiosorum Ordinum commodum, & incrementum in Domino prospicimus profutura; eadem quò salubrius promoveantur, & promota felicius statuantur, ac statuta perenniùs persistant, supremas Apostolicæ Procurationis Nostræ partes grato, libentique animo interponere non dedignamur. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Bruno Fortin Minister Provincialis novæ Provinciæ S. Petri de Alcantara Ord. FF. Min. S. Francisci de Observantia Recollectorum nuncupatorum in Alsatia, quod dilectus etiam filius Petrus Joannetius de Molina Minister Generalis Ord. FF. Minorum ejusdem S. Francisci de Observantia nuncupat., vigore facultatis sibi a Nobis per alias Nostras in simili forma Brevis expeditas Litteras sibi attributæ, die xv. Septembris MDCCL. a Provincia Argentina memoratorum FF. Recollectorum quamplurimos Fratres, novem Conventus, aliaque Hospitia, seu Residentias dismembravit, & separavit, ac ex Fratribus, & Conventibus, ac Hospitiis, seu Residentiis hujusmodi sic dismembratis, & separatis supradictam novam Provinciam sub invocatione S. Petri de Alcantara erexit, & constituit, ac aliàs, prout in ipsius Petri Joannetii Ministri Generalis Patentibus ea super re expeditis plenius continetur. Tenor autem dictarum patentium Litterarum est qui sequitur, videlicet ==

„ F. PETRUS JOANNETIUS DE MOLINA

„ S. Theologiæ Lector *&c.* (*ut apud P. Perusin.*
„ *Part.* 2. *pag.* 468. *seq.*).

„ F. Petrus Joannetius de Molina
„ Minister Generalis, & Commissarius
„ Visitator Apostol.

„ *De mandato Rmi in Christo Patris*
F. Franciscus Antonius Mariani
„ Secret. Gener. Ordin.

„ Loco ✠ Sigilli.

Quoniam autem dictus Bruno Minister Provincialis præinsertas patentes Litteras, quò firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderat; Nos piis ejusdem Brunonis Ministri Pro-

vin-

vinsialit votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicatinnis *&c.*, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas ejusdem Petri Joannetii Ministri Generalis patentes Litteras, separationem, & dismembrationem Fratrum, Conventuum, Hospitiorum, seu Residentiarum a memorata Provincia Argentina, & eréctionem novæ Provinciæ S. Petri de Alcantara continentes, ut præfertur, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos juris, & facti defectus, siqui desuper intervenerint, supplemus, & sanamus. Decernentes, easdem præsentes Litteras *&c.*; sicque in præmissis *&c.*; ac irritum, & inane *&c.* Non obstantibus *&c.*

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXIV. Aprilis MDCCLIV. Pontificatus Nostri Anno Decimoquarto.

D. Card. Passioneus.

Loco ✠ Sigilli.

1754. 4. Maji. *P. Raymundo Tworkowski Definitori Generali demortuo P. Sigismundus Scherpin subrogatur.*

F. BERNARDINUS A TERLITIO

Ord. Min. Regularis Observantiæ S.P.N. Francisci Lector Jubilatus, & in hac Cismontana Familia tam Observantium, quam Reformatorum, & Conceptionistarum Commissarius Generalis, Visitator, & Reformator Apostolicus, & Servus

Dilecto Nobis in Christo A. R. P. Sigismundo Scherpin Lectori Theologo, ex-Ministro Provinciali, & ex-Definitori Generali nostræ Reform. Provinciæ Carniolæ salutem, & Seraphicam Benedictionem.

SEraphicæ Religionis regimini, meritis licet imparibus, Divina Providentia constituti, inter ceteras nostri muneris curas, in hoc potissimum tenemur incumbere, ut unicuique secundum munera distribuantur honores. Cum igitur propter obitum P. Raymundi Tworkowski Provinciæ nostræ Reformatæ Poloniæ Minoris jam Definitoris Generalis, alius Pater ejusdem Familiæ dignior in Generalem Definitorem juxta nostri Ordinis Statuta sit subrogandus; teque in Provinciis nostris Reformatis hujus Cismontanæ Familiæ digniorem esse, Nobis certo constet; his nostris patentibus Literis te loco præfati P. Raymundi jam defuncti subrogamus, & subrogatum declaramus cum omnibus prærogativis, & privilegiis, hujusmodi Generalibus Definitoribus de jure, vel consuetudine congruentibus: Præcipientes in virtute S. Obedientiæ cunctis Patribus, & Fratribus, ut te sic a Nobis ex justitia subrogatum, & declaratum recognoscant, debitumque tibi præstent honorem, nec a muneris executione minime retardare, vel impedire præsumant. Vale, nostri apud Deum in tuis orationibus memor.

Dat. Romæ ex nostro Aracœlitano Conventu die 4. Maji 1754.

F. Bernardinus Commissarius Generalis.

De mandato Rmi in Christo Patris

F. Angelus Seraphinus ab Alaxio Secret. Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

1754. 10. Maji. *Decretum S. C. Episc. & Regul., quo definitur, cuinam ex Custodiis tribus, in quas Pedemontana Observantium Provincia S. Thomæ Anno 1752. divisa fuit, Fratres singuli aggregandi sint.*

SAcra Congregatio *&c.*, referente Eminentissimo Eeroni Ponente, visis videndis, & consideratis considerandis, decrevit, ac declaravit, singulos Fratres tam professos, quam professuros aggregandos esse illi Custodiæ respectivè; quæ juxta lineam rectam proximior est Patriæ cuiusque. In dubiis super majori, vel minori proximitate Locorum, attendendum esse duorum Geographiæ Peritorum judicium, inspectis Topographicis Tabulis dumtaxat. In casu æqualis distantiæ dandam esse optionem eligendi irrevocabiliter Custodiam cuique benevisam. Exequutionem vero præsentis Decreti committendam esse, prout committit, Provinciali, & Definitoribus in proximo futuro Capitulo creandis. Romæ 10. Maji 1754.

C. A. Card. Cavalchini.

P. H. Guglielmi Secretarius.

Quoniam vero, demandata Decreti executione Provinciali, & Definitoribus in proximo futuro Capitulo creandis, *ex eo consequebatur, Sacerdotes, de quorum Custodia dubitabatur, in eodem Capitulo, in vim Literarum, quas dedimus od 5. Iul. 1752., ad Officia Provinciæ promoveri non posse, utpote nulli adhuc Custodiæ additos; ideo Eminentissimi iidem Patres, hac de re interpellati, rescripserunt mox die 21. Junii ejusdem Anni 1754.:* Juxta Votum Eminentissimi Ponentis. Votum *porro, quod fuerat ab Eminentissimo Ponente S.Congregationi oblatum, conceptum erat in hæc verba:* P. Commissario, & Visitatori Provinciæ, qui, servatis adamussim tum Apostolico Brevi, tum S. Congregationis Decreto, ac secluso perturbationis, & cujuscumque incommodi periculo, necnon auditis PP. Vocalium Capituli gravinrum, & a studio partium alienorum sententiis, curent, ne Oratoribus ullum præjudicium inferatur.

Denique cum Peritorum, ad locorum quorundam definiendam distantiam adhibitorum, judicia invitem non convenirent; S. Congregatio die 20. Septembris ejusdem Anni commisit Archiepiscopo Taurinen., ut, auditis partibus extrajudicialiter, & sola facti veritate inspecta, cum facultatibus ipsius S. Congregationis mandaret, omnino servari Decretum latum sub dia 10. Maji 1754., quacumque appellatione remota. *Quod ipsum Illustriss. eidem Arch*), *Epistola ad eum data sequenti Anno 1755. 19.* ..*mbris, Eminentissimi Patres iterum demandarunt.*

1754. 12. Maji. *Decreto S. R. C.* in una Ordinis Minorum de Observantia Sancti Francisci Provinciæ Majoris Poloniæ.

REgulares Ordinis Minorum de Observantia Sancti Francisci Provinciæ Majoris Poloniæ humillime Sacræ Rituum Congregationi supplicarunt pro declarations infrascriptorum Dubiorum:

I. Cum in omnibus Conventibus erectæ sint Confraternitates Sanctæ Annæ, Sancti Patris Francisci, Sancti Antonii, & aliorum Sanctorum; quæritur, an Votivæ simplices de hujusmodi Sanctis cantari possint in Festo duplici minori, & majori, sed non de præ-

cepto, seu festivo, ut antiqua consuetudo in hac Provincia viget, & ad quas Populus concurrit, easque libenter audit, & cantari procurat?

II. An Missæ de Requiem pro Parentibus Fratrum dictæ Provinciæ quavis Feria secunda in quolibet Conventu possint cantari, exposito Castro doloris, occurrente Festo duplici minori, & majori, sed non de præcepto, seu festivo?

III. An Missæ de Requiem possint cantari in nostris Ecclesiis pro Benefactoribus defunctis (qui apud nos non sepeliuntur) in die Obitus illorum, occurrente Festo duplici minori, & majori, sed non de præcepto, seu festivo?

IV. An Missæ de Requiem (ut Populus semper prætendit, & non per applicationem Sacrificii) possint cantari pro Benefactoribus defunctis ad petitionem Hæredum quavis die, etiamsi non sit dies Obitus, vel Anniversarii, occurrente Festo duplici minori, & majori, sed non de præcepto, seu festivo? In omnibus supradictis Quæsitis exclusa volumus Festa primæ, & secundæ Classis, Dominicas per annum, Dominicas, ac Octavas privilegiatas.

V. Cum Sacra Rituum Congregatio decreverit, in Festo duplici minori, & majori, sed non de præcepto, posse cantari Missam de Requiem, cùm accipitur nuntius de obitu alicujus in loco dissito &c., sub die 4. Maji 1686.; & Anniversaris, quæ ex dispositione Testatorum cum cantu quotannis sunt celebranda, possint cantari etiamsi eorum dies inciderit in Festum duplex majus, non tamen de præcepto, sub die 20. Julii 1669., annuente Sanctissimo Domino Nostro Clemente IX.: Quæritur, quomodo intelligendum duplex majus de præcepto, an quod sit celebre ad Populum, seu festivum, vel alio modo &c.?

Et Sacra eadem Congregatio, audito prius Voto unius ex Apostolicarum Cæremoniarum Magistris, ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Tamburini ejusdem Sacræ Congregationis Præfecti, censuit rescribendum:

Ad I. Negative.
Ad II. Negative.
Ad III. Affirmative.
Ad IV. Negative.

Ad V. Festum duplex majus de præcepto est illud, in quo occurrit Officium recitandum sub ritu duplici majori, cuique a legitimo Superiore adnexum est præceptum audiendi Sacrum, & abstinendi ab Operibus servilibus. Et ita declaravit die XI. Maji 1754.

1754. 26. Jun. *Literæ encyclicæ, quibus Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos Italiæ hortatur* Benedictus *Pontifex, ut nova pristinis superaddant studia solicitudinis Pastoralis, quò Christifideles in Fidei rudimentis instituantur. Indicat simul, quid Concionatores, quid Confessarii præstare hanc in rem debeant.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

CUM religiosi *&c.*

§. I. Haud tamen expleri animus gaudio potuit, cum subinde relatum ad Nos fuerit, hujusmodi homines, dum sacris instructionibus ad Confessionem, Sacramque Communionem parantur, detegi sæpè sæpius Mysteriorum Fidei, atque eorum etiam, quæ *necessitate medii* noscenda sunt, ignaros, ideoque tales, qui Sacramentorum nequeant fieri participes. (*& infra*).

§. IV. Nos itaque S. Caroli Borromæi exemplum præ oculis habentes, quamvis omne hactenus studium impenderitis, atque sedulitatem, hortamur adhuc rogantes vos per Jesu Christi viscera, ne in tanto opere tradendi Christianæ Fidei rudimenta animum despondeatis. Hoc agite, ut Parochorum quisque, quæ Sacro Tridentino Concilio, quæ vestris Synodalibus Statutis jubentur, sedulo exequatur: ut statis diebus Scholarum Magistri, & Magistræ Doctrinam tradant Christianam: ut Confessarii, quæ muneris sui sunt, impleant, quoties quisquam se ipsorum Tribunali sistit, ignorans quæ *necessitate medii* sunt ad salutem necessaria; idipsumque præstent & Parochi, antequam Sponsos Matrimonio conjungant: Patresfamilias, atque domorum Heri serio moneantur de imposita sibi obligatione erudiendi per se, erudiendosque curandi Christianæ Doctrinæ præceptis filios, suosque familiares: quibusque in Diœcesibus receptus est, servetur, cureturque recipiendus, ubi hactenus non obtinuit, usus, juxta quem ante, vel post Parochialem Missam elata voce per ipsummet Parochum recitantur Fidei, Spei, & Charitatis Actus recte compositi, Populo interim Parochi verba iterante. Nec etiam negligatur incumbens Parocho onus, quo festis diebus, nisi Concionem ad Populum habere, certa quidem ex Altari Evangelium ei explanare, ipsumque præcipua Sanctæ Religionis Nostræ Mysteria, Dei Præcepta, & Ecclesiæ, ac quidquid demum opus est, ut Sacramentorum digne particeps fiat, edocere tenetur. Vestigia hæc sectentur quoque Concionatores, quibus salutare illud iteretur monitum, ut adhortationibus institutiones adjungant, quandoquidem utrisque indigent Auditores. Denique quænam sit optima methodus in rudibus hominibus Christiana Doctrina erudiendis, indigitatur a S. Augustino in Libro *De Catechizandis Rudibus cap.* 10., ubi inquit, proficuam præ cæteris eam esse, qua post explanationem familiares instituantur interrogationes; ex familiari quippe interrogatione compertum fit, an quæ quisque audivit, mente perceperit, vel an potius iterata explanatione opus sit, ut alieno captui res subjiciatur: „ *Interrogatione quærendum est, utrum is, qui catechizatur, intelligat; „ & agendum, pro ejus responsione, ut aut planius, „ & enodatius loquamur, aut quæ illi nota sunt, „ non explicemus latius &c. Quod si nimis tardus est, „ misericorditer succurrendus est, breviterque ea, quæ „ maxime necessaria sunt, ipsi potissimum inculcanda* „. Illud Nobis persuasum est fore, ut longe plura ipsi persequamini, quàm encyclicis hisce Literis Nostris vobis indigitamus. Interim vobis, Venerabiles Fratres, concreditoque sollicitudini vestræ Gregi Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Datum ex Arce Castri Gandulphi die 26. Junii 1754. Pontificatus Nostri Anno Decimoquarto.

1754. 28. Junii. *Sacræ Rotæ Romanæ Decisio coram R. P. D. Figueroa in* Melevitana Associationis Funerum.

1. NON obstante Re judicata, qua circa annum 1703. definitum fuerat, Fratres Carmelitas Civitatis Vallettæ invitatos ad pompas funebres teneri acce-

dere

dere ad Ecclesiam Parochialem *Portus Salutis* pro excipiendo Parocho; contendentes iidem Religiosi, jus eis esse eundi recto tramite ad Domus Defunctorum, ibique Parochum expectandi, conventi ab ipso nuper fuerunt coram A. C., qui eum fuerit in sensu, eos manuteneri in prætensa libertate non accedendi ad Ecclesiam Parochialem, opus fuit Parocho recurrere ad Signaturam, a qua commissa mihi hujus Causæ cognitione cum clausula „ *sine præjudicio* „ proposui hoc mane RR. PP. Dubium: „ *An constet de Re judicata, seu potius de causis restitutionis in integrum* „? Et responsum accepi pro Parocho *informante*, idest „ *Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam* „.

2. Restitutioni siquidem in integrum adversus memoratum Judicatum A. C. viam stravit illius injustitia, promanans non modo a prædicta antiqua Re judicata, quæ facit favore Parochi rem claram, & manifestam, *leg. 1. Cod. quand. provoc. non est necess.*; verum etiam a dispositione Ritualis Romani, in quo constitutum est, quod omnes, qui Funeri interesse debent, conveniant in Ecclesia Parochiali, ut recensendo ejusdem Ritualis verba tradit *Baruffald. ad dictum Ritual. tit. 36. §. 1.*, & contra Regulares prætendentes accedere recto tramite ad Domus Defunctorum pluries judicavit Sacrum nostrum Auditorium, ut *coram Molines decis. 893. n. 1.*, *& in Compostellana Præeminentiarum quoad Processionem Funebrem 16. Martii 1736. §. Pro*, &c. Quibus Rotalibus Decisionibus consonant Resolutiones Sacræ Congregationis Rituum, Episcoporum & Regularium, ac Concilii Tridentini Interpretum, relatæ per *Barbos. de Offic. Parochi part. 3. cap. 25. num. 63.* &c.

3. E quorum conspectu frustra Carmelitæ recurrerent ad possessionem, in qua reperiuntur, etiamsi immemorabilem. Ultraquamquod enim ad eam probandam opus haberent testibus deponentibus cum requisitis famigeratæ *Glossæ in capite primo de Præscript. in 6. verbo memoria*, quin inter eosdem testes admitti mereantur Religiosi in hac Causa interesse habentes, *Rota coram Coccin. decis. 173. n. 4.*: Animadvertendum se se offert, quod omnes actus possessorii ab eisdem Religiosis exerciti post ortam dictam Rem judicatam, utpote attentati, prodesse non possunt ad manutentionem obtinendam, ut dixit *Rota in Compostellana Præeminentiarum quoad Processionem Funebrem 12. Martii 1738. §. Nullius coram R. P. D. meo de Canilliac*.

4. Additur his, quod in hoc, in quo sumus, casu nil juvat opponere immemorabilem possessionem. Licet enim consuetudinis, ususque longævi non vilis auctoritas sit, non tamen usque adeo sui valitura est momento, ut aut rationem vincat, aut legem: ut ait Imperator *in leg. 2. Codic. quæ sit longa consuetudo*; & in præcisis terminis firmant *Baruffal. ad Ritual. Roman. tit. 36. num. 56.*, *Bauus de Sodalit. parte 5. num. 10.*, *Barbosa de Offic. Paroch. part. 3. cap. 25. num. 63.*, *& sæpenumero definivit Sacra Rituum Congregatio*, ut in Causa *Theitina die 12. Ianuarii 1633.*, *in Taurinen. die 23. Martii 1683.* &c.

5. Neque obiecem Resolutioni huic, quatenus etiam prolata esset, facere potuisset Transactio quædam inita anno 1703., qua mediante, Parochus illius temporis promisit favore Carmelitarum, se nunquam instituturum pro observantia sæpedictæ Rei judicatæ: Ultra enim quam quod memorata Transactio opponitur dispositioni Ritualis Romani jubentis, ut omnes, qui pompæ funebri intervenire debent, in Ecclesia Parochiali unà simul conveniant; ideoque non meretur attendi, utpote conventio contraria Juri publico, quod privatorum pactis immutari non potest juxta *Text. in leg. 38. ff. de pact.*, quem prosequitur *Pignatell. consult. 148. num. 28, & seqq.*:

6. Advertebant DD., quod Transactio præfata subsistere nequit ob defectum Beneplaciti Apostolici, quod ad tramites famigeratæ *Extravag. Ambitiosæ de reb. Eccles. non alienand.* requiritur etiam in Contractibus, in quibus remittuntur jura incorporalia, seu prærogativæ honorificæ, & præeminentiales alicujus Ecclesiæ, *Rota coram Ottabon. decis. 220. num. 17.*, *coram Coccin. decis. 362. num. 3.* &c.; necnon etiam in Transactionibus, *Rota coram Coccin. decis. 301. num. primo*, *coram Emerix Junior. decis. 1028. num. primo*, *& in recent. decis. 284. num. 6. & 7. part. 14.*, quantumvis initæ fuerint inter duas Ecclesias, ut prosequitur *Rota decis. 170. num. 5. tom. primo part. 4.*, *& decis. 124. n. 9. & 10. part. 12.*, *& decis. 231. num. 6. & 7. part. 13.*

Et ita &c. unica &c.

Vid. & infr. sub die 9. Decembris 1754.

1754. 2. Jul. *Decretum*

S. Congregationis, Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis præpositæ, in Assisien. alterius Privilegiati Altaris.

JAmdiu opinio invaluerat (*sic habetur in Folio Congregationis habitæ 2. Julii 1754.*), in Ecclesia B. Mariæ Angelorum Assisii duo ejusdem Ecclesiæ Altaria Privilegio esse decorata; & idcirco complures Missæ, cum onere celebrationis in Altari Privilegiato, recipiebantur. Verum detecta insubsistentia hujusce opinionis, cum revera unicum tantum Altare Privilegio gaudeat; nomine P. Guardiani Conventus præfatæ Ecclesiæ huic S. Congregationi supplicatur pro concessione alterius Privilegii.

Exaudiri confidit Orator duplici potissime ratione: & quidem quia Missæ, quæ a Christifidelibus offeruntur in Festo Portiunculæ, ceterisque Anni Solemnitatibus cum ante dicto onere, tantæ sunt, ut unicum tantum Altare impar sit omnium satisfactioni; tum etiam quia, cum penes omnes tamdiu duplex istud Privilegium, uti verum, reputatum fuerit, non sine aliqua scandali nota contingeret, si Christifideles animadvertant, hocce duplex Privilegium non amplius subsistere, quapropter, ad removendam hujusmodi scandali occasionem, alterum Altaris Privilegium concedi debere sibi persuadet Orator.

Ut autem S. Congregatio mature in hac Causa procederet, consuetas literas dedit Episcopo Assisiensi pro informatione, & voto, & præsertim ut eandem S. Congregationem instructam redderet super numero Missarum Privilegiato Altari in perpetuum addictarum. Nuper Episcopus in data responsione fatetur, multas quidem offerri Missas in Privilegiato Altari celebrandas; perpetuas autem triginta & unius numerum haud excedere, ita ut pro implemento onerum perpetuorum unius Altaris Privilegium satis esse videatur. Ea haud prætermissa animadversione, Christifideles in offerendis Missis in Ecclesia S. Mariæ Angelorum celebrandis honorem potius ejusdem B. Mariæ Virginis, quam Defunctorum suffragium spectare. Proponitur itaque decidendum,

An

An secundum Altaris Privilegium sit concedendum in Ecclesia B. Mariæ Virginis Angelorum Assisii in casu &c.?

Sacra vero Congregatio respondit : Negative, & ad mentem; & mens est, ut serventur Decreta S. Congregationis Concilii, & removeatur Tabella, si adsit.

1754. 6. Julii. *Decretum*
S. M. Benedicti XIV., ut Regulares, ad formam Canonum, prius pareant, postea recurrant.

IN Audientia Sanctissimi die 6. Julii 1754. Sanctitas Sua, plaudentibus omnibus Religiosorum Superioribus, mandavit, quod in recursibus Regularium adversus obedientiam suorum Superiorum semper rescribatur = *Pareant, & deinde recurrant* = ad formam Capitis, *Reprehensibilis*, de appellationibus, ibi = *Præcipue vero hoc in Religiosis volumus observari, ne Religiosi, cum pro aliquo excessu fuerint corrigendi, contra Regularem Prælati sui, & Capituli disciplinam appellare præsumant, sed humiliter, ac devote suscipiant, quod pro salute sua fuerit eisdem injunctum* =; & ad formam Capitis, *Ad nostram*, de appellationibus, ibi = *Mandamus, quatenus siquando quilibet subditorum tuorum ad remedium appellationis convolaverit, non ideo minus eum juxta tenorem mandati, quod in prædicta regula continetur, & institutionem Ordinis corrigat, & castiges.* = Romæ &c.

P. H. Guglielmi Secretarius.

Ita legitur in Regesto S. Congregationis Episc. & Regul. Anni 1754.

1754. 13. Julii. *P. Desiderius*
a Domobasciana in Excommissarios Generales Cismontanæ Familiæ cooptatur.

Dilecto Filio Desiderio a Casabasciana Ord. FF. Minorum de Observ. nuncupat. Professori, Conventus S. Sepulchri in Hierosolymis olim Præsidenti, atque olim Apostolico apud Montem Libanum Commissario.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

ORthodoxæ Religionis zelus, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia pietatis, doctrinæ, prudentiæ, aliarumque virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut te specialia favore gratiæ libenter prosequamur. Cum itaque, sicut accepimus, tu, qui Frater expresse professus Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum existis, ac Conventus dicti Ordinis in Hierosolymis olim Præsidentis, atque bis Apostolici apud Montem Libanum Commissarii a Nobis constituti munere laudabiliter functus es, magnos labores, ac molestias pro Sedis Apostolicæ, & Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositæ servitio, etiam cum tuæ vitæ periculo pertuleris: Hinc est, quod Nos tibi in ejusmodi laborum tuorum levamen, ac præmium, Pontificiæ Nostræ largitatis argumentum aliquod præbere, teque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis &c., supplicationibus memoratæ Congregationis Cardinalium Nobis super hoc humiliter porrectis benigne inclinati, ac etiam motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, tibi, ut voto perpetuo, aliisque omnibus, & singulis juribus, privilegiis, prærogativis, præeminentiis, præcedentiis, antelationibus, exemptionibus, honoribus, gratiis, & indultis, quibus Fratres Ordinis præfati, qui triennii spatio Commissarii Generalis Familiæ Cismontanæ ejusdem Ordinis munere functi fuerunt, tam de jure, usu, & consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, pari modo, absque ulla prorsus differentia, uti, frui, & gaudere libere, & licite possis, & valeas in omnibus, & per omnia, perinde ac si Commissarii Generalis hujusmodi munere per triennium functus fuisses, Auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Decernentes &c.; ac irritum, & inane &c. Non obstantibus &c.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 13. Julii 1754. Pontificatus Nostri Anno Decimoquarto.

Cajetanus Amatus.

Quia vero in hoc negotio non fuerant plene servata Decreta a Clemente XI. confirmata (quæ extant in Chronol. P. Perusini Par. 1. pag. 566.); nec facta in his Literis fuerat specialis mentio Constitutionis a Benedicto eadem editæ An. 1741., cujus vi fistum, Apostolica, *quemadmodum ipse in Constitutione eadem decreverat (Chronol. cit. Par. 2. p. 266. col. 2. §.* Decernentes *sub fin.); idcirco prodiit paullo post Rescriptum, quod sequitur:*

„ Ex Audientia Sanctissimi die 11. Augusti 1754.
„ Sanctissimus mandavit, servari Breve a Sanctitate
„ Sua expeditum favore P. Desiderii, illudque va-
„ lere, perinde ac si fuissent servata, quæ servan-
„ da præcipiuntur tum in Decretis confirmatis a
„ S. M. Clemente XI., tum in Constitutione San-
„ ctitatis Suæ, quæ incipit *Apostolica*. Et præsens
„ Rescriptum jussu ejusdem Sanctitatis Suæ perin-
„ de valeat, ac si esset expeditum novum Breve
„ cum supradictis derogationibus: & in posterum
„ exacte, & adamussim serventur, & executioni
„ mandentur tum allegata Decreta, tum etiam ci-
„ tata Sanctitatis Suæ Constitutio.

„ J. C. Boschi Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

1754. 13. Jul. Pisauren.
Canonizationis B. SERAPHINÆ SFORTIÆ Monialis Professæ in Monasterio Corporis Domini Pisauri Ordinis S. Claræ.

Cum a Sacr. Rituum Congregatione Ordinaria sub die 15. Julii 1752., ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Columnæ de Sciarra Ponentis, admissa fuerit Commissio Introductionis Causæ Beatæ Seraphinæ Sfortiæ, & a Sanctissimo D. Nostro Benedicto Papa XIV. postmodum signata, juxta tenorem præfatæ Commissionis, ad instantiam Postulatoris, propositum fuit ab eodem Eminentissimo Ponente, atque in dicta Sac. Congregatione

tione discussum infrascriptum Dubium = *An Sententia lata per Reverendissimum Ephcopum Pisauren. super Cultu publico ab immemorabili tempore prædictæ Beatæ exhibito, sive super Casu excepto a Decretis San. Mem. Urbani Papæ VIII., sit confirmanda in casu, & ad effectum &c.* = Et Sac. eadem Congregatio, audito R. P. D. Ludovico de Valentibus Fidei Promotore, qui voce, & scripto suam sententiam exposuit, rescribendum censuit = *Affirmative*, si Sanctissimo Dño Nostro visum fuerit. Die 13. Julii 1754.

Factaque deinde per me Secretarium de prædictis eidem Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit. Die 17. ejusdem Mensis, & Anni 1754.

D. F. Card. Tamburinus Præfectus.

M. Marefuscus Sac. Rit. Congr. Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

1754. 17. Jul. *Decretum Generale Benedicti PP. XIV. circa Testes de auditu auditus in Caussis Servorum Dei, procedentibus per viam non cultus; Postulatoribus nostris, & iis, qui pro Postulatoribus in partibus agunt, scitu pernitile, dum parant, proponuntque Testes in constructione Processuum.*

CUm ex relatione eorum, quæ in Congregationibus Sacr. Rituum aut Antepræparatoriis, aut Præparatoriis proponuntur, & discutiuntur, facta Nobis pro sui muneris adimplemento tum a Congregationis Secretario, tum a Fidei Promotore, innotuerit, sæpe excitatam fuisse inter ejusdem Congregationis Consultores controversiam, an in Caussis Beatificationis, & Canonizationis Servorum Dei procedentibus per viam non cultus, cum disputandum proponitur dubium super Virtutibus, aut Martyrio, Testes de auditu auditus, qui soli extant in Processu Apostolico, in linea probationis jungi possint cum Testibus de visu, qui extant in Processu Ordinario; contendentibus nonnullis, id tantum fieri posse, si Testes de auditu, qui extant in Processu Apostolico, sint de auditu a videntibus; aliisque asserentibus, id ipsum fieri debere, etiamsi Testes non sint de auditu a videntibus, sed de auditu auditus, dummodo cætera alia non desint, quæ requiruntur pro conjunctione Processus Ordinarii cum Processu Apostolico, & alia etiam concurrant a Congregatione Rituum statuta, ut rite, & recte admittantur Testes de auditu; de quibus omnibus in nostro Opere *de Canonizat. Sanctor. lib. 2. cap. 4. & 5.*:

§. 1. Nos, ad amputandam quamcumque controversiam, decernimus primo, non posse in linea probationis conjungi Testes de auditu auditus, in Processu Apostolico examinatos, cum Testibus de visu, qui extant in Processu Ordinario, prædictamque conjunctionem in linea probationis competere tantum Testibus de auditu a videntibus, qui sint in Processu Apostolico examinati, dummodo cætera supra indicata non desint requisita: & ex conjunctione Testium de visu, examinatorum in Processu Ordinario, cum Testibus de auditu a videntibus, examinatis in Processu Apostolico, propositis Dubiis super Virtutibus, aut Martyrio, responderi posse, *Constare de Virtutibus* &c., aut *Constare de Martyrio*: & in progressu ad ulteriora pro obtinenda formali Beatificatione sufficere debere duo Miracula, quæ ante Beatificationem patrata sint, & approbata; & pro obtinenda Canonizatione sufficere debere alia duo Miracula, post Beatificationem secuta, & approbata.

§. 2. Decernimus secundo loco, quod si in Processu Ordinario Testes extent de visu, & in Processu Apostolico non reperiantur, nisi Testes de auditu auditus; Testes hi de auditu auditus, in Processu Apostolico excepti, vim, & robur adminiculi habere valeant, modò quidem levis, modò gravis, prout eorum numerus, & qualitas exposcit, ita ut, exclusa a Postulatoribus quacumque fraudis, aut negligentiæ suspicione, ex qua factum sit, ut soli Testes de auditu auditus in Processu Apostolico fuerint examinati, si, attentis numero, & qualitate Testium de visu in Processu Ordinario examinatorum, habitaque consideratione adminiculi non levis, sed gravis desumpti ex Testibus de auditu auditus in Processu Apostolico examinatis, res ad eum statum redacta sit, ut faciat fidem, & auctoritatem Viro prudenti de re gravi judicaturo; propositis Dubiis super Virtutibus, aut Martyrio, responderi possit: *Ita constare de Virtutibus*, aut, *Ita constare de Martyrio, ut procedi possit ad ulteriora, hoc est ad discussionem Miraculorum*: Nec obtineri posse Decretum Beatificationis, nisi tria Miracula præcesserint, quæ fuerint approbata: neque demum Canonizationis Decreto locum esse debere, nisi duo alia post Beatificationem Miracula superveniant, quæ pariter fuerint approbata.

§. 4. Demum tertio loco decernimus, nihil per præsens Decretum a Nobis fuisse immutatum super Dubio Virtutum, aut Martyrii in Causis, quæ procedunt per viam Casus excepti, aut in quibus, etsi procedant per viam ordinariam non cultus, soli Testes de auditu extant in Processu tum Ordinario, tum Apostolico: quoad eas enim exacte observari mandamus Decretum Generale a Nobis editum *die 23. Aprilis 1741.*, & impressum in nostro Opere *de Canonizat. Sanctor. lib. 3. cap. 3. num. 25. editionis Patavinæ, & editionis Romanæ*; quod etiam nunc confirmamus tum quoad numerum Miraculorum, tum etiam quoad cætera, quæ in dicto Decreto continentur, & in quibus statuitur, Miracula semper esse comprobanda per Testes contestes de visu, sive agatur de Caussis procedentibus per viam ordinariam de non cultu, sive per viam extraordinariam de Casu excepto, & sive res sit de Miraculis pro obtinenda Beatificatione, sive de aliis, quæ proponuntur pro Canonizatione obtinenda. Et Secretario Congregationis Sacror. Rituum mandamus, ut præsens nostrum Decretum inter Acta Congregationis referat, ac typis edi curet, ut ad omnium notitiam deveniat.

Datum hac die 17. Julii 1754.

D. F. Card. Tamburinus Præf.

M. Marefuscus S. R. C. Secr.

Loco ✠ Sigilli.

Decretum hoc in Romanis Bullarii Benedicti XIV. Editionibus An. 1758., & 1761. (Tom. 4. in Append.) datum legitur 17. Julii 1744. At vero datum fuisse Anno 1754., ex ipsismet subscriptionibus Eminentissimi Præfecti Tamburini, & Secretarii Marefusci, postea Amplis-

plissimi Cardinalis, perspicuum fit; tum etiam ex Collectione Apostolicarum Constitutionum, Decretorumque &c. Typis Cameræ Apostolicæ evulgatorum, quæ Collectio in Casanatensi PP. Prædicatorum Bibliotheca habetur: ut præteream & Spiridionem Talù, qui in Decretis S. R. C. (*pag.* 140. *ante n.* 502.), *& Lucium Ferraris, seu unum ex Bibliotheca ipsius Censoribus, qui in verb.* Veneratio Sanctorum (*ante n.* 26.), *Decretum istud editum referunt hoc ipso Anno* 1754.

1754. 1. Aug. *Literæ Pontificis ad Archiepiscopos, Episcopos, Parochos, & Missionarios Provinciæ Albaniæ, quibus Litteris iterum interdicitur, ne Christifideles sub Turcarum ditione versantes, ad occultandam Christianæ Religionis professionem, Mahumetana nomina sibi imponant, iisque se compellari patiantur.*

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, necnon Dilectis Filiis Parochis, & Missionariis Provinciæ Albaniæ.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

QUod Provinciale Concilium Albanum Provinciæ vestræ, Venerab. Fratres, Dilecti Filii, Anno MDCCIII. sub fel. rec. Clemente Papa XI. Prædecessore Nostro celebratum, inter cætera, Canone tertio sanctissime statuerat, nimirum ne Turcica, seu Mahumetana nomina sive parvulis, sive adultis in Baptismate imponerentur; neve Christifideles Turcicis, seu Mahumetanis nominibus, quæ nunquam sibi imposita fuerant, ob quamcumque vel tributorum exemtionem, & immunitatem, vel liberi commercii commodum, vel evitandarum pœnarum causam, se nuncupari paterentur; idipsum, inter cætera, Nos quoque commendantes confirmavimus, ac servandum præcepimus in Nostra Encyclica Epistola, cujus initium est, *Inter omnigenas*, pro Regno Serviæ, & finitimis Regionibus super pluribus Religionis, ac Disciplinæ capitibus die XI. mensis Februarii An. MDCCXLIV. Pontificatus Nostri Anno quarto edita. Providum igitur, ac salutare ejusmodi Statutum, ab Antecessoribus vestris tanta cum sapientia, & religione conditum, & tamquam luculentum Catholicæ Fidei, sinceræque vestræ Christianæ pietatis exemplum, aliis ad imitandum, & omnino custodiendum a Nobis districte præceptum, quemadmodum in Provinciæ vestræ majorem gloriam, & existimationem, majoremque consequendæ æternæ Animarum salutis utilitatem, ita, si negligi forte contingat, in majus ejusdem vestræ Provinciæ dedecus, apertumque Animarum discrimen redundare videtur.

§. I. Nos autem, qui abusum illum in prædicta Epistola Nostra tamquam turpem Christianæ professionis occultationem ad infidelitatem accedentem pronuntiavimus, maximo cum Pontificii Animi Nostri mœrore accepimus, quod quamplurimi istius Provinciæ, posthabita æternæ salutis ratione, eadem Turcica, sive Mahumetana nomina usurpare pergant, non solum ut a tributis, & oneribus illis, quæ Christifidelibus imposita sunt, vel imponi sæpe contingit, immunes, & liberi sint, & habeantur; verum etiam ut tam ipsi, quam eorum Parentes a Mahumetana secta apostatasse minime credantur, nec pœnis hac in re inflictis mulctentur. Hæc enim omnia, etsi Fides Christi in corde teneatur, fieri tamen nequeunt sine Mahumeticis errorum simulatione, sinceritati Christianæ contraria; quæ mendacium in re gravissima continet, & virtualem Fidei negationem, maxima cum Dei injuria, Proximique scandalo, includit. Unde opportuna etiam præbetur Turcis ipsis occasio, Christifideles omnes tamquam hypocritas, & deceptores existimandi, atque adeo jure, ac merito persequendi.

§. 2. Accedit præterea ad mœrorem, doloremque Nostrum magis magisque augendum, quod nonnulli ex Vobis ipsis, Venerabiles Fratres, atque ex Vobis quoque, Dilecti Filii Parochi, & Missionarii, ad tam privatam, ac detestabilem simulationem nihil animadvertentes, immo conniventes, atque inanibus ad excusandas excusationes in peccatis rationum momentis adducti, eos Christifideles curæ vestræ creditos, qui sæpedicta Turcica, seu Mahumetana nomina assumunt, iisque vocari student, ad Sacramentorum participationem, sine ullo prorsus conscientiæ angore, & publica cum bonorum Christifidelium offensione, admittere non vereantur.

§. 3. Hinc est, quod Nos, qui ex injuncta Nobis omnium Ecclesiarum sollicitudine, ac suprema Sacrosancti Apostolatus procuratione, Christianos omnes in viam salutis reducere, eosdemque puros, sinceros, in Spiritu, & Veritate ambulantes, & absque macula Deo exhibere tenemur, postquam Venerabiles Fratres Nostros Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales contra hæreticam pravitatem Generales Inquisitores super hac re audivimus, de eorum consilio, primum quidem laudatum Concilii Albani vestræ Provinciæ Canonem renovantes, Apostolica auctoritate Nostra tenore præsentium confirmamus, & districte servandum mandamus; necnon memoratæ Encyclicæ Nostræ Decreta ad vestram quoque Provinciam auctoritate, & tenore paribus extendimus, & servanda itidem præcipimus. Deinde districte pariter prohibemus, ne quilibet ex Christifidelibus, quocumque casu, vel prætextu, aut in quibusvis excogitabilibus circumstantiis, eadem Turcica, seu Mahumetana nomina, ut Mahumetani credantur, assumere audeat.

§. 4. Porro, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, Vos rogamus, & in Domino hortamur, ut serio animo ministerium vestrum, & districtam Supremo Pastorum Principi Jesu Christo Æterno Judici rationem de commissis unicuique Vestrum Ovibus a Vobis reddendam considerantes, & ipsi curetis per bona opera vestra certam electionem vestram facere, & minime omittatis (quod sine gravissima incuriæ, negligentiæque vestræ culpa accidere non potest) eosdem Christifideles Provinciæ vestræ arguere, obsecrare, & increpare in omni patientia, & doctrina, ut conversationem suam inter gentes habentes bonam, in omnibus seipsos præbeant exemplum bonorum operum, ut ii, qui ex adverso sunt, vereantur, nihil habentes malum dicere de ipsis, quasi malefactoribus, qui turpis lucri gratia aliud in ore, aliud in corde gerant. Quod si qui admonitionibus vestris, & præceptis Nostris non acquiescant, ad Apostolicæ Disciplinæ normam, virga compesci debent, & circa ipsos Albanensis Synodi vestræ, & dictæ Epistolæ Nostræ sanctiones, & pœnæ omnino exequendæ sunt, quibus in vita Sacramentorum, & post mortem, si impœnitentes decesserint, Suffragiorum incapaces declarantur. Quas quidem pœnas

it-

iterum, quatenus opus sit, innovamus, & infligimus, & debitæ executioni a Vobis mandandas volumus, & injungimus. Hoc autem nemini ex Vobis, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, durum esse debet, quoniam nisi abundaverit justitia vestra plusquam Schismaticorum, & Hæreticorum, quorum tamen nullus Mahumetanum nomen assumere præsumit, non intrabitis in Regnum Cœlorum.

§. 5. Illos denique, qui ex Mahumetanis Christiani sunt facti, vel qui istorum sunt filii, si de sua in Fide constantia diffidant, vereanturque, ne, si Turcica deponant nomina, Dominantium pœnas incurrant, easdemque subire formident, serio admoneatis, ut omnino Regiones illas occulte deserant, & ad Terras Christianorum accedant, atque confugiant, in quibus & Deus, qui dat escam omni carni, & Fidelium Charitas minime ipsis deerit; maxime si Episcoporum commendatitiis Epistolis muniantur. Interim Vobis, Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, Apostolicam Benedictionem, quam a quolibet Venerabili Fratre Antistite in sua Diœcesi Christifidelibus Orthodoxis Nostro nomine impendi volumus, peramanter elargimur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die prima Augusti MDCCLIV. Pontificatus Nostri Anno XIV.

1754. 28. Aug. Anconitana
Concessionis Officii, & Missæ de Communi Confessoris non Pontif. B. GABRIELIS FERRETTI Religiosi Professi Ordinis Minorum de Observantia S. Francisci.

Postquam a Sacror. Rituum Congregatione die xv. Septembris elapsi Anni, annuente Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papa XIV. die xix. ejusdem Mensis, adprobatus fuit Casus exceptus a Decretis San. Mem. Urbani VIII., seu Cultus publicus præstitus B. GABRIELI FERRETTI Religioso Professo Ordinis Minorum de Observantia S. Francisci; Frater Joseph Amadeus a Taurino Sacerdos ejusdem Ordinis Postulator humillime eidem Sanctissimo Domino Nostro supplicavit pro concessione Officii, & Missæ in memoriam dicti B. GABRIELIS tam pro universo Ordine Minorum, quam pro Civitate, & Diœcesi Anconitana, in qua dictus Beatus obdormivit in Domino, & sacrum ejus Corpus requiescit: & Sanctitas Sua ad relationem mei Secretarii, benigne annuendo ejusmodi instantiæ, concessit, ut singulis Annis die, qua ejusdem Beati commemoratio peragitur, in præfato Ordine, & in Civitate, & Diœcesi Anconitana petitum Officium, & Missa de Communi Confes. non Pontif. primo loco, cum Oratione *Adesto* de eodem Communi secundo loco, sub Ritu duplicis minoris ab omnibus utriusque sexus, qui ad Horas Canonicas tenentur, recitari, & respective celebrari possit, & valeat. Die 28. Augusti 1754.

D. F. Card. Tamburinus Præfectus.

M. Marefuscus S. R. C. Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

1754. 7. Sept. *Decreta*
Sacræ Rituum Congregationis in Lisbonen.

CUM Ruy Correa Lucas, & Militia de Silveira Conjuges Lisbonenses in ultimo suo, quo decesserunt, Testamento Hospitium fundaverint pro duodecim Sacerdotibus ultra Rectorem, qui tenerentur per turnum singulis diebus in perpetuum celebrare duas Missas, & ultra prædictas deberent etiam celebrare alias singulis diebus festivis duodecim Apostolorum, S. Pauli, Evangelistarum, Doctorum Ecclesiæ, Patriarcharum Religionum, Sancti Josephi, &c.; propterea, ad tollendum omne dubium in adimplemento prædictorum onerum, Franciscus Carneiro, hodiernus administrator prædictæ piæ Operæ, Sacræ Rituum Congregationi pro declaratione infrascriptorum dubiorum humillime supplicavit, nempe =

I. An in Festis Sanctorum Apostolorum, & Evangelistarum Joannis, & Matthæi, ultra duas Missas quotidianas, sufficiat alias duas celebrare? vel potius quatuor celebrandæ sint, ex eo quia prædicti Sancti non solum Apostoli, sed etiam sunt Evangelistæ?

II. Quinam pro Doctoribus Ecclesiæ intelligendi sint? an quatuor primarii dumtaxat, sive etiam alii posteriores?

III. Quinam pro Patriarchis Religionum intelligendi?

Et Sacra eadem Congregatio ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi Cardinalis Millini Ponentis censuit rescribendum =

Ad I. Affirmative quoad primam partem, Negative quoad secundam.

Ad II. In casu, de quo agitur, intelligendos illos, in quorum Officio Ecclesia utitur Antiphona = *O Doctor optime* &c.

Ad III. In casu, de quo agitur, intelligendos esse omnes illos, de quibus Ecclesia Catholica celebrat Officium, & Missam. Et ita declaravit die 7. Septembris 1754.

1754. 28. Sept. *S. Congregationis Concilii interpretis Decretum in Causa* Montis Alti.

AB ipsa die (*sic extat in Folio Congr. habitæ die prædicta 28. Sept.*), qua erectum fuit Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Montis Alti, ad nostra hæc tempora nunquam suevit Horis Canonicis addere vel B. Mariæ Virginis, vel Defunctorum Officium, vel Gradnales, aut Pœnitentiales Psalmos diebus in Rubrica præfinitis; neque id constitutum legitur aut a Sixto V. in Bulla erectionis, aut a Statuto Ecclesiæ, aut ab aliquo ex Episcopis in Synodis. Qui tamen nunc Ecclesiæ illi præest Episcopus, dubia movit contra Capitulum, motus a Decreto Sac. Congregationis negociis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ, quod latum fuit in *Alexandrina* 18. *Martii* 1587., relatum a *Crispino in Visitat. Pastoral. part.* 1. §. 10. Literas igitur hac de re dedit ad hoc Sacrum Tribunal, censens, Capitulum esse cogendum. Sed Capitulum, dato libello, monstrat insubsistentiam novi hujus oneris, quod ab Episcopo imponi vellet. Post editam namque a S. Pio V. Constitutionem an-

no 1568., cujus initium est, *Quod a Nobis*, cessasse omnem inter Doctores disputationem, & convenisse, in illis Ecclesiis, in quibus neque lex erectionis, neque Statutum, neque consuetudo est Officia illa, & Psalmos recitandi, Canonicos compelli non posse ad recitationem: *Fagnan. in Cap.* Presbyter *n. 32. de celebr. Miss.*, *Pax Iordan. Lucubr. Eccles. lib. 10. tit. 39. n. 10. vol. 1.*, *Gavant. in Thesaur. Sac. Rit. sect. 9. de Appendic. Breviar. cap. 1. de Offic. B. Mariæ Virg. n. 5.*, *Monacell. in Formular. vol. 1. formul. 1. tit. 13. n. 1.*, *Scarfanton. ad Ceccoper. Lucubrat. Can. lib. 3. tit. 10. n. 3. & seqq.*, ubi *n. 11. & 12.* ita responsum fuisse refert a Sacra Congregatione Rituum in *Suessana 28. Ianuarii* 1606., & ab hac Sacra Congregatione in alia *Suessana* 18. *Augusti* 1708. Recentiùs autem ita ab hoc Sacro Tribunali responsum fuit in *Acerrarum* 23. *Augusti* 1727., in qua Dubio XII. *An Canonici, ultra Horas Canonicas, teneantur quoque in Choro recitare Officium Defunctorum, B. Mariæ Virginis, & Psalmos Pœnitentiales, & Graduales; sive potius servanda sit consuetudo?* rescriptum fuit, *Servandam esse consuetudinem*; ut in *Thesaur. Resol. vol.* IV. *pag.* 105. Nullam denique habendam esse rationem Decreti illius in *Alexandrina*, quod est fundamentum Episcopi; nam *Crispinus*, qui illud fatetur excepisse a *Nicolio in Floscul. verb.* Canonicus *n. 32.*, ut Compilatorum mos est, aut infidè, aut inscitè illud retulit; cum Sacra Congregatio decreverit == *Canonicos debere hortari ad recitandum in Choro Officium B. Virginis diebus in Breviario præscriptis, non autem cogi, ubi non est solitum*. Ex his expediendum est Dubium:

An Canonici Ecclesiæ Cathedralis Montis Alti, ultra Horas Canonicas, teneantur quoque in Choro recitare Officium Defunctorum, B. Mariæ Virginis, Psalmos Pœnitentiales, & Graduales diebus in Breviario designatis; sive potius sit servanda consuetudo in casu &c.?

Responsum autem fuit ab Eminentissimis PP., Servandam esse Consuetudinem.

Vide etiam hac de re infr. sub die 14. Iun. 1755.

1754. 18. Sept. *Ejusdem S.C. Decreta in* Ferrarien. Jurisdictionis.

INter alia Sanctimonialium Monasteria (*sic in Folio huj. Causæ seorsim excuso Romæ, & Pisauri eodem An.* 1754.), quæ Ferrariæ sunt Regularium Ordinum, quatuor sunt Dominicanæ Familiæ: Duo P. Provinciali utriusque Lombardiæ, alterum nempe Sanctæ Catharinæ Martyris, alterum Sanctæ Catharinæ Senensis; alia duo, alterum Sancti Rochi, alterum Sanctæ Monicæ, P. Vicario Generali Congregationis S. Sabinæ subjecta sunt. In ultima Visitatione, facta a P. Provinciali Lombardiæ, auditæ sunt Monialium querelæ, omnia nuto, arbitrioque Syndici regi, atque administrari, locationes, concessiones, renovationes emphytheuticas sine propositione Edictorum, sine Beneplacito Apostolico, sine assensu, immo cum dissensu Monialium, sine intervento Præfecti Regularis fieri, libros accepti, & impensi non intra claustra Monasteriorum, sed apud Ministros servari. His auditis querelis, optimum esse censuit P. Provincialis rationes exigere a Ministris, eisque indixit, ut libros ederent; cum hi renuissent libros edere, & rationes reddere, adiit P. Provincialis Eminentissimum Archiepiscopum, ut eos cogeret, sed eum difficilem invenit, quòd putaret, Regularium auctoritatem versari dumtaxat in directione spirituali Monialium, cetera ad Episcopos pertinere. Hinc orta est de Jurisdictione controversia, quæ ad hoc Sacrum Tribunal delata est, novisque in diem evenientibus dissidiorum caussis, tandem, post auditum eundem Eminentissimum Archiepiscopum, Caussa omnis XIV. Capitibus collecta fuit. A Promotore Fiscali Curiæ Archiepiscopalis nihil habuimus, a Patribus vero, & Monialibus brevissimum libellum, qui eadem fere, quæ supra scripsimus, continet. (*Ita nempe se gesserat utraque Pars ad diem usque 24. Augusti d. Anni* 1754., *in cujus diei Congne ob istam, ut arbitror, rationem dilata Causa fuit*).

At die 28. Septembris *ejusd. Anni* 1754. Sac. Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, utraque Parte *nunc* informante, respondit:

Ad I. An Superioribus Regularibus competat ordinaria jurisdictio in spiritualibus, & temporalibus super Monasteriis Ss. Catharinæ Martyris, & Senensis, necnon Ss. Monicæ, & Rochi, & signanter in procuranda recta administratione bonorum, & redituum dictorum Monasteriorum sibi subjectorum; seu potius servanda sit in omnibus particularibus prætensa consuetudo in casu, &c.?

Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad II. An Vicarii Monasteriorum præfatorum instituti per Provincialem Lombardiæ, & respective per Vicarium Generalem Congregationis Sanctæ Sabinæ, vel, illis impeditis, seu absentibus, Confessarii eorundem Monasteriorum possint intervenire quibuscunque contractibus ineundis nomine eorundem Monasteriorum?

Affirmative.

Ad III. An iidem Vicarii, vel, illis absentibus, aut impeditis, Confessarii possint, ac debeant assistere redditioni rationum, seu revisioni computorum, ut prætenditur, faciendæ de trimestri in trimestre?

Affirmative.

Ad IV. An Provincialis utriusque Lombardiæ, & Pater Vicarius Sanctæ Sabinæ possint, & debeant visitare dicta Monasteria circa administrationem bonorum, & redituum, & sic revidere libros introituum, & exitus, ac exigere rationum redditionem a Ministris, aliisque Officialibus eorundem Monasteriorum?

Affirmative.

Ad V. An Eminentissimus Archiepiscopus possit, irrequisito Superiore Regulari, exigere, & recipere rationum redditionem a dictis Ministris, & Officialibus?

Negative.

Ad VI. An electio cujuscumque novi Ministri, & Syndici, in casu ubitus, dimissionis Officii, vel amotionis, spectet ad Priorissam, & Moniales; vel potius ad Archiepiscopum?

Electionem spectare ad Priorissam, & Moniales cum interventu Superioris Regularis; ad Archiepiscopum vero spectare expeditionem literarum patentium juxta solitum.

Ad VII. An dimissio Officiorum facienda sit in manibus Priorissæ; vel potius in manibus Eminentissimi Archiepiscopi?

Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad VIII. An facultas renovandi dictos Officiales, & Ministros spectet ad Priorissam, & Moniales; seu po-

potius ad Eminentissimum Archiepiscopum ?

Affirmative quoad primam partem, quoad secundam servetur Bulla, *Inscrutabili*.

Ad IX. Et quatenus affirmative ad secundam partem V. VI. & VII. dubii; an novus Minister, vel Syndicus possit vigore literarum patentium Archiepiscopi contractus inire, aliosque administrationis actus gerere sine mandato Procuræ Priorissæ, & Monialium ?

Negative.

Ad X. Et quatenus negative; an Priorissa, & Moniales possint novo Syndico tribuere in mandato Procuræ facultates sibi bene visas, ac etiam alios Procuratores constituere ad certa negotia ?

Affirmative cum interventu Superioris Regularis.

Ad XI. An quæcumque instrumenta stipulari debeant coram Priorissa, & Monialibus capitulariter congregatis cum interventu Superioris Regularis ?

Affirmative.

Ad XII. An quibuslibet instrumentis, & scripturis, quibus interveniant Superior Regularis, & Syndicus, debeat prænominari, & prius subscribere ipse Superior Regularis, seu potius Syndicus ?

Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad XIII. An Archivum cujusque ex dictis Monasteriis retineri debeat intra clausura; seu potius extra, idest in Collocutorio Monialium ?

Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad XIV. An tauti libri, nuncupati Magistrales, retineri debeant in Archivo, & de trimestri in trimestre tradi Ministris pro reportandis partitis introitus, & exitus, in casu &c. ?

Affirmative.

M. Card. Millini Præfectus.

J. A. Furiettus Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

1754. 15. Oct. *S. Leoni Papæ I. in Missa, & Officio Ritus decernitur Sanctorum Doctorum.*

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Militantis Ecclesiæ Auctor, Rectorque Deus, quum eam super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum ædificaverit, summoque angulari lapide Christo Jesu innixam voluerit, tum provido cavit consilio, ut ad illius custodiam, atque præsidium usque in sæculorum finem advigilarent egregii, sanctique Doctores, qui nedum sublimioris virtutis exemplo Fidelium mores ad sanctitatem, justitiamque componerent, sed etiam doctrinæ vi, & excellentia eosdem in Fidei sinceritate, & salutaris scientiæ veritate continerent. Horum quidem operam tanti se facere ostendit communis Dominus, & Magister, ut eos sal terræ, & lucem mundi appellaverit, utpote qui non vivæ tantum vocis officio, quemadmodum cæteri sanctarum Plebium Pastores, præsentium sibi Populorum saluti consulturi erant, sed peculiari sapientiæ lumine Spiritus Sancti dono ditati, doctissimis conscriptis Libris, universam Ecclesiam instruere, & omnium sæculorum posteritatem in Religione erudire debebant. Hinc Ecclesia ipsa, Sponsi sui Spiritu imbuta, ejusque instituta servare studens, eosdem gloriosos Viros, uberiore doctrinæ munere a Deo repletos, hoc singulari honore prosequi consuevit, ut in solemnibus Sacris, quæ recurrentibus eorum Festivitatibus celebrantur, tam scilicet in Sacrificio Missæ, quam in Ecclesiasticis Officiis, ejusmodi preces, lectiones, & laudes adhiberi jubeat, in quibus & Sancti Doctoris titulus ipsis tribuitur, & eorum sapientia, ac doctrina specialius prædicantur.

§. 1. Porro inter eos, quorum natales dies hoc peculiari ritu, ac privilegio decorantur, merito semper numerandum existimavimus Prædecessorem Nostrum Sanctum Leonem Primum Romanum Pontificem, qui (ut doctissimi Cardinalis Baronii verbis utamur) *ob excellentem virtutem, doctrinam, & in cura pastorali vigilantissimum studium a Majoribus Magni cognomento jure meruit appellari*. Cujus quidem doctrinæ excellentia sive in altioribus Fidei nostræ Mysteriis explicandis, & contra insurgentes errores vindicandis, sive in tradendis disciplinæ regulis, & morum præceptis, cum singulari Sacerdotalis eloquii gravitate, & ubertate, adeo elucescit, ac etiam tot hominum laudibus cumulata, tantoque Conciliorum, Patrum, Scriptorumque Ecclesiasticorum studio, & consensu celebrata dignoscitur, ut sapientissimus Pontifex nulli ferme Sanctorum Doctorum, qui in Ecclesia floruerunt, aut fama, aut existimatione postponendus esse videatur. Et sane Sancta Universalis Synodus, apud Chalcedonem congregata, non illum tantummodo *vocis Beati Petri interpretem* appellavit, sed & illius de Incarnatione Domini doctrinam venerabunda suscipiens, exclamare non dubitavit: *Petrus per os Leonis locutus est*. Idem Sanctus Pontifex a Concilio Constantinopolitano, sub Menna celebrato, *Illuminator, & Columna Ecclesiæ*; idem a Sexta Synodo *Firmamentum orthodoxæ Fidei* prædicatur; idem in pervetusto Synodorum Libro *Apostolicorum Dogmatum Defensor, & Apostolis coæquandus* dicitur. Quid autem clarissimi Religionis nostræ Proceres, ac Patres? Sanctus Sophronius Hierosolymorum Antistes, *Sanctissimum Romanæ Ecclesiæ, immo omnium, quæ sub Cælo sunt, Luminare*, Leonem fuisse affirmavit. Utque aliorum innumera prætereamus testimonia, S. Nicolaus Papa I., ad Michaelem Imperatorem scribens, libere asseruit, quod nisi Deus Leonis virtutem, atque doctrinam adversus Latrocinium Ephesinum excitasset, *Religio Christiana penitus corruisset*. Etsi autem Ecclesia inter eos, quos Doctorum titulo, & appellatione distinguit, S. Leonem Pontificem nondum peculiari Decreto recensuit; illius tamen doctrinam tanto in honore habere ostendit, ut ipsius Scripta, non secus ac illorum, quos præcipuos Religionis Magistros, atque Doctores jamdudum veneratur, in Divinis Officiis frequenter locum habere jusserit; & in iis præsertim Solemnitatibus, quibus majora Fidei nostræ Mysteria per anni cursum recoluntur, universum Clerum, & Populum ex illius Sermonum lectione solidam eruditionem, & spirituale pabulum haurire voluerit.

§. 2. Ad hæc autem, quæ de Sancti Leonis meritis, & gloria cum omnibus sentimus, & jampridem animo Nostro reputavimus, peculiaris quædam, Nobisque cum paucis communis, accedit causa,

quæ Nostrám olim erga ipsum pietatem, & venerationem magnopere accendit, & auxit; quod scilicet dum in Vaticana Beati Petri Basilica Canonicalem dignitatem in minoribus obtineremus, quum Sacrum illius Corpus, a multo jam tempore sub Altari Sanctæ Mariæ de Columna nuncupatæ quiescens, ad alterum, ipsius Sancti Pontificis nomine in eadem Basilica erectum, & dedicatum, solemni ritu, ac pompa transferendum fuit, venerabilium illius Ossium elevationi, & recognitioni præsentes adfuimus, eaque nostris oculis intueri, ac debito cultu prosequi, summæ felicitatis loco habuimus; cujus rei Nos alibi, nimirum in Opere *de Canonizatione Sanctorum lib. IV. Parte II. cap. XXIII.* mentionem fecimus.

§. 3. Quod itaque semper, præmissas ob causas, justum, & æquum censuimus, quodque Nostra in Sanctum Pontificem singularis devotio Nobis suadet, hoc demum auctoritate Apostolicæ Sedis, in qua, magno licet temporum, majore autem meritorum intervallo, eidem successimus, nunc reipsa præstare decrevimus: Ideoque exempla sequentes aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum, qui præter summos illos Ecclesiæ Doctores, alios etiam sanctissimos Viros, qui eximia doctrinæ laude in Ecclesia floruerunt, eamque Scriptis suis locupletarunt, proprio Doctorum titulo, & cultu honorandos esse decreverunt; motu proprio, & certa scientia, ac de Apostolicæ Potestatis plenitudine, volumus, præcipimus, & mandamus, ut in Officii Divini Breviario, in Festo Sancti Leonis Papæ, & Confessoris Antiphona ad Magnificat in utrisque Vesperis ponatur ea, quæ incipit, *O Doctor optime*; in Missa autem dicatur Introitus, *In medio Ecclesiæ*; & post Collectam subsequatur Lectio Libri Sapientiæ, *Justus cor suum tradet*, cum Graduali, ut in Communi Doctorum: Post Evangelium vero dicatur *Credo*: Reliqua; ut in consueta Missa propria de Sancto Leone. Atque ita per omnes Ecclesias, & respective ab omnibus, & singulis, qui ad Divini Officii recitationem tenentur, perpetuo servandum statuimus, & decernimus. Non obstantibus contrariis Rubricis, usibus, & consuetudinibus, etiam expresse per Sedem Apostolicam approbatis, & confirmatis, aliisque in contrarium facientibus quibuscumque.

§. 4. Nulli ergo hominum liceat paginam hanc Nostri præcepti, mandati, statuti, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1754., Idibus Octobris; Pontificatus Nostri Anno Quintodecimo.

D. Card. Passioneus.

J. Card. Pro-Datarius.

Visa de Curia

J. C. Boschi.

Loco ✠ Plumbi.

J. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

Publicat. die 9. Mensis Novembris 1754.

1754. *6. Novembr.* = „Ineuntes *Conventicula, Cœtus, seu Societates illicitas*, si hæ sunt in præjudicium, spretum, aut contra Religionem, denunciandi sunt S. Inquisitioni, ut ex ejusdem Edicto 6. Novemb. 1754.„ *Ita legitur apud P. Ubaldum Giraldi* (*in Thesaur.* de Pœnis *part.* 2. v. Conventicula *sub init. p.* 157. *col.* 2. *Edit. Rom.* 1760.; *& in* Exposit. Jur. Pontif. *novissim. tom.* 2. *p.* 628. *col.* 2. *ante med.*). *Giraldi verba retulimus, cum Edictum in promptu non haberemus. De iisdem nefariis Cœtibus vid. supra (sub die 18. Martii 1751.) Benedicti XIV. Constitutionem*, Providas.

1754. 12. Novem. *Indicitur Capitulum Generale An. 1756. Murciæ habendum.*

FR. PETRUS JOANNETIUS

DE MOLINA

Antiquus Sacræ Theologiæ Lector, Catholicæ Majestatis in Regali Congressu pro Immaculata Deiparæ Conceptione Theologus, ac totius Ordinis Fratrum Minorum Minister Generalis, Commissarius Visitator Apostolicus, & humilis in Domino Servus

Universis Nobis in Christo Jesu dilectissimis Patribus, & Fratribus, atque Monialibus, tam Superioribus, quam Subditis, tum primam, tum secundam, & tertiam Regulam Beatissimi Patris Nostri Francisci sub nostra Obedientia profitentibus, salutem in Domino, qui solus est vera salus.

Ex quo inscrutabili Divinæ Providentiæ ordinatione ad Generalem totius Ordinis servitutem prorsus immerentes contigit Nos destinari, nihil altius infixum cordi habuimus, quam Seraphicæ nostræ Regulæ, Constitutionum Apostolicarum, & Statutorum Ordinis observantiam firmare, promovere, &, ubi opus fuerit, integro conatu restituere: in eo enim totius Ordinis decorem, cunctaque bona eidem Ordini convenientia reposita esse, a primis unguiculis intelleximus, atque identidem intelligimus. Impræsentiarum vero ejusdem Regulæ, Constitutionum, Statutorum observantiæ libentius Nobis insistendum esse duximus in ea parte, qua ad eorundem præscriptum instat depositio tabernaculi mei, appropinquante jam termino sexennii taxati per Leoninam Constitutionem, *Unionis* dictam, pro duratione Ministeriatus Generalis Ordinis, quem lætiori animo intuemur deponendum in proximo, quam recens susceptum conspexerimus. Enim vero cum ex tunc onus hoc viribus nostris longe superius senserimus, utpote Angelicis quoque humeris formidandum; deinceps experimento didicimus, sarcinam esse Nobis prorsus insupportabilem, & vix ab illis potentioribus Spiritibus substinendam, qui portant Orbem.

Ergo alacriter obtemperando textui nostræ Seraphicæ Regulæ Cap. 8., ibi: *Electio Successoris fiat a Ministris Provincialibus, & Custodibus in Capitulo Pentecostes, in quo Provinciales Ministri teneantur semper insimul convenire, ubicumque a Generali Ministro fuerit constitutum*, & Decretis in eam rem per Constitutiones Apostolicas, & Ordinis (conditis); harum nu-

nu-

strarum Literarum tenore Generale totius nostri Ordinis Fratrum Minorum Capitulum in Conventu Sancti Patris nostri Francisci Civitatis Murciæ in Vigilia Festi Pentecostes anni venturi millesimi septingentesimi quinquagesimi sexti, quæ incidet in diem quintam Junii, juxta morem, & Statuta ejusdem Ordinis celebrandum indicimus, & convocamus, indicetumque, & convocatum denuntiamus: & propterea eundem præsentium vigore citamus, & vocamus ad illud omnes de jure vocandos; videlicet, Reverendissimos Patres Raphaelem a Lugagnano ex-Ministrum Generalem Ordinis; Commissarium Generalem nostræ Ultramontanæ Familiæ; Joannem a Turre ex-Commissarium Generalem Cismontanæ; Joannem Antonium a Sancta Cruce ex-Vice-Commissarium Generalem Ultramontanæ; & Commissarium Generalem Indiarum Occidentalium. Item Reverendos admodum Patres, Procuratorem Generalem Ordinis; Commissarium Generalem Romanæ Curiæ; Procuratores Generales tam Reformatorum, quam Discalceatorum, & Recollectorum; atque Definitores Generales utriusque Familiæ: insuper Reverendos Patres Secretarios Generales totius Ordinis tam Cismontanum, & Ultramontanum, quam Linguarum: singulos Ministros Provinciales, & Custodes omnium Provinciarum, & etiam Custodiarum a Provinciis independentium: & Guardianos Sacri Montis Sion, & Magni Conventus nostri Parisiensis: ac demum cæteros omnes, & singulos, quos ad normam Generalium Statutorum Ordinis, & legitime præscriptam consuetudinem vocare tenemur: præcipientes in Virtute Sanctæ Obedientiæ cuilibet eorum, & sub pœnis contentis in Constitutionibus Generalibus Ordinis, ut opportuno tempore accedant ad ipsum Generale Capitulum, nisi vera, ac legitima causa, competentibus testimoniis comprobata, & a Generali Definitorio judicanda, præpediantur. Ministri Provinciales, cæterique post ipsos nominati, Murciam Civitatem, & Conventum Capitularem designatum ante Sabbatum post Festum Ascensionis Domini nostri Jesu Christi minime ingredi possint sub præcepto formali Sanctæ Obedientiæ; Patribus vero Definitorium Generale integrantibus ingredi concedimus eundem Capitularem Conventum octo diebus ante supradictum Sabbatum post Festum Ascensionis Domini. Ut autem occurramus confusioni, quæ posset oriri ex multitudine concurrentium Fratrum, præcipimus sub pœna privationis suffragii, ut Minister, & Custos uniuscujusque Provinciæ simul iter faciant cum uno tantum Socio pro utroque, & uno Tertiario, seu Donato, qui sit Substitutus Syndici Apostolici ad necessarias expensas in via faciendas: eosdemque, ac cæteros Patres Vocales serio admonentes hortamur in Domino, quatenus memores altissimæ paupertatis, quam professi sumus, quæque præ cæteris virtutibus moralibus a Sanctissimo Patre nostro Francisco culta fuit, atque dilecta, nobisque singulariter transmissa, & præcepta, paucis contenti sint, & a superfluis sumptibus abstineant, immo prorsus abhorreant, & tam in eundo, quam in redeundo ita graviter, modeste, & religiose se gerant, quemadmodum decet viros professione Apostolicos, & Sanctissimi Patris nostri Francisci filios. Præter omnes præfatos, & eos, quibus a Nobis justissima aliqua de causa fuerit concessa specialis, & expressa licentia, nemo ad Generalia Comitia accedere audeat sub pœna apostasiæ, ipso facto incurrenda, quam etiam intimamus ipsis Vocalibus, qui curiositatis, aut etiam negociorum causa, sine nostra expressa licentia, a via recta Capitularis Conventus notabiliter declinaverint.

In Provinciis nihil prorsus innovetur juxta Ordinis Statuta, absentibus hac de causa Ministro, & Custode, donec ad propriam fuerint reversi. Si secus vero attentare contingeret, ex nunc irritum, & inane declaramus. Custodes Provinciarum nomina omnium Conventuum, & Monasteriorum propriæ Provinciæ, & numerum omnium Fratrum, & Monialium viventium, & a postremo Generali Capitulo defunctorum secum deferant, exprimendo nomina eorum, vel earum, qui, vel quæ cum Sanctitatis fama decesserunt, & etiam nomina, & qualitates Fratrum in conversionibus Infidelium se exercentium, & ad servitium Terræ Sanctæ destinatorum, scriptorum quoque nuper typis vulgatorum, & eorum, quæ prælo disposita sunt; aliorumque notabilium eventorum, quæ scitu digna censeantur, & a proxime præterito Generali Capitulo in propria Provincia accidisse compertum fuerit: ac tandem cætera omnia secum deferre curent, quæ de jure, vel consuetudine ad Generalia Capitula deferri præscribuntur per Statuta Ordinis, authentice comprobata. Similiter sub pœna privationis officii, & aliarum arbitrio Generalis Definitorii infligendarum, præcipimus omnibus, & singulis Commissariis Terræ Sanctæ utriusque Familiæ, & cujuscumque Nationis, ut computus eleemosynarum ad eam pertinentium ad præscriptum Statutorum Ordinis per eosdem Patres Custodes respective transmittant, subscriptionibus Patrum Definitorii illius Provinciæ, in qua Commissarios, aut Vice-Commissarios residere contigerit, roboratos.

Demum, quoniam omne bonum desursum est, descendens a Patre Luminum, vos omnes, Patres, ac Fratres mei dilectissimi, per viscera misericordiæ Dei nostri, & Sacra Stigmata Domini nostri Jesu Christi singulari privilegio, & Divini amoris significatione erga Sanctissimum Patrem nostrum Franciscum in latere, manibus, & pedibus ejusdem impressa, enixe rogamus, adhortamur, & paterne monemus, quatenus, his nostris Literis acceptis, & in singulis Provinciarum Conventibus in forma consueta lectis, & publicatis, ut fieri mandamus, ferventissimas preces ad eundem Patrem Luminum effundatis, ut meritis ejusdem Filii sui Jesu Christi Domini nostri, & intercessione Beatissimæ Virginis Mariæ, totius nostri Ordinis sub Mysterio suæ Immaculatæ Conceptionis Unicæ Patronæ, ac Sanctissimi Patris nostri Francisci, prospicere dignetur felici successui nostri Generalis Conventus, & pro sua in nos clementia, & misericordia talem nobis provideat Successorem, qui Personam Sanctissimi Patris nostri digne repræsentet, & totius Ordinis bono, & incremento efficaciter incumbat, ac suis zelo, moribus, prudentia, atque sapientia defectus nostros, quos vére noscimus, & sincere confitemur, suppleat, & emendet, atque quidquid nostra imperitia, & negligentia perficere ad profectum totius Ordinis nequivimus, ipse, Deo authore, perficiat; & cuncta, in proxime futuro Generali Capitulo agenda, & decernenda, in ejusdem Dei Optimi Maximi Gloriam, nostræ Religionis decorem, Animarum salutem, totiusque Ecclesiæ Militantis utilitatem dirigat, & ordinet. Signanter autem a Paschate Resurrectionis Domini ejusdem anni quinquagesimi sexti usque ad Diem festum Pentecostes, qualibet quinta feria, solemni Festo non impedita, in singulis Conventibus decantetur Missa de Spiritu Sancto, & ab omnibus Sacerdotibus adjiciatur in Missis privatis Collecta de eo-

eodem. In Choro verò post Matutinas, & Vespertinas Horas, ac Missam Conventualem, quotidiè recitetur Hymnus, *Veni, Creator Spiritus*, cum Antiphonis, & Orationibus de eodem Sancto Spiritu, de Immaculata Virginis Conceptione, & de Beatissimo Patre nostro Francisco. A Die autem festo Ascensionis Domini nostri Jesu Christi solemnes fiant Processiones. In ipsa autem Vigilia Pentecostes omnes Religiosi, & Moniales peccata sua confiteri curent, ad quem finem ipsis concedimus plenariam nostram authoritatem, ut absolvi possint per Confessarium Ordinis a se electum ab omnibus Casibus, & Censuris Nobis reservatis, non solum in mane dictæ Vigiliæ, verum etiam duobus immediatè antecedentibus diebus, feriis nempe quinta, & sexta; Sacerdotes celebrent; cæteri tam Fratres, quam Moniales Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum valde mane suscipiant, & pariter Sacrum de Spiritu Sancto decantetur solemniter, & fiat Processio, ut supra. Tandem rogate omnes pro incolumitate Summi Pontificis, Eminentissimi nostri Ordinis Protectoris, & cæterorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, & omnium Episcoporum: item pro salute, pace, & omnimoda felicitate Regum, & Principum Christianorum: & estote nostri quoque memores in orationibus vestris, deprecantes Deum Patrem Misericordiarum, quatenus misereri dignetur peccatis meis, his præsertim, quæ in administratione Ministeriatus Ordinis commisi, & tantam mihi conferre dignetur gratiam, ut hoc postremo tempore vobis omnibus, & singulis tam proficuus sim, quam ab initio esse concupivi. Interim Seraphicam Benedictionem vobis omnibus peramanter impertimur. Valete.

Ex hoc nostro Conventu Sancti Didaci extra muros Hispalensis Civitatis, die duodecima Novembris, eidem Santo Didaco sacra, anni Domini 1754.

F. Petrus Joannetius de Molina Minister Generalis.

De mandato Rmi in Christo Patris

Fr. Antonius Joannetius de Molina Secretarius Generalis Ordinis.

Loco ✠ Sigilli.

1754. 15. Novemb. *Rejicitur Petitio Observantis Provinciæ Majoris Poloniæ, jus sibi vindicantis certos nominandi Patres, ex quibus Prælatus Generalis Commissarium illius Provinciæ Visitatorem deligeret.*

PAtres *Provinciæ Regular. Obs. Maj. Poloniæ apud S. Congregationem, Episc., & Regul. consultationibus, negotiisque præpositam, porrecto libello, conquesti sunt, a P. Commissario Generali Familiæ destinatum in eamdem Provinciam Visitatorem fuisse*, haud expectata nominatione, & præsentatione Candidatorum, quam relata Provincia (*ut in eadem libello subdebatur*), juxta usum, & consuetudinem centum abhinc annis, a Prælatis Generalibus acceptatam, minimeque interruptam, in more habuit explere„. *Postulabant subinde, ut* „ ipsis opportuno juris remediò consuleretur, atque ita eis fieret copia deducendi in plena Sac. Congregatione eorum præclara jura, firmissimasque rationes„.

Sacra autem Congregatio sub die 15. Novembris 1754. supplici huic libello rescripsit: Relata.

1754. 23. Novemb. *Bohemiæ Provincia PP. Reform. dividitur, erigiturque nova Silesiæ Reformata pariter Provincia sub titulo S. Hedwigis Viduæ.*

FR. BERNARDINUS

A TERLITIO

Ordinis Minorum Regularis Observantiæ S. P. N. Francisci Lector Jubilatus, & in hac Cismontana Familia tam Observantium, quam Reformatorum, se Conceptionistarum Commissarius Generalis, Visitator, Reformator Apostolicus, & Servus &c.

CUM per Reverendum P. Benvenutum Peter actualem Ministrum nostræ Reformatæ Provinciæ Bohemiæ, & Definitorium ejusdem nobis fuerit repræsentatum, ipsis a Celsissimo, ac Reverendissimo Principe Episcopo Wratislaviensi significatum, & intimatum fuisse, Serenissimi Regis Borussiæ voluntatem, ac mandatum esse, ut Conventus omnes Silesiæ, & Glacii, utpote in ejusdem Serenissimi Regis Ditione siti, a Conventibus Bohemiæ, & Moraviæ separentur: Nos dicti Serenissimi Regis voluntati, ac mandatis obsequentes, & felici Provinciarum nobis creditarum statui, quantum in Domino possumus, attendere volentes, mature examinato, & discusso hujusmodi negotio, auditisque super hoc quibusdam Patribus Discretorii Generalis in hac Alma Urbe commorantibus, Authoritate Apostolica a Sanctissimo Domino Nostro Papa Benedicto XIV. per suum Rescriptum sub die 27. Mensis Septembris Anni proxime elapsi 1753. nobis concessa utentes; Conventus omnes Silesiæ, & Glacii, scilicet, Wratislaviensem ad S. Antonium, Glogoviensem ad S. Stanislaum, Nissensem ad Beatissimam Virginem de Rosis, Tavoriensem ad Assumptam, Glacensem ad SS. Georgium, & Adalbertum, Leobschicensem ad SS. Ægidium, & Bernardinum, Namslaviensem ad S. Petrum de Alcantara, Ratiboriensem ad SS. Angelos, & Wenceslaum, Lignicensem ad S. Crucem, & Matrem Dolorosam, & Goldbergensem ad S. Hedwigem, a memorata Bohemiæ Provincia dismembramus, & separamus, & ex ipsis Conventibus sic dismembratis, & separatis novam Provinciam sub titulo S. Hedwigis Viduæ erigimus, & constituimus; sicque erectam, se constitutam declaramus cum omnibus, & singulis Privilegiis, Prærogativis, & Honoribus, quibus aliæ nostri Ordinis Provinciæ de jure gaudent, & gaudere solent.

Præterea in Ministrum Provincialem præfatæ Provinciæ S. Hedwigis de novo sic erectæ pro hac vice P. F. Zephyrinum Pannwitz S. Theologiæ Lectorem, Ex-Guardianum, & actualem Secretarium Provinciæ eligimus, & nominamus; in Custodem P. Philemonem Klein S. Theologiæ Lectorem; & in Definitores PP. Sebastianum Grasser, Kilianum Kumeiser, Jeremiam Kerner, & Rosium Rosenberger; eosque sic electos, & nominatos in Ministrum, in Custodem, & Definitores respective, ab omnibus ejusdem novæ Provinciæ Religiosis, aliisque nostris Subditis, ad quos pertinet, aut pertinere poterit, recognosci præcipimus cum omnibus pariter privilegiis, prærogativis, honoribus, indultis, gratiis, & om-

onrribus, hujusmodi Ministris, Custodibus, & Definitoribus respective competentibus.

Et ut inter Provinciam matrem, & Provinciam filiam pax, & concordia firmiores existant, novæ Provinciæ filiæ Religiosis districtè prohibemus, ne imposterum quocumque tempore, quovis titulo, aut motivo alios Conventus ad Provinciam matrem spectantes petere, aut prætendere sudeant; & e contra: sed omnes, & singuli de peractis, in scriptis, & authentice, contentos esse se declarent, & nobis documentum, ab omnibus utriusque Provinciæ Patribus Definitorii, & Discretorii subscriptum, transmittant. Porro omnibus, & singulis utriusque Provinciæ Religiosis, cæterisque, ad quos spectat, & spectare poterit, per S. Obedientiam, & sub pœnis contra inobedientes latis præcipimus, & mandamus, ut præsentibus nostris Literis in omnibus, & per omnia obediant, ac pareant; quibuscumque in contrarium non obstantibus. = Datum Romæ ex Aracæli die 23. Novembris 1754.

F. Bernardinus Commiss. Generalis,
& Apostolicus.

De mandato Rm̃i in Christo Patris
F. Angelus Seraphinus ab Alaxio
Secret. Gen.

Loco ✠ Sigilli.

1754. 6. Decemb. *Decretum*
S. C. Episc. & Reg. in Aquilana Festivitatis.

IN Causa Aquilana Festivitatis vertente inter Ecclesiam, & Conventum S. Francisci, ac PP. Min. Conventuales Civitatis Aquilæ ex una, & Ecclesiam, & Conventum S. Bernardini, ac PP. Min. Observantes ejusdem Civitatis ex altera partibus, propositum fuit infrascriptum Dubium, videlicet =

An PP. Min. Observantibus S. Bernardini Aquilæ Orationem Panegyricam, fieri consuetam de mane inter Missarum solemnia die 4. Octobris, liceat immutare, illamque recitare horis vespertinis, quo tempore solet recitari a PP. Min. Conventualibus in eorum Ecclesia S. Francisci ejusdem Civitatis in casu &c.?

Sacra Congregatio *&c.*, referente Eminentissimo Cavalchini Præfecto, ac Ponente, Partibus auditis, ac re mature perpensa, ad suprascriptum Dubium respondit: Negative. = Romæ 6. Decemb. 1754.

Proposita vero iterum eadem Causa sub infrascripta die, Ponente itidem Eminentissimo Cavalchini Præfecto, ipsamet S. Congregatio censuit rescribendum, prout rescripsit, *In decisis*, & amplius Causam hujusmodi non proponi mandavit. = Romæ 25. Martii 1757.

1754. 9. Decemb. *Decisio*
Sac. Rotæ Rom. coram R. P. D. Figueroa in Milevitana Associationis Funerum.

1. JUre, meritoque ab A. C. tributam sibi contendebant PP. Carmelitæ Civitatis Vallettæ manutentionem in quasi possessione *eundi recto tramite ad Domos Defunctorum occasione Associationis Cadaverum cum interventu Parochi S. Mariæ Portus Salutis absque onere accedendi ad Ecclesiam Parochialem ad suscipiendum dictum Parochum*. Jactabant enim, se coram eodem A. C. judicium petitorium solemniter suspendisse, suamque vetustam possessionem probatam fecisse nedum plurimis Testibus, sed etiam ipsa Parochi confessione, & eam quidem possessionem, quæ etiam in judicio petitorio insuperabilis esset momenti, cum vel omnem excedat hominum memoriam, vel certe non careat congruo titulo, integroque cursu Annorum Quadraginta. Causæ igitur non erat, ut ipsi subdebant, quare Sacrum Tribunal die 28. Junii proxime præteriti, posthabita interdicti possessorii natura, & prærogativa, spretaque tanti ponderis possessione, *pro Parocho informante* responderit, *non constare de re judicata, sed potius de Causis Restitutionis in integrum*. At vero hæ, aliæque hujus generis exaggerationes, ab ipsis hodie cumulatæ, a capta resolutione dimovere nequiverunt suffragantes PP., qui idcirco *in decisis* persistere professi sunt.

2. Adverterunt enim, Rituale Romanum in *Rubr. de Exeq.*, Funeris ordinem præscribendo, sancivisse, ut omnes Funus associantes prius in Ecclesia Parochiali convenire debeant, vel in alia, si ita ferat consuetudo, atque illinc Funebrem Supplicationem inchoare; ut ex posita Ritualis particula tradit *Baruffald. in ejus Comment. tit. 36. num. 1.* Nemini autem dubium est, religiose observandum, & custodiendum esse quidquid in eodem Rituali continetur, tum quia ex antiquis Ecclesiæ Institutis, Sacrorumque Canonum Decretis compactum est, teste eodem *Baruffald. tit. 2. num. 2.*; tum quia ita edixit, mandavitque San. Mem. Paulus V., cum Rituale confirmavit in sua Constitutione, quæ incipit, *Apostolicæ Sedi*, quod pariter testatur *Baruffald. in Prælud.* n. 5.

3. Atque hinc Doctores, nostrum Tribunal, & Sacræ Congregationes, Rituum videlicet, itemque Episcoporum & Regularium, tandemque Concilii Tridentini Interpretum, concordi, perpetuoque judicio improbarunt tamquam illicitos, vetitosque Regularium conatus, recto tramite accedere contendentium ad Defunctorum Ædes, vel expectare in viis, aut plateis; ut videre est *in præterita mea Decisione* §. 4.: Immo frequenter rescriptum fuit, contrariam observantiam, quantumvis immemorabilem, uti abusum, & corruptelam contemnendam esse, ac prorsus eliminandam, cum legi, recto ordini, ac rationi repugnet, ut, præter resolutiones relatas *in dicta Decis.* §. 4., aliæ sunt, de quibus testantur *Amostaz. de Causis Piis lib. 6. tit. de Funer. cap. 2. num. 53.*, *Lezan. Summ. Quæst. Regul. tom. 1. cap. 12. num. 41. vers. ad quartum*, *Matthæuc. Offic. Cur. c. 20. sub num. 9.*, &c.

4. Absurde vero PP. Carmelitæ apocryphas reclamabant tot resolutiones, de quibus plurimi insignes Doctores, plurimæque nostri Tribunalis Decisiones certum testimonium exhibent, & quarum ceteroquin falsitas, si unquam subsisteret, hic in Urbe facillime, atque ictu oculi comprobari posset. Longe vero absurdius excipiebant, Sacras Congregationes, inconsulto Summo Pontifice, non consuevisse immemorabili consuetudini derogare. Non enim hic agitur de valida, justaque consuetudine, sed de abusu, & corruptela, quæ secundum Juris dispositionem nulla temporis vetustate confirmatur. Præterquam quod nostrum Auditorium Sacrarum Congregationum resolutiones, editas præsertim per modum Legis generalis, examinare, & ad trutinam revo-

revocara non audet, sed illas imo reverenter excipit, atqua exequitur; ut profitetur coram *Cels. decis. 5. n. 12., coram Arguel decis. 72.....*

5. Postramo considerarunt DD., jam per solemnem rem judicatam editam anno 1703. definitum fuisse, PP. Carmalitis, cæterisque Regularibus tum in lite versantibus haudquaquam licere ad Defunctorum Domos accedere. Ita enim pronuntiavit primum Curia Episcopalis Melitæ, & deinceps Auditor Cameræ, a quorum Sententiis cum nemo provocasset, victor Parochus expedivit consuetas Literas Executoriales, easve succumbentibus rite exhiberi curavit.

6. His igitur opportune præmissis, jam facile deprehenditur, Carmelitarum Accessus ad Domos Defunctorum, utcumqua antiquos, atque continuos, haudquaquam mereri possessionis nomen, sed potius ad abusum, & corruptelam pertinere, tamquam editos contra apertam legis, reique judicatæ prohibitionem. Jura autem nostra neque interdicti, neque ullius actionis præsidio vitiosas, ac temerarias hasce violationes tuentur, ad tradita per *Rat. coram Coccin. decis. 1761. num. 3., coram Caprar. decis. 334. n. 34., coram Falconer. tit. de Pension. decis.* 217. *num.* 16. Alia præsertim accedente animadversione, quod ex ipso Ritualis tenore, itemque ex Rotalibus Decisionibus, Rescriptisque Sacrar. Congregat., ac demum ex re perfecte judicata illico liquet de bono Jure Parochi, quod quidem per se solum sufficeret ad denegandam etiam non vitioso Possessori manutentionem, ut firmant *Garz. de Benefic. part. 1. cap. 5. num. 557., Rot. coram Seraphin. decis. 575. num. 7., coram Bich. decis. 544. num. 27., coram Falconer. tit. de Pension. decis. 13. in fine.....*

7. Pari facilitate deprehenditur, nihil prodesse PP. Carmelitis, quod jactats consuetudo vel omnem hominum memoriam superet, vel saltam munita sit titulo colorato, & continenti cursu Annorum 40. Sacra namque Rit. Congregatio, ut supra opportune notatum fuit, pluries rejecit, damnavitque hujus generis immemorabiles consuetudines, tamquam indecentes, ac turpes. Improbata vero consuetudine immemorabili, multo certius improbata dici debet quadragenaria cum titulo colorato, quæ immemorabilem non vincit, imo in pluribus ei cedit, ac succumbit, ut tuentur *Piton. discept. Eccles.* 112. *num. 18. 49. & 51., Card. Petr. ad Constit. Apostol. tom. 5. ....*

8. Cæterum ipsi magis jactant, quam probent consuetudinem hanc immemorabilem, vel quadragenariam cum titulo colorato. Quod enim pertinet ad primam, eorum Testes aut viles sunt, aut Religiosi in suæ quisque Societatis utilitatem deponentes. Omnibus autem deest legitimi examinis solemnitas, desuntque conditiones ad firmandam immemorabilem necessariæ, de quibus meminit *Gloss. in Cap. 1. verb. Memoria de præscript. in 6.*, & late observat *de Valentib. discept. 7. de Reb. Ecclesiastic. num. 16. & seqq., necnon num. 31. cum duob. seqq., & mea præterita Decis. §. 3.* Frustraque recurritur ad Parochi confessionem, emissam in Transactione anni 1703. in illis verbis: *Promettiamo per quello dipende dalla nostra Parrocchia di osservare quel tanto, che per il passato prima di dette Sentenze si osservava, nè di prevalersi di dette Sentenze, nè d'insistere per l' osservanza di quelle, e molto meno per le pene contenute nel Manitorio*. Isthæc enim confessio nimis perperam ampliatur ad comprehendendam immemorabilem observantiam, de qua nihil penitus loquitur, cum de cætero ambigui juris non sit, confessionem strictissime intelligendam esse, ut confitenti minus noceat, quam fieri possit, ad firmata *per Surd. cons. 5. num. 45., Gob. consult. 87. n. 49. ...* Imo licèt nominatim immemorabilem contineret, adhuc cum tota Transactio ob causæ, solemnitatumque defectum nulla, ac prorsus irrita sit, ut mox demonstrabitur, oporteret, ex eodem vitio, insertam quoque corruere confessionem; *Urceol. de Transact. quæst. 861. num. 6. cum duobus seqq., Constant. ad Statut. Urb. annot. 44. num. 419., Rota decis. 116. num 16.....*

9. Quod vero spectat ad secundam; profecto relata Transactio ineptissima est ad exhibendum titulum coloratum. Cum enim evidenti jure sit irrita, atque inefficax, hinc nullum credulitatis, bonæque fidei prætextum Patribus Carmelitis subministrare potuit, ut præcise firmat *Rot. coram Emerix Junior. decis. 1264. num. 10., coram Falconer. decis. 6. num. 10. tit. de Probat. .....* Et manifesta quidem nullitas satis emergit ex eo, quod post rem pro Parocho perfecte judicatam, atque undique absolutam, fas non erat Patribus transigere. Nulla enim supererat lis, nulla dubietas, atque incertitudo, quæ ad transigendum necessaria est, *ad Textum in leg. 7., & 11. ff. de transact., leg. 23. §. 1.....* Tantoque magis, quia conventionis Apocha non aliud continet, præter nudam, simplicemque Parochi renunciationem partæ jam Victoriæ, suæque rei judicatæ, & quidam nullo recepto compendio, seu emolumento. Ejusmodi autem transigendi modus nimis repugnat legi, atque æquitati, nec ullam in judicio meretur executionem: *leg. 38. Codic. de transact., leg. 3. Cod. de repud. Hæred., Urceol. de transact. ...*

10. Hæc autem improvida, atque inconsulta dimissio proprii Juris descendentis nedum ex dispositione Ritualis Romani, atque ex pluribus Decisionibus, ac Rescriptis Supremorum Tribunalium, verum etiam ex clara, dilucidaque re judicata, eo minus sustineri valet, quia destituta est solemnitatibus præscriptis *in Extravag.* Ambitiosæ *de Reb. Eccles. non alien.*, quam locum habere etiam in distractione certi juris honorifici, & magni momenti, atque etiam in transactionibus, passim docent adducti in mea *præterita Decis. §. fin.* Parum obstante censura Textus *in Cap. Quia ex ea 3. de pact. in 6.*, in quo observari mandantur pacta, & compositiones initæ inter Regulares, & Rectores Ecclesiarum super juribus Parochialibus. Nam præterquam quod ex parte Ecclesiæ Parochialis Portus Salutis deest consensus Conventus, qui collegialiter dandus erat, & quo deficiente locum sibi non vindicat hæc Pontificia Constitutio, ut signanter animadvertit *Passerin. in dicto cap. 3. num. 8.*; illud præ cæteris urget, quod *eidem Capiti* 3. derogatum fuit (*a*) *per Extravag.* Ambitiosæ. Jura enim perpetua inter bona stabilia recensentur, quæ sine justa Causa, & Beneplacito Apostolico alienari non possunt, sive cessionis, ac renunciationis nomine, sive alio quocumque titulo, & prætextu, juxta firmata *ab eodem Passerin. loco cit. num.* 12., & de quocumque jure honorifico post allatam resolutionem Sac. Congregationis Concilii testatur *Card. Petr. ad Constit. Apostol. tom. 5. Constit. 5. Pauli II. sect. 2. sub n. 21.*

11. Tandemque deficit etiam quadragenaria possessio. Quandoquidem antiquam, siquæ unquam fuit,

fuit, procul dubio sustulit, ac delevit subsequens res judicata. Posterior vero, tamquam Attentatorum, malæque fidei vitio maculata, odio, pœnaque dignior est, quam favore, & perinde haberi debet, ac si numquam PP. Carmelitæ possedissent, ut firmat mea *præterita Decisio* §. 3.

Et ita in reliquis habita relatione ad eamdem meam Decisionem &c. Utraque &c.

(*a*) *Derogatum insuper fuisse eidem Capiti* 3., *simulque Capiti* 2. de pact. in 6. *per Sixtum IV.*, *aliisque Pontifices quoad eam partem*, *quæ Generalis*, *vel Provincialis Prælati*, *aut Capituli Provincialis licentiam spectat*; *docent Auctores a P. Lucio Ferraris laudati* (*Biblioth. verb.* Pactum *artic.* 2. *num.* 27. *& seq.*).

Cæterum aliter, *quàm in hac Decisione*, *loquitur hac super re eadem Sacra Rota in* Majoricen. Præeminentiarum, & Funerum 11. *Junii* 1756. *cor. Olivatio* §. 13. *Ibi namque sic disserit*: „ Transactio .... infringi pariter nequibat ex eo, quod non fuerit sex intra menses a Definitorio Capituli Provincialis laudata, quemadmodum illius ratihabitione sub pacto resolutivo conventum fuerat. Indoles enim contractus, inter Personas Ecclesiasticas initi super Juribus Parochialibus, hoc speciale pro se obtinet, ut neque Superiorum Regularium assensu, neque approbatione S. Sedis indigeat; uti sancivit Text. in Cap. Quia 3. de Pact. in 6., ibique Gloss., & Canonistæ, Card. de Luca de Præeminent. disc. 4. num. 19., Rota cor. Cavaler. decis. 227. in recent. decis. 218. num. 3. & seq. part. 7. decis 489. num. 29. part. 19., & cor. Molino decis. 891. n. 12.„ *Et statim* §. 14.: „ Id quod in præsenti specie tutius admittendum DD. existimarunt ex ipsa promissorum correspectivitate. Si enim *&c.* „ *Hoc ipsum docuit eadem S. Rota in Decisione alia*, *quam in eadem Caussa Majoricensi edidit*: *cujus Decisionis lacinias quasdam suo loco daturi sumus* (*ad d.* 31. *Januar.* 1757.). *Nobis porrò non vacat utriusque sententiæ momenta librare*. *Rem proptterea in medio relinquimus*.

1754. 14. Decemb. *S. Congregationis Concilii interpretis Decretum in* Regien. Visitationis.

CŒnobium PP. Min. Conventualium (*Ita legitur in Folio Congregationis diei* 24. *Augusti Anni prædicti*), quod in Oppido Saxoli Regiensis Diœceseos situm est, fundatum fuit an. 1567., & ab ipso fundationis initio Regularis Disciplina plurimum in eo floruit. Latet equidem numerus Patrum, qui in eo permanserint ad an. usque 1618., traditumque est, ejus Ecclesiam tunc temporis ab Episcopo Regien. semel visitatam fuisse, unde argui posse videtur, eo tempore in Cœnobio illo tot Patres non fuisse, quot satis erant ad exemptionem a Jurisdictione Episcopali. Quidquid autem hac de re sit, certum est, ab eo anno ad nostra hæc tempora senario minorem nunquam fuisse Regularium numerum in eodem Cœnobio: quod tamen non deterruit Episcopum Regien. a Visitatione Ecclesiæ eorumdem Patrum, quam facere voluit anno 1752. Episcopum Visitantem non rejecerunt Patres, sed protestationem emiseerunt, qua Jura sua sarta tecta servarunt, inde ad hoc Sacrum Tribunal confugerunt...... A Promotore Fiscali nihil habuimus. Dubia sunt:

I. An liceat Reverendissimo Episcopo Regiensi visitare Ecclesiam PP. Min. S. Francisci Conventualium Terræ Saxoli? Et quatenus negative,

II. An actus Visitationis, novissime per dictum Reverendissimum Episcopum expleti in eadem Ecclesia, sint annullandi, & circumscribendi?

Sacra autem Congregatio primùm die illa 24. *Augusti* 1754. *rescripsit*: Dilata ad sequentem; & distribuatur relatio Episcopi. *Deinde in Congregatione sequenti*, *die* 28. *Septembris*, *iterum rescripsit*: Dilata, & proponatur in prima post aquas: *in qua tamen* (*habita* 23. *Novembris*) *Caussa hæc non fuit proposita*. *Tandem in Congregatione diei* 14. *Decembris ejusdem Anni* 1754. *respondit*: Ad I. Negative: Ad II. Affirmative.

Consule tamen de hoc argumento Bibliothecam P. Lucii Ferraris (*v.* Conventus *art.* 2. *in* Nov. Addit. ex alien. man., *&* *in* Supplement. Auctor. e II. Edition., *quæ ibi sequuntur*), *ac Doctores*, *qui ibidem laudantur*, *aliisque passim de hac re disserentes*.

1754. 20. Decemb. *Mandatum S. M. Benedicti PP. XIV.*, *ut in Caussis omnibus*, *etiam Regularium*, *servetur omnino Constitutio*, Ad coercenda; *nominatim autem Caussarum cursus nullo modo impediatur*, *donec prima instantia consummata fuerit*.

HA comandato la Santità di Nostro Signore, che in avvenire non s' impedisca in alcuna maniera il corso delle Cause, anche de' Regolari, finchè non sia consumata la prima Istanza, volendo, che in tutte le Cause onninamente si osservi quanto si dispone nella Costituzione pubblicata il primo di Ottobre dell' Anno prossimo passato, che incomincia: *Ad coercenda delinquentium flagitia*. Quindi il Segretario della S. Congregazione de' Vesc. e Reg. ne porge la notizia al Signor Luogotenente Mocci, affinchè, come Relatore, debba sempre aver presente detta Costituzione, e regolare tutte le Cause a tenore della mente di Sua Beatitudine: ed intanto &c.

Epistolium hoc legitur in Regesto ejusdem S. Congregationis Episc. & Reg. sub die 20. *Decembris* 1754., *quo idem scriptum fuit ad D. Relatorem*.

1755. 11. Janu. *Decreta S. R. C.* in una Ordinis Minorum Reformatorum S. Francisci in Provincia S. Mariæ de Arrabida in Regno Portugalliæ.

PRopositis Sacræ Rituum Congregationi per Fratrem Joannem a S. Joseph Ordinis Minorum Reformatorum Provinciæ S. Mariæ de Arrabida in Regno Portugalliæ, Cæremoniarum Magistrum in Cœnobio Sancti Antonii, necnon Beatæ Mariæ prope Mafran, sequentibus dubiis, nempe ==

I. An Fratres memoratæ Provinciæ infra octavam Omnium Sanctorum Anniversarium a Joanne V. Rege Fidelissimo fel. rec., Cœnobii, & Ecclesiæ Fundatore institutum, pro Animabus Regis Petri II., & Reginæ Mariæ Parentum suorum, necnon alia tria Anniversaria pro omnibus Defunctis Religiosis Provinciæ, eorumque Parentibus, & Provinciæ Patronis, solemniter celebrare possint illis diebus ab Officio sub ritu duplici impeditis?

II. An Patres prædictæ Provinciæ debeant, vel possint continuare recitationem Officiorum specialium Kalendarii Diœcesani; vel ab illa totaliter abstinere?

Sacra eadem Congregatio ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Cæsarei Ponentis rescribendum censuis ==

Quoad primum Anniversarium (a) pro gratia; & in reliquis servetur Decretum Alexandri VII. 5. Augusti 1662.

Ad II. (b) Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam, & serventur Decreta Sacræ Congregationis, & Constitutiones Ordinis. Et ita declaravit die 11. Januarii 1755.

(a) *Quod attinet ad hoc Quæsitum I.; consule Collectionem Decretorum S. R. C., editam a Spiridione Talù (quæ inserta est quoque Tomo VIII. Biblioth. P. Ferrar. Edit. Rom. an. 1767. & seq.), num. 1304., aliisque numeris ibi citatis, nempe 19., & 1279., insuperque num. 423., ubi refertur Decretum S.R.C., approbante Alex. VII., quod supra laudatur. Hoc ipsum Decretum, ejusdemque Alexandri, & aliorum Pontificum Apostolicæ Literæ, simulque alia ipsius S. R. C. hac super re Decreta, summatim referuntur in ejusdem S.C.Decreto incipiente*, Cum occasione, *a S. M. Clemente XI. approbato: quod habes apud Ferraris (Bibl. v.* Missæ Sacrificium *art. 14. n. 14.), & in laudata Decretorum Collectione n. 883. seqq. Idem quoque P Ferraris ad verbum refert memoratas Pontificum Literas (Bibl. loc. cit. n. 11. seqq.).*

(b) *Ad hoc II. quod spectat; adi Collectionem prædictam n. 1305. 550. & 540.*

1755. 16. Janu. *Ejusdem S.R.C. Decretum, qua facultas conceditur peragendæ Commemorationis B. HELENÆ ENSELMINÆ.*

Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia.

SUpplicante F. Carolo M. Perusino Commissario Generali Curiæ Ord. Min. S. Francisci de Observantia Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papæ XIV. pro facultate recitandi Officium cum Missa B. HELENÆ ENSELMINÆ Monialis Clarissæ ejusdem Ordinis, jam sub die 9. Martii 1701., annuente San. Memoriæ Clementis XI., Monialibus Monasterii nuncupat. DELLA B. ELENA in Diœcesi Patavina concessum; Sanctitas Sua, ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Card. Tamburini S. R. C. Præfecti, Oratoris instantiæ benigne annuit pro Commemoratione tantum prædictæ Beatæ in die ejus obitus, seu sub Ritu Simplicis, pro Fratribus, & Monialibus jurisdictioni Ministri Generalis totius Ordinis Minorum subjectis. Die 16. Januarii 1755.

D. F. Card. Tamburinus Præf.
M. Marefuscus S. R. C. Secret.

Loco ✠ Sigilli.

1755. 26. *Februar. == Oblato supplici libello S.Congregationi Episc. & Reg. nomine Narniensium Monialium Ordinis S. Claræ; Sacra eadem Congregatio facultatem concesserat die 20. Septembris 1754., ut Soror Maria Hieronyma Montini quartum posset in Abbatissam eligi, dummodo tamen suffragia omnia in ejus electionem confluerent.*

Cum e suffragiis sex & viginti, suffragia duo tantum defuissent; rogati fuerunt Eminentissimi Patres libello altero iterum porrecto Monialium nomine, ut electionem sanarent. At vero Rescriptum prodiit 6. Decembris ejusd. an. 1754.: Lectum, & deveniatur ad electionem alterius.

Iteratæ eædem preces paulo post fuerunt, eæque subscriptæ a Monialibus omnibus, munitæque propitia Illustriss. Episcopi Narniensis Relatione. Sed nihilominus Sacra Congregatio 24. Januar. 1755. rescripsit: Oratrices deveniant omnino ad novum Scrutinium ad formam Rescripti emanati sub die 6. Decembr. 1554.

In hujus Rescripti executionem Minister Obs. Provinciæ S. P. N. Francisci, cui illud Monasterium subest, Guardiano Narniensis Cœnobii partes suas in nova electione habenda delegavit. Qui cum Illustriss. ante dictum Episcopum de Delegatione sua certiorem fecisset; orta inter colloquendum dubitatio fuit, num prælaudata Mater Montinia posset in novo Scrutinio in Abbatissam eligi? Episcopus putabat, non posse ob postrema Rescripta duo. Delegatus eligi posse existimabat in vim dispensationis a Sacra Congreg. concessæ, de qua priori loco meminimus. Dilata idcirco electione, exorata Sacra Congregatio fuit, ut mentem aperiret suam. Atque ea dubitationem omnem diremit Epistola hac ad eumd. Rmum Episcopum data: quam subnectimus in eum finem, ut, si alibi casus idem contigerit; sciatur, quid agendum sit.

Illustre, e Molto Rev. Monsignore come Fratello. Dall' annesso Memoriale dato a nome delle Religiose di cotesto Monastero di S. Croce vedrà V. S., quanto per parte delle medesime è stato nuovamente rappresentato in ordine all' elezione della Badessa: e quantunque nella Congregazione delli 6. del prossimo Dicembre fosse stata rigettata l' istanza per la conferma di Suor Maria Girolama Montini per il quarto Triennio colla mancanza di due voti, e venisse ordinato di doversi procedere all' elezione di altra Religiosa, ciò fu detto in supposizione, che le due Monache persistessero nella negativa; ed alla Supplica posteriormente data sia stato rescritto sotto li 24. Gennajo di doversi procedere a nuovo Scrutinio, questi Eminentissimi miei Signori non anno inteso di escludere la stessa Montini dal poter essere nuovamente eletta, quante volte concorra a tal elezione la pienezza de' voti: onde se nel nuovo Scrutinio accedano tutte le Monache col loro voto in conformità del Decreto emanato sotto il dì 20. Settembre prossimo, potrà V. S. dar esecuzione al medesimo per la conferma. Glelo significo, e Dio la prosperi. == Roma 26. Febbrajo 1755.

D. V. S.

Come Fratello
C. A. Card. Cavalchini.

P. G. Guglielmi Segretario.

Loco ✠ Sigilli.

1755. 28. Febr. *Ejusdem S. Consilii Episc. & Reg. Decretum, quo Breve Urbanum mox laudandum extenditur ad Lusitanam Tertii Ordinis Provinciam.*

M*Inister, Patresque Definitorii Lusitanæ Provinciæ Tertii Ordinis S. P. N. Francisci, porrecto libello, orarunt Pontificem, ut ad eam Provinciam* „ extenderet Breve rec. mem. Urbani PP. VIII., pro Provinciis Strictioris Observantiæ (*seu pro Discalceata Provincia S. Io. Baptistæ in Hispania*) expeditum die 15. Junii 1639., in quo amotiones, & privationes (*Prælatorum localium*) a Visitatore fieri absolute prohibentur; jubendo simul, prout in ipso (*Brevi*) continetur, quod, si dicti Prælati Vocales delinquentes forsan inveniantur, non ante Capitulum, & per privatio-

vationem Vocis activæ, aut passivæ, sed post illud celebratum puniantur ».

Sacra autem Congregatio, ad quam Summus Pontifex libellum misit, post auditum P. Procuratorem Generalem Ordinis, referente Eminentissimo Cavalchini Præfecto, rescripsit sub die 28. Febr. 1755.: Pro extensione Brevis Urbani VIII. juxta petita.

Hoc Privilegium est. Nam quid hac in re Jus Commune Ordinis præscribat; tradunt Santorus (Pan. cap. 15. qu. 10.), Lantusca (Theatr. v. Causa seu Lis n. 1. seqq.), Matthæuccius (Offic. Cur. cap. 18. n. 49. seq.), aliique.

1755. 10. Mart. *Literæ Apostolicæ Benedicti XIII. circa novas in Regnis Hispaniis Mendicantium fundationes, ad Observ. Russiæ Provinciam, aliasque totius Regni Polonici extenduntur.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

INjuncti Nobis per abundantiam Divinæ Gratiæ Pastoralis Officii sollicitudo postulat, ut in his, per quæ Christifidelium sub suavi Religionis jugo Altissimo famulantium prospero statui consulitur, ejusdem Officii partes sedulo intendamus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Emanarunt dudum a felic. recordat. Benedicto Papa Prædecessore Nostro in pari forma Brevis motu proprio expeditæ Literæ tenoris sequentis:

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

» APostolici Officii, quo, authore Domino, fun» gimur, solicitudo Nos admonet » &c. (*Inseruntur hic integræ eæ Literæ Benedicti XIII., quas vid. in Chronol. P. Peralin. Part. 2. pag. 111. & seqq.*).

Quoniam autem dilectus Filius modernus Minister Provincialis Provinciæ Russiæ Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Nobis nuper exponi fecit, quod in Russia Polonica Pagi, & Urbes abundant passim Ruthenis, & Judæis, qui odio plusquam Vatiniano in Latinos feruntur, nec proinde quidquam eleemosynæ ab eis sperari potest; ac aliunde illa Regio a Barbaris, Tartaris, & Cosaccis sæpe eorum incursionibus depsuperatur, itaut longe difficilius Fratres dicti Ordinis necessariam alimoniam consequi valeant; ac proinde dictus Minister Provincialis præinsertas dicti Benedicti Prædecessoris Literas ad eamdem Provinciam per Nos extendi, & ampliari plurimum desiderat: Nobis propterea bumiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur ipsum Ministrum Provincialem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti &c. harum serie absolventes &c., hujusmodi supplicationibus inclinati, de Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Card. negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, referente dilecto Filio Nostro Josepho Maria S. R. E. præfatæ Presbytero Cardinali Feroni nuncupato, qui relationem Ven. Nicolai Archiepiscopi, apud Charissimum in Christo Filium Nostrum Fridericum Augustum Poloniæ Regem Illustrem Nostri, & Apostolicæ Sedis Nuncii, ad eosdem Cardinales transmissam attenderunt, consilio, præinsertas memorati Benedicti Prædecessoris Literas, pro Regnis Hispaniarum, sicut præmittitur, concessas, ad eamdem Provinciam Russiæ ejusdem Ordinis, totumque Poloniæ Regnum, auctoritate Apostolica tenore præsentium extendimus, & ampliamus; &, quatenus opus sit, auctoritate, & tenore præfatis statuimus, præcipimus, mandamus, & prohibemus, ne ullus in posterum quorumvis Ordinum Mendicantium, etiam ejusmodi Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, intra limites dictæ Provinciæ Russiæ ejusdem Ordinis, ac totius Polonici Regni, Conventus, sive Domus, aut Locus Regularis, vigore quorumcumque Privilegiorum, & Facultatum a Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris, & a Nobis hactenus concessorum, seu confirmatorum, aut in vim quorumcumque Decretorum a memorata Congregatione Cardinalium (cui facultatem derogandi huic Nostræ dispositioni, seu hisce nostris Literis in casibus particularibus, & peculiaribus circumstantiis reservamus) editorum, seu alio quovis prætextu, vel causa, in quinque, vel saltem quatuor leucas a Conventibus dictorum Fratrum Minorum de Observantia jam erectis, nisi de speciali, & expressa hujus Sanctæ Sedis licentia, audito prius Procuratore Generali pro tempore existente, de novo erigatur, fundetur, seu alias quomodolibet instituatur, vel inceptus, seu incepta perficiatur, & absolvatur.

Decernentes, easdem præsentes Literas, & in eis contenta quæcumque semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in futurum, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præfatæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis præfatæ Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quæ idem Benedictus Prædecessor in suis Literis prædictis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumptis &c. eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 10. Martii MDCCLV. Pontificatus Nostri Anno Decimoquinto.

D. Card. Passioneus.

1755. 27. Mar. *Indulgentia Plenaria Perpetua in Diebus festis S. LUDOVICI Francorum Regis, & S. ELISABETH Hungariæ Regis Filiæ.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

INjunctæ Nobis divinitus Apostolicæ servitutis ratio postulat, ut Cælestium Munerum Thesauros dispensationi Nostræ a Domino creditos fideliter erogemus, cum id ad augendam in terris Sanctorum cum Christo in Cælis regnantium venerationem, excitandamque, & fovendam erga illos Fidelium devotionem, & Animarum salutem procurandam aperamus in Domino profuturum. Supplicationibus itaque dilecti Filii Caroli Mariæ a Perusio Commissarii Generalis Curiæ Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Fratrum dicti Ordinis, tam hactenus erectis, quam in posterum quandocumque erigendis, & ubicumque locorum existentibus, in S. Ludovici Francorum Regia, ac S. Elisabeth Viduæ, Regis Hungariæ Natæ festis Diebus a primis Vesperis usque ad occasum Solis Dierum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die præfatorum id egerint, Plenariam; Monialibus vero supradicti Ordinis, sub cura, regimine, & administratione Fratrum præfatorum existentibus, & aliis in earum quolibet Monasterio nunc, & pro tempore degentibus, vere pariter pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, quæ suam respective Ecclesiam in supradictis Diebus visitaverint, & , ut præfertur, ut supra, oraverint, Plenariam similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & Remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVII. Martii MDCCLV. Pontificatus Nostri Anno Decimoquinto.

Pro D. Card. Passioneo
Joannes Florius Substitutus.

1755. 8. Apr. *S. Congregationis Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis præpositæ Responsum a Pontifice approbatum super Indulgentiis, quæ ob eodem Pontifice concessæ fuerant (supr. ad diem 5. Septemb. 1753.) Ecclesiis Missionariorum nostrorum Nationis Germano-belgicæ.*

BEatissime Pater = Cum S. V. 5. Septemb. 1753. benigne concesserit Ecclesiis Missionariorum Ord. FF. Min. S. Francisci Recollect. Nationis Germano-Belgicæ Indulgentias Ordini concessas; ipsi vero Vicarii Apostolici Provinciæ Anglicanæ ob verba hæc Brevi inserta, *Qui aliquam ex Ecclesiis Missionariorum Ord. FF. Min. visitaverint*, prætatas Indulgentias Laicis concessas esse negent; hinc ergo F. Seraphinus Cremer ejusd. Ord., & Nationis Germano-Belgicæ in Curia Romana Agens, ac S. V. Orator devotissimus, nomine Commissarii Gen.d. Nationis, & P. Provincialis Prov. Anglicanæ, humillime supplico, quatenus S. V. benigne declarare dignetur, quid nomine Ecclesiæ intelligatur, cum publicæ ibi non sint, nec sine summo Religionis Orthodoxæ damno esse possint, & eo nomine Ecclesiæ venire non valeant quæcumque Sacella, & Oratoria prædictorum FF., ed quæ Christifideles ad Sacrum audiendum, & ad percipiende Ecclesiæ Sacramenta confluunt. Quam gratiam Deus &c.

Prodiit subinde ex Sacra Indulgentiarum Congregationis Decretum, quod sequitur:

Proposito in S. C. Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis præposita dubio: An sub nomine Ecclesiarum veniant etiam Capellæ, & Oratorie Patrum Recollect. Ord. S. Francisci Missionum Nationis Germano-Belgicæ, ita ut illæ gaudere valeant Indulgentiis, a SS. D. Nostro Ecclesiis dictarum Missionum concessis, in casu &c.?

Eadem Sac. Congreg. die 8. Aprilis 1755. respondendum esse censuit: Affirmetive, dummodo assertæ Sacræ Functiones peragantur.

De quibus facte per me infrascriptum ejusdem Sacræ Congregat.. Secretarium die 9. ejusdem Mensis SS. Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua Votum Sacræ Congregat. benigne approbavit.

Fr. J. Card. Portocarrero Præfect.

J. B. Vicecomes Sec. Congregat.
Indulgentiar. Secret.

Loco ✠ Sigilli.

Hoc accepto Decreto, Illustrissimi Vicarii Apostolici, quorum in præmisso supplici libello fit mentio, rogarunt Pontificem, ut benigne declarare dignaretur, quid ipsi servare deberent? num Constitutionem, Apostolicum Ministerium, *ab ipso Pontifice editam 30. Maji 1753. (quam nos ante ad hanc diem dedimus, quæque in §. 23. quidnam præscribat, ibidem legendum est); an vero Indulgentiarum Breve,* Ad augendam, *eod. An. 1753. 5. Sept. datum, de quo meminit superior supplex libellus, quodque a nobis ad eam ipsam diem descriptum fuit.*

His Vicariorum Apostolicorum precibus ab Illustrissimo Præsule, S. Congregationis Indulgentiarum Secretario, in Audientia relatis, idem Pontifex Benedictus rescribendum jussit: Servetur Constitutio de anno 1753. die 30. Maji pro Missionariis Provinciæ Anglicanæ; ac ad eandem reducatur Decretum S. Congregationis de anno 1755. die 8. Aprilis; *Decretum scilicet, quod paulo ante exhibuimus.*

1755.

1755. 12. Apr. *Literæ P. Ministri Gener., quibus Generale Capitulum Murciæ habendum indicitur, per Cismontanam Familiam promulgantur: vocaturque P. Desiderius a Domobasciana ad Comitia eadem.*

F. BERNARDINUS A TERLITIO

S. Theologiæ Lector Jubilatus, & in hac Fratrum Minorum Cismontana Familia Commissarius Generalis, Visitator Apostolicus, & in Domino Servus

Dilectis plurimum in Christo Patribus, & Fratribus, Superioribus, & Subditis ejusdem Familiæ salutem, ac plenam in Spiritu Sancto consolationem.

ENcyclicas Litteras Reverendissimi Patris nostri totius Seraphici Ordinis Ministri Generalis, quibus Generalia Ordinis Comitia indicuntur, renunciare vobis cum debeamus, easdem ad vos dirigimus, ut ex iis intelligatis, quid in hac gravissima rerum nostrarum circumstantia agere debeatis. Dictarum autem Litterarum tenor talis est:

„ F. PETRUS JOANNETIUS *&c.*

„ Ex quo inscrutabili Divinæ Providentiæ „ *&c.* (*ut supr. ad Ann.* 1754. 12. *Novemb.*).

Cum autem SS. Dominus Noster Benedictus Divina Providentia Papa XIV. per sua Apostolica Scripta inter Reverendissimos PP. Ex-Commissarios Generales Familiæ cum jure suffragandi dignatus fuerit cooptare P. Desiderium a Domobasciana; Nos vigore præsentium, ex mandato Sanctissimi, eundem ad Comitia Generalia citamus, & vocamus: hortantes vos omnes in Domino, ut ea, quæ in præinsertis Encyclicis Reverendissimi Patris Nostri Ministri Generalis statuta sunt, juste adimpleatis: Charitatem vestram etiam obsecrantes, ut culparum omnium, quas in Commissariatus nostri munere in hac Cismontana Familiâ exercendo ex infirmitate contraximus, orationibus vestris die, noctuque veniam a Patre Misericordiarum intercedere pro Nobis non deficiatis; Deo siquidem, vobisque omnibus accepti cursum Officii Nobis commissi consummare eisdem in Comitiis vehementissime optamus. Valete.

Datum Romæ ex Aracæli hac die 12. mensis Aprilis 1755.

F. Bernardinus Commiss. General.

De mandato Pat. Suæ Rmæ

F. Franciscus Antonius a Mutiliana
Secret. General.

Loco ✠ Sigilli.

1755. 12. Apr. *Decreta Sacræ Rituum Congregationis in* Lucana.

CUm Reverendissimo Archiepiscopo Lucano nonnulla occurrerint Dubia circa Sacros Ritus, humillime Sacræ Rituum Congregationi supplicavit, quatenus ea benigne decernere dignaretur. Dubia sunt sequentia:

I. An ferenda sit immemorabilis, aut antiqua consuetudo Parochorum benedicentium Sacrum Fontem de mane, aut in Vesperis Dierum festorum Paschatis, & Pentecostes, aliorumve Festorum juxta præscriptum Ritualis Romani, ubi agit de benedictione Fontis Baptismi extra Sabbatum Paschæ, & Pentecostes, cùm Aqua cônsecrata non habetur?

II. An Parochis, quibus in die Sabbati Sancti imminet onus adeundi Ecclesiam Matricem, aut Plebanalem, ut Functioni Fontis intersint, Aquamque benedictam, atque Olea Sacra recipiant, possint, aut teneantur idem onus in alium Sacerdotem ab iis deputandum, ac delegandum rejicere, ut, qui habent Fontem Baptismalem, illum benedicant, & cum quo numero Ministrorum, aut saltem Sacrum faciant pro commoditate, & devotione suorum Parochianorum?

III. An fas sit Parochis uti in collatione Sacramenti Baptismatis Aqua in Ecclesia Matrice, aut Plebanali benedicta, cui privatim, & separatim, & non in ipso actu benedictionis Baptismalis infusa fuerint Olea Sacra?

IV. An Parochi in alienas Ecclesias convenientes, aut non convenientes, possint, attenta consuetudine immemorabili, aut saltem antiqua, Sacrum facere in die Sabbati Sancti cum cantu, aut sine cantu, in propria Ecclesia, prætermissis benedictionibus Ignis, Cerei, Prophetiis, aliisque Ritibus ipsa die præscriptis; aut, non obstante eadem consuetudine, idem Sacrum omittere teneantur? Et quatenus negative quoad secundam partem; sub qua pœna statuenda contra Parochos, aliosque Sacerdotes?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Tamburini Sac. Rituum Congregationis Præfecti, & Ponentis, censuit rescribendum:

Ad I. Parochos habentes facultatem benedicendi Fontem Baptismalem, Sabbatis diebus Paschatis, aut Pentecostes dumtaxat, & non aliis diebus illum de mane benedicere debere. Qui vero hanc facultatem non habent, ab ejus benedictione se abstinere tenentur.

Ad II. Parochis licere alium Sacerdotem delegare, qui benedictioni Fontis Baptismalis in Ecclesia Matrice pro iis assistat; sicuti etiam possunt die Sabbati Sancti alteri Sacerdoti Missæ celebrationem in propria Ecclesia committere. Qui facultatem obtinent Fontem benedicendi, quatuor saltem Clericos in ministerio habebunt.

Ad III. Parochi ex Matricis Fonte Aquam, cui Sacra Olea jam fuerint commixta, suscipere debent, quam adhibeant in Baptismi collatione. Qui vero ante Fontis benedictionem Olea Sacra recipere non potuerunt, illa subinde privatim, ac separatim in Aquam mittere poterunt.

Ad IV. Congruit, ut Missæ in Sabbato Sancto celebrandæ, Ignis, ac Cerei benedictio præcedat; ante quam Missam Prophetiæ omitti non debent; & Archiepiscopus Parochos ad Ignis, ac Cerei benedictionem faciendam aliqua pœna pecuniaria adigere poterit. Et ita declaravit die 12. Aprilis 1755.

Consule de his omnibus Collectionem sæpe superius commemoratam Spiridionis Talù (num. 620. 672. seq. 1165.1306. seqq.); & Meratum cùm alibi, tum in Indice Decret. Missal. (tom. 2. sub fin., n. 525.), ubi mentionem facit de Cæremoniali parvo pro minoribus Ecclesiis, Benedicti XIII. jussu An. 1725. evulgato, servandoque in die Purificationis B. M. V., in Feria IV. Cinerum, Dominica Palmarum, Feria V. in Cœno Domini, Feria VI. in Parasceve, & in Sabbato Sancto.

1755.

1755. 18. April. *Decretum S. Congregationis Disciplinæ Regulari præpositæ, quo mandat, ut in Recollectionis Cœnobiis Provinciarum Italiæ, & adjacentium Insularum singulæ tum Apostolicæ, ipsiusque S. C., tum Ordinis Leges accurate serventur, &c.*

Ordinis FF. Minorum de Observ. S. Francisci.

CUM ad aures Sac. Congregationis super Disciplina Regulari per supplicem Libellum exhibitum per nonnullos Religiosos puritatis Regulæ zelatores pervenerit, quod in Ordine Fratrum Minor. de Observantia S. Francisci, in Conventibus præcipue secundi Novitiatus, seu Recollectionis, Regularis Observantiæ fervor tepescere incipiat, nec Leges Recollectionis in eisdem Conventibus observentur, non sine maximo detrimento Observantiæ, & Regularis Disciplinæ; prospicere volens, ut Regularis Observantia in Provinciis Italiæ, Insularumque adjacentium in sua puritate conservetur, & majoribus in dies (benedicente Domino) proficiat incrementis, ad præcludendum vero omnis perniciosæ relaxationis aditum, eadem Sacra Congreg., referente Eminentissimo Domino Cardinale Cavalchini, justis de causis animum suum moventibus, statuit, atque decrevit, ut in singulis Provinciis, in dictis Recollectionis Conventibus, omnes, & singulæ tum Apostolicæ, & hujus Sacræ Congregationis, tum Ordinis Leges exacte observentur; præsertim vero quæ continentur in vigintiquinque Capitibus Instructionis, ab hac Sacra Congregat. anno 1746. pro hujusmodi Conventibus editæ, juxta Constitutionem Venerabil. Servi Dei Innocentii XI., quæ incipit: *Militantis Ecclesiæ* &c. Mandat insuper eadem Sac. Congreg., ut P. Commissarius General. Curiæ ejusdem Ordinis invigilet super omnimoda observantia præsentis Decreti, certiorando unumquemque Provincialem Italiæ, & Insularum adjacentium per Epistolam encyclicam de intentione Sacræ Congregat., & quod præsens Decretum insimul cum Legibus ipsis, præcipue in enunciata Instructione contentis, quantocyus prædicti Provinciales respective Provinciarum in quolibet Conventu Recollectionis publicari, affigi, ac retineri affixum in loco publico Conventus, & bis in anno in publica Mensa coram omnibus Religiosis de Familia clara voce legi curent, sub pœnis Superioribus, & aliis contrafacientibus arbitrio Patris Generalis Ordinis pro tempore imponendis: Et ipsemet Commissarius Generalis Curiæ de executis congruo tempore Sacram Congregat. certioret. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Romæ 18. Aprilis 1755.

F. J. A. Card. Guadagni Præfectus.

Pro Domino Secretar. Cajetanus Mattei.

Loco ✠ Sigilli.

Vid. quod est a nobis observatum supra (p. 64. col. 1. init.). Constitutio, Militantis, *V. Innocentii XI. extat in Chronol. P. Perusini (par. 1. p.171. sub fin. seqq.). Instructionem autem ejusdem S. C., quam ipsa in hoc Decreto commemorat, quoniam deesse video in citata Decessoris nostri Chronologia, hic idcirco adscribimus, desumptam ex Folio impresso An. 1746.*

„ ISTRUZIONE,
„ a tenor della quale la Sagra Congregazione della
„ Disciplina Regolare ricorda la puntuale osser-
„ vanza degli Statuti fatti per i Conventi di
„ Recollezione nel Capitolo Generale Ro-
„ mano del 1676., confermati in forma
„ specifica dal Venerabile Innocen-
„ zo XI. nella Costituzione *Mili-*
„ *tantis Ecclesiæ*, riferita nell'
„ Orb. Serafic. to.4.pag.219.,
„ e nella Tavola dello stes-
„ so Capitolo Genera-
„ le, stampato, e pub-
„ blicato nel
„ 1679.

„ I. NElle Provincie grandi due Conventi siano di
„ primo, e due di secondo Noviziato, e
„ nelle piccole uno sia di primo, e due di secondo; o
„ due di primo, ed uno di secondo Noviziato.

„ II. I Chierici dopo fatta la Professione, e pri-
„ ma di essere trasmessi ai Conventi di Professorio,
„ nei quali è lo studio di Filosofia, stiano di fa-
„ miglia almeno per un anno ne' detti Conventi
„ di Recollezione.

„ III. In alcuno di detti Conventi di primo No-
„ viziato non si permetta lo studio di Grammatica,
„ o di Filosofia, ma si attenda alla vita spirituale:
„ Ne' Conventi però di secondo Noviziato vi sia un
„ Maestro di Umanità, e di Grammatica a forma
„ della Lettera Circolare spedita di ordine della
„ San. Mem. di Benedetto XIII. li 8. Marzo 1727.
„ dal fu P. Generale Matteo di Pareta, che debba
„ onninamente osservarsi con esattezza.

„ IV. L' Officio Divino si reciti infallibilmente nel-
„ le ore consuete, ed il Matutino indispensabilmen-
„ te la mezza notte.

„ V. Ogni giorno si faccia l' Orazione mentale per
„ lo spazio di due ore, e mezza; cioè, un' ora
„ dopo il Matutino, mezz' ora dopo Prima, ed un'
„ ora dopo Compieta: ma dalla Resurrezione del
„ Signore sino all' Esaltazione della S. Croce l' ora
„ dell'Orazione da farsi dopo il Matutino, si faccia
„ dopo Sesta avanti il pranzo, o desinare.

„ VI. Nel Refettorio non si dispensi mai il Silen-
„ zio, nè la Lezione spirituale. E ne' Dormentorj,
„ Chiostri, e Sagrestia si osservi sempre il medesi-
„ mo Silenzio.

„ VII. Eccettuati li Officiali del Convento, non
„ si ammettano altri Secolari nelle parti interiori di
„ esso; e per le cose da trattarsi necessariamente
„ con questi, vi sia una stanza disposta per tal ef-
„ fetto nel Chiostro inferiore.

„ VIII. Tutti i Religiosi convengano alle comu-
„ nità del Coro, e Refettorio.

„ IX. Si facciano tre Lezioni immediatamente do-
„ po il Vespero alla presenza di tutti i Religiosi in
„ tre giorni della Settimana, cioè Lunedì, Merco-
„ ledì, e Sabato: due siano della esposizione della
„ Regola, ed una di Teologia mistica, o vita spi-
„ rituale.

„ X. A questo fine sia in ciascheduno di essi Con-
„ venti un Lettore capace, & idoneo per tale eser-
„ cizio, ed anche per ispiegare il Decalogo per istru-
„ zione de' Giovani.

„ XI. Il Guardiano almeno una volta il mese in
„ giorno di Venerdì dopo Compieta faccia il Capi-
„ tolo delle colpe nel modo, che si prescrive nelle
„ Costituzioni dell' Ordine.

„ XII. Si osservi al possibile la stretta Povertà in
„ co-

„ commune; ed i Guardiani diano ai Religiosi l' uso „ delle cose necessarie; acciocchè da' medesimi si os„ servi la stessa Povertà in particolare, e si levino „ le occasioni di ricorrere agli Amici spirituali, e „ Benefattori.

„ XIII. Niuno Religioso abbia l'uso di alcuna co„ sa senza licenza del Guardiano, nè la conservi „ sotto chiave, e le Celle de' Frati siano disposte in „ tal modo, che possa il Guardiano entrare nelle „ medesime sempre che lo stimi necessario.

„ XIV. Tanto a' Novizj, quanto ai Professi si „ conceda solo l' uso di due Tonache talari con un „ solo Cappuccio, nè si permetta ad alcuno l'uso „ de' sudarj, pezze di lana, o qualsiasi altra sorte „ di Vestimento non concesso dalla Regola, anco„ ra sotto pretesto che porti un solo Abito.

„ XV. Niuno si elegga in Guardiano ne' detti „ Conventi, non essendo stato prima, almeno per „ due anni, in uno de' medesimi alla perfetta os„ servanza delle Regole della Recollezione.

„ XVI. Niun Frate dimori, o stia di famiglia ne' „ detti Conventi, che non può osservare i precetti „ della Regola, nè vivere secondo il rigore della „ Recollezione.

„ XVII. L' Eddomada si faccia tanto dal Guardia„ no, quanto dagli altri Sacerdoti.

„ XVIII. In detti Conventi non vi siano Religiosi, „ che abbiano commessi delitti, o altri per esegui„ re in essi qualche mortificazione a loro imposta: „ Nè da' Superiori sia collocato alcun Frate di fa„ miglia ne' medesimi Conventi, senza che sia dal „ P. Guardiano, e maggior parte de' Discreti sti„ mato degno di esservi collocato.

„ XIX. In detti Conventi siano ricevuti solo quei „ Religiosi, che vogliono per alcuni giorni ritirarsi „ ne' medesimi a fare gli Esercizi spirituali, e vi„ vere secondo il rigore della Recollezione; e si „ escludano tutti quei (siano di qualsivoglia grado, „ e condizione), che vi vanno o per spasso, o per „ trattare qualche negozio.

„ XX. Il Provinciale, quando o per occasione di „ Visita, o per qualche altra causa va in detti Con„ venti, non conduca seco altri, che il Segretario, „ e Compagno.

„ XXI. Si osservi al possibile la Ritiratezza.

„ XXII. Oltre i Laici necessarj per il servigio in„ teriore del Convento, ve ne siano altri di buon „ esempio, i quali vadano ne' tempi opportuni alla „ Cerca per le necessità de' Religiosi.

„ XXIII. Ai Frati destinati al servigio del Coro „ non si dia spesso licenza di uscire di Convento, „ nè nell' istesso tempo siano fuori di esso più di „ due Religiosi.

„ XXIV. I Novizj, e Cherici in occasione di usci„ re fuori di Convento eschino sempre in comunità.

„ Ultimo. In tutto quello, che appartiene alla „ vita Religiosa, si osservino, specialmente in detti „ Conventi, con esattezza le Costituzioni dell' Or„ dine „.

1755. 30. *April.* = *Apostolicas Literas Benedicti XIV.*, Quæcumque ad majorem, *de Ministro Generali tanquam suspecto Judice non recusando*, *vid. paullo post ad d. 23. Maji 1755.*

1755. 5. Maji. *Vita defuncto P. Sigismundo Skerpin, Definitori Generali durium subrogato, P. Antonius Bartuska sufficitur.*

Dilecto Filio Antonio Bartuska Ord. FF. Minor. S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupat. Professori.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Religionis zelus &c. Cum itaque, sicut dilectus Filius Josephus Maria a Gallipoli Procurator Generalis Ord. FF. Min. S. Francisci de Observ. Reformatorum nuncupat., nomine dilecti itidem Fili Petri Joannetii de Molina totius Ordinis ejusdem S. Francisci Ministri Generalis, Nobis nuper exponi fecit, Officium Definitoris Generalis Nationis Ultramarinæ dicti Ordinis, per obitum quondam Sigismundi Skerpin Fratris expresse Professi Provinciæ Carniolæ præfati Ordinis, qui subrogatus fuit alteri ex Fratribus dicti Ordinis, vacaverit, & vacet de præsenti; ac proinde ipse Josephus M. Procurator Generalis te, qui (ut ipse asserit) Frater expresse Professus Provinciæ Viennensis ejusd. Ord., ac Commissarius Terræ S. existis, eidem Sigismundo in Officio Definitoris Generalis hujusmodi per Nos subrogari, & in Definitorem Generalem in locum memorati Sigismundi prædefuncti constitui summopere desideret: Nos te, & ipsum Josephum M. Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, ac vestrum singulares personas a quibusvis excommunicationis &c., supplicationibus d. Josephi M. Procuratoris Generalis Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ac de tua fide &c. confisi, te in Definitorem Gen. pro Natione Ultra marina in locum dicti Sigismundi defuncti usque ad celebrationem Capituli Gen., ad quam dictus Sigismundus in Officio &c. (*ut supr. sub die 1. Septembr. 1752.*).

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 5. Maji 1755. Pontificatus Nostri Anno XV.

Pro Card. Passioneo
Joannes Florius Substitutus.

1755. 16. Maji. *S. Congregationis Episc. & Reg. Decretum in* Plocen. Fundationis Conventus.

In Causa Plocen. Fundationis Conventus, vertente inter PP. Min. Obs. Reformatos Provinciæ Prussiæ ex una, & PP. Ord. Prædicatorum Civitatis Plock, & litis consortes ex altera partibus, propositum fuit infrascriptum dubium, videlicet:

An liceat PP. Min. Observ. Reformatis Provinciæ Prussiæ fundare Conventum in Suburbio Civitatis Plociæ in casu &c.?

Sacra Congregatio &c., referente Eminentissimo Feroni Ponente, visis videndis, & consideratis considerandis, ad suprascriptum dubium respondit, Affirmative: & propterea benigne commisit Episcopo Plocen., ut, postquam sibi constiterit, Fabricam enunciati Conventus cum Ecclesia, Sacristia, Campanili, Choro, Refectorio, Dormitorio, Officinis, & Spatiis, numeris omnibus esse absolutam, ac supellecti-

lectili tam sacra, quam profana sufficienter instructam, ac inibi duodecim, saltem Religiosos ex Piorum eleemosynis ali posse; ad formalem Conventus erectionem, & Religiosorum introductionem deveniat; ita tamen, ut in reliquis ea omnia, quæ per Sacros Canones, S. Concilium Tridentinum, & Constitutiones Apostolicas, & Ordinis circa hujusmodi novorum Conventuum Fundationes præscripta sunt, adamussim serventur.

Romæ 16. Maji 1755.

1755. 23. Maji. *Reverendissimi P. Ministri Generalis Epistola encyclica, qua Summi Pontificis Benedicti XIV. Apostolicæ Literæ de Ministro Generali tanquam suspecto Judice non recusando promulgantur; commendaturque S. Obedientiæ Virtus.*

FR. PETRUS JOANNETIUS DE MOLINA

Sacræ Theologiæ Lector, Catholicæ Majestatis in Regali Matritensi Congressu pro Immaculata B.M.V. Conceptione Theologus, ac totius Ordinis Fratrum Minorum S. P. N. Francisci Minister Generalis, Commissarius Visitator Apostolicus, & humilis in Domino Servus

Universis totius dicti Ordinis Patribus, Fratribus, ac Monialibus, tam Regularis Observantiæ, quam Discalceatorum, Reformatorum, Recollectorum, & Tertii Ordinis, Superioribus, & Subditis, ubique terrarum degentibus, & nostræ jurisdictioni subjectis salutem in Domino, & Seraphicam Benedictionem.

MInisterii nostri debitum exigit, ut quæ a Romano Pontifice (cui per Seraphicam S.P.N. Francisci Regulam, quam professi sumus, speciali Obedientiæ Voto tenemur obedire) ad ejusdem Regulæ observantiam tuendam, ac promovendam sancte sunt constituta, vobis omnibus nota faciamus, ut debitæ mandentur executioni, nullique eorum ignorantis ansam præbeat delinquendi: potissimum vero dum agitur, sicut in præsentiarum, de præcipuo inter Vota, quæ Deo O. M. in nostra Regulari Professione nuncupavimus, atque propriis labiis distinximus, sancta nimirum Obedientia, quæ quoniam, sacro Eloquio definiente, melior est quam victimæ, acquiescere, & obedire nolle quasi peccatum est, & sacrilegium ariolandi.

Cum ergo hisce diebus Litteras Apostolicas in forma Brevis SS. D. N. Benedicti XIV. feliciter, & sapientissime universam Ecclesiam gubernantis, quibus Pastorali, quo flagrat, sancto zelo, & paterno in universum nostrum Ordinem amore, quam aperire conabatur januam inobedientiæ, & rebellioni Hostis humanæ salutis, cujus amica, & individua comes Obedientia a S. Bernardo prædicatur, invincibili muro Apostolici Mandati claudere dignatus est, receperimus; eas vobis omnibus, & singulis, hisce nostris Encyclicis intimamus, & universo Ordini intimandas decernimus, quarum tenor est, qui sequitur:

„ BENEDICTUS PAPA XIV.

„ *Ad futuram rei memoriam.*

„ QUæcumque ad majorem Regularis disciplinæ observantiam, & Religiosorum Ordinum commodum, & incrementum in Domino prospicimus profutura, eadem quò salubrius promoveantur, ac promota felicius statuantur, & statuta perennius persistant, supremas Apostolicæ Procurationis Nostræ partes grato, libentique animo interponere non dedignamur. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus Filius Petrus Joannetius de Molina Minister Generalis totius Ordinis Minorum Sancti Francisci, quod ipse aliàs, nempe anno 1752., ad plurima avertenda incommoda, quibus Provincia S. Josephi de Jucatan in Indiis Occidentalibus dicti Ordinis vexabatur, nonnulla salubriter statuit, quæ ad pacem, tranquillitatemque in ea firmandam opportuna, in Domino cognovit esse præscribenda: ac cum inter cætera Ministri Provinciales, aut Vicarii, vel Commissarii ejusmodi, juxta Ordinis Statuta auctoritate Apostolica confirmata, absoluto Officio, statis, præscriptisque per eadem Statuta temporibus, rationes eorum administrationis in Officio peractæ novo Definitorio Provinciali omnino reddere teneantur; ea de causa dilectus itidem Filius Ildefonsus Monreal Frater expresse professus dicti Ordinis, qui per quinquennium eandem Provinciam Sancti Josephi sub titulo Commissarii Provincialis rexerat, & administraverat, peractæ suæ administrationis rationem Definitorio Provinciæ hujusmodi exhibere non prætermisit, protestando tamen, quod Definitorii prædicti judicio stare vellet usque ad definitivam exclusive, ad quam obtinendam, recusato Definitorio, ad ipsum Patrem Petrum Joannetium Ministrum Generalem appellavit, eamdemque appellationem subinde etiam prosecutus est, transportatis actis processus, ac plura deinde a dicto Petro Joannetio Ministro Generali decreta pro exhibitione, & collatione documentorum in præmissis necessariorum obtinuit. Præmissis vero non obstantibus, idem Ildefonsus noscens, se prope esse, ut infidelis ejusdem administrationis detegeretur, non dubitavit ipsum Petrum Joannetium Ministrum Generalem, ad quem antea appellaverat, suspectum recusare, vulgo ut dicitur, pro suspecto habere, inaudito hactenus in dicto Ordine exemplo. Ipse autem Petrus Joannetius Minister Generalis dictum recusationis libellum unà cum actis omnibus, ea super re ab eodem Definitorio gestis, quatuor dicti Ordinis Fratribus pietate, doctrina, prudentia præditis examinandum dedit, qui, nemine discrepante, retulerunt, recusationem ab ipso Ildefonso interpositam, tamquam mendacem, frivolam, malitiosam, & calumniosam, repellendam esse, ac proinde idem Petrus Joannetius Minister Generalis suum edidit Decretum, cujus tenorem præsentibus pro expresso, & inserto haberi volumus, uberius asseritur contineri. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Petrus Joannetius Minister Generalis perpendens, quod circa recusationem pro tempore existentis Ministri Generalis dicti Ordinis per illius Constitutiones, dicta auctoritate Apostolica confirmatas, nihil præscriptum, statutumque reperiatur, nec unquam Ministrum Generalem recusatum fuisse memoretur, ac proinde ne tractu tem-

poris

pnris Minister Generalis impediri possit, quominus ipse suam definitivam Sententiam contra reos convictos ferre valeat, per Nos provideri summopere desideret: Nos piis ejusdem Petri Joannetii Ministri Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & singulis, cujuscumque qualitatis, & gradus, ordinis, & conditionis existentibus, Fratribus Ordinis Minorum sub obedientia, regimine, & gubernio tam dicti Petri Joannetii moderni, quam pro tempore existentis Ministri Generalis præfati, sub privationis vocis activæ, & passivæ, ac suspensionis a Divinis ipso facto absque ulla alia declaratione incurrendis, aliisque per Constitutiones Apostolicas contra inobedientes inflictis pœnis, auctoritate Apostolica tenore præsentium præcipimus, mandamus, interdicimus, & prohibemus, ne ipsi ullo unquam tempore sub quovis prætextu, causa, ingenio, ratione, & colore, inchoato quocumque judicio coram ipsis Ministris Generalibus per appellationem, & recursum, unquam ipsum Ministrum Generalem tamquam suspectum recusare, seu pro suspecto habere, ac declarare possint, sed Causæ coram ipsis inchoatæ usque ad definitivam Sententiam ab ipsis cognosci, & definiri valeant, firmis remanentibus tam Nostris die 2. Augusti 1748., quam aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum super recursus, & appellationem editis Literis, per quas cautum, præscriptumque reperitur, ne Causæ appellationis extra dictum Ordinem deferri, & agitari possint, nisi postquam ab ipso Ministro Generali cognitæ, & definitæ fuerint. Decernentes, easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios effectus, & integros sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, & ab eis inviolabiter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum in judicio, & extra adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 30. Aprilis 1755. Pontificatus Nostri Anno Decimoquinto „,

D. Card. Passioneus „.

Postquam hasce Apostolicas Litteras vobis communicavimus, Dilectissimi, prout nostri ratio Ministerii exigebat, reliquum est, ut, quantum in Domino possumus, omnes, & singulos ad sanctæ Obedientiæ virtutem, & perfectionem adhortemur. Optime nostis omnes, quæ virtus hæc sit, quamque ad Ordinis nostri conservationem, atque splendorem sit necessaria. Ea virtus Obedientia est, ajebat (*lib. 35. Mor. cap. 10.*) Sanctus Gregorius, quæ sola virtutes cæteras menti inserit, insertasque perfectiores reddit, atque custodit. Ubi hæc in Religioso Viro floruerit, reliquæ abs dubio florebunt, eosque dabunt fructus, quos quidem Nos unicuique vestrum toto corde exoptamus, & jure revera suo Christus Dominus obtinere exigit, qui humanum Genus, violatæ Obedientiæ scelere perditum, factus obediens usque ad mortem, salutari ipsemet Obedientia reparavit. Videte, qualem Obedientiæ Præceptorem habemus, qui & exemplum nobis præbuit, ut quemadmodum ipse fecit, nos quoque faciamus. Mementote, Sanctum etiam Patrem nostrum nedum sanctam Obedientiam commendasse plurimum, verum etiam proprio exemplo in Regula, & Testamento suo nobis dilectis Filiis, præcipue respectu Ministri Generalis, repetitis vicibus inculcasse. *Universi Fratres* (sic ipse præcepit) *unum de Fratribus istius Religionis teneantur semper habere Generalem Ministrum, & Servum totius Fraternitatis, & ei teneantur* FIRMITER *obedire. Et* FIRMITER *volo obedire* (ita propriam in Testamento suo significavit observantiam) *Generali Ministro hujus Fraternitatis, & illi Guardiano, quem sibi placuerit mihi dare; & ita volo esse captus in manibus suis, ut non possim ire, vel facere contra voluntatem suam, quia Dominus meus est.*

Si vero Obedientiæ necessitatem pro Ordinis conservatione perpendatis, neminem vestrum latebit, mystici hujus Corporis vitam in eo sitam esse potissimum, ut unus, idemque sit Membrorum, & Capitis sensus, ea quidem lege, ut non Caput Membris, sed Membra Capiti teneantur obedire. Quod adeo verum esse censendum a vobis est, ut impossibile prorsus fore credatis, Ordinis vitam diu conservari, ubi hujusce consensionis perfectio defecerit. Pluribus sane, experientia educti, possemus hujusmodi veritatem sermonibus exornare: at cum res æque certa sit, atque perspicua, non est cur in ea comprobanda diutius immoremur. Caveant idcirco S. P. N. Francisci maledictionem quicumque Prælatis, ac præsertim Ministro Generali, publice obsistentes, suo malo exemplo alia quoque Membra adversus Caput excitare non pertimescunt, & eam perimere consensionem, quæ sola Ordinem a Sancto Patre institutum, totque Sanctissimis Viris illustratum servare valet incolumem.

Demum cum Apostolo hisce nostris finem facimus, ex intimo cordis vobis repetantes, quæ ipse pluribus in locis pro Fidelium institutione tradidit, ut e mentibus vestris nullo tempore deleantur. Obedite, Dilectissimi, Præpositis vestris cum timore, & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo; non ad oculum servientes, quasi hominibus pla-

Chronol. Seraph. X

placentes, sed ut servi Christi, facientes voluntatem Dei ex animo, servientes sicut Domino, & non hominibus, scientes quod a Domino accipietis retributionem hæreditatis. Domino Christo servite, a quo omne bonum implorantes Seraphicam vobis impertimur Benedictionem, & vestris ad Deum precibus Nos valde commendamus.

Præcipimus tandem RR. PP. Ministris, ut hasce nostras Litteras in omnibus Provinciæ Conventibus respective publicari sine mora faciant, Nosque de hujus mandati executione certiores reddant.

Datum Matriti ex Conventu S. P. N. Francisci die 23. Maji 1755.

F. Petrus Joannetius de Molina Minister Generalis.
Loco ✠ Sigilli.

De mandato Reverendissimi in Christo Patris
Fr. Antonius Joannetius de Molina
Secretarius Generalis Ordinis.

1755. 7. Jun. *S. Congregationis Concilii interpretis Responsa in* Omolucen. Jurisdictionis.

USque ab anno 1665. (*ita in Fol. Congr. diei prædictæ 7. Jun.*) Episcopus Omolucensis Sacram hanc Congregationem consuluit, pluribus propositis Dubiis, quæ respiciebant Jurisdictionem suam in Monasteria Sanctimonialium Regularibus Ordinibus subjecta, ad intellectum cognitissimæ Constitutionis Gregorianæ, cujus initium est, *Inscrutabili*. Respondit Sacrum hoc Tribunal, Dubiaque proposita definivit, sed nondum exequi potuerunt. Præcipui, qui inter Ordines Regulares se se opponant Episcopi Jurisdictioni in Moravia, Benedictini sunt, Cistercienses, & Præmonstratenses. Multa sunt, quæ hi præsidio exemptionum hactenus gesserunt ad declinandam Visitationem Episcopalem in Parochiis, quæ vel unitæ sunt eorum Monasteriis, vel eorum Jurispatronatus sunt, & Jurisdictionem Episcopalem in Monasteriis Sanctimonialium, quorum ipsi curam, & regimen habent. Hæc ferre non valens Eminentissimus Dominus Cardinalis de Troyer Episcopus Omolucensis, ductusque eo, quo præstat, zelo servandi Sacrorum Canonum, & Constitutionum Pontificiarum dispositionem, atque Ecclesiasticam disciplinam, narravit omnia in Visitatione Sacrorum Liminum, itaut necesse fuerit etiam auctoritate SS. Domini Nostri plura adhibere remedia, quibus in ordinem redigeretur Regularium illorum adversus Episcopalem Jurisdictionem licentia. Res tandem delata fuit ad Judicium Eminentissimorum Patrum. Longum esset, singula, quæ Regulares sibi debita esse contendunt, capita referre: poterunt Eminentissimi Patres illico ea assequi lectione XVI. Dubiorum, quibus Causa omnis collecta fuit, quæque hic subjicimus, nullo negocio expedienda, cum fere omnia pluries sint in aliis Causis definita, vel in ipsa littera Apostolicarum Constitutionum reperiantur expedita. Facta etiam plurima, quæ his Dubiis disputandis causam dederunt, quæque si referrentur, *Folium* in Volumen excresceret, legent in libello Eminentissimi Episcopi. Cautum quoque fuit Decreto, ea Dubia non esse disputanda, quæ sive ab uno, sive ab altero eorumdem Ordinum Regularium legitime in Actis acceptarentur, ut fieri velle assertum fuit: quia vero nondum id factum esse scimus, ideo omnia Dubia subjicimus. A Regularibus nihil habuimus.

I. An Parochi Regulares, cujuscumque Ordinis illi sint, & præsertim Præmonstratenses, Cistercienses, & Benedictini, exercentes Curam Animarum Personarum Sæcularium, & non commensalium in Parochiis in Diœcesi Omolucensi, licet illæ Monasteriis exemptis sint unitæ, & annexæ, sive sint de Jurepatronatus, etiamsi Cura Animarum residere dicatur in Abbatibus, Visitationem Episcopi subire teneantur in iis, quæ pertinent ad Curam Animarum, sive Episcopus visitet per se, sive per alium, non obstantibus Privilegiis dictorum Monasteriorum? Et quatenus affirmative,

II. An dicti Parochi Procurationem solvere teneantur? Vocati ad Synodum accedere sint cogendi? Festa Diœcesis Populo annunciare, & celebrare? Pariter Chrisma, & Olea SS. ab Episcopo Diœcesano accipere teneantur?

III. An Parochi Regulares, etiamsi sint Abbates, possint a Superioribus Regularibus ad Curam Animarum destinari, illamque exercere sine approbatione Episcopi?

IV. An Regulares dari in Coadjutores dictorum Parochorum possint a Superioribus Regularibus sine expressa licentia Episcopi; sive potius sit in potestate Episcopi in approbatione Confessariorum Regularium limitare eorundem facultates, non solum quoad tempus, sed etiam quoad Personas, & Loca, in quibus debent Confessiones audire?

V. An liceat sive Abbatibus, sive Parochis Regularibus, præsertim Cisterciensibus, pro libitu, & sine licentia Episcopi, pro Parochiis modo unam, modo alteram Ecclesiam, sive Capellam, in qua Sacramenta a Parochis administrentur Fidelibus Diœcesis Omolucensis, constituere?

VI. An Prælati Regulares, ubi habent Juspatronatus Parochiarum acquisitum, vel cessum a Laicis, quibus in hoc succedunt, teneantur Episcopo præsentare Sacerdotes Seculares, ut antea Laici tenebantur; an vero possint substituere Monachos, eosque pro libito, non salutato Episcopo, removere?

VII. An ad Episcopum spectet cura Clausuræ Monasteriorum Monialium Regularibus, & præsertim Cisterciensibus, & Benedictinis, subjectarum, eamdemque Clausuram demandare servandam ad præscriptum Sac. Concilii Tridentini? Et quatenus affirmative,

VIII. An competat Episcopo, Prælatis Regularibus, præsertim Cisterciensibus, & Benedictinis, prohibere, ne pluries in anno occasione Visitationis ingrediantur septa Monasterii Monialium sibi subjecti sine præsentia ejusdem Episcopi, sive alterius Personæ ab eo deputandæ?

IX. An possit Episcopus inhibere Regularibus, præsertim Cisterciensibus, & Benedictinis, ne sine examine Ordinarii Puellas ad Habitum, & Professionem admittant, & præcise ne ad electionem Abbatissarum exemptarum deveniatur, non significata Ordinario die electionis, cui Episcopus sive per se, sive per alium interesse, & præsidere possit?

X. An competat Episcopo rationes exigere ab Administratoribus Bonorum temporalium dictorum Monasteriorum exemptorum Monialium, & in Administratores delinquentes animadvertere, illosque ad reliquatum solvendum cogere, & prohibere, ne Dotes alienentur sine Indulto Pontificio, & Episcopi licentia?

XI. An Confessarii, ab Episcopo approbati ad audiendas Confessiones Fidelium utriusque sexus, possint sine speciali approbatione Episcopi in Confessarios Monialium exemptarum a Superioribus Regula-

lari-

laribus destinari? Et quatenus negative,

XII An saltem dicti Confessarii Regulares, pro audiendis Confessionibus unius Monasterii Monialium exemptarum, vel pro una vice approbati, censeri debeant approbati semper, & pro omnibus Monasteriis Monialium?

XIII. An Regulares teneantur, pro obtinenda facultate audiendi Confessiones sive Sæcularium, sive Monialium, se personaliter coram Episcopo præsentare; sive potius sufficiat, a Superioribus de sufficientia, & idoneitate testimonium transmitti?

XIV. An Prælati, & Abbates Regulares possint sine speciali Indulto Calices, Campanas, aliaque Vasa Sacra, in quibus intervenit Sacra Unctio, benedicere pro usu alienarum Ecclesiarum?

XV. An dicti Abbates, & Prælati teneantur servare Decretum ab Alexandro VII. editum circa usum restrictum Pontificalium Prælatis inferioribus concessum?

XVI. An liceat Regularibus, Eucharistiam in propriis Ecclesiis exponere sine licentia Ordinarii, liceatque pariter Regularibus, & præsertim Benedictinis, & Cisterciensibus, in propriis Ecclesiis insolitam Imaginem, aut Sacram Reliquiam ab Ordinario non approbatam exponere; & tandem in eisdem Ecclesiis prædicare, non petita ab Ordinario Benedictione, aut in aliis Ecclesiis sine Ordinarii licentia?

Sacra vero Congregatio die 7. Iunii 1755. ad præfata Dubia respondit:

Ad I., & II. Affirmative. Ad III. Negative. Ad IV. Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam. Ad V. Negative. Ad VI. Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam. Ad VII., VIII., IX., X Affirmative. Ad XI. Negative. Ad XII., XIV., XVI. Negative. Ad XIII. Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam. Ad XV. Affirmative.

Proposita mox iterum Caussa eadem fuit in Congregatione habita 2. Augusti ejusdem Anni 1755. sub Dubio: An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.? *At Eminentissimi Patres responderunt:* In Decisis.

1755. 14. Jun. Utinen. Cannnizationis
B. ODORICI MATTHIUSSI
Sacerdotis Professi Ordinis Minorum S. Francisci,

ADmissa ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Prosperi Columnæ de Sciarra Ponentis a Sacror. Rit. Congregat. Ordinaria, & dispensatione Apostolica absque interventu Consultorum, habita die 14. Aprilis 1753., Commissione Introductionis Causæ Canonizationis prædicti B. ODORICI MATTHIUSSI Sacerdotis Professi Ordinis Minor. S. Francisci, illaque subinde die 25. ejusdem Mensis, & Anni a Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papa XIV. manu propria signata, eum in ejus executionem, instante P. F. LAURENTIO GANGANELLI ejusdem Ordinis Minor. S. Francisci Conventualium Postulatore, propositum fuerit ab eodem Eminentissimo Ponente in Sacror. Rit Congregat. Ordinaria, atque discussum Dubium: *An Sententia lata per Eminentissimum; & Reverendissimum Ordinarium Utinensem super Cultu ab immemorabili tempore prædicto Beato præstito, sive Casu excepto a Decretis San. Mem. Urbani Papæ VIII., sit confirmanda in casu, & ad effectum, de quo agitur?* Sacra eadem Congreg., prævio maturo examine Processus informativi super præfato Casu excepto, in Civitate Utinensi ab Eminentissimo, & Reverendissimo Ordinario ejusdem Civitatis constructi, ac audito R. P. D. Benedicto Veterani Fidei Promotore, qui suam sententiam scripto exposuit, rescribendum censuit: *Affirmative, si Sanctissimo Domino Nostro placuerit.* Die 14. Junii 1755.

Et facta deinde per me infrascriptum Secretarium de prædictis eidem Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit. Die 2. Julii 1755.

D. F. Card. Tamburinus Præfectus.
M. Marefuscus S. R. C. Secr.

1755. 14 Jun. *Ejusdem*
S. R. C. Decretum in Firmana.

SUpplicantibus Præposito, & Canonicis Insignis Ecclesiæ Collegiatæ S. Stephani Protomartyris Montis Sancti Diœcesis Firmanæ, nuper a Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papa XIV. institutæ, declarari a Sacra Rituum Congregatione:

An ipsi cogi possent ad recitationem in Choro statutis diebus Officii B. M. V., & Defunctorum, Psalmorum quoque Pœnitentialium, atque Gradualium, juxta Rubricas Breviarii Romani, Constitutiones Synodales, & consuetudinem Firmanæ Diœcesis?

Et proposito Dubio per Eminentissimum & Reverendissimum Dominum Cardinalem Tamburini Sacrorum Rituum Congregationis Præfectum, & hujus instantiæ Ponentem, audito prius Reverendissimo Archiepiscopo, Eminentissimi Patres, Sac. Rituum Congrĕgi præpositi, unanimes fuerunt in sensu == Non esse cogendos. == Et ita Sacra Congregatio decrevit, & servari mandavit die 14. Junii 1755.

Pius, doctusque Presbyter Spiridion Talu Decretum hoc (quod in ejus Collectione, tum separatim impressa, tum inserta Tomo 8. Biblioth. P. Ferraris, refertur sub num. 1310.), istud, inquam, Decretum ita est interpretatus, quasi et Constitutionibus Synodorum, & Ecclesiarum particularium consuetudinibus omnem obligandi vim Decretum idem ademerit, seu ademtam declararit. Hæc opinio cum ejusdem animo altius insediset; alia subinde S. Rit. Congregationis Decreta in alienos sensus intorsit.

Cum enim S. Congregatio 4. Sept. 1745. responderit (in Collect. ejusd. Talu n. 1207.) „ Officium parvum B. M. V. in diebus simplicibus, & ferialibus tuto posse omitti, & in bona conscientia, non abrogata tamen consuetudine, quæ in contrarium fortasse vigeset „ *sic ipse subjicit ibidem in Nota:* „ quoad consilium, non autem ex præcepto, cum non sint cogendi Canonici ad recitationem in Choro, ex consuetudine, & Synodo, Officii parvi B. M. V. „ *&c. Citat autem numerum 1310., videlicet hoc nostrum Decretum. Quæ interpretatio quàm aliena a veritate sit, satis res ipsa loquitur. Etenim verba paulla ante relata,* non abrogata tamen consuetudine *&c., exceptionem continent regulæ illius* „ tuto potest omitti „. *Quare perinde est, ac si dictum fuisset:* „ Officium parvum B. M. V. in diebus &c. tuto potest omitti, & in bona conscientia, non tamen ubi contraria fortasse vigeat consuetudo, quam S. Congregatio minime abrogat „.

Rursus cum eadem S. Congregatio 2. Ianuarii 1627. in una Ordinis Sancti Benedicti Cataloniæ, *Urbano VIII. approbante, decreverit (in cit. Collect. ipsiusTalu n. 196.)* „ servandum esse morem antiquæ, & laudabilis consuetudinis recitandi in Choro Officium parvum B.M.V., etiam in semiduplicibus,

& Dominicis „ *& quidem servandum, ut in eod. Decreto subjungitur* „ non obstante Rubrica Breviarii (*quæ vetat, ne Officium illud* dicatur, quando fit Officium novem lectionum); *subnectit Author in eod. n.* 196.: An ex consilio, vel præcepto, vide num. 1310.

Tandem ejusdem S. C. Decretum 2. Sept. 1741. (in d. Collect. n. 1113.), in quo Officia B. M. V., Defunctorum &c. dicuntur „ esse onera tantummodo ex præcepto implenda in Choro „; *illud Auctor ita exponit, seu veriùs labefactat (in cit. n. 1113.)*: „ In Choro hodie non possunt cogi (*Canonici*) neque per Constitutiones Synodales, neque per consuetudines „. *Allegat verò numerum 1310., simulque numeros 196., & 1207., de quibus paulò ante diximus.*

Opinioni huic subscripsit ex nostris P. Iosephus Antonius Laboranti in Opere posthumo, Italice edito Venetiis An. 1770., de Officio Divino generatim (Tom. 1. par. 2. tit. 15. n. 457. 467.): qui uti Decreta ex Collectione ipsius Talii in suis Operibus exhibuit, ita hanc Collectoris animadversionem sequutus est.

Nos verò penitus latet, qua tandem via jus illud novissimum inductum fuerit, in cujus vim hodie sublatum e medio sit illius quoque consuetudinis robur, quam Sanctus Pontifex Pius V., dum a Rubricarum Breviarii sui præsceiptione de Offic. parvo B. V., Defunct. &c., peccati periculum removeret (*in sua Const.* „ Quod a Nobis, *Breviario Romano præfixa*), *nominatim ibidem excepit, ac servandam jussit, subjungens*: „ Hoc autem concedimus sine præjudicio sanctæ consuetudinis illarum Ecclesiarum, in quibus Officium parvum B. Mariæ semper Virginis in Choro dici consueverat; ita ut in prædictis Ecclesiis servetur ipsa laudabilis, & sancta consuetudo celebrandi MORE SOLITO prædictum Officium „. *Qua de re legenda sunt ea, quæ cum aliis passim de hoc argumento agentibus tradit Gavantus apud Meratum (Tom. 2. par. 1. sect. 9. c. 1. n. 5.); tum etiam illa, quæ de consuetudine Graduales, & Pœnitentiales Psalmos recitandi docet Gavantus idem ibidem (c. 3. n. 9., c. 4. n. 14.). Potissimum autem legenda Decisio S. Congregationis Concilii interpretis in Causa* Montis Alti, *quam exhibuimus supra (sub die 28. Septembr. 1754.).*

Quod autem attinet ad S. R. Congregationis Decretum in Firmana, *latius a nobis relatum (cui uni Collector innititur); particulare illud Decretum est, latum in casu, de quo agebatur; latum insuper ab Eminentissimis Patribus ordinaria auctoritate sua; nullaque deinde Pontificis speciali authoritate munitum, qua abrogatum dici possit Pianæ Constitutionis præscriptum. Quid multa? In Quæsito S. Congregationi proposito sola memoratur consuetudo* Diœcesis: *nulla memoratur consuetudo particularis illius Collegiatæ Ecclesiæ Montis Sancti. Quinimmo, ad ipsius particularis Ecclesiæ consuetudinem excludendam, de industria arbitror adjecta Quæsito ea verba fuisse*: Nuper a SS. Domino Nostro Benedicto PP. XIV. institutæ (*quæ verba in Collectione sæpius laudata desunt*). *Quapropter siquid colligi ex illa S. Congregationis Responso posset; hoc posset ad summum colligi, ad ea Officia recitanda* juxta Rubricas, Constitutiones Synodales, & consuetudinem Diœcesis *suæ, cogendos non esse particulares illas Ecclesias, quæ consuetudinem non habeant ea Officia recitandi.*

Ad summum, *dixi: nam ne hoc quidem inde potest statim deduci. Cum enim Decretum illud, ut supra est observatum, in casu proposito editum fuerit; idcirco ut trahi in exemplum, & argumentum possit ad aliam particularem Ecclesiam ab illarum Precum recitatione, cujus nullam ipsa consuetudinem habeat, eximendam non obstantibus Constitutionibus. & consuetudine Diœcesis, vel Familiæ Regularis, ad quam Ecclesia illa pertineat; prius oportet novisse, sicut Iuris regulæ postulant, omnes juris, & facti circumstantias tum antiquitatis, & aliarum qualitatum Consuetudinis Diœcesis Firmanæ, tum Synodalium Constitutionum Diœcesis ejusdem; ac denique circumstantias reliquas, quæ perpulerunt Eminentissimos PP., ut Canonicos illos decernerent non esse cogendos. Iis itaque cognitis, perspectisque (quas nobis in præsentia non vacat exquirere), tunc demum constitui poterit, liceat necne Decretum istud ad particularem aliam Ecclesiam transferre.*

Nam ceterum idem S. Pontifex Pius V. in alia sua Const., Superni, *V. Id. Mart. 1571. (qua Officium B. M. V., nuper tunc reformatum, ubique suscipiendum imperat) hujus recitandi Officii obligationem non uno ex capite arcessit; sed ex jure,* consuetudine, usu, statuto, institutione, ac Constitutionibus, *non Ecclesiarum tantum particularium, sed,* etiam, *inquit,* eorumdem Ordinum Militiarum, & Regularium; *ideoque Diœcesium pariter quoad Ecclesias seculares; de quibus simul ibidem loquitur.*

Consulenda quoque ea sunt, quæ ex Folio S. Congregationis Conc., habitæ 28. Septembr. 1754., exscripsimus supra ad eandem diem. Tum etiam legenda ea, quæ disputant Prosper Fagnanus (in C. Presbyter *n. 30. seqq. de celebr. Missar.), & P. Natalis Alexander (Theol. Dogm., & Moral. To. 2. Lib. 2. Regula XII. n. 53. seqq.): quæ ad Corpora alia Ecclesiastica, Diœceses nempe, Regulares Ordines, utrorumque Familias, Provincias, & Cœnobia aptari ratiocinando possunt. At Nostrates autem quod attinet; adeundo itidem sunt Statuta Ordinis, ac Statutorum Collectiones, quæ de hujusmodi Precibus agunt (apud Orb. Seraphic. Tom. 3. par. 1. p. 223. col. 2. ad calc., p. 225. col. 2., p. 289. tit.* de Divin. Off. quoad Cismont. *init., p. 355. col. 2., p. 358. col. 2. sub fin., p. 394. c. 43., p. 431. in fin., p. 567. ante c. 16., p. 632., p. 639. col. 2. §.* Simile; *ac Tom. 4. p. 23. in fin., p. 95. c. 3. n. 3., & alibi).*

Ex his, quæ hucusque innuimus, aliisque monumentis, ac Iuris principiis, sapientes Viri judicabunt, quid de singulis istarum Precum quoad unamquamque Ecclesiam, Cœtumque, secundùm varietatem Constitutionum & consuetudinum, aliarumque circumstantiarum, in alterutram partem statuendum esse videatur. Nobis ad institutum nostrum properantibus hæc indicavisse sufficiat, nequis, generalem illam pii Collectoris assertionem sequutus, fallatur in hac re tam gravi, qua de pietate etiam agitur adversus Virginem Matrem, ac de subsidiis Defunctorum. De pietate, inquam, erga Cœlorum Reginam, erga Matrem Salutis, per quam accessum habemus ad Filium, *& cujus copiosa* Charitas nostrorum cooperit multitudinem peccatorum (*S. Bern. de Adv. Dom. serm. 2.*). *De subsidiis simul* Filiarum *cœlestis* Sion, *quorum* abluuntur sordes in spiritu judicii, & spiritu ardoris (*Isai. c. 4. v. 4.*); *quæ fuerunt aliquando quod nos modò sumus; quæque quod modò sunt, id nos sumus aliquando futuri: ac proinde nostram met agamus causam, ac de nobis ipsis queramus, dum quærimus, sint ne mortuis ea justa solvenda. Nam & nos, uti canebat ille,* serius, aut citius sedem properamus ad unam.

Quæ omnia hucusque non ea diximus, quòd nova onera velimus imponere; sed ut in onera illa, quæ alicubi fortasse incumbunt, ibidemque idcirco negligi sine ingenti piacula nequeunt, diligentissime secundùm vera,

soli-

solidaque principia ab iis, qui hæc nostra lecturi sunt, inquiratur, siqui forte id hactenus non præstiterint.

1755. 21. Jun. *P. Antonio Barros vita functo, P. Ignatius Dominguez Procurator Generalis Ordinis instituitur.*

FR. PETRUS JOANNETIUS
DE MOLINA

Sacræ Theologiæ Lector, Catholicæ Majestatis in Regali Matritensi Congressu pro Immaculata Conceptione Theologus, totius Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis, ac Commissarius Visitator Apostolicus, & in Domino Servus

Dilecto Nobis in Christo R. P. Fr. Ignatio Dominguez Lectori Jubilato, Excustodi, & Exprovinciali Almæ nostræ Provinciæ Aragoniæ Regularis Obser. S. P. N. Francisci salutem in Domino.

CUM Officium Procuratoris Generalis Ordinis in Curia Romana vacaverit per obitum quondam Adm. R. P. F. Antonii Barros electi in ultimo Generali Romano Capitulo, cujus provisio per Constitutiones Apostolicas, & Ordinis ad Nos spectat in uno ex Patribus, ad id munus ab eodem Generali Capitulo qualificatis, & Nobis propositis, e quorum numero primo loco propositum te esse constat; hinc est, quod vigore præsentium ad normam eorumdem Statutorum te, de cujus prudentia, probitate, & in rebus agendis dexteritate plurimum in Domino confidimus, Procuratorem Generalem Ordinis in locum præmortui seligimus, nominamus, & instituimus, & sic legitime nominatum, institutum, & electum declaramus, cum omnibus, & singulis præeminentiis, auctoritatibus, jurisdictione, privilegiis, honoribus, & oneribus, hujusmodi Procuratori Generali Ordinis competentibus ad præscriptum eorumdem Statutorum, atque de jure, & consuetudine. Præcipimus vero omnibus Religiosis Nobis subjectis per S. Obedientiam, & sub pœna excommunicationis majoris latæ sententiæ, quatenus te Procuratorem Generalem Ordinis recognoscant, suscipiant, venerentur, & respective assistant tibi, & obediant: Cui Seraphicam Benedictionem impertimur.

Datum in hoc nostro Conventu Rivoseci die 21. Junii Anni Domini 1755.

F. Petrus Joannetius de Molina Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Rmi in Christo Patris
Fr. Carolus de Gollcono Sec. Gen. Ord.

1755. 27. Jun. *Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Caprara in* Pacen. Præcedentiæ.

1. JUris præcedendi controversia, quæ, ineunte Seculo decimosexto, cœperat in Hispaniarum Regnis effervescere inter Patres Reformatos, ac Discalceatos Ordinis S. Francisci, Patres Eremitanos Ordinis S. Augustini, & Patres Trinitarios Ordinis Redemptionis Captivorum, quæque, providis mediantibus Constitutionibus san. mem. Clementis, & Urbani VIII., pluribus Decretis Sac. Congreg. Rituum, ac Sacri nostri Auditorii Decisionibus, absoluta penitus videbatur, inimico homine superseminante zizania, sub annum 1747. si non integre, & a suis primordiis, maxima tamen ex parte revixit in Civitate Pacen. inter PP. Discalceatos Conventus S. Gabrielis ex una, & PP. Augustinianos, & Trinitarios ex altera. Cum enim plures inter Functiones, in eadem Civitate expleri assuetas a quinque Religiosis Familiis ibidem commorantibus, aliæ sint, quæ commixtim fiunt ab omnibus Regularibus uno eodemque die, ac tempore, unicoque actu; aliæ, quæ non commixtim, sed singulatim, & alternatim successivis temporibus, diversisque diebus peraguntur, ut sunt Conciones, Disputationes, Circuli, Supplicationes particulares, & Funera, quæque proinde Functiones de Turno vocari assueverunt; jus præcedendi, quod in Actibus primæ speciei Patribus Discalceatis non impugnabant iidem Patres Augustiniani, & Trinitarii, impugnarunt quoad Actus secundæ speciei, sive Functiones de Turno, in quibus Patres Discalceati non intersunt unitim, & commixtim cum Patribus Minoribus de Observantia, qui absque dubio præcedunt Augustinianis, & Trinitariis, sed intersunt separatim, ac successivis temporibus, diversisque diebus.

2. Ne igitur augerentur scandala, quæ utplurimum non sine notabili Divini Cultus detrimento in Ecclesia Dei ex hujusmodi controversiis oriuntur, Patres Discalceati Causam detulerunt ad Tribunal A. C., in quo, pronunciata ipsorum favore Sententia, decretum fuit, iisdem Patribus Discalceatis competere jus præcedendi *tam in Processionibus, & Funeralibus, quam in Concionibus, Disputationibus, aliisque Actibus publicis, & privatis, sive iidem Discalceati soli, & sub propria Cruce, sive cum aliis Patribus Minoribus de Observantia incedant, & sive in Concionibus, Disputationibus, aliisque Actibus, & Functionibus prædictis interveniant, vel non interveniant iidem Patres Minores de Observantia, juxta Constitutiones Summorum Pontificum Clementis VIII., & Urbani VIII., ac Resolutiones Sacrarum Congregationum*. Ab hujusmodi Sententia, quæ ob non interpositam appellationem vires assumpserat rei judicatæ, provocantibus Patribus Augustinianis, & Trinitariis ad Sacrum nostrum Auditorium in gradu restitutionis in integrum, exhibui hoc mane disceptandum Dubium: *An constet de re judicata; seu potius de causis restitutionis in integrum, in casu &c.?* quod resolutum fuit mediante Responso: *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam*.

3. Ita porro suadere videbatur justitia Sententiæ A. C. omnem præcludens aditum restitutioni in integrum, ad vulgatum *Text. in cap. 1. de restitut. in integr., & leg. Quod si Minor §. Non semper ff. de Minorib., Odd. de Restitut. in integr. part. 1. quæst. 36. num 46., Rot. decis. 33. num. 4. coram Buratt.* . . . cum aliis adductis in *Sutrina Lucri dotalis* 14. *Martii* labentis *anni* §. 3. *pariter coram me*: quæ dilucide scatebat ex Constitutione edita sub annum 1602. a san. mem. Clemente VIII. Effervescentibus enim usque tunc controversiis super jure præcedendi inter Patres Reformatos, ac Discalceatos Ordinis S. Francisci, & PP. Augustinianos, ac Trinitarios, pluresque alias Religiosas Domos, ex quo dubium erat, utrum iidem PP. Reformati, ac Discalceati censeri possent de eodemmet Ordine, ac erant Patres Mi-

nores

nores de Observantia, idem Summus Pontifex, ut omnia disperderentur discordiæ semina, in præcitata Constitutione declaravit, Patres Reformatos, & Discalceatos *esse ejusdemmet Ordinis, ac Patres de Observantia, seu de Familia nuncupatos, eosdemque esse veros Filios, & indubitatos Fratres Ordinis S. Francisci*, eosque frui debere ad instar aliorum Fratrum de Familia *omnibus, & singulis privilegiis* &c., & *præcedentia in Processionibus, & Funeribus, ac in concursu cum aliis Religionibus in Concionibus, certo tempore, & loco vicissim habendis, & in omnibus aliis Actibus publicis, & privatis*. Si ergo, prout in discrimen adduci non poterat, Patres Minores de Observantia præcedunt Patribus Augustinianis, & Trinitariis in omnibus Actibus tum publicis, tum privatis, in compertis manet, quod iisdem Patribus Augustinianis, & Trinitariis præcedere eodem jure debeant Patres Discalceati, qui eo ipso, quod in altera Constitutione declarati fuere *veri Filii, & indubitati Fratres*, ac ejusdem Ordinis Patrum Minorum de Observantia, cum quibus unum Corpus, se unicum, & identificum Ordinem constituunt, non debent diverso jure censeri, sed iisdem frui debent præcedentiis, & honoribus, quibus universus Ordo Franciscanæ Familiæ condecoratur, ut quoad primam conclusionem est *Text. in cap. cognovimus 12. quæst. 2., leg. eum, qui ædes ff. de usucap., A Pont. decis. 8. num. 16., Rot. decis. 197. num. 1., & decis. 1731. num. 3. & 4. coram Coccin.*; & quoad secundam conclusionem firmant *Barbos. de Canon., & Dignit. cap. 18. num. 52., Novar. in Summ. Bullar. comment. 96. num. 25., Pignatell.* .....

4. Eoque potissimum, quia consentaneè ad superius recensitam Constitutionem, & ex eadem identifica ratione, quod nimirum Patres Reformati, & Discalceati Strictioris Observantiæ unumCorpus, unumque Ordinem cum Patribus Minoribus de Observantia constituunt, eo quod veri sint Filii, & indubitati Fratres Ordinis S. Francisci, jam pluries definitum fuit, eosdem Patres præcedere debere Patribus Augustinianis, & Trinitariis, non secus ac iisdem Patribus Augustinianis, & Trinitariis præcedunt PP. Minores de Observantia. Ita namque sub annum 1629. definivit Sac. Rit. Congregatio decernens favore Patrum Reformatorum præcedentiam tam in casu, quo iidem Patres Reformati incederent commixtim cum Patribus Minoribus de Observantia, & sub eorum Cruce, quam in casu, quo soli, & sub propria Cruce Functiones peragerent; quam quidem Resolutionem, speciali edita Constitutione, confirmavit san. mem. Urbanus VIII., uti pandunt Literæ Apostolicæ relatæ *in Bullar. tom. 5. Constit.* 142.

5. Ita pariter decrevit eadem Sac. Rit. Congregatio tribuens adversus PP. Eremitanos S. Augustini præcedentiam Patribus Discalceatis nedum in Supplicationibus, verum insuper in quibuscumque aliis Actibus publicis; quod Decretum exequi primum mandavit A. C., deinde alia speciali Constitutione, quæ est in ordine la 328., confirmavit pariter san. mem. Urbanus VIII., qui, ut omnes in posterum amputarentur super hoc jure præcedendi quæstiones, auditis prius suffragiis alterius Congregationis deputatæ super negociis Ordinis Seraphici, robur confirmationis adjecit tum Constitutioni san. mem. Clementis VIII., tum Decretis Sacror. Rituum Congregationis, eaque extendit ad omnes, & singulos Patres Reformatos, & Discalceatos omnium Provinciarum, *tunc, & pro tempore existentium, & futurarum in Regnis Hispaniarum*. Ita similiter decretum fuit ab eadem Sac.Congreg. Rituum sub annum 1700. in una *Mexicana Præcedentiæ*, in qua favore Patrum Discalceatorum resolutum fuit, ipsis competere præcedentiam in Concionibus, Disputationibus, concurrentia Prælatorum, aliisque Actibus tam publicis, quam privatis, interveniente, vel non interveniente Familia de Observantia; quæ, non secus ac aliæ superius relatæ Resolutiones, confirmari promeruit a san. mem. Innocentiò XII., & san. mem. Clemente XI., atque ita demum, cæteris omissis, toties definivit Sacrum nostrum Tribunal, quoties controversia super jure præcedendi adversus Patres Reformatos, & Discalceatos Strictioris Observantiæ ad illud delata fuit, ut insigne perhibent testimonium quotquot referuntur Decisiones apud *Monacell. in Formul. legal. pract. tom. 2. decis. 16. 17. 18. 19. 20.*

6. Tot igitur Summorum Pontificum Constitutionibus, Decretis Sacræ Rituum Congregationis, ac Decisionibus Sacri Auditorii corroboratum jus præcedendi favore Patrum Discalceatorum, perperam contendunt infringere Patres Augustiniani, & Trinitarii quoad Functiones, quas ipsi vocant de Turno, sub prætextu, quod quidquid sit de Functionibus, quæ commixtim fiunt ab omnibus Religiosis uno tempore, unicoque actu, pro quibus favore Patrum Discalceatorum ratio non minus, quam Pontificiæ Constitutiones, superius recensita Decreta, & Decisiones concurrunt, diversum ferri debeat judicium quoad Functiones, quæ separatim, & successivis temporibus peraguntur; quarum respectu sicuti nihil constabilitum reperitur nec in Constitutionibus Summorum Pontificum, nec in Decretis Congregationis Rituum, nec in Decisionibus, ita quoad easdem Functiones attendenda unice sit consuetudo, quæ immemorabilis viget in Civitate Pacensi favore eorumdem Patrum Augustinianorum, & Trinitariorum, quæque in materia præcedentiæ unice spectanda est per ea, quæ tradunt *Cardin. Bona lib. 1. Rerum Liturgicar. cap. 6., Catalan. in Cæremon. Episcopor. cap. 33. de Process. Sanctissimi Corporis Christi §. 5. num. 2., Card. de Luca* ....

7. Inutili namque defensionis studio hæc omnia congerebantur. Non enim Functiones de Turno, quæ separatim, & successivis temporibus a quinque Religiosis Familiis in Civitate Pacensi commorantibus fieri assueverunt, aliæ sunt, & esse possunt, quam quæ superius fuerunt indicatæ, *Conciones* nimirum, *Disputationes, Circuli, Supplicationes particulares, & Funera*, quæ non commixtim ab omnibus Regularibus una, eademque die, & tempore, unicoque actu explentur, sed divisim, & separatim, successivisque temporibus peraguntur, eo quod una post aliam Communitas Religiosa, mediante particulari Persona alterius ex Religiosis, accedit ad concionandum, disputandum, & quamcumque aliam Functionem explendam. At vero non minus quoad hanc controversarum Functionum speciem, quam quoad alias Functiones, quæ sicuti commixtim fiunt ab omnibus Religiosis, ita in controversiam non revocantur a PP. Augustinianis, & Trinitariis, militant contra ipsos PP. Augustinianos, & Trinitarios, & in genere, & in specie, tam Constitotio san. mem. Clementis VIII., quam Decreta Sacr. Congreg. Rituum, quam demum Sacri nostri Auditorii Decisiones, & Sententiæ ad formam earumdem Decisionum prononciatæ.

8. In genere quidem, quia eo ipso, quod toties laudata Clementina Constitutio declarat, Patres Discalceatos, & Reformatos, tamquam veros Filios, ac

ac indubitatos Fratres S. Francisci, atque unum, eumdemque Ordinem cum PP. Minoribus de Observantia constituentes, perfrui debere in omnibus Actibus tum publicis, tum privatis, iisdem privilegiis, & præcedentiis, quibus perfruuntur PP. Minores de Observantia, sive iidem Discalceati *soli*, *& sub propria Cruce*, *sive cum aliis PP. Minoribus de Observantia*, *& sub eorum Cruce*, *in Processionibus*, *& Funeralibus incedant*, *& sive in Concionibus interveniant*, *vel non interveniant dicti Patres Minores de Observantia*; & eo ipso, quod consentaneè ad hanc Constitutionem tot emanarunt Decreta Sacræ Congreg. Rituum, & Rotæ Decisiones idipsum definientes, jam in propatulo manet, supervacaneam esse distinctionem inter Functiones; quæ commixtim fiunt ab omnibus Religiosis, & Functiones, quæ separatim, & per Turnum explentur. Quæcumque enim sint Functiones; aut in illis PP. Discalceati interveniunt cum PP. de Observantia, & jam acta res est, quia in hoc casu nec ipsi PP. Augustiniani, & Trinitarii præcedentiam controvertunt PP. Discalceatis: aut iidem PP. Discalceati soli intersunt, & separati a PP. de Observantia; & etiam in hoc casu eosdem Discalceatos præcedere debere PP. Augustinianis, & Trinitariis, non secus ac præcedunt Minores de Observantia, jam in dicta Clementina Constitutione, & in relatis Resolutionibus constabilitum fuit, quæ, utpote in forma specifica a Summis Pontificibus confirmatæ, vim legis obtinent, sicuti post *Text. in leg. 5. ff. a quibus appellare non licet*, firmat *Rota in Hispalen. Præcedentiæ 12. Januar. 1722. §. Ast hoc, coram clar. mem. Card. Corio*. Optima præsertim adstipulante ratione, quia si PP. Discalceati a san. mem. Clemente VIII. pacificati sunt PP. Minoribus de Observantia, & ejusdem Ordinis declarati, non intervenientibus PP. de Observantia, totus Ordo consolidatur in PP. Discalceatis, tamquam membris, & partibus constitutivis totius Corporis, & consequenter remanet in ipsis idem jus præcedendi, quod universo Ordini competit, non secus ac jus Universitatis, vel Capituli remanet in iis, qui supersunt, ut optime ratiocinatur *Card. de Luc. tit. de præeminent. disc. 25. sub num. 8.*, & has ipsas rationes perpendendo firmat *Rot. decis. 962. num. 2.* . . . .

9. Concidit ergo in genere superius allata per Patres Augustinianos, & Trinitarios distinctio inter Functiones, quæ commixtim fiunt, & Functiones, quæ separatim, & per Turnum peraguntur. At multo fortius in specie concidit eadem distinctio: Non enim quoad hujusmodi Actus particulares, seu, uti vocant, Turnarios nova est in Sacro Tribunali contentio. Eam quippe excitarunt sub annum 1721. Patres Augustiniani Civitatis Hispalensis adversus PP. Discalceatos ejusdem Loci, qui postquam per quatuor Rotales Sententias, *a bon. mem. Emerix, Manuel, Molines, & clar. mem. Card. Caprara* pronunciatas, succubuerant quoad jus præcedendi in genere; adhuc dubitantes, utrum eadem præcedentia competeret Patribus Discalceatis in his Actibus particularibus, nimirum in *Processionibus*, *Funeralibus*, *Concionibus*, *certis tempore*, *& loco vicinim habendis*, *ac in concurrentia Prælatorum*, iterum redeuntes ad Sacrum Tribunal, duæ emanarunt Sententiæ, quas totidem præcesserunt Decisiones, *coram bon. mem. Lancett. decis. 1229.*, *& coram clar. mem. Card. Corio in Hispalen. Præcedent. sub die 12. Januar. 1722.*, unisonè definientes, præcedentiam competere Patribus Discalceatis etiam in superius recensitis Actibus particularibus, nedum quia præcedentia hujusmodi profluebat favore PP. Discalceatorum a Constitutionibus Summorum Pontificum, & præcipue ab illa san. mem. Clementis VIII., & a pluribus Sacr. Rit. Congregationis Resolutionibus confirmatis a Summis Pontificibus Urbano VIII., Innocentio XII., & Clemente XI., sed etiam quia ita exigebat ratio absurdi vitandi, quale dubio procul orirètur, si in controversis Actibus particularibus prius admitterentur Patres de Observantia, inde Patres Augustiniani, & postmodum Patres Discalceati. Cum enim ex Constitutione Clementis VIII. Patres de Observantia unum efficiant Ordinem, unamque Religionem cum Patribus Discalceatis, Ordo ipse intersecaretur, si inter Patres de Observantia, & Discalceatos admitterentur Augustiniani, ut pandunt eædem Decisiones, nimirum *coram Lancetta decis. 1229. n. 26. cum seqq.*, *& in Hispalen. Præcedentiæ 12. Januar. 1722. §. Indeque, coram clar. mem. Card. Corio*. Si ergo præcedentia etiam quoad Actus particulares duabus Sacri Tribunalis Sententiis, in judicatum prolapsis, inter easdem Partes absoluta est; licere profecto non debet PP. Augustinianis, & Trinitariis contra eas iterum insurgere: cum receptissimum sit, rem judicatam prohibere, ne, quod definitum jam fuit, in discrimen amplius adduci possit, *ad Text. in leg. 2. Cod. de execut. rei judicat.*, *& firmat Rota in Romana Transactionis super re judicata 29. Januar. 1748. §. 3. coram Reverendissimo P. D. Molino*, . . .

10. Quæ cum ita sint, labore prorsus irrito confugiebant PP. Augustiniani, & Trinitarii ad consuetudinem immemorabilem, quam productis Testibus probare adnitebantur, cujus præsidio tueri se posse putabant jus præcedendi adversus PP. Discalceatos in controversis Actibus particularibus. Siquidem præcedentia favore Patrum Discalceatorum oritur ex memorata Constitutione san. mem. Clementis VIII., munita Clausula *Sublata*, & *Decreto irritanti*; contra quam proinde neque Testes, neque ulli Actus poterant adduci ad constituandam consuetudinem, & observantiam, cujus initium, concurrente Clausula *Sublata*, & *Decreto irritanti*, statim remanet præpeditum, prout in terminis dixit *Rota decis. 39. n. 14. & 15. coram Ottobon.*, *decis. 197. num. 2. part. 9.* . . . ., & in terminis Constitutionis Clementinæ contra eosdem Patres Augustinianos dixit *Rota in cit. decis. 1229. n. 31.*, ...

11. At vero non ex hac tantum ratione evertebatur in casu quæcumque vis immemorabilis consuetudinis, cum ad eam penitus eliminandam majora quoque concurrerent. Si enim ea est natura, atque indoles immemorabilis consuetudinis, ut nunquam probata dici possit, nisi ad eam constituendam concurrant Actus undique pacifici, & nunquam interrupti, ita quidem, ut per quoscumque Actus, seu etiam rumorem in contrarium destructa remaneat, ad notata per *Bartol. in leg. semper in stipulat. in fin. ff. de regulis juris*, *Surd. cons. 395. n. 23.*, *Rota decis. 262. n. 9.*, . . . profecto nulla esse potest in subjecta hypothesi vis immemorabilis, adversus quam non unicus tantum Actus concurrit; sed ea penitus destructa remanet tum a Constitutionibus, & Resolutionibus superius deductis, tum ab Actibus judicialibus in ipsa Civitate Pacensi gestis contra PP. Augustinianos, qui tum de anno 1616., tum de anno 1629., tum demum de anno 1684. in hac ipsa præcedentiæ controversia exorta cum Patribus Discalceatis succubuerunt, . . .

In

11. Rursus Testes, qui ad probandam prætensam immemorabilem consuetudinem in medium proferebantur, attendendi non erant, eo quod illorum senior de tempore depositionis non aliam haberet ætatem, quam annorum 49., cum ad probandam immemorabilem ætas requiratur in Testibus annorum 54., ad hoc ut deponere valeant eum requisitis notoriæ *Glos. in verb. memoria cap.* 1. *de præscript. in* 6., de visu nimirum per 40. annos, de auditu a suis Majoribus, qui ab aliis idipsum audiverint, quodque nec ipsi, nec Majores sui unquam quidquam viderint, aut audiverint in contrarium. Uno quippe ex his requisitis deficiente, inanis redditur eorum depositio ad effectum probandæ immemorabilis consuetudinis, ad tradita *per Onded. cons*, 79. *n.* 36. *lib.* 1., *Marescott. Var. resol. lib.* 1. *cap.* 100. *n.* 10., *Gratian. Discept. forens. cap.* 681. *n.* 38. *tom.* 1., *Card. de Luc. de Benef. disc.* 32. *n.* 1., *Rot. decis.* 607. *n.* 16. *cor. Cerro*, ...

13. Nihil relevantibus Testibus novissime per Patres Augustinianos adductis, & habentibus ætatem requisitam, quia, ultraquamquod Testes hujusmodi fuerunt, pendente lite, expiscati, & inducti absque formali examine, quibus in terminis nullum constituunt probationis gradum, ut sæpe respondit *Rota decis.* 10. *n.* 54. *coram Otthobon.*, *decis* 543. *n.* 5. *tom.* 2. *cor. Cerro* ....; urget, quod alter eorum est Procurator Patrum Augustinianorum, & licet ætatem habeat annorum 63., adhuc tamen deponere non dubitat de visu, & auditu a 60. & amplius annis: alter deponit de auditu a suis Majoribus, & tamen, cum sit forensis, & simplex habitator in Civitate Pacensi, evidens est, quod illius Majores, qui in Civitate Pacensi non fuerunt, vidisse, aut audivisse non poterant actus præcedentiæ: alter demum nimis affectate deponit, dum, licet constitutus reperiatur in ætate annorum 60., ait, quod toto tempore eorumdem annorum 60. quidquam in contrarium non audiverit, quasi quod etiam infantiæ, & pueritiæ tempore de iis, quæ tunc audiebat, recordari potuisset. Unde, cum omnes patiantur peculiares exceptiones, nullam faciunt probationem: *Glos. in* §. *Item*, *verb. Idoneos*, *Instit. de inutil. stipul.*, & *in Cap.* 1., *verbo Majores*, *de consanguinit. & affinit.*, cum aliis adductis *per Rotam decis.* 5. *n.* 12. *tit. de Probat. coram Falconer.*

Et ita &c. Utraque &c.

Decisio alia huic consona ab eodem Sacræ Rotæ Auditorio prodiit in Caussa ipsa Pacen. Præcedentiæ *die* 10. Maji 1756. cor. *eod.* R. P. D. Caprara. *Altera quoque eod. die*, & *anno cor. eod.* super Remissoria,

1755. 11. *Julii* = *In Regest. S. Congregationis Episc. & Reg. subd. die* 11. *Julii* 1755. *habetur*, *ut sequitur*:

„ Formula Rescripti servanda in petitionibus Reli-
„ giosorum Apostatarum circa nullitatem Professio-
„ nis = Redeat Orator ad suam Religionem, a qua
„ charitative tractetur, & deinde utatur jure suo ad
„ formam Constitutionis Sanctissimi Domini Nostri
„ Benedicti XIV., SI DATAM HOMINIBUS, in ejus
„ Bullario tom. 2. n. 47. „

P. H. Guglielmi Secretarius „.

Saluberrima illa Benedicti XIV. Constitutio, Si datam, *extat quoque in Chronol. P. Perusini.* (*Par.* 2. *p.* 398. *col.* 2. *seqq.*). *Quantum autem Juri consonum superius Rescriptum sit; nemo ignorat harum rerum peritus. Una siquidem ex conditionibus, quæ potissimum necessariæ sunt ad reclamationem legitimam adversus Professionem suam, ea est, ut nimirum Reclamans Habitum non deponat, nec etiam cum Habitu auctoritate propria sine Superioris licentia e Cœnobio discedat. Quod ubi facint; præter Apostasiæ crimen, quo se obstringit, ex Juris præscripto audiendus non est, sed ad Monasterium, seu Cœnobium redire cogendus.*

Id ex Tridentini Concilii Sessione 25. *de Regular. cap.* 19. *compertum fit: atque ita sæpius respondit S. Congregatio, Concilii ejusdem interpres; nominatim in Bononien.* 4. *Jun.* 1689., *in Claromontan.* 29. *Novembr.* 1662., *in Bituntina* 23. *Mart.* 1697., *in Mantuan.* 15. *Jun. ejusd. Ann.* 1697., *in Giennen.* 9. *April.* 1701., & *alias sæpe. Idque etiam locum habet in iis, qui egressi vellent ad alium Ordinem transire, uti declaravit S. Congregatio Episc. & Reg. in una Provinciæ Bæticæ* 30. *April.* 1700. *Immo ii pariter, qui tamquam incorrigibiles, servata Apostolicarum Constitutionum forma, fuerint ejecti, quamdiu in eo statu sunt, non audiuntur* (*S. Congr. Conc. in Papien. Restitutionis in integrum* 15. *Mart.* 1692.).

1755. 15. Julii. *Benedicti XIII.*

Literæ, præcedentiam asserentes FF. Secularibus Tertii Ordinis Minor. Observ., de Pœnitentia nuncupati, supra quascumque laicas Confraternitates in Hispaniarum Regnis; eædem ad FF. Seculares ejusdem Tertii Ordinis in Portugalliæ Regnis extenduntur.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

EManarunt nuper a fel. record. Benedicto Papa XIII. Prædecessore Nostro quædam sub plumbo expeditæ Literæ tenoris sequentis, videlicet:

„ BENEDICTUS EPISCOPUS

„ SERVUS SERVORUM DEI

„ *Ad perpetuam rei memoriam.*

„ AD nostram Audientiam pervenit, in multis
„ Hispaniarum partibus „ &c. (*Inseruntur hic integræ Benedicti XIII. Literæ, quas vid. in Chronol. P. Perus. Part.* 2. *pag.* 180 *col.* 1.).

Cum autem, sicut dilecti Filii Fratres Seculares Tertii Ordinis hujusmodi, in Regnis Portugalliæ existentes, Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Indulta, seu Privilegia, eisdem Tertiariis Regnorum Hispaniarum ab eodem Benedicto Prædecessore concessa, ad ipsos etiam per Nos extendi, & ampliari plurimum desiderent; Nos ipsos exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares Personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis &c., ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabil. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum, quibus supplicem Libellum Nobis porrectum remisimus, qui Relationes dilecti Filii Nostri Josephi S. R. E. Presbyteri Cardinalis Manuel nuncupati, Patriarchalis Ecclesiæ Lisbonensis ex concessione, & dispensatio-

ne

ne Apostolica Patriarchæ ad eosdem Cardinales transmissas attenderunt, consilio, præinsertas ejusdem Benedicti Prædecessoris Litteras, ad favorem Fratrum Sæcularium Tertii Ordinis Minorum Observantium de Pœnitentia nuncupat. in Regnis Hispaniarum existentium, ut præfertur, editas, ad Fratres Sæculares Ordinis hujuscemodi etiam de Pœnitentia nuncupat. in Portugalliæ Regnis existentes, Auctoritate Apostolica tenore præsentium extendimus, & ampliamus, &, quatenus opus sit, Authoritate, & tenore prædictis statuimus, declaramus, ut imposterum hujusmodi Tertiarii Regnorum Portugalliæ, sub propria Cruce distincti, & separati a quibuscumque aliis Confraternitatibus laicalibus, instar aliorum Ordinum, & juxta Regionis mores, in qua degere noscuntur, vel sub Cruce Fratrum Minor. procedentes, omnibus, & singulis Confraternitatibus laicalibus, etiam speciali nota dignis, in quibuscumque Ecclesiasticis Functionibus omnino præcedant; non obstantibus quibuslibet judicatis ea super re a quibusvis Judicibus factis, ac sententiis latis, & consuetudine, etiam immemorabili, in contrarium adductis, vel adducendis. Decernentes, easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque apectabit, plenissime suffragari, & ab illis inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, &, quatenus opus sit, dictarum Confraternitatum laicalium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, &c.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xv. Julii MDCCLV. Pontificatus Nostri Anno Decimoquinto.

D. Card. Passioneus.

Loco ✠ Sigilli.

Chronol. Seraph.

1755. 26. Jul. *Syriacis, & Armenis in Latinorum Ecclesiis Sacra peragentibus Ritus proprius servandus præcipitur: Missionariis denegatur facultas dispensandi cum eisdem super abstinentia a Piscibus jejunii tempore: omnes denique Græcos, & Orientales Ritus conservandos esse, decernitur; moneanturque Missionarii, ut in Orientalibus reducendis, eos ab erroribus, & schismate revocent, non a suis approbatis Ritibus avertant.*

Ad Missionarios per Orientem deputatos.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Allatæ sunt (*a*) ad Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum Litteræ Sacerdotis cujusdam, Sacris Missionibus exercendis deputati in Civitate Balseræ, quam vulgo *Bassoram* vocant, quæque itinere quindecim dierum a Babylonia distat, & Mercatorum negotiationibus est celeberrima; quibus Litteris exponendum censuit, plures in illa Urbe commorari Catholicos Ritus Orientalis, Armenos nempe, aut Syriacos, qui peculiari Templo carentes ad Latinorum Missionariorum Ecclesiam se conferunt, ubi eorum Sacerdotes Missarum Sacrificia juxta peculiares ipsorum Ritus offerunt, aliasque Sacras Cæremonias perficiunt; Laici autem hujusmodi Sacris intersunt, & Sacramenta ab iisdem Sacerdotibus suscipiunt. (*b*) Indeque occasionem arripuit quærendi: Utrum prædicti Armeni, & Syriaci Catholicum suum Ritum observare debeant, an vero ad tollendam varietatem in ipsa Ecclesia, in quam Latini etiam, uti diximus, conveniunt, magis consentaneum videatur, ut Armeni, & Syriaci, relicto veteri Kalendario, novum amplectantur in iis, quæ pertinent ad statuenda tempora Paschalis Solemnitatis, & annuæ Communionis, sicuti etiam Quadragesimæ, Dierumque festorum tam mobilium, quam immobilium; atque ulterius progrediendo quæsivit, quatenus prædictis Balseræ Armenis, & Syriacis novum Kalendarium observandum decernatur, utrum aliis quoque Orientalibus præscribi debeat, qui peculiare quidem habent Templum, sed adeo angustum, ut Sacris Functionibus decenter obeundis impar deprehendatur, ideoque ad Ecclesiam Latinorum plerumque se conferunt.

§. 2. (*c*) Insuper idem Missionarios prædictæ Congregationi subdidit, quod quum Catholicis Orientalibus Armenis, & Syriacis præceptum sit, diebus jejunio dicatis a Piscibus abstinere, plures inter ipsos reperiuntur, qui id minime observant, non ullo sane adducti contemptu, sed partim naturæ fragili-

(*a*) *Duplex quæsitum Congregationi Propagandæ Fidei a Missionario propositum.*
(*b*) *Primum, quemnam Ritum servare debeant Syriaci, & Armeni, in Latinorum Ecclesiis Sacra peragentes?*
(*c*) *Alterum, an Missionariis concedenda sit facultas cum præfatis dispensandi super abstinentia a Piscibus tempore jejunii?*

gilitate pertracti, partim ex eo, quod Latinis Catholicis aliam esse consuetudinem intuentur: ideo non alienum videri, si facultas Missionariis tribuatur permittendi non quidem universis, sed speciatim his, aut illis, ut Piscibus utantur jejunii tempore; ita tamen, ut nullum inde scandalum oriatur, & aliud pietatis opus, loco abstinentiæ a Piscibus, subrogare jubeantur.

§. 3. (*a*) Hæc, uti diximus, a prædicto Missionario proposita sunt Congregationi de Propaganda Fide, quæ de more ea examinanda remisit alteri Congregationi Generalis Inquisitionis. Habita vero hæc fuit coram Nobis die 13. Martii hujus anni 1755., & unanimi Cardinalium Inquisitorum consensu responsum fuit: *Nihil esse innovandum*. Id quod Nos etiam auctoritate Nostra firmavimus, permoti potissimum Decreto alias a primodicta Congregatione de Propaganda Fide die 31. Januarii anni 1702. edito, quod deinde confirmatum, & renovatum non semel fuit, & est hujusmodi: *Referente R. P. D. Carolo Augustino Fabrono Secretario, Sacra Congregatio mandavit præcipi, prout præsenti Decreto præcipitur, omnibus, & singulis Missionum Apostolicarum Præfectis, & Missionariis, ne ullus eorum in posterum quavis occasione, aut prætextu audeat dispensare cum Catholicis quarumcumque Nationum Orientalium super jejuniis, orationibus, cæremoniis, & similibus a proprio earumdem Nationum Ritu præscriptis, & a Sancta Sede Apostolica approbatis. Præterea eadem Sacra Congregatio censuit, non licuisse, nec licere præfatis Catholicis ullatenus a proprii Ritus, a Sancta Romana Ecclesia ut supra approbati, consuetudine, & observantia recedere. Hujusmodi autem Decretum, sic confirmatum, ac renovatum, iidem Eminentissimi Patres ab omnibus, & singulis prædictis Præfectis, & Missionariis omnino, & absque ulla tergiversatione observari debere mandarunt.* Quod quidem Decretum respicit Catholicos Orientalis Ecclesiæ, eorumque Ritus ab Apostolica Sede approbatos: Orientalem autem Ecclesiam omnibus notum est quatuor Ritibus constare, Græco videlicet, Armeno, Syriaco, & Cophtico, qui sane Ritus universi sub uno nomine Ecclesiæ Græcæ, aut Orientalis intelliguntur, non secus ac sub Ecclesiæ Latinæ Romanæ nomine Ritus Romanus, Ambrosianus, Mozarabicus, & varii peculiares Ritus Ordinum Regularium comprehenduntur.

§. 4. Adeo perspicua est Decreti sententia, ut nullo commentario indigeat. Quare (*b*) nostra hæc Encyclica Epistola eo tendit, ut hujusmodi Lex omnibus cognita fiat, atque perspecta, utque deinceps executioni diligentius mandetur. Merito namque dubitari potest, quæstiones, a Missionario Balseræ propositas, ex ignoratione Decretorum, quæ jampridem edita sunt, promanasse. Sed quoniam ex aliis multis, atque frequentibus indiciis conjicimus, Missionarios Latinos in id curam, & cogitationes intendere, ut in convertendis Orientalibus a schismate, & errore ad Unitatem, Sanctamque Catholicam Religionem, Orientalem Ritum de medio tollant, aut saltem labefactent, Catholicosque Orientales ad Latinum Ritum amplectendum alliciant, non alia quidem de causa, nisi studio Religionis amplificandæ, & opus bonum, Deoque gratum operandi; ideo consentaneum putavimus (quoniam animum ad scribendum appulimus) hac nostra Encyclica Epistola brevius, quo fieri poterit, ea omnia complecti, quæ juxta hujus Apostolicæ Sedis sententiam pro norma haberi debent, quoties Orientales ad Catholicam Religionem convertuntur, quæque servanda sunt cum Orientalibus Catholicis, qui versantur in Locis, ubi aut nulli degunt Latini, aut Latini Catholici simul cum ipsis Orientalibus Catholicis commorantur.

§. 5. (*c*) Sane Historiam Ecclesiasticam ne quidem primis, ut ajunt, labiis attigisse dicendus esset, qui ignoraret, quantum elaboraverint Romani Pontifices, ut Orientales ad Unitatem adducerent, post funestum schisma Photii, qui tempore Summi Pontificis Sancti Nicolai I. Constantinopolitanam Sedem, depulso per vim Sancto Ignatio Patriarcha legitimo, invasit. Sanctus Leo IX. Prædecessor noster Legatos suos Costantinopolim misit, ut hujusmodi schisma, quod per duo circiter sæcula sopitum Michael Cerularius redintegraverat, extirparet; sed illius conatus in irritum ceciderunt. Urbanus deinde II. Græcos ad Barense Concilium invitavit; sed exiguum fructum consecutus est, tametsi S. Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus omnem curam impenderit, ut ipsos Ecclesiæ Romanæ conciliaret, ipsisque errores, in quibus versabantur, doctrinæ suæ lumine patefecerit. In Lugdunensi Concilio, quod Beatus Gregorius X. coegerat, Michael Palæologus Imperator, & Græci Episcopi Unitatem Romanæ Ecclesiæ amplexi sunt; verum, mutatis animis, ab illa rursum desciverunt. In Concilio autem Florentino sub Eugenio IV. Summo Pontifice, ad quod Joannes Palæologus, & Joseph Patriarcha Constantinopolis cum cæteris Orientalibus Episcopis convenerant, Unio statuta fuit, & uniuscujusque subscriptionibus acceptata: eodemque in Concilio, Armenorum, & Jacobitarum Ecclesiæ ad Obedientiam Sedis Apostolicæ redierunt: deinde Eugenius Pontifex, Florentia Romam profectus, Legatos etiam Regis Æthiopum excepit, ac Syros, Chaldæos, & Maronitas ad Obedientiam Romanæ Sedis redegit. Sed quoniam, uti legitur in Evangelio Sancti Matthæi *cap.* 13., semen, quod cecidit super petram, nullum affert fructum, quia non habet ubi radicem defigat: *Hi sunt, qui cum gaudio suscipiunt continuò verbum Dei, non habent autem in se radicem: facta autem tribulatione, & persecutione propter verbum, continuò scandalizantur*: ideo vix Marcus Archiepiscopus Ephesinus, tamquam novus Photius, Unionem convellere adnixus est, & adversus ipsam cœpit vocem extollere, statim omnis optatus fructus deperiit.

§. 6. (*d*) Præterea Ecclesiasticæ Historiæ ignarum se proderet, qui pariter nesciret, ita cum Orientalibus Unionem peractam, firmatamque fuisse, ut

Dog-

(*a*) *Rescriptum utrique quæsito redditum, ut nihil innovetur.*

(*b*) *Conscribendæ Encyclicæ finis, ut Missionariis Decreta Congregationis perspecta fiant; iisdemque in Orientalibus reducendis certa tradatur agendi norma.*

(*c*) *Romanorum Pontificum sollicitudo in revocandis ad Unitatem Orientalibus.*

(*d*) *In Unione curanda semper id actum, ut, explosis erroribus Orthodoxæ Fidei oppositis, Ritus esset illæsus.*

Dogma Processionis Spiritus Sancti a Patre, & Filio reciperent, atque adeo licitam fuisse admitterent additionem vocis, *Filioque*, Symbolo factam; ut Panem non minus fermentatum, quam azymum, Sacramenti Eucharistiæ materiam esse faterentur; ut Dogma Purgatorii, Visionis beatificæ, ac Primatus Romani Pontificis amplecterentur; uno verbo, omnem curam collatam fuisse, ut errores Catholicæ Fidei adversi evellerentur; nunquam vero actum esse, ut venerabili Orientali Ritui detrimentum ullum inferretur. Sed præsentem quoque Ecclesiæ Disciplinam prorsus ignoraret, cui satis exploratum non esset, Romanos Pontifices, qui, infelicibus præteritorum temporum successibus minime deterriti, de reducendis ad Unitatem Græcis semper cogitarunt, eamdem viam, quam paulo ante indicavimus, semper institisse, & adhuc insistere, sicut ex ipsorum cum dictis, tum factis manifeste colligitur.

§. 7. (a) Undecimo sæculo nonnullæ Constantinopoli, Alexandriæ, & in Patriarchatu Jerosolymitano reperiebantur Latinorum Ecclesiæ, in quibus Latinus Ritus servabatur, quemadmodum Romæ non deerant Græcorum Templa, in quibus ipsi Græco Ritu Sacra Munera persolvebant. Michael Cerularius, impius schismatis instaurator, Latinas Ecclesias jussit obserari. Verum Sanctus Leo IX. Romanus Pontifex par pari nequaquam retulit, quamvis id facillime posset, neque Græcorum Templa Romæ clausit, sed aperta esse voluit. Itaque de injuria Latinis illata conquestus *in sua Epistola prima cap. 9.* ita subdidit: *Ecce in hac parte Romana Ecclesia quanto discretior, moderatior, & clementior vobis est! Siquidem cum intra, & extra Romam plurima Græcorum reperiantur Monasteria, sive Ecclesiæ, nullum eorum adhuc perturbatur, vel prohibetur a paterna traditione, sive sua consuetudine; quin potius suadetur, & admonetur eam observare.*

§. 8. (b) Initio sæculi decimi tertii, cum Latini in potestatem suam Constantinopolim redegissent, & Summus Pontifex Innocentius Tertius decrevisset, Patriarcham Latinum in ea Civitate constituere, cui non solum Latini, sed etiam Græci obtemperarent; nihilominus palam declarare non prætermisit, nullum se velle Græcis Ritibus inferre detrimentum, nisi si quæ forte consuetudines inter eos receptæ periculum Animarum parerent, aut honestati Ecclesiasticæ adversarentur. Decretalis hujus Pontificis, in Concilio Lateranensi Quarto edita, refertur tum in *Tomo VII.* Collectionis Conciliorum Harduini p. 32., tum *In capite Licet, de Baptismo, &c.* (*& infra*).

§. 9. (c) Documentis ejusmodi plurimum redundat sæculum decimumtertium. Ad hoc quippe sæculum pertinet Epistola Innocentii IV. ad Danielem Regem Russiæ, apud Raynaldum *ad annum* 1247. *n.* 29., qua ipsius Regis specialem devotionem erga Ecclesiam Catholicam commendans, concedit, ut Ritus, qui Fidei Romanæ Ecclesiæ non repugnarent, in ejusdem Regno serventur, *&c.* (*& infra*).

§. 10. (d) Alexander Quartus, in locum Innocentii Pontificis immediate suffectus, cum irritam cessisse Prædecessoris sui voluntatem animadvertisset, cumque turbas, ac dissensiones Græcos inter, ac Latinos Episcopos in Regno Cypri adhuc vigere percepisset, Latinis Episcopis indixit, ut Græcos Ecclesiasticos suos ad Synodos accerserent; eos autem Decretis Synodalibus subjectos declarans, sequentem conditionem adjecit: *Recipere, & observare Synodalia Statuta, quæ tamen Græcorum Ritibus, Fidei Catholicæ non adversis, & a Romana Ecclesia toleratis, non obvient....*

§. 11. (e) Finem sæculo decimotertio imponit memorata Græcorum, Latinorumque Unio statuta in Generali Concilio Lugdunensi sub Beato Gregorio X. Summo Pontifice, qui ad Michaelem Palæologum Fidei Confessionem, Unionisque Decretum, a Concilio firmatum, & a Legatis Orientalibus juratum misit, ut ipse quoque Imperator, ac reliqui Græci Episcopi eisdem subscriberent. Peracta fuerunt omnia ab Imperatore, & Orientalibus, adjecta tamen hac conditione, quæ ipsorum Litteris continetur, ab Harduino relatis in sua Collectione *tom. 8. pag. 698.*: *Sed rogamus Magnitudinem Vestram &c., quod permaneamus in Ritibus nostris, quibus utebamur ante schisma, qui scilicet Ritus non sunt contrarii contra supradictam Fidem, nec contra Divina præcepta....*

§. 12. (f) Quod attinet ad sæculum decimum quintum, sat esse potest indicata superius Unio in Concilio Florentino statuta, cui ab Eugenio Pontifice probatæ Joannes Palæologus subscripsit, hac lege: *ut ex Ritibus nostræ Ecclesiæ aliquid immutetur*: uti videre est *tomo 9.* Collectionis Harduini *p. 395.* Verum cum Nobis in animo non sit singula percensere, quæ a Romanis Pontificibus sequentibus deinde sæculis gesta sunt; præcipua quædam attingemus, ex quibus manifesto deprehendatur, ipsos quidem omni conatu, studioque egisse, ut insidentes Orientalium animis errores ab iis evellerent; sed simul etiam manifestis argumentis id ostendisse, sartos tectosque se velle Ritus, quibus eorum Majores ante schisma, approbante Sede Apostolica, usi fuerant; nec unquam ab Orientalibus postulasse, ut, si Catholici esse vellent, Latinum Ritum amplecterentur.

§. 13. (g) In Græcorum Enchiridio, edito Beneventi, duæ Summorum Pontificum Leonis X., & Clementis VII. habentur Constitutiones, quibus vehementer increpantur Latini illi, qui in Græcis reprehendebant observantiam eorum, quæ in Florentino Concilio eisdem permissa fuerant; præsertim quod Sacrificium offerrent in fermentato, uxorem ducerent, antequam Sacris Ordinibus initiarentur, eamque post susceptos Ordines Sacros retinerent, quodque Eucharistiam sub utraque Specie, etiam Pueris exhiberent....

§. 14. (h) Annales Gregorii XIII. a Patre Maphæjo con-

(a) *Præclarum in id affertur S. Leonis IX. factum.*
(b) *Innocentii III., & Honorii III. rescripta de Græcis Ritibus retinendis.*
(c) *Idipsum iterum constituit Innocentius IV.*,
(d) *Hujusque proximus Successor Alexander IV.*
(e) *Unio Græcorum in Lugdunensi Concilio stipulata sub conditione, ne quid Græci Ritus immutaretur.*
(f) *Similiter res gesta est in Concilio Florentino, probante Eugenio IV. Pontifice.*
(g) *Subsequentium Leonis X., Clementis VII., & Pii IV. cura servandi Græci Ritus.*
(h) *Gregorius XIII. in Collegiis, pro Græcis, Maronitis, & Armenis in Urbe erectis, Ritum Orientalem servari voluit.*

conscripti, & Romæ impressi anno 1742. complura referunt, quæ idem Pontifex gessit, licet exitu parum felici, ut Cophtos, Armenosque ad Catholicam Fidem reduceret. Sed ad rem nostram potissimum faciunt ea, quæ leguntur in ipsius Constitutione 63. *in novo Bullario tom. 4. part. 3.*, & in duabus aliis, videlicet 157., & 173. *in eodem Bullario tom. 4. part. 4.*, de fundatione trium Collegiorum in Urbe ab eodem Pontifice institutorum pro Græcis, Maronitis, & Armenis, in quibus Alumnos dictarum Nationum educari voluit, ita tamen, ut semper in suis Ritibus Orientalibus perseverarent. Celeberrima fuit Unio Ruthenorum cum Apostolica Sede tempore felic. recordat. Clementis Papæ VIII. peracta, cujus monumenta relata leguntur in Annalibus Venerabilis Cardinalis Baronii, Romanæ editionis anni 1596. *tom. 7.*, ubi pagina 682. exhibetur Decretum ab Archiepiscopis, & Episcopis Ruthenis pro ineunda Unione confectum, cum hac conditione (*a*): *Salvis tamen, & in integrum observatis Cæremoniis, & Ritibus Cultus Divini peragendi, & Sanctorum Sacramentorum, juxta consuetudinem Ecclesiæ Orientalis; correctis tantummodo iis articulis, qui ipsam Unionem impedirent; ut more antiquo fierent omnia, sicut olim Unione durante fuerunt*. Sed cum paulo post ad pacem turbandam rumor percrebuisset, sublatos esse Ritus universos, quibus Rutheni antiquitus usi fuerant in Divina Psalmodia, in Missæ Sacrificio, in Sacramentis administrandis, aliisque Sacris Cæremoniis, Paulus V. Literis Apostolicis in forma Brevis datis anno 1615., quæ in eodem Græcorum Enchiridio impressæ sunt, voluntatem suam his verbis solemniter declaravit (*b*): *Dummodo veritati, & doctrinæ Fidei Catholicæ non adversentur, & communionem cum Romana Ecclesia non excludant, per Unionem præmissam tollere, aut extinguere, Ecclesiæ Romanæ intentionem, mentem, & voluntatem non fuisse, nec esse; nec id dici, vel censeri potuisse, nec posse; quinimmo dictos Ritus eisdem Ruthenis Episcopis, & Clero ex Apostolica benignitate permissos, concessos, & indultos esse.*

§. 15. (*c*) Aptissime hic recenseri possent Ecclesiæ, quas diversis temporibus posteriores Romani Pontifices Græcis, Maronitis, Armenis, Cophtis, Melchitis in Urbe addixerunt, quæque etiamnum extant, & patent, ut Sacras Functiones in ipsis juxta Ritum suum singuli expleant. Opportune hic quoque referri posset, quemadmodum Clemens Papa VIII. in sua Constitutione 34. §. 7. *veteris Bullarii*, Græcum Episcopum Romæ constituit, ut Italo-Græcis Latinas Diœceses incolentibus Ordines juxta Græcorum Ritum conferret, *&c.* (*& infra*).

§. 17. (*d*) Verum his, aliisque pluribus prætermissis, libere asseremus, Romanos Pontifices assiduam, atque indefessam curam impendisse, ut hæreses, a quibus schisma inter Occidentalem, atque Orientalem Ecclesiam dimanavit, profligarent; ac propterea earum detestationem, sive abjurationem exposcisse ab iis Orientalibus, qui ad Ecclesiæ Unitatem redire postulant, aut de quibus explorandum est, utrum vere ad Unitatem Apostolicæ Sedis pertineant. Duæ sunt Formulæ Professionis Fidei, quarum prima, Græcis præscripta a Summo Pontifice Gregorio XIII., *tom. 2. veteris Bullarii Romani trigesima tertia* recensetur; alteram verò pro Orientalibus statuit Urbanus VIII. *&c.* (*& infra*).

§. 19. (*e*) Ex his, quæ hucusque latiori calamo relata sunt, plura facile inferri possunt. Primum quidem, conatus omnes, omnemque diligentiam in id unum impendendam esse ab eo Missionario, qui Orientales Schismaticos, & Græcos ad Unitatem, Deo juvante, redigere contendit, ut scilicet ab eorum animis errores depellat Catholicæ Fidei adversantes, quos Majores eorum amplexi sunt, ut causam aliquam prætenderent, qua se ab Ecclesiæ Unitate segregarent, subtraherentque ab obedientia, ac obsequio, Romano Pontifici tamquam ejusdem Ecclesiæ Capiti exhibendis. Quod vero spectat ad argumenta, quibus Missionarius uti debet, quum Orientales propriis veteribus Patribus magnopere adhæreant, peracta jam res est operosa sedulitate diligentissimi Leonis Allatii, aliorumque clariorum Theologorum, qui perspicue demonstrarunt, convenire maxime inter sese veteres, spectabilioresque Græcorum, nostrosque Ecclesiæ Occidentalis Patres, in iis omnibus, quæ ad Dogma pertinent, & ad confutationem errorum, quibus Orientales, & Græci nunc temporis misere implicantur..... Deinde alterum quoque potest inferri, nimirum, non modo opus non esse, ad Orientales, & Græcos in viam Unitatis revocandos, ut lædantur ipsorum Ritus, aut corrumpantur, quandoquidem id semper alienum fuit ab instituto Sedis Apostolicæ, quæ in hac ipsa Sacrorum Rituum materia, zizania a tritico, quoties oportuit, secernere novit; verum etiam conatus hujusmodi plurimum optatissimæ Unioni adversari, uti recte perpendit Thomas a Jesu *de Conversione omnium Gentium procuranda lib. 7. cap. 2.* ..... Demum ex iis, quæ supra præjecimus, illud tertio infertur, cavendum omnino esse Missionario, qui Orientalem Schismaticum reducere cupit, ne eumdem ad Latinum amplectendum Ritum inducere contendat: munus namque hoc unum Missionario demandatur, revocandi Orientalem ad Catholicam Fidem, non vero ipsum ad Latinum Ritum inducendi.

§. 20. (*f*) Peracta in Florentino Concilio Unione, quam superius memoravimus, quidam ex Latinis Catholicis, in Græcia commorantes, arbitrati sunt, fas sibi esse a Latino Ritu ad Græcum transire, allecti fortasse ea libertate, quam noverant Græcis præservatam, retinendi post Ordinem Sacrum uxores, quas duxerant antequam eumdem Sacrum Ordinem suscepissent. Verum Nicolaus V. Pontifex Maximus opportunum huic corruptelæ remedium affer-

(*a*) *Rutheni ad Unitatem Catholicam redeuntes eumdem Orientalem Ritum sibi illæsum stipulantur.*

(*b*) *Eamdem conditionem semper ratam, firmamque fore, edicit Paulus V.*

(*c*) *Clariora Summorum Pontificum facta, quibus evincitur, fuisse eos de Orientali Ritu servando vehementer sollicitos.*

(*d*) *Hæreses tamen Unitatem proscindentes summopere aversati, certas Formulas Professionis Fidei Græcis, & Orientalibus statuere.*

(*e*) *Missionariorum quale sit munus, & quam methodum in eo utiliter obeundo sectari debeant.*

(*f*) *Latinis non licet ad Græcum Ritum transire, neque Græcis, Latinum Ritum semel amplexis, ad illum reverti, nisi Apostolica intercedat dispensatio.*

afferre non prætermisit, uti colligitur ex ejus Constitut. *tom. 3. parte 2. Bullarii* recenter Romæ editi *pag. 64. : Pervenit ad aures nostras, quod in locis, quæ Catholicis in Græcia subjecta sunt, multi Catholici, Unionis prætextu, ad Græcos impudenter transeunt Ritus, Mirati admodum sumus, mirarique non desistimus, nescientes, quid sit, quod eos a consuetudine, ac Ritibus, in quibus nati, enutritique sunt, in alienigenarum Ritus transposuit: nam etsi laudabiles Orientalis Ecclesiæ Ritus sint, non licet tamen Ecclesiarum Ritus permiscere, neque id unquam Sacrosancta Synodus Florentina permisit*. Cum Latinus Ritus is sit, quo utitur Sancta Romana Ecclesia, quæ Mater est, & Magistra aliarum Ecclesiarum, reliquis omnibus Ritibus præferri debet: Ex quo porro sequitur, haud licere a Latino Ritu ad Græcum transire; nec illis, qui semel Ritu Græco, vel Orientali ad Latinum transierunt, integrum esse ad pristinum Græcum Ritum reverti, quemadmodum patet ex nostra Constitutione, *Etsi Pastoralis 57. §. 2. num. 13. Bullarii nostri tom. 1.*, nisi forte peculiares quædam intercederent circumstantiæ, quæ impertiendam hac super re dispensationem suaderent; sicuti superioribus temporibus aliquando, & nunc etiam accidit in Collegio Maronitarum hujus nostræ Urbis, in quo, cum quandoque reperiatur aliquis Societatis Jesu Sacerdos, qui Societatem ingrediens dispensationem obtinuit transeundi ad Latinum Ritum, nonnunquam cum eo dispensatur, ut in Ecclesia memorati Collegii Missam celebret Ritu Syriaco, & Chaldaico, Divinumque Officium juxta eumdem Ritum persolvat, nempe, ut Alumnos in eodem Collegio degentes Ritum ipsum edoceat. Id liquido apparet ex pluribus Decretis Congregationis Sancti Officii, uno videlicet dato die 30. Decembris 1716., altero die 14. Decembris anno 1740., necnon ex alio recentiori, quod Nos die 19. Augusti anno 1752. jussimus expediri.

§. 21. Hæc transitum de Latino ad Græcum Ritum spectant. Nunc autem (*a*) verba facientes de transitu ab Orientali, & Græco ad Latinum Ritum, libere affirmari potest, transitum hujusmodi non æque, ac primum, interdici; sed tamen nequaquam licere Missionario, Græcum, & Orientalem, ad Catholicæ Ecclesiæ Unitatem reverti exoptantem, inducere, ut proprium Ritum dimittat, cum ex hac agendi methodo gravissima detrimenta, sicuti paulo ante innuimus, promanare possint. Melchitæ Catholici libenter olim a Græco Ritu ad Latinum transibant, sed vetitum id ipsis fuit, monitique Missionarii, ne illis suaderent hujusmodi transitum; cujus permissio est privativo Apostolicæ Sedis judicio reservata, uti manifestum fit ex nostra Constitutione, *Demandatam 85. §. 25. Bullarii to. 1.: Præterea omnibus, & singulis Melchitis Catholicis, Græcum Ritum servantibus, ad Latinum Ritum transire deinceps expresse vetamus, Missionariis vero omnibus districte mandamus, sub pœnis etiam infra exprimendis, aliisque arbitrio Nostro decernendis, ne cuiquam ex illis hujusmodi transitum a Græco ad Latinum Ritum suadere præsumant, aut etiam cupientibus, inconsulta Apostolica Sede, permittant*. Consentanea sunt Decreta Urbani VIII. Prædecessoris Nostri quoad Ritum Græco-Ruthenum, edita in Congregatione Propagandæ Fidei coram ipso habita die 7. Februarii, ac die 7. Julii 1624. (*b*) Quamvis autem æquum videri posset, liberam Italo-Græcis relinquere facultatem transeundi, si liberet, a Græco Ritu ad Latinum, cum ipsi inter nos versentur, & Latino Episcopo subjiciantur; tamen constitutum est, ut Sedis Apostolicæ auctoritas ad id omnino requiratur, si de Ecclesiasticis tam Sæcularibus, quam Regularibus agatur; si vero Laici, & Sæculares transitum hujusmodi postulaverint, Episcopi sufficiat licentia, quam ob justas, ac legitimas causas certis quibusdam personis moderate impertiri quidem potest, nunquam vero integræ Universitati: In hac enim facti specie Apostolicæ Sedis auctoritate opus est, uti videre est in sæpe memorata Nostra Constitutione, *Etsi Pastoralis 57. §. 2. num. 14. Bullarii nostri tom. 1.*

§. 22. (*c*) Quod si defendi vellet, Orientales, & Græcos hæresim abjurantes, & ad Unitatem redeuntes, allici jure posse, ac urgeri ad Ritus suos deserendos, Ritumque Latinum omnino amplectendum, eo quod alias probatum fuerit, atque nunc etiam probetur, Orientales, & Græcos Latinum aliquem Ritum sectari, opportuna haud desideratur responsio. Orientales siquidem, & Græci duas veluti Classes constituunt. (*d*) Prima est illorum, qui nequaquam contenti iis rebus, quæ ab Apostolica Sede ipsis ad Unionem conservandam permittuntur, extra honestatis limites impudenter feruntur, jactantes, quæcumque a se fiunt, ea jure optimo fieri, Latinosque decipi, qui eadem non peragunt. Exemplo sit Azymum, Græci, & Orientales, ut Catholici sint, fateri debent, tam azymum, quam fermentatum panem, materiam esse aptam Sacramenti Eucharistiæ, & quemlibet Ecclesiæ suæ Ritum sectari oportere; adeout quicumque improbat Ecclesiæ Latinæ Ritum, quæ in Eucharistiæ consecratione utitur azymo, a veritate recedat, & in errorem prolabatur.... Exemplum est itidem ex libertate, Orientali, & Græcæ Ecclesiæ relicta, ut qui in ea Sacris Ordinibus, atque etiam Sacerdotio sunt insigniti, uxores, quas ante Sacrum Ordinem duxerunt, retinere valeant, uti patet *ex Canone Aliter dist. 31., & Cap. Cum olim, de Clericis conjugatis*. Romani siquidem Pontifices perpendentes, id nequaquam adversari Divino, aut naturali juri, sed tantum Ecclesiasticis Sanctionibus, opportunum censuerunt, consuetudinem hanc inter Græcos, & Orientales vigentem ferre, ne, auctoritate Apostolica ad eam evellendam interposita, illis occasio ab Unitate recedendi præberetur; quod recte expendit Arcudius *in sua Concordia lib. 7. cap. 33.* Attamen quis crederet? Non defuerunt, neque desunt ex Græcis, & Orientalibus, qui Latinam Ecclesiam injuria arguunt, tamquam Matrimo-

---

(*a*) *Græcis itidem interdictus ad Latinum Ritum transitus, sed non æque; is autem non a Missionariis, sed ab Apostolica Sede probandus.*

(*b*) *Et quid de Italo-Græcis.*

(*c*) *Objectio ex eo desumpta, quod aliqui Latinorum Ritus Orientalibus permittantur.*

(*d*) *Duplex statuitur Græcorum, & Orientalium Classis. Nonnulli suis Ritibus ita adhærent, ut Latinos damnent, atque improbent. Exemplis res illustratur.*

monio infensam, propterea quod, exemplum Apostolorum sequuta, in suis Subdiaconis, Diaconis, ac Presbyteris Cœlibatum servaverit, ac servet. Legi potest Hincmarus Rhemensis *tomo 2. suorum Operum Epist.* 51. Tertium denique exemplum suppeditant nonnulli ex Cophtis, quorum Ritus præscribit, ut post Baptismi Sacramentum illico adjungatur Confirmatio; qui mos non obtinet in Occidentali Ecclesia, quæ plerumque talem in Confirmandis ætatem exposcit, ut quid bonum, quidve malum sit, possint dignoscere. Romana Ecclesia veteri Cophtorum consuetudini non adversatur. Verum (quis crederet?) extant ex ipsis nonnulli, qui Baptismum a Latinis collatum ideo perhorrescunt, quod post Baptisma, Confirmationis etiam Sacramentum non fuerit ministratum .....

§. 23. (*a*) Alteram Classem constituunt Orientales illi, & Græci, qui retinentes majori ex parte Ritus suos, & insimul, Occidentalium, ac Latinorum Ritus venerantes, ex his nonnullos sequuntur ex veteri consuetudine suis Episcopis perspecta, & approbata, atque insuper ab Apostolica Sede expresse, vel tacite confirmata. In hanc Classem referri possunt Armeni, ac Maronitæ, qui fermentatum deseruerunt, & Eucharistiam, sicuti Latini, in azymo conficiunt, ut testatur Abrahamus Echellensis *in suo Eutychio vindicato pag.* 477. Quam quidem Armenorum disciplinam nonnulli tribuunt Sancto Gregorio Illuminatori, primo Armeniæ Episcopo, qui initio sæculi quarti sub Tiridate Rege Martyrii coronam est consecutus; alii vero Sancto Silvestro Pontifici, aut Sancto Gregorio Magno eamdem referunt acceptam, in Conventionibus cum Armenorum Natione initis, quæ indicantur a Summo Pontifice Gregorio IX. in suis Epistolis ad Regem Armeniæ, relatis a Raynaldo *ad annum Christi* 1239. *num.* 82. Eam certe disciplinam, ab Ecclesia Romana Armenis traditam, testatur eorumdem Armenorum Sisensis Patriarcha Gregorius in Epistola ad Haytonem patrem Leonis Regis Armeniæ .... Vetustissima pariter, & immemorabilis est apud Maronitas azymi consuetudo, uti constat ex Morini *Præfatione ad Maronitarum Ordinationes* ..... Idem semper servatum fuit, hodieque servatur in Ecclesia Collegiata Sanctæ Mariæ *de Grafeo* nuncupata, sita in Messanensi Diœcesi, licet ipsius Clerus Ritum Græcum retineat, uti videri potest in nostra Constitutione 81., quæ incipit, *Romana Ecclesia*, §.1. *Bullarii nostri tom.* 1.; quamvis, generatim loquendo, Presbyteri Italo-Græci servent in Italia, Insulisque adjacentibus suam disciplinam, ac Ritum conficiendi in fermentato Eucharistiam: moneanturque impensius Sacerdotes Latini, vel Græci Ritus, ne Eucharistiam consecrare, ac distribuere juxta proprium cujusque Ritum prætermittant, uti declaratur in nostra Constitutione, quæ incipit, *Etsi Pastoralis* 57. §. 1. *num.* 2., ac §. 6. *num.* 10. *& seq. Bullarii nostri tomo* 1.

§. 24. (*b*) Quibusdam Ecclesiæ sæculis is usus obtinuit, ut post Baptismi Sacramentum Eucharistia Pueris traderetur, haud quidem ex ea persuasione, quod esset ad æternam Puerorum salutem necessaria, sed ex mero Ritu, & consuetudine tunc temporis vigente, quemadmodum sapienter animadverterunt Tridentini Concilii Patres *sess.* 21. *cap.* 4. Inter errores Armenorum, a Summo Pontifice Benedicto XII. damnatos, quinquagesimus octavus apud Raynaldum *ad annum Christi* 1341. §. 66. recensetur ille, quo asserebant, ad æternam Puerorum salutem, & Baptismi iis collati validitatem, præter Confirmationis Sacramentum, Eucharistiam etiam iisdem esse administrandam. In Occidentali Ecclesia quadringentis, & amplius abhinc annis Eucharistia Pueris post Baptismum non administratur. Verum negari nequit, in Libris Ritualibus Orientalium commemorari Ritum Communionis post Baptismum Pueris administrandæ .... Hujusmodi consuetudinem apud nonnullos Græcos ad sua usque tempora obtinuisse, ait Sanctus Thomas 3. *part. quæst.* 80. *artic. ad tertium*. Arcudius vero *lib.* 3. *de Sacramento Eucharistiæ cap.* 11. hanc esse Græcorum disciplinam scribit; sed aliqui ex ipsis paulatim eam deseruerunt propter incommoda, quæ in præbenda Pueris post Baptismum Eucharistia identidem intercedebant, *&c.* (*& infra*).

§. 25. (*c*) De usu administrandæ Eucharistiæ sub utraque Specie etiam Laicis, quoad Orientalem, & Græcam disciplinam, fuse disserunt Arcudius *in Concordia Occidentalis, & Orientalis in Sacramentorum administratione lib.* 3. *cap.* 4., & Leo Allatius *in prima adnotatione de Ecclesiæ Occidentalis, atque Orientalis consensione p.* 1614. *& seq.* In Græcorum Collegio, quod Romæ, uti diximus, erectum fuit a Gregorio XIII., ea indicta lege, ut Græcus in eo Ritus servetur, quemadmodum præfatus Leo Allatius testatur *in suo Tractatu de ætate, & interstitiis p.* 21., juxta ipsius Collegii Constitutiones a Summo Pontifice Urbano VIII. confirmatas, debent Alumni quolibet octiduo animi sordes Pœnitentiæ Sacramento eluere, & Sacram Eucharistiam sumere quintadecima quaque die, necnon festis Diebus solemnibus, & singulis Adventus, & Quadragesimæ Dominicis, Latino Ritu servato; in festis vero solemnioribus, videlicet Diebus Paschatis, Pentecostes, & Nativitatis Domini, jubentur Eucharistiam sub utraque Specie Ritu Græco suscipere, hoc est in fermentato, sanguine intincto, ad quam rem perficiendam Sacerdos utitur parvo cochleari, quod infert in os suscipientis Eucharistiam; idemque Ritus servatur cum reliquis Græcis omnibus, qui prædictis Diebus ad solemne Missæ Sacrificium conveniunt, aut qui aliis per annum diebus in Ecclesia Græci Collegii sibi Eucharistiam Ritu Græco administrari deposcunt. Verum Italo-Græcis in memorata Constitutione, *Etsi Pastoralis* 57. §. 6. *num.* 15. Eucharistia sub utraque Specie permittitur in illis dumtaxat locis, in quibus Ritus hujusmodi Communionis retentus viget; sed in aliis locis, ubi idem Ritus obsolevit, Eucharistia sub utraque Specie prohibetur. Ab hac disciplina, seu Ritu sumendæ Eucharistiæ sub utraque Specie, licet in universa Orientali Ecclesia recepto, nonnulli Græci, & Orientales paulatim recesserunt .... Inter quæsita, Summo Pontifici Gregorio XIII. proposita a Patriarcha Maronitarum,

(*a*) *Altera Classis eorum, qui cum propriis Latinum aliquem Ritum conjungunt. Afferuntur exempla.*

(*b*) *Ritus ministrandi Eucharistiam Infantibus illico post Baptismum quando obtinuerit, & quare obsoleverit?*

(*c*) *Vetustior, recentiorque traditur Ecclesiæ Græcæ disciplina quoad Communionem sub utraque Specie.*

terum, sequens recensetur: *Nos Missam celebramus in azymo: Laici vero nostri sub utraque specie communicant*. Cui Pontifex his verbis respondit: *Si volunt in azymo comecrare, non videntur prohibendi: Laici vero a Communione sub utraque specie pe- detentim arcendi sunt; totus enim Christus sub una specie continetur, & in usu Calicis magnum est periculum effusionis*: uti legere est in laudato Opere Thomæ a Jesu *de Conversione omnium Gentium pag.* 486. *& seq.* . . .

§. 26. (*a*) Postremo, ab Eucharistiæ Sacramento minime recedentes, hic verba faciemus de alio Orientali, & Græco Ritu, quo nimirum Sacerdos post Consecrationem, & ante Consummationem, paululum aquæ tepidæ in Calicem fundit. Matthæus Blastares *in Syntagmate Alphabetico cap. 8. tom. 2. Synodicon Græcorum pag.* 553. hujusmodi Ritum commemorat, ejusque significationem affert. Eutymius Tyri, ac Sidonis Archiepiscopus anno 1716. Summo Pontifici Clementi XI. nonnulla quæsita proposuit, quorum alterum erat, utrum Melchitis Syriæ, ac Palestinæ interdicere deberet, aquam tepidam Divino Sanguini post Consecrationem affundere? Cui redditum fuit responsum, adjecta accurata, & luculenta instructione, ab eodem Pontifice approbata, ejusque jussu transmissa ad Superiores Missionum Terræ Sanctæ, Damasci, Tyri, ac Sidonis; injunctumque prædicto Archiepiscopo, ne id fieri interdiceret, cum de veteri Ritu ageretur, Sedi Apostolicæ perspecto, & Græcis Sacerdotibus etiam Romæ permisso; per quem innuitur Fidei ardor, qui maximus erga tantum Mysterium debet conflagrare..... Attamen Patres Concilii coacti in urbe Zamosciæ 1720., graves ob causas, inhibuerunt Ruthenis Sacerdotibus, ne aquam tepidam post Consecrationem in Calicem funderent, uti legi potest §. 4. de celebratione Missarum: *Inhibet gravem ob causam, & abrogat toleratam in Orientali Ecclesia consuetudinem, ad consecratos Calicis species aquam tepidam affundendi, post Consecrationem, ante Communionem*.

§. 27. (*b*) His sane, & aliis hujusmodi exemplis, quæ facile cumulari possent, inniti valent, qui erga transitum a Ritu Orientali, & Græco ad Occidentalem, & Latinum sunt propensiores, vel certe quidem putant, se jure optimo agere, dum Schismaticum Orientalem ad Ecclesiæ Unitatem convertentes, satagunt abducere ab aliquo Ritu, quem servare consueverat, priusquam nobis consentiret, quique a reliquis omnibus Orientalibus, & Græcis ex veteri disciplina firmiter retinetur, & observatur. Verum neque superius allata exempla, nec cætera, quæ in medium proferri possent, quidquam illorum opinioni suffragantur; tum quia in transitu a Ritu Orientali, & Græco ad Occidentalem, & Latinum, tollitur omnino quidquid ab ipso Græco Ritu præscribitur, & nostro Ritui non conformatur; quod non contingit in iis exemplis, quæ paulo superius allata sunt, quibus nempe, si aliqua peculiaris solemnitae Græci Ritus tollitur, Ritus tamen ipse, ac reliqua omnia eodem Ritu præscripta intacta servantur; tum quia partem etiam aliquam demere ex aliquo Ritu, salvis reliquis ejusdem Ritus partibus, non est privati viri, sed auctoritas publica intercedat necesse est, videlicet Supremi Capitis universalis Ecclesiæ, qualis plane est Romanus Pontifex. Sedes namque Apostolica ea est, quæ præcipuo quodam jure, quoties ipsi consentaneum visum fuit, ab Orientali Ecclesia Ritum aliquem desumpsit, & in Occidentalem traduxit; aut prætermisit, Ritum aliquem Græcum in aliqua Latina Ecclesia usurpari. (*c*) Eademque Apostolica Sedes, quoties deprehendit, periculosum, vel indecorum aliquem Ritum in Orientalem Ecclesiam irrepsisse, illum damnavit, improbavit, ejusque usum ipsi prohibuit. Ipsa denique Apostolica Sedes, postquam vidit Orientalem, vel Græcam aliquam gentem in aliquo Latino Ritu usurpando, ac defendendo vehementer obfirmatam, ac potissimum quando Ritus ipse ab antiquo tempore invectus fuit, ab omnibus communiter receptus, atque expresse, vel tacite ab Episcopis probatus; Ritum ipsum tolerando, & sic approbando, firmavit. (*& infra*).

§. 29. (*d*) Jam paulo superius de Trisagio sermonem fecimus, deque admirabili modo, quo cantus ejusdem in Sacras Liturgias Ecclesiæ Græcæ inductus fuit. Cum tamen Petrus Fullo, engiomento Gnaphæus, fautor hæresis Apollinaristarum, qui Theopaschitæ appellantur, ausus fuisset Trisagio hæc verba superaddere, *Qui crucifixus es pro nobis*, sicuti fuse commemorat Theodorus Lector *lib.* 1. *Collectanear.*; & cum nonnullæ Orientis Ecclesiæ, ac potissimum Syrorum, & Armenorum, opera cujusdam Jacobi Syri, teste Nicephoro *lib.* 18. *cap.* 52., additamentum hujusmodi recepissent; haud prætermiserunt Romani Pontifices, pro ea, quam in similibus adhibere consueverunt, vigili cura, & sollicitudine, inolescenti errori se opponere, factamque Trisagio additionem interdicere; rejicientes interpretationem, qua, Trisagium ipsum referendo ad solam Filii Personam, non vero ad tres Divinas Personas, omnem erroris suspicionem adimi jactabatur; tum quia periculum semper supererat adhærendi dogmati hæretico; tum quia humanæ mentis præsumptio ad solum Christum referre minime poterat Hymnum ab Angelis in honorem Sanctissimæ Trinitatis decantatum, sicuti Lupus recte expendit *In Notis ad Can.* 81. *Trullanum*...... Summus Pontifex Gelasius in sua Epistola nona ad Episcopos Lucaniæ *cap.* 26. pravam consuetudinem jam invectam improbavit, juxta quam mulieres Sacerdoti Missam celebranti inserviebant; cumque idem abusus ad Græcos transiisset, Innocentius IV. in Epistola, quam ad Episcopum Tusculanum dedit, eumdem severissime proscripsit.... Feria quinta Majoris Hebdomadæ, ad recolendam Dominicæ Cœnæ memoriam, Sacra peragitur Functio, in qua consecratur panis, qui per integrum annum asservatur, ut illo reficiantur lethali morbo laborantes, qui Sacram Synaxim in Viaticum sibi deposcunt, & aliquando etiam eidem Pani consecrato exigua pars Vini consecrati affunditur. Ritus hujusmodi a Leone Allatio describitur

in

(*a*) *Ritusque affundendi aquam tepidam in Calicem post Consecrationem, ante Consummationem.*

(*b*) *Allata hucusque exempla ad propositam superius objectionem probandam inepta demonstrantur.*

(*c*) *Triplex præcipuum Sedis Apostolicæ munus, admittendi Græcos Ritus in Latinam Ecclesiam, interdicendi noxios in Græca, & eidem permittendi innoxios.*

(*d*) *Exemplo Rituum, quos justis de causis a Græco Ecclesia proscripsit Apostolica Sedes.*

in suo *Tractatu de Communione Orientalium sub Specie unica num.* 7. Summus Pontifex Innocentius IV. in laudata Epistola ad Episcopum Tusculanum, Ritum illum Græcis interdixit .... Eamdem viam institerunt Patres Concilii Libanensis a Nobis confirmati, sicuti *ex cap.* 12. *de Sacramento Eucharistiæ num.* 24. Quibus sane exemplis manifesto comprobatur, quod Sedes Apostolica nunquam omiserit Græcis interdicere Ritus aliquos, licet apud eos jampridem obtinerent, quoties eosdem perniciosos, & malos esse, aut evadere posse deprehendit.

§. 30. (*a*) De Processione Spiritus Sancti a Patre, ac Filio, quemadmodum superius indicavimus, præcipue disputatum est, quoties de Unione Græcæ, & Orientalis Ecclesiæ cum Latina, & Occidentali actum fuit. Hujus articuli examen trinam veluti faciem præsetulit, atque adeo ad hæc tria capita redactum est. Primum, an Processio Spiritus Sancti a Patre, & Filio esset Fidei Dogma: & quoad primum hoc caput, firmissime responsum semper fuit, non esse ullo modo dubitandum, quin Processio Spiritus Sancti a Patre, & Filio inter Fidei Dogmata adnumeretur; neque Catholicum revera esse, qui illud non recipit, ac profitetur. Alterum, an posito, hoc esse unum ex Fidei Dogmatibus, liceret in Symbolo Missæ superaddere verbum *Filioque*, quamvis neque in Nicæna, neque in Constantinopolitana Synodo illud reperiretur, cum potissimum ab Œcumenica Synodo Ephesina decretum fuerit, ne quid Nicæno Symbolo adderetur: *Statuit Sancta Synodus, alteram Fidem nemini licere proferre, aut conscribere, aut componere, præter definitam a Sanctis Patribus, qui in Nicæa cum Spiritu Sancto congregati fuerunt.* Quod autem ad alterum hoc caput attinet, firmatum fuit, non modo licuisse, sed & valde conveniens fuisse, ut hujusmodi additio fieret Nicæno Symbolo; eo quod Ephesinum Concilium solummodo inhibuerit additiones Fidei oppositas, aut temerarias, & a communi consuetudine devias; non vero orthodoxas, & quibus aliquis Fidei articulus, in eodem Symbolo implicite contentus, explicatiùs declararetur. Tertium denique, utrum, posita pro indubio Fidei Dogmate Processione Spiritus Sancti a Patre, & Filio, agnitaque insuper in Ecclesia potestate addendi Symbolo vocem *Filioque*; permitti posset, ut Orientales, & Græci in Sacrificio Missæ Symbolum recitarent ad eum modum, quo prius, & ante schisma consueverant; quod perinde est ac dicere, prætermissa voce *Filioque*. Quod autem pertinet ad postremum hoc caput, non eadem semper fuit Sedis Apostolicæ disciplina; quandoque enim Orientalibus, & Græcis Symbolum absque voce *Filioque* recitare permisit; tunc nimirum, cum certo constiterat, priora duo capita, seu articulos ab illis recipi, nunquamque omnino fore, ut, si iisdem denegaretur id, quod tanto studio deposcebant, exoptatæ Unioni aditus intercluderetur: nonnunquam vero Symbolum cum additione *Filioque* ab Orientalibus, & Græcis recitari omnino voluit; cum scilicet merito suspicari potuit, eosdem ideo nolle Symbolum cum additamento recitare, quòd adhærerent errori opinantium, ac asserentium, Spiritum Sanctum a Patre, & Filio non procedere, vel ab Ecclesia additionem illam *Filioque* Symbolo fieri non potuisse. Duo Summi Pontifices, nempe Beatus Gregorius X. in Lugdunensi Concilio, & Eugenius IV. in Florentino, primam agendi rationem, ob indicatas causas, cum Græcis adhibuerunt, uti constat ex *tomo* 7. Collectionis Conciliorum Harduini *pag.* 698. *D.*, & *tomo* 9. ejusdem Collectionis *p.* 305. *D.* Alteram vero rationem, ex causis itidem supra allatis, amplexus est, servavitque Summus Pontifex Nicolaus III., cum deprehendit, Michaelem Imperatorem ex bona fide non agere, neque iis stare, quæ pollicitus fuerat in tractanda Unione, quam cum Pontifice Gregorio X. Prædecessore suo absolverat, atque firmaverat. Hujus rei documentum e Vaticano Archivo desumptum in Raynaldi Annalibus impressum est *ad annum Christi* 1278. §. 7..... Recte autem non modo Patres Concilii Zamosciani *titulo* 1. *de Fide Catholica*, sed etiam Patres Libanensis Concilii *part.* 1. *eodem titulo num.* 12., ad omnem scrupulum submovendum, provide statuerunt, ut Sacerdotes omnes eorum legibus subjecti Symbolum, juxta consuetudinem Romanæ Ecclesiæ, cum particula *Filioque* usurpent.

§. 31. Ex his, quæ hucusque dicta sunt, plene concluditur, Sedem Apostolicam hac ipsa in re quandoque, ex peculiaribus circumstantiis, perspectaque sibi gentis alicujus indole, consensisse, ut certus adhiberetur modus, quem tamen ab aliis, ob diversas circumstantias, diversumque locorum, ac populorum genium, nullatenus usurpari permisit. Quamobrem ut oneri suscepto satisfaciamus, nihil (*b*) aliud superest, quam ut ostendamus, aliquando eamdem Sedem Apostolicam, dum novit, gentem aliquam Orientalium, & Græcorum in aliquo Latino Ritu adhibendo tenaciorem esse, illius usum ei benigne permisisse; præsertim si hujusmodi Ritus usurpandi consuetudo a vetustioribus temporibus inolevit, & Episcopi non modo eidem nunquam adversati sunt, sed aut tacite, aut expresse eamdem comprobarunt. Verum cum hac ipsa de re perspicua exempla jam fuerint superius allata, dum verba fecimus de ea Classe Orientalium, & Græcorum, qui, Ritus suos majori ex parte retinentes, atque Latinos æque, ac Orientales Ritus venerantes, aliquem ex nostris Ritibus amplexi sunt; ab inutili idcirco repetitione abstinebimus, ea huc revocantes, quæ superius in his ipsis Litteris plene fuerunt exposita *&c.* (*&* *infra*).

§. 32. Huic nostræ Epistolæ finis hic imponendus alicui forte videri poterit, cum in ea & allatum jam fuerit Responsum redditum quæsitis a Sacerdote Missionario Balseræ propositis, nimirum, *Nihil esse innovandum*, & indicatæ itidem fuerint firmissimæ Regulæ, quas sequantur Missionarii, qui Orientales a schismate, & erroribus ad Unitatem, Sanctamque Catholicam Fidem revocare satagunt... Nihilominus, (*c*) antequam finis huic Epistolæ imponatur, nimis congruit, ut nonnulla insuper attingantur, quæ propiùs pertinent ad quæstiones a prædicto Missionario propositas, quibus jam responsum fuit; *Nihil esse innovandum*.

§. 33.

(*a*) *Hac ipsa tamen in re Apostolica Sedes, pro circumstantiarum varietate, epichejam adhibuit.*
(*b*) *Tertium denique munus permittendi in Græca Ecclesia certos quosdam innoxios Ritus, quomodo executa sit Apostolica Sedes.*
(*c*) *Amplior assumpti probatio suscipitur.*

§. 33. (*a*) Porro si in Urbe Balseræ degunt Catholici Ritus Orientalis, Armeni, aut Syriaci, ipsique peculiari Ecclesia carentes ad Missionariorum Latinorum Ecclesiam conveniunt, ubi Sacerdotes Orientalis Ritus Rem Divinam, reliquasque peragunt suis Ritibus Cæremonias, Laici autem Missæ Sacrificio intersunt, & Sacramenta suscipiunt; non magnopere adlaborandum est, ut defendatur, *nihil esse innovandum*, uti rescriptum fuit; quodque antea obtinuit, idipsum & in posterum servari oportere, permittendo videlicet prædictis Sacerdotibus, & Laicis, ut in Latina Ecclesia ea facere pergant, quæ hanc usque in diem peregerunt. Nam Jure Canonico illud quidem statutum habetur, Ritum Orientalem, & Græcum cum Latino haud esse miscendum, uti videre est ex integra Decretali Cælestini III. apud Gonzalez *cap. cum secundum, de temporibus Ordinationum* .... At nullo jure affirmari potest, Ritus commixtionem Apostolica aliqua Constitutione vetitam, induci ex eo tantum, quod Armenus, Maronita, aut Græcus juxta Ritum suum in Latina Ecclesia vel Missæ Sacrificium, vel alias Cæremonias cum populo sui Ritus exerceat, aut versa vice Latinus in Orientalium Ecclesia idem præstet, dum præsertim legitima aliqua subest causa, de qua in præsenti facti specie nullo modo dubitari potest, cum Orientales illi in Civitate Balseræ peculiari careant Ecclesia, itaut, si ipsis Latinorum Ecclesia non pateret, loco plane omni destituerentur, in quo Missæ Sacrificium offerre possent, & cum populo sui Ritus ea exercere, quæ peragenda sunt, ad illos in Sancta Unione retinendos, ac confovendos.

§. 34. (*b*) Vetita sane Ritus admixtio esset, si Latinus in Fermentato consecraret, & Eucharistiam in Fermentato consecratam Latinis administraret. Idemque dicendum esset, si Orientales, qui Azymi consuetudinem haud amplexi sunt, in Azymo Rem Divinam facerent, & genti suæ Sacram Eucharistiam in Azymo distribuerent ..... Vetita quoque Ritus permixtio esset, si Latinus Sacerdos modo juxta Latinum, modo juxta Græcum Ritum, aut Sacerdos Græcus modo Græco, modo Latino Ritu Missam celebraret. Id enim interdicitur in Constitutione S. Pii V., quæ incipit: *Providentia* .... Huic Constitutioni S. Pii Quinti congruit quoque præindicata Nostra §. 7. *num.* 10. Quod si Presbyteris Societatis Jesu, qui Collegiis Nationum Orientalium Romæ erectis præsunt ... indultum fuit, uti supra indicavimus, ut aliquando Missæ Sacrificium Græco, & Orientali Ritu celebrent; hoc idem factum est, sicuti præmonuimus, ut Alumni, qui Græcorum, & Maronitarum Ritum profiteri debent, Missam prædicto Ritu celebrare addiscant, & juxta eumdem Divina Officia toto vitæ suæ curriculo persolvere ....

§. 35. Hæc, & alia plura exempla, quæ facile possent cumulari, pertinent ad Ritus permixtionem ab Ecclesiæ legibus vetitam. Verum, uti jam diximus, interdicta Ritus permixtio appellari nunquam poterit, si ob legitimam aliquam causam Sacerdotes Orientalis Ritus ab Apostolica Sede probati, in Latinorum Ecclesiam admittantur, ut ibi Missam, cæterasque Functiones celebrent, & Sacramenta populo Nationis suæ administrent. Id palam (*c*) Romæ fieri intuemur, ubi Sacerdotibus Armenis, Cophtis, Melchitis, & Græcis patent ad Missam celebrandam Templa nostra .... Verum ad rem hanc nostram plurimum facere videtur, quod mox indicabimus. Medio circiter sæculo decimoquinto, uti notum est, Mahumetes II. Constantinopolim vi oppugnatam cepit, nonnullique ex Græcis, qui schismaticorum errores aversati, communionem cum Latina Ecclesia servaverant, Venetias se contulerunt, ibique mansere. Quam in Urbem cum Isidorus Cardinalis natione Græcus pervenisset, detulit ad Senatum Romani Pontificis desideria, ut hujuscemodi Græci Ritus hominibus Templum aliquod assignaretur, in quo Functiones suas exercerent. Excitata Senatus pietas profugæ genti Ecclesiam S. Blasii concessit, ubi spatio plurium annorum Græci quidem in certo ejusdem Ecclesiæ Sacello Divina Officia Ritu Græco, in reliquis vero Sacellis Latini Ritu Latino peregerunt ...., donec, aucto Græcorum numero, prædictæ Ecclesiæ S. Blasii, Latinis, Græcisque communi, aliud subrogatum fuit Templum, quod Græcorum proprium esset, ac privativum.

§. 36. Hæc ad Græcos pertinent, qui celebraturi in Latinas Ecclesias recipiuntur. Verum, ut eo clarius ostendatur, nullam exinde sequi Ritus permixtionem ab Ecclesiæ legibus proscriptam, non abs re erit verba facere (*d*) de Latinis quoque, qui ad Sacrificium Missæ offerendum, & Divina Officia persolvenda in Græcorum Ecclesiis ex justa aliqua causa admittuntur. Quod quidem non modo propositam sententiam confirmabit, sed etiam plurimum conferet ad demonstrandum, quam necessaria sit mutua inter Catholicos, licet diversi Ritus, animorum conjunctio, ac benevolentia. In Russia Alba Rutheni Catholici, quos Unitos vocant, plures habent Ecclesias, paucas vero Latini, &, quod magis est, longe dissitas a Pagis Latinorum, qui inter Ruthenos versantur. Latini quandoque diutius Sacrificio Latinæ Missæ carebant, eo quod suis negotiis detenti, nequibant tam longum iter aggredi, ut ad Latinas Ecclesias se conferrent: Neque Latini Presbyteri facile poterant ad paucas illas Latinorum Ecclesias, quæ in Russia Alba reperiuntur, accedere, ut Missam celebrarent, propterea quod Ecclesiæ ipsæ ab illorum domicilio nimis longo intervallo sejungerentur. Itaque, ne Latini Missa Latino Ritu celebrata tamdiu carerent, unum illud supererat, ut Latini Sacerdotes, in Latinorum commodum, Latinas Missas in Ruthenis Ecclesiis celebrarent. Verum hac ipsa in re, ea occurrebat difficultas, quod Altaria Græcorum Sacro Lapide careant, cum ipsi celebrent super Antimensiis, quæ sunt Lintea quædam ab Episcopo consecrata, quorum angulis Sanctorum Reliquiæ includuntur; quamobrem Latini Sacerdotes Sacrum Lapidem secum deferre cogebantur, haud levi intercedente in-

(*a*) *Ritus commixtio non inducitur ex quo Græcus, Armenus, vel Maronita Sacerdos celebret in Latina Ecclesia juxta Ritum suum.*

(*b*) *At contra, si Latinus in Fermentato, Græcus in Azymo, vel alteruter nunc in Azymo, nunc autem in Fermentato consecraret.*

(*c*) *Prior assertio confirmatur exemplis Græcorum, qui Romæ, & Venetiis diu in Latinis Ecclesiis, proprio servato Ritu, Sacra peregerunt;*

(*d*) *Et Latinorum, qui in Ruthenas Ecclesias a Ruthenis comiter excepti fuerunt.*

incommodo, ac discrimine, ne in itinere frangeretur. His omnibus incommodis tandem opportunum remedium, opitulante Deo, inventum, adhibitumque fuit: Siquidem, consentientibus etiam ipsis Ruthenis, indultum fuit Latinis Presbyteris, ut Missam Latino Ritu celebrarent in Ruthenis Ecclesiis, & super illorum Antimensiis: Idque eo vel expeditius visum est, quod Rutheni Sacerdotes, accedentes quandoque ad Latinas Ecclesias Missam inibi celebraturi, super nostris Sacris Lapidibus Sacrificium conficiebant. Id omne cognosci potest ex Constitutione Nostra, *Imposito Nobis*, quæ 43. est Bullarii Nostri *tom.* 3.

§. 37. (a) Præclarum pariter est ad rem nostram id, quod mox subjiciemus. Discrepant inter se eruditi viri, extiterit ne, juxta veterem disciplinam, in Basilicis Ecclesiæ Occidentalis unum, an plura Altaria. Primum quidem affirmat Schelestrat. *part.* 2. *Actor. Ecclesiæ Orientalis cap.* 2. *de Missa privata in Ecclesia Latina*: Sed contra Cardinalis Bona *Rerum Liturgicar. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 3. innixus auctoritate Walfridi *cap.* 4. plura Altaria fuisse in Romana Basilica S. Petri demonstrat. Verum, si de Templis, atque Basilicis Orientalibus, & Græcis sermo sit, perspicuum videtur, nonnisi unum Altare in ipsis extitisse, atque nunc etiam temporis plerumque existere; uti colligitur ex lineari descriptione hujusmodi Templorum, quam Du Cangius *in Constantinopoli Christiana*, Bevereginus in notis *ad Pandectas Canonum*, & Goarius *in Euchologium Græcorum* attulerunt .... Ad illud autem Altare, ad quod Sacerdos Missam celebravit, nequit alius Sacerdos eodem die iterum Missæ Sacrificium offerre. De hac Græcorum disciplina verba faciunt Dionysius Barsalibæus Jacobita, Amidæ Episcopus, *in Explanatione Missæ*, & Cyriacus Jacobitarum Patriarcha apud Gregorium Barhebræum item Jacobitam *in suo Directorio*, quos citat Assemanus *tom.* 2. *Biblioth. Oriental. pag.* 184., *ac tom.* 3. *part.* 1. *pag.* 248. De hac eadem disciplina Cardinalis Bona *cit. cap.* 14. *num.* 3 ita scriptum reliquit: *Unicum Altare in suis Ecclesiis habent, nec fas esse putant, intra septa ejusdem Templi Sacrum eadem die iterare*. Euthymius Tyri, ac Sidonis Archiepiscopus, & Cyrillus Patriarcha Antiochenus Græcorum, in Pontificatu Clemen. XI., Bened. XIII., & Clemen. XII., pluries sciscitati sunt, an vigentem relinquere deberent prædictam disciplinam vetantem, ne secundum Missæ Sacrificium eodem die, eodemque in Altari offeratur? At illis semper responsum fuit, nihil esse innovandum, sed veterem Ritum omnino retinendum ...

§. 38. (b) Denique communis olim fuit Occidentali æque, ac Orientali Ecclesiæ Ritus, ut Presbyteri una cum Episcopo Missæ Sacrificium offerrent .... Concelebrandi Ritus nunc temporis in Occidentali Ecclesia obsolevit, præterquam in Ordinatione Sacerdotum, quam peragit Episcopus, & in Consecratione Episcoporum, quæ ab Episcopo cum duobus aliis Episcopis assistentibus perficitur. Sed in Orientali Ecclesia viguit, vigetque adhuc frequentior usus concelebrationis Presbyterorum cum Episcopo, aut cum alio Sacerdote, qui primi Celebrantis personam sustinet; isque usus refertur ad Constitutiones, quæ Apostolicæ nuncupantur *lib.* 8., & ad Canonem octavum ex iis, qui Apostolici dicuntur. Porro ubicumque ea consuetudo inter Græcos, & Orientales viget, non modo approbatur, sed etiam custodiri præcipitur; uti constat ex eadem Constitutione Nostra superius allegata, *Demandatam* §. 9. (*& infra*).

§. 41. (c) Ex his, quæ hucusque dicta sunt, videtur jam perspicue demonstratum, sicuti antea, ita & in posterum permitti debere Catholicis Armenis, & Syriacis, qui Balsaræ Latinis permixti commorantur, propriaque carent Ecclesia, ut in Latinam conveniant, & in ea juxta Ritum quique suum Sacras Functiones peragant; idque eò magis, quia non solum nulla exinde oritur permixtio per Apostolicas Constitutiones damnata, sed urbanitatis officia exercentur, vel potius præcepta implentur æquitativi cujusdam juris, exposcentis, ut non habenti opportunum locum ad ea peragenda, quæ jure aliquo præstare jubetur, locus ipse libenti animo concedatur. Quamobrem nil aliud superest, quam præcipere, ut omnia ad debitæ charitatis leges exigantur; ut Sacellum Orientalibus assignetur, aut pars aliqua Ecclesiæ, in qua suis Functionibus obeundis incumbant; & quanta fieri potest, cura impendatur, ut aliis horis Latini, aliis Orientales suas peragant Functiones. Si enim aliter fieri contingat, proxima suberit causa dissensionum, quæ binos Prædecessores nostros Leonem X., & Clementem VII. tantopere vexarunt .... Non est profecto, cur illis Nostras addamus conquestiones, quæ tamen nec leviores essent, neque opportunis remediis destitutæ, si unquam ad Nos deferretur, Balsaræ a Latinis nostris prohiberi Orientales, ne in Latinis Ecclesiis possint Functiones suas peragere.

§. 42. (d) Primæ huic altera succedit quæstio, eosdem attingens Armenos, & Syros, qua disquiritur, an iidem, ad statuendum tempus Paschatis, aliorumque ei respondentium Festorum, possint veteri Kalendario uti, vel potius novum, emendatumque sequi debeant, cum in Latinis Ecclesiis Sacra conficiunt; & quatenus iisdem licitus dicatur veteris Kalendarii usus, an hujusmodi definitio afficiat illos quoque Orientales, qui suam quidem habent Ecclesiam, sed adeo angustam, atque exiguam, ut, cum omnes in illam convenire non possint, eorum plerique Latinas Ecclesias adire compellantur?

§. 43. (e) Neminem latent, quæ a Sanctis Romanis Pontificibus Pio, & Victore, atque etiam a Nicæna Synodo de recta Paschatis celebratione sancita

---

(a) *Iuxta Græcam disciplinam in unaquaque Ecclesia unum extitit Altare, & ad hoc unica Missa in die celebrata.*

(b) *Sacerdotes autem cum Episcopo, vel alio Sacerdote primi Celebrantis personam gerente, concelebrant nunc quoque in Ecclesia Græca, licet in Latina is usus fere omnino obsoleverit.*

(c) *Concluditur, valde congruere, ut Græcis Latinæ pateant Ecclesiæ; modusque traditur, quo id absque dissidiis fiat.*

(d) *Quæstio proponitur, quo, Kalendario uti debeant Græci, in Latinis Ecclesiis celebrantes, in definiendo Paschali die.*

(e) *Emendatio Kalendarii qua cura sub Gregorio XIII. peracta fuerit,*

cita fuerunt. Omnes pariter norunt, Romano Pontifici a Concilio Tridentino reservatam fuisse provinciam correctionis Kalendarii, ac demum, Gregorio XIII. Pontifice, fuisse rem hanc numeris suis omnibus absolutam. Quamobrem Bueberius *in Commentario de doctrina temporum*, in Præfatione ad Lectorem ita scripsit: *Computi Paschalis in futurum certitudini, jubente Gregorio XIII. Pontifice, noster abunde providit Clavius* ... Exhibiti itidem Pontifici fuerunt calculi cujusdam Aloysii Lilii, qui plures annos in illis componendis insumserat. Perpensis denique, libratisque omnibus in pluribus Congregationibus, adstantibus, adhibitisque in consilium peritissimis quibusque Viris, prodiit anno 1582. Constitutio præscribens Kalendarii normam, quæ incipit, *Inter gravissimas, in ordine 74. in veteri Bullario tom. 1.*

§. 44. Veteri igitur Kalendario hac Pontificia Constitutione abrogato, Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, aliisque Prælatis imperatum fuit, ut novo, emendatoque Kalendario uterentur, quemadmodum in eadem Constitutione legere est, fusiusque eruitur ex ejusdem Pontificis Annalibus Romæ impressis *anno* 1742. *to.* 2. *pag.* 271. Verum (*a*) cum in Constitutione nullum de Orientalibus factum fuerit verbum, exurgit hinc quæstio, num eadem Orientales afficiat? quæ quidem quæstio non a Doctoribus modo instituitur...., sed etiam proposita, discussaque fuit in præstantium Virorum Conventu habito die 4. Julii anno 1631. in Ædibus Cardinalis Pamphilii, qui, ad Summum Pontificatum evectus, Innocentii Decimi nomen assumpsit. Hæc autem tunc prodiit resolutio: *Subditi quatuor Patriarcharum Orientis non ligantur novis Pontificiis Constitutionibus, nisi in tribus casibus: primo in materia Dogmatum Fidei; secundo, si Papa explicite in suis Constitutionibus faciat mentionem, & disponat de prædictis; tertio, si implicite in iisdem Constitutionibus de eis disponat, ut in casibus appellationum ad futurum Concilium.* Refertur hæc resolutio tum a Verricello *de Apostolicis Missionibus lib.* 3. *quæst.* 83. *num.* 4., tum a Nobis in nostro Opere *de Canonizatione Sanctor. lib.* 2. *cap.* 38. *num.* 15.

§. 45. (*b*) Hanc quæstionem Nos missam facimus, cum de illa disputare nulla nunc necessitas urgeat. Satis enim Nobis erit indicare, quid ad rem hanc nostram gesserit Sedes Apostolica, quandoquidem ipsa præcedentis facta evincunt, consultissimum esse responsum quæsito redditum, nimirum: *Nihil esse innovandum*. Italo-Græcis, qui inter nos vivunt, & regimini subjiciuntur Latinorum Episcoporum, in quorum Diœcesibus constitutum habent domicilium, ab Apostolica Sede mandatum fuit, ut se ad novum Kalendarium conformarent, uti percipi potest in citata Constitutione Nostra, *Etsi Pastoralis* 57. §. 9. *num.* 3. *& seq. Bullarii nostri tom.* 1. Et Clerus quidem Ecclesiæ Collegiatæ S. Mariæ de Grapheo Civitatis Messanensis, qui Græcum Ritum retinet, accuratissime novum Kalendarium servat, uti videre est in altera Constitutione Nostra, *Romana Ecclesia, quæ est* 81., §. 1., *eodem tomo nostri Bullarii*. Attamen non illud ita severe fuit indictum, quin nonnunquam, gravioribus id requirentibus causis, Epichejæ locus sit relictus. Renuebant Armeni Catholici Liburni degentes, sese Kalendario Gregoriano subjicere, precesque Innocentio XII. obtulerunt. Etenim in Congregatione S. Officii Feria 4. die 20. Junii 1674. Decretum hujusmodi emanaverat: *Nuntii Apostolici Florentiæ relatis iterum litteris datis die* 10. *Aprilis circa petitiones ei factas ab Armenis orandi in Missa pro Patriarcha Armenorum, & circa celebrationem Paschatis, & aliorum Festorum, secundum eorum Ritum, idest secundum calculationem antiquam, quæ erat ante correctionem Kalendarii, & circa celebrationem Paschatis, &c. Necnon relata scriptura remissa a Sacra Congregatione de Propaganda Fide circa modum orandi in Missa pro Patriarcha Armeno: Rescribatur Nuntio, quoad permissionem orandi in Liturgia pro Patriarcha Armenorum, quod Sacra Congregatio stetit in Decretis emanatis die* 7. *Junii* 1673., *videlicet, non posse, & omnino prohibeatur. Quo vero ad celebrationem Paschatis &c., & aliorum Festorum &c., steterunt pariter in Decretis, videlicet, quod in celebratione Paschatis, & aliorum Festorum Armeni, Liburni existentes, omnino servare debeant Kalendarium Gregorianum.* Quum igitur huic Decreto obtemperare Armeni prædicti renuerent, hujus rei cognitio delegata fuit particulari Congregationi Cardinalium doctrina præstantium, quos inter fuere Cardinalis Joannes Franciscus Albanus, qui Summum deinde Pontificatum obtinuit, & Cardinalis Henricus Norisius præclari nominis inter Litteratos Viros. Porro ipsa Congregatio habita die 23. Septembris anno 1699. hujusmodi edidit Decretum, a prædicto Pontifice eadem ipsa die confirmatum: *Re mature tractata, & perpensis omnibus facti circumstantiis, censuerunt, secundum ea, quæ proponuntur, conniveri posse cum Armenis Catholicis Liburni commorantibus*, & qui peculiarem obtinent Ecclesiam, *circa usum Kalendarii veteris, donec ipsi ad omnimodam Kalendarii Gregoriani observantiam disponantur, & interim ad Sedis Apostolicæ beneplacitum; hac insuper conditione adiecta, quod diebus festis de præcepto juxta Kalendarium Gregorianum occurrentibus, ab operibus servilibus abstinere, & Sacrum audire omnino teneantur.*

§. 46. (*c*) Si vero de Græcis Orientalibus sermo sit, constat quidem, aliquando propositum ipsis fuisse, ut novo emendato Kalendario uterentur; sed tamen nullum exitum habuit. Inter articulos, & conditiones Ruthenis propositas in Unione sub Clemente VIII., & absoluta, ea quoque de Kalendario recipiendo inserta fuit, cui redditum responsum: *Kalendarium novum, si secundum antiquum fieri possit, suscipiemus*; uti legere est in Opere Thomæ a Jesu *pag.* 329., & licet responsum illud ambiguitatem quamdam præseferret, tamen ea de re nihil ulterius actum fuisse deprehendimus, neque hoc super articulo judicium ullum protulit Theologus, qui ad rem examinandam fuerat deputatus, quemadmodum patet ex eodem Opere pag. 335. *& seq.* Aliquando tamen ipsimet Orientales sponte sua novum Kalendarium susceperunt, uti cognoscere licet ex sæpius citata Synodo Provinciali Maronitarum habita anno 1736. ..... Sed quoties Orientales minime consenserunt, justusque adfuit ti-

(*a*) *Ejusdem Kalendarii indictio an Orientales obstrinxerit, quæstio non levis.*
(*b*) *Illud certum, Italo-Græcis indictum fuisse Kalendarium, sed ita, ut & leniter cum iis sit actum.*
(*c*) *Græcis vero Orientalibus propositum quidem fuit, sed nonnisi volentibus injunctum.*

mor, ne tumultus, dissensionesque excitarentur, si novi Kalendarii ipsis injungeretur usus, tulit Apostolica Sedes, ut Orientales, & Græci, in remotis Regionibus degentes, veterem suam disciplinam retinerent, videlicet antiquum servarent Kalendarium, occasionem opportuniorem expectans inducendi usum novi, emendatique Kalendarii. Qua in re consona quoque sunt Decreta Congregationum de Propaganda Fide, & Sacræ Inquisitionis... Immo res eò quandoque processit, ut Missionariis quoque veteris Kalendarii usus fuerit permissus, dum moram traherent in Regionibus, in quibus veteris Kalendarii usus solummodo obtinebat; veluti cognoscere est ex nonnullis Decretis a Congregatione de Propaganda Fide 16. Aprilis 1703., & die 16. Decembris 1704. evulgatis.

§. 47. (a) Reliquum est, ut de postremo quæsito, de jejunio scilicet, verba fiant. Syri, Armenique Catholici, juxta ipsorum Ritum, ab esu Piscium jejunii tempore abstinent; verum, cum Latinos iis vesci conspiciant, & cæteroquin impossibile, vel saltem difficillimum asseratur, eos temperare posse a Piscibus, quibus Latinos vesci intuentur, ideo tamquam rationi consentaneum proponitur, ut Missionariis facultas tribuatur cum iis dispensandi; caute tamen, omnique secluso scandalo, & pio aliquo opere in locum abstinentiæ a Piscibus subrogato. Aptissimus hic fieret locus disserendi de vetustate jejunii apud Orientales, ejusque lege, licet severiori, exactissime tamen semper servata; sed ne longiores simus, quam par est, id unum dicimus, Apostolicam Sedem toties Patriarchis obstitisse, quoties veterem rigorem jejunii suis subditis præscripti relaxare voluerunt. (b) Petrus Maronitarum Patriarcha Archiepiscopis, & Episcopis sibi subjectis, carnibus vesci Laicorum more indulsit, licet juxta veterem disciplinam carnibus abstinerent; universo autem populo Quadragesimæ tempore Pisces edere, vinumque bibere permisit, quamvis id illis esset prohibitum. Sed Pontifex Paulus V., datis ad Patriarcham Petri successorem Litteris Apostolicis in forma Brevis die 9. Martii 1610., jussit, ut, abrogatis iis, quæ Petrus Patriarcha concesserat, res in pristinum statum restituerentur. In Pontificatu Nostro ad examen revocata est nimia facilitas; atque indulgentia Euthymii Archiepiscopi Tyri, & Sidonis, & Cyrilli Patriarchæ Antiocheni, erga Græcos Melchitas; fuitque improbata, ut patet ex Constitutione Nostra, *Demandatam* 87. §. 6. *Bullarii nostri tom.* 1. ..... (c) Incongruum vero est asserere, ideo dispensationem concedendam esse, vel potius generalem dispensandi facultatem, quod nempe Orientales aspicientes, Latinos vesci Piscibus tempore jejunii, exinde facile adducantur, ut & ipsi, non quidem ex aliquo contemptu, sed naturæ fragilitate victi, Piscibus jejunii diebus utantur; hoc namque argumento, si quid illud valeret, in primis omnimoda induceretur Rituum confusio; deinde, si illius ratio haberetur, illud etiam consequeretur, ut Latini inspicientes, Græcos peculiaribus quibusdam vivere institutis, quæ Latinis minime permittuntur; imo inhibentur, dispensationem petere possent, ut sibi liceret ea facere, quæ à Græcis fieri intuentur, profitentes, se Latinum quidem Ritum suscipere, sed ob naturæ fragilitatem eum diutius servare non posse.

§. 48. Hæc sunt, quæ duximus exponenda in hac Encyclica nostra Epistola, non solum ad patefacienda fundamenta, quibus innituntur responsiones redditæ Missionario, qui quæstiones sub initium exscriptas proposuit; sed etiam, ut omnibus perspecta fiat benevolentia, qua Sedes Apostolica Catholicos Orientales complectitur, dum præcipit, ut omnino serventur veteres ipsorum Ritus, qui neque Catholicæ Religioni, neque honestati adversantur; nec a Schismaticis ad Catholicam Unitatem redeuntibus exposcit, ut Ritus suos deserant, sed ut hæreses solum ejurent, atque execrentur: exoptans vehementer, ut diversæ eorum Nationes conserventur, non destruantur, omnesque (ut multa paucis complectamur) Catholici sint, non ut omnes Latini fiant. Finem denique huic nostræ Epistolæ imponimus, Apostolicam Benedictionem cuicumque eam legenti impertientes.

Datum apud S. Mariam Majorem die 26. Julii 1755. Pontificatus Nostri Anno Decimoquinto.

1755. 27. Jul. *Ad Incendium compescendum, prope Templum S. Nicolai in Carcere exortum, minus rite allatam e Templo eodem Sacram Pyxidem, eaque super populum, & ad furentes flammas benedictum fuisse, ratione multiplici demonstratur; & ne tale quidpiam deinceps fiat, opportune cavetur.*

Venerabili Fratri Nostro, Fratri Joanni Antonio Episcopo Tusculano, S.R.E. Cardinali Guadagni nuncupato, Nostro in Urbe, ejusque Districtu Vicario Generali.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater Noster, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

CUm, ut recte nosti, proximo superiore mense Aprilis invasisset ignis supellectiles, ac merces quasdam asservatas in parvis quibusdam domibus sitis in Foro Montium dicto, Parochialis districtus S. Nicolai in Carcere, cumque continuo, quod satis superque fieri assolet, in magnum exercevisset incendium; memoratæ Parochialis, insimulque Collegiatæ Ecclesiæ Canonici suum esse existimarunt, hortari populum ad Dei implorandam opem, ut pro sua misericordia maximum impendens detrimentum avertere dignaretur, cujus vehemens suberat timor, quoties extinctum incendium non fuisset.

§. 2. Ad congregandum populum initum fuit consilium, ut circumiens Minister tintinnabulum pulsaret ad eum plane modum, quo cogi multitudo solet.

(a) *Syri, Armenique, cum jejunant, a Piscibus abstinere debent.*
(b) *Veterem jejunii disciplinam iisdem relaxari, nunquam passa est Apostolica Sedes.*
(c) *Ideoque, rejecta, tamquam minus legitima, causa ad facultatem dispensandi obtinendam allata, jejunii lex servari præcipitur.*

let; ut Sanctissimum Sacramentum ad ægrum aliquem deferendum comitetur. Cumque ita contigisset, ut Ecclesia populo compleretur, ante Aram Beatissimæ Virgini dicatam multa quidem religione recitatum fuit elata voce Rosarium, atque etiam in ejusdem Sanctissimæ Virginis honorem cantatæ fuerunt Litaniæ. Ad hæc Sacerdos pio æque, ac ferventi sermone interessentes excitavit ad Dei placandam indignationem, implorata sibi ex animo de patratis criminibus venia, &, quantum quidem relatum est, insonuit Templum clamoribus illorum, qui sibi a Divina Misericordia multis gemitibus, & lacrymis patratorum criminum veniam precabantur.

§. 3. Si nihil fuisset præterea gestum, nil quoque fuisset, quod objiceretur; & nemo piam agendi rationem in memorato luctuoso casu servatam non laudasset. At cum ex religioso, sanctoque studio adaugendæ devotionis populi, enixisque ejusdem votis satisfaciendi, opportunum, quin & congruum visum fuerit præcipere, ut, reserato Tabernaculo, in quo Sacra Pyxis custoditur, eadem super populo, & ad incendium benediceretur;

§. 4. Cumque is, qui Parochi vice fungitur, data sibi jussa perficiens, Sacris indutus Vestibus, accepta Sacra Pyxide, in qua erat adorandum Sacramentum, ab Ecclesia processerit, satis congruo facum, ministrorumque numero stipatos, mediaque in via consistens, unde ignis erat conspicuus, Pyxide, humerali velo obtecta, non solum coactæ immensæ multitudini, sed & regionem voraci igne vastatam benedixerit; hoc plane illud est, unde sermones varii exorti sunt: quibusdam factum ipsum commendantibus; censentibus aliis, ea facti specie secus rem transigi non potuisse, ne populi frigesceret devotio, neve offenderentur pusilli, sibi, cohibendoque igni benedictionem vehementissime exoptantes; aliis denique contra assertum novum, incongruumque ritum inclamantibus.

§. 5. Et quamvis Fraternitas Tua inter has disputationes non aliam, prout assoles, iniveris rationem, quam quæ Christianæ prudentiæ omnino congruerit, hancque ipsam probaverimus Ipsi, & nunc quoque, ut mox constabit, probemus; Nobis tamen videmur facere non posse, quin ea, quæ Ipsi hac de re expendimus, ac notavimus, perspecta Tibi reddamus hisce nostris Litteris; quas mandamus, in futurorum temporum normam, apud Acta Tabularii tui asservari.

§. 6. Quicumque ea, quæ gesta sunt, probanda sibi, ac defendenda suscipiens assereret, nihil plane in eo præstitum, quod cultui Sanctissimæ Eucharistiæ debito non congruerit, & perdifficile esse, per integram rei gestæ seriem quidquam ostendere ex intrinseca ratione improbandum, immo vero facile reperiri posse, quod pietatem, & devotionem sapiat, aliaque afferat spiritualia commoda; multa is quidem diceret, suamque assertionem firmaret iis, quæ adnotat Theophilus Raynaudus *tom.* 15. *suorum Operum p.* 83. *col.* 1...... Sed non satis ea essent: Ritus quippe, de quo est quæstio, multa habet adnexa, inferius a Nobis expendenda, ex quibus, seposita pietate actus, jure, meritoque potest Ecclesia eum non probare: neque enim illa hac in re intrinsecam tantummodo ejusdem bonitatem spectat, sed & alia, quæ vel neglecta, vel non prævisa, facile possunt confusiones inducere, ac perturbationes.

§. 7. Si quis autem, ut sibi tuta, unoque veluti ictu salva res esset, Ecclesiasticas proferret historias, exempla præsto essent opinioni suæ valde accommoda..... Ast hæc, hisque similia exempla ex peculiari Divino spiritu, impulsuque processisse, demonstratum est non solum ex secundo eventu, sed & ex peculiaribus hæc agentium virtutibus. Ea itaque sunt hæc exempla, quæ miremur, haud autem imitemur, nec quidquam exinde inferri possit pro iis, qui debent se ad Legum normam componere: quemadmodum a Nobis quoque fuit generaliter demonstratum in Nostro Opere *de Canonizatione Sanctorum lib.* 3. *cap.* 41., & præcipue *num.* 10. (ET INFRA).

§. 9. Siculi prænotatum est, superius allata argumenta ad Ritum, de quo sermo est, vindicandum infirma sunt, leviorisque momenti: sed ejusdem furfuris sunt alia quædam, quæ in Ritum ipsum objectantur, atque extolluntur ... (ET INFRA).

§. 11. .... Idem Auctor præterea (*Thiers infr. quoque citatus*) plures cumulat Synodales Sanctiones, quibus severe interdicitur, Sacra Lintea ad incendium afferre, eaque projicere in flammas, ut extinguantur, atque multo etiam magis, si ipsa Sacra Hostia projiciatur in ignem, ea quidem spe, ita illum restingui posse. Quidquid asserit præcitatus Author, perfacile admitti debet; immo quoties ad ea firmanda, quæ in Ritum jaciendi in ignem Sacram Hostiam profert, & in irreverentiam eo actu contentam, alio opus esset exemplo, per ipsum non inducto, illud minime desideraretur. Etenim quamvis in Italia, & præsertim Florentiæ, vigeret usus comprobandi abditam veritatem innocuo alicujus transitu per ignem, quod plane præstitit Beatus Petrus Igneus dictus, qui, ut evinceret, Petrum Pavesium Florentiæ Episcopum simoniace in Episcopatum fuisse intrusum, ideoque deponendum esse, uti reipsa factum est, illæsus per ardentem ignem pertransiit, quemadmodum opportunis allatis monumentis demonstravimus *Nostro libr.* (SUP. SUPR. CIT.) *de Canonizat. Sanctor. cap.* 33. (NUM. III.): tamen cum nonnullis exinde sæculis in eadem Civitate idem sumi voluerit experimentum ad fidem, auctoritatemque conciliandam Doctrinæ Hieronymi Savonarolæ, cumque aliqui sese protulerint paratos per ignem transgredi, manu gestantes Eucharistiæ Sacramentum, Eucharistiæ delationem non probarunt Judices, constanti judicio eam denegantes, ac irreligiosam definientes, pravique exempli, spectatis iis facti circumstantiis, in quibus usurpari cupiebatur...: Verum his omnibus nihil commune est cum casu nostro. Qui enim Ritum, de quo nunc agimus, tuetur, facile respondere poterit, si asserat, licere omnino ipso adhibito Sacramento excitatis incendiis benedicere, nec tamen ullum fieri debere divitis, & pauperis discrimen, neque Eucharistiam post Benedictionem in ignem projiciendam esse, sed immo in Tabernaculum, unde fuit educta, omni cum honore restituendam.

§. 12. Sepositis itaque superius allatis animadversionibus, rationibusque vel Ritui faventibus, vel oppositis; ut tuto liceat ad propositam metam pertingere, unica, cui insistas, tutaque via sita est in investigandis, expendendisque Regulis ab Ecclesia præscriptis de cultu Sanctissimæ Eucharistiæ; neque enim fas cuique esse debet, privata auctoritate vel ex veræ devotionis, zelique affectu novum Ritum inducere. *Si quis dixerit, receptos,*

ceptos, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ Ritus, in solemni Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato a Ministris pro libito omitti, aut in novos alios per quemcumque Ecclesiasticum Pastorem mutari posse, anathema sit: Verba sunt Sacræ Tridentinæ Synodi *can. 13. sess. 7. de Sacramentis in genere*. Et quoties aliquem Ritum ejusmodi induci contigit, etsi nihil continentem pietati, ac religioni oppositum, Apostolica Sedes eumdem ipsum interdicere non dubitavit, ex quibusdam extrinsecis circumstantiis, nullatenus prævisis, vel neglectis ab eo, qui Ritum invexit. Ut plura prætermittamus exempla, ad rem præsentem sat est, unum illud innuere de Sanctissimo Sacramento, olim afferri solito ad ægrotos, qui cum exoptarent illud sumere in Viaticum, nec tamen possent deglutire, nonnulli in ipsum saltem intueri cupiebant, alii adorare, ac deosculari; vetitum quippe id fuit a Sancto Pontifice Pio V. . . . .

§. 13. Annuam Ecclesia constituit Solemnitatem Corporis Christi, quæ a Tridentino Concilio dicitur Religionis nostræ adversus hæreses Triumphus, sicuti videre est *sess. 13. cap. 15.* Supplicationem quoque instituit, ea occasione habendam, jam inde ab Urbano IV., quemadmodum fuse a Nobis demonstratum fuit in Nostro Opere *de Festis Domini*, cum de Festo Corporis Christi disseruimus. Cavit Ecclesia, ut Sacramentum ad infirmos cum debito honore deferatur, cum ipsum suscepturi sunt in Viaticum, uti licet deprehendere ex pluribus Synodalibus Sanctionibus, Decretisque editis tum a Summis Pontificibus, tum & ab Episcopis quoad Diœceses suas. Amplexa est Ecclesia pium usum exponendi Venerabile Sacramentum omnibus conspicuum, utpote duobus Crystallis inclusum in Ostensorio, quod dicitur *Monstrantia*, in Statutis Concilii Coloniensis habiti sub Cardinale de Cusa, Nicolai V. per Germaniam Legato Apostol., sicuti nosse licet ex *tom. 9.* Collectionis Conciliorum Harduini *col. 1368. lit. C.*, dummodo id de licentia Ordinarii, publicamque ob causam aliquam fiat. Adjecit & illud Ecclesia, quod, si privata tantum, non autem publica causa subsit, Sacramentum exponatur; ita tamen, ut, reserato Tabernaculo, inde Sacrum Christi Corpus minime educatur, sed vel Sacra Pyxide sit inclusum, aut Velo obtectum ita, ut videri non possit, quemadmodum deprehenditur ex iteratis conformibus Decretis editis a Congregationibus Urbis, & per Summos Pontifices probatis, quæ omnia collegimus Ipsi, cum Bononiæ essemus, in una ex Nostris Institutionibus *Italicæ editionis tom. 2.*, quæ in latinam quoque versionem est illata. Cogitavit Ecclesia de Benedictionibus, Venerabili Sacramento adhibito, impertiendis tum post publicas habitas Supplicationes, tum quoties post Solemnem Expositionem Sacramentum est in Tabernaculum restituendum, ac denique cum, sumpto per ægrotum Viatico, reliqua in Sacra Pyxide est Particula, quam Sacerdos secum ad Ecclesiam refert, veluti nosse licet ex Rituali Romano *tit. de Communione Infirmorum*. Casum denique prospexit Ecclesia instantis alicujus nimbi, procellæ, alteriusve ingentis periculi, cavitque, ut si populus excitari velit ad Deum Optimum Maximum deprecandum, quò ab ingruenti malo præstetur immunis, adaperiatur Tabernaculum, minime educto Sacramento, sed ante ipsum Sacra Pyxide inclusum preces religioso affectu recitentur. Hæc est methodus præscripta a Magno S. Carolo Borromæo in sua tertia Synodo Diœcesana habita anno 1572.: *Cum grandines, nimbi, turbines, & alia temporum procellæ imminent, ad eas tempestates sedandas, vel, ut vocant, signandas, ne Sacerdos Loculum, in quo Sanctissimum Christi Domini Corpus asservatur, adhibeat; sed Tabernaculum, accensis luminibus, patefaciat, ut, ea nimborum vi imminente, rogationes, & preces a Clero, populoque coram Domino religiose fiant....* Si autem Sacramentum non debet e Tabernaculo educi, facile intelligitur, in designatis casibus non esse illud afferendum ad Ecclesiæ januam, nec cum eodem Benedictionem impertiendam.

§. 14. Loquuntur quidem mox supra allatæ auctoritates de turbinum, procellarumque casu, quin suspicari possimus, audere quemquam excipere, eas minime congruere incendiis; par omnium quippe ratio est: & quoties, ut aliorum subtilibus, levibusque cavillationibus fieret satis, exquiri Synodi vellent, ac Ritualis concepta verbis loquentis de incendii casu, sat erit manum protendere ad Synodum Archiepiscopi Parisiensis habitam anno 1674. *art. 7. cap. 2.*, in qua disertis verbis cavetur, ne Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum quacumque de causa unquam ad incendia afferatur, indicta in Sacerdotem, qui deliquisset, Suspensionis pœna; & ad Rituale Argentoratensis Ecclesiæ evulgatum a bonæ mem. Cardinali de Rohan, impressumque anno 1742., ubi *pag. 83.* sequentia adnotantur verba: *Prohibitum est semper*, sermo est de Sacramento Altaris, *ne ad extinguenda incendia deferatur, & quidem sub pœna Suspensionis, a Ministris deferentibus ipso facto incurrenda. Scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum. Qui dixit mari: Usque huc venies .... & hic confringes tumentes fluctus tuos; potest & impetum ignis refrænare. Quandoque autem sicut potens, sic & justus mala quædam permittit; & quia, num facile sit placabilis, ignoramus, vitandum illud omne, quod & quorumdam Christianorum Fidem infirmare posset, & nostrorum honorem Mysteriorum malignis infidelium, aut hæreticorum irrisionibus exponere.* Qui temporalia a Deo exposcit, pavidus debet eadem rogare, Divinæque Voluntati ac omnino committere... Cum sæviunt infortunia, homines plerumque Deum, quomodo oporteret, non orant: liberari se petunt, nihilque præterea curant: cumque cæteroquin pietate, ac devotione erga Sacramentum Altaris exardescant; videntes, educi illud e Tabernaculo post recitatas preces, afferri ad Ecclesiæ januam, eodemque adhibito per Sacerdotem benedici ad eam regionem, unde erumpunt turbines, & procellæ, vel ad eam, in qua fuerit incendium, implentur fiducia quadam, certaque spe, ad exitum jam pertigisse calamitates suas, &, si id haud fiat, sicuti ex justo Dei judicio pluries reipsa non contingit, magnum exinde subest periculum, ne labefactetur, vel tepescat fervens illa devotio erga Augustissimum Altaris Sacramentum; misso interea facto altero periculo irrisionum ab incredulis. Atque hæ profecto animadversiones fecerunt, ut a solertissimis Episcopis statueretur, ne Pyxis e Tabernaculo educatur, ne exportetur ab Ecclesiis, neve cum ea in Ecclesia, vel extra Ecclesiam ad tempestates, aut incendia benedicatur.

§. 15. Haud absimilis est obsessorum exorcizandorum species: In Rituali siquidem permittuntur San-

cto-

ctorum Reliquiæ, opportunis adhibitis cautelis, eorum capitibus, pectoribusque imponi: *Reliquiæ quoque Sanctorum, ubi haberi possint, decenter, ac tuto colligatæ, & cooperta, ad pectus, vel ad caput obsessi reverenter admoveantur*. Non tamen licet ad caput eorum, vel pectus Sacram admovere Eucharistiam, ob irreverentiæ periculum: *Sanctissima vero Eucharistia super caput obsessi, aut aliter ejus corpori non admoveatur, ob irreverentiæ periculum*: Etsi in Vita Sancti Bernardi, in Chronicis Belgicis Molineti, & in Catalogo Belgico Beroardi a Lucemburgo litt. G. haud desiderentur exempla Sanctorum Virorum, qui tale quidpiam præstitere, atque ita ab obsessis dæmones ejeceruot: Facta enim hæc, sicut prædiximus, iis accensenda sunt exemplis, quæ admiratione quidem, non vero imitatione prosequi debeas.

§. 16. Cæteris quibusque Auctoribus Joannes Baptista Thiers eruditius, doctiusque de hac quæstione disseruit, illamque diremit juxta ea, quæ hactenus dicta sunt, in suo Tractatu *de Sanctissimo Sacramento* 2. *part. cap.* 12.; & quidquid ibi latius attulit, legitur ab ipso summatim resumptum in suo Tractatu *de Superstitionibus tom.* 2. *cap.* 13. Opus Thiers *de Expositione Sacramenti* valde commendatum, probatumque fuit a pio, ac docto Cardinali Bona, uti nosse licet ex ejus Epistola 321. in tomo, hoc ipso anno 1755. cuso, pag. 246,.... Tanti Cardinalis sententiæ Ipsi subscribimus, sed quoad præsentem quæstionem erudite adeo discussam a Thiers, putamus, deesse nonnulla, quæ nisi congrua aliqua interpretatione solvantur, concidit Thiers assumptio, atque etiam nonnihil concuti possunt, quæ hactenus constituta sunt.

§. 17. Hoc maxime Thiers expendit, cum in tot Synodis actum sit, ac constitutum quidquid agi oporteet, dum aliquod tempestatis, incendiique accidit infortunium, ne unam reperiri quidem suadentem, vel permittentem Benedictionem, Sacramento adhibito. Præterea, ex tot Ritualibus, in Sacrarum Functionum normam impressis, nullum penitus adinveniri, consentiens, ut tempestatibus, incendiisque, Sacramento adhibito, benedicatur; etsi cæteroquin similia non desint Ritualia, & monumenta Benedictionum, quæ, adhibitis Sanctorum Reliquiis, vel Crucis imaginibus, impertiantur: & ex tanto omnium silentio validum elicit argumentum adversus Ritum benedicendi, adhibito Sacramento, tempestatibus, incendiisve. At si forte nonnulla extarent Ritualia, quibus hoc plane suaderetur, ingens concuteretur ædificium, omniaque disrupta corruerent.

§. 18. . . . Author Sacerdotalis Romani fuit Pater Albertus Castellani Ordinis Prædicatorum, qui multo labore illud elucubravit, dicavitque Leoni X. Pontifici Maximo. Et antequam typis traderetur, examinatum, emendatumque fuit jussu Pii IV. Pontificis, veluti cognoscere est *tom.* 2. *Scriptorum Ordinis Prædicatorum P. Jacobi Echard pag.* 48. Alterum Rituale Authorem habuit Cardinalem Sanctorium, S. Severinæ nuncupatum, teste Ciacconio *in ejus Vita tom.* 3. *pag.* 1044. De hoc autem Rituali Cardinalis Sanctorii perhonorifica fit mentio in Brevi Summi Pontificis Pauli V. incipiente, *Apostolicæ Sedis*, dato quarto Idus Julii 1614., impressoque ad frontem Ritualis Romani ab eodem Paulo Pontifice evulgati....

§. 19. His tamen nihil facessentibus, stat Thiertis Assertio: præindicata quippe duo Opera publicæ auctoritatis pondere destituuntur. Nos nihil detractum volumus egregio Operi Patris Alberti Castellani, sed asserimus, esse privati Authoris Opus, nullumque extare argumentum, quo illud a Pio IV. Pontifice approbatum demonstretur. Neque id temere, aut nulla ratione affirmamus. Agitur in eo Opere de Baptismi forma sub conditione, ac recensentur peculiares factorum circumstantiæ, quando, in hujusmodi Sacramento administrando, forma sub conditione uti licet; a Sacramento autem Pœnitentiæ universim hæc forma sub conditione rejicitur: *Secus in Sacramento Pœnitentiæ, quod non licet*. Theologi illi, qui in Sacramento Pœnitentiæ ministrando locum esse negant formæ sub conditione, auctoritate utuntur Sacerdotalis Romani a præfato Religioso compositi, venditantes, illud Pontificia auctoritate roboratum. At cæteri, quibus forma sub conditione in Pœnitentiæ Sacramento probatur, fidenter respondent, neque anteacto tempore fuisse unquam demonstratum, nec demonstrari nunc posse, enunciatum Opus fuisse ab aliquo ex Summis Pontificibus approbatum, quod & Ipsi expressimus in Nostro Opere *de Synodo Diœcesana lib.* 7. *cap.* 15. *tom.* 2. (ut infra).

§. 24. Est, . . Opus Cardinalis Sanctorii omni commendatione dignum, optimoque jure sibi vindicat laudes, quæ de eo tum in adnotatione Cardinalis Bellarmini, tum in præmemorato Brevi Pauli V. leguntur. Nosque ipsi Authoris laborem, & eruditionem sæpius admirati, non prætermisimus eo uti, debitamque laudem in nostris evulgatis Operibus ipsi tribuere. At, ex superius allatis notitiis, fieri nullo modo potest, ut ipsi vis legis concedatur, existimeturque veluti Opus a Summis Pontificibus approbatum, & tanquam Rituale Romanum. Titulus enim hic solummodo convenit Rituali Pauli V. Pontificis, ad Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos per ipsum directo, *ut in posterum, tanquam Ecclesiæ Romanæ Filii, ejusdem Ecclesiæ omnium Matris, & Magistræ auctoritate constituto Rituali in Sacris Functionibus utantur, & in re tanti momenti, quæ Catholica Ecclesia, & ab ea probatus usus antiquitatis statuit, inviolate observent*, uti legitur in illius Brevi anni 1614., quo Rituale Romanum confirmat: & in quo licet adnotatæ legantur preces recitandæ *ad repellendam tempestatem*, fitque mentio sonitus æris campani, signi Crucis, atque aspersionis Aquæ Benedictæ; nullum tamen omnino fit verbum de Benedictione, adhibito Sacramento, impertienda.

§. 25. Denique in una libræ lance statuatur Opus Cardinalis Sanctorii, quod, quanticumque tandem sint reliquæ exceptiones omnes, nunquam dici poterit Pontificia auctoritate roboratum, illique in novam oneris accessionem superaddatur alterum Opus Patris Castellani, nunquam & ipsum approbationem illam Pontificiam consequutum; in altera vero lance ponantur Synodi Sancti Caroli Borromæi, quamvis illæ, si vim legis consideres, in Diœcesi, totaque Provincia Mediolanensi solummodo obtineant; hæcque omnia si quispiam ponderet, conspiciet illico, propendere illam Synodorum lancem, quumque, aliquo hujusmodi casu sese offerente, deliberandum erit, obstrictum se noscet, vi quidem directiva, amplecti quidquid fuit a S. Carolo præfatis in Synodis constitutum. Non indigent profecto præfatæ Synodi, ut quidquam illis adjiciatur, aut si quæ fieri vellet accessio, in promptu illa quidem esset, & fa-

facillime comparanda ex aliis Synodis, & Ritualibus aliarum Diœcesium, in quibus, ex norma in S. Caroli Synodis tradita, statutum cernitur, ut cum incendii periculum subest, aperiatur Tabernaculum, Sacramentum relinquatur obtectum, religiosa fiat precum recitatio, nec extrahatur Sacramentum, ac proinde ne cum eodem ad incendia, tempestatesque benedicatur.

§. 26. Supra allatæ sunt Synodorum, Authorumque Transalpinorum auctoritates, nunc alias superaddemus ex Italis nostris desumptas. Injuriam sibi faceret is, cui incomperta essent tum eximia Virtus Præsulis Gratiani, olim Ameriæ Episcopi, tum ejusdem celebris Synodus habita anno 1595., *in cujus cap.* 109. ita legitur: *Ad arcendas pluvias, tempestates, procellasque, quæ forte impendere videbuntur, nemo Sacerdos Pyxidem ipsam cum Sacramento efferat, sed tantum Tabernaculum, patefacto ostio, adaperiat, & in conspectu Sacramenti, genibus ad terram datis, Litanias, aliasque preces ejus rei causa institutas, pie, sancteque cum populo, qui aderit, aut cum Clericis, aut etiam solus, peragat, Divinamque benignitatem, ut mala, quæ peccata nostra merentur, misericordia sua avertat, religiose precetur.* Perspecta quoque est præstantia in rebus ad Ritum spectantibus Patris Bartholomæi Gavanti, qui composuit *Enchiridion*, seu *Manuale Episcoporum* ad Sacras Functiones rite dirigendas; in hoc autem, verbo *Eucharistia num.* 14., hæc scripta reliquit: *Non adhibeatur contra grandinem, puta in valvis Ecclesiæ benedicendo aerem.* Nec missum faciemus Clericatum, utcumque cæteris recentiorem, non exiguam tamen laudem consecutum; in ejus quippe *decis.* 60. de Eucharistia *n.* 11. hæc leguntur: *At ad benedicendum aerem contra grandinem, prohibitum est Sacram Eucharistiam exponere in valvis Ecclesiæ.*

§. 27. His Litteris finem imponimus, tum quia aliis obruimur curis, tum & quia æstivis caloribus afficimur. Prudens Nobis probatur Fraternitatis tuæ agendi ratio, dum nihil graviter egisti in pium illum Sacerdotem, qui extra januam Ecclesiæ S. Nicolai in Carcere Benedictionem super populo, & ad incendium est impertitus; valde enim huic casui congruere Nobis videntur verba S. Bernardi *serm.* 40. *super Cantica*, ubi hæc scripta reliquit: *Etiamsi perperam actum quid deprehendas, nec sic judices proximum, magis autem excusa. Excusa intentionem, si opus non potes: puta ignorantiam, puta subreptionem, puta casum.* Verum cum haud justum, æquumque sit, ut, quæ sunt minus recte gesta, conniventia invalescant, iteratisque actibus quamdam veluti legitimæ, spectabilisque consuetudinis speciem obtineant; non solum tibi curæ erit, hanc Nostram Epistolam in Cancellaria tua custodiri, verum etiam Edictum; interposita auctoritate Nostra, propones, in certam normam eorum, quæ, excitato incendio aliquo, præstanda sunt, ut Deo supplicetur juxta Ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ: Edictumque ipsum, veluti ad amussim, exiges ad ea, quæ a Sancto Carolo noscuntur constituta, quæque fuerunt a Nobis in his nostris Litteris fusius exposita. Teque, Venerabilis Frater Noster, ex animo amplectentes, Apostolicam Benedictionem Tibi peramanter impertimur.

Datum apud Sanctam Mariam Majorem die 27. Julii 1755. Pontificatus Nostri Anno Decimoquinto.

Paruit Pontificio mandato Eminentissimus Urbis Vicarius, publicavitque 28. Augusti Edictum, quo in hunc modum rem breviter complexus est: „ La Santità di Nostro Signore ...... ci à comandato di „ pubblicare il presente Editto per regolamento del „ modo, col quale si dee ricorrere a Dio in simili „ casi. Quindi è, che adempiendo all' obbligazio„ne impostaci, ed inerendo agli Stabilimenti pub„blicati per simili occorrenze da S. Carlo Borro„meo nel terzo Sinodo Diocesano, e terzo Con„cilio Provinciale di Milano, da N. S. nell' enun„ciata Lettera lodati, ed autorizzati; ordiniamo, „ che per placare l' ira di Dio, quale si manifesta „ anco nel gastigo degl' Incendj, dalla Chiesa Par„rocchiale degli Edifizj, ne' quali si è appicciato „ il fuoco, o da qualunque altra delle vicinanze, „ a cui ne sia portata l' istanza, si dia un segno „ colla Campana maggiore per incitare il Popolo, „ e quivi accesi alcuni lumi all'Altare, nel quale „ dentro al Tabernacolo si conserva il Santissimo „ Sacramento, il Paroco, o altro Sacerdote vesti„to con Cotta, e Stola, apra lo stesso Taberna„colo, affine resti la S. Pisside esposta alla vista „ del Popolo, senza però rimuoverla dal sito, e „ successivamente si recitino le Litanie, e altre di„vote preghiere, implorando la Divina Misericor„dia „ *&c.*

1755. 8. Aug.

Quod Episcopis Vicariis Apostolicis Indiarum Orientalium injunctum fuit, ut, si Episcopum Coadjutorem, vel Vicarium Generalem non haberent, hunc sibi ex Clero sive Seculari, sive Regulari adsciscerent, tributis huic, Vicario Apostolico decedente, amplissimis facultatibus; id ipsum de cæteris etiam Vicariis Apostolicis constituitur. Sicuti que in Hibernia, & alibi, moriente Episcopo, Loci Ordinario Residentiali, de Vicario Capitulari prospicitur.

Venerabilibus Fratribus, ac dilectis Filiis, Metropolitanis, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque Apostolicis Vicariis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, ac dilecti Filii, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

QUam ex sublimi hac Sacrosancti Apostolatus Specula, in qua per ineffabilem Divinæ Bonitatis abundantiam plane immerentes præsidemus, pro injuncta Nobis gravissima omnium Ecclesiarum sollicitudine, impositaque omnium Animarum Jesu Christi Sanguine redemptarum procuratione, alias, nempe die 26. mensis Januarii anno 1753., inivimus Apostolicæ providentiæ rationem pro Indiis Orientalibus; eamdem quoque, Venerabiles Fratres, ac dilecti Filii, in iis Partibus, in quibus vos constituti, ac deputati, Apostolicum ministerium vestrum, non sine magnis, assiduisque laboribus, & incommodis, laudabiliter obire pergitis, haud patimur desiderari, quemadmodum immensa Supremi Pastorum Principis Jesu Christi Charitas maximopere urget, ut eò alacrius omnem operam, studiumque Nostrum ad hoc conferamus, quò longiùs a Nobis Regiones illas abesse non ignoramus.

§. 1. Quoniam autem non sine gravissima Pontificii animi Nostri molestia tunc acceperamus, aliquem scilicet ex Indiarum Orientalium Apostolicis Vicariis Episcopali titulo, & charactere insignitum,

sed

sed sine Coadjutore cum futura successione, viam universæ carnis ingressum, ad repositam in Cælis coronam Apostolicis laboribus partam evolasse, ac neminem, qui Ordinariam pro defuncto Vicario Apostolico Jurisdictionem exerceret, repertum, aut deputatum fuisse; eapropter omnibus, & singulis Vicariis Apostolicis hujusmodi injunximus, & mandavimus, ut qui neque Episcopum Coadjutorem cum futura successione, neque Vicarium ex Clero sive Sæculari, sive Regulari Generalem haberent, statim atque ad unumquemque eorum aliarum nostrarum in simili forma Brevis desuper expeditarum Litterarum certa notitia pervenisset, deputarent Vicarium ex Clero sive Sæculari, sive Regulari, habilem tamen, atque ideonum, qui, eveniente cujusvis Apostolici Vicarii sine Coadjutore cum futura successione obitu, tamquam Apostolicæ hujus Sanctæ Sedis Delegatus, teneretur assumere, & obire regimen, & gubernium Apostolici Vicariatus, usque ad captam ejusdem Apostolici Vicariatus hujusmodi possessionem a novo Vicario Apostolico, quem eadem hæc Sancta Sedes constituisset, aut usque ad quamcumque aliam ab ipsa Sancta Sede ineundam ordinationem. Porro Vicario Generali hujusmodi, per Apostolicum quemcumque Vicarium sibi, ut præmittebatur, deputando, Nos laudatarum nostrarum Litterarum tenore, Apostolica auctoritate, concessimus, & tribuimus omnes, & singulas facultates perpetuis futuris temporibus valituras, quæ Vicariis Capitularibus cujusvis Cathedralis Ecclesiæ, Sede vacante, inesse, & de jure competere dignoscuntur. Præterea eidem Vicario Generali, post tamen Apostolici Vicarii obitum, concessimus, & impertiti fuimus usum, & exercitium earum facultatum, quibus utebatur, & gaudebat, dum viveret, defunctus Apostolicus Vicarius Episcopus, iis dumtaxat exceptis, quæ requirunt Ordinem, & Characterem Episcopalem, vel non sine Sacrorum Oleorum usu exercentur. Quandocumque vero necessitas urgeret, sæpe dicto Vicario Generali potestatem etiam indulsimus, & dedimus consecrandi Calices, Patenas, & Altaria portatilia, cum Sacris Oleis omnino ab Episcopo benedictis.

§. 2. Porro cum, sicut pariter accepimus, easdem omnino occasiones, eosdemque prorsus casus in istis, in quibus Vobis munus demandatum adimplere contenditis, Regionibus accidere, atque insimul reperiri aliquibus in locis nonnullos Apostolicos Vicarios haud Episcopali Titulo, & Charactere insignitos, sed per Apostolicas dumtaxat Litteras, sive sub Plumbo, sive in simili forma Brevis expeditas, pro Vicarii Aportolici hujusmodi Officio defungendo destinatos, propter quorum obitum eadem quoque momenta urgere possunt; eapropter easdem provisiones, & facultates, ut supra expressas, & pro Indiis Orientalibus initas, & concessas, sub iisdem modo, & forma, & non aliter, extendimus ad omnes istarum Regionum Apostolicos Vicarios, sive Titulo, & Charactere Episcopali insignitos, sive Sacerdotali dumtaxat Dignitate præditos; atque hisce quidem Sacerdotibus, ita, ut præmittitur, Apostolicis Vicariis, pariter injungimus, & mandamus, ut unusquisque, memor resolutionis suæ, teneatur deputare Pro-Vicarium, habilem tamen, atque idoneum, qui post cujusque obitum assumere debeat regimen Vicariatus Apostolici, atque in ejusdem Vicariatus munere permanere, & cum usu earum tantummodo facultatum, quibus utebatur, fruebatur, & gaudebat defunctus Vicarius, adlaborare debeat, donec, & quousque novus Apostolicus Vicarius, ab Apostolica hac Sancta Sede designatus, ipsius Vicariatus possessionem, & regimen adierit.

§. 3. Præterea cum compertum, exploratumque nuper fuerit, in Hibernia, Albania, Macedonia, Servia, Bulgaria, Insulis Maris Ægei, Perside, Mesopotamia (quemadmodum alibi fortasse reperiatur) reperiri aliquos Venerabiles Fratres Archiepiscopos, & Episcopos locorum Ordinarios, & Residentiales, quorum aliquot quidem Capitulum Canonicorum habent, aliquot vero ejusmodi Canonicorum Capitulo destituuntur; idcirco tenore, & auctoritate paribus statuimus, præscribimus, & mandamus, ut, eveniente cujuslibet Antistitis hujusmodi obitu, statim procedatur ad electionem Vicarii Capitularis, juxta morem, usum, & consuetudinem hactenus servatam; nimirum ubi Canonicorum Capitulum fuerit, vel a Canonicis dumtaxat, si ita in more jam positum, servatumque fuit, vel a Canonicis una cum aliis Ecclesiasticis Viris, quos in casibus hujusmodi semper intervenisse, & suffragium suum in ea electione tulisse constat. Quando autem Capitulum Canonicorum non habeatur, ii Parochi, sive soli, sive cum aliis Ecclesiasticis Viris, juxta modum itidem, usum, & consuetudinem de præterito servatam, ad Vicarii Capitularis electionem habendam accedant. Sed in hisce electionibus Vicariorum Capitularium quorumcumque volumus, præcipimus, & mandamus, ut omnino serventur Constitutiones Concilii Tridentini, præsertim in sessione 24. capite 16.

§. 4. Insuper volumus, & mandamus, ut in iis locis, in quibus Venerabiles Fratres Antistites Ordinarii eorundem locorum Residentiales neque Capitulum Canonicorum, neque Parochos in suis Civitatibus, & Diœcesibus habent, sed dumtaxat Sacerdotes aliquot, & Missionarii reperiuntur, per terras, & oppida dispersi, ita ut, cum quemlibet Antistitem ejusmodi mori contingat, insimul convenire minime valeant, tunc Vicarius Generalis, jam a defuncto Antistite constitutus, ipso facto intelligatur, sit, & habeatur Vicarius Capitularis, cum supra expressis facultatibus ad Vicarios Capitulares de jure spectantibus, exerceatque munus Vicarii Capitularis hujusmodi, donec, & quousque novus Antistes ab eadem Apostolica hac Sancta Sede designatus illuc advenerit, ac regimen susceperit. Verum probe intelligentes, haud facile in iisdem locis reperiri Ecclesiasticos Viros, qui sive Doctores, sive Licentiati in Jure Canonico in aliqua studiorum Universitate fuerint, quemadmodum pro Vicariatus cujuslibet sive Capitularis, sive Generalis munere obeundo requiritur; Nos earumdem Partium calamitates commiserantes, tenore, & auctoritate paribus, quemcumque in Vicarium Capitularem, ut præmittitur, in casibus antedictis eligendum, dummodo ad gubernium, & regimen habilis, & idoneus fuerit, nunc pro tunc talem esse, & haberi volumus, & declaramus, perinde ac si Doctor, sive Licentiatus in Jure Canonico fuerit.

§. 5. Decernentes, easdem præsentes Litteras, & in iis contenta quæcumque semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, & illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocum-

que spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & eorumdem Cardinalium Congregationes, & quosvis alios quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, & quibuscumque aliis Decretis in genere, vel in specie, aut aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterum Vos, Venerabiles Fratres, dilecti Filii, iisdem quoque, quibus Indiarum Orientalium Apostolicos Vicarios prosequuti fuimus, Apostolicis verbis, & adhortationibus prosequimur. Itaque ex Apostolicæ providentiæ, auctoritatisque Nostræ ratione, maxime ad procurandam salutem Animarum consentanea, a Nobis suscepta, atque unicuique vestrum præcepta, animadvertite, quanta sit Apostolici muneris unicuique vestrum injuncta cura, atque eapropter satagite, ut per assiduos labores, vigilantiam pastoralem, sollicitudinemque contendatis, ne quispiam Christifidelium Vobis commissorum, & de quibus ratio Supremo Pastorum Principi Æterno Judici reddenda est, pereat; sed potius, ut omnes æternam salutem consequantur, & Vobis merces vestris meritis debita a justo remuneratore Deo tribuatur. Nos interim cœlestis præsidii auspicem Apostolicam Benedictionem, in populos etiam vestrarum Diœcesum, vel Provinciarum redundaturam, Vobis, Venerabiles Fratres, dilecti Filii, peramanter impertimur.

§. 7. Volumus autem, ut earumdem præsentium Litterarum transumtis, seu exemplis, etiam impressis, & a Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum Præfecto, & Secretario, pro tempore existentibus, subscriptis, & Sigillo ejusdem Congregationis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 8. Augusti 1755. Pontificatus Nostri Anno Decimoquinto.

Cajetanus Amatus.

1755. 26. Aug. *Apostolici*
quatuor Pœnitentiariis Basilicæ S. Mariæ Angelorum prope Assisium restituitur facultas absolvendi Diœcesanos Fideles a Casibus Assisiati Episcopo reservatis.

Sacra Pœnitentiaria ex deductis in hoc supplici libello, iisque mature in ejusdem Signatura habita die 26. Augusti 1755. discussis, facultatem aliàs prædictis PP. Pœnitentiariis ablatam, absolvendi scilicet a Casibus Ordinario Assisinaten. reservatis quoad ejus Diœcesanos, Auctoritate Apostolica restituit: itaut in futurum hac facultate unà cum aliis in Tabella descriptis uti possint, & valeant. Quibuscumque in contrarium facien. non obstantibus. == Dat. Romæ in Sacra Pœnitentiaria hac supradicta die 26. Augusti 1755.

A. A. Card. Galli Major Pœnitentiarius.
Franciscus Petrucciolus S. P. Secret.
Loco ✠ Sigilli.

Anno 1737., cum Episcopus, qui Assisiati Ecclesiæ id temporis præerat, apud S. Pœnitentiariam facultatem prædictam oppugnavisset; facultas eadem ipsius quidem Sacri Tribunalis Decreto, 26. Novembris edito, agnita fuerat legitima; at vero, ne dissentioni pateret aditus, adempta fuerat in posterum, mandatumque, ut deinceps, quales opus foret, haberetur ad ipsam S. Pœnitentiariam recursus. Incolumis tamen semper mansit facultas, quantum spectabat ad alios aliarum Diœcesum Fideles. Prior igitur facultas illa, pertinens ad Fideles Diœcesis Assisinatis, per hoc Decretum restituta est. Plura de hac re docebit Opus inscriptum, Seculi Serafici (*Secul. VI. Cap. 6. p. 294. in fin. seqq.*).

1755. 28. Augusti == *Edictum Eminentissimi Urbis Vicarii vid. supr. ad diem 27. Julii 1755. ad calc.*

1755. 30. Aug. *Decretum*
Sac. Rituum Congregationis in Angelopolitana.

Cum Capitulum, & Canonici Ecclesiæ Cathedralis Angelopolitanæ in Indiis Occidentalibus Sacræ Rituum Congregationi humiliter exposuerint, tam in eadem Cathedrali, quam in tota Diœcesi adamussim observata fuisse Decreta ejusdem Sacræ Congregationis, & signanter illud de Anno 1735. præcipiens, quod Officia Sanctorum, quæ in fine Anni supererunt, non sunt transferenda ad Annum sequentem, sed quoties toto Anni decursu de illis celebrari non valeat, tunc in illo Anno diebus illorum propriis consideranda sunt tamquam simplicia, faciendo illorum commemorationem, ut in semiduplicibus, cum nona lectione composita ex omnibus lectionibus propriis secundi Nocturni (si proprias habuerint) ad modum unius: sed cum quidam Religiosus Matritensis in Kalendario Typis dato inter cætera adnotaverit circa supradictum Decretum, quod principium Anni in hoc casu a die illius Festi, non vero a Mense Januario computandum sit; ideo ad tollendum quodcumque dubium, eidem Sacræ Rituum Congregationi enixe supplicarunt, quatenus benigne declarare dignaretur, quod intelligendum sit de Anno communi, qui incipit Mense Januario, & non aliter.

Et Sacra eadem Congregatio ad relationem mei Secretarii, damnata Religiosi Matritensis vana interpretatione, Capitulo, & Canonicis præfatæ Ecclesiæ Metropolitanæ respondendum censuit == Decretum diei vigesimæ sextæ Novembris 1735. esse intelligendum de Anno vulgari, & communi, qui a Kalendis incipit Januarii. == Et ita declaravit die 30. Augusti 1755.

1755. 11. & 22. Septembr. == *Pontificia Rescripta duo vid. infr. ad diem 21. Januar. 1756.*

1755. 18. Sept. *Innocentii XIII.*

Literæ pro PP. Reformatis editæ, qui ad Minorum Pœnitentiariorum munus in Basilica S. Joannis Lateranensis obeundum assumuntur, declarantur, & confirmantur,

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

AB inita Sacrosancti Apostolatus procuratione, quam Supremus Pastorum Princeps Jesus Christus per ineffabilem suæ Divinæ bonitatis abundantiam imbecillitati Nostræ credere dignatus fuit, omnem curam, studiumque Nostrum collocare studuimus, ut, quoad Nobis integrum esset, non solum omnia, ad majorem Divini Nominis Cultum, ad Catholicæ Fidei decus, & incrementum, stabilemque tum Orthodoxæ Doctrinæ, tum Ecclesiasticæ Disciplinæ firmitatem magis magisque profutura, conferre; verum etiam omnia, vel obscura clarius explicare, vel nunquam quidem discussa, mature tamen expensa dilucide proponere, vel alias concessa a fel. recor. Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris, sed in speciem veluti contraria, invicem componere, aut, quatenus opus esset, de novo concedere satageremus. Sane fel. rec. Urbanus PP. VIII. Prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis Literas, pro Fratribus Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatis nuncupatis Hispaniarum, & Indiarum die III. Decembris Anno MDCXXXV. datas, inter alia præscripserat == Quodque nullus eorumdem Fratrum Discalceatorum, qui Minister Provincialis non fuerit, titulo, & exemptione Patris gaudeat, etiam si fuerit, vel pro tempore sit Vicarius Provincialis ==, & alia, prout in ipsis Urbani Prædecessoris Literis continetur. Postmodum vero fel. itidem record. Innocentius PP. XIII. pariter Prædecessor noster hanc Urbani Prædecessoris Constitutionem non ignorans, cum sibi expositum fuisset, haud æquum videri, ut Fratres Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, ex diversis prædicti Ordinis Provinciis, Linguis, & Nationibus ad munus Minorum Pœnitentiariorum in Ecclesia S. Joannis in Laterano de Urbe pro suo quisque idiomate exercendum assumpti, qui assiduam, laudabilemque ibidem pro Animarum salute operam exhibent, majoremque vitæ partem in eorum Officiis traducunt, quoscumque gradus, & dignitates in ejusmodi Provinciis consequendi spe frustrati remanerent; apropter iisdem Fratribus Minoribus Pœnitentiariis privilegia Ex-Provincialium sub certis modo, & forma tunc expressis concessit, & indulsit, prout in Apostolicis in simili forma Brevis ejusdem Innocentii Prædecessoris Literis die prima Septembris 1721. expeditis uberius itidem continetur. Nos autem, qui non pauca iisdem Minoribus Pœnitentiariis, in laudata Basilica Nostra Lateranensi ad Sacras omnium utriusque sexus Christifidelium ex toto Orbe confluentium Confessiones excipiendas assidue, & laudabiliter adlaborantibus, commoda comparare non omisimus; animadvertentes, ex memoratis tum Urbani, tum Innocentii Prædecessorum Literis facile, sed indebite in dubium revocari posse, Fratres nimirum Minores Reformatos hujusmodi, ex diversis Provinciis, Linguis, & Nationibus assumptos, sive Excalceatos, sive Recollectos, sive quocumque alio nomine nuncupatos, in ipsis Innocentii Prædecessoris Literis minime comprehendi: idcirco ad omnem auferendam dubietatem motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine tenore præsentium declaramus, Fratres Minores Reformatos sive Excalceatos, sive Recollectos in laudati Innocentii Prædecessoris Literis comprehendi, & comprehensos esse intelligi, ac debere, &, quatenus opus sit, de novo concedimus, atque in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub Ecclesiasticis censuris, & pœnis ipso facto incurrendis, volumus, & mandamus, ut iidem Fratres Minores Reformati, sive Excalceati, sive Recollecti, sive quocumque alio nomine, ut præmittitur, nuncupati, qui juxta sæpedicti Innocentii Prædecessoris Constitutionem laudabilem vitam in eorum Collegio Lateranensi, vulgo Pœnitentiaria Apostolica, duxerint, & servitium, ac ministerium hujusmodi in prædicta Ecclesia Sancti Joannis in Laterano Sedi Apostolicæ, juxta Ordinationes, & Statuta Collegii dictorum Pœnitentiariorum per Cardinales Majores Pœnitentiarios prædecessores edita, vel per pro tempore existentem Cardinalem Majorem Pœnitentiarium edenda, Decennii spatio præstiterint (de quorum tamen adimplemento, & requisitis idem pro tempore existens Cardinalis Major Pœnitentiarius pro ejus arbitrio, & conscientia Superioribus ipsius Ordinis testimonium exhibeat), reversi deinde ad proprias Provincias de licentia ejusdem Cardinalis Majoris Pœnitentiarii, omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, præeminentiis, & præcedentiis, quibus Fratres Ordinis prædicti, qui Ministri Provinciales fuerunt, tam de jure, usu, & consuetudine, quam aliàs quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pari modo, & absque ulla prorsus differentia statim uti, frui, & gaudere libere, & licite possint, & valeant, ac debeant, in omnibus, & per omnia, perinde ac si Provincialatus munere perfuncti fuissent; ita tamen, ut inter ipsos Minores Pœnitentiarios Apostolicos, & Ex-Provinciales servetur æqualitas, & quoad ordinem præcedentiæ sola prioritas, sive antianitas Paternitatis attendatur. Decernentes, easdem præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus supra memorata Urbani Prædecessoris, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac prædictorum Ordinis, & Provinciarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, & privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specia-

 liter,

liter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumtis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVIII. Septembr. MDCCLV. Pontificatus Nostri Anno Decimosexto.

Cajetanus Amatus.

1755. 19. Sept. *Regulares, ad Ecclesias, & Cœnobia aliorum Ordinum confugientes, Prælatis suis restituendi sunt.*

SAcra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S.R.E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, audito P. Procuratore Generali Ordinis Capuccinorum, ac attentis narratis, censuit, dandum esse Decretum in subjecta materia emanatum sub die 5. Septembris 1738., videlicet: ,, Regulares unius
,, Religionis confugientes ad Ecclesias, & Mona-
,, steria alterius Religionis, Superioribus propriæ
,, Religionis restitui debere a Prælatis alterius Re-
,, ligionis, ad quorum Ecclesias, & Monasteria con-
,, fugiunt, præstito tamen ab iisdem Superioribus
,, Confugientium juramento, & facta obligatione de
,, servanda Immunitate Ecclesiastica, & de restituen-
,, do Confugientes præfatos Ecclesiis, vel Mona-
,, steriis, ad quæ confugerunt, casu, quo proceden-
,, dum sit ad pœnas corporales carceris perpetui,
,, mortis, & triremium propter delicta ab ipsis
,, Confugientibus commissa; secus, si ipsi Superio-
,, res procedere deberent ad pœnas ordinarias, &
,, ad correctionem Regularem per Constitutiones Or-
,, dinis præscriptas: cujus rei declaratio ad Definito-
,, rium Provinciale, vel, ubi illud non fuerit, ad
,, Consilium Conventus spectabit. Quod si, consti-
,, to, Regulares confugientes pœnas dumtaxat or-
,, dinarias, & per Constitutiones Ordinis ad corre-
,, ctionem præscriptas promereri, Prælati alterius Re-
,, ligionis renuant, eos propriis Superioribus restitue-
,, re, vel ipsi Regulares ad proprias Religiosas Do-
,, mos redire recusent; Sacra eadem Congregatio
,, utrosque, ad instar apostatarum, vel apostatas re-
,, cipientium, in excommunicationem Summo Pon-
,, tifici reservatam incursos declaravit ,,.

Romæ die 19. Septembria 1755.

C. A. Card. Cavalchini.
P. H. Guglielmi Secret.

Loco ✠ Sigilli.

Decretum idem, Anno 1738. die 5. Septembris editum, confirmatum fuit a san. memor. Clemente XII. suis Apostolicis Litteris, quas hic, oblata opportunitate, subjiciendas censemus.

,, CLEMENS PAPA XII.

,, *Ad perpetuam rei memoriam.*

,, ALias pro parte dilecti Filii Ignatii Padilla
,, Fratris expresse professi, in Sacra Theolo-
,, gia Magistri, Provinciæ SS. Nominis Jesu Me-
,, xicanæ Ordinis Eremitarum S. Augustini Procu-
,, ratoris ad specialia negocia missi, Nobis expo-
,, situm fuit, quod in dicta Provincia abusus valde
,, observantiæ Regulari præjudiciales, nempe, quod
,, aliqui Religiosi inquieti, & parum observantiæ
,, sui Instituti amatores, obedientiam, reverentiam-
,, que, ac subjectionem suis Prælatis debitas parvi-
,, facientes, ad Cœnobia aliorum Ordinum, vel
,, Congregationum, aut Institutorum prætextu eva-
,, dendæ violentiæ, & effugiendi rigorem suorum
,, Superiorum confugiant, irrepserant; & licet Su-
,, periores prædicti a Prælatis Conventuum, ubi præ-
,, dicti Religiosi confugiunt, petant, ut patiantur,
,, quod obligatio obediendi propriis Superioribus, &
,, sese ad propria Cœnobia restituendi intimetur,
,, vel quod illos propriis Superioribus tradant, neu-
,, trum obtineri solet, protestantes aliorum Ordinum,
,, vel Congregationum, aut Institutorum Prælati,
,, ubi dicti Religiosi confugiunt, eosdem gaudere
,, Immunitate Refugii, & consequenter a proprio
,, Prælato non posse extrahi, requiri, aut notifica-
,, ri, utpote in alieno territorio existentes, neque
,, Superiores aliorum Ordinum prædictorum debere
,, dictos Religiosos confugientes tradere; & in ea-
,, dem expositione subjuncto, quod dilectus etiam
,, Filius modernus Prior Provincialis Provinciæ, &
,, Ordinis prædictorum in angustias positus ad Ve-
,, nerabilem Fratrem modernum Archiepiscopum Me-
,, xicanum illius Regni Proregem recursum habere
,, coactus fuerat, ut ei auxilium regium imperti-
,, retur, quo dispersum gregem ad Ovile proprii
,, Ordinis reducere, & hoc tantum medio relatis
,, præjudiciis occurrere posset. Cum autem minime
,, lateat, quod si hæc janua Asyli, aut Refugii Re-
,, ligiosis pateat, funditus Disciplina Regularis, ac
,, debita propriis Superioribus Obedientia corruant,
,, necnon jurgia, & discordiæ inter Superiores re-
,, spective Ordinum cum Sæcularium scandalo pro-
,, culdubio pullulent;

,, §. 2. Porro, ut tot malis occurreremus, per
,, Nos declarari summopere desiderabat, quod di-
,, ctis Religiosis ad Conventus aliorum Ordinum,
,, vel Congregationum, vel Institutorum confugien-
,, tibus Immunitas Refugii, seu Asyli minime suf-
,, fragetur, sed a proprio Superiore judicialiter ex
,, alieno Conventu unusquisque confugientium hu-
,, jusmodi extrahi, & ad proprium, quocumque
,, privilegio Regularibus concesso hac in parte non
,, obstante, reduci possit. Quod si dicti Religiosi
,, adhuc rebelles in parendo propriis Superioribus,
,, ad suum Conventum eosdem redire jubentibus,
,, perseverent, vel dicti Superiores eos titulo Refu-
,, gii recipientes, & auxilium præstantes, propriis
,, Superioribus tradere renuerint, utrique pœnas, fu-
,, gitivis, & eorum fautoribus, & protectoribus,
,, necnon rebellibus, & inobedientibus per hanc Apo-
,, stolicam Sedem impositas, ipso facto, & absque
,, alia declaratione incurrere debeant.

,, §. 3. Nos supplicem Libellum Nobis por-
,, rectum ad Congregationem Venerabilium Fra-
,, trum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, nego-
,, tiis, & consultationibus Episcoporum, & Re-
,, gularium præpositam, remisimus, a qua
,, emanavit Decretum tenoris, qui sequitur, vi-
,, delicet ==

,, *Sacra Congregatio Eminentissimorum, ac Reve-*
,, *rendissimorum S. R. E. Cardinal. negotiis, & con-*
,, *sultationibus Episcoporum, & Regularium præpo-*
,, *sita, ad quam Sanctiss. Dominus Noster supplicem*

,, Li-

„ *Libellum remitit, attenta relatione Eminentissimi*
„ *Firrao præfati Ordinis apud Sanctam Sedem Pro-*
„ *tectoris, re mature perpensa, decrevit, Regulares*
„ *unius Religionis confugientes* &c. (ut pag. præc. A.
„ usque ad verba „ *incursos declaravit*) .
„ *Romæ 5. Septembris 1638.*
„ *I. Cardin. Firrao.*
„ *C. Archiepiscopus Damiatæ Secret.*
„ §. 4. Cum autem, sicut dictus Ignatius Procu-
„ rator Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum
„ hujusmodi, quò firmius subsistat, & servetur exa-
„ ctius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio
„ communiri plurimum cupiat;
„ §. 5. Nos ipsum Ignatium Procuratorem spe-
„ cialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, &
„ a quibusvis excommunicationis, *&c.*, supplicatio-
„ nibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter por-
„ rectis inclinati, Decretum præinsertum Auctorita-
„ te Apostolica tenore præsentium confirmamus, &
„ approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmi-
„ tatis robur adjicimus, salva tamen semper in præ-
„ missis auctoritate memoratæ Gongregationis Car-
„ dinalium.
„ §. 6. Decernentes, easdem præsentes Litteras
„ firmas, validas, & afficaces existere, & fore,
„ suosque plenarios, & integros effectus sortiri, &
„ obtinere, ac illis, ad quos spectat, & spectabit
„ in futurum, plenissime suffragari, & ab eis respe-
„ ctive inviolabibiter observari; sicque in præmissis
„ per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delega-
„ tos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores
„ judicari, & definiri debere; ac irritum, & ina-
„ ne, si secus super his a quoquam quavis aucto-
„ ritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.
„ §. 7. Non obstantibus *&c.*
„ §. 8. Volumus autem, *&c.*
„ Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem
„ sub Annulo Piscatoris die 20. Decembris 1738.
„ Pontificatus Nostri Anno IX. „ .

1755. 29. Novemb. *S. R. C. Decretum,*
quo conceditur Officium., & Missa de Comm.
cum Orat. propria
B. SERAPHINÆ SFORTIÆ.

PISAUREN.

PORrectis humiliter precibus S. R. Congregationi a Duce Philippo Sfortia Cesarini, quatenus Officium, & Missam de Comm. non Virg. nec Mart. cum suprascripta Oratione propria B. SERAPHINÆ SFORTIÆ, Monialis Professæ Monasterii Corporis Domini Pisauri Ordinis S. Claræ, Civitati, & Diœcesi Pisauri, necnon universo Ordini Minor. S. Francisci, ac insuper Ecclesiis, & Oratoriis, quæ sunt de Jure Patronatus præfati Ducis, sub ritu duplicis minoris concedere dignaretur; S. Congregatio, ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi D. Card. Columnæ de Sciarra Ponentis, audito prius R. P. D. Benedicto Veterani Fidei Promotore, benigne rescripsit: Pro gratia quoad Civitatem tantum sub ritu duplicis minoris, quo vero ad Diœcesim Pisaurensem, necnon Ordinem Minorum, & Oratoria propria, & Ecclesias principaliores Feudorum Oratoris sub ritu semiduplicis tantum, ad primam diem non impeditam ab Ordinariis Locorum designandam, si Sanctissimo Domino Nostro placuerit. Die 29. Novembr. 1755.

Factaque deinde per me Secretarium de prædictis, eidem Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit. Die 10. Decembr. 1755

D. F. Card. Tamburinus Præfect.

M. Marefuscus S. R. C. Secret.

Loco ✠ Sigilli.

Concessæ deinde fuerunt Lectiones II. Nocturni propriæ: quod Decretum suo loco referemus.

1755. 29. Novemb. *Ejusdem*
S. R. C. Decreta in Varmien.

CUM Reverendissimo Episcopo Varmiensi nonnulla occurrerint Dubia circa Rubricas; Sacræ Rituum Congregationi enixe supplicavit, quatenus ea benigne resolvere dignaretur. Dubia sunt sequentia:

I. Cum adsint Decreta Sacræ Rituum Congregationis aliquoties repetita, quod in Missa de Beatis, idest nondum Canonizatis, *Credo* dici non debeat, dubitatur, an in Festis Beati Joannis Cantii, Beati Joannis de Dukla, Beati Ladislai de Gielniow, & Beatæ Cuneguudis Virginis, quorum Officium Auctoritate Sedis Apostolicæ tamquam de Patronis Regni principalibus ritu duplici primæ Classis in Polonia recitatur, *Credo* in Missa dicendum sit?

II. An in Festo Sancti Hyacinthi Confes. Ordinis Prædicatorum Regni Poloniæ Patroni principalis, quod, ex concessione S. Rituum Congregationis die 25. Septembris 1723. emanata, ritu duplici primæ Classis cum octava, Dominica infra octavam Assumptionis B. M. V. in Polonia celebratur; in ejusdem Sancti Confessoris Officio Hymni ad Horas terminari debeant: *Jesu tibi sit gloria* &c.; & an in Missa debeat dici Præfatio de B. M. V., quamvis juxta Rubricam generalem Breviarii, & Missalis Romani in Festis ritus duplicis primæ Classis nulla diei infra octavam fiat commemoratio?

III. Si Officium infra octavam Festi Sancti Joachimi Patris B. M. V., in Polonia ex indulto Sacræ Rituum Congregationis die 29. Januarii 1751. dato ad ritum duplicem primæ Classis cum octava elevati, & in Dominicam secundam post octavam Festi Assumptionis ejusdem B. M. V. translati, cum octava Festi Nativitatis B. M. V. concurrat, ut sæpissime contingit; faciendum est Officium de die infra octavam S. Joachim, an vero de die infra octavam Nativitatis &c.? Ratio dubitandi est, quod etsi Festum primæ Classis præcedat aliud secundæ Classis, attamen octava B. M. V. est pro universali Ecclesia, jam autem altera pro Polonia dumtaxat, sitque Devotio Fidelium ad Deiparam Virginem longe major.

IV. Ecclesia Collegiata loci Guttenstadt Diœcesis Varmiensis sub Titulo Sanctissimi Salvatoris, & Omnium Sanctorum dedicata fuit: sed cum potior Titulus, nempe Sanctissimi Salvatoris, illic nullam Festivitatem haberet, Episcopus ordinavit, ut Festum Transfigurationis Domini, quod in Octavario Romano, per Bartholomæum Gavantum concinnato, a Sacra Rituum Congregatione die 19. Februarii 1622. approbato, & Venetiis Typis Balleonianis anno 1733. impresso, *Salvatoris* appellatione venit, dignitatem Tituli Ecclesiæ habeat, & Officium de eadem Transfiguratione Domini ritu duplici primæ Classis cum octava deinceps recitetur.

Sa-

Sacra Rituum Congregatio dignabitur declarare, an hæc ordinatio sit observanda? Nulla quidem ex parte Capituli, & Cleri præfatæ Ecclesiæ est oppositio; Episcopus tamen desiderat, ut omnia auctoritate Sedis Apostolicæ fiant. In Statu Veneto Dominica tertia mensis Julii ritu duplici secundæ Classis recitatur Officium *SS. Redemptoris*, quod quidem Salvatori synonimum, sed in Polonia præcitati Officii usus nondum obtinuit.

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem mei infrascripti Secretarii loco Eminentissimi, & Reverendissimi Card. Guadagni Ponentia, censuit rescribendum =

Ad I., & II. Affirmative.

Ad III. Recitandum esse Officium de infra octavam S. Joachim.

Ad IV. Servandum esse Decretum ejusdem Reverendissimi Episcopi. Et ita declaravit die 29. Novembris 1755.

Quod in fine Dubii II. dicitur „ nulla diei infra octavam fiat commemoratio „ *intelligendum est, uti adnotat Spiridion Talù* (*in sua Collection. Decretor. S. R. C. n.* 1313.), *secundum ea, quæ habentur in Breviarii Rubrica VII.* de Octavis *n.* 3. *Cui adde Rubr. IX.* de Commemor. *n.* 4., *& Rubr. X.* de Translatione Festorum *n.* 2.

1755. 6. Decemb. *S. Congregationis Tridentini interpretis Responsum in* Cameracen. Nullitatis Professionis.

Post decem & octo annos (*ita in Folio Congregationis dtei prædictæ 6. Dec.*) a die ingressus in Monasterium *de Bliquis* Ordinis S. Francisci, querelam nullitatis suæ Professionis ob vim metumque a Matre illatum, anno 1753. in Archiepiscopali Curia Cameracensi proposuit Maria Placida Hoverland; inde libello, quem obtulit Sanctissimo Domino Nostro, postulavit, in integrum restitui adversus lapsum quinquennii. Data fuit Eminentissimis PP. postulationis hujus cognitio, & mandata Archiepiscopo Jurisdictio, ut, servata forma cognitissimæ Constitutionis ejusdem Sanctissimi Domini, Processus probationum, actorumque fieri posset. Processu in Urbem advento, Causa nunc proponitur, & Michael Giraud, aliique litis contra Mariam consortes narrant, eam in Monasterium, prævia iterata liberæ suæ voluntatis disquisitione, receptam fuisse, transactoque Probationis anno volentem lubentemque Professionem emisisse *die* 1. *Februarii anno* 1736.: obiisse Matrem, a qua vis illata dicitur, anno 1745. (*legendum puto* 1747.), neque ante Matris obitum, neque post obitum auditam unquam fuisse a Sanctimonialibus vocem aliquam Mariæ, qua de vi materna quereretur: potuisse eam, vix defuncta Matre, querelam proponere, cum causa metus desiisset: nec reponi posse, eam non reclamasse, quod sub Monialium oculis assidue fuerit, nam cum in eo Monasterio non servetur Clausura, & Moniales sive per Oppidum, sive per vicinas Civitates vagentur, ut infirmis serviant, utque rusticentur, uti etiam a Maria factum fuit, nulla erat causa, cur a Monialibus metuerit: non esse igitur post quinquennii lapsum audiendam, quia, cum a die obitus Matris octo anni transegerint, ratihabita censeatur Professio. Hinc inutile esse de Testibus, quos Maria proposuit ad vim metumque illatum probandum, agere; & tamen, singulis excussis, nullum esse, qui aut vim probet, aut eam directam fuisse ad cogendam Filiam, ut Professionem emitteret. Hæc summa est libelli a Michaele dati. Neque a Maria, neque a Defensore Professionis aliquid habuimus. Dubium est:

An constet de Nullitate Professionis in casu &c.?

Sacra vero Congregatio respondit: Non esse locum restitutioni in integrum, & amplius.

Quæ in præmissa Causæ hujus expositione leguntur fuisse Sanctimoniali objecta ad expressam ipsius, ac tacitam Professionem probandam; ea illi fuerunt objecta, quia sic reapse in casu *se res habuerant. Ceterum quot, & quanta necessaria sint, ut irrita sit expressa Professio, utque tacita non inducatur; quæ verò contrà sufficiant, ut inducatur hæc, atque illa sit valida; docebit Prosper Fagnanus* (*in C. Perlatum de his quæ vi met., in C. Ex parte, in C. Vidua, in C. Siquis, in C. Significatum, in C. Cum virum, in C. Ad nostram, de Regular., & in C. Insinuante, qui cler. vel vovent.*), *noster quoque Anacletus Reiffenstuel* (*Lib. I. Decretal. tit.* 40., *ac Lib. III. tit.* 31. *&c.*), *& alii, quorum nonnullos iidem laudant.*

Sic (*ut unum istud exempli loco attingam*) *tametsi ibi dicatur* „ cum a die obitus Matris octo anni transegerint, ratihabita censeatur Professio „; *hinc tamen nemo concluserit, oportere, anni octo interfluant, ut Professio rata habita censeatur. Ei nanque, qui metu etiam mortis ab aliis incusso solemnia nuncupavit vota, longe brevius tempus, postquam desiit metus, ad reclamandum permittitur. Doctores aliqui annum unum concedunt. Quidam menses duos. Nonnulli unum. Nonnulli etiam sentiunt, ratum habitum ingressum censeri, nisi metu illo liberatus* incontinenti *reclamet. Ac licet alii existiment, Id esse relinquendum arbitrio Iudicis, qui ex Personæ qualitate, &c. arbitretur, num tacite per perseverantiam fuerit a Persona eadem suus approbatus ingressus; hoc tamen Iudicis arbitrium* (*etiamsi admittatur*) *infra unius anni limites coercetur. Nam si ei, qui verbis nunquam vovit, annus dumtaxat conceditur, postquam metus desivit, adeout si per annum deinde tacendo ac dissimulando permanserit in Ordine, tacite censeatur professus; multo minus plusquam anni spatium illi potest concedi, qui expressa, & solemnia* (*etsi vi, & metus causa*) *nuncupavit vota. Quandoquidem prior ille sola opponatur præsumptione Professionis; hic vero Professione ipsa expressa, quam jam emisit.*

Hæc plenius legi possunt apud Fagnanum (*in cit. C. Perlatum n.* 12. *& seq.*). *Ubi tamen est animadvertendum, Innocentii verba illic a Fagnano relata* „ quamdiu metus durat, non fit ei præjudicium „ *explicanda esse secundùm ea, quæ Fagnanus idem* (*locis supr. cit., & alibi*), *aliique passim, de metus qualitate, de protestationibus necessariis, ac similibus, ex Juribus, & Doctoribus tradunt. Verbis insuper Innocentii ejusdem, quæ ibidem sequuntur* „ nisi incontinenti exeat „ *substituenda modò sunt hæc* „ nisi incontinenti reclamet „ (*ea nimirum servata forma, quam Leges, inter quas Literæ Benedicti XIV., incipien.* Si datam, *reclamanti præscribunt*). *Neque enim impræsentiarum quis potest auctoritate sua, ne cum Habitu quidem, irritæ Professionis causa e Conventu discedere. Recolenda ea, quæ notata sunt supra* (*ad* 11. Julii 1755.).

1755.

1755. 29. Decemb. *De celebratione trium Sacrorum in natalitio Iesu Christi Die Orientalibus interdicta, Epistola Benedicti PP. XIV., adjungenda ad encyclias Literas, Allatæ sunt, ad Missionarios per Orientem datas (supr. ad d. 26. Iul. 1755.).*

Venerabili Fratri Nicolao Lercari Archiepiscopo Rhodien. Congregationis Propagandæ Fidei Secretario.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

IN superiori ante proximum ad Nos habito accessu retulisti, te in suspicionem adductum, Sacerdotes Armenos Liburno in Portu commorantes Sacro Natali Domini die tres unumquemque Missas in Nationis suæ Templo celebrare; non prætermisisse opportunas ad Pisanum Archiepiscopum dare Litteras, ut certior fieres, num res, prout ferebatur, se haberet, &, si ita quidem, ex quo tempore invaluerit usus tria designato die offerendi Sacrificia; tibique fuisse a memorato Præsule rescriptum, offerri ab Armenis Sacerdotibus in Liburnensi suæ Gentis Ecclesia tres Missas Natalitio Christi die, idque in usu primum ea in Ecclesia fuisse positum a duobus Missionariis Parochis sub Annum 1725., exindeque semper rem eodem modo transactam; ac insuper ejus Gentis homines referre, multos per Orientem Sacerdotes Armenos Catholicos, ejusdemque Ritus Missionarios Sancto Natalis Christi die tres Missas singulos celebrare; a quibus porro omnibus Nostra ipse expetebas jussa de relinquenda, vel interdicenda trium Sacrorum oblatione, ab Armenis Sacerdotibus Natalitio Christi die Liburni in Gentis suæ Ecclesia fieri solita.

§. 2. Pervetustus est, atque universim in Latinam Ecclesiam receptus Ritus trini Sacrificii per unumquemque Sacerdotem Natalitio Christi die offerendi; verum apud Orientalem Ecclesiam nullum extat præfati Ritus vestigium; ne verbum quippe de eo in Liturgiis Græco-Arabicis Melchitarum, Syriacis, Chaldæisque, neque etiam in reliquis Cophtorum, Armenorum, Græcorum, atque Ruthenorum, qui Græcis sibi Ritus adscivere. Patres Basiliani Cryptæ Ferratæ, etsi Latinos aliquot Ritus amplexi sint, tres tamen Missas Natalis Domini die nec in memorato Monasterio, nec alibi celebrare consueverunt. Et in ipsa Provinciali Synodo habita sub Annum 1736. in Monte Libano, cui præfuit Joseph Simonius Assemanus Præsul, qui jussu Clementis XII. Prædecessoris Nostri eò profectus, imposito sibi muneri cumulate satisfecit, hæc leguntur *cap. 13. de Sacrosancto Missæ Sacrificio: Privilegium autem, quod Latini Presbyteri habent in Natali Domini, ter Missas celebrandi, ad nostros Sacerdotes nullatenus extendendum esse, decernimus, & statuimus: Non quod morem illum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, omnium Ecclesiarum Matris, ac Magistræ condemnemus: absit hoc a nobis, qui filii illius obsequentissimi sumus: sed quia veterem nostrum Ritum servari volumus.*

§. 3. Hæc Synodus, prævio opportuno examine, fuit a Nobis confirmata, veluti nosse licet ex Constitutione Nostra in Bullarium Nostrum illata. Cumque ex memorata Synodo, æque ac ex præjudicatis Liturgiis Orientalibus innotescat, offerri quidem in Occidentali Ecclesia trinum Natali Christi die Sacrificium, non item vero in Orientali Ecclesia; jam locus fit regulæ latius per Nos firmatæ in Nostris Encyclicis Literis datis octavo Kalendas Augusti Anni 1755. ad Missionarios per Orientem, præloque Congregationis Propagandæ Fidei impressis, non esse scilicet permiscendos Ritus; suum a Latina, suum itidem ab Orientali Ecclesia Ritum servari oportere: hoc quippe est Sacris Canonibus sancitum, Constitutionibus Apostolicis cautum, ac S. Sedis perpetuo systemate, præfatis Literis late demonstrato, firmatum.

§. 4. Et si unquam excipi contingeret, iisdem in Literis in exemplum per Nos adduci Latinos quosdam Ritus ab Orientalibus, & vicissim Græcos, quosdam Ritus a Latinis cooptatos, parata suppetit responsio, estque ejusmodi, id factum vel consectarium fuisse immemorialis consuetudinis secum ferentis famam concessi Apostolici Privilegii, vel inductum ex Privilegio Apostolico vero, conceptoque; quarum quidem rerum, quod ad præsentem quæstionem attinet, nec species ulla, quin potius perspicua ex adverso perstat probatio. Cum enim Edessenus Archiepiscopus, Armeni Ritus, Romæ degens, facultatem sibi expetiisset celebrandi tres Missas Natalitio Christi die, utque facultas ejusmodi ad reliquos etiam Sacerdotes Romæ commorantes protenderetur; propositis hujusmodi precibus in Congregatione Sacræ Inquisitionis coram Consultoribus decimo tertio Kalendas Martii 1710., relatisque iterum in Congregatione de more habita in Palatio Apostolico tertio Kalendas Martii, negativum redditum fuit responsum; quamvis is, cui demandata fuit provincia scribendi ea de re, scriptoque suam proferendi sententiam, in partem affirmativam sese præstiterit procliviorem, quemadmodum deprehendimus ex scriptis negotium illud attingentibus, quæ ex Ædibus Sacræ Inquisitionis afferri ad Nos voluimus. Et hoc fuit quidem dubium tunc propositum: *An dicto Archiepiscopo concedendum sit Indultum celebrandi tres Missas in die Nativitatis Domini more Latinorum, hocque extendendum ad omnes Presbyteros Armeni Ritus in Urbe commorantes?* Hoc vero rescriptum: *Quod petitum Indultum celebrandi tres Missas in die Natalis Domini more Latinorum, respondendum esse, Negative.*

§. 5. Prætereunda nec sunt, quæ in præfatis Litteris Nostris §. 45. a Nobis afferuntur. Cautum fuerat jam inde ab anno 1674., ut Armeni Liburno in Portu domicilium habentes, quippe unà nobiscum viventes, in Paschatis, cæterisque Festis diebus celebrandis, ad Gregorianum emendatum Kalendarium se conformarent. Tot, tantasque turbas commoverunt præfati Armeni, ut, habita sub Annum 1699. iterata Congregatione, decretum fuerit, ut usus veteris Kalendarii Armenis Liburnensibus relinqueretur, quousque ad novum recipiendum sese accommodassent, & quousque Apostolica Sedes aliud edixisset. Est itaque Liburnensibus Armenis sua pro ratione voluntas, respuunt Latinum Ritum, usum scilicet Kalendarii emendati, quamvis nobis intermixti vivant, sitque illud justitiæ consonum: cumque porro Latinum Ritum ter offerendi Sacrificium Natali Christi die sibi indebitum

expo-

exposeant, facile captu est, haud decere, ut sui voti compotes fiant.

§. 6. Reliquum illud est, quod asseritur in Litteris Pisani Archiepiscopi, Armenæ nimirum Nationis homines Liburno in Portu commorantes asseverare, memoratas tres Missas a multis per Orientem Armenis Sacerdotibus Catholicis, ejusdemque Ritus Missionariis celebrari; idque Nobis verisimile videtur; at nihil inde in rem præsentem. Beatus Bartholomæus Bononiensis ex Fratrum Prædicatorum Familia, fuit a Joanne XXII. Pontifice in Armeniam ablegatus sub Ann. 1318., & ab ipso Maragensis Episcopus inauguratus, exindeque translatus ad Naxivanum Archiepiscopatum. Quo ipso tempore præfatus Beatus Bartholomæus celebri illa Missione fungebatur, aderat in Armenia Isaias quidam Schismaticus trecentis septuaginta discipulis præpositus. Mens ipsi inerat recta, & motus fama sanctitatis B. Bartholomæi, edoctusque ab ipso Catholicæ Fidei veritatem, se ei socium adjunxit, suis omnibus discipulis secum adductis; tuncque contigit, ut institueretur Congregatio Fratrum Unitorum, assumpto ab iis omnibus habitu Dominicani Instituti, emissaque Professione Vitæ Regularis sub Regula S. Augustini, & Fratrum Prædicatorum Constitutionibus. Videre est omnia in Opere Patris Galani *de Consensione Armenæ Ecclesiæ cum Romana, parte 1. pag. 508. & seq.*, atque elucubrationibus *tomo 2. Historiæ Virorum illustrium Dominicani Ordinis* Authore Patre Touron *lib. 1. pag. 108. & seq.* Isthæc Congregatio subjecta fuit Magistro Generali Dominicanæ Familiæ ab Innocentio VI. sub Ann. 1356., uti colligere est ex ejus Literis in Dominicanum Bullarium relatis *pag.* 148., & in Generalibus totius Ordinis Comitiis habitis Anno 1583. nova hæc Congregatio ad Regularis Provinciæ gradus, jura, & honores attolli cœpit. Cum autem Isaiæ discipuli unam noscerent Armenam Linguam, præterea nullam, & plenam cæteroquin cum Dominicanæ Familiæ Religiosis unionem constituerent, necesse fuit, quemadmodum referunt præcitati Historici, ut Regulæ, Statuta, Breviarium, & Missale Ordinis in Linguam verterentur Armenam. Comperimus autem, temporibus nobis proximis institisse Patres Armenæ Provinciæ Ordinis Prædicatorum, quò sibi liceret typis mandari sua Breviaria, ac Missalia, e Latino in Armenum Idioma translata; annuitque precibus Congregatio Romanæ Universalis Inquisitionis habita octavo Idus Septembris 1713., deputatis emendatoribus, sive præli typici præsidibus, ut ad opportunas regulas exigerentur omnia, liceretque exinde tuto sibi polliceri, nullos in novam editionem errores irrepere, quod satis superque in hujusmodi casibus alias contigisse constiterat; probavitque omnia Summus Pontifex in Congregatione, proximo die, septimo videlicet Idus Septembris ejusdemmet Anni habita.

§. 7. Cum itaque Dominicanum Missale in Armenam Linguam versum fuerit, cumque in Missali Dominicano tres reperiantur adnotatæ Missæ Natalitio Christi die celebrari solitæ, videtur admodum simile vero, Sacerdotes quosdam Armenos, & Missionarios, videntes, tres Missas a Patribus Dominicanis celebrari Natalitio Christi die, cœpisse & ipsos tria Sacrificia offerre, Dominicano Missali utentes in Armenam Linguam reddito: quoties autem ita se res habeat, quod verosimilius est, quisque sanæ mentis homo facile animadvertet, haud subsistere fundamentum in oblatione trini Sacrificii a nonnullis Armenis per Orientem peragi solita, constitutum, nec eo juvari ullatenus posse Armenos Liburno in Portu commorantes; eo quòd tres Missæ, in Missali Dominicano adnotatæ, semper Latini Ritus esse censeantur, etsi in Armenam Linguam versæ; nec liceat Armenis pro arbitrio Latinos Ritus usurpare. Simillimum Nobis suppetit exemplum ex Missa Latina Patrum Dominicanæ Familiæ in Græcam Linguam versa juxta indultum a Bonifacio IX. datum Maximo Constantinopolitano Dominicanæ Familiæ Viro, relatumque *tomo* 2. Bullarii Dominicani *pag.* 370. Ea quippe Dominicani Fratres quidem, nullatenus autem Græci, in Sacrificio offerendo uti possunt.

§. 8. Hæc itaque sunt, quæ Nobis, quamvis male a podagra habitis, licuit colligere. Curæ tibi erit, Venerabilis Frater, deferre omnia ad Congregat. de Propaganda Fide; &, si mandatum ab ea tibi fuerit, quod facillimum, ut ad Pisanum Archiepiscopum rescribas, opportunum fortasse erit, hujus ad te Nostræ Epistolæ exemplum eidem reddendum curare. Interea Apostolicam tibi Benedictionem impertimur.

Datum apud S. Mariam Majorem die 29. Decembris 1755. Pontificatus Nostri Anno Decimosexto.

1756. 21. JANU. *Confirmatur*

Privilegium quotidianum perpetuum unius Altaris, per Ordinarium designandi, jam concessum Ecclesiis singulis Fratrum, & Monialium, Ministri Generalis Ordinis jurisdictioni subjectis, ac tali Privilegio non decoratis, pro Missis a Sacerdotibus Ordinis celebrandis. Tum etiam concessum Valetudinariorum Oratoriis pro Fratribus senibus, ægris, & imbecillibus ibidem sacrificantibus. Confirmatur simul Rescriptum, quo fuit indultum, ut qui ex Fratribus, Monialibusque prædictis, senectutis, ægritudinis, atque imbecillitatis causa, in Valetudinario diversantur, visitato Oratorio, vel Sacello in Valetudinario eodem existente, lucrifacere possint Indulgentias singulas Ecclesiis Ordinis a Summis Pontificibus concessas, & concedendas,
reliquis expletis explendis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

CÆlestium Munerum Thesauros, quorum dispensationem tenuitati Nostræ credidit Altissimus, liberaliori manu elargiri non dubitamus ad levamen, & solatium Animarum Christifidelium, quæ, ex hac vita migrantes in Charitate Deo conjunctæ, in Purgatorio detinentur, ut quantocyus ad sempiternam beatæ felicitatis stationem in Cælis perducantur. Sane Nobis alias humiliter oblati fuerunt supplices Libelli tenorum sequentium =

Ac primus quidem: „ Beatissime Pater = Frater
„ Raphael a Lugagnano Ordinis Fratrum Minor.
„ S. Francisci Minister Generalis ad pedes S. V.
„ humillime provolutus exponit, quod San. Mem.
„ Benedictus XIII. sub die 14. Decembris 1725.
„ dignatus fuit omnia Altaria Privilegiata quotidiana, variis Ecclesiis dicti Ordinis in perpetuum jam
„ con-

„ concessa, approbare, & confirmare: iis ejusdem „ Ordinis Ecclesiis, quæ tali Privilegio quotidiano „ in perpetuum non gaudebant, concessit illud, sed „ proportionate ad Missarum numerum, quæ in iis „ celebrantur; pro quatuor Feriis, iis, in quibus vigioti; pro tribus, in quibus quindecim; & sic „ gradatim. Cum autem, Beatissime Pater, comprobaverit experientia, hoc minime sufficere ad satisfaciendum Populorum devotioni, & ex alia parte „ variæ quotidie insurgant difficultates ex eo, quod „ non semper idem Missarum numerus in dictis Ecclesiis celebretur, nec celebrari valeat; Ideo „ enixe S. V. supplicat Orator, ut, prævia revocatione Privilegii Altarium pro determinatis Hebdomadæ Feriis, ut supra, per San. Mem. Benedictum XIII. concessi, dignetur cuilibet Ecclesiæ „ Fratrum Oratoris jurisdictioni subjectæ, Altari Privilegiato quotidiano perpetuo non decoratæ, unum „ concedere ab Ordinariis Locorum semel designandum; & hoc per Rescriptum, seu aliter, ut „ S. V. benevisum fuerit. Et Deus &c. = Sanctissimo Domino Domino Benedicto Papæ XIV. „ = Pro Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci.

„ Rescriptum Sanctissimi = Ex Audientia Sanctissimi die 17. Decembris 1748.= Sanctissimus benigne annuit pro gratia juxta petita; pro Missis „ tamen, quæ a Fratribus Minoribus S. Francisci in „ Altaribus per Ordinarios respective designandis celebrabuntur; & voluit etiam, gratiam hujusmodi „ per hoc præsens Rescriptum perinde valere, ac si „ per Apostolicas Litteras in forma Brevis solitis „ omnibus muniti clausulis expedita fuisset. = Joseph Livizzani Secretarius.

Alter vero: „ Beatissime Pater = Fr. Carolus „ Maria Perusinus Commissarius Generalis Curiæ „ Ordinis Minor. de Observantia, Orator obsequentissimus ad pedes S. V. humiliter provolutus, omni cum animi demissione exponit, qualiter San. Mem. Benedictus XIII. sub die 24. „ Aprilis anni 1725. indulsit omnibus Fratribus infirmis, senibus, & imbecillibus Ordinis Minor. „ Capuccinorum, qui propterea semper in Valetodinario diversantur, in ejusque Oratorio Sacrum „ fariunt, suasque ad Deum preces effundunt, ut „ in eodem Oratorio, seu Sacello lucrari possint „ singulas Indulgentias, quæ in posterum a Summis Pontificibus sua pro tempore Successoribus „ Ecclesiis totius Ordinis concederentur. Hinc Orator humillimus summa fretus S. V. caritate, & „ clementia, qua Ordinem suum prosequitur, supplicat, ut eamdem gratiam impertiri dignetur „ Fratribus, & Monialibus jurisdictioni Ministri Generalis totius Ordinis Minorum subjectis, qui, „ aut quæ senes, infirmi, aut imbecilles in Valetudinario diversantur, nec Ecclesiam adeunt, sed „ in interno Oratorio, aut Sacello preces suas ad „ Deum effundere solent, quoad Indulgentias hactenus concessas, & imposterum a Summis Pontificibus concedendas Ecclesiis ejusdem Ordinis: „ Pro gratia &c.= Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papæ XIV. = Pro Fratre Carolo Maria Perusino Commissario Generali Curiæ Ordinis Minor. „ de Observantia.

„ Ex Audientia Sanctissimi die 11. Septembris „ 1755. = Sanctissimus, petitis annuendo pro gratia, benigne concessit, ut Fratres, ac Moniales „ Ministri Generalis Ordinis Minorum Observantium „ jurisdictioni subjecti, qui ex introscriptis causis „ senectutis, infirmitatis, ac imbecillitatis in Valetudinariis diversantur, visitato Oratorio, aut „ Sacello, in eodem Valetudinario existente Indulgentias, de quibus in precibus, lucrari possint, „ & valeant, ac si Ecclesias ejusdem Ordinis visitarent; reliquis expletis juxta præscriptum explendis. = J. C. Boschi Secretarius.

Tertius tandem: „ Beatissime Pater = Frater Carolus Maria Perusinus Commissarius Generalis „ Curiæ Ordinis Minor. de Observantia, ad pedes „ S. V. humillimus Orator provolutus exponit, „ quod cum P. Raphael a Lugagnano præteritus „ Minister Generalis Ordinis S. V. supplicaverit pro „ Altari Privilegiato quotidiano perpetuo in qualibet Ecclesia Fratrum ejus jurisdictioni subjecta; „ pro gratia indulsit, prodiitque „ Rescriptum = Ex Audientia Sanctissimi die 17. „ Decembris 1748. = Sanctissimus benigne annuit „ pro gratia juxta petita *&c.* (*ut in column. præc. ante med.*).

„ Nunc vero Orator obsequentissimus, cum non „ videat in eodem Indulto comprehensas quoque „ Ecclesias Sanctimonialium ejusdem Ministri Generalis jurisdictioni subjectas, & aliunde sciat, „ orta esse hac de re dubia inter Fratres; omni „ cum animi demissione supplicat, ut sua paterna „ elementia dignetur S. V. declarare, etiam antedictas Monialium Ecclesias in relato Indulto „ esse comprehensas. Cum porro Fratres senes, infirmi, aut imbecilles ejusdem Ministri Generalis „ jurisdictioni subjecti hac gratia gaudere non possint, ut qui semper in Valetudinario diversantur, in ejusque Oratorio Sacrum dumtaxat faciunt; hinc idem Orator omni cum animi demissione supplicat S. V., ut dignetur declarare Altare Privilegiatum quotidianum perpetuum, illud „ memorati Oratorii, seu Sacelli Valetudinarii pro „ iisdem tantum Fratribus. Pro quibus gratiis &c. = „ Sanctissimo Domino Nostro Benedicto Papæ „ XIV. = Pro Fratre Carolo Maria Perusino Commissario Generali Curiæ Ordinis Minorum de Observantia.

„ Ex Audientia Sanctissimi die 11. Septembris „ 1755. = Sanctissimus, petitis benigna annuendo, „ gratiam Altaris Privilegiati, de qua in precibus, „ etiam ad Ecclesias Monialium Ministri Generalis „ Ordinis Minorum Observantium jurisdictioni subject. benigne extendit, pro Missis tamen prædictis in Ecclesiis a Fratribus ejusdem Ordinis celebrandis, forma enunciati Rescripti Sanctitatis „ Suæ in reliquis observata. Idemque Privilegium „ Altaribus, in Oratoriis Valetudinariorum respective existen., pro Religiosis senibus, infirmis, „ atque imbecillibus inibi celebrantibus clementissime juxta petita concessit. = J. C. Boschi Secretarius „.

Quoniam autem memoratus dilectus Filius Carolus Maria Perusinus Commissarius Generalis Curiæ Ordinis Minor. de Observantia Nobis nuper humiliter supplicari fecit, ut hujusmodi præinsertos supplices Libellos, & præinserta Nostra Rescripta, quò firmius in perpetuum subsistant, & serventur exactius, per Apostolicas in forma Brevis Litteras confirmare de benignitate Apostolica dignaremur: hinc propter Nos, qui ipsum Carolum Mariam Perusinum Commissarium Generalem plurimi facimus, & inclytum Fratrum Minor. de Observantia S. Francisci Institutum novis Apostolicæ benignitatis, potestatisque testimoniis amplius decorare cupimus,

 tenore

tenore præsentium Apostolica auctoritate confirmus, &, quatenus opus sit, omnia, & singula in eisdem Rescriptis contenta, & concessa, iterum concedimus, & perpetuo Apostolicæ firmitatis robore munimus.

Decernentes, easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariæ Nostræ Apostolicæ Regula de non concedendis Indulgentiis ad instar, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Volumus autem, ut earumdem præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu pro tempore existentis Commissarii Generalis Curiæ, & Sigillo ejusdem Ordinis munitis, eadem prorsus fides ubique locorum adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 21. Januarii 1756. Pontificatus Nostri Anno Decimosexto.

Cajetanus Amatus.

Pridem indulsit Benedictus idem XIV. Altaris Privilegium unicuique Sacro, quod celebratur pro defunctis Fratribus, ac Monialibus. Vid. Chronol.ejusd.P. Perrutini Part. 2. p. 254. col. 1. Vid. insuper ibid. p. 256. col. 2., p. 386., p. 471. seq.

1756. 23. Janu. *Josephus M. Cardinalis Feroni Locorum Terræ Sanctæ Protector creatur.*

Beatissimo Padre == Il Ministro Generale dell' Ordine de' Frati Minori prostrato ai piedi della S. V. col più profondo ossequio, e riverenza espone, come per la morte del fu Eminentissimo Carafa restò priva Terra Santa, o sieno i Santuarj della Palestina del consueto Cardinal Protettore. Che però pieno di umiltà, e venerazione supplica la S V. a volersi degnare d' istituire un nuovo Cardinal Protettore. Che della grazia &c.

Rescriptum.

Ex Audientia Sanctissimi die 23. Januarii 1756. == Sanctissimus, Oratoris precibus benigne annuens, Dominum Cardinalem Josephum Mariam Feroni Locorum Terræ Sanctæ apud Sanctitatem Suam, & Sedem Apostolicam Protectorem constituit, ac deputavit, cum iisdem juribus, honoribus, ac oneribus, quibus bon. memor. Cardinalis Carafa, aliique Protectores hujusmodi hactenus de jure, usu, vel consuetudine uti, frui, & gaudere consueverunt.

J. C. Boschi Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

1756. 28. Jan. *Indulgentiæ concessæ recitantibus pie, religioseque, & ex corde Actus Virtutum Theologicarum, Fidei, Spei, & Charitatis.*

Animadvertens SS. D. N. Benedictus PP. XIV., quam utiles, quinimo necessarii sint ad æternam salutem Theologicarum Virtutum Actus, Fidei videlicet, Spei, & Charitatis; ut omnes utriusque sexus Christifideles ad illorum exercitium excitaret, audito Voto Sacræ Congregat. Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis præpositæ, Indulgentias pro iisdem Actibus, a Sa... Mem. Benedicto XIII. die 15. Januar. Anni 1728. concessas, benigne confirmavit, Plenariam nimirum, cum facultate eam Fidelium defunctorum Animabus applicandi, semel in mense lucrandam ab iis, qui quotidie per mensem præfatos Actus pie, devote, & ex corde peregerint, die nempe ab unoquoque eligenda, in qua vere pœnitentes, confessi, & Sacra Communione refecti, pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione, ut decet, oraverint; necnon aliam similiter Plenariam in mortis articulo. Ut autem commissas sibi Oves ad frequentiorem hujusmodi Actuum usum alliceret; Sanctitas Sua Indulgentiam septem Annorum, totidemque Quadragenarum, cum eadem applicationis facultate, quæ, juxta ejusdem sui Prædecessoris concessionem, semel tantum in die consequi poterat, ad quamlibet antedictorum Actuum piam &c., ut supra, recitationem clementer extendit.

Declaravit insuper Sanctitas Sua, præfatas omnes Indulgentias addictas minime esse certis, determinatisque verbis, propterea unumquemque uti posse in recitatione dictorum Actuum qualibet Formula, dummodo in ea singularum Virtutum Theologicarum specialia motiva exprimantur, Datum die 28. Januar. Anno 1756.

F. J. Card Portocarrero Præfectus.
A. E. Viceeomes Sac. Congreg. Indulg. Secret.

Loco ✠ Sigilli.

1756. 28. Jan. *Confirmantur, atque innovantur Decreta a S. C. Indulgentiarum aliàs edita, præsertim super earumd. Indulgentiarum publicatione, & impressione: declaraturque, ab impetrantibus generales Indulgentiarum Concessiones debere ipsarum Concessionum exemplar, sub nullitatis pœna, ad ejusdem S. C. Secretariam deferri.*

Etsi a Sacra Congregat. Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis præposita, cui demandata est cura circa rectam, & prudentem Indulgentiarum administrationem, plura saluberrima prodierint Decreta, & præsertim super earumdem Indulgentiarum publicatione, & impressione; cum tamen, sive hominum malitia, sive incuria, desuper nonnulli abusus irrepserint; inhærendo Decretis aliàs editis, eadem Sacra Congreg. die 19. Januar. 1756. censuit, illa esse confirmanda, & innovanda, prout præsenti Decreto confirmat, & innovat.

Præterea cum experientia quotidie comperiatur, complures Indulgentiarum concessiones generales expediri, inscia ipsa Sacra Congregat., ex quo multi pro-

promanant abusus, ac confusiones; re mature perpensa, præsenti itidem Decreto declaravit, impetrantes postea hujusmodi generales concessiones teneri, sub nullitatis pœna Gratiæ obtentæ, earumdem concessionum exemplar ad Secretariam ejusdem Sacræ Congregat. deferre.

De quibus facta per me infrascriptum Secretarium Sanctissimo Domino Nostro relatione die 28. ejusdem mensis, Sanctitas Sua, Votum Sacræ Congregat. approbando, omnia confirmavit, publicarique mandavit.

F. J. Card. Portocarrero Præfectus.
A. E. Vicecomes Sac. Congreg. Indulgent. Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

1756. 23. Febr. *Decretum Sacr. Congreg. Episcop. & Regul., quo statuitur, Commissarium Tertii Ordinis, ejusque Socium, ad Oppidum de Loullè accedentes, in Cœnobio PP. Excalceatorum Provinciæ Pietatis pernoctare debere.*

SAcra Congreg. Eminentissimorum, & Reverendissimorum S.R.E. Cardinal., negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regular. præposita, referente Eminentissimo Cavalchini Præfecto, ac Ponente, visis videndis, & consideratis considerandis, censuit, committendum, prout præsentia Decreti vigore committit, Patri Ministro Generali, ut sub præcepto S. Obedientiæ jubeat Commissario Tertii Ordinis, ejusque Socio, ut, quoties juxta de causis, ac prævia legitima suorum Superiorum licentia, eis contingat ad locum de Loullè accedere, ibique temporaneè permanere, non audeant commorari in Domo Sæcularium, sed in Conventu Patrum Excalceatorum pernoctare omnino teneantur, a quibus benigne, & charitative excipi debeant, sub pœnis eidem P. Ministro Generali benevisis, in casu contraventionis omnino incurrendis.

Romæ 13. Februar. 1756.

C. A. Card. Cavalchini.

Decretum simile vid. in Chronol. P. Perusini (Par. 2. p. 361. col. 1.): quod Decretum in Capitulo Gen. Rom. 1750. approbatum fuit Sess. 4. (ibid. p. 429. col. 1.).

1756. 1. *Martii. Hac die subsignata est Epistola Benedicti XIV., Ex quo primum, qua excitantur Orientales omnes Græci Ritus, ut nova Euchologii accurata Editione utantur; simulque latissime explicantur Monita Euchologio eidem præmissa. Epistolam copiosissimam prætermittimus. Ægerrime tamen id facimus. Continet enim quamplurima Dogmatica, Liturgica, Moralia, Scholastica, ad Sacrosanctum Missæ Sacrificium, ad Sacramenta Confirmationis, atque Unctionis Extremæ, & ad alia id generis pertinentia, quæ Sacerdotibus, potissimum Missionariis, utilissima, atque adeo multa necessaria sunt. Iis propterea, qui Bullarii ejusdem Pontificis copiam, quandocumque sibi opus fuerit, non habent, auctor sum, ut Epistolæ ipsius exemplum ex Bullario exscriptum penes se habeant.*

1756. 4. Mart. *Absolutio super* largitione munerum.

BEatissime Pater == F. Petrus de Molina Minister Generalis Ordinis Minorum, obsequentissimus V.S. Orator, ante gubernii sui complementum specialem dilectionem suam Ordini sibi commendato peroptans significare spiritualis alicujus muneris largitione, fel. record. P. Laurentii Cozza à S. Laurentio Antecessoris sui, ac postea S. R. E. Cardinalis, vestigia secutus, humiliter summam V. S. Clementiam deprecatur, ut nedum omnes utriusque sexus, Oratoria Jurisdictioni subjectos, dignetur absolvere ab omnibus transgressionibus Bullæ *de Largitione Munerum* usque ad dictæ gratiæ publicationem patratis; verum etiam sæculares Personas ab onere restitutionis, quæ in eadem Bulla districte præscribitur. Pro gratia &c.

Rescriptum.

Ex Audientia Sanctissimi die 4. Martii 1756. Sanctissimus, petitis benigne annuendo pro gratia, concessit Oratori facultatem, ut in precibus, semel absolvendi, sive per seipsum, sive per alios ab eodem ad hujusmodi effectum subdelegandos.

J. C. Boschi Secretarius.

Fuerunt statim in hunc finem (ut in Regesto 48. Observ. Curiæ Generalis Citramontanæ pag. 518. narratur) a P. Ministro Generali subdelegati Confessarii Decreto suo. Atqui, sicut in eodem Regesto notatur, non fuerunt subinde (incertum qua de causa) Pontificium hoc Absolutionis, & respective Dispensationis Indultum, dictumque P. Ministri Gen. Decretum, Citramontanis Provinciis significata.

1756. 5. Mart. *Indulgentia Plenaria in Ecclesiis Ordinis tempore Comitiorum Generalium habendorum in Urbe Murcia.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Universis Christifidelibus &c.

CUM, sicut accepimus, Capitulum Generale Ordinis FF. Min. S. Francisci de Observantia nuncupat. in Ecclesia, seu Conventu S. Francisci Oppidi, Civitatis nuncupati, Murciæ, Carthaginensis Diœcesis, Fratrum Ordinis hujusmodi &c.; omnibus utriusque sexus &c., qui præfatam Ecclesiam S. Francisci, vel aliquam ex Ecclesiis &c. (ut in aliis similibus Litteris apud P. Perus. Par. 2. p. 108. in fin. seq.).

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 5. Martii 1756. Pontificatus Nostri Anno Decimosexto.

Pro D. Card. Passioneo
Joannes Florius Substitutus.

1756. 6. Maji. *Sex mensium spatium, quod Decreto alibi relato (sub die 12. Decemb. 1753.) Observanti Provinciæ SS. Redemptoris præstitutum fuerat ad omnia resignanda immobilia Bona; ad Annos 12. prorogatur: simulque definitur numerus recipiendorum ad Ordinem.*

FR. BERNARDINUS

A TERLITIO

Ordinis Minor. Regul. Obs. S. P. N. Francisci Lector Jubilatus, & in hac Cismontana Familia tam Observant., quam Reformat., & Conceptionistarum Commissarius Generalis, Visitator, ac Reformator Apostolicus, & Servus

Dilectis in Christo RR. PP. nostri Definitorii Observantis Provinciæ Sanctissimi Redemptoris Dalmatiæ Salutem, & Seraphicam Benedictionem.

INter gravissimas nostri Officii curas ea potissima semper fuit, ut in Provinciis nostræ Jurisdictioni commissis altissima, quam nobis tantopere S. P. N. Franciscus commendavit, quaeque Dominam suam appellare consuevit, Paupertas sarta tectaque servetur; itaut nihil penitus proprium habentes sive in communi, sive in particulari, de Mensa Domini, ex puris nimirum Eleemosynis, quotidie in hac terra vivamus. Hac certe de causa, cum ad aures nostras pervenisset, Cœnobia istius Provinciæ contra Regulam, quam profitemur, bona immobilia possidere; nihil omnino hæsitavimus, quin statim de edendo contra hunc perniciosissimum abusum nostro Decreto cogitaverimus, quod & reipsa edidimus. Cum porro illud vobis innotuit; rati, ejus exequtionem intra tam breve temporis spatium haberi non posse, ad Sanctissimum Dominum Nostrum Dominum Benedictum Papam XIV., quem Deus nobis sospitem semper, ac incolumem conservet, confugistis, dato supplici Libello teooris sequentis:

„ Beatissimo Padre = Il Provinciale, Custode, „ e Definitori della Provincia de' Minori Osser„ vanti del Santissimo Redentore nella Dalmazia „ con loro Memoriale umiliato alla S. V. nel mese „ di Decembre del 1753. rappresentarono, che la „ loro Provincia composta di 350. Religiosi sparsi „ in dodici Conventi, sei formali, e sei non an„ cora perfezionati, ed in 65. Parrocchie, possiede „ in tutti li suddetti Conventi, e Parrocchie Beni „ stabili contro l' Istituto della propria Regola. Par„ te di tali Beni si possedevano dalli Conventi, e „ Chiese suddette con Dispensa Apostolica, quan„ do erano sotto il Dominio Ottomano, e „ parte sono stati conceduti dalla Repubblica „ di Venezia, dopochè nell' anno 1684. con„ quistò quegli Stati: questi secondi però fu„ rono conceduti, ed ancora oggi si godono pro„ visionalmente; restandone la proprietà nel Sere„ nissimo Principe, coll' obbligo pure di pagare la „ Decima.

„ Atteso pertanto, che le Limosine, le quali si „ raccolgono col mendicare, sono del tutto insuffi„ cienti al sostentamento de' suddetti Religiosi, e „ dall' altro canto gli Oratori non si veggono tran„ quilli nelle loro Coscienze; supplicarono la S. V. „ di qualche opportuno provvedimento.

„ Si degnò V. B. di rimettere il Memoriale a „ *Monsignore Segretario di Propaganda, che ne parli.* „ Ma frattanto dal P. Commissario Generale dell' „ Ordine fu spedito un Decreto, con cui si ordi„ na agli Oratori di dover dentro lo spazio di sei „ mesi rinunziare alle Comunità de' Luoghi, o „ pure al Serenissimo Principe, tutti, e singoli li „ suddetti Beni stabili, e ciò sotto pena di priva„ zione della voce attiva, e passiva, e di perpetua „ inabilità da incorrersi *ipso facto*.

„ In tale stato di cose gli Oratori medesimi ar„ discono di rappresentare alla S. V., che sebbene „ essi nulla più ardentemente desiderano, quanto „ d' introdurre nella loro Provincia la perfetta Os„ servanza del proprio Istituto; ciò però non ostan„ te è troppo difficile, anzi moralmente impossibi„ le di eseguire sì sollecitamente il Decreto del P. „ Commissario Generale: poichè non è possibile di „ sostentare gli accennati 350. Religiosi, che com„ pongono la Provincia, colla tenue Limosina della „ Messa, e coll' altra tenuissima, che si raccoglie „ col mendicare: e quando anche si sospendesse di „ vestire Novizj per qualche tempo, nondimeno „ conviene aspettare, che il numero de' viventi si „ diminuisca da se medesimo. E sebbene qualche „ ajuto si ritragga dalle Parrocchie, alle quali ser„ vono 80. de' suddetti Religiosi; gli Oratori e per „ togliere a tali Religiosi ogni occasione d' irreli„ giosità, e per accostarsi sempre più all' osservan„ za del proprio Istituto, sono nella disposizione „ di dimettere a poco a poco o alli Vescovi, o al „ Serenissimo Senato quelle Parrocchie, che non „ sono unite alli Conventi.

„ Supplicano dunque la Clemenza di V. S. „ degnarsi o di rinnovare le concessioni alla Provin„ cia fatte dalla S. Memor. di Urbano VIII., o pure „ di concedere agli Oratori una congrua Proroga „ per l' esecuzione del sopraiferito Decreto del „ Commissario Generale dell' Ordine. Che della „ grazia &c. „

Placuit Sanctitati Suæ nostrum ea de re exquirere judicium, & sententiam, quam ut in Domino exponeremus, & simul juxta opportunitatem temporis, locorum, & alias circumstantias, quibus res tanti momenti involvitur; nihil penitus curæ, aut diligentiæ omisimus in expedendis iis omnibus, quæ a vobis exposita fuerunt: ac nostrum qualecumque judicium humillime Sanctitati Suæ obtulimus, quæ pro sua, qua pollet in pusillum Gregem nostrum, clementia, in hunc modum rescribi jussit:

„ Ex Audientia Sanctissimi die 17. Augusti 1755. „ Sanctissimus, visis informatione, & voto P. Com„ missarii Generalis, & firma remanente substantia „ Præcepti die 12. Decembris 1753. ab eodem ema„ nati; quod pertinet ad terminum pro illius exe„ cutione præfixum, & pœnas adversus eos commi„ natas, qui intra hujusmodi terminum cum effectu „ non paruerint, rem totam remisit prudenti ar„ bitrio, & conscientiæ ejusdem Patris Commissarii „ Generalis, qui circa modum, & tempus præfatæ „ executionis, dictarumque pœnarum incursum, „ pro circumstantiis Provinciæ Oratricis opportunius „ statuere; atque interim cum possidentibus in com-

„ muni

„ muni bona immobilia, ac fundos, & reditus (ut „ in precibus) in utroque foro dispensare, etiam „ ad effectum suffragandi in Comitiis Generalibus, „ Auctoritate Apostolica possit, & valeat : Ad debitam vero Franciscanæ Paupertatis observantiam „ in dicta Provincia facilius reducendam, & perpetuis futuris temporibus observandam, ex nunc „ congruum numerum præfiniat eorum, qui ad Habitum, & Professionem Regularem in ea pro „ tempore recipi possint : Contrariis Statutis, Decretis, & Consuetudinibus minime obstantibus.

„ J. C. Boschi Secretarius.

„ Loco ✠ Sigilli.

Quæ cum ita sint, cupientes Nos vestrarum Animarum saluti sedulo prospicere, ac simul puritati Regulæ, quam profitemini, consulere, illud in primis Auctoritate Apostolica, qua fungimur, statuimus, ut nimirum sex mensium tempus in antedicto nostro Decreto sancitum ad alienanda omnia bona immobilia, quæ quomodocumque contra Instituti nostri rationem, & Decreta Apostolica, & Ordinis, vos, aut Cœnobia vestra possident, ad XII. annorum intervallum protrahatur, qui a die hujus subscriptionis nostræ sint computandi.

Illud porro vobis quam maxime cordi esse volo, ut hoc temporis spatio non oscitanter, aut perfunctorie, sed sedulo, ac diligenter, omni scilicet adhibito studio, & cura, mentis vestræ aciem cò dirigatis, ut antedicta bona immobilia modis, & formis Instituto nostro permissis alienetis, eorumque pretium in usus licitos per Syndicos Apostolicos convertatis, juxta indigentiam Cœnobiorum, & Hospitiorum vestrorum. Scitote autem, ac serio animadvertite, vos fore Deo, qui irrideri non potest, rationem reddituros, si difficultates confingatis, ubi non sunt, ad ejusmodi alienationes faciendas, aut plus æquo illas differatis, sub prætextu, quod vestri Successores facturi sint, quod omnino negligitis, aut contemnitis, aut sub spe iterum hanc eamdem gratiam obtinendi.

Ut vero, aliorum Confratrum Religiosorum numero imminuto, facilius ex pura Eleemosyna, ut par est, vivere possitis; statuimus, ac decernimus, ut in posterum nonnisi quatuor dumtaxat ad Ordinem admittere, aut recipere pro stato Clericali, singulis annis, & duos pro statu Laicali valeatis, nimirum duos ex primis, & unum ex alteris in utroque Cœnobio, quod pro Novitiatu in ista Provincia habetis.

Hæc sunt, dilecti Fratres, atque amatissimi Filii, quæ Authoritate Apostolica Nobis a Sanctissimo Domino Nostro, ut supra, benigne concessa, hoc super tam gravi negotio vobis significare, ac præcipere existimavimus. Interim ad Deum enixas effundite preces pro incolumitate ejusdem Sanctissimi Domini Nostri, & pro Nobis, qui Seraphicam Benedictionem nostram vobis peramanter impertimur.

Datum Romæ ex Aracœli die 6. Martii 1756.

Fr. Bernardinus a Terlitio Commiss.
Generalis, & Apostolicus.

Loco ✠ Sigilli.

Prima immobilium Bonorum origo in illa SS. Redemptoris Provincia ex eo petenda est, quod antea eadem, uti & Bulgariæ Provincia, aliæque nonnullæ ad Bosniæ olim Vicariam, postea Provinciam pertinerent, unumque cum ea corpus conflarent; putatum autem fuerit, eandem Bosniensem Provinciam facultatem habere immobilium Rerum possidendarum, contrectandæque pecuniæ. Errori huic occasionem dederunt Pontificum Literæ partim perperam intellectæ, partim illic deperditæ injuria temporum, bellorum maxime, atque incendiorum caussa; adeo ut propterea earum limitationes, ac reliquæ clausulæ ignorarentur. Hoc alterum nominatim dictum volumus de Litteris Urbani VIII. 23. Septembr. 1625., quarum initium, Cupientes. *Minister sane ipsius Provinciæ Bosniensis, post latum Decretum, quod inferius dabimus, litteris Romam scriptis rogavit, ut ad se mitteretur illius Urbani Brevis exemplum, quòd ibi nullum inveniretur. Accesserunt huc Decreta, seu Rescripta nonnulla tum circa Bona, tum circa tractationem pecuniæ, quæ ad rem facere putatum est. Hinc porro factum, ut, Bosnia in Provincias plures subinde divisa, ex falsa propositione prædicta, quod nempe eadem Bosniensis Provincia facultatem haberet Bona immobilia possidendi; hoc æque falsum, minimeque legitimum consequens illatum fuerit, ea ipsa, quæ licerent Matri, Provinciis quoque filiabus sine peculiari facultate licere.*

Atqui dudum (quod, hac oblata opportunitate, animadvertere, subindeque de toto hoc genere quædam subtexere, operæ pretium duximus, ut errandi posthac in gravissimo hoc negotio omnis præcidatur occasio), dudum, inquam, a Summo Pontifice Clemente XIV. error omnis patefactus, funditusque sublatus est. Nam cum Bulgariæ Provincia eas Preces, quas paulo post referemus, Sanctitati Suæ offerendas curasset; jussus fuit A. R. P. Procurator Generalis Ordinis Eusebius Neapolitanus „ Documenta Privilegiorum, quæ Bosniæ Fratribus ab hac S. Sede perhibebantur tributa, exhibere, vel indicare „.

Paruit ipse, exhibuitque Monumenta illa Privilegiorum Bosniæ, quæ Anno 1764. ab una ex memoratis Provinciis filiabus fuerunt in S. Congregatione Episcoporum, & Regularium producta ad obtinendam tum Bonorum immobilium, tum Parœciarum, quas retinet, confirmationem. In Monumentis hisce, præter Literas Apostolicas, inter quas legebatur etiam Breve illud, Cupientes, *Urbani VIII.; referebatur quoque Decretum S. Congregationis, Propagandæ Fidei præpositæ, quo dicebatur concessa Anno 1651. 20. Novembris confirmatio ejusdem Brevis Urbani; ac memorabatur insuper facultas, quæ a Benedicto XIII. ore tenus ferebatur data.*

His omnibus P. Procurator Generalis adjunxit tum satis longam Epistolam a Bulgaris Definitorii Patribus ad Reverendissimum P. Ministrum Generalem scriptam, in qua Privilegia, de quibus agitur, & quibus Provincia illa usa fuerat, & utebatur adhuc, commemorabant; simulque narrabant Provinciæ ejusdem necessitates eo usque ingentes, ut sine Privilegiis illis non posset subsistere: tum etiam addidit alia quædam Pontificum Brevia (quorum duo, alterum Honorii III. ad Apostolicos Marocani in Africa Missionarios, alterum Urbani VIII. ad Guardianum Hierosolymitanum pertinens, in ante dicta PP. Bulgarorum Epistola laudabantur); indicans simul loca seu Annalium Waddingi, seu aliorum Scriptorum, in quibus singula Brevia illa, quæ modò, quæque supra innuimus, legerentur.

Denique (præter Decretum, quod in prædicta Bulgariæ Patrum Epistola narrabatur latum pro PP. Capuccinis a S. Congregatione, nisi fallor, Episc. & Regularium) facta quoque mentio fuit a P. Procuratore Gen. de altero Decreto illo, pro Fratribus Bosnæ Argentinæ *ab ipsa S. Congr. Episc. & Regul. nominatim edito, quod referunt Nicolini (Flor. v.* Observan-

vantes *n.* 10.), *& Matthæuccim* (*Schol. Paupert. tit.* 2. *tom.* 3.). *Neque illa ab eod. P. Procuratore fuerunt omissa, quæ post Monacellum* (*Adnot. in Const.* 267. *Urbani VIII.*), *idem P. Matthæucci habet* (*in cit. Schol. Paupert. tit.* 1. *tom.* 7. *n.* 11.): „ Verum cum Fratres sunt in dominio Infidelium, & Hæreticorum, ubi via quæstuandi redditur IMPOSSIBILIS, neque possunt NECESSITATIS VERÆ eleemosynis quotidianis reparari; a S. Congregatione (*facto minimum* verbo cum Sanctissimo, *uti distinctius Monacellus loquitur loc. cit.*) permittuntur tot reditus SUFFICIENTES SUSTENTATIONI eorumdem „ *&c. Eni ceteroquin haud recte idem P. Matthæucci ibidem generatim subjungit*: „ Urbanus vero VIII. Constit. CUPIENTES 23. Septembr. 1625. concessit, quod Fratres existentes in Terris Infidelium absque conscientiæ scrupulo retinere valerent bona immobilia, Nicol. Floscul. v. Observantes a n. 10.: quod quidem accipiendum est, si Fratres eleemosynis precario quæsitis vivere non possint „. *Neque enim Breve illud Urbanum Minoritis universim inter Infideles versantibus inscriptum est; sed* „ Ministro, & Fratribus Ord. Min. S. Francisci de Observantia nuncupat. Provinciæ Bosnæ Argentinæ „; *iisque solis Privilegia fuerunt concessa, quæ in eo Brevi continentur. Athæc Urbanus idem iis ipsis Bosniæ Fratribus suas illas Literas prodesse voluit, nisi* „ ad annos tantum duodecim „. *Quæ omnia videre licet in Brevi eodem, quod affert Nicolius ipse loco a Matthæucci citato.*

At vero, ut ad rem redeamus, prædictis omnibus ab A. R. P. Procuratore Generali Ordinis exhibitis, prodierunt aliquanto post, Decreta duo, quæ subnectemus sequenti huic Bulgarorum Patrum Libello, cujus causa Decreta eadem prodiere.

„ Beatissime Pater == Minister, & Definitores „ Provinciæ Bulgariæ Ordinis Minor. Obser. S. P. Francisci, Sanctitatis Vestræ Pedibus advoluti, obsequenter exponunt, quod cum olim antedicta Provincia cum Bosnensi Provincia conjuncta erat, gaudebat Missionariorum Privilegiis, quibus Bosnensis gaudet. Posteaquam autem ab hac illa divisa est, perrexit uti Privilegiis iisdem, iisdemque etiamnum uti pergit. Nunc vero cum religio hac de re animos Oratorum incesserit, demississime in conscientiarum remedium exorant S. V., ut Privilegia memorata, quibus Provincia Bosnensis fruitur, eo quod inter Turcas posita sit; eadem dignetur concedere Provinciæ Bulgariæ, quæ inter Turcas, Hæreticos, & Schismaticos constituta est, quæque sine ipsis non posset subsistere. „ Quam gratiam Deus &c.

Rescriptum Sanctissimi.

„ Ex Audientia Sanctissimi Domini Nostri,
„ Domini Clementis PP. XIV., habita
„ die 29. Decembris 1771.

„ Sanctissimus ad relationem præsentis supplicis „ Libelli factam per me infrascriptum S. Congregat. de Propaganda Fide Secretarium, benigne indulsit R. P. D. Episcopo Nicopolitano facultatem, ea lege, & conditione, ut Sacerdoti sibi beneviso illam communicare valeat, absolvendi videlicet P. Ministrum Provincialem Oratorem a pœnis, in quas probabiliter incidit ob violationem Voti Sanctæ Paupertatis: cui sic absoluto Sanctitas Sua pariter concessit facultatem, quatenus opus sit, Religiosos suæ Provinciæ a dictis pœnis absolvendi.

„ Quoniam autem aliqui Conventus, ad eamdem „ Bulgariæ Provinciam pertinentes, reperiuntur in „ locis Turcarum, Hæreticorum, aut Schismaticorum Dominio subjectis, in quibus difficile inveniri possunt Syndici Catholici, qui Bona, quæ hactenus possident dicti Conventus, administrare possint; eadem Sanctitas Sua prædictorum Conventuum Superioribus indulsit, ut eadem Bona nomine Sanctæ Sedis ad duodecim annos, computandos a die, quo præsens Rescriptum P. Provinciali Oratori fuerit exhibitum, retineant, & per seipsos administrent; necnon tam ipsi, quam Religiosi Subditi pecunias pro suis tantum necessariis usibus contrectent.

„ Quantum vero pertinet ad Conventus ejusdem „ Provinciæ Bulgariæ, existentes in locis Christianorum, idem Sanctissimus Dominus Noster præcipit, & mandat, ut Bona, quæ hactenus possident, per Syndicos omnino administrentur; & Religiosi apud ipsos deponant pecunias, quæ in eorum manus quocumque modo pervenient; Idque pariter ad annos duodecim, ut supra, quibuscumque in contrarium nihil obstantibus. Datum Romæ die 11. Januar. 1772.

„ Stephanus Borgia S. C. de Propaganda
„ Fide Secretarius.

„ Loco ✠ Sigilli.

Decretum alterum circa Bosniæ Provinciam.

„ Ex Audientia Sanctissimi Domini Nostri,
„ Domini Clementis PP. XIV, habita
„ die 15. Decembris 1771.

„ Quum occasione supplicis Libelli a Ministro „ Provinciali, & Definitorio Patrum Minor. de Observ. Provinciæ Bulgariæ, quæ olim ad Provinciam Bosnæ Argentinæ pertinebat, Sanctissimo Domino Nostro exhibiti pro concessione, seu confirmatione nonnullorum Privilegiorum, quæ alias gaudebant, compertum fuerit, Patres Minores Observantes, qui in Provincia Bosnæ Argentinæ Sacras Missiones exercent, numquam a Sede Apostolica confirmationem Privilegiorum, quæ Urbanus VIII. san. mem. sub die 23. Septembris 1625. Fratribus tunc ibi existentibus ad annos 12. concessit, reportasse; proindeque eorum Successores, & qui modo in illa Missione degunt, probabiliter incurrisse in pœnas contra eos latas, qui, non obstante solemni Sanctæ Paupertatis Voto, Bona possidere, & pecuniam contrectare attentassent: Sanctitas Sua pro debito Pastoralis Officii æternæ Saluti Superiorum, & Religiosorum actu in dicta Provincia commorantium consulere intendens, benigne indulsit R. P. D. Episcopo Echinensi Vicario Apostolico Bosnæ facultatem eos, quatenus opus sit, absolvendi a pœnis, ut supra, incursis.

„ Et quoniam si Possessiones dimitterent, ex quotidianis emendicatis eleemosynis, prout eorum Regula præscribit, vitam ibi substentare non possent, & aliunde apud Syndicos Catholicos pecunias tuto deponere nequeant, eisque Bonorum administrationem credere: eadem Sanctitas Sua ad aliud duodennium proxime futurum, incipiendum a die exhibitionis præsentis Rescripti in manibus prædicti Vicarii Apostolici, memoratum san. mem. Urbani VIII. Indultum provide confirmavit, ac prorogavit.

„ Datum Romæ die. 11. Januar. 1772.

„ Stephanus Borgia S. C. de Propa-
„ ganda Fide Secretarius.

„ Loco ✠ Sigilli.

Ex

Ex his Decretis multa profluunt Consectaria, quæ, utpote momenti maximi, hic adscribenda censemus. Ac primum quidem, ad immobiles Res habendas, contrectandamque pecuniam (quod ipsum de reliquis istiusmodi, Instituta nostra repugnantibus, dicendum est), necessitatem satis non esse, sed omnino dispensationem requiri. Etenim in secunda utriusque Decreti parte necessitatem Pontifex agnoscit, & memorat. Nihilo tamen minus in prima eorundem Decretorum parte Bulgaras, & Bosnienses in pœnas, Paupertatis violatoribus irrogatas, incidisse docet, facultatemque indulget eosdem absolvendi: tametsi addat „ probabiliter „ & (quod hinc consequitur) „ quatenus opus sit „; propterea nempe, quòd insignes duo hominum Cœtus, Virorum præsertim Religiosorum, & præpositorum curæ Animarum, ex aliqua facti ignorantia, a pœnis illis exercendis, forte peccassent.

Atque hæc ipsa Apostolicæ Facultatis necessitas ex eorundem Bosniæ Patrum confessione confirmatur; ex libello nempe ab ipsis S. Congregationi Episc. & Reg. exhibito, quem cum ejusdem S. Congregationis Decreto, supra memorato, refert Nicollus, ac refert etiam hujus Obs. Car. Chm. Regestum III. pag. 33. a terr.. In ea namque libello, in quo Pontifici supplicant Fratres Observantes „ che stanno alla cura dell' Anime nella Provincia di Bosna Argentina „; postquam dicitur, che secondo la loro Regola hanno proibitione di tener denari in modo alcuno „; & post expositam necessitatem, quod nempe „ perchè in quelle parti soggette al Turco gli occorre di andar cento, e ducento miglia scorrendo per il Regno &c, e notte a confessare, e battezzare, & amministrare gli altri Sacramenti, sovvenir i Conventi, & allevar i Putti, che poi si fanno Frati, pagar denari per i passaggi, e per i presenti, e donativi; sono necessitati di portar con loro quelle elemosine, che gli sono date „; ita statim subjungitur: „ Del che hanno qualche scrupolo, PERCHE' NON SE NE TROVA ALCUNA DISPENSA, O CONCESSION IN SCRITTO; MA SOLO I VECCHI DELLA PROVINCIA DICONO, ESSERGLI STATA DATA A VIVA VOCE. ONDE SUPPLICANO LA SANTITA' VOSTRA PER UNA LICENZA IN SCRIPTIS, ACCIO' PER TALI BISOGNI POSSANO SICURAMENTE PORTAR I DENARI A LORO NECESSARII, che ALTRIMENTI NON POSSONO STAR IN QUELLE PARTI „ &c.

Ergo quamquam senes Provinciæ Patres affirmabant, delationem nummorum in iis necessitatis casibus vivæ vocis Oraculo concessam fuisse; & quamquam tunc animas sollicitare adhuc nullo modo poterat timor aliquis, ex Constitutionibus, vivæ vocis Oracula revocantibus, ortus (cum libellus ille fuerit exhibitus Anno 1604.; prima autem Constitutio, revocans Oracula illa, nonnisi Anno 1622. prodierit): nihilominus Provincia illa sedare non potuit conscientiæ scrupulum, quem commovebat timor, ne forte non subsisteret veritas illius vivæ vocis Oraculi, quod senes Patres narrabant; nisi postularet ab hac S. Sede Concessionem scriptam. Adeo aberat Provincia eadem ab opinando, nulla sibi Facultate Apostolica opus esse; sed sufficere caussam necessitatis tantam, ut aliter in iis Partibus morari non possent.

Et verò ut cuipiam id liceat, quod ipsi Lege interdictum est; præter necessitatem, aliamve justam caussam, necessaria est auctoritas Superioris legitimi, de caussa eadem judicantis, ac deinde licentiam præbentis, vel dispensantis, nisi in mora periculum sit, quod aliter vitari non possit; quemadmodum est perspicuum. Perspicuum quoque est, tum de vera, propriaque dispensatione intelligendum hoc esse, quæ Juris vinculum, & relaxatio est; tum de minus propria, quæ est declaratio Juris, in ea necessitatis &c. casu non obligantis. Nam (ut, missis ceteris, hoc solum dicam) si justa caussa dumtaxat sufficeret; dispensationum necessitas e medio tolleretur. Nulla siquidem seu prioris, seu posterioris generis ante dicti, concedi dispensatio potest, nisi ei, qui caussam habeat legitimam. Dispensatio enim sine caussa legitima, uti habet vulgata S. Bernardi sententia (Lib. 3. de Consid. ad Eugen. PP. n. 9.), non fidelis dispensatio, sed crudelis dissipatio est: ideoque sin minus irrita, illicita saltim est, si dispensatio sit in Lege propria ipsius Dispensantis, ejusve Antecessorum: at si sit in Lege Superioris, cujusmodi esse posterioris generis dispensationes plerumque solent; irrita quoque est, ac nulla, nedum illicita (Jur. ac DD. apud P. Ferraris v. Dispensatio, aliosque passim).

Quod cùm est commune dispensationibus cunctis, tum potissimum secundi prædicti generis dispensationibus: quippe quæ re ipsa declarationes sunt Juris, ob necessitatem, aut aliam justam caussam eo casu non obligantis: quarum proinde dispensationum ipsamet essentialis notio, ac definitio justam caussam postulat. Quare si dum legitima necessitas adest, aut alia legitima caussa, necesse non est dispensationem obtinere; sed possunt illi, qui eam caussam habeat, ex informata conscientia sua contra Legis præscriptum agere; dispensationibus amplius opus non erit.

Itaque opus non erit Pontificiis dispensationibus super Votis, aliisque, quæ ad Divinum vel naturale, vel supernaturale Jus pertineant, seu ab eo dependeant: in quibus proprie non dispensat Pontifex, sed re ipsa declarat, & interpretatur, Jus idem in casu illo necessitatis &c. non obligare (Canones, Canonistæ, ac Theologi apud Fagnan. in C. Cum pridem n. 76. seqq. de pactis. Add. Gloss. in C. Non est voti, in verb. Auctoritate Sedis, de Vot.; ac Bened. XIV. de Synod. Diœces. lib. 7. c. 1. n. 7.; & alia, quæ habentur in Theol. Mor. P. Antoine cum notis PP. Philipp. a Carboncan., & Bonavent. Staidel, to. 1. par. 2. c. 6. de Legib. in not. ad resp. 2. quæst. 1. §. Neque haetenus, seqq., ubi explicatur ad calcem, interpretationem illam esse interpretationem publicam, authenticam, & jurisdictionis, qualis in his rebus requiritur, & cujus potestas Pastori Summo competit, eique a Jure ipso Divino tribuitur). Ac ne consecter genera singula, sed comprehendam brevi; funditus dispensationum necessitas subverteretur, ut consideranti patebit. Hoc autem quàm sit absurdum, demonstrare supersedemus, ne utamur in re non obscura argumentis non necessariis.

Necessitas igitur tractandi pecuniam, habendique immobilia, eaque administrandi per se, non probat, isthæc sine dispensatione licere; sed probat duntaxat (quemadmodum ex relatis Pontificiis Decretis, & ex praductis rationibus patet), extare quidem justam caussam, cur dispensatio petatur, concedaturque ab hac S. Sede.

Ab hac S. Sede, inquam: nam hæc sola potest in his dispensare: id quod, ut alia omittam, vel ex ipso secundo Decreto colligitur. In quo Decreto concluditur, Bosnæ Patres „ incurrisse in pœnas contra eos latas, qui, non obstante solemni S. Paupertatis Voto; Bona possidere, & pecuniam contrectare attentassent „ ex ea nimirum ratione, quod „ compertum fuerit, eos nunquam a Sede Apostolica confirmationem Brevis Urbani VIII. reportasse „ seu (quod idem est) Bona possedisse, & pecuniam contrectasse sine hujus Apostolicæ Sedis dispensatione (Vid. etiam supra, in hoc ipso Consectario, Bosniensium PP. libellum, Anno 1604. S. Congregationi exhibitum: ex quo insu-

super libello confirmantur etiam ea, quæ in plerisque ex sequentibus Consectariis dicturi sumus; id quod semel hoc loco animadvertisse sufficiat).

Hoc tamen est intelligendum, nisi adsit in mora periculum tale, quale ex Legibus requiritur (quod tamen, quoad fieri potest, prævidendum, itaque mature petenda dispensatio est), idemque periculum aliter vitari non possit: quo casu etsi nequeat Apostolica Sedes rogari, tamen proprius saltim Regularis Superior, si fieri potest, est adeundus. Huic enim tunc competit Legis interpretatio. Dixi: aliter vitari non possit: *quandoquidem, ut hoc unum exemplum ponam, si operandi, vel ejus obeundi muneris, unde periculum oritur, legitima non adsit necessitas; tunc ne Superior quidem prædictus legitimam* habet causam interpretationis; & onus, *seu commissum officium potius* dimittendum est, *ut recte gravis Auctor inquit, seu actio illa est prætermittenda.*

Consectarium secundum. Hujus S. Sedis mentem nunquam fuisse, cum Missionum munere, atque Animarum cura in illis Infidelium terris, concedere Bosniensibus Fratribus (multoque minus Fratribus Provinciarum aliarum, quæ ex Bosniæ Provincia propagatæ sunt) immobilium quoque Bonorum, & pecuniæ usum, veluti facultates quasdam iis muneribus illic adnexas.

Quare perperam argumentabuntur quidam, cantantes, quod qui „ jubet, committit, & concedit unum, cum quo alterum est inseparabile naturaliter; simul jubeat, committat, & concedat hoc alterum „. *Prætereo equidem pervulgatam distinctionem inseparabilitatis, sive connexionis, nimirum* juris, & facti; *nec multa congeram adversus principium idem, totamque simul valde absonam ratiocinationem. Hæc ego persequerer, nisi res ipsa nominatim, disertissimeque ab ead. S. Sede Apostolica jampridem definita fuisset.*

Nunc vero hoc unum dixisse sat erit, quod scilicet eademmet S. Sedes, quæ commisit, & concessit unum, *ea ipsa (quemadmodum ex Urbani VIII. Litteris supra laudatis, ac superioribus Clementis XIV. Decretis liquet, ut tempora Urbano antiquiora prætercam) & semel, & iterum mentem declaravit suam, voluisse se nempe, ac nolle, illud* alterum *velut muneribus iis adnexum* concedere; *sed illud concessisse se olim Anno 1625., & nuper An. 1771.,* ad annos tantum duodecim: *quibus consequenter elapsis, dispensatio nova postulari, impetrarique debuerit, debeatque; eaque proinde non impetrata, nihil eorum amplius liceat, quæ ad tempus illud concessa fuere.*

Consectarium tertium. Neque Honorii III. dispensationem (de qua supra ante Pontificia Decreta duo meminimus), concessam „ Minoribus in Regno Marochitano de mandato Sedis Apostolicæ commorantibus „; *neque aliam ullam concessam Nostratibus in aliis Infidelium terris degentibus; quicquam Bosniæ Fratribus, aliisque prodesse. Has namque Concessiones ad rem nihil facere, Summus Pontifex Clemens XIV. judicavit, ut ex relatis ipsius Decretis compertum fit. Ac reipsa siquis e. g. Populus, ob aliquam ex rationibus illis, quæ a Benedicto XIV. recensentur (Const.* Libentissime § 17. seqq.*), dispensationem obtineat super esurialibus cibis Quadragesimæ Tempore; hinc non efficitur sane, licere alteri Populo, qui eadem, qua ille, necessitate premitur, cibis vetitis eodem Tempore vesci vi dispensationis Populo priori indultæ, non petita pro se ipso nominatim dispensatione. Id ipsum ex dispensationibus, quæ ad matrimonia pertinent, ceterisque omnibus innotescit. Dispensationes enimvero, sicuti habet effatum, Jurisperitorum omnium sermone contritum,* sunt stricti juris, *neque ullam patiuntur extensionem (apud Fagn. in C. Nihil n. 14. de elect., in C. Quia in tantum n. 20. de præben., in C. Mandato n. 33. de simon., Rot. in* Hildesimen. Fructuum Canonical. super bono jure 15. *Junii 1731. cor. Crescentio). Notissima quoque illa Juris regula est:* Quæ a Jure communi exorbitant, nequaquam ad consequentiam sunt trahenda (*C. Quæ a jure 28. de Reg. Jur. in 6.*).

Consectarium quartum. S. Congregationis Propagandæ Fidei præpositæ Decretum Anni 1651. supra memoratum, aliaque Decreta, Rescripta, &c., Urbano VIII. posteriora, quibus confirmata dicitur ejusdem Urbani Concessio; supposititia esse, vel certe nullius ponderis & momenti. Expresse siquidem in secundo Clementis XIV. Decreto docetur „ compertum fuisse, PP. Minores Obs. *&c.* NUNQUAM a Sede Apostolica confirmationem Privilegiorum, quæ Urbanus VIII. *&c.* concessit, reportasse „.

Quintum. Cumque ex eo, quod „ nunquam reportarint confirmationem Privilegiorum, quæ URBANUS VIII. concessit „ *inferatur in Decreto eodem* „ eorum Successores *&c.* incurrisse in pœnas „ *&c.; illud etiam consequitur, Pontificias Literas, aliaque monumenta Urbano VIII. antiquiora, Bosniensibus Religiosis (quod saltem attinet ad rem præsentem) nihil favere: quia videlicet vel immobilia Bona, contrectationemque pecuniæ minime concedant, sed aliorum generum Privilegia; vel non concedant Bosniensibus ipsis; vel supposititia aliqua sint; vel demum certe aliis ex capitibus nullo loco, & numero habenda sint. Nam secus illa Decreti illatio non esset legitima. Atque hinc intelligimus, quam ob rem prisci illi Bosniæ Patres a S. M. Urbano VIII. facultates illas postulaverint; agnoscentes videlicet, se illas, certas saltim, haudquaquam habere. Intelligimus pariter, cur Urbanus VIII. non ullam Concessionem pristinam confirmarit; sed ipse concesserit, & quidem non nisi ad annos duodecim.* „ Apostolica, *inquit,* Auctoritate tenore præsentium licentiam, & facultatem ad duodecim annos proximos tantum concedimus, & impartimur „.

Quibus addo ad probationis cumulum (nam prædicta ad hoc Consectarium probandum abunde sufficiunt), quod etsi Urbani VIII. ætate viguisset adhuc vera aliqua, ac germana Permissio, quæ a decessore aliquo Pontifice fuisset Bosniensi Provinciæ in perpetuum data, Rerum immobilium habendarum, tractandæque pecuniæ; Permissio tamen hujusmodi ipsis Urbani VIII. Literis abrogata mansisset. Urbanus namque, definienda, taxandoque tempus Annorum proximorum duodecim: *prætereaque (ne etiam atque etiam mens sua perplexaretur) adjungendo particulam exclusivam* tantum; *apertissime consequenter constituit, & imperavit, ut, duodecimo elapso Anno, illa amplius Bosniensibus non licerent, nisi sibi, vel successori Pontifici viderentur novæ aliæ Apostolicæ Literæ Permissionis ejusdem ipsis Fratribus concedendæ. Quapropter revocata eo ipso mansisset Pontificia Permissio aliqua, siqua tunc viguisset, posteriori huic Urbanæ Dispositioni contraria, nulla licet ipsius mentione facta (id quod attendere prætermittimus, quod necesse non sit): præsertim cum in iisdem Urbani Literis generalis extet derogationis clausula:* „ non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque „ *&c.; quæ finalis clausula ad omnia, quæ præcedunt, refertur, & præsertim ad proxima (ex Legib. & DD. citand. in Consectario seq.).*

Consectarium sextum. Fratres, de quibus agimus, nulla posse ejusmodi nova Bona acquirere. Id ex præmissis Decretis quàm clarissime innotescit. Etenim illorum pars dispositiva, *prætereaque ipsa eorundem*

fina-

finalis caussa, ad ea Bona limitatæ sunt, quæ possidebantur tunc, cùm condebantur Decreta. In priori Decreto sic diserte dicitur eo loco, ubi aperitur Concessionis ratio: „ Qui Bona, quæ HACTENUS possident „. Et mox in parte dispositiva: „ Indulsit, ut EADEM BONA „. Ac paulo post: „ Mandat, ut Bona, quæ HACTENUS possident „.

In secundo itidem Decreto (quanquam si in hoc nihil hujusmodi legeretur expressum, ex priori tamen Decreto intelligeremus mentem Pontificis); sed tamen in hoc pariter, ubi finalis Decreti ipsius caussa patefit, sic perspicue dicitur: „ Et quoniam si Possessiones DIMITTERENT „. Quas possessiones? Quas nempe tunc jam habebant: id quod ex verbo „ dimitterent „ & ex conjunctione, seu collatione horum verborum cum præcedentibus constat.

Adhæc in parte dispositiva „ confirmatur, ac prorogatur memoratum Urbani VIII. Indultum „. Quod ut recte intelligatur; de postrema parte Litterarum Urbani VIII., in qua Indultum illud continetur, breviter prius dicendum est. Urbanus igitur qua ferebatur insigni studio retinendæ, promovendæque in Ordine nostro observantiæ Regularis, præsertim Paupertatis altissimæ, quemadmodum tot ab ipso susceptæ curæ commonstrant; eodem, inquam, suo illo studio ductus, post concessa Fratribus Bosniæ in iis Litteris, incipien., Cupientes, spiritualia Privilegia plura; ad immobilia Bona descendens, loca in dictis partibus Infidelium (in partibus videlicet existentibus intra Provinciam Bosnæ Argentinæ, uti ex Brevis inscriptione liquet) concessa, & concedenda iisdem Fratribus pro Divinis celebrandis, distinguit dedita opera ab aliis immobilibus Bonis in eisdem dictis partibus consistentibus.

Atque ad illa quidem priora Bona quod spectat, non solum facultatem tribuit retinendi concessa, verum etiam recipiendi concedenda. At verò quod pertinet ad hæc Bona postrema; ea retinendi dumtaxat, & inhabitandi facultatem concedit. En inculenta ipsius verba: „ Ac Loca quæcumque in dictis partibus Infidelium PRO DIVINIS CELEBRANDIS pro tempore vobis concessa, ET CONCEDENDA RECIPERE: ac illa, & quæcumque alia Bona immobilia in dictis partibus consistentia RETINERE, ET INHABITARE absque conscientiæ scrupulo, seu Censurarum incursu, libere, & licite valeatis „.

Porro utramque facultatem hanc, simulquè alia omnia eodem Brevi contenta, arctavit Urbanus, uti aliàs diximus „ ad duodecim annos proximos tantum „. Hæc enim clausula, utpote post Concessiones illas omnes posita, ad easdem omnes, singulasque refertur (L. Talis scriptura in fin., cum Leg. seq. ff. de legat. 1., L. Si de certa C. de transact., L. Aurelius §. Sticho ff. de libe. leg., C. Secundo requiris de appellat., Rota in Toletana Professionis cor. Card. Pamphilio senior. apud Garziam de Benefic. par. 2. c. 2. n. 330. vers. Præsertim stante Decreto, Bart. cons. 54., Ang. Mar. lib. 1. vers. Clausula n. 3., Petr. de Anchar. cons. 68. Subtiliter n. 2.). Ac refertur præcipue ad proxima Dispositioni capita (L. Si idem cum eodem in fin., & ibi glos. ult., ff. de jurisd. omn. Judic.). Id quod in secundo ipso Clementis XIV. Decreto docetur, dum de Concessionibus omnibus in Urbano Brevi contentis dicitur: „ PRIVILEGIOSUM, quæ Urbanus VIII. &c. AD ANNOS 12. concessit „.

Ergo (ut, his præmissis, ad Pontificii ipsius Decreti verba, quæ explicanda proposuimus, revertamur) cum Anni illi duodecim jam olim Anno 1637. præterlapsi fuissent, & cum iis proinde tota vis Urbani Brevis fuisset extincta; Clemens Pontifex Decreto hoc suo Indultum illud Urbani VIII. reviviscere ad aliud duodennium jussit quoad immobilia Bona dumtaxat, a Locis pro Divinis celebrandis distincta, atque diversa, quoad Bona scilicet ad vitæ sustentationem spectantia: circa quæ, ut prædiximus, permittebat solummodò Indultum idem, ut retinerentur quidem possessa, & quidem in dictis partibus consistentia; minime vero, ut acquirerentur nova. Et sane cum ante in ejusdem Clementini Decreti narratione dicatur pluraliter, Privilegiorum, quæ &c.; tamen in Decreti fine non Privilegia, seu Indulta, sed „ Indultum „ prorogatur. Quodnam Indultum? Memoratum, inquit. Atqui supra nullum ullo modo memoratum Indultum fuerat novæ adeptionis ullorum Bonorum, sed tantummodo memoratum fuerat implicite Indultum retentionis, seu non dimissionis possessorum Bonorum, sine quibus vitam ibi sustentare non possent. Hoc igitur est Urbani VIII. Indultum, quod prorogatur.

Atque ex his, tum etiam ex verbis, de quibus supra egimus, quibus nempe finalis utriusque Decreti caussa declaratur, illud insuper exploratum fit, quod etsi Urbanus non solum possessa retinendi, sed & novas acquirendi hujus generis Bona Indultum dedisset; perspicuum nihilominus foret, quod Decretis hisce Clementis XIV., Indultum illud quoad primam tantum, non quoad hanc secundam partem prorogatum fuisset. Accedunt præterea huc, quæ observavimus in Commentario tertio de stricta Dispensationum interpretatione (Adde C. 1. in fin. de fil. Presb. in 6., C. Quod dilectio de consang. & affin., C. Quia in tantum, & ibi Dec. n. 10. & 14., de præben., C. final. de translat., L. Si quando C. de inoff. test., Io. Andr. in reg. Quæ a jure de reg. jur. in 6., Gemin. in C. Quamvis de præben. in 6., Hostien. in C. Postulasti de rescript. n. 12., ubi notat, non valere argumentum: Dispensatum est in majori, ergo & in simili, vel minori: quam doctrinam illustrant DD. in idem C. Postulasti).

Consectarium septimum. Indultum, seu Dispensationem hanc, localem esse; sive personalem, loco tamen affixam, atque ad eum determinatam, restrictamque. Ratio enim, seu finalis caussa Concessionis fuit necessitas orta ex qualitate Locorum illorum, quorum in his Decretis fit mentio; ut ex Decretis ipsis manifestum fit (Add. notat. a Card. Flor. in C. Quia propter, in 1. not., de elect., & in C. Verum post prin. de condit. appos., & a Bald. in L. 1. col. 1. per gloss. ibi in verb. Occupati ff. de fer. in 1. lect., & in L. 1., vers. Et nota quod causa, C. de fals. caus. adject. Add. insuper id, quod idem Bald. observat in L. 1. col. 1., vers. Item poni possunt in vim, C. quando non peten., ubi citat L. ult. ff. de hær. instit. Adde demum id, quod docent Ioann. Mon. in C. Cupientes col. 2. n. 4. de rescrip. lib. 6., Collect. in C. Post translationem col. 1., vers. Sed quam causam, de renunc., Imol. in idem Caput col. 6. n. 42., aliique plurimi).

Ex quo illud consequens est, Dispensationem ipsam extra Loca, de quibus in iisdem Decretis agitur, Fratribus illis nihil prodesse; ideoque ipsos extra Loca eadem, Dispensatione illa uti nulla ex parte posse. Ea enim vis est ac potestas rationis, sive finalis caussæ Dispositionis cujuslibet, ut totam ipsam Dispositionem moderetur, & regat, omniaque in ea contenta ad sui ipsius terminos coarctet, limitet, circumscribat; quemadmodum habet commune utriusque Iuris consultorum effatum.

Adhæc Dispensatio nominatim, seu Privilegium concessum Personis ratione certi Loci, Personas illas extra

Locum non sequitur (*C. Cum Capella , & ibi Butr. n. 2. & 3. , Abb. n. 2. in 1. not. , Marian. Socin. n. 4. in 4. not. , de privil.* , *C. Volentes* , §. Eos , *de privil. in 6.* , *C. Generaliter caus. 16. q. 1.* , *C. Abbate in fin. de verb. signif.* , *C. Innovamus de Treug. & pac. cum concord.* , *C. Quoniam , & ibi gloss. in v.* Permanentibus , *Innoc. in fin.* , *Host. n. 1. in verb.* In ipso Monasterio , *& n. 2.* , *Butr. n. 2.* , *Abb.* , *& Mar. Socin. in ult. not.* , *Io. Andr.* , *& omnes in summ. text.* , *de privil. Adde citata ad calc. Consectarii præc.*) .

Octavum. Necessitate cessante , puta contrectandi pecuniam , in aliquo ex prædictis Locis , vel in aliquo , aut aliquibus ex Religiosis illis , ad tempus aliquod seu magnum , seu modicum ; cessare respectu ejusdem temporis , quoad illum Locum , seu illum , illosve Fratres , Dispensationem hanc , tametsi nondum elapsum Duodennium fuerit , vigentque consequenter adhuc horum nis Decretorum quoad Loca , Fratresque reliquos , in quibus locum habet necessitatis ratio in Decretis ipsis expressa .

Et sane (ut has rationes persequar , quæ ad hanc rem proprie , ac nominatim pertinent) Decreta eadem non Dispensationem proprie continent , sed reapse declarationem Regulæ in eo casu non obligantis ; ut ex iis liquet , quæ dicebamus in Consectario primo . Adde ea , quæ , aliis omissis Doctoribus , apud Fagnanum leguntur de nostræ speciatim Regulæ præcepti (*in C. Explicari n. 6. seq. de observat. Iejun.*) ; *quæque locum maxime habent in præcepto , quo nummi interdicuntur , utpote quod* „ capitale præceptum Religionis Fratrum Minorum „ *optimo jure vocatur a V. Innocentio XI.* (*Const.* Solicitudo , *de qua infra*) „ quatenus in eo (*Matthæuc. Schol. Paup. Tit. 2. cons. 3. n. 1.*) specialissime ipsa a ceteris Religionibus discriminatur , cum FF. Minoribus non tam dominium , quam usus denariorum sint arctissime vetita , & quævis actio , quæ ad ipsos *denarios* referatur „ .

Adde insuper Scriptores ex nostratibus duos , ne conquiram alios , Sanctorum nempe , ac Matthæuccium paullò ante laudatum , præstanti utriusque in Iure peritia (licèt , pro humani conditione ingenii , in his ipsis rebus interdum , quod de Homero olim canebat ille , dormitarint ambo) . Sanctorus namque de facultatibus disputans circa pecuniam pariter , ab Urbano VIII. Guardiano Hierosolymorum concessis , ita ait (Comment. in Statut. Ordinis Cap. 12. Stat. 5. qu. 4. sub fin.) : „ Quæ concessio non est dispensatio rigorose accepta , quia non est præcepti relaxatio , sed juris , & Regulæ declaratio „ .

Similiter P. Matthæuccî , hunc Sanctori locum laudans , sic habet (loc. cit , ante n. 45.) : „ Quatenus vero eos habere non possent (*videlicet Tertiarium , vel Secularem* , qui esset Substitutus Syndici Apostolici Provinciæ , vel Conventus , in cujus districtu est Parochia in Locis Turcarum *posita*) , & facultate illa uterentur (*scilicet S. Sedis , quam falsò ipse supponit*) ; non dicerentur dispensati in Regula : cum non adesset dispensatio in rigore , vel relaxatio præcepti ; sed haberetur solum juris , & Regulæ declaratio , quatenus S. Sedes in illis circumstantiis declarat , præceptum de non recipiendis pecuniis non obligare : & ita contra Regulam non agunt „ .

Deinde id Provinciis , de quibus loquimur , non fateri solum , sed tueri ac propugnare arbitror . Nam primum Leo X. in Bulla Unionis statuit , ut nullus penitus in electione Ministri Generalis Ordinis vocem habeat seu passivam , seu activam , nisi sit ex iis , qui Regulam ad literam sine ulla Dispensatione observant , taliique ab Ordine habeatur . Addit : quod si in futuro quicquam in contrarium attentatum fuerit , irritum penitus , & inane habeatur . *Idipsum statuit S. Pius V. in sua Bulla ,* Pastoralis . *Quare vel contra jus , Pontificiarum Dispensationum vi perdurante , illarum Provinciarum Ministri in Capitulis Generalibus suffragarentur ; vel illud certe affirmandum erit , Dispensationes easdem non veras propriasque Dispensationes esse , sed re ipsa declarationes Regulæ in iis casibus non obligantis .*

Hæc secundò semper fuit constantissima totius nostri Ordinis mens ; hanc Ordo ipse solemnibus declarationibus , & protestationibus in Generalibus Comitiis publicavit , velle se scilicet servare Regulam S. P. N. Francisci ad literam , sine ulla Dispensatione ; *neque hactenus in aliquo ejusdem Regulæ præcepto cum Fratribus Observantibus dispensatum fuisse ; nullamque se admisisse unquam , vel admittere Dispensationem in præcepto ullo seu æquipollente , seu præcepti vim habente , cujuscumque conditionis ea Dispensatio esset , & quomodolibet impetrata , vel concessa seu Ordini , seu Provinciæ , seu Cœnobio cuiquam , vel per Brevia Apostolica , vel per Rescripta , vel per vivæ vocis Oracula : addens , se Dispensationes omnes , Privilegia , Concessiones , puritati Regulæ adversas , omnino , & ex animo , ad exemplum etiam Majorum suorum , renuntiare , & cum effectu pro renuntiatis haberi velle : ac declarans præterea , licitum nobis non esse iis uti , sed teneri servare Regulam secundum puritatem suam ad normam declarationum Nicolai III. , & Clementis V. ; simulque severe omnibus , singulisque Fratribus interdicens , sub pœnis contra Instituti nostri violatores sancitis , ne ulla uterentur Dispensatione , ullamve admitterent , licèt* exhibitam : *qua de re pluries mandata fuit in singulis Provinciis , Cœnobiisque diligens inquisitio , cujus Acta deinde essent Prælatis Generalibus transmittenda (Vid. Capit Gen. Tolet. 1606. , Capit. Gen. Rom. 1612. , Congr. Gen. Rom. 1628. , Capit. Gen. Tolet. 1633. , Cap. Gen. Rom. 1651. , Capit. Gen. Vallis. 1670. , Capit. Gen Victorien. 1694. &c.) .*

Posse autem Regulares Prælatos , multoque magis totum Ordinem , in Generalibus Comitiis congregatum , tollere subjectis sibi Provinciis , Conventibus , Fratribus quorumcumque Privilegiorum usum , etiam a Sede Apostolica concessorum , ita ut eisdem uti non possint ; res est explorata (Ad Mirand. Manual. to. 2. qu. 43. art. 4. , Rodriq. Quæst. Regular. tom. 1. qu. 9. art. 2. , Sanctor. Commentar. in Stat. Cap. 12. Stat. 4. , Portel verb. Generalis *n. 5. , Tambur. de iur. Abbat. to. 1. disp. 16. qu. 9.) . Præsertim cum ad Generalia Capitula , ut est notissimum , omnium Ordinis Provinciarum Ministri (quemadmodum districte ipsæ Leges nostræ præcipiunt) , suas singuli Provincias repræsentantes , ideoque earum ipsarum , de quibus agimus , Provinciarum Ministri , earundem nomine , conveniant , & convenerint , nisi aliquando legitimo aliquo fuerint impedimento prohibiti : uti similiter ad Congregationes Generales ante Annum 1676. (quo Anno Congregationes ipsæ ad Definitorii Generalis Patres arctatæ fuerunt) omnes illius Familiæ Vocales conveniebant : ita ut propterea illæ , quas retulimus , habendæ sint declarationes , & protestationes quoque eorum ipsorum Ministrorum , atque adeo Provinciarum earundem , de quibus loquimur .*

Protestationes easdem præterea , quanquam id necesse non esset , confirmavit tamen 20. Novembr. 1679. V. Innocentius XI. celebri suo Motu proprio , Sollicitudo (*Chronol. P. Perus . Par. 1. p. 178. col. 2. seqq.*) : *declaravitque* „ omnes , & singulos Fratres de corpore

Ob-

Observantiæ teneri IN CONSCIENTIA observare Regulam FF. Minorum S. Francisci, & præcepta ejus a Nicolao III., & Clemente V. exposita, & numerata: ac propterea (*subdit*) omnes, & singulas dispensationes, concessiones, & consuetudines, siquæ contra præmissa in corpore Observantiæ Ordinis prædicti reperiantur, motu *&c.* paribus revocamus, cassamus *&c.*, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuas esse, & perpetuo fore, decernimus, & declaramus,,. *Eas demum adjunxit copiosissimas, validissimasque clausulas, ne ulla Provincia, Conventus nullus, nulla dispensatio, privilegium, concessio Apostolica, quantislibet munimentis, præsidiis, ac firmamentis vallata, nulla denique causa quantumvis juridica, legitima, & privilegiata, etiam in corpore Iuris clausa, etiam enormissima, ne totalis læsionis &c., excepta remanent; validissimeque simul præcaveantur in posterum quæcumque etiam Apostolicæ concessiones, Constitutioni eidem, in eaque contentis adversæ; quemadmodum intùs in Constitutione ipsa legere est.*

Urbanus item VIII. in suo Brevi, Sacrosanctum, *dato die 2. Octobris 1625.* (*hoc est, paucis diebus post editum Breve*, Cupientes, *sæpe laudatum*), *posteaquam* statuit, atque declarat, quod perpetuis futuris temporibus omnes, & singuli ejusdem Ordinis Professores, *quoad sandalia, & vestimentum, teneantur servare Regulam, ejusdemque Declarationes Nicolai III., & Clementis V., nec uti valeant concessione Julii Papæ II.; abrogat deinde non solum,,* prædictam Julii Prædecessoris, *sed &* QUASCUMQUE alias concessiones, sive indulta, tam per Litteras Apostolicas, & Motu proprio, quam vivæ vocis Oraculo, & alias quomodolibet concessa, EIDEM REGULÆ QUOMODOLIBET contraria; decernens, præsentes Litteras semper, & perpetuo validas *&c.*, ab omnibusque dicti Ordinis Fratribus inviolabiliter observari *&c.* (*in Chronol. P. Michael. Angel. Neapol. p. 674. col. 1.*). *Quam Urbani revocationem laudat, servandamque jubet Congregatio Generalis Romana An. 1628., quam supra citavimus.*

Horum sane omnium vis adversus Provincias, de quibus sermo est, eousque constabit, quousque non affirmemus, Dispensationem Urbanam in Brevi, Cupientes, *contentam, & has Clementis XIV., non esse re ipsa, nisi simplices Regulæ in iis necessitatis casibus non obligantis interpretationes, ideoque in prædictis omnibus minime comprehendi. Nam secus non* probabiliter, *ut in superioribus Clementinis Decretis dicitur* (*ex quibus ipsis proinde hoc, quod docemus, & probamus, conficitur, esse scilicet Dispensationes, de quibus agimus, simplices Iuris interpretationes*); *sed* certò *ante edita Decreta ipsa eædem Provinciæ obnoxiæ fuissent pœnis contra Instituti violatores sancitis: neque insuper pœnis istis Provinciæ illæ fuissent obnoxiæ ob eam rationem, quod confirmationem Urbani Brevis*, CUPIENTES, nunquam reportarunt, *ut in illis Decretis dicitur; sed quia, contra Ordinis protestationes, declarationes, mandata, Breve idem*, Cupientes, *olim admisissent, eoque usi essent, etiam per eos dies, qui inter Breve idem, & memoratum alterum Breve*, Sacrosanctum, *interfluxere; multoque magis postquam hoc alterum Breve, & Motus proprius Innocentii XI. prodierunt: tametsi ponatur Fratres solos, eorumque Majores, ex invincibili quoque ignorantia, ad hæc usque tempora putavisse, Apostolico Indulto aliquo sibi in perpetuum immobilia, pecuniæque usum concedi. Nulla siquidem ii ignorantia excusante laborare poterant circa Breve illud*, Sacrosanctum; *præsertim cum hoc in evulgatis Actis Congregationis Generalis, An. 1628. habitæ, laudatum, ut diximus, & inculcatum fuisset; ac potissimum circa declarationem, ac protestationem Ordinis, in tot Comitiis Generalibus promulgatam, & ab hac etiam S. Sede prædicto Motu proprio Innocentii XI. confirmatam. Eadem denique de causa, ut patet, iisdem nuper non licuisse, Clementis XIV. Decreta, de quibus loquimur, admittere; iisque cum effectu admissis, in illas ipsas incidissent pœnas.*

Quod si igitur (*ut illuc tandem redeamus, unde sumus profecti*), *si, inquam, Dispensatio, quæ his Clementis Decretis continetur, non est, nisi declaratio, atque interpretatio Legis non obligantis; illud planissime sequitur, Dispensationem hanc iis omnino limitibus circumscribi, quibus circumscribitur ipsa Legis non obligatio.*

Iamvero quinam somniaret, præcepto e. g. non contrectandi pecuniam Fratrem unum, duos, plures, seu hoc, illudve Cœnobium, ad tempus seu magnum, seu modicum, quo ab iisdem servari possit, nihilominus non obligari, ex eo quod & ante tempus illud ab ipsis non potuerit servari, ideoque ipsos antea non obligaverit, & post idem tempus (*etsi ponatur, hoc certissime prævideri*) *servari ab iisdem non possit, ideoque eos postea non sit obligaturum? aut ex eo, quod eodem illo tempore, quo ab ipsis impleri potest, ab aliis Provinciæ Conventibus, Fratribusque impleri non possit, proindeque eo ipso tempore non obliget cæteros Provinciæ Fratres, cæteraque Cœnobia?*

Quæ cum absona sint, concludendum est, quod si idonea Persona aliqua ad tempus aliquod illic suppetat, ea erit ab illis, ad quos pertinet, Apostolicus Syndicus constituendus. Itidemque si Frater in itinere secum ducere Tertiarium, vel alium possit, qui Substitutus sit Syndici Apostolici Provinciæ, vel Conventus, aut ducere secum possit Apostolicum ipsum Syndicum; hoc comite, suisque necessitatibus subveniente, iter facere debet, ipse autem abstinere omnino debet a contrectatione pecuniæ, aliisque actibus, qui ab Instituto nostro alieni sunt. Similiter de Fratre Parocho &c. ratiocinandum est.

Idem hoc Consectarium, de quo hucusque disserimus, in Rebus etiam immobilibus locum habet. Sed tamen cum ratione locorum, personarum, temporum fieri possit, ut eorum Bonorum retinendorum necessitas, intra Duodennium in his Decretis præscriptum, ad tempus aliquod alicubi cessavisse quidem videatur, reipsa tamen necessarium plane sit, eadem per illud etiam tempus retinere; erit proinde Definitorii Patrum, circumstantiis omnibus æqua Sanctuarii lance libratis accuratione tanta, quantam gravissimum æternæ suæ, aliorumque salutis negocium postulat, de hac re judicium ferre.

Eadem tamen in re secernendæ ab invicem diligenter sunt necessitas retinendi immobilia, ac necessitas Bona eadem administrandi per se. Nam hæc secunda necessitas, quæ est penitus a priori illa diversa, facilius, aut minus difficulter cessare potest. Hac autem, licèt ad tempus, cessante; cessat pariter ad tempus idem, uti ex ante disputatis patet, Pontificia facultas, Clementinis hisce Decretis contenta, administrandi immobilia illa Bona per sese; tametsi persisteret etiam tunc necessitas prior, ideoque & Pontificia facultas immobilia eadem retinendi. Seorsim igitur necessitates illæ expendendæ sunt, ac seorsim de singulis ferendum judicium est.

Consectarium nonum. Tot immobilia nomine S. Sedis retinendi, tantæque pecuniæ contrectandæ facultatem his Decretis tribui, quot, & quantam veræ, legitimæque, secundum Instituti nostri leges, necessitates efflagitant; atque eæ insuper necessitates, quibus alia via nostro Instituto

tuo consona occurri non possit. Sequitur hoc ex Consectario præcedenti, ipsiusque probatione; idque etiam innuebat supra P. Matthæucci in iis verbis, quæ ante Pontificia Decreta retulimus. Suae non ad copiam, non absolute facultas eadem tributa est; sed solo jure Poli, ut vocant, concessa est, nimirum ad vitæ sustentationem, ad necessarios tantum subsistentiæ usus, quibus alia via Instituto nostro conformi consuli nequaquam possit.

Quare si earum Provinciarum Locus aliquis, si Fratrum quispiam, illiusmodi necessitatibus suis quoad partem aliquam providere possit alia aliqua ex rationibus nostro Statui consonis (de quibus in Apostolicis Regulæ Declarationibus, & ab ejusdem Regulæ Expositoribus agitur); immobilium partem, & partem pecuniæ, quæ parti huic talium necessitatum respondent, illi Loco retinere, huic Fratri contrectare haudquaquam licebit. Atque, ut dicam paucis, debet in cogitatis, consiliisque omnibus, in factis, in dictis quoque, S. Paupertatis altissimæ a beatissimo Institutore nostro unicè dilectæ, ac Seraphicæ humilitatis spiritus, studiumque flagrans servandi, quoad fieri possit, puritatem Regulæ, aliasque Pontificias, & Ordinis Leges, latissime dominari, aliisque omnibus prælucere.

Omnia isthæc (ex quibus diligenter perpensis alia, pro re nata, deduci poterunt) animadvertenda censuimus, quòd videremus, fuisse circa priora capita erratum, atque etiam Scriptores nonnullos incaute lapsos fuisse. Itaque debitæ charitatis studio ducti, maxime cum de rebus ageretur ad æternæ salutis summum spectantibus, his exponendis immorandum duximus. Cum autem universa ex ipsomet utroque Decreto sæpius laudato hausta sint; ex supremo nempe judicio Romani Pontificis, Summi Religionis Interpretis, & Iesu Christi in terris Vicarii, qui jura omnia in scrinio pectoris sui censetur habere (C. 1. de Constit. in 6.); simulque ex Iure tum communi, tum nostro, quibuscum ipsa maximè Decreta, de quibus hucusque egimus, concordanda sunt, ut ex supra dictis liquet, præsertim ex probatione Consectarii 8., & 9.: jam neque conjectationibus, & argumentationibus ullus relinquitur locus, nec privati cujusquam Scriptoris doctrinæ, neque exemplis Majorum, quibus alioqui inhærendum non fuit, cum, ut Iustinianus Imperator admonet, non exemplis, sed Legibus judicandum sit. Denique illud semper ob oculos habeamus necesse est, quod S. Augustinus (lib. 2. de Baptism. contr. Donatistas cap. 3.) præclarissime inquit: „ Graviter peccaret quis in rebus ad salutem Animæ pertinentibus vel eo solo, quod certis incerta præponeret „.

Antequam finem faciam, duo adnoto, quæ se nobis obtulerunt, postquam hæc scripseramus. Primum, quod, his non obstantibus Clementis XIV. Decretis, quæ hucusque commentati sumus, est nihilominus in iisd. Provinciis, quoad Recollectionis Cœnobia (quæ in generali Concessione non comprehenduntur), servandum, si fieri possit, quoad eam partem, qua servari potest, Murcienæ Statutum, in generali, quæ ibi præmittitur, Declaratione fundatum (in Actis ejusd. Capituli Gen. infr. relat. ad An. 1756. 5. Iun., Sess. III. Famil. Ultramont. n. 6.).

Alterum pertinet ad vivæ vocis Oraculum Benedicti XIII. supra commemoratum (ante supplicem PP. Bulgarorum libellum, in §. Atqui nuper in fin.). Scilicet tametsi recte Amort doceat (in Addit. ad Grueber de Privil. tract. 1. disp. 4. sect. 5. num. 54.) „ non esse verisimile, ullum Romanum Pontificem post ea tempora (post editas nempe ab antecessoribus Pontificibus Constitutiones revocatorias Oraculorum vivæ vocis) voluisse, aut velle integris Communitatibus concedere Privilegium notabile sine Scriptura authentica „; tametsi præterea ante dictum Oraculum nullo loco, & numero (ex Consectario 4.) habendum sit: attamen adversus eos, qui ante hæc Clementis XIV. Decreta illi Oraculo innitebantur, illudque allegabant; potest circa idem speciatim Oraculum (ultra ea, quæ in Consectario 8. §. Denique producta sunt) proferri Constitutio Clementis XII., Romanus Pontifex 12. Februar. 1732., quæ legitur in Continuatione Bullarii Romani (Part. 8. p. 177.), tum etiam apud P. Ferraris (Bibl. v. Oracula vivæ vocis n. 20.), & P. Perusinum (Chronol. Part. 2. p. 157.). In ea siquidem Clemens XII. „ omnia, & singula (ibi recensita) indulta, facultates, & gratias, quæ etiam motu proprio, ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine a Romanis Pontificibus Prædecessoribus vivæ eorum vocis Oraculo, vel per Rescripta, propria illorum, aut de eorum mandato, cujusvis S. R. E. Cardinalis, alteriusve ipsorum Prædecessorum, vel Sedis Apostolicæ Officialis, & Ministri, manu signata, quibusque Secularibus, vel Regularibus, cujuslibet status, gradus, conditionis &c., etiamsi de iis specialis, ac individua mentio necessario facienda foret, Conventibus quoque, & Monasteriis cujusvis Ordinis, &c., nullis prorsus exceptis, quandocumque, & qualitercumque concessa fuerunt, revocat, annullat, &c., ac revocata, & annullata, viribusque, & effectu vacua esse, ac perpetuo fore, neque de cetero cuiquam suffragari posse, vel debere, decernit, & declarat „.

Ac post recensita Indulta multa, & facultates hujusmodi, pertinentes ad Sacramentum Pœnitentiæ, ad absolutiones a peccatis, pœnis, censuris reservatis, & ab obligatione denunciandi, ad dispensationes varias, ad relaxationem juramentorum, ad celebrationem Missæ, ad Officium Divinum, &c.; sic ait §. XII.: „ Indulta quæcumque a Regularibus utriusque itidem sexus obtenta, Votum Paupertatis quomodolibet lædentia, aut Regularis observantiæ, Apostolicis Constitutionibus, propriique Ordinis, seu Instituti Statutis contraria, vel adversantia. Districte propterea prohibet, ne quisquam deinceps his, aliisque prædictis indultis, facultatibus, gratiis ullatenus uti audeat, seu præsumat, sub pœna Excommunicationis, ac privationis Officiorum, Dignitatum &c., vocis activæ, & passivæ, necnon inhabilitatis ad audiendas Confessiones, & ad Officia, Dignitates, & Beneficia hujusmodi in futurum obtinenda, ipso facto absque ulla alia declaratione per Transgressores respective incurrenda, a qua nonnisi a Se, seu Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam quoad Excommunicationem præfatam in mortis articulo constituti, absolutionis, dispensationis, seu rehabilitationis beneficium valeant obtinere „. Subjicit nullitatis pœnam, quæ una cum reliquis ipsius Constitutionis capitibus, amplissimisque clausulis est ibidem legenda. Est enim accurata hujus Constitutionis cognitio maximopere necessaria.

Ex hac porrò Constitutione, ac pœnis in ea inflictis, simili modo de Oraculo Benedicti XIII. ratiocinandum est, quo supra (cod. Consectar. 8. §. Horum sane omnium) de Brevi Urbano, & his Clementis XIV. Decretis ratiocinati sumus. Notat enim Grueber (loc. cit. n. 48.), cum Peirino (tom. 2. Privileg. PP. Minimorum, in Const. 8. Pauli V.), & Lezana (tom. 1. capit. 3. num. 61.), in generali revocatione Oraculo-

culorum vivæ vocis non comprehendi illa, quibus Jus commune, vel Pontificiæ Constitutiones &c. declarantur salummodo; declaratione quidem ejusmodi, sicuti Amort distinguit (Addit. ad Grueber loc. cit.), *quæ* in re indeterminata per Legem, non sit novæ Legis constitutiva, aut a Lege generali exceptiva ex GRATIA (*nam si hoc, ut ibi subdit, & probat*, ex circumstantiis constet, eadem ratio erit de his Oraculis declarativis, quæ de aliis), *sed quæ sit* a Lege generali PER EPIKIAM exceptiva.

1756. 8. MART. *Epistolam ab Illustriss. Præsule, S. Congregationi Disciplinæ Regulari præposita a Secretis, ad Rmum P. Commissarium Generalem Familiæ, jussu ejusdem S. Congregationis, perscriptum, ut Piceni Fratres ab invecto more cessarent habendi in Cœnobiis litterarios Secularium ludos.*

Essendosi nella Marca Anconitana introdotto l'abuso di tenersi da' Religiosi nelle proprie Stanze in quasi tutti li Conventi Scuola *a* Ragazzi di tenera età, che servono di distrazione, e di divagazione ai buoni Religiosi dediti alla Vita attiva, e contemplativa, contro le Costituzioni Apostoliche, e dell' Ordine, in detrimento dell' osservanza, e disciplina Regolare; la Sacra Congregazione, che ha tutta la premura, che negli Ordini Regolari sempre vieppiù fiorisca, e si mantenga l' osservanza, ha ordinato, che per la prima Posta Vostra Paternità Reverendissima scriva al Provinciale della Marca, con incaricargli, che onninamente proibisca *a* tutti li Guardiani di quella Provincia di non far tenere *a'* Religiosi Ragazzi a Scuola, sotto pena di Sospensione *a'* Guardiani negligenti, e trasgressori dell' Offizio, e Carica, da incorrersi *ipso facto*. Monsignore Segretario nel parteciparle l' ordine dell' Eminenze Loro, con piena stima, ed ossequio si rassegna &c.

Hac ipsa de re S. Congregatio Episc. & Regular. die 8. Junii 1753. has Literas dandas jussit ad Nebiensem in Corsica Episcopum, quas ex ejusdem S. Congregationis Regesto describimus:

„ Nebbio al Vescovo == Atteso quanto è stato „ rappresentato alla S. C. nell' annesso Memoriale „ dato a nome del Sacerdote Francesco M. Nobili „ Pievano di Nonza circa i PP. Min. Osservanti di „ detto Luogo; questi Eminentissimi miei Signori „ anno commesso alla Pastoral vigilanza di V. S., „ che quante volte gli accennati Religiosi non esibiscano Indulto Apostolico di poter esercitare le „ Scuole per li Fanciulli, e Giovani del Paese, „ ella gli comandi di doversene astenere, anche col- „ le facoltà della medesima S. C., cha *a* tal effet- „ to se le comunicano colla presente. Glielo significo, e Dio „ &c.

In eandem modum antea Anno 1745., cum Sacra eadem Congregatio a D. Paschali Costa, Plebano Loci Canari nuncupati, interpellata fuisset circa nostrates ejusdem Loci; commissum fuerat Epistola altera, die 10. Decembris data, Pastorali vigilantiæ ejusdem Episcopi Nebiensis „ che quante volte li accennati Re- „ ligiosi non esibiscano Indulto Apostolico di po- „ ter esercitar le Scuole per li Fanciulli, e Gio- „ vani del Paese dentro il loro Chiostro, ella gli „ comandi di doversene astenere „.

Ac jure quidem. Vetustissima namque est, eademque constans Pontificia, & Ordinis Lex, ne Fratres seu extra, seu intra claustrum ludimagistros Secularium agant. Ut antiquiores Constitutiones prætercam; in iis, quæ auctoritate Apostolicæ Sedis, Martino V. Pontifice, editæ, & per S. Joannem a Capistrano publicatæ sunt in Capitulo Generali Assisien. An. 1430., *& ab eodem Capitulo fuerunt receptæ, sic habetur in Cap. 5. Regulæ*: „ Per hoc tamen nullus Fratrum præsumat Puerorum Scholas regere, in Conventu, vel extra, secularium Personarum, sub pœna privationis actuum legitimorum „ (*Bullar. Roman. tom. 3. par. 2. p. 466. col. 1. Edit. Rom. 1741., & Chronol. P. Michael. Ang. a Neap. p. 94. col. 1.*).

Hoc idem præcipitur in Salmanticensi Statutorum Generalium Collectione An. 1553. „ perpetuo (*ut ibi initio dicitur*), omnibus aliis abolitis, & rejectis, *a* Fratribus Italis, & Cisalpinæ Familiæ, de expresso mandato SS. D. N. Papæ Julii III., ac Illustrissimi & Reverendissimi D. Card. de Carpo Protectoris, observanda „. *In ea enim cap. 5. sic legitur*: „ Nullus audeat Puerorum Scholas regere, seu sæcularium Personarum, in Conventu nostro, sive extra, sub actuum legitimorum privationis pœna „ (*Chronol. cit. p. 294. col. 2., & in Orb. Seraph. to. 3. par. 1. p. 316. col. 1.*).

Succinit Collectis Statutorum Generalium Vallisoletana Ann. 1593. (*tit. de Laboritiis &c.*): „ Nullus præterea aut Puerorum, aut sæcularium Personarum Scholas, sive in Conventu, sive extra, regere audeat, & qui secus fecerit, actibus legitimis triennio privetur „ (*Chronol. cit. p. 402. col. 1. post med., & in Orb. Seraph. to. 3. par. 1. p. 454. col. 1. sub init.*). *Vox*, triennio, *quæ hic additur, deest, ut vidimus, in Statuto Salmanticensi, quod unum ad marginem Vallisoletani hujus citatur. Eademque triennii limitatio retenta est in Sambucana Collectione, quæ habetur ad calcem Chronologiæ P. Jalii Veneti.* „ Nullus Fratrum (*sic ibi dicitur cap. 5. §. 1. n. 7.*), sive in Conventu, sive extra, Puerorum, & Sæcularium Scholas regere, aut tenere audeat, sub *pæna* privationis actuum legitimorum per triennium „.

Adeundi quoque P. Sanctorus (Commentar. in Constitut. Cap. 5. Statut. 15.), & P. Matthæucci (Schol. Paupert. tit. 1. consid. 6. n. 33.). Quorum alter, Matthæuccius nempe, quærens loc. cit. „ an possint Fratres regere Scholas Puerorum, & Sæcularium, sive in Conventu, sive extra? „ *in hæc verba respondet*: „ Attendendum est, expresse prohiberi per Statuta Generalia (*prælaudata nempe Sambucana*) c. 5. §. 1. n. 7. Quatenus vero Superior Generalis putet, se posse Statutum declarare; videat, ne quidquam inducat contrarium puritati Regulæ, ac observet, an initum fuerit pactum de mercede recipienda Ludimagistro debita; & in casu conventionis omnino abstineat. Superiores dati sunt in ædificationem, non in destructionem: & noverint, secundum Jura nullam esse dispositionem, vel interpretationem, legitima causa non existente. Sed quid, si incolæ loci mercedem offerrent in eleemosynam, Syndico Conventus tradendam pro necessitatibus Fratrum? In casu inspicienda est circumstantia veræ necessitatis, cui aliàs ordinariis eleemosynis non possit occurri. Sed hypothesis in partibus Christianorum non de facili admittitur „ &c.

1756.

1756. 11. Mart. *Edictum jussu Benedicti PP. XIV. publicatum, quo severe interdicuntur scamna, & cujusque modi sessibula in Templis per eos dies, quibus Musici Concentus in eis habentur: simulque in mentem Fidelium revocantur, quorum debeant iisdem Concentibus interesse.*

F. GIO. ANTONIO

Per la misericordia di Dio Vescovo di Porto, della S. R. C. Card. Guadagni, e della Santità di N. S. Vicario Generale.

La Santità di N. S. felicemente Regnante sotto il di 19. Febraro 1749. diresse ai Vescovi dello Stato Ecclesiastico una Lettera Circolare, nella quale, dopo aver discorso delle Musiche nelle Chiese colla sua vasta, e singolare erudizione, ne riformò gli abusi, e prescrisse il modo di eseguirle. In seguito della medesima Lettera comandò a Noi di pubblicare un Editto per le Musiche di Roma.

Le Musiche si sono riformate; ma non s' è ancora ottenuto l' altro fine, ch' ebbe il S. Padre, quale fu principalmente di raccogliere l' animo, e le menti degli Uditori, *ut simul & verba intelligantur, & ad pietatem Auditores excitentur* (Concil. Mediolanen. primum anni 1565. citat. a SS.D.N. §. 9.). L' impedimento può essere cagionato dall' unirsi indistintamente gli Uomini, e le Donne nelle Chiese a sedere ne' Banchi per udirvi la Musica; dal che nasce quella dissipazione, che s' oppone alla vera divozione, e spesse volte degenera in positiva irriverenza.

Per togliere questo impedimento, la Santità di Nostro Signore ci ha ordinato di pubblicare il presente Editto, col quale si comanda rigorosamente a tutti li Superiori delle Chiese Secolari, e Regolari di non permettere, che vi sieno ne' giorni di Musica per la ricorrenza delle loro Feste Banchi, o Sedie d' alcuna sorte.

Invigilino con la maggior esattezza li Superiori all' esecuzione del presente Editto: altrimenti Nostro Signore destinerà alcune Persone pie, e zelanti, che già sono ad Esso presenti, per supplire, e rimediare all' altrui negligenza.

E quando nè pur questo temperamento bastasse; Nostro Signore sarà costretto, benchè di mal animo, a proibire la Musica in quella Chiesa, ove sarà succeduta la trasgressione.. La proibizione della Musica, dice la medesima Santità Sua nella mantovata Lettera al §. 4., non sarebbe cosa nuova. L' Abate Aelredo, coetaneo, e discepolo di S. Bernardo, riprovò l' uso della Musica nelle Chiese: la San. Mem. di Marcello Secondo era risoluto di proibirla: e li Padri del Concilio di Trento ne formarono il Decreto. Il Ven. Cardinale Tommasi la proibì nella sua Chiesa Titolare di S. Martino.

Sua Santità non vuole venire perora a questa estremità: e perciò ricorda al suo Popolo di Roma di non assistere alle Musiche per curiosità, ma per ricavarne quel profitto spirituale, che dicea il gran P. S. Agostino di avere ricavato per se stesso (lib. 9. Confess. cap. 6. citat. a SS.D.N. §. 9.) = *Quantum flevi in hymnis, & canticis tuis, suave sonantis Ecclesiæ tuæ vocibus commotus acriter! Voces illæ influebant auribus meis, & eliquebatur veritas tua in cor meum, & ex ea æstuabat. Inde affectus pietatis, & currebant lachrymæ, & bene mihi erat cum eis* =.

Dato in Roma dalla nostra solita Residenza li 11. Marzo 1756.

F. Gio. A. Card. Vicario.
Gasparo Arciprete Ori Segret.

Epistola encyclia S. M. Benedicti XIV., incip. Annus qui, *pluries in hoc Editto laudata, legitur, una cum versione Italica, in Bullario ejusd. Pont.* (*to. 3. pag. 7. seqq. Edit. Rom. 1761.*). *In ea tum de Musices ratione in Templis fuse agitur; tum de Ædium Sacrarum cultu, & nitore, de Missæ celebratione, aliisque Divinis Officiis rite persolvendis egregia quædam traduntur, & inculcantur.*

1756. 12. Mart. *S. Congregationis Episc. & Reg. Decretum in* Chelmen. Fundationis Conventus.

In Causa Chelmen. Fundationis Conventus vertente inter P. Stanislaum Kleczevuski Custodem Regiminis, aliosque Patres Min. Obs. Reformatos totius Definitorii Custodiæ Reformatæ Russiæ ex una, & Patres Min. Obs. Conventus Sokal in Russia ex altera partibus, propositum fuit infrascriptum Dubium, videlicet =

An PP. Minoribus Obs. Reform. Custodiæ Russiæ liceat fundare Conventum in Oppido Krilow Diœcesis Chelmensis, in casu &c.?

Sacra Congregatio &c., referente Eminentissimo Mesmero Ponente, Partibus auditis, ac visis videndis, & consideratis considerandis, ad suprascriptum Dubium sequentem in modum respondit, nempe, *Affirmative*; adimpletis tamen conditionibus, a Parocho in ejus assensu requisitis, scilicet quod Dominus Loci prius reædificaverit a fundamentis Ecclesiam Parochialem, & obligationem emiserit solvendi Decimas, quas Parochus exigebat ex fundo donato pro ejusdem Conventus erectione, & quod Religiosi coadjuvare debeant Parocho in Concionibus, & in administratione Sacramentorum, quatenus requisiti fuerint. Et propterea commisit Episcopo Chelmen., ut postquam sibi constiterit de adimplemento prædictarum conditionum, ac Fabricam enunciati Conventus, cum Ecclesia, Sacristia, Campanili, Choro, Refectorio, Dormitorio, Officinis, & spatiis, numeris omnibus essa absolutam, & supellectili tam sacra, quam profana sufficienter instructam, ac inibi duodecim saltem Religiosos ex Piorum eleemosynis ali posse; ad formalem Conventus erectionem, & Religiosorum introductionem deveniat; ita tamen, ut in reliquis ea omnia, quæ per Sacros Canones, S. Concilium Tridentinum, & Constitutiones Apostolicas, & Ordinis circa hujusmodi novorum Conventuum Fundationes præscripta sunt, adamussim serventur. = Romæ 12. Martii 1756.

Prodierunt deinceps in eadem Causa Decreta alia duo, quæ in ejusdem S. C. Regesto An. 1760. ad hunc modum leguntur =

Et sub die 26. Martii 1756., instante Parocho Rutheno Unito Loci de Krilow, proposita iterum Causa, Ponente itidem Eminentissimo Mesmero, eadem S. Congregatio rescripsit: In decisis, & ad D. Nun-

D. Nuncium pro exequutione, & scribatur eidem juxta mentem &c.

Et demum cum pro parte Conventus, & PP. Capuccinorum Civitatis Rosiamposiensis reclamatum fuerit adversus prænarratam Fundationem Conventus in prædicto Oppido Krilow contra PP. Minores Obs. Ref. Custodiæ Russiæ; eadem S. Congregatio, referente Eminentissimo Columna de Sciarra Ponente, visis videndis, & consideratis considerandis, censuit rescribendum, prout rescripsit (*die 28. Martii An. 1760., ut prænotatur ibidem*): In decisis, & amplius Causam non proponi mandavit.

Mens autem S.Congregationis, quæ supra in Decreto diei 26.Martii 1756. innuitur, intelligitur ex Epistola, quæ Varsaviam ad Nuncium Apostolicum in vim Decreti ipsius conscripta fuit, quæque in ejusdem S. C. Regest. An. 1756. habetur. In eo enim, post narratum Decretum diei 12. Martii, sic subjungitur: „ Ma essendo poi sopraggiunto un Memoriale, dato a nome del Parroco Ruteno Unito, col quale domandava, che si sospendesse l' accennata Fondazione, supponendo, essergli pregiudizievole; l' EE. Loro anno rescritto nella Congregazione di questa mattina = In decisis, & ad Dom. Nuncium pro exequutione, & scribatur eidem ad mentem: & mens est, quod Græci Rutheni nullo modo immisceantur, & ad communicationem in divinis admittantur cum Latinis juxta Constitutionem Sanctissimi Domini Nostri =. Glielo significo pertanto, acciò si compiaccia invigilarne all' essecuzione „ *&c.*

1756. 15. Mart. *Epistola, jussu S. C. Propagandæ Fidei præpositæ ad Antiochenum Græcorum Melchitarum Patriarcham data pro Fratribus Custodiæ Terræ Sanctæ, in Ptolemaide, ac Damasco commorantibus circa Melchitas in Tertium Franciscanum Ordinem adscriptos, aliaque capita nonnulla*

Con sua Lettera de' 25. Agosto dell' anno 1755. V. S. fece alcune doglianze contro de' Padri Minori Osservanti di Terra Santa dimoranti in Acri, e in Damasco. Rappresentò ella primieramente, che il Paroco Latino di Acri sotto pretesto di ascrivere alcuni di quei Greci al Terz' Ordine di S. Francesco s' ingerisce negli affari Spirituali della Nazione Greco-Melchita con disturbo del Popolo, e con pregiudizio de' Sacerdoti da V. S. medesima deputati alla cura di quei suoi Nazionali Cattolici. Secondo, che i Padri Spagnuoli dimoranti in Damasco si avvanzano ad insegnare, esser lecito ai Greci di cibarsi de'Latticinj ne' giorni di Sabbato, in tempo di Quaresima, come altresì li stimolano a passare al Rito Latino, ed impediscono l' esercizio delle Funzioni Parrocchiali alli Parochi Greci di quelle Città, e sue adjacenze.

Avendo pertanto creduto necessario la medesima Sacra Congregazione di prendere sopra tali Punti lumi più chiari, e più distinti, ad oggetto di apporre il conveniente riparo agli asserti disordini, qualora si trovassero sussistenti, conforme fu accennato a V. S. con Lettera dei 30. Marzo 1754.; ha comandato al P. Guardiano di Gerusalemme di somministrare le più precise, ed accertate notizie. Da questo pertanto, e molto più dai Documenti autentici, ch' egli ha trasmesso, si deduce, essere insussistenti, e senza verun fondamento gli asserti abusi.

Ed in primo luogo l' ascriversi i Greci Melchiti al Terz' Ordine di S. Francesco sì in Acri, come ancora in altri luoghi, non porta seco veruna ingerenza de' Padri di Terra Santa negli affari Spirituali de' Greci Melchiti, almeno in quelle cose, che possono riguardare il Rito Greco; mentre che i suddetti Religiosi altro non fanno, se non che insegnare, o dichiarare alli Fratelli ciocchè debbono praticare per l'acquisto delle Indulgenze concedute dalli Sommi Pontefici. Si è avuta bensì notizia, che qualche disturbo sia nato non già per parte de' Padri di Terra Santa, ma del Sacerdote Elia, e di V. S. medesima, la quale con termini poco caritatevoli ha voluto proibire ai suoi Greci di ascriversi al Terz' Ordine, di maniera che questi, essendosi protestati in iscritto di aver sempre osservato il Rito Greco, e praticato verso la di lei Persona, e verso il proprio Paroco tutti gli atti di ubbidienza, e di rispetto, non anno potuto a meno di ricercare l' assistenza del suddetto P. Guardiano a solo fine che non sia loro vietato di potere acquistare tali Indulgenze. E' cosa poi degna di riflessione, che trovandosi ascritti al Terz' Ordine, oltre ai Latini, non già i soli Melchiti, ma ancora i Maroniti, ed i Soriani; i Superiori Ecclesiastici di queste due Nazioni, ai quali non manca egual zelo per il proprio rispettivo Rito, non faccino alcuna doglianza. Rimane adunque sommamente sorpresa la S. Congregazione, che V.S., oltre la proibizione fatta ai Melchiti Cattolici di Acri di ascriversi al Terz' Ordine, ed oltre ad aver sospeso dalla celebrazione della Messa il Sacerdote Giovanni Maim, siasi anche avvanzata a scomunicare il Religioso deputato Visitatore dei Fratelli, sopra di cui ella non ha veruna giurisdizione. E finalmente, dichiarate nulle le Confessioni per lo passato fatte dai suddetti Fratelli ai Religiosi di Terra S., abbia loro ingiunto di reiterarle.

Non meno insussistenti appariscono ancora le altre accuse di sopra divisate: poichè i medesimi Latinizzanti di Damasco attestano concordemente di non avere giammai inteso, che alcuno de' PP. Osservanti abbia indotto verun Greco a passare al Rito Latino, o pure gli abbia permesso di cibarsi di Latticinj nei giorni di digiuno, se non in caso d' infermità: anzi li medesimi Parochi Melchiti, da V.S. deputati alla cura de' suoi Nazionali dimoranti in quella Città, affermano, che dopo la pubblicazione della connota Decretale della Santità di Nostro Signore, e dopo che il P. Adalberto di S. Elia Carmelitano Scalzo, dalla Santità Sua deputato per farla eseguire, le trasmise la Nota di quei Latinizzanti, i quali aveano sciolto il Rito Greco, giammai li Padri di Terra S. si sono ingeriti negli affari Spirituali dei Greci, e molto meno anno insinuato a veruno di passare al Rito Latino.

Ma se ciò non ostante, ella avesse Documenti certi da provare la verità di quanto ha esposto, si contenti di trasmetterli alla S. Congregazione, la quale non mancherà di renderle quella giustizia, che sarà dovuta: volendo questi Eminentissimi miei Colleghi, che rimanga illesa quella giurisdizione, che ad ognuno compete; si osservi dagli Orientali il proprio Rito; e si conservi una reciproca pace pur troppo necessaria ai progressi della nostra Santa Cattolica Religione. E per fine di cuore me le offro *&c.*

1756

1756. 17. Mart. *Recitantibus Coronam B. Joannæ Valesiæ certæ Indulgentiæ, aliis revocatis omnibus, conceduntur, nonnullis adjectis conditionibus.*

SAnctissimus Dominus Noster Benedictus PP. XIV. omnibus, & singulis, utriusque sexus Christifidelibus, qui quotidie per integrum mensem Coronam B. Joannæ Valesiæ, triplicatum Rosarium nuncupatam, devote recitaverint, semel intra eumdem mensem, die nempe ab unoquoque ad sui libitum eligenda, in qua vere pœnitentes, confessi, ac Sacra Communione refecti, ac pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium suorum peccatorum Indulgentiam consequi valeant; iis vero, qui in singulis Feriis sextis Quadragesimæ, singulisque septem B. Mariæ Virginis Festivitatibus, ut supra, dictam Coronam recitaverint, septem annorum, totidemque quadragenarum; ac tandem pro qualibet ejusdem Coronæ devota recitatione Indulgentiam centum dierum; in perpetuum benigne concessit. Revocatis omnibus, & singulis aliis Indulgentiis, quæ pro ejusdem Coronæ recitatione asserebantur concessæ.

Declaravit insuper Sanctitas Sua, ut quis consequi possit præfatas Indulgentias, requiri, ut Corona sit de more benedicta a Superioribus Ordinis Annunciationis B. Mariæ Virginis sub Regula S. Francisci a Sede Apostolica approbati, vel a quolibet Confessario ordinario Monialium ejusdem Ordinis; & propterea eisdem Superioribus, & Confessariis dictas Coronas benedicendi facultatem tribuit, & impertitus est. In distribuendis vero hujusmodi Coronis, earumque usu, Sanctissimus servari jussit Decretum felic. recordat. Alexandri PP. VII., editum sub die 6. Februar. 1657., nimirum, ne hujusmodi Coronæ, utpote benedictæ, vendantur, aut alteri commodentur, aut precario dentur; alioquin Indulgentiis jam concessis careant, &, aliqua ex eis deperdita, alia subrogari nullo modo possit, nisi a quibus supra benedicta fuerit.

Datum Romæ die 17. Martii 1756.

F. J. Card. Portocarrero Præfectus.
A. E. Vicecomes S. Congreg. Indulg. Secret.

Loco ✠ Sigilli.

1756. 20. Mart. *Hieronymus Spinula Archiepiscopus Laodicen., ac Sedis Apostolicæ in Regnis Hispaniarum Nuntius, Capituli Generalis Murciæ habendi creatur Præses.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

CUm, sicut accepimus, Capitulum Generale totius Ordinis Fratr. Minor. S. Francisci de Observantia nuncupator. in Civitate Murciæ propediem, benedicente Domino, celebrandum sit; Nos cupientes, ut Capitulum ejusmodi recte, & feliciter ad Dei gloriam, dictique Ordinis utilitatem celebretur, te, de cujus fide, pietate, prudentia, integritate, & Religionis zelo plurimum in Domino confidimus, in prædicto Capitulo Generali, Nostro, & Sedis Apostolicæ nomine, Præsidentem cum auctoritate, facultatibus, honoribus, & oneribus, similibus Præsidentibus competentibus, & aliàs solitis, & consuetis, ac cum facultate, quando tu Actibus Capitularibus interesse non poteris, aliquam Personam Ecclesiasticam, Sæcularem, sive Regularem, in Dignitate Ecclesiastica constitutam, tibi bene visam, in tui locum ad hujusmodi Præsidentis Munus obeundum cum auctoritate, & facultatibus tibi per præsentes concessis substituendi, auctoritate Apostolica, tenore præsentium facimus, constituimus, & deputamus. Teque in Domino hortamur, & monemus, ut Capitulum hujusmodi feliciter regere, ac in illo omnia, & singula, quæ ad prosperum totius Ordinis ejusmodi regimen, & gubernium pertinent, decerni, statui, & ordinari cures, & facias. Mandantes propterea in Virtute S. Obedientiæ dilectis Filiis memorati Ordinis Superioribus, quocumque nomine nuncupatis, cæterisque Fratribus, ac specialiter Vocalibus in dicto Capitulo congregatis, aliisque, ad quos pertinet, ut te in ejusdem Capituli, Nostro, & Sedis prædictæ nomine, Præsidentem reverenter suscipiant, tibique, ac per te substituendæ Personæ prædictæ, in omnibus ad Præsidentis prædicti Officium pertinentibus, pareant, obediant, & assistant; tuaque, & ejusdem Personæ substituendæ salubria monita, & mandata, ac jussa reverenter suscipiant, & efficaciter adimplere procurent. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis prædicti, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 20. Martii 1756. Pontificatus Nostri Anno Decimosexto.

Pro D. Card. Passioneo
Joannes Florius Substitutus.

1756. 26. Mart. = *Decretum S. Congregationis Episc. & Regul. in Chelmen. Fundationis Conventus Krilovienss vid. supr. sub die 12. Mart. 1756.*

1756. 5. April. *Fidelibus omnibus ad honorem Conceptionis B. Mariæ Virginis Immaculatæ semel quotannis certa pietatis opera obeuntibus Indulgentia Plenaria conceditur.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

COElestium munerum Thesauros, quorum dispensationem fidei nostræ credidit Altissimus, præsertim cum ad Animarum salutem procurandam in Domino expedire cognoscimus, eos æquo animo

animo, libentique in universos Christifideles erogare minime prætermittimus. Cum itaque, sicut accepimus, per nonnullos Presbyteros, tam Sæculares, quam cujusvis Ordinis Regulares, ac præsertim Congregationis Piorum Operariorum, tum in Sacris Missionibus, tum in adhortandis quomodolibet ad pietatis opera Christifidelibus, Sacræ Imagines sub invocatione Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ distribui, & elargiri eisdem Christifidelibus soleant ad finem, ut unusquisque die sibi indicta, ad honorem ejusdem Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ non solum jejunium servet, verum etiam peccata sua confiteatur, & Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento reficiatur: Hinc est, quod Nos ad insitum erga eamdem Beatissimam Dei Genitricem Mariam venerationis studium vehementioribus stimulis excitandum, sacrisque Ecclesiæ Thesauris confovendum, singulis Christifidelibus ubique degentibus, qui die sibi semel in anno assignata jejunaverint, ac vere pœnitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti, aliquam Ecclesiam visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & Remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut earumdem præsentium Litterarum transumtis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastic. Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die v. Aprilis MDCCLVI. Pontificatus Nostri Anno Decimosexto.

Pro Domino Cardinali Passioneo
Joannes Florius Substitutus.
Loco ✠ Sigilli.
Alexander Soldinus Notarius publicus.

1756. 17. Apr. *Annuit Pontifex, ut Reverendissimus P. Minister Generalis in Comitiis totius Ordinis, Murciæ mox habendis, in Commissarium Generalem eligi possit: eidemque præcipit, ut, si eligatur, in electionem consentiat.*

Beatissimo Padre = Il P. Giuseppe Torrubia Vice-Procuratore Generale dell' Ordine de' Minori Osservanti in Araceli, attese le istanze giunteli coll' ultimo Ordinario di Spagna da più Vocali della Famiglia Oltramontana per impetrare dalla Clemenza di V. S. l' Indulto di poter eleggere in Commissario Generale della stessa Famiglia il P. Pietro Giovanni di Molina odierno Generale, non ostante oon vi sia corsa la necessaria interpolazione, o vacanza, conoscendo il bene, ed il vantaggio ne potrà risultare dalla sperimentata sua prudenza, ed abilità; umilmente supplica accordargliene la grazia col solito Rescritto, o sia Breve di Abilitazione, o sia Eligibilità, come si degnò nel passato Capitolo Generale concedere al P. Raffaelle di Lugagnano. Che &c.

Rescriptum Sanctitatis.

Attentis meritis P. Petri Joannis de Molina, quæ Nobis perspecta sunt, libentissime annuimus, ut ipse eligi possit in Commissarium Generalem, juxta petita, derogantes Constitutionibus ipsius Ordinis, & cæteris omnibus in contrarium facientibus, de plenitudine Nostræ Potestatis, & Auctoritatis: eidemque Patri de Molina in virtute Sanctæ Obedientiæ præcipimus, ut, quatenus eligatur in Commissarium Generalem, Commissariatum acceptet: utque de Nostra voluntate dubitari non possit, præsens Decretum Nostra manu subscribimus. Hac die 17. Aprilis 1756.

BENEDICTUS PP. XIV.

Registratum in Secretaria supplicum Libellorum Sanctitatis Suæ.
J. C. Boschi Secretarius.
Loco ✠ Sigilli.

In Actis seorsim impressis Capituli Generalis Murciæ habiti, ex quibus superiorem supplicem Libellum cum hoc Rescripto desumpsimus, mendose in ejusdem Libelli initio legitur: Procuratore Generale dell' Ordine &c. *Erat namque tunc temporis Procurator Generalis Ordinis P. Ignatius Dominguez, institutus Literis Rmi P. Ministri Gen., præcedenti An. 1755. die 21. Junii datis (vid. supr. ad eamd. diem). Cum autem menses aliquot intercessuri essent, priusquam P. Dominguez Romam veniret; idcirco P. Minister Generalis per alias suas Litteras, eodem Anno 1755. 22. Julii subsignatas, P. Josephum Torrubia Viceprocuratorem Generalem instituit, donec novus ille Procurator Generalis se in Urbem conferret.*

1756. 12. Maji. = *Hac die data est ab eod. Summo Pontif. Benedic. XIV. ad Emum Archiepiscopum Bononiensem Epistola, incipiens,* Jam inde, *qua congruum primò demonstrat, ut Metropolitanum illud S. Petri Templum iterum inauguretur: eidemque deinde delegat Consecrationis munus, Pontificio nomine peragendæ. In parte illa priore disserit de titulis tribus novæ Templorum Consecrationis. De primo titulo, quod nempe de Templi, vel Altaris Dedicatione dubitetur, nec scripturæ, vel testes existant, qui de Consecratione hujusmodi fidem faciant, agit a §. 1. usque ad §. 7. De titulo altero subsequutæ combustionis disputat a §. 7. ad 10. De tertio demum titulo novæ ædificationis & constructionis, a §. 10. ad 22.: in quo §. 22. memorat etiam,* quæstionem ab Auctoribus agitatam, an liceat retinere recitationem Officii Dedicationis Ecclesiæ, etsi vetus haud supersit Consecratio. *Hæc breviter indicavimus, ut pro re nata consuli ea Epistola possit, quæ und cum versione Italica extat in Bullario ejusd. Pont. (tom. 4. pag. 183. seqq. Edit. Roman. 1762.)*

1756. 15. Maji. *Decretum S. R. C. in una Ordinis Minorum Excalceatorum S. Francisci Provinciæ S. Didaci Hispalen.*

Pater Provincialis Ordinis Minorum Excalceatorum S. Francisci Provinciæ S. Didaci Hispalensis Sacræ Rituum Congregationi exposuit, prohiberi suis Religiosis a quibusdam peculiaribus Constitutionibus usum Pluvialis in Processionibus SS. Corporis Christi; quæ Leges cum adversentur Decretis hujus Sacræ Congregationis, humillime eidem supplicavit, ut præcipere dignaretur, ab omnibus suis Religiosis præfatæ Provinciæ easdem Decreta Sacræ Congregationis esse observanda.

Et Sacra Congregatio ad relationem mei Secre-

tarii rescripsit, quod eidem Oratori darentur Decreta aliàs in hoc Dubio emanata, videlicet =

„ Congregationis Montis Coronæ.

„ Supplicante humiliter Sacræ Rituum Congregationi Patre Juvenale Visitatore Generali Congregationis Camaldulensium Montis Coronæ, infrascriptum Dubium declarari = *An liceat non habentibus usum Pluvialis, in die, & infra Octavam SS. Corporis Christi peragere Processionem cum SS. Sacramento; & illud sine Pluviali exponere?* Et Sacra Congregatio censuit respondendum: *Negative quoad primam partem; & quoad secundam, non posse cogi, id est, in expositione SS. Sacramenti.* Et ita respondit, & declaravit die 22. Januarii 1701. „

Quod Decretum eadem Sacra Congregatio etiam a Religiosis Excalceatis S. Francisci dictæ Provinciæ S. Didaci servari mandavit die 15. Maji 1756.

CAPI-

CAPITULUM GENERALE
OCTOGESIMUM QUARTUM
TOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM
IN CONVENTU S. P. N. FRANCISCI CIVITATIS MURCIÆ,

Præside Illustrissimo, ac Reverendissimo Domino

HIERONYMO SPINULA
ARCHIEPISCOPO LAODICENSI,

AC SEDIS APOSTOLICÆ IN HISPANIARUM REGNIS NUNTIO,

C E L E B R A T U M

ANNO 1756. DIE 5. JUNII IN SACRO PENTECOSTES FESTI PERVIGILIO.

Patres Reverendissimi Definitorii Generalis, cæterique Vocales Murciam ingressi Civitatem, & in Loca Capitulari constituti, tum ad negotia Ordinis expedienda, tum ad novas faciendas Electiones, processerunt, prout sequitur.

SESSIO I. MATUTINA

Die 28. Maji 1756.

Habita die, ac anno præfatis prima Sessione; cum in primis constiterit de absentia aliquorum Adm. RR. PP. Definitorum Generalium utriusque Familiæ; loco eorum justis de causis absentium, pro hac Cismontana Familia, ad præscriptum nostrarum Constitutionum, unanimi omnium PP. suffragio suffecti fuerunt numero sequentes, videlicet: Loco Adm. R. P. Antonii Sedra, R. Adm. P. Laurentius Martinus Minister Catalauniæ: Loco Adm. R. P. Joannis de Volla subrogati ob mortem Adm. R. P. Joachim a S. Joseph, Adm. R. P. Joannes de Puga Minister Tertii Ordinis Legionensis: Et loco Adm. R. P. Hieronymi Vlamiynk absentis, Adm. R. P. Jacobus Van Maelsaecke Pro-Minister Provinciæ S. Joseph in Comitatu Flandriæ.

Pro Familia autem Ultramontana: Loco Adm. R. P. Alexii a Roma subrogati ob mortem Adm. R. P. Cæsarii a Bononia, fuit substitutus Adm. R. P. Bonaventura a Tusculo Minister Provinciæ Romanæ Reformatæ: Et loco Adm. R. P. Josephi a Valçovarino absentis, Adm. R. P. Antonius Bakick Bosniæ Argentinæ Minister. Cum vero dicta die adhuc deessent quatuor PP. Definitores Generales Familiæ Cismontanæ, & unus Ultramontanæ, ex quibus Adm. RR. PP. Sebastianus Philippes, & Ignatius a Nivibus frustra omnino expectabantur, eorumque Provinciales Ministri, qui de jure substituendi erant, nondum accessissent, decreverunt Patres, integrum esse Definitorio Generali ad ulteriora procedere, ea spectata ratione, quod prædicti PP. absentes legitime vocati, & satis expectati, hactenus non comparuerint. Dein Auditores Causarum deputati fuere: Et primo

PRO CISMONTANA FAMILIA.

Pro Provinciis Observantium Hispaniarum

Patres Ministri Provinciarum Cantabriæ, & Granatensis.

Pro Discalceatis ejusdem Nationis

Patres Minister Provinciæ Divi Pauli, & Custos Provinciæ S. Ioannis Baptistæ.

Pro Provinciis Observantibus Nationis Gallicæ

Patres Pro-Minister Provinciæ S. Ludovici, & Guardianus Magni Conventus Parisiensis.

Pro Recollectis ejusdem Nationis

P. Minister Provinciæ S. Bernardini.

Pro Natione Germano-Belgica

P. Vicarius Provincialis Germaniæ Inferioris.

Pro Tertio Ordine

P. Minister Provinciæ Bæticæ.

PRO FAMILIA ULTRAMONTANA.

Pro Provinciis Regularis Observantiæ

Patres Ministri Provinciarum Mediolanensis, & Principatus.

Pro Reformatis

Patres Ministri Provinciarum Bononiensis, & Terræ Laboris.

Pro Natione Ultramarina

Patres Pro-Ministri Provinciarum S. Hieronymi Dalmatiæ, & Sancti Vigilii.

SESSIO II. VESPERTINA EJUSDEM DIEI.

Absente Adm. R. P. Definitore Generali Ignatio a Nivibus, & nullo Vocali dictæ Nationis sese coram sistente, præter Adm. R. P. Franciscum de Azurrara Pro-Ministrum Provinciæ Solitudinis ejusdem Nationis; unanimi omnium PP. calculo declaratus est idem P. Azurrara Definitor Generalis substitutus pro prædicta Natione.

Postea unanimi quoque consensu iidem Patres, qui in Sessione Matutina hujus diei destinati fuerunt Auditores Causarum, designantur etiam pro revisione Scripturarum ad Provincias respective spectantium.

Designantur Revisores Computuum Terræ Sanctæ.

PRO FAMILIA CISMONTANA.

Pro Provinciis Hispaniarum

Patres Minister Provinciæ Baticæ, & Custos Provinciæ Aragoniæ, ac Pro-Minister Provinciæ Solitudinis.

Pro Natione Gallica

Patres Pro-Minister Provinciæ Aquitaniæ Recentioris, & Custos Provinciæ S. Ludovici.

Pro Natione Germano-Belgica

Patres Provincialis Hiberniæ, & Custos Provinciæ Coloniensis.

PRO FAMILIA ULTRAMONTANA.

Pro Natione Italica

Patres Ministri Provinciarum S. Thomæ, & Terræ Laboris Observantium.

Pro Natione Ultramarina

Patres Ministri Provinciarum Candiæ, & S. Ladislai Observantium.

SESSIO III. MATUTINA

Die 29. Maji.

AGniti fuerunt pro legitimis Vocales omnes præsentes, &, nonnullis adhuc deficientibus, eorum adventus ad Sessionem Vespertinam proxime sequentem delatus est.

SESSIO IV. VESPERTINA.

ITidem habitis pro legitimis cæteris Vocalibus, qui post antecedentem Sessionem accesserant, cum adhuc desideraretur Adm. R. P. Sebastianus Philippes Definitor Generalis ex Provincia Turonia Pictaviensis, compertoque ex indubiis testimoniis, frustra esse, qui vel Ministri, vel Pro-Ministri ejusdem Provinciæ adventum præstoletur, concordi omnium PP. sententia, locum ejusdem P. Philippes obtinuit R. P. Josephus de Ages prædictæ Provinciæ Custos.

Perlecta dein Epistola Serenissimi Ducis Bavariæ, directa ad Reverendissimum Ministrum Generalem, aliosque PP. Generalis Diffinitorii in commendationem Patrum Provincialis, Custodis, aliorumque Religiosorum Provinciæ Bavariæ, factoque Serenissimo Duci, de Religione Seraphica optime merito, longe æquissimo plausu pro tali ac tanta benignitate, humanitate, clementia, ac vere paterno affectu erga Franciscanam Familiam; omnes PP. unanimiter conclamarunt, per Reverendissimum Ministrum Generalem proxime eligendum Serenissimo Duci respondendum fore, immensasque grates eidem omnium nomine referendas.

SESSIO V. MATUTINA

Die 30. Maji.

FActa nonnullorum Vocalium, qui die antecedenti deerant, legitima agnitione; exhibita, lectaque fuit Epistola Reverendissimi Commissarii Generalis Ultramontanæ Familiæ, sese excusantia ob notissimam, qua jam diu laborat, infirmitatem, debilitatemque, adeout impar omnino fuerit, ut ad hoc Generale Capitulum se conferret; exoratque veniam de admissis, & omissis in suo munere rite obeundo, atque officio suo; & testimonium secundum nostra Scita, Legesque munitum mittit: quæ quidem omnia eadem in Sessione probata sunt.

SESSIO VI. MATUTINA

Die 31. Maji.

AGnitis similiter Vocalibus, qui die externa defuerant, propositum fuit a Reverendissimo Ministro Generali, ut adderentur aliqui Patres ex Vocalibus Discretorio Generali hujus Cismontanæ Familiæ, usque ad explendum num. 24. ex Nationibus, & Reformationibus, necnon etiam ex Tertio Ordine; quatenus omnibus hujuscemodi Nationibus sui essent in Discretorio Adsistentes, & quidem sub uno Præside, sicut antea fieri consueverat ad nostrarum Legum amussim: omnibusque Patribus unanimiter annuentibus, ita in posterum fieri debere statutum est.

Tum lecto folio, quod incipit, *Recensio brevis Thesium &c.*, & explicit, *Scribebat Ioannes Antonius Salvendo Iuris utriusque Doctor ad Calendas Martias 1756.*, prælo vulgato, atque a PP. pensiculatius expenso; unanimes censuerunt, in ipso contineri propositionem plane injuriosam, seditiosam, & calumniosam in Personam, & Officium Reverendissimi Ministri Generalis Ordinis; ac propterea decreverunt, & decernunt, ac mandant in Virtute S. Obedientiæ omnibus Religiosis, tam Vocalibus, quam non Vocalibus, ut nulla mora consignent exemplaria, siquæ habeant, Adm. R. P. Procuratori Generali Ordinis, cui serio committitur, ut sedulo inquirat, a quo dictum folium receperint, aliasque diligentes perquisitiones adhibeat ad detegendum Auctorem, ipsosque Distributores; & insuper eodem S. Obedientiæ mandato districte inhibetur omnibus Religiosis nostri Ordinis dicti folii lectio, ceu omnino proscripta, atque prohibita.

SESSIO VII. VESPERTINA EJUSDEM DIEI.

COnfirmatis omnibus in antecedenti Sessione sancitis, porrectus, lectusque fuit supplex Libellus Patrum Provinciæ Reformatorum S. Hedwigis in Silesia, enixe petentium tum additionem Sigilli neo-erectæ earum Provinciæ, aliarum Provinciarum Sigillis faciendam, tum designationem loci pro præfata Provincia. Quorum quidem Patrum Votis annuendum censuere PP. decernentes, exhibendum esse ab Oratoribus exemplar Sigilli, ut cæteris aliarum Provinciarum addatur; locumque inter Provincias postremum Silesianæ S. Hedwigis, tamquam non ita pridem erectæ, adsignandum.

SESSIO VIII. MATUTIMA

Die prima Junii.

CUm Reverendissimus P. noster Generalis Minister hoc mane statuisset, agendam, siqua esset, Syndicationem in se, in alios quoque subjectos Superiores, tum etiam in Officiales Generales Curiæ; cœpta Sessione, & extra Definitorii locum cum prædictis Officialibus eodem P. Ministro Generali ad instar Legum abeunte, acta est prædicta Syndicatio, omnibusque uno ore clamantibus, hujusmodi Decretum exarari debere, statutum est, ut infra:

Attente perlectis omnium nostri Ordinis Provincia-

ciarum Syndicationibus Definitorio Generali exhibitis, non solum repertum est, eas neutiquam præferre ullas prorsus criminationes, & querelas contra Reverendissimum P. nostrum Ministrum Generalem, aliosque subjectos Superiores, ac Officiales Generales Curiæ delatas, sed e contrario potius impense laudari, & signanter præfatum Reverendissimum Ministrum Generalem, qui pene ab omnibus singularibus ornatur laudibus, quod spectat ejus prudentiam, in rebus agendis dexteritatem, & erga Subditos charitatem. Hinc Discretorium Generale, absentibus supradictis Reverendissimo Ministro Generali, cæteriaque Curiæ Officialibus, censuit, eosdem debita laude non defraudandos, æternamque eiadem retributionem a Deo Optimo Maximo adprecatur.

SESSIO IX. VESPERTINA EJUSDEM DIEI,

Cum Sanctissimus Dominus Noster Benedictus Papa XIV. Illustriss., & Reverendiss. Dominum, apud Regem Catholicum Nuntium Apostolicum, hujus Generalis Capituli Præsidem delegerit, ac constituerit; idemque Reverendissimus Nuntius Matrito ad hanc Murciæ Civitatem profectus, die externa pervenerit; hodie, hora quinta post meridiem, ad hunc Capituli Locum se accessurum Patribus significavit. Statuta itaque hora Ecclesiam ingressus, una cum suo solemni comitatu, ibi a Reverendissimo P. Ministro Generali, atque ab aliis Definitorii PP., cæterisque Vocalibus ea, qua par erat, lætitia, & plausu exceptus, fusis de more precibus ante Aram majorem, ad locum pro Definitorio paratum, cum omnibus PP. ejusdem Definitorii perrexit, ubi, lecto Brevi Apostolico facultatis sibi commissæ, omnium nomine a P. Ministro Generali præstita est ei obedientia. Tenor autem præfati Brevis est sequens:

BENEDICTUS PP. XIV.

Cum sicut accepimus &c. (*ut supra ad diem* 20. *Mart.* 1756.),

SESSIO X. MATUTINA

Diei 3. *Junii*.

Relatis quibusdam instantiis, quæ in antecedentibus commissæ fuerant referendæ, post maturum examen, Decreta sequentia prodiere:

Ad instantias, supplicationesque P. Commissarii Provincialis, ac Conventuum Insulæ Minoricarum, videlicet; *Primo*, quod Ex-Commissarii Provinciales ejusdem Insulæ, post triennale eorum regimen absolutum, decorentur honoribus, ac privilegiis, quibus Ex-Provinciales in suis respective Provinciis fruuntur. *Secundo*, quod habeantur, ac agnoscantur pro Discretis Conventuum. *Tertio*, quod declaretur, & decernatur, quinam in defectum qualemcumque Commissarii Provincialis, interim Vices ejus agere debeat, donec expectetur diffinitivum responsum Reverendissimi Procuratoris Generalis? *Quarto*, an idem Commissarius Provincialis in suis resolutionibus, ac electionibus quoque Superiorum pendere debeat a Discretis? *Quinto*, an Guardiani Conventuum præsentare teneantur eorumdem dispositionem, & statum coram Commissariis, ac Discretis: Possintque iidem Guardiani, si non ritè se gesserint, deponi, aliique digniores in eorum locum substitui? *Sexto*, num obstringantur legibus municipalibus, quæ ante separationem viguerant? = *Quibus omnibus datum sequens responsum*:

Ad primum quidem, *negative*; *neque hac super re a tramite Constitutionum Ordinis deflectendum*.

Ad secundum, *PP. Ex-Commissarios habendos, ac agnoscendos, uti Discretos Conventuum, in quibus morantur, quemadmodum in Constitutionibus Ordinis, ubi de Discretis agitur, legere est*,

Ad tertium, *in casu P. Ex-Commissarium antiquiorem declarari tamquam Commissarium Provincialem, cum plenitudine potestatis tum circa Fratres Conventuum, tum circa Moniales; hac tamen lege, ut mox, omni fraude seposita, ad Reverendissimum Ministrum Generalem recurratur, qui statuet, quod expedire in Domino judicaverit*.

Ad quartum, *affirmative*.

Ad quintum, *itidem affirmative, dummodo cautum, ut adhibeatur consilium Discretorum; factaque Guardiani, veluti suo Officio fideliter, laudabiliterque nequaquam functi, suspensione, Præses interim nominetur, utquedum a Reverendissimo Generali, rerum omnium exemplo certiore faciendo, aliud in Domino provideatur*.

Ad sextum, *servandas leges municipales, perinde ac si nulla separatio contigisset; Atque Commissarium Provincialem, si opus fuerit, satis pollere facultate condendorum Decretorum, quæ opportuna, sive necessaria in Domino videbuntur*,

Preces PP. Tertii Ordinis Provinciæ Legionensis circa factam reductionem Missarum sequens obtinuere responsum: *Definitorium Generale approbat reductionem juxta expositionem factam in scriptis a PP. Recensoribus*.

SESSIO XI. VESPERTINA EJUSDEM DIEI.

Accurate discussis quibusdam supplicationibus, sequentes resolutiones manarunt:

Pro Provincia (*a*) Franco-Parisina postulabatur, ut approbarentur sequentia Decreta, a Diffinitorio Provinciali facta. *Primum*, quod Magistri Novitiorum locum habeant post Lectorem Philosophiæ. *Secundum*, quod Confessarii ab Ordinario approbati præcedant non promotos ad aliquod munus in Provincia obeundum. *Tertium*, quod æqualis sit numerus in utraque Custodia, Lectorum Jubilatorum suffragio gaudentium. *Quartum*, quod examinentur, &, si placuerit, approbentur Statuta pro quinque Monialium Monasteriis Tertii Ordinis in Lotharingia. *Quintum denique*, an præfatæ Moniales soli Ministro Provinciali subdantur; num etiam pariter teneantur Decretis Definitorii Provincialis parere? = *Responsum fuit*

Ad primum, secundum, & tertium, *affirmative*.

Ad quartum, *confirmanda esse Statuta exhibita, exclusive quoad alia*;

Et ad quintum, *quod subsint tam Ministro Provinciali, quam Definitorii Provincialis Decretis, Moniales ipsas spectantibus*.

Pro Provincia Russiæ Observantium porrecta est supplicatio: *Primo*, pro facultate Instituendi Lectorem tertium Polemicum in quolibet Studio Genera-

(*a*) *Hæc modò Provincia, unà cum aliis Min. Observantium Provinciis, quæ in Gallia erant, ad Ordinem PP. Min. Conventualium pertinet: quod illæ Institutum Ann.* 1771. *amplexæ sunt*.

si, qui gaudeat postea Jubilatione, esto sexennium dumtaxat in Theologia Scholastica exegerit. *Secundo*; pro renovatione Statuti Generalis, quod Prædicatores duodennales, qui saltem per sexennium in principalioribus Provinciæ Suggestis eo munere fuerint cum laude functi, fruantur titulo (a) Reverendissimorum, habeanturque Discreti Conventuum, eum præcedentia ante actuales Prædicatores.

Ad primum, & secundum, *juxta petita affirmative*.

SESSIO XII. DE MANE

Die 4. Junii.

HOra octava matutina peractum fuit Scrutinium Vocalium hujus Cismontanæ Familiæ, & hora quinta vespertina accersiti fuere Vocales Ultramontanæ coram Illustrissimo, & Reverendissimo Præside; cumque probe innotuisset, majorem Vocalium partem utriusque Familiæ stare pro Adm.R.P. Clemente a Panormo, altera minor pars acquievit, & accessit, dato verbo expresso Illustrissimo, & Reverendissimo Præsidi de confluendo ad pleniorem electionem.

Die 5. Junii.

IN hoc Pentecostes Pervigilio hora matutina, Sacro ad lumen, atque ipsum Spiritus Sancti implorandum religiosissime facto, Patres omnes Vocales Templum ingressi suis in locis consederunt. Accedente vero Illustrissimo, ac Reverendissimo Nuntio Apostolico, Comitiorum Generalium Præside, delectisque de more Disquisitoribus; tum omnibus, qui præsto erant, Vocalibus proprio nomine nuncupatis, claraque voce respondentibus, *Adsum*; post brevem orationem ab Illustrissimo, ac Reverendissimo Nuntio ad Electores habitam, abdicatumque a Ministro Generali, cum petita admissorum, ac omissorum venia, regimen; tandem ad præstanda pro novo Ministro Generali suffragia ventum est. Rectis autem omnium Vocalium Schedulis, constitit, in Adm. R. P. Clementem a Panormo Provinciæ Vallis Mazariæ Ssc. Theologiæ Lectorem Jubilatum, olim Provincialem, ac Diffinitorem Generalem, Virum cum primis laudandum, fere tota confluxisse Vota; atque hinc secundum Constitutiones Ordinis fuisse renunciatum Ministrum Generalem totius Familiæ Seraphicæ, legitime, & canonice electum: eandemque electionem laudatus Illustrissimus, ac Reverendissimus Præses firmam, ratamque habuit; &, concrematis Schedulis, solemnis e Suggestu publicatio, ut fieri hactenus consuevit, peracta est in hæc verba:

IN NOMINE PATRIS, ET FILII, ET SPIRITUS SANCTI. AMEN.

H*ÆC est electio Ministri Generalis totius Ordinis S. Francisci canonice celebrata per Fratres Vocales capitulariter, & legitime congregatos in præsenti Conventu S. Francisci Civitatis Murciensis, die 5. Mensis Junii Anni Domini millesimi septingentesimi quinquagesimi sexti.*

Hic adnumerantur nomina Candidatorum, & quot singuli nacti sunt suffragia, a quibus percensendis, ut mos est, duximus supersedendum.

Et ego F. Antonius Aguirre, unus ex Disquisitoribus, & Compromissariis, virtute compromissi in me, & socios meos limitati, nomine omnium, qui in dicta electione convenerunt, & consenserunt, præfatum Reverendissimum P. F. Clementem a Panormo, in quem major pars Votorum consensit, Ministrum Generalem canonice electum nomino, & sic electum enuntio. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Ita est F. Marcus Antonius Gravois Disquisitor.

Ita est F. Franciscus Vanden-Venne Disquisitor.

Ita est F. Bernardinus ab Averna Disquisitor.

Ita est F. Antonius Bartuska Disquisitor.

Ita est F. Gherardus a Barga Disquisitor.

Ita est F. Antonius Aguirre Disquisitor, & Secretarius.

Hieronymus Archiepiscopus Laodicensis
Nuntius Apostolicus Præses.

Tum, patefactis Templi Januis, ac *Te Deum* solemniter decantato, Vocales, & cæteri Fratres omnes ad Aram Maximam properantes, deosculando Reverendissimo Patri quàm demississime manum, debitam eidem obedientiam, ac reverentiam exhibuere, innumera propemodum spectante Populi multitudine, quæ sese in hanc rem ad idem Templum contulerat.

Hora autem vespertina, congregatis Cismontanæ Familiæ PP., prodiit canonica electio Reverendissimi P. Petri Joannetii de Molina, pridem Ministri Generalis, in Commissarium Generalem ejusdem Familiæ; fuitque, prout sequitur, publicata:

IN DEI NOMINE. AMEN.

H*ÆC est electio Reverendissimi P. Commissarii Generalis Ordinis Minorum totius Familiæ Cismontanæ per PP. Vocales in Conventu S. Francisci hujus Civitatis Murciensis capitulariter, & legitime congregatos, anno 1756. die 5. Junii, canonice, & rite celebrata, præsidente in ea Illustrissimo, & Reverendissimo D. Domino Hieronymo Spinula Archiepiscopo Laodicensi, & in Regnis Hispaniarum Nuntio Apostolico, specialiter vero a Sanctissimo D. N. Benedicto XIV. delegato, in quam quidem electionem major pars Votorum concessit.*

Et ego F. Antonius Aguirre, unus ex Disquisitoribus, & Compromissariis, virtute compromissi in me, & in socios meos limitati, nomine omnium, qui in dictam canonicam electionem convenerunt, & consenserunt, præfatum Reverendissimum P. F. Petrum Joannetium de Molina, in quem major pars Votorum consensit, in Commissarium Generalem totius Familiæ Cismontanæ canonice electum nomino, & sic electum enuntio. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Ita est F. Marcus Antonius Gravois Disquisitor.

Ita est F. Franciscus Vanden-Venne Disquisitor.

Ita est F. Antonius Aguirre Disquisitor, & Secretarius.

Hieronymus Archiepiscopus Laodicensis
Nuntius Apostolicus Præses.

Hic quoque, ut supra, quæ recensenda essent, Candidatorum Suffragia prætermittuntur.

Die 7. Junii.

HOra matutina electio manavit Procuratoris Generalis Ordinis, aliorumque Officialium Generalium in Curia Romana, prout sequitur:

IN

(a) *Legendum*, Reverendorum.

IN NOMINE DOMINI. AMEN.

Hæc est electio Adm. R. P. Procuratoris Generalis Ordinis.

PRoposito per Reverendissimum P. Clementem a Panormo Ministrum Generalem totius Ordinis, pro Officio Procuratoris Generalis ejusdem Ordinis, Adm. R.P.Carolo Maria a Perusio Provinciæ S. Francisci Lectore Jubilato, jam Ministro Provinciali, & ex- Commissario Generali Curiæ, qui pridem pro hujusmodi Officio fuerat qualificatus a Reverendissimis PP. Definitorii Generalis Ultramontanæ Familiæ, fuit canonice electus die, ut supra, & anno, suffragantibus omnibus PP. Vocalibus Regularis Observantiæ ejusdem Familiæ, & ab eodem Reverendissimo P. Ministro Generali in hoc Officio confirmatus.

Electio Adm. R. P. Commissorii Generalis Curiæ.

PRoposito per eumdem Reverendissimum P. Ministrum Generalem Patribus Vocalibus Cismontanæ Familiæ R. P. Fr. Josepho Thoma Blanco Lectore Jubilato, atque hujusce Carthaginensis Provinciæ Ministro, pro Officio Commissarii Generalis Curiæ Romanæ, canonice ejusdem electio subsequuta est, & a Reverendissimo Patre Ministro Generali confirmata die, & anno supradictis.

Hæc est electio Procuratoris Generali: Reformatorum.

PRoposito per præfatum Reverendissimum P. Ministrum Generalem Patribus Vocalibus Reformatis Ultramontanæ Familiæ R. P. Carolo a Golleono Reformatæ Provinciæ Brixiæ Lectore Emerito, & a Secretis proxime præteriti Reverendissimi Generalis, qui pridem pro hujusmodi Officio fuerat qualificatus a Reverendissimis Patribus Definitorii Generalis ejusdem Reformatæ Familiæ, ejus canonica electio plenis votis habita est, & ab eodem Reverendissimo P. Ministro Generali firmata die, & anno, ut supra.

IN NOMINE DOMINI.

HÆC *est electio Adm. R. P. Procuratoris Generalis Discalceatorum, & Recollectorum per Patres Vocales, in hoc Conventu S. Francisci Civitatis Murciensis capitulariter, & legitime congregatos, die 7. Iunii anno 1756. canonice, & rite celebrata, præsidente in ea Reverendissimo P. Fr. Clemente o Panormo totius Ordinis Ministro Generali; in quam quidem electionem pro P. Fr. Benedicto a Serpa Ministro Provinciæ Pietatis omnia vota convenere.*

Et ego Fr. Paulus o Iesu ejusdem Ordinis Professus, Provinciæ Divi Pauli Minister, unus ex Disquisitoribus, & Compromissariis, virtute compromissi in me, & in socios meos limitati, nomine omnium, qui in dictam electionem convenerunt, & consenserunt, præfatum Adm. R. P. Benedictum a Serpa Procuratorem Generalem Discalceatorum, & Recollectorum canonice electum nomino, & sic electum cunntio. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Fr. Clemens de Panormo Minister Generalis.

Fr. Marcus Antonius Gravois Disquisitor.

Fr. Franciscus de Azurrara Disquisitor.

Ita est Fr. Paulus a Iesu Minister Provinciæ Divi Pauli, Disquisitor, & Secretarius.

Eodem die 7. Iunii

Hora vespertina peracta est electio Diffinitorum Generalium utriusque Familiæ.

PRO FAMILIA ULTRAMONTANA.

A. R. P. Cajetanus de Syracusis Minister Provinciæ Vallis Neti Observantium.

A. R. P. Joannes Maria de Lunga Provinciæ S. Antonii Observ.

A. R. P. Franciscus Antonius a Mutiliana Provinciæ Bononiæ Observ.

A. R. P. Bernardinus de Spalotro Provinciæ Dalmatiæ Observ.

A. R. P. Philippus o Podio Myrteto Provinciæ Romanæ Observ.

A. R. P. Venantius Tyzkonski Provinciæ Russiæ Observ.

A. R. P. Joannes Franciscus de Rapallo Provinciæ Genuensis Reform.

A. R. P. Benedictus de Cavoletio Provinciæ S. Vigilii Reform.

A. R. P. Seraphinus de Ceritano Provinciæ Calabriæ Citra Reform.

A. R. P. Sylvester de Amalphi Provinciæ Principatus Reform.

PRO FAMILIA CISMONTANA.

A. R. P. Ignatius Dominguez Provinciæ Aragoniæ Observ.

A. R. P. Emmanuel Martinez del Barrio Provinciæ Burgensis Observantium.

A. R. P. Claudius Ausson Provinciæ Franco-Parisiensis Observ.

A. R. P. Florianus a S. Stephano Provinciæ S. Joseph Discalc.

A. R. P. Thadæus Laplesse Provinciæ S. Mariæ Magdalenæ in Gallia Recollectorum.

A. R. P. Demetrius Lunderbursch Provinciæ S. Crucis Recoll.

A. R. P. Franciscus Vanden-Venne Provinciæ Germaniæ inferioris Recollectorum.

A. R. P. Petrus Iosephus Clerch Guardianus Magni Conventus Parisiensis.

A. R. P. Franciscus Azurrara Provinciæ Solitudinis Discalceat.

A. R. P. Andreas Romero Provinciæ Bæticæ Tertii Ordinis.

SESSIO XIII. DE MANE

Die 10. Iunii.

POst porrectum supplicem libellum Provinciæ Marianæ Reformatorum in Hungaria, ubi multiplices continentur expostulationes adversus Provinciam S. Ladislai Observantium = *Reverendissimus P. Minister Generalis neo-electus, ne asperi Definitorii Patres sanxerunt, ab eodem Ministro Generali destinandum idoneum Commissarium pro eruenda veritate querelarum, retectaque exponenda eidem Ministro Generali, cujus intererit pro sua prudentia, ac æquitate contrafacientes in officio continere, omnemque litem dirimere.*

Enixe supplicatum a Pro-Ministris, & Custodibus, cùm Observantium, tum Reformatorum, ut habita ratione difficillimi itineris, & improbi laboris exantlati, indulgeatur ipsis præcedentia immediate post Definitores actuales. = *Reverendissimum Definitorium annuit pro utrisque, dummodo habeantur requisita juxta Constitutiones: jussitque, hoc Decretum omnino executioni demandandum.*

Provincia Poloniæ Majoris Observantium efflagitavit,

tavit, ut Residentia Gsmarthensis in Conventum formalem erigi queat == *Definitorium respondit, fieri posse erectionem, dummodo adsint reliqua omnia ad id requisita.*

Custos Provinciæ Corsicæ Reformatorum urget, ac rogat, ut observetur Decretum Eminentissimi Protectoris Cardinalis Alderani Cybo, datum 3. Januarii 1697. == *Definitorii Patres, perlecto Decreto, in eam sententiam unanimes concesserunt, Decretum hujusmodi longe æquissimum omnino servandum, nihilque deinceps innovandum.*

Novum Definitorium Generale divisionem jam factam Provinciarum Reformatorum, videlicet, Majoris Poloniæ, & Marianæ in Prussia, ratam habet; atque utriusque Provinciæ Patribus mandat, nihil præter jam sancita, & decisa innovandum, pacemque inter utramque Provinciam constanter servandam.

Provincia Majoris Poloniæ Observantium postulat, *Primo*, erectionem Studii Posnaniensis in Generale, cum prærogativa Jubilationis, ad normam litterarum Reverendissimi Joannis a Neapoli, jam Ministri Generalis, anni 164?. *Secundo*, ut qui bona fide hactenus in eodem Studio legerunt, prærogativa Jubilationis, non destituantur. *Tertio*, ut Lector tertius Theologiam Polemicam tradat, similisque lectura ad Jubilationem conferat. *Quarto*, ut Prædicatores, si eo, quo par est, tempore, & loco sermones ad Populum habuerint, congruis privilegiis potiantur. == *Quibus omnibus Definitorium Generale singulatim respondit:*

Primo: *Studium Posnaniense habitum fuisse, ac habendum tamquam Generale, atque Tabulis Generalium Studiorum adscribendum.*

Secundo: *Lectores ejusdem Studii, etiam præteritos, prærogativam Jubilationis sibi merito vindicare.*

Tertio: *Studium Theologiæ Polemicæ ubivis, sed iis præsertim in Regionibus, pro exterminandis hæresibus, maximopere commendari, quinimmo & inculcari.*

Quarto: *Quod vero Prædicatores spectat, inhærendum Constitutionibus Ordinis juxta jam dicta.*

Precibus Provinciæ Mediolanensis Observantium Definitorium Generale annuens, Studium Generale Viglevanense suppressit.

Pro recursu Provinciæ Sanctissimi Redemptoris, aliarumque quarumdam Provinciarum == *Statuit Definitorium Generale, spectare* (a) *ad Definitorium Provinciale præfinire terminos uniuscujusque Conventus, quoad quæstuationem; impetrandamque a Reverendissimo P. Ministro Generali confirmationem: In reliquis autem omnibus præ oculis habendas esse Constitutiones Apostolicas, & nostri Ordinis Statuta.*

Ad petita omnia Provinciæ Bulgariæ Observantium == *Respondit Definitorium Generale: Delectum Visitatoris committendum esse arbitrio Superioris Generalis; Studium Generale Venetiense substinendum: Quod cætera omnia spectat, satis cautum esse in Regula nostra, nostrisque Constitutionibus, a quibus nec minimum recedendum.*

SESSIO XIV. DE MANE

Die 11. Junii

AD supplicationem P. F. Deodati a Petrabruna petentis privilegia concessa Novitiorum Magistris == *Respondit Definitorium Generale, ad normam Constitutionum ejus preces exaudiendas, expendendumque a Diffinitorio Provinciali, si veritate nitantur.*

Statutum insuper, ut P. Philippus Pillich, fultus dispensatione, ut pro quinto Definitore (b) in sua Provincia Sanctissimi Redemptoris cooptetur; ultimum locum teneat, inter Diffinitores.

Decretum præterea, ut Visitatoribus Provinciarum fas quidem sit, visitare nostri Ordinis Moniales, ad extra; nihilo tamen minus inhiberi iisdem, ne ad obeundas visitationes Claustra interiora ingrediantur.

Ad querimonias Provinciæ Reformatæ Poloniæ Minoris: *Primo*, quod Patres Observantes Russiæ trahant ad suam Provinciam Fratres melioris notæ inter Reformatos ejusdem Poloniæ Minoris: *Secundo*, quod quæstuatores Provinciæ Observantium Poloniæ Minoris mentiantur habitum ad eleemosynas facilius corrogandas: *Tertio*, quod Reformati modernæ Provinciæ Silesiæ quo jure, quave injuria ad se traducere conentur duos Conventus ejusdem Poloniæ Minoris, eidem Silesiæ conterminos == *Definitorium Generale respondit:*

Primum, & secundum *omni jure vetari.*

Tertium vero *prudentiæ, & æquitati Ministri Generalis relinquendum.*

Pro Provincia Tusciæ Observantium, Patres Definitorii Generalis firmum habent Decretum, latum in novissima Congregatione Generali Assisiensi, relate ad Secretarios actuales ejusdem Provinciæ. Decretum autem in hæc verba conceptum est: *In causa præcedentiæ inter Patres habituales nostræ Observantis Provinciæ Tusciæ, & Secretarium ejusdem Provinciæ, Discretorii Generalis Patres approbandum duxerunt Decretum Definitorii ejusdem Provinciæ, editum die 6. Julii 1752.* (c). Ad tenorem igitur hujus De-

---

(a) *Vid. Statut. Roman. Ann.* 1625. 1664. 1676. 1688. 1691., *ac Toletan.* 1682.

(b) *Legenda Acta Capituli Gen. Mantuæ habiti An.* 1762., *quæ nos suo loco, Deo propitio, exhibebimus* (*Sess. XV.* §. Primo).

(c) *Vid. supra* (*p.* 118. *init.*). *Mantuanum quoque Capitulum modò laudatum* (*Sess. XII.* §. Capitulum Generale) „ renovat, & omnino observanda decernit, præsertim in Provincia Observanti S. P. Francisci, Statuta Congregationis Gen. Assisiensis ann. 1753., & Capituli Gen. Murciensis 1756. quoad præcedentiam Secretarii Provincialis in propria Provincia supra PP. quoscumque habituales, etiamsi ex-Pœnitentiarii fuerint Basilicæ S. Mariæ Angelorum, de Portiuncula nuncupatæ (*quibus tamen Ex-Pœnitentiariis* declarat *Ibid.* competere præcedentiam supra PP. ex-Definitores ex gratia) „.

Valentinum deinde Gen. Capitulum An. 1768. *Sess. XII.* Familiæ Ultramontanæ (*hoc est, Cismontanæ hujus*) *sic planius, pleniusque constituit:* „ Secretarii actuales Provinciarum Observantiæ, durante officio, Patres præcedant, quos habituales vocant: officio autem expleto, inter Patres aggregatos de numero ultimum habeant locum, dummodo habeant requisita necessaria ad Definitoriatum obtinendum; quando autem hisce requisitis careant, expectent locum, sicut alii aggregati de non numero „. *Quod pertinet ad primam hujus Statuti partem, adi quoque Statut. Neapolit. An.* 1590. (*Cap.* 41. De titulis, & præcedentia, §. De præcedentia *num.* 7.), *Statut. Vallisolet. An.* 1593. (*Cap.* De titulis, & præcedentia, §. Circa præcedentiam autem *num.* 8.), *Statut. Roman. An.* 1603. (§. Ordinatur insuper). *Id ipsum haud obscure colligitur ex Roman. An.* 1679. (*n.* 22.).

Decreti statuunt, pro Observantibus dumtaxat, quod deinceps Secretarii Provinciales, expleto laudabiliter triennali eorum Officio, recenseantur inter Patres Aggregatos, & ultimum locum habeant, dummodo tamen in ipsis non desiderentur, quæ sunt ad capessendum (a) defectum necessaria.

Pro Custode Terræ Sanctæ ad novam collectionem eleemosynarum in Polonia faciendam == *Responsum juxta petita manavit, adeo ut unus in posterum instituatur Vice-Commissarius, eum dependentia tamen a Commissario Viennensi.*

Et quamvis jure & merito commendandi veniant a Definitorio Generali omnes Commissarii Terræ Sanctæ Ultramontanæ Familiæ ob rectam eorum administrationem, exactissimosque eorum Computus, collectis ubique gentium piorum Fidelium eleemosynis apprime respondentes: In eorum tamen censum venire nullatenus meretur Vice-Commissarius Terræ Sanctæ in Urbe Calaritana; quin potius cogendus, ut muneris sui rationem reddat, removendusque ab Officio, donec sese purget coram Definitorio suo Provinciali de nullo penitus subsidio jam ab anno 1753. usque ad exitum anni 1755. ad Commissarium Taurinensem transmisso, secus longe, ac suus Prædecessor, jam vita functus, præstiterat. Noverit autem Definitorium præfatum, ipsi incumbere, ut gestorum omnium Reverendiss. Generalem Ministrum compotem reddat.

Pro Commissariatu vero, & Vice-Commissariatu Regni Siciliæ, Reverendiss. supremi Moderatoris nostri nuper electi pro sua prudentia, & æquitate intererit judicare.

SESSIO XV. DE MANE

Die 10. Iunii.

AD supplicem libellum Præsidentis, ac Discretorum Terræ Sanctæ contra turbas nulla ratione excitatas ab ejusdem Terræ Sanctæ Vicario, atque ab hoc sibi perperam arrogatam, qua certo caret, auctoritatem; in quo quidem libello Oratores deposcunt declarationem verborum illius Statuti, quod ita loquitur == *In quocumque Conventu, & Hospitio Terræ Sanctæ P. Vicarius respici, & considerari debet, tamquam prima Custodiæ Persona post Guardianum* == Responderunt Patres, *verba Statuti equidem intelligenda, quod memoratus Vicarius nedum subjiciatur Guardiano Conventus Sanctissimi Salvatoris, ac Præsidenti, verum etiam eidem subjectioni obnoxius sit comparate ad Guardianos, & Præsidentes aliorum Conventuum, adeo ut teneatur, cuilibet istorum in unoquoque suo respective Conventu subjacere; & interim dictus P. Vicarius Sanctissimi Salvatoris omnino abstineat a turbis, novitatibus, prætensionibus, importunisque recursibus, religiosæ humilitati, ac paci oppido infensis.*

Postremo subsequens Decretum editum, ac omnium adprobatione roboratum est: == *Definitorium Generale utriusque Familiæ confirmat Decretum latum a bon. mem. Reverendissimo Cajetano a Laurino die 4. Septembris 1743. favore Procuratorum Generalium Discalceatorum, & Recollectorum; ac declarat cohærenter ad Constitutiones fel. recor. Alexandri VII., & Clementis XI. ibidem relatas, dictos ex-Procuratores Generales omnibus prærogativis frui debere, quibus*

Chronol. Seraph.

fruuntur ex-Procuratores Generales Reformatorum, & præsertim Voto perpetuo in omnibus suarum respective Provinciarum Capitulis, & Congregationibus; easdemque prærogativas deberi de jure Adm. R. P. Marco Antonio Gravois, cujus labores, & merita universus Ordo summopere commendat.

PRO PROCURATORATU ORDINIS IN CASU VACANTIÆ APPROBANTUR SEQUENTES:

Adm. R. P. Anacletus de Roma.
R. P. Petrus Iacobus de Lojano.
R. P. Columbinus de Senis.

PRO PROCURATORATU REFORMATORUM IN CASU VACANTIÆ SEQUENTES:

Adm. R. P. Ioannes Petrus de Roma.
R. P. Clemens de Ianua.
R. P. Florius de Mutina.

INSTITUTUS, ET ELECTUS FUIT IN GUARDIANUM SACRI MONTIS SYON, ET CUSTODEM TERRÆ SANCTÆ

R. P. Dominicus Maria a Venetiis.

Fr. Clemens a Panormo Minister Generalis &c.

Fr. Petrus Ioannetins de Mollea ex-Minister, & Commissarius Generalis.

Fr. Raphael a Lugagnano ex-Minister Generalis, Discretus perpetuus.

Fr. Ioannes de la Torre ex-Commissarius Generalis.

Fr. Mathias de Velasco Commissarius Generalis Indiarum.

Fr. Carolus Maria Perusinus Procurator Generalis Ordinis.

Fr. Ioseph Thomas Blanco Commissarius Generalis Curiæ.

Fr. Carolus a Golleono Procurator Generalis Reformatorum.

Fr. Ignatius Dominguez ex-Procurator, & Definitor Generalis.

Fr. Ioseph Maria a Gallipoli Procurator Generalis Reformatorum immediatus.

Fr. Marcus Antonius Gravois ex-Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum.

Fr. Ioannes Franciscus de Rapallo Definitor Generalis.

Fr. Ioannes Maria de Luaga Definitor Generalis.

Fr. Benedictus a Cavalesio Definitor Generalis.

Fr. Cajetanus Maria a Syracusis Definitor Generalis.

Fr. Franciscus Antonius a Mutiliana Definitor Generalis.

Fr. Bernardinus de Spalatro Definitor Generalis.

Fr. Philippus a Podiomyrteto Definitor Generalis.

Fr. Seraphinus a Cerisano Definitor Generalis.

Fr. Sylvester Maria ab Amalphi Definitor Generalis.

Fr. Venantius Trzkouski Definitor Generalis.

Fr. Franciscus Vanden-Venne Definitor Generalis.

Fr Demetrius Lunderbursch Definitor Generalis.

Fr. Claudius Ansson Definitor Generalis.

Fr. Thadæus Laplesse Definitor Generalis.

Fr. Andreas Romero Definitor Generalis pro Tertio Ordine.

Fr. Florianus a S. Stephano Definitor Generalis.

(a) *Legendum*, Definitoratum, *ut & per se res ipsa loquitur, & apparet insuper ex Valentino Statuto relat. in præc. Not.*

Fr. Petrus Iosephus Clerch Definitor Generalis.
Fr. Franciscus Azurrara Definitor Generalis.

(a)

Sessiones habitæ in eodem Capitulari Conventu Murciensi a PP. Discretariis, & Definitorio Generali legitime congregatis, ut res Cismontanæ Familiæ, omnium bonum, & tranquillitatem spectantes, discuterentur, & ad majorem Dei gloriam decernerentur.

SESSIO I. VESPERTINA

Habita die 9. Iunii Anni 1756.

1. EXhibitus fuit supplex libellus P. F. Petri Sanchez Lectoris Jubilati de numero Provinciæ Carthaginensis, in quo, ob plures Scholasticos labores, atque insuper, ac potissimum ob sex Tomos rerum prædicabilium in lucem editos, Socium sibi benevisum; ampliorem que postulat præcedentiam illa, qua a jure gaudet. == *Resolutum fuit a laudatis Patribus, benigne concedi Oratori Socium gratum; in reliquis vero Apostolicas, & Ordinis Constitutiones fore servandas.*

2. P. F. Bartholomæus (b) Rubi, Majoricensis Provinciæ Alumnus, supplici libello postulavit, sibi computandos duos annos, & quatuor menses, quos ultra consuetum triennalem cursum, ex obedientia, insumpsit in Philosophiæ Lectura, tamquam si Theologiam perlegisset, ut sic citius ad Jubilationem prout de jure perveniat. == *Rescriptum est: Servanda plene Statuta Ordinis.*

3. P. Fr. Antonius Puiggros, Provinciæ Majoricensis, Decretum exhibet suæ Provinciæ, 17. Augusti 1742. confectum, quo cautum est, ut, ob inopiam Alumnorum Theologiæ, ad providendum Lectoribus id genus Studia, Oratori completus adjudicetur Philosophicus cursus, (c) tamen si tres solares Lecturæ annos non expleverit, quos tamen scholastice in substantia perfecit, quippe qui postremo anno, vacationum tempore, a lectionibus non vacavit: idcirco memorati Decreti postulat confirmationem. == *Resolutum est: Affirmative juxta petita.*

4. A Patribus Sac. Theologiæ Lectoribus Conventus Sancti Philippi Provinciæ Obs. Valentinæ postulatur præcedentia supra Concionatores, etiam Generales de numero, juxta aliarum Provinciarum praxim. == *Rescriptum est: Salva Generalium Statutorum observantia; eadem Provincia statuat, & decernat, prout sibi videbitur.*

5. Provinciæ Ultramarinæ sub ditione Fidelissimi Regis Lusitaniæ positæ, ob mœstas, notasque rerum vicissitudines, necessariam, quam optabant, non potuerunt a Rege facultatem obtinere adeundi Generale Murciense Capitulum: rogant idcirco respectivi Patres Ministri, & Custodes, ut ob inculpabilem hanc absentiam, nedum a pœnis exempti sint, verum & Privilegiis, (d) Ultramarinis iisdem Generale Capitulum adventantibus concessis ne priventur. == *Resolutum est: Pro gratia, juxta petita.*

6. Provincialium omnium, Lectorumque Jubilatorum tam de numero, quam de non numero hujusce Cismontanæ Familiæ nomine, porrectus fuit supplex libellus pro obtinendis cunctis prorsus prærogativis præcedentiæ, subrogationis &c., quibus respective per Decreta, & Constitutiones Apostolicas, universim fruuntur re ipsa id genus Patres in Ultramontana Familia. == *Responsum est: Cismontanæ Familiæ Statuta esse servanda.*

7. Alter libellus P. Fr. Michaelis Lario, Provinciæ Immaculatæ Conceptionis in vetere Castella, exhibitus est, quo exorat, sibi juxta vota prodesse Rescriptum Sanctissimi Domini Nostri Benedicti XIV. *a se* impetratum, pro obtinendo a Generali Capitulo honore, ac titulo Patris Provinciæ, in præmium laborum, quos subiit in protrahenda ad felicem exitum Causa Canonizationis Sancti Petri Regalati. = *Responsum est: Negative.*

8. P. Fr. Joannes Garzia Picazo, Provinciæ Castellæ Novæ, exposuit, se plurimum, diuque laborasse in evulgandis duobus libris *de Sacrarum Versionum concordia*; atque in dies fatigari pro absolvendo integro perdifficili Opere: Insuper, ultra Philosophiæ Lecturam, & septennium, quod excurrit, Theologiæ, in Ordine; fere per sexennium Philosophiam Seculares docuisse in Universitate Complutensi. Hinc rogat, aut, per hos labores conjunctim, Jubilatum a jure declarari; aut nunc pro tunc declarari bis Jubilatum ex lege, quando nempe Theologicam duodecim annorum curam in Religione expleverit. == *Rescriptum est: Servanda Ordinis Statuta.*

9. Volumen præsentatum est P. Fr. Alphonsi Ximenez Monreal, ex-Commissarii Generalis delegati Indiarum, fuse, imprudenter, injuste, ac calumniose exponentis, & dolentis vices suas: conqueritur, se diu vexatum, & immerito prorsus a Ministro Generali Joannetio de Molina acriter punitum, cum tamen, ut pertendit, sed validis documentis numquam ostendit, reus non foret: pœna porro, in illum ab eodem Reverendissimo Patre post maturam discussionem lata, hæc est, ut nimirum, ob gravem infidelitatis suspicionem in obeundo præfato Commissariatus munere, per unum annum relegatus, reclususque maneret (Orator) in Conventu B. M. V. de las Huertas, sub censuris ipso facto incurrendis. Jam vero ipse non obedivit re ipsa, sed huc illucque vagatur, & nihilominus volumine prædicto alte reclamat. == *Resolutum est, nemine ex PP. discrepante, hoc pacto: Obediat Orator Sententiæ Reverendissimi Patris Generalis immediati; ac, absolutione a censuris obtenta, suppliret prout de jure.*

SESSIO II. MATUTINA

Die 10. Junii 1756.

1. PRo-Ministri, & Custodes duarum Provinciarum Discalceatorum in Indiis petunt, exponi a Reverendissimo Diffinitorio Generali sequentia dubia. *Primum est:* An dictæ duæ Provinciæ vocem passivam habeant tam ad Procuram Generalem, quam ad Definitoriatum Generalem Discalceatorum, sicuti, & eodem modo quo habent aliæ Discalceatorum Provinciæ in Hispania? *Secundum:* An dictæ

(a) *Hic sequuntur in hujus Capituli Actis impressis supplex Libellus, Pontificiumque Rescriptum supr. relat. 17. April. 1756.*

(b) *Vid. & Acta Cap. Gen. Valentia. 1768. Sess. IX. Familiæ Ultram.* (c) *Legendum, ut patet,* tametsi.

(d) *Circa Privilegia eadem vid. etiam Acta Capit. Gen. Mantuan. 1762., præsertim Sess. X., & Capit. Gen. Valentin. 1768. Sess. X., & XII. Famil. Ultram.*

dictæ Provinciæ comprehendantur in Decreto Regis Catholici pro Definitione Generali danda in omnibus Capitulis Generalibus Indiarum Provinciis? Res hæc in antecessum discussa fuit coram universis Patribus Discretorii, & Definitorii utriusque Familiæ, a quibus prodiit sequens Rescriptum:

Ad primum *affirmative*.

Ad secundum *relatum*.

2. Optat P. Fr. Hyacinthus Palatio, Provinciæ Obs. Valentiuæ, honorem & locum inter ex-Definitores, aut Provinciæ ex-Secretarios, ob servitium per novem annos præstitum in munere Commissarii (*a*) Curiæ. = *Resolutum est: Concedi Oratori, & Successoribus locum post Secretarium Provinciæ in actualitate, &, duodecim expletis annis, præcedentiam inter Prædicatores Generales de numero, cum illis servata Religionis antiquitate.*

3. Controversiæ vigenti inter Patres Guardianos Conventuum de Villalpando Provinciæ S. Jacobi, & de Villalbin ex Recollectione Provinciæ Conceptionis, quorum primus contendit, non licere Conventui de Villalbin quæstuare eleemosynas ostiatim in Villa de Villalpando, aliisque in locis adjacentibus; alter vero instat, ut permaneat in vetusta ineluctabili pacifica possessione, imponitur finis per hoc Rescriptum: *Manuteneatur Conventus de Villalbin in sua possessione, juxta Votum Patrum Auditorum Causarum.*

4. PP. Almæ Custodiæ (*b*) Immaculatæ Conceptionis Insularum, ob nimiam Vocalium paucitatem, enixe postulant, concedi Suffragium in Capitulo Custodiali Patribus Vicariis, seu primariis Confessariis Monasteriorum de *Ponta Delgata*, *de Villa Franca*, *& de Villa de Riberna Grande*. Rogant insuper, eandem concedi facultatem Definitorio ejusdem Custodiæ, quam norunt concessam in Capitulo Generali Romano 1750. Definitorio Provinciali Provinciæ S. Joannis Evangelistæ earumdem Insularum, proponendi nimirum Superiori Generali pro tempore, tres Viros graves, & qualificatos, quorum unus ad libitum Superioris Generalis seligendus sit pro Visitatione Provinciæ, & Capituli celebratione. = *Resolutum est*:

Ad primum, *pro gratia concessionis Suffragii Vicariis Monasteriorum Monialium, ut petitur*.

Ad secundum, *item pro gratia cum limitationibus in Decreto laudati Capituli Generalis comprehensis*.

5. Moniales Sanctæ Claræ Civitatis Gandiæ enixe precantur pro solicitatione Causæ Canonizationis Beatæ Coletæ. = *Resolutum: Præcipiunt Patres Officialibus Curiæ Cismontanæ Familiæ, ut cito promovere satagant Processum, & Causam ejusdem Beatæ Colettæ.*

SESSIO III. MATUTINA

Die 11. Junii 1756.

1. VOcales Provinciarum Obs. in Gallia existentium exoptant, ut statuatur, designari non posse in eisdem Provinciis pro Conventibus Recollectionis illos, in quibus Fratres usum habent bonorum stabilium, annualiumque redituum; nec item illos a Constitutionibus destinatos pro Studiis Provinciarum. = *Rescriptum hoc est: Definitorium Generale declarat, Conventus Recollectionis incapaces esse possidendi bona immobilia, vel census, nomine etiam Sedis Apostolicæ; proindeque præcipit, ut recedant ab illis, vel omnino renuncient, & cedant similia bona, ac census in favorem viciniorìs Conventus respectivæ Provinciæ.*

2. Provincia Solitudinis Discalceatorum, in Regno Lusitaniæ, valde conqueritur, & efficax remedium obtestatur ad coercendam irreligiositatem Fratrum Provinciæ Conceptionis Discalceatorum in eodem Regno, qui refractarii, etiam menti (*c*) Sacræ Congregationis, morantur adhuc in quadam Domo prope Civitatem Portuensem, conventualiter vivendo, ac censibus ex propriis Domibus locatis se, contra jus fasque, sustentando. = *Resolutum est a Patribus Discretorii, & Definitorii Generalis, ut Reverendissimus P. Commissarius Generalis Familiæ, adhibitis juris, & facti remediis, præcipiat Religiosis, tam Superioribus, quam Subditis Provinciæ Conceptionis, eosque compellat recedere omnino a præfato loco, & Civitate Portuensi, necnon alienare per Syndicum Apostolicum Domos emptas, de quibus in precibus, cum contra Seraphicæ Regulæ præscriptum possideantur.*

3. Procuratores Provinciæ S. Gregorii in Insulis Philippinis cupiunt, ratione immensis distantiæ ab aliis Provinciis, stabiliri veluti perpetuam legem, ut juxta concessiones eidem Provinciæ a pluribus Indiarum Generalibus Commissariis factas, & a Sancta Sede confirmatas, semper pro Visitatione, & Præsidentis Capituli Provincialis tres Viri Religiosi ex eadem Provincia proponantur Commissario Generali in nova Hispania existenti, cujus erit unum ex illis pro libito in Visitatorem, & Præsidem designare. = *Resolvit Discretorium, & Definitorium Generale affirmative, & declarat, legem jure merito esse statutam.*

4. Provinciæ Discalceatorum, in Regnis Hispaniæ, & Lusitaniæ comprehensæ, petunt, generales fieri ordinationes, quibus uniformiter eædem Provinciæ gubernentur ad normam earum Provinciarum, quæ Reformatæ appellantur, & sunt. = *Adprobant Patres Discretorii, & Definitorii Generalis petitionem, relinquentes arbitrio Commissarii Generalis Familiæ designationem loci, & Compromissariorum, de consilio, & assensu Provinciarum supplicantium.*

5. Patres Vocales Provinciæ S. Didaci Canariarum exoptant pro se, & Successoribus eorum, omnium privilegiorum participationem, queis ex lege, & consuetudine fruuntur Vocales, Capitulum Generale, ubicumque celebratum fuerit, petentes. = *Rescriptum est: Serventur alias statuta, & concessa.*

6. Custodes Discalceati, & Observantes Provinciarum hujusce Cismontanæ Familiæ perpetuam cupiunt, & quærunt præcedentiam super Definitores, ad instar aliarum Provinciarum. = *Resolutum est: Nihil innovetur, sed Statuta serventur.*

7. Provinciæ Tertii Ordinis Hispaniarum ægre

(*a*) *De his Curiarum Commissariis in Familia Transmontana agitur in Chronol. P. Perusini (vid. Indic. Partis 1., verb. Commissar. Cur.).*

(*b*) *Hæc ea ipsa Custodia est, quæ in cit. Chronol. P. Perusini (ad calcem Partis 2., p. LXVII.) occurrit sub nomine* Custodiæ S. Michaelis de Azores. *Consule Partem 1. ejusd. Chronolog. (p. 561. col. 1. init.).*

(*c*) *Vid. supr. sub die 23. Novembr. 1753.*

ferunt, postremum semper habere locum inter Seraphici Ordinis Provincias vel recens erectas: rogant proinde, eam ipsis præcedentiam concedi, quæ universim in erectionis antiquitate fundatur, & oritur. == *Rescriptum est: Servetur* (a) *solitum: Definitor tamen Generalis præcedat juxta gradum suum.*

8. Custos Provinciæ S. Saturnini in Sardinia rogat, solemniter adprobari municipales illius Provinciæ Constitutiones, quas hactenus præsentare nequivit, sed in dies eas præstolatur, illico ad hunc finem exhibendas. == *Responsum est a Definitorio Generali, ut cito transmittantur, Reverendissimo Commissario Generali approbandæ, si ita ipsi faciendum videbitur.*

SESSIO IV. VESPERTINA

Die 11. Iunii 1756.

1. PRovincia Sanctæ Crucis de Carachas tria enixe postulat. *Primum*, ut municipalia Provinciæ Statuta, jam a Reverendiss. Indiarum Commissario Generali adprobata, in hoc Generali Capitulo solemniter confirmentur: *Alterum* est; ut ob Provinciæ inopiam, nimiamque a contiguis distantiam, Visitatores, & Capitulorum Præsides ex Alumnis eamdem Provinciam inhabitantibus a Superiore Generali semper assumantur: *Postremum*, præcipiatur, Provinciale Capitulum deinceps non nisi intra quintamdecimam Ianuarii, & quintamdecimam Februarii celebratum iri. == *Rescriptum est a Discretorii, & Definitorii Generalis Patribus, adprobari municipalia dictæ Provinciæ Statuta: Visitatorem* (b) *ex eadem Provincia imposterum assumendum, ut petitur: Atque Capitulum futuris temporibus absolute celebrandum intra terminum in precibus expressum.*

2. P. Fr. Paulus Emmanuel Ortegho, in Carthaginensis suæ Provinciæ Chronologum ab anno 1731. a Definitorio Provinciali electus, cupit præmium sibi ex tunc, ac subinde etiam iterato verbis, & decretis adpromissum, cum ipse nil omiserit eorum, quæ Chronologi muneria erant, ut evulgata illius Opera manifestant. == *Responsum est: arbitrio Definitorii Provinciæ remitti, promissum præmium largiri.*

3. Supplici libello P. F. Dominicus Vonlin Salgodo, ex-Minister Provinciæ de Quito, ad præcavenda jurgia, & querelas, optat confirmari, quæ alias a Capitulo Generali Toletano 1664. disposita, & a Reverendissimis Indiarum Commissariis Generalibus, nuperrime vero a Reverendiss. Patre Velasco renovata, ac in municipalem legem adoptata jam sunt, circa exactam Officiorum illius Provinciæ alternativam, sub nullitatis pœna perpetuo servandam. == *Per Rescriptum Discretorii, & Definitorii Generalis præcipitur, inviolabiliter alternativam servari in Provincia Quitensi, cum æquali distributione omnium Officiorum, quæ in Capitulari Tabula solent apponi, inter Gachupinos, & Criolos, quos vocant; declarando, Gachupinos esse illorum capaces a die, quo illuc pervenerint, iis tamen exceptis, qui transeunt, ad Missiones destinati, expensis Catholici Regis, qui ad tenorem Regiarum legum, & cedularum in illis præcise occupari tenentur, ad quas diriguntur, per decennium: in reliquis vero ordinata a Reverendissimis Indiarum Commissariis Generalibus omnino serventur.*

4. Cum ab Ordinis Statutis dispositum hactenus non fuerit, quibus privilegiis pro congruentia, & æquitate potiri debeat Commissarius Generalis Indiarum in habitualitate, seu in hypothesi cessationis ab Officio; Reverendissimus P. Velasco modernus Commissarius Generalis exoptat hac super re legem condi. == *Resolutum est unanimi Discretorii, ac Definitorii Generalis consensu, ut, si quoquo pacto, post integrum biennium, contigerit Generalem Indiarum Commissarium ab Officio cessare; per hanc perpetuam Constitutionem, remaneat ille omnium Provinciarum Indiarum Pater; atque in Hispaniarum Provinciis permanserit, perpetuum habeat votum in propria Provincia tum in Capitulis, tum in Definitorio, cum præcedentia, jureque subrogandi pro Definitoribus Generalibus ante ex-Procuratores Generales Ordinis; atque immediatum habeat locum post Definitores Generales actuales: ita prorsus servandum esse statuitur.*

SESSIO V. MATUTINA

Die 12. Iunii 1756.

1. CUstodia S. Paschalis in Regno Murciensi ex novem Conventibus coalescens precatur, ut pro bono publico sibi concedatur Conventus Discalceatorum S. Didaci Civitatis Murciæ, qui totius Custodiæ caput stabiliatur. == *Definitorium Generale rem nunc remittit Reverendissimo Patri Commissario Generali Familiæ, qui, citata Provincia S. Petri de Alcantara Granatæ, ipsaque audita, provideat, secundum Deum id, quod justum fuerit, decernendo.*

2. Patres Provinciæ Conceptionis Discalceatorum in Castella Nova supplici libello postulant, ut sua Provincia suffragium habeat in electione Vicarii, aut Vice-Commissarii Generalis. == *Rescriptum est: Rem istam remitti discutiendam Reverendissimo Patri Commissario Generali Cismontanæ, qui, citata quoque Aragoniæ Provincia, quæ audiri petit, servatis de jure servandis, auctoritate etiam Definitorii Generalis, diffinitive Causam absolvat juxta Ordinis Statuta.*

PRO COMMISSARIATU GENERALI CURIÆ IN CASU VACANTIÆ QUALIFICATI, ET APPROBATI FUERUNT SEQUENTES:

R. P. F. Antonius Alcoba Lector Iubil., ex-Custos, & actualis Minister Provinciæ Granatensis.

R. P. F. Ioannes Alforo Coronada Lector Iub., & Custos Provinciæ Angelorum.

R. P. F. Ioseph Torrubia Theologus, Missionarius Apostolicus, Chronologus Ordinis, ex-Custos, & Pater Provinciæ Sancti Evangelii Mexici.

PRO PROCURATORATU GENERALI DISCALCEATORUM, ET RECOLLECTORUM IN SIMILI CASU VACANTIÆ QUALIFICATI, APPROBATIQUE SUNT SEQUENTES:

R. P. F. Iosephus a Pietate ex-Minister S. Antonii.

R. P. F. Ioannes a Bedondo ex-Minister Provinciæ Pietatis.

R. P. F. Ioannes a Peñamocor Lect. Theologiæ, & Custos Provinciæ Solitudinis.

F. Clemens a Panormo Minister Generalis.

Fr. Petrus Joannetius de Molina ex-Minister, & Commissarius Generalis.

Fr. Ra-

(a) *Ut vid. Acta Capit. Gen. Mantuæ. An. 1762. Sess.* VI.
(b) *Vid. etiam cit. Acta Cap. Gen. Mant. Sess.* XIII.

Fr. Raphael a Lugagnano ex-Minister Generalis, & Discretus perpetuus.

Fr. Joannes de la Torre ex-Commissarius Generalis.

Fr. Mathias de Velasco Commissarius Generalis Indiarum.

Fr. Carolus Maria Perusinus Procurator Generalis Ordinis.

Fr. Joseph Thomas Blanco Commissarius Generalis Curiæ.

Fr. Carolus a Golleono Procurator Generalis Reformatorum.

Fr. Ignatius Dominguez ex-Procurator, & Definitor Generalis.

Fr. Joseph Maria a Gallipoli Procurator Generalis Reformatorum Immediatus.

Fr. Marcus Antonius Gravois ex-Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum.

Fr. Joannes Franciscus de Rapallo Definitor Generalis.

Fr. Joannes Maria de Lunga Definitor Generalis.

Fr. Benedictus a Cavoleno Definitor Generalis.

Fr. Cajetanus Maria a Syracusis Definitor Generalis.

Fr. Franciscus Antonius a Mutillana Definitor Generalis.

Fr. Bernardinus de Spalotro Definitor Generalis.

Fr. Philippus a Podiomyrteto Definitor Generalis.

Fr. Seraphinus a Cerisano Definitor Generalis.

Fr. Sylvester Maria ab Amalphi Definitor Generalis.

Fr. Venantius Tuzkoaski Definitor Generalis.

Fr. Franciscus Vanden-Venne Definitor Generalis.

Fr. Demetrius Lunderburch Definitor Generalis.

Fr. Claudius Anson Definitor Generalis.

Fr. Thadæus Laplesse Definitor Generalis.

Fr. Andreas Romera Definitor Generalis pro Tertio Ordine.

Fr. Florianus a S. Stephano Definitor Generalis.

Fr. Petrus Josephus Clerch Definitor Generalis.

Fr. Franciscus Azurrara Definitor Generalis.

Exactus Defunctorum numerus ab ultimo Capitulo Generali anni 1750. usque ad præsens per absentiam quamplurium Vocalium haberi non potuit: ex notulis autem eorum, qui interfuere, sequens repertus est:

EX Familia Ultramontana Fratres mortui 4527., Sanctimoniales 718. == Ex Familia autem Cismontana Fratres 3993., Sanctimoniales 1837. == Summa omnium Fratrum defunctorum 8520., Sanctimonialium 2555.: quorum Animæ FF. NN. orationibus commendantur.

Finis Actorum Gen. Capituli Murcien.

1756. 16. Jul. *Reverendissimo*

P. Petro Joannetio de Molina, in Transmontanæ Familiæ Commissarium Generalem electo, Apostolicæ Facultates, jam aliàs eidem pro toto Ordine concessæ, pro ea Familia conceduntur.

BEatissime Pater == F. Petrus Joannetius de Molina humillimus Orator S.V., cum in superrimo Capitulo Generali Murcien., prævia S. V. habilitationis gratia, electus fuerit Commissarius Generalis Ordinis S. Francisci pro Familia Ultramontana; nunc omni, qua decet, submissione preces humiliter S. V. porrigit, ut dignetur eidem benigne prorogare, seu de novo concedere facultates Visitatoris, ac Commissarii Apostolici quoad præfatam Familiam Ultramontanam, quas S. V. impartita jam fuerat Oratori, uti Ministro Generali, per suas Literas in forma Brevis sub *datum Romæ die 29. Maji* 1750., ac prout aliàs eadem S. V. per sua specialia Rescripta benigne concessit P. Raphaeli de Lugagnano, & P. Bernardino de Terlitio eo tempore, quo uterque Commissariatum gessit in Citramontana Familia. Quam Deus &c.

Rescriptum.

Ex Audientia Sanctissimi die 16. Julii 1756. == Sanctissimus petitis annuendo pro gratia, Facultates, de quibus in precibus, Oratori benigne concessit.

J. C. Boschi Secretarius.

1756. 23. Jul. *Innovantur,*

Summi Pontificis Benedicti XIV. jussu, Litteræ Clementis XII. adversus Regulares utriusque sexus in Urbe Roma, ejusque territorio vendentes, quibuslibet, seu per se, seu per alios, pharmaca, seu medicamenta quæcumque, ullasque res chimicas; simulque sancitur, ut hoc Edictum ab Regularibus iisdem affixum perpetuo in Officinis suis medicamentariis habeatur.

Fr. Gio. Antonio per la misericordia di Dio Vescovo di Porto, della S. R. C. Card. Guadagni, della Santità di N. S. Vicario Generale.

BEnchè dalla San. Mem. di Clemente XII. con suo special Chirografo promulgato il dì 20. Luglio 1733., ed in seguela di esso anche da Noi con Editto in data li 11. Ottobre 1735., sia stato espressamente proibito a tutti, e singoli Religiosi dell' uno, e l' altro sesso, compresi ancora tra questi i Religiosi Benedettini, Domenicani, della Compagnia di Gesù, de' Minori Osservanti, e di qualsivoglia altro Ordine, e Congregazione, di non potere nè per se, nè per altri, anche a nome delle loro Religioni, ritenere Speziaria, se non che ad effetto di servirsene in uso delli loro Religiosi, o Alunni, vietandogli espressamente di vendere tanto a Persone Secolari, che Ecclesiastiche, o altri Religiosi, qualsivoglia sorte di medicamento o semplice, o composto, o preparato, o non preparato, ed anche tutte le cose chimiche di qualsivoglia genere, e specie, benchè sotto pretesto di amicizia, o familiarità, o altro qualsivoglia titolo, o colore, anche di permuta, o donazione, rivocando espressamente, e derogando a qualsivoglia privilegio, anche giurato, e confermato con Autorità Apostolica, e a qualunque Statuto, e Consuetudine, ancorchè immemorabile, sotto pena ai Superiori delle Religioni dell' uno, e l' altro sesso, che contravenissero, consigliassero, o in qualunque modo tollerassero il contrario, della Sospensione *a Divinis, ipso facto* irremissibilmente da incorrersi, della privazione della voce attiva, e passiva, e di non poter più esercitare Speziaria nelle loro Case, Monasterj, e Conventi, anche per loro uso, e della confiscazione ancora della stessa Speziaria, con facoltà di procedere ancora per la sola inquisizione, e applicare la terza parte delle Speziarie confiscate all' Accusatore segreto: Eccettuando solamente i Padri di S. Giovanni di Dio della Città, e del Distretto, alli quali fu concessa la facoltà di poter ven-

vendere a qualsivoglia Persona qualsisia sorte di medicamento, con soggettare però alle visite quei Conventi, che ritenessero Speziaria, e con condizione di dover erogare tutto il guadagno da farsi, in aumento delle stesse, Convento, o Casa, o degl'Infermi, Chiesa, o Sagrestia, essendo stati incaricati Noi medesimi di dover riconoscere la versione del audetto guadagno: Et in quanto alle Speziarie degl' altri Regolari, eccettuata solamente la Triaca, ed il Balsamo apopletico, quali fu data facoltà di potersi vendere a qualsivoglia Persona per maggior bene del Publico, con ottenerne però da Noi la licenza in scritto, per un tempo limitato a nostro arbitrio, e con che il guadagno da ritrarsene dovesse parimente erogarsi in beneficio delle Chiese, e Sagrestie di qualsivoglia Casa, Monastero, o Convento:

Nulladimeno essendo pervenuto all' orecchio di Sua Santità, che, non ostante li anddetti Chirografo, e nostro Editto, qualche Convento, e specialmente alcuni Monasterj di Monache tuttavia proseguono a vendere i medicamenti sotto diverse scuse, e pretesti, e specialmente dell' ignoranza delle audette proibizioni; volendo pertanto la Santità di N. S., che il Chirografo sudetto venga puntualmente in tutte le sue parti eseguito, ed io caso di contravenzione abbino irremissibilmente luogo tutte le pene nel medemo contenute, senza che possa suffragare alcuna scusa, o pretesto; perciò d' ordine della medesima Santità Sua datoci a bocca, siamo venuti alla rinovazione del presente Editto, col quale vogliamo, restino cerziorati i Religiosi dell' uno, e l' altro sesso, che contro le Persone, le quali in qualsivoglia, benchè minima, parte contraverranno a ciò, che si prescrive nel sudetto Chirografo, ai procederà irremissibilmente non solo alle pene nel medesimo contenute, anche per inquisizione, ma in oltre anche alla pena di Scudi 25. d'oro, comandando, e ordinando a tutti, e singoli Religiosi audetti si dell' uno, che dell' altro sesso, quali anno Speziaria nel loro Convento, o Monastero, che debbino tenere sempre affisso nelle loro Speziarie il presente Editto, acciocchè mai possa suffragargli per l' avvenire alcuna scusa, o pretesto, specialmente d' ignoranza, sotto l' istessa pena di Scudi 25. d' oro, d' applicarsi tanto nel primo, che nel secondo caso due parti ad usi pii, e la terza parte all' Accusatore segreto, o altre a nostro arbitrio, contro quelli, che non lo terranno, come sopra, affisso: Et inoltre, che affisso questo medemo Editto nei Luoghi publici, e consueti di Roma, abbia l' istesso effetto, e vigore, come se fosse stato a tutti personalmente intimato.

Dato in Roma il dì 23. Luglio 1756.
F. G. A. Card. Vicario.
Gasparo Arciprete Ori Segretario.

Die, mense, & anno, quibus supra, supradictum Edictum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curiæ Innocentianæ, & in Acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis & consuetis Urbis per me Cirum Bonifazi Tribunalia Eminentissimi Vicarii Mandatarium Decanum.

Nonnulla, quæ in hoc Edicto minus dilucide ponuntur., legi possunt in Literis Clementis XII., quæ hic laudantur, quæque insertæ Literis ejusd. Benedicti XIV. habentur in Chronol. P. Perusini (Part. 2. p. 240.).

Etsi porro in iis Clementis Litteris, quibus confirmatur Decisio S. Congregationis Particularis in Causa vertente Regulares inter, & Pharmacopolas Urbis, ejusque Districtus, de Regularibus idcirca ibidem existentibus sermo est; tamen commune est Regularibus omnibus, non posse ab ipsis medicamentarias Officinas, præterquam in suos usus, haberi: uenti adnotat Monacellus (Formular. Par. 2. tit. 14. formul. 4. n. 17.), & post eum P. Matthæucci (Official. Cur. cap. 33. n. 31.).

Do Monacelli verba: „ Et hinc neque possunt *Regulares* sub iisdem pœnis (*nempe excommunicationis majoris latæ sententiæ, privationis Officiorum, aliisque contra alienantes Bona Ecclesiastica, ac Regulares nominatim, sancitis, & sine alia ulla declaratione incurrendis, ut ante ibid. idem Auctor cum aliis probat*) exercere artem venalem Aromatariæ, præterquam pro usu Religiosorum: nec Pharmaca cuique vendere, etiam prætextu amicitiæ, seu familiaritatis, excepta Theriaca, Hyacintho, & aliis vulgo nuncupatis Chimicis, non obstantibus privilegiis Ordinum Regularium cujuslibet Instituti, etiam Societatis Jesu, quibus Congregatio Concilii auctoritate Papæ expresse derogavit in Decreto edito anno 1637., & postea confirmato 2. Septembris, & 16. Decembris in Concistorio 1647. lib. 18. Decr. pag. 405., quia est negotiatio illicita, & Ecclesiasticis Personis prohibita (ut non minus solide, quam erudite probat Theophil. Raynaudus Soc. Jesu in Opusculo de Religioso Negotiatore), ead. Sac. Congregatio in Camerinen. 28. Februarii 1693. ad tertium „.

De his *autem* Decretis haud dubitandum tibi erit (*ait Monacellus idem in illius Operis Præfatione, generatim loquens de SS. Congregationum Decretis a se in eodem Opere allatis*): nam aut ex Regesto earundem *SS. Congregationum* manibus propriis accepi, aut ex originalibus Foliis, & Votis ante dicti meritissimi Cardinalis (*Petruccii nimirum, cujus ipse fuit Auditor*), quæ penes me adhuc extant, desumpsi „.

Quod nuper ad Minoritas attinet, Pater Matthæucci in Schola Paupertatis (*tit. 3. cons. 1. §. 11. n. 85. seq.*), *post memoratum* „ Decretum (*quod etiam in* Officiali Curiæ *laudat loc. supr. cit.*) S. Congregationis Concilii 7. Septembris 1647., quæ *tunc* censuit, posse Regulares vendere Theriacam, Hyacinthum, & Chimica; dummodo hæc postrema non sint præparata, & composita, ut decrevit S. Congregatio Visitat. Apostol. 22. Decembr. 1662. pro Regularibus Urbis, ejusque districtus„; *sic recte subjicit e vestigio*: „ Resolutionem tamen dictæ S. Congregationis non ampliari ad Fratres Minores, dubium esse non potest juxta Regul. 81. Jur. in 6.: IN GENERALI CONCESSIONE NON VENIUNT EA, QUÆ QUIS NON ESSET VERISIMILITER CONCESSURUS. Oportet itaque, ut de illis fiat specialis expressio, ut comprehendantur; & absoluta locutio eos non afficit, propter altissimam paupertatem, cujus sunt professores „. (*Adde, quod licet concessione illa nos quoque comprehenderemur, ea tamen nullius roboris foret. Consule animadversiones nostras in Decretum diei 6. Martii 1756. Conjectur. 8.* §. Denique).

* Propter quod (*pergit ibi Matthæuccius idem*) licet Innocentius XII. in Constit. NUPER de celebrat. Missar. §. 28. generaliter præcipiat Regularibus, cum expressa derogatione omnium, quæ possent obstare, ut asservent in capsula sub duplici clave eleemosynas pro Missis; attamen sub dispositione Fratres Minor. Observantes non comprehendi, respondit Sacra Congreg. Concilii, ex adnotatis tit. priori cons. 3. n. 38. (*& in Chronol. P. Perusini Part. 1. p. 416. seq., atque in Bibl. P. Ferrar. v.* Votum *art. 2. n. 138.*); & inde ipsi tenentur religio-

ligiose parere enunciato Decreto „. *De Decreto loquitur S. Congregationis Particularis, ab Urbano VIII. consultationibus nostrorum præposita. En siquidem in Decretis editis 14. Iunii 1628.*, Sanctitate Sua approbante, *lectisque, & publicatis sequenti die in Comitiis Generalibus Romanis, abusus enumerans e Cœnobiis tollendos*, *qui* Regulæ S. Francisci observantiæ adversabantur; *sic præcipit* §. Ad hæc: „ Tollatur abusus Aromatariarum, ita ut de cætero illæ NON RETINEANTUR, NISI AD USUM MONASTERIORUM DUNTAXAT, nec liceat res illarum cuiquam vendere „. *Quanta porro vis sit particularum*, nonnisi, dumtaxat *&c.*; *nemo Iuris peritorum ignorat*.

1756. 23. *Iulii.* = „ Per quemdam Confessarium (*verba sunt Ligorii*) supplicatus fuit SS. Pontifex Benedictus XIV., ut explicaret, an revera liceret in serotina Collatiuncula parum Casei sumere iis, qui in Quadragesima, & Vigiliis sunt dispensati ad lacticinia? Pontifex supplicationem transmisit ad S. Pœnitentiariam, quæ sic rescripsit: S. POENITENTIARIA OPTIME CONSCIA MENTIS SANCTITATIS SUÆ EX SPECIALI AUCTORITATE EJUSDEM RESPONDET, NON LICERE. Rationem afferens, quod illud, JEJUNANTES, expressum in Bulla, LIBENTISSIME, præfati nostri Pontificis Benedicti XIV. (ubi dictum fuit, dispensatos ad carnes, vel ad lacticinia OPUS HABERE EO CIBO, EAQUE UTI PORTIONE, QUIBUS UTUNTUR OMNES JEJUNANTES RECTÆ METICULOSÆ CONSCIENTIÆ), intelligitur de rigorose Jejunantibus Quadragesimali jejunio, in quo tam carnes, quam ova, & lacticinia vetantur „.

„ Deinde dubium subortum fuit, an S. Pœnitentiaria illud, OPTIME CONSCIA MENTIS, *&c.* dixerit ex sua interpretatione, vel ex proprio Oraculo Pontificis? Idcirco idem Confessarius item Papam supplicavit, ut ipsemet mentem suam explicaret. Venit Responsum (quod ego ipse authenticum observavi, & nunc apud me est), in quo sic dicitur:

SACRA POENITENTIARIA DE MANDATO SS. DOMINI, QUI SUIS IPSE OCULIS RETROSCRIPTAM EPISTOLAM DIGNATUS EST LEGERE, RESPONDET, VERA ESSE, ET PRO VERIS HABENDA, QUÆ CONSTAT AB EADEM POENITENTIARIA FUISSE RESCRIPTA.

DATUM ROMÆ IN POENITENTIARIA DIE 23. JULII 1756. „

Hæc usque Rmus Alphonsus de Ligorio Episcopus Agathæ, vulgo S. Agathæ Gothorum, *in Principatu ulteriore (Theol. Moral. lib. 3. tract. 6. de 8. Præcepto cap. 3. dub. 1. n. 1017.). Hæc ipsa ex eodem Auctore refert P. Ubaldus Giraldi (Exposit. Iur. Pontif. novissim. Par. 1. lib. 3. Decretal. tit. 46. ante sect. 626. p. 452. in fin. seq.).*

Consule Ligorium eundem, alia ibidem addentem in hujus Responsi confirmationem. Adi quoque supra laudatas Benedicti XIV. Litteras incipien. Libentissime. *dat. 10. Iun. 1745. (in Bullar. ejusd. Pont., & in Biblioth. P. Ferraris v.* Jejunium *art. 2. n. 35.); necnon Litteras Clementis XIII., quarum initium*, Appetente, *20. Decembr. 1759., quibus idipsum magis magisque firmatur, quasque nos ad eundem annum dature imus.*

1756. 7. AUG. *Reverendissimi P. Ministri Generalis Epistola encyclica qua, universo Ordini suam significat electionem.*

FR. CLEMENS DE PANORMO

Lector Jubilatus, Catholicæ Majestatis in Regali Congressu Matritensi pro Immaculata Conceptione Theologus, ac totius Seraphici Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis, & humilis Servus

Dilectis Nobis plurimum in Christo Iesu universis Patribus, Fratribus, & Sororibus, tam Superioribus, quam Subditis, totius dicti nostri Seraphici Ordinis, obedientiæ, ac curæ nostræ subjectis, Salutem, & Seraphicam Benedictionem.

COelestis Paterfamilias, cujus voluntas potentia, & cujus opus misericordia est, quique olim dispensatione mirabili elegit David Servum suum, & sustulit eum de gregibus ovium, ut pasceret Israel hæreditatem suam; novissime diebus hisce immensam in Nos bonitatem suam derivare dignatus, in humilitate nostra memor fuit Nostri, ac inscrutabili sapientiæ suæ arcano constituens Nos in Caput Fratrum Minorum, Præfecturam universi Ordinis nullo meritorum suffragio Nobis commisit. Verum non tam de honore hilares, quam de periculo solliciti, in tanta, eaque difficillima tam amplæ Familiæ procuratione, dum virium nostrarum infirmitatem, cujus Nos probe conscii sumus, seriò consideramus, sentimus profecto suscepti oneris magnitudinem, & quantum ad illud fortiter, constanterque ferendum cælestibus auxiliis indigeamus. Quamvis autem precibus nostris opem de Sancto invocare non desistamus, ut de Sion tueatur Nos, & ut qui dedit velle, det etiam perficere pro bona voluntate; attamen cum maxime in nostri Seraphici Patris Divi Francisci, cujus locum tenemus, meritis, & præsidio, tum etiam in assiduis precibus vestris, Fratres, & Filii Dilectissimi, omnem spem nostram unice collocamus: Potens est enim Oratio Ecclesiæ deprecantis ad Dominum, qui benignus, & misericors est, & propitiatur eum invocantibus in veritate. Junctis igitur precibus, Deum totius consolationis exorate, ut in mandatorum suorum viam, unà cum Vobis omnibus nostræ curæ commissis, Nos dirigat, Nobisque, quos eligere dignatus est ad dandam scientiam salutis plebi ejus, det virtutem, & fortitudinem in magnitudine brachii sui ad ea omnia perficienda, quæ Dei gloriam; Ordinis decus, ac Vestrum omnium consolationem, & commodum respiciunt. Hæc enim Nobis unice cordi erunt: pro quibus augendis, & perficiendis plurima a Nobis suo tempore decernentur, quæ in hac, quam primùm ad Vos scribimus, Epistola Vobis significare non possumus, pluribus, magnique momenti implicati negotiis. Hoc unum Vos omnes hortamur, ac præsertim Provinciarum Ministros, ut pro conservanda Regulari Disciplina, pro Fratrum suorum decore, & pace, ac pro litterarum studiis ornandis, & amplificandis seriò studeant, & invigilent. Cogitent insuper tam Superiores, quam Subditi, quod debent alter alterius onera portare, ut sic adimpleant legem Christi, & nostram. Denique Vos omnes in Domino monemus, ut Summum,

ac

ac Sapientissimum Pontificem, cui permultas, easque ingentes debemus gratias ob eximium, quo Nos, nostrumque Ordinem semper prosecutus est, amorem; eo vel maxime, quod nuperrimis diebus per suas Apostolicas Litteras ad Nos amantissimè scriptas de die quintadecima Julii hujus currentis Anni 1756. significaverit benevolum suum erga Nos, & Ordinem nostrum Apostolicum animum, impertiendo & Nobis, & Vobis omnibus Apostolicam suam Benedictionem: insuper Eminentissimum Cardinalem Protectorem Ordinis nostri, omnesque Reges, & Principes Catholicos in orationibus vestris ad Deum commendetis: & Vobis omnibus, quos peramanter, ac sincero corde amplectimur, Seraphicam Benedictionem impertimur.

Datum ex Conventu nostro S. P. Francisci Matriti, die 7. Augusti Anno 1756.

Fr. Clemens de Panormo Minister Generalis.

De mandato Rmi in Christo Patris

Fr. Vincentius Scutari ex-Definitor Generalis, & Secr. Generalis Ordinis.

1756. 10. Sept. *Non possunt Ordinarii Locorum, nisi ex necessitatis causa, impetrataque a S.Congr.Episc. & Reg. facultate, Regulares Viros in Confessarios Monialium sibi subjectarum assumere.*

TAmetsi Monasterium quoddam Episcopi jurisdictioni esset subjectum; consueverunt nihilominus Episcopus idem Regularem Sacerdotem ibi Confessarium Ordinarium constituere. At cum hoc Anno Moniales illæ a S. Congregatione Episc. & Reg. dispensationem petiissent, in cujus vim Confessarius, triennium sui muneris brevi expleturus, posset ad alterum triennium confirmari; Eminentissimi PP.dispensationem concesserunt „ ad alium Annum tantum „ *addentes:* „ quo finito, Episcopus provideat omnino de Confessario Sæculari idoneo. = Romæ 10. Septembris 1756.

„ C. A. Card. Cavalchini.

„ P. H. Guglielmi Secretar.

Regulares enim constitui ab Ordinariis non possunt Confessarii Monialium, quæ Ordinariorum eorundem jurisdictioni subsunt, nisi adsit necessitas, prædictæque S. Congregationis licentia. Vide Bibliothecam P. Ferraris (v. Moniales *art. 5. n. 28. & 85.), & Auctores ab ipso laudatos, ac P. Matthæucci (Offic. Cur. cap. 13. n. 12.).*

1756. 11. Sept. *Interdicitur, ne Regularibus pernoctandi extra Claustra concedatur facultas, nisi ex Oraculo Pontificio.*

IN Regesto S. Congregationis Episc. & Reg. Anni 1756. *sub die 11. Septembris hæc leguntur quoad* „ Regulares, eisque facultates pernoctandi in Parentum Domo „ :.

„ Ex Audientia Sanctissimi. Licentiæ aliquando concedi solitæ Regularibus pernoctandi extra Claustra amplius non concedantur, nisi ex Oraculo Sanctitatis Suæ „.

Hoc (ad Ordinem nostrum quod spectat) vetitum jampridem fuerat a S. M. Benedicto XIII. in sua Constitutione, cujus initium, Universalis, 16. *Novembr.* 1724. *(Chronol. P. Perus. Part. 2. p. 38. col. 1. seq.). Ibi enim, postquam* „ omnia, & quæcumque indulta, seu privilegia personalia tam Ex-Ministrorum &c., necnon apud Parentes, vel Consanguineos, aut alibi extra Claustra, habitu retento, degendi, aut in uno Conventu ita determinate commorandi, ut sublata sit Superioribus facultas ad alios Conventus transferendi, & quævis alia hic non expressa, quibuslibet Fratribus de Observantia, Reformatis, Discalceatis, Recollectis, Tertiariis, vel quocumque alio nomine nuncupatis, sub regimine, ac directione Ministri Generalis dicti Ordinis viventibus, cujuscumque dignitatis &c., quovis titulo, prætextu, causa, & occasione, & ad cujuscumque instantiam, & supplicationem, tam a Nobis (*inquit*), & a Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris, & a quibusvis S. R. E. Cardinalium Congregationibus, quam etiam &c. hactenus quoquomodo contra, & præter Regularia Ordinis prædicti Statuta, & Apostolicas Constitutiones concessa, perpetuo revocamus, annullamus „ &c.; *ita subjunxit:* „ NEQUE DEINCEPS A QUOQUAM CONCEDI POSSE DECERNIMUS „. *Vide etiam, quid Congregatio Generalis Romana An.* 1732. *secundum Apostolicas, & Ordinis Constitutiones hac super re inculcet in Session. diei* 2. *Junii §.* Eademque *(Chronol. Perus. cit. Par.* 2. *p.* 165. *col.* 1. *sub fin. seq.).*

1756. 28. *Sept. = Epistolam, hac die Jussu Pontificis, & Sacræ Congr. Ep. & Reg. ad Prælatos Generales Regularium datam circa extraordinarios Monialium Confessarios, vide mox sub d.* 28. *Sept.*

1756.20.*Sept. = Literas Rmi P. Ministri Generalis hac die datas, quibus Ministri pro tempore Mexicanæ Dioecesis Provinciæ S. Didaci instituuntur Procommissarii Terræ S. vid. infr. ad diem* 25. *Novembr. huj. Anni.*

1756. 28. Sept. *Extraordinarius Confessarius, seu ex diverso Regulari Ordine, seu e Clero Seculari, semel saltim quotannis, non modo offerendus est singulis Sanctimonialium Monasteriis, sed & omnino assignandus, mittendusque: sancteque cetera omnia, & accurate servanda sunt, quæ præscribuntur in Const. Benedicti XIV.*, Pastoralis Curæ.

Molto Reverendo Padre.

LA Sacra Congregazione de' Vescovi, e Regolari, volendo dare il debito riparo ai disordini, che continuamente per la mancanza di Confessori Straordinarii alle Monache accadono, mi ha spedito un ordine da pubblicarsi per le Provincie, che anno Monache alla di loro Cura soggette, del tenore che siegue:

„ La troppo ingiusta renitenza de' Superiori Regolari in concedere alle Monache loro soggette i Confessori Straordinarj contro la chiara disposizione del Sacrosanto Concilio di Trento mosse già l'animo di Nostro Signore a consolare le oppresse povere Religiose, & a provvedere alla di loro Coscienza colla sua celebre Costituzione, *Pastoralis Curæ* &c., pubblicata li 5. Agosto 1748. Ma perchè molti de' Superiori predetti, oltre il trascurarne l'adempimento, ed in particolare per rapporto allo Straordinario di Religione diversa, o Sacerdote Secolare, usano ogni studio per impedire, anche con mezzi indiscreti, che i Confessori, assegnati da' Vescovi giusta la facoltà data loro nella medesima Costituzione, o siano ricevuti dalle Monache, o possano adempire il loro Officio; perciò ad oggetto di provvedere alle spirituali indigenze, ed augustie di tante povere „ Re-

„ Religiose, questi Emi Signori, con l' Oracolo ora „ di N. S., anno espressamente ordinato, che a tutti li Superiori Generali, li quali anno Monasterj di „ Monache soggetti alla loro Religione, s' imponga, „ e a' incarichi nella più forte maniera l' inviolabile „ osservanza, e l' esatto adempimento della Costituzione predetta; dichiarandosi loro apertamente, che in caso diverso si prenderanno dalla medesima Santità Sua così efficaci risoluzioni, che „ saranno certamente sensibili alle loro Religioni. „ Tuttociò ai partecipa dal Segretario della Sac. Congr. de' Vesc. e Regol. per supremo comando di „ N. S., e dell' EE. LL., acciocchè V. P. Rma lo „ significhi a' Superiori destinati alla Cura de' Monasterj soggetti al suo Ordine, e faccia in maniera, che sia assolutamente eseguito senza mendicati pretesti di ripugnanza delle Monache stesse a „ Confessori Straordinarj di Abito diverso, e Secolari, e si rassegna =

Di Casa 18. Settembre 1756.
P. Gir. Guglielmi Segret.

Ella M. R. dunque abbia tutta la cura di eseguire quanto sopra si prescrive, con assicurarmi di essersi provveduto con darsi lo Straordinario *extra Ordinem*, e che puntualmente ogni Anno si darà: Come pure, che si diano altri Straordinarj dell' Ordine *infra Annum*. E pronto a tutto con vera stima mi sottoscrivo =.

Roma Araceli 28. Settembre 1756.
Prontiss. Servidore Obblmo
F. Antonmaria di Ruvo Deleg. Gen.

Delatæ fuerant ad Emos PP., & ad Pontificem ipsum iteratæ Preces Monialium quarumdam Regularibus subjectarum, quibus lamentabantur, ne semel quidem in Annos singulos Confessarium extra Religionem ad sua Monasteria mitti. Contrabantur Regularium Superiorum nonnulli, offerri a se re ipso ejusmodi Confessarium: sed Moniales unanimes quandoque eumdem nolle. Atqui non animadvertebant, id a Monialibus vel omnibus, vel aliquibus haud rarò fieri non sincerè & ex animo, sed specie, & verbis tenus ob rationes humanas. Hæc fuit Decreti hujus, ac Literarum origo. Constitutionem illam, Pastoralis Curæ, *habes apud P. Perusinum (Por. 2. p. 407. & seqq.).*

Extat etiam hac super re Statutum Capituli Gen. 1571., a S. Pio V. Pontifice approbatum, quo ita præcipitur (Chron. To. 1. p. 329. A.): Abbatissæ Statutum Sac. Concilii Trident. de tribus Confessoribus extraordinariis, suis Monialibus exhibendis, exequantur (*quorum unus modò, ex Const. Innocentii, & Benedicti XIII., & ex cit. Const.*, Pastoralis, *Benedicti XIV., debet esse, ut supra, e Clero Seculari, vel ex alio Ordine Regulari*); postulentque eos, cum tempus successerit, a Ministris Provincialibus: illique dare teneantur. Nec in hac parte dispensare valeant.

. *Chronol. Seraph.*

1756. 16. Oct. *Constitutioni*, Unigenitus, *refragantibus an, & quando SS. Corporis Christi Viaticum denegandum sit.*

Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, ac Archiepiscopis, & Episcopis Regni Galliarum, in novissimis Comitiis Cleri Gallicani congregatis.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

(a) EX omnibus Christiani Orbis Regionibus, ad quas imposita imbecillitati Nostræ Pastoralis cura protenditur, quum multa sæpe ad Nos deferantur, quæ animum Nostrum pro omnium, singularumque Ecclesiarum statu sollicitum, & anxium habeant, vix tamen aliunde Nobis majoris perturbationis, atque doloris causæ acciderunt, quam ex gravissimis controversiarum, & dissensionum incommodis, quibus florentissimum istud Regnum, & Catholicam Gallorum Nationem aliquot abhinc annis jactari cognovimus. Neque sane destitimus hoc toto perturbationum vestrarum tempore Deum Optimum Maximum enixe rogare, ac, interpositis etiam aliorum precibus, orare, atque obsecrare, ut ipse, qui Deus Pacis est, veram, solidamque tranquillitatem turbatis Ecclesiis vestris reddere dignaretur. Sæpe etiam, datis ad Charissimum in Christo Filium Nostrum Ludovicum Galliarum Regem Christianissimum Apostolicis Litteris, illius opem, & brachium ad Ecclesiasticæ Pacis tutelam, atque præsidium imploravimus. Iis autem, qui ad Nos, & ad Sedem Apostolicam de rebus istis recursum habuerunt, ea semper responsa dedimus, quibus Nos promptos, paratosque declaravimus, pro Pace Ecclesiæ Gallicanæ, quam sincera, & constanti dilectione prosequimur, quidquid Nobis vitæ superesse posset libenter impendere; atque omnia, quæ Nobis agenda proponerentur, & aggredi, & urgere, dummodo ejusmodi consilia essent, quæ ad revellendum malorum germen apta, & idonea dignoscerentur, & quorum executio cum spe prosperi eventus suscipienda, & ad intentum finem utiliter processura videretur.

(b) § 2. Gravem, atque diuturnam de rebus vestris sollicitudinem, qua hactenus affecti fuimus, non parum sublevarunt Litteræ o Gallicani Cleri Comitiis die 31. Octobris elapsi anni ad Nos scriptæ; quas quidem legentes, vestram, Venerabiles Fratres, firmitatem, atque constantiam, vestram perspeximus perfectam consensionem in custodiendo veræ, sanæque Doctrinæ deposito, & in retinenda, quam semper Majores vestri professi sunt, erga Apostolicam Beati Petri Sedem, Catholicæ Unitatis centrum, observantia, & veneratione. Neque enim ullam inter Vos dissensionem vigere comperimus quoad canonicas regulas, & principia; sed scissuras tantummodo esse inter Vos in deligendis, statuendisque mediis, quibus utendum necessario est, ut eadem communia principia in usum deducantur. Quod quamvis optandum fuisset longe abesse a Conventu

 ve-

(a) *Pontificis cura, & sollicitudo de turbato in Gallia Ecclesiæ tranquillitate restituenda.*
(b) *Pluribus nominibus Gallicani Cleri Virtus commendatur.*

vestro, haud tamen mirum videri debet scientibus, id alias inter Sacros Antistites & doctrina, & morum sanctitate conspicuos in gravissimarum rerum tractatione evenisse. In magnam autem præconceptæ consolationis Nostræ accessionem sese obtulit eximia Christianissimi Regis pietas, & religio, cum hæreditario ipsius in hanc Apostolicam Sedem obsequio conjuncta, quæ non in recentioribus tantummodo illius Litteris, quas die 19. Decembris ejusdem elapsi anni, prædictam Cleri epistolam huc mittens, ad Nos dedit, sed in cæteris quoque omnibus ab eo conscriptis præclare enituit; in quibus testari possumus, atque debemus; Nos semper illius Regii animi sensus eos plane deprehendisse; qui maxime decebant Orthodoxum Principem; & vera in Deum religione, & sincera erga Romanam Sedem pietate præditum, eumdemque Pacis, atque Concordiæ in suis Regnis restituendæ, & conservandæ amantissimum.

(a) §. 3. Tanta est profecto in Ecclesia Dei auctoritas Apostolicæ Constitutionis, quæ incipit, *Unigenitus*, eademque sibi tam sinceram venerationem, obsequium, & obedientiam ubique vindicat, ut nemo Fidelium possit, absque Salutis æternæ discrimine, a debita erga ipsam subjectione sese subducere, aut eidem ullo modo refragari. Hinc porro consequitur, ut in ea, quæ exorta est, controversia, utrum hujusmodi refractariis Sanctissimum Corporis Christi Viaticum expetentibus denegari debeat, sine ulla hæsitatione respondendum sit, quoties prædictæ Constitutioni publice, & notorie refractarii sint, denegandum eis esse; ex generali nimirum regula, quæ vetat, publicum, atque notorium peccatorem ad Eucharisticæ Communionis participationem admitti, sive eam publice, sive privatim requirat.

(b) §. 4. Publici autem, atque notorii sunt refractarii, in casu, de quo agitur, quicumque per Sententiam a Judice competente prolatam rei declarati sunt, eo nomine, quod debitam prædictæ Constitutioni, *Unigenitus*, venerationem, obsequium, & reverentiam contumaciter denegaverint; quicumque etiam hujusmodi contumaciæ reos se in judicio confessi sunt; ac præterea illi, qui quamvis neque a Judice condemnati, neque reatum suum in judicio confessi fuerint, nihilominus vel eo tempore, quo Sacrum ipsum Viaticum suscepturi sunt, propriam inobedientiam, & contumaciam adversus Constitutionem, *Unigenitus*, sponte profitentur, vel in anteactæ vitæ decursu aliquid evidenter commisisse noscuntur, manifeste oppositum venerationi, obsequio, & obedientiæ eidem Constitutioni debitæ, in eoque facto moraliter perseverare, quod ita vulgo cognitum est, ut publicum scandalum, inde exortum, non adhuc cessaverit: In his enim casibus eadem omnino adest moralis certitudo, quæ habetur de iis factis, super quibus Judex Sententiam tulit, vel saltem alia suppetit moralis certitudo prædictæ similis, & equipollens.

(c) §. 5. In quo tamen præ oculis habenda est differentia, quæ intercedit inter notorium illud, quo merum aliquod factum deprehenditur, cujus facti reatus in ipsa sola externa actione consistit, ut est notorietas usuragii, aut concubinatus; & aliud notorii genus, quo externa illa facta notari contingit, quorum reatus ab interna etiam animi dispositione plurimum pendet, de quo quidem notorii genere nunc agitur. Alterum enim illud gravibus sane probationibus evinci debet; sed alterum gravioribus, certioribusque argumentis probari oportebit.

(d) §. 6. Ea vero, quam supra innuimus, certitudo minime adesse dicenda est in aliis casibus, in quibus crimen nititur conjecturis, præsumptionibus, incertisque vocibus, quæ originem suam plerumque debent hominibus aut malo animo affectis, aut qui præjudicatis opinionibus, vel partium studiis ducuntur; quibus dum fides habetur, satis compertum est tum præteritorum temporum, tum ætatis nostræ experientia, quot modis homines errare, & falli, ac in transversum agi contingat.

(e) §. 7. Quia vero nonnulli Animarum Pastores, Ecclesiæque Ministri, pietate, & zelo commendati, hujusmodi conjecturis, & præsumptionibus deferentes, dum ad Sacrum Viaticum aliquibus ministrandum advocantur, animo anxii hærent, verentes, ne id sine propriæ Conscientiæ periculo administrare non possint; certam subnectimus agendi Regulam, quam sequantur.

(f) §. 8. Hoc itaque primum animadvertere debent, an scilicet ei, qui extremum Viaticum postulat, quum ante ad Sacram Mensam accederet, Paschali præsertim tempore, a loci illius Parocho, ubi degebat, Eucharistica Communio administrata fuerit: si enim hæc illi in vita non fuerit denegata, argumentum id erit, aut hominem illum ab omni labe immunem, aut saltem non vere notorium peccatorem reputatum fuisse; indeque sequetur, Sacrum Viaticum eidem in exitu vitæ publice postulanti denegari non posse; nisi forte, postquam olim ad Eucharisticam Mensam admissus fuit, & ante id tempus, quo postrema Sacramenta requirit, aliquid commisisse noscatur, quo publici, & notorii peccatoris notam, juxta præmissa, contraxerit.

§. 9. Ubi autem ex hac facti specie certum ipsis non suppetat fundamentum, cui insistere valeant; aliunde vero validæ adversus ægrotum præsumptiones, & indicia gravia, & urgentia militent, ob quæ obortum sibi scrupulum rationabiliter deponere nequeant; in his rerum circumstantiis oportet eos, remotis arbitris, ægrotantem alloqui, eique cum omni lenitate, & mansuetudine, non tamquam disputantes, eumque convincere volentes, ostendere, quæ, & qualia sint indicia, quæ suspectum reddunt ipsius vitæ tenorem; rogantes eum, & obsecrantes, ut resipiscat in eo saltem temporis articulo, a quo æterna ipsius Salutis sors pendet; eidemque præterea demonstrantes, quod quamvis ipsi parati sint Sanctissimum Corporis Christi Viaticum ei ministrare, ac etiam reipsa illud ei ministrent, non ideo tamen tutus ipse erit ante Tribunal Christi,

(a) *Publicis, & notoriis refractariis Constitutioni,* Unigenitus, *Sanctissimum Viaticum jure denegatur.*
(b) *Publici, & notorii refractarii qui?*
(c) *Duplex notorii species, utriusque demonstratio.*
(d) *Certitudo ex quibus non satis idonea habeatur.*
(e) *Quorumdam anxietas in dubiis casibus.*
(f) *Præscribitur methodus, cui Sacramenti Minister tuto adhærere possit.*

sti, sed potius novi, & horrendi criminis reum se constituet, ex quo judicium sibi manducavit, & bibit; cæterum se non alia de causa Sacramentum Corporis Christi eidem ministraturos, nisi ut Ecclesiæ jubenti obtemperent, quæ præter eam, quam habet, curam, ut scandala publica antevertat, pro sua etiam pietate, ægroti ipsius infamiam præcavere studet, & idcirco eum a Sacra Mensa non repellit, dum ipsum, licèt peccatorem in conspectu Domini reputet, non tamen in proprio Tribunali publicum, atque notorium peccatorem agnoscit.

(a) §. 10. Hanc itaque judicandi, agendique normam oportet Vos, Venerabiles Fratres, optote Nostro, & Apostolicæ Sedis judicio probatam, inferioribus Animarum Pastoribus, cæterisque Presbyteris per Civitates, & Diœceses vestras Sacramenta legitime administrantibus, sequendam, & observandam proponere. Quod quidem judicium super vigentibus controversiis a Nobis interpositum & Ecclesiasticis Regulis nititur, & Conciliorum olim in ipsis Galliarum Regionibus habitorum Decretis, & gravium ipsius Nationis vestræ Theologorum sententiis fulcitur. Ut igitur Vobis laudi fuit, illustrium prædecessorum vestrorum exempla sequendo, promotas istic controversias, subortaque dubia ad Nos, & Apostolicam Sedem deferre, certamque hinc Regulam, ad revocandam, tuendamque Ecclesiarum vestrarum pacem, exposcere; ita nunc Officii vestri partes, vestraque simul apud Deum, & Ecclesiam merita cumulabitis, si suprascriptam agendi methodum ab iis, ad quos pertinet, in occurrentibus casibus omnino servari curabitis. Quod Nos a Fraternitatibus vestris eo fidentius expectamus, Nobisque pollicemur, quo magis Nobis ipsi conscii sumus, nihil diligentiæ, aut studii a Nobis prætermissum fuisse sive in perpendendis, ac discutiendis articulis, quos Episcopi in præfatis Cleri Comitiis adunati, licet non unanimi sententia, proposuerunt, desumendisque ex ipsa eorum discrepantia notionibus ad rem penitus percipiendam, rectoque judicio definiendam opportunis; sive in legendis, ponderandisque sententiis scripto exaratis a Venerabilibus Fratribus Nostris hujus S. R. E. Cardinalibus, quorum hac de re consilia exquisivimus; sive in cæteris omnibus exequendis, atque præstandis, per quæ Divini luminis adjutorium, quod interim flagrantissimis votis implorare non prætermisimus, Nobis promereri possemus.

(b) §. 11. Neque vero dubitamus, quin Charissimus quoque in Christo Filius Noster Rex Christianissimus, postquam susceptum a Vobis consilium non solum probavit, sed etiam, ut supra innuimus, suis ad Nos datis Litteris fovere, & adjuvare non recusavit; pro sua perspecta in Deum, & Ecclesiam religione, ac pietate, validam Fraternitatibus vestris opem præbere studeat, quò tam Vobis, quam inferioribus Ecclesiæ Ministris liberum, & integrum sit ad superius descriptam agendi normam Sacrorum Mysteriorum administrationem moderari. Qua quidem fiducia freti Nos hic sermonem minime habendum existimavimus de reliquis Fratrum vestrorum articulis respicientibus Episcopalia jura circa eorumdem Sacramentorum participationem concedendam, vel denegandam, & varias super hac re obortas controversias; sed potius eum ipso Christianissimo Rege per alias Litteras Nostras agendum duximus, ut is Sacra Episcopatus jura, sua animi magnitudine, ac præstanti virtute tueatur. Quod ipsum & proprio, & Majorum suorum more facturum certo confidimus; ut nobilissimæ Galliarum Ecclesiæ, illius Regio favore Nostris, vestrisque studiis obsecundante, suum pristinum decorem retinuisse, & perturbatam ad tempus tranquillitatem cito recuperasse lætentur. In cujus optatissimi eventus auspicium Fraternitatibus vestris, cunctisque Populis Pastorali curæ vestræ concreditis Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 16. Octobris MDCCLVI. Pontificatus Nostri Anno Decimoseptimo.

1756. 15. Nov. *Ministri*
Mexicanæ Discalceat. Provinciæ S. Didaci instituuntur Vicecommissarii, & Procuratores Terræ S. in ea Provincia, quibusdam exceptis locis; ac nonnulla tum ipsis, ac secundariis ministris præcipiuntur, tum Matritensi Terræ S. Commissario Generali.

BENEDICTUS PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Michael de Valladolid Prominister, & Procurator Provinciæ S. Didaci in Regno Mexicano Ordin. Fratrum Minor. S. Francisci de Observantia Discalceator. nuncupat., quod dilectus pariter Filius Clemens a Panormo Minister Generalis Ordin. Fratr. Minor. S. Francisci de Observant. nuncupat. per suas patentes Literas nominavit, & deputavit dilectum itidem Filium modernum, & pro tempore existentem Ministrum Provincialem Provinciæ S. Didaci Mexican. dicti Ordin. S. Francisci Minor. Discalceator. in Vice-Commissarium, & Procuratorem Terræ Sanctæ in ipsa Provincia, suoque districtu ad colligendas eleemosynas prò servitio ejusdem Terræ Sanctæ, cum nonnullis facultatibus, & sub nonnullis conditionibus in dictis patentibus Literis contentis, & expressis tenoris sequentis, videlicet =

Ff 2 " F. CLE-

(a) *Hortatio ad Præsules, ut traditam regulam sectentur, aliisque proponant servandam.*
(b) *Ad id præsto futura spondetur religio, validumque præsidium Christianissimi Regis, Ecclesiastica jura vindicatura.*

„ F. CLEMENS A PANORMO

„ Lector Jubilatus, Theologus Regiæ Majestatis Catholicæ in Regio Cœtu ad vindicandam, Immaculatam Deiparæ Conceptionem, totius Ordin. Fratr. Minor. S. P. N. Francisci Minister Generalis, ac Servus

„ *R. P. Provinciali præsenti, ac pro tempore existenti nostræ Provinciæ S. Didaci Mexicanæ Discalceator. Ordinis nostri Salutem, atque Seraphicam benedictionem.*

„ EX injunctis Divina dispositione mirabili, & de speciali S. Sedis Apostolicæ dono gratiæ, nostræ Religioni munere, & cura habitandi, sartaque tecta servandi Sacrosancta Jerusalem, totiusque Terræ Sanctæ Loca, in quibus Unigenitus Patris Filius Jesus Christus Dominus noster humani generis Redemptiooem est operatus, ibidemque majori, qua fieri possit, sollicitudine custodiendi Ecclesias, ac Templa illie sita; quod sane præstari nequit absque plurimis impensis, quæ adaugentur propter contributiones, quas Turcæ, nostræ Sanctæ Fidei hostes, in dies exigunt; Leges, & Generalia Ordinis nostri Statuta disponuot, quod Minister Generalis instituat, ac nominet tam in Europa, quam in Americæ partibus Commissarios, Vicecommissarios, Procuratoresque sibi benevisos, ad hoc ut hi eleemosynas ad tam pium opus necessarias colligant; eidem Ministro Generali, privative quoad omnes alios, hujusmodi deputationum curam per omnia Regna, & Provincias Christiani Orbis reservando. Cum itaque ad hasce eleemosynas procurandas in Civitatibus, Terris, ac Locis dictæ nostræ Provinciæ S. Didaci Mexicanæ, auiaque districtibua expediat, ut adsit aliqua Persona necessariis pollens facultatibus, quibus munita illas per se, & per alios Quæstores, quos sibi congruum videbitur deputare, procurare valcat: Nos integram fiduciam de Pateroitate tua, quod fideliter munus hujusmodi implebis, habentes, per præsentes nostras Literas Paternitatem tuam instituimus, nominamus, ac declaramus in Vicecommissarium, atque Procuratorem Terræ Sanctæ in dicta nostra Provincia, suisque districtibus, ut eum opera unius, duorum, ae plurium Quæstorum, quorum electionem Paternitati tuæ commisimus, procures, exposcas, atque colligas omnes, & singulas eleemosynas, quas pia Fidelium devotio pro dictis Sanctis Locis largitura, ae oblatura fuerit, necnon cætera omnia subsidia, quæ quovis titulo, ae ratione reperies debita fore, quæque dicta Sacra Loca possint, ac debeant recipere ex piis Relictis, aut Legatis jam factis, aut in posterum faciendis, & applicandis, omniaque alia ex quovis alio titulo ad eadem Sacra Loca spectantia, & pertinentia. Ad hunc igitur effectum poteris mittere Religiosos Quæstores, quos necessarios judicabis, per dictæ Provinciæ partes, prout opus fuerit, eum facultatibus necessariis, quas Paternitati tuæ impartimur, ut eo meliori modo, qui magis consentaneus erit conditioni nostræ, Sacroque, quod profitemur, Instituto, comparere possis in quocumque Tribunali, sive Tribunalibus, tam Ecclesiasticis, quam Laicalibus, ad defendendum, asssecurandum, & recuperandum dictas eleemosynas, indultaque Sacrosanctis Hierusalem Locis concessa, aliaque desuper necessaria faciendum, sine tamen præjudicio observantiæ nostræ Sacræ Regulæ, & Declarationum Apostolicarum super illius interpretatione editarum. Assignamus autem in territoria ad Quæsturam, per Paternitatem tuam, tuosque operarios exercendam (exceptis Civitatibus Mexicana, Angelopolitana, Antequerensi, & quocumque alio Loco, in quo simul existant Observantium, & Discalceatorum Cœnobia, hæc enim Loca assignamus pro territorio Vicecommissarii de Observantia, atteota possessione, in qua ipse existit), omnia alia Loca, & Pagos, in quibus solum Discalceatorum Cœnobium existat, teque ad fines territoriorum prædictos penitus conformabis dispositioni, & determioationi editæ in Generalibus Ordinis Comitiis Romæ habitis anno 1750., et a SS. Dno Nostro Papa anno eodem confirmatis. Eleemosynas vero collectas disponi curabis penes dilectum nobis Syndicum pro Terra Sancta a te instituendum, ad quem effectum specialem Paternitati tuæ facultatem indulgemus; eam autem adhibeas sollicitudinem, quod in tuto, ac fideli deposito serventur, ut postmodum integre transmittantur Patri Commissario Generali Sacrorum Locorum, in hoc nostro Matritensi S. P. N. Francisci Cœnobio residenti, iis temporibus, ac forma, quibus ipse præcavebit; huic enim in hac parte te subordinatum intelliges; easque eleemosynas juxta illius instructiones opportuniori tempore transmittas, ut deservire valeant in pios usus, quibus destinantur, qui ad cultum, custodiamque dictorum Sacrorum Locorum tendunt. Quapropter stricte, & sub pœnis contra Nobis iaobedientes inflictis præcipiendo mandamus tam R. P. Commissario Generali in hac Regia Aula residenti, quam Paternitati tuæ, ne quantitatem ullam pecuniarum, quamvis minimam, transmittant absque prævia, actuali, ac positiva ad litteram executione omnium ordinationum, & dispositionum a Serenissimo Rege Catholico, quem Deus servet incolumem, anno 1751. editarum, de, & super transmissione hujusmodi pecuniarum ad hanc Aulam, & sub eisdem pœnis ipsis mandamus, ne Regia Majestatis suæ pietate abutantur, introducendo inter legitimas eleemosynas, ad dicta Sacra Jerusalem Loca pertinentes, quascumque alias pecuniarum summas ad particulares Personas spectantes, nec res pretiosas cujusvis speciei. Pro executione igitur eorum, quæ Paternitati tuæ injungimus, una cum suis dependentibus, annexis, atque connexis, tibi commissionem, facultatesque opportunas concedimus, etiam cum facultate substituendi unum, duos, pluresque Procuratores, quatenus opus fuerit, præcipiendo in Virtute S. Obedientiæ omnibus Religiosis tam Superioribus, quam inferioribus, cujusque gradus, & conditionis existant, & sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ut habeant, agnoscantque Paternitatem tuam, tuosque in Officio Successores in verum Vicecommissarium, Procuratoremque Terræ Sanctæ, per præsentes a Nobis institutum, & deputatum, neque Pateroitatem tuam, tuosque Successores impediant, neque obstent quovis modo in usu, & exercitio muneris vobis præsentium tenore commissi, sed potius vobis omne præstent auxilium, atque favorem ad exactam executionem dicti muneris necessarium. Præcipimus denique, & mandamus

„ damus Paternitsti tuæ, cæterisque Religiosis a te in „ Quæstores deputandis, illisque, qui partem hsbuerint in executione, & collectione dictarum eleemosynarum, ne quovis titulo, quantumvis præcise urgere videatur, alienent, minusque divertant dictss eleemosynas, illarumve portionem aliquam, nec etiam ad breve tempus, nec ex causa mutui, nec ulla alia contrsctus specie, nec sub colore illas sugendi cum aliquo prænio, aut lucro, nec ullo alio excogitabili sub prætextu; sed illas præcise integras custodiant ad effectum transmittendi ad hoc Generale Officium Matritense Commissionis Terræ Sanctæ; idque eis præcipimus nedum sub formali Sanctæ Obedientiæ præcepto, sed etiam sub pœna excommunicationis msjoris latæ sententiæ Summo Pontifici reservatæ, aliisque pœnis inflictis in Apostolicis Constitutionibus, alters nimirum Urbsni VIII. incipiente, *Aliâs a felir. record.*, sub Datum Romæ apud S. Petrum die 18. Junii ann. 1644., & sltera Alexandri pariter PP. VIII. incipiente, *Ex injuncto Nobis*, sub Datum etiam Romæ die 10. Novembris „ anni 1690.

„ Dstum in hoc nostro Mstritensi S. P. N. Francisci Conventu die 20. Septembris anno 1756.

„ Fr. Clemens a Panormo Minister Generalis.
„ Loco ✠ Sigilli Ministerii Generalis.
„ *Reg. De mandato Paternitatis Suæ Rmæ*
„ Fr. Vincentius Scutari Exdefinitor Gen.,
„ & Secret. Gen. Ord.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebst, dictus Michael Prominister, & Procurator exponens præinsertas patentes Literss, quò firmius subsistsnt, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideret; Nos ipsius Michaelis Proministri, & Procuratoris exponentis votis hsc in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, cumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis *&c.*, supplicstionibus ejus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas dicti Clementis Ministri Generalis patentes Literas super nominstione, & deputstione dicti moderni, & pro tempore existentis Ministri Provincislis Provinciæ S. Didssi Mexican. dicti Ordinis Discalceator. in Vicecommissarium, & Procurstorem Terræ Sanctæ, cum omnibus, & singulis facultatibus, & conditionibus in illis contentis, & expressis Auctoritate Apostolica tenore præsentium spprobamus, & confirmamus, illisque inviolsbilis Apostolicæ firmitstis robur adjicimus; omnesque, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, & ssnsmus. Decernentes, ipsas præsentes Literas firmas, validas *&c.*, ac irritum, & insne, si secus super his *&c.*. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinis, & Provinciæ hujusmodi, etism juramento, confirmstione Apostolics, vel qusvis firmitate slia roboratis statutis, & consuetudinibus *&c.*. Quibus omnibus, & singulis *&c.* expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dstum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XV. Novembris ann. 1756. Pontificatus Nostri anno Decimoseptimo.

Loco ✠ Sigilli.
Pro Domino Cardinali Passioneo
Joannes Florius Substitutus.

Constitutiones Urbani VIII., & Alexandri VIII., quæ supra ad calcem Literarum P. Ministri Gen. laudantur, simulque Sixti V., Pauli V., & Gregorii XV., leguntur in Chronol. P. Perusini (Par. I. p. 329. col. 2. seqq.).

1756. 4. Dec. *Conceditur Indulgentia Plenaria in Ecclesiis PP. Recollectorum Nationis Germanobelgicæ, & in alia quacumque Ecclesia in eorum Provinciis existente, pro una ex Dominicis Mensis cujuslibet, in qua in Ecclesiis ipsis eorumdem Fratrum sollicitudine Communio Generalis agetur.*

BENEDICTUS PP. XIV.

Universis Christifidelibus præsentes Literas inspecturis Salutem, & Apostolicsm Benedictionem.

AD augendam Fidelium religionem, & Animarum salutem cælestibus Ecclesiæ Thesauris pia charitste intenti, omnibus, & singulis utriusq. sexus Christifidelibus, verè pœnitentibus, & confessis, qui aliquam ex Ecclesiis Fratrum Ord. Min. S. Frsnc. de Observantia, Recollectorum nuncupat., Provinciarum Germano-Belgicsr., seu quamcumque aliam Ecclesism in dictis Provinciis existentem, in qua Communio Generalis sollicitudine dilectorum Filiorum Fratrum dicti Ordinis, de licentia Ordinariorum Locorum, &, quoad Ecclesias Sæculares, de illarum Rectorum licentia, & consensu, in una ex Dominicis cujuslibet Mensis respectivè agetur, eisdem Dominicis devotè visitaverint, ibique SSmum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, ac pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltstione piss ad Deum preces effuderint, qua Dominica præfatarum id egerint, Plenarism omnium peccstorum suorum Indulgentiam, & Remissionem, quam etiam Animabus Christifidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ex hac luce migraverint, per modum suffragii applicare possint, misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus ad Septennium tantum valituris.

Volumus autem, ut, si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint: utque præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etism impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitas, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscstoris die 4. Decembris 1756., Pontificatus Nostri Ann. XVII.

Pro D. Card. Passioneo
Jo. Florius Substit.

Impetrata postremò hæc Indulgentia fuit in perpetuum tempus. Vid. ad d. 4. Januar. 1793.

1756. 6. Dec. P. Minister Gen. instituitur Apostolicus Commissarius, Visitator, ac Reformator totius Ordinis.

BENEDICTUS PP. XIV.

Dilecte Fili, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

IN specula supremæ Dignitatis, Divina dispositione, meritis licet insufficientibus, constituti, inter multiplices rerum, negociorumque, quibus obruimur, curas, ad ea etiam ex debito Pastoralis Officii Nobis commissi sollicitè vigilare debemus, per quæ Religiosa Loca, illorumque Personæ, Divinis mancipatæ obsequiis, in pacis & quietis tranquillitate, ac Regularis vitæ, Ecclesiasticæque disciplinæ norma, coadjuvante Domino, perenniter conservari valeant; & quæ hia contraria esse noscuntur, per Nostræ providentiæ studium penitus evellantur, prout, Personarum, rerum, & Locorum qualitate pensata, conspicimus in Domino salubriter expedire.

Cum, sicut accepimus, tu ad demandatum tibi a Capitulo Generali Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Ministri Generalis munus ritè, sancteque obeundum, iter instituere paratus sis, ac Provincias dicti Ordinis tam de Observantia, quàm Reformatorum, & Excalceatorum Fratrum per te ipsum visitare intendas: Hinc est, quod Nos, ut majora Apostolicæ Nostræ charitatis erga dictum Ordinem, & te ipsum argumenta declaremus; atque omnia hac in Visitatione, vel extra eam, opportunè, salubriterque peragenda, tibi fortasse necessaria Apostolicæ Auctoritatis documenta præstemus; ac de tua fide, prudentia, integritate, dexteritate, vigilantia, doctrina, rerumque agendarum peritia, ac religionis zelo plurimum in Domino confisi; teque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis *&c.*, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, te Commissarium Apostolicum, & Visitatorem, Reformatoremque totius Ordinis creamus, facimus, constituimus, deputamus, & delegamus; ac tibi, præter, & ultra facultates solitas, & consuetas, ac ratione muneris Ministri Generalis præfati tibi competentes, concedimus, & impertimur, ut in Visitatione Provinciarum, & Conventuum dicti Ordinis per te, seu Commissarios Visitatores a te deputandos, peragenda, seu illa peracta, ac etiam extra Visitationem prædictam, quoscumque Conventus cujuscumque Provinciæ pro Studiis generalibus (*a*) præscriptos, & assignatos, juxta datam tibi a Domino prudentiam, & ut res postulaverit, de alio in alium Conventum tibi opportuniorem visum, Studia generalia hujusmodi permutes, transferas, statuas, & præscribas, novosque in iis Provinciis, in quibus Conventus Studiorum hujusmodi nondum assignati, & fundati fuerint, tuo arbitrio assignes, fundes, & deputes; ac facultatem Novitios supranumerarios (*b*) in Provinciis, in quibus necessitas id exegerit, recipiendi, & admittendi concedas; necnon quæcumque Capitula Provincialia, quæ forsan contra Constitutiones (*c*) Ordinis hujusmodi Auctoritate Apostolica confirmatas, peracta fuisse repereris, confirmes, atque convalides, omnesque, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper intervenerint, suppleas, & sanes; ac quamcumque Provinciam (*d*), vigore cujuscumque facultatis inter se divisam, & separatam, de novo unias & incorpores, aliasque dividas, ac separes; necnon Guardianos haud habiles (*e*) quavis Auctoritate electos amoveas, & alios de novo eligas, & ultra (*f*) triennium dispensare possis, atque confirmes; aliaque similia (*g*) utilitatem, bonumque regimen, & gubernium Provinciarum, & Conventuum præfatorum concernentia, quæ per Constitutiones Ordinis, & Apostolicas præscripta, & per te ipsum peragenda prohibita, vetitaque sunt, liberè, & licitè peragere (*h*) possis ac valeas.

Decernentes, easdem præsentes Litteras, & in eis contenta quæcumque, firma, & valida, & efficacia existere, ac fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri & obtinere, ac tibi in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis; necnon Ordinis, & Provinciarum, ac Conventuum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VI. Decembris MDCCLVI. Pontificatus Nostri Anno Decimo septimo.

D. Cardinalis Passioneus.

= (*a*) Nam in hac Cismontana Familia Studia Generalis, seu *in ordine ad futuram Iubilationem*, instituti non possunt, neque instituta mutari, nisi a Capitulo, vel Congregatione Generali. Sic imperat, post Constitutiones Congregationis Generalis Romanæ 1603., a Clemente VIII. confirmatas (Bulla *Decet*, Chronol. Seraph. Tom. I. p. 525.); Bulla altera Urbani VIII. super iisd. Cismontanæ Familiæ Studiis edita (apud P. Perusin. Par. 1. p. 4.).

= (*b*) Scilicet supra eum numerum, qui Provinciis nostris Italiæ, & Insularum adjacentium præfinitus fuit a Sac. Congregatione, Disciplinæ Regulari præposita, per Decreta sua pro iisdem Provinciis edita: ex quibus antiquiora nonnulla memorantur apud P. Perusinum (Part. 2. p. 50.).

= (*c*) Quia Capitulorum nullitas oriri potest vel ex Legibus nostri Ordinis, vel ex Legibus ab Ecclesia latis pro Regularibus generatim, vel demum ex Iure communi, seu ex Legibus pertinentibus ad Electiones quascumque; ideò concedens

= Pon-

Pontifex Facultatem hanc validandi Provincialia Capitula, consultò, deditaque opera Facultati eidem limitationem apponit, sanandi nempe Capitula, que irrita aolùm ex primo illo capite aint, vi nempe Constitutionum Ordinis nostri a S. Sede confirmatarum, super quibus proinde aliàs Prælatus Gen. diapensare non posset.

(*d*) Provinciæ alicujus erectionem, vel erectæ divisionem, sine Summi Pontificis Auctoritate, districtè prohibuit sub nullitatis pœna Nicolaus IV. in aua Constitutione, inscripta „ *Generali, & Provincialibus Ministris, ac universis Fratrib. Ordinis Minor.* „ cujus initium „ *Quia Provinciarum Ordinis vestri distinctio* „ (in Bullar. Roderici Bulla III. Nicolai IV., & in Orbe Seraph. Tom. 4. p. 361. Vid. etiam Compendium Privilegior. verb. *Provincia*). Ultramontana Statuta Segoviensia 1621. (ultra Pontificiam Auctoritatem, *juxta Decretum*, inquiunt, *D. Nicolai IV.*) postulant quoque „ *consensum Fratrum Vocalium in Capitulo, vel Congregatione Generali congregatorum* „ (Cap. 3. tit. *De Ædificiis* §. *Nulla*, in Chron. Tom. 1. p. 615. B. init.).

P. Sanctorus quidem, exempla afferens plurium Capitulorum Gen., id posse Ministros Gen. concludit, putatque antiquatam Bullam Nicolai IV. (in Const. Ord. C. 12. Stat. 12. p. 686.). Atqui illam adhuc vigere, existimant Auctor Orbis Seraphici (To. 4. cit. p. 361. & 402.), P. Thomas Montalvus (Gloss. fundam. Statut. Tom. 1. c. 5. art. 2. n. 3.), & P. Kerckovius, qui Sanctorum nominatim oppugnat, in suis Commentariis ad Statuta Germano-Belgica, approbata in Capitulo Gen. Tolet. 1633., in quibus pariter Statutis interdicitur erectio, vel divisio illa sine S. Sedis Auctoritate (Cap. 3. §. 8. n. 19.).

Comparatio tamen Sedium Episcopalium, quam inter alia ibidem affert Kerckove, ad rem facere non videtur; ut vel ex iis potest intelligi, quæ habet Sanctorus (loc. cit. p. 685.). Neque Nicolaus IV. hanc rationem in aua Bulla producit; sed illam tantùm, quod nempe *Provinciarum Ordinis nostri distinctio in Generali Capitulo pridem celebrato, Gregorio PP. X. suam in Capitulo ipso exhibente præsentiam, facta fuerat*.

(*e*) Electionem illorum, qui vel ex impotentia nequeunt, vel ex perversitate ipsorum non est sperandum quod velint, exemplum esse subjectis Fratribus exactæ in omnibus observantiæ, disciplinæque Regularis, proindeque habiles non aunt ad Guardiani munus gerendum; horum, inquam, electionem irritandam jubent Innocentius XI., & XII. a Prælato Gen. „ *cum consilio tamen, & assensu trium Fratrum, qui Ministri Provinciales, vel saltim Diffinitores Provinciæ sunt, vel fuerint* „ (apud P. Perus. Par. 1. p. 411. B. in fin., & 413. A. aub med.). Hic autem a Pontifice Prælato Generali Facultas conceditur irritandi per se ipsum Electiones illas.

Additur „ *quavis Auctoritate electos* „ ad præcludendum, ut puto, aditum vanis prætensionibus, & contradictionibus, ex. gr. Provinciarum, quæ confirmationem Apostolicam obtinuerint suæ specialis formæ Guardianos eligendi, sicuti duæ illæ Provinciæ, de quibus apud P. Perusinum (Part. 2. p. 423. B. & sequentib.); vel Provinciarum, quibus a S. Sede concessa est Alternativa Officiorum inter earumdem Provinciarum Custodias, in quarum Custodiarum aliqua alii verè habiles desint; aut Guardianorum illorum, qui, Syndico Apostolico, aliisve apud S. Congregationem postulantibus (ratione fabricæ, vel aliarum temporalium necessitatum Cœnobii, quibus Sacerdotum eorumdem opera opportunissima esset futura), electi in Guardianos fuerunt ex Facultate ejusd. S. Congregationis; atque ad aimiles alias oppugnationes, & contentiones irrationabiles e medio submovendas.

(*f*) Hoc enim a S. M. Paulo IV. severissime interdictum fuit, primò quidem in Familia Ultramontana per Const. *Vinea ambitiosæ* 23. April. 1559.; mox verò in toto Ordine per Statutum Capituli Generalis Aquilani, habiti eodem An. 1559. Consule P. Michaelem Angel. Neapolitan. (Chronologiæ huj. Tom. 1. p. 323. B., & 539. B. ante med.), P. Portellum (Dub. Reg. v. *Guardianus* in Addit. n. 2.), & P. Sanctorum (in Const. C. 8. Stat. 48. p. 510.).

(*g*) Apostolica Authoritas generalis, nullis terminis definita, concessa fuerat a Clemente XII. tum P. Commissario Generali Josepho Mariæ ab Ebora, tum P. Ministro Generali, qui tunc erat P. Joannes de Soto (apud Perusin. Par. 2. p. 176. A.); etsi dependens a Consultatione Generali, de qua apud eumd. P. Perusinum agitur (cit. Par. 2. p. 165. A. post med., & Par. 1. p. 367. B. post med. & seq.). Eamdem quoque Auctoritatem An. 1740. concesserat P. Cajetano a Laurino, in Ministrum Generalem electo, Benedictus XIV., Pontificatu vix inito (apud eumd. ib. p. 239. A.).

At verò deinceps Benedictus idem tum An. 1744., tum aliàs postea, atque ipsius exemplum sequuti Successores Pontifices; quoties Auctoritatem eamdem sive per Brevia (quæ omnia, mutatis mutandis, juxta unam, eamdemque formulam edita sunt), sive per Rescripta concesserunt; Auctoritatem illam certis limitibus circumscriptam voluerunt, iis nempe ipsis, qui in hoc Brevi, ac cæteris expressi leguntur, in Rescriptis autem per relationem ad Brevia eadem præscribuntur (apud eumd. P. Perus. cit. Par. 2. p. 299., & 466. B. seq.; & in hac nostra Chronol. supr. ad d. 22. Sept. 1753., ac infr. ad 4. Maji 1760., & alibi).

Scilicet, Facultatibus quibusdam speciatim, ac nominatim concessis; generalem aliam facultatem Prælatis Ordinis concedunt nullam, nisi peragendi „ *alia similia, utilitatem, bonumque regimen .... Provinciarum, & Conventuum ... concernentia* „.

Vox porrò, *alia*, per se ipsam quoque, *facit positionem ejusdem qualitatis, & gradus ad præcedentia*; excluditque illa, quæ superioris gradus, & qualitatis aunt (Jura, & DD. apud Barbos. Dict. 26. n. 1. 2. 3., & n. 10., ac trib. seq.).

Multò autem magia, quando dictioni illi, ut hic, expresse additur vox, *similia*. Quare sola conceditur Facultas agendi illa, quæ ceteris supra singillatim concessis similia sint, simulque publicam utilitatem concernant.

Jam verò quæ ibi supra nominatim conceduntur ad bonum publicum pertinentia; ea, ut in Notis præcedentibus vidimus, illius qualitatis, & gradus aunt, ut solummodò adversentur vel Constitutionibus Ordinis a S. Sede confirmatis, vel Constitutionibus, Decretisve ab ipsa S. Sede pro nostro Ordine conditis; minimè verò iis, quæ condita sunt pro aliis quoque Religiosis Ordinibus, vel pro Ecclesiasticis omnibus, aut pro universali Ecclesia; licèt eadem fortasse nobis inculcata nominatim fuerint. Imò ubi Facultas aliqua ex iis, quæ in his Brevibus conceduntur, posset etiam tria hæc postrema Legum genera respicere; limitatio eidem Facultati adjicitur, ut supra nobis est observatum (Not. c.).

= Ergo prædicta generalis Facultas protenditur solùm ad peragenda propter utilitatem publicam Provinciarum, vel Conventuum ea, quæ sunt illius ipsius qualitatis, conditionis, gradus, cujus sunt præcedentia ibi nominatim concessa; adversa nempe dumtaxat vel Legibus S. Sedis pro nostro Ordine editis; vel Legibus ipsius Ordinis, in quibus aliàs Prælatus Generalis dispensare non posset seu vi Apostolicæ earumdem Confirmationis, seu vi ipsarum Ordinis Legum (nam Facultas, quæ in his Brevibus Prælato Generali tribuitur ob utilitatem publicam dispensandi in prioribus illis, in Constitutionibus nempe a S. Sede confirmatis, includit, tribuitque eidem, ut videtur, Facultatem quoque dispensandi ob eamdem utilitatem publicam in his posterioribus, in quibus videlicet Superior Generalis per ipsas tantùm Ordinis Leges a dispensando, prohibetur)?

= Itaque per hujusmodi Brevia non indulgetur Facultas peragendi majora, graviora, præstantiora, quæ ceteris illis, quas supra diximus, Ecclesiæ Legibus contraria sint; quantacumque sit Provinciarum, aut Cœnobiorum publica utilitas, vel necessitas. Sic e. c. non conceditur per isthæc Brevia Facultas, ut alicui gravi peccato (non expresso in Decreto Clementis VIII. de Casuum reservatione in Ordinibus Regularibus) possit Prælatus Gen. sine Capitulo vel adnectere ipse, vel concedere alicui Ministro Provinciali licentiam adnectendi Censuram, quam sibi reservet; quippequod esset contra mentem Clementini ejusdem Generalis Decreti (Bened. XIV. de Syn. Diœc. Edit. 1755. Lib. 5. c. 5. n. 5.): aut Facultas supplendi in aliqua Electione, vel permittendi ut suppleantur, absentium vota; contra Decretum Tridentini Concilii, circa electiones Superiorum Regularium editum (Sess. 25. de Regularib. c. 6.): vel Facultas concedendi, ut alienentur Mobilia pretiosa, vel Immobilia incorporata Cœnobiis, ut Hortus, vel Sylva Conventus, ejusve pars &c.; contra Leges tum adversus omnes Regulares latas, tum adversus quoslibet Bona Ecclesiastica alienantes. Idem dicendum de celebratione; extra casus permissos, Missarum de Requiem, aut Votivarum in Duplicibus, aliisque impeditis diebus; de reductione Missarum; ceterisque id generis.

= (b) Cum prope esset, ut hæc folia imprimerentur; dubitatio incidit Reverendissimo P. Bonaventuræ Placentino nostræ hujus Cismontanæ Familiæ Commissario Generali, possent necne subdelegari Facultates Apostolicæ, quæ in hoc, & aliis istiusmodi Brevibus conceduntur. Habet enim & ipse a SSmo Pontifice, ac Principe Optimo PIO VI. delegatas Facultates easdem cum eodem Munere Apostolici Commissarii, Visitatoris, & Reformatoris, per similes Pontificias Literas suo loco referendas.

= Dubitandi ratio fuit clausula illa, quæ in Brevibus istis adjici solet: „ *de tua fide, prudentia* &c. *confisi* „. Hac namque clausula a subdelegando prohibentur etiam illi, qui aliàs de Jure possent subdelegare; ut puta Delegati Principis (Reiffenst. Lib. 1. Decr. Tit. 29. n. 60., Amen. Pract. Crimin. Tit. 2. n. 128., Begnudell. Biblioth. Juris v. *Delegatio* n. 16., Ferrar. v. *Delegare* a n. 18., qui Jura, & Doctores allegant). Etenim ex ea clausula „ *clarè apparet* (ut Amenus ait loc. cit.), *quod si Delegans huic committat Causam, est, quia cognoscit in eo tales conditiones personales; quæ cum in alio non sint, saltem notæ Delegandi; faciunt; quod alteri Causa nequeat subdelegari* „.

= Quæ ipsa ratio in eo pariter videbatur valere, qui ad universitatem Causarum sub eadem clausula delegetur, licèt aliàs, si non esset adjecta clausula illa, posset unam, vel alteram ex iis Causis subdelegare. Ac propterea quamvis in iis Brevibus Prælati nostri Generales constituantur Delegati ad universitatem Causarum, seu negotiorum illorum, de quibus in superiori Annotatione diximus (vid. Reiffenst. d. Tit. 29. n. 31., & Ferrar. loc. cit. n. 9.); nihilominus per clausulam supradictam videbatur ipsis denegata Facultas subdelegandi.

= Apud Nos quidem delegati ad Causarum universitatem ab ordinario quocumque Sacræ nostræ Religionis Judice, possunt subdelegare, etiam si in Delegationis Literis posita sit clausula eadem; id concedente Practica Criminali Ordinis nostri Tit. I. §. 3.), ubi ait: „ *Delegati ad universitatem Causarum, ad aliquam subdelegare possint, quod usui receptum est in Visitatoribus Provinciarum, etiam si in ipsorum Patentibus dicatur:* DE TUA PRUDENTIA *&c.* „. At verò Jure communi (ad cujus normam Brevia, de quibus agimus, exigi profectò debent) hoc ipsum minimè videbatur concessum delegatis ad universitatem Causarum sub clausula hujusmodi, in quibus proinde vi talis clausulæ electa censeretur fides, & industria Personæ. Adi Fagnanum in Cap. *Quoniam* n. 17. & seq. de offic. deleg.

= Ac licèt illud ipsum ab Jure communi permitteretur; tamen subaudienda esset exceptio illa, quæ expressè in cit. Practica nostra post relata verba subnectitur: „ *Nisi aliud ex mente Delegantis, & negotii qualitate suadeatur* „. In Brevibus autem, de quibus sermo est, *alia* videri poterat mens esse Pontificum delegantium. Siquidem in aliis Brevibus, quibus Pontifices iisdem nostris Prælatis sub eadem clausula „ *de cujus fide* &c. *confidimus* „ aliam concedere Facultatem solent, ut nempe possint semel in Provinciarum Capitulis Ministros, Definitores, aliosque Officiales per se ipsi creare; in iis, inquam, Brevibus quia mens est concedendi, non obstante ea clausula, potestatem subdelegandi, hanc ideo Pontifices in Brevibus illis disertè exprimunt, inquientes: „ *Quam etiam facultatem . . . tuis Commissariis Visitatoribus . . . in iis Provinciis, ad quas accedere nequiveris, tribuere, & subdelegare possis* „.

= Contrà verò in Brevibus istis, quibus Prælatos eosdem constituunt Commissarios Apostolicos, quæque simul cum Brevibus aliis supradictis eadem die expediri solent, de subdelegandi Facultate nullum penitus verbum faciunt. Itaque locum hic videbatur habere nota illa Juris Regula: *Si voluissent, expressissent* (arg. Cap. *Quia circa* 22. de privil.): quemadmodum in rem similem argumentatur Amenus (de Del., & Pœn. Tit. 8. §. 6. n. 55.).

= His de caussis P. Commissarius Generalis, ut & ipse, & alii deinceps Superiores Generales tutò possent, si liceret, & opus foret, subdelegare; optimum factu censuit authenticam hujus rei Declarationem exquirere. Quare in Audientia SSmi habita die 13. Maji 1793., proposito Sanctitati Suæ hoc Dubio, ipsiusque Dubii ratione, clausulæ sæpiùs commemoratæ innixa; demississimè exoravit, ut Dubium idem Pontificio Oraculo suo dirimere dignaretur.

Pon-

= Pontifex autem non indulgendo, sed dumtaxat declarando respondit: Posse dubio procul Facultates Apostolicas, in istiusmodi Brevibus concessas, & concedendas subdelegari, non obstante clausula „*de tua fide*„ &c. Quam nos Declarationem, pro muneris nostri debito, hoc loco referendam duximus, eodem etiam demandante Rmo Patre; ut aliis quoque Prælatis nostris Generalibus usui in posterum esse possit.

1756. 6. Dec. *Tribuitur*
eidem Facultas eligendi semel in unaquaque Provincia, ubi necessitas, sive utilitas publica id exegerit, eos Superiores, quos magis idoneos judicaverit.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecte Fili, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

CUm, sicut Nobis nuper exponi fecisti, in Capitulis Provincialibus Ordinis FF. Min. S.Francisci, cujus tu Minister Gen. existis, quando Ministrorum Provincialium & Definitorum fit electio, interdum eveniat, ut dum Præses Capituli bono Provinciæ regimini, & reformationi maxime invigilat, indigni, seu minùs idonei, & minùs digni, & ad reformationem &c. (*ut apud P. Perusin. Par. 2. p. 298. B.*).

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 6. Decembr. 1756., Pontificat. Nostri An. XVII.

D. Card. Passioneus.

1756. 18. Decemb. *S. R. C.*
Decretum in Varmien.

CUm Reverendissimus Episcopus Varmiensis Sac. Rit. Congregationi exposuerit, quod Fratres Minor. S. Franc., de Observ. nuncupati, Conventuum existentium in sua Diœcesi expunxerunt ab eorum Kalendario Festum Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis Varmien., ad cujus celebrationem tenentur ex præscripto Decretorum Sac. Rit. Congregationis; Sac. Congregatio ad relationem mei Secretarii rescripsit, ut Reverendissimus Episcopus cogat eosdem Fratres ad celebrationem Festi Dedicat. suæ Cathedralis ad formam Decretorum. Et ita decrevit, ac servari mandavit die 18. Dec. 1756.

= Quandoquidem Reverendissimus Episcopus Varmiensis in supplici Libello suo, Sacræ Rituum Congregationi porrecto, de *Conventibus* loquebatur *in sua Diœcesi existentibus*; ideo Eminentissimi Patres de industria rescripserunt, cogendos esse nostrates „*ad formam Decretorum*„. Perinde ac si dixissent, cogendos quidem esse Conventus in Civitate Episcopali sitos ad celebrationem Festi Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis; hoc siquidem postulare Decreta: minimè verò cogendos esse Conventus illos, qui essent alibi per Diœcesim constituti; istud namque fore Decretis ipsis adversum. Lege Decretum Anni 1752. (supr. pag. 46. B.), aliaque apud Spiridionem Talù (n. 419. 550. 552. 648.).

= Quamobrem Sac. Rituum Congregationis Rescriptum, quod hic supra retulimus, haud afficit Conventus nostros Sprimbornæ, & Cadinii, alibi in Varmiensi Diœcesi positos, non autem in Urbe Episcopali; sed afficit solummodo Cœnobium *Chronol. Seraph.* Vattemburgi. Est namque Vattemburgum Civitas Episcopalis Diœceseos Varmiensis: Varmia verò est tractus ipse in Palatinatu Marienburgensi, per quem tractum Diœcesis illa extenditur.

= Rationem autem, cur noster ille Conventus Vattemburgensis e Calendario expunxerat Festum Dedicationis Cathedralis illius Ecclesiæ, hanc putamus fuisse, quia nempe situm est extra Urbis Vattemburgensis Mœnia, a quibus distat geometricos passus circiter quinquaginta; videbantur verò memorata Decreta celebrationem illius Festi, quoad Regulares, Civitatis Episcopalis limitibus circumscribere. Neque enim tunc fuerat adhuc authentice declaratum, in Decretis iisdem nomine „*Civitatis*„ Suburbia comprehendi: sicuti dudum expressimus in Rubrica 14. inter Peculiares novissimi Breviarii nostri, ab Optimo, Maximoque quidem Pontifice PIO VI. approbatas. Itaque Conventus quidem ille Vattemburgensis agere utique debet de Festo Dedicationis Cathedralis Ecclesiæ: quippequi positus est in *Civitate*, sumpto hoc nomine, quemadmodum ad eorumdem Decretorum mentem sumendum illud esse, paullo ante diceba mus.

1757. 24. Januar. *Decisio*
Sac. Rotæ Roman. cor. R.P.D. Parasciano in Mileten. Processionum, in qua perutilia quædam habentur de Regularium obligatione accedendi ad Supplicationes publicas.

1. REnuentibus Monachis Basilianis Græci Ritus, qui degunt in Monasterio S.Philareti prope *Seminariam*, ex titulo, & causa eorum exemptionis, Publicis intervenire Processionibus Ecclesiæ Latinæ, judicialis delata fuit controversia ad Curiam Episcopalem Miletensem, quæ, ad instantiam Cleri tam Sæcularis, quam Regularis, illos sub Censuris, aliisque Ecclesiasticis pœnis, omnes, & singulas publicas Preces, & Processiones adire coegit: nec imparem sortem experiri meruerunt in gradu Appellationis apud hoc Sacrum Tribunal, ubi eum hodie quæsitum per me fuerit = *An Monachi Basiliani Venerab. Monasterii Civitatis Seminariæ teneantur accedere ad Processiones in casu &c.?* Patres de Turno Responsum protulerunt *Affirmativum*.

2..... Cum enim illæ in Ecclesia Dei pie, sancteque institutæ fuerint vel ad excitandam Fidelium pietatem, vel ad commemoranda Superna Beneficia, & gratias agendas, vel etiam ad Divinam opem implorandam; saluberrima proinde fuit generalis Dispositio *Sacri Concilii Tridentini Sess. 25. cap. 13. de Regular.*, *ut Exempti omnes tam Clerici Sæculares, quam Regulares quicumque, etiam Monachi, ad Publicas Processiones vocati, accedere compellantur, iis tantum exceptis, qui in strictiori Clausura perpetuo vivunt*; cujus quidem generis eum non sint Monachi Basiliani, profecto alia quævis exemptio, seu privilegium eosdem excipere non valet ab interventu Publicarum Processionum, sicut ad tramites præallegatæ Conciliaris Sanctionis unanimiter tradunt.....

3. Neque vero in proposito themate suffragari poterat Bulla *Sac. Mem. Pii V.*, incipien. *Etsi Mendicantium*, evulgata de anno 1567., ex quo Monasterium S. Philareti in Collegium Studiorum erectum, institutumque fuerit a Superioribus Ordinis. Ultra enim quam quod recensita *Piana* Constitutio, veluti moderatoria prælaudati Conciliaris Decreti, ad viam Juris redacta postmodum fuit a Successore Summo

Pontifice *fel. record. Gregorio XIII.* per aliam Bullam incipien., *In tanta*, unde in iis, quæ opponuntur Œcumenicæ Tridentinæ Synodi Decretis, perinde habenda ait, ac si non emanasset, ex communiter animadversis per *Passerin. de Stat. Hom. quæst.* 189. *artic.* 10. *inspect.* 10. *num.* 997., *Lezan. Quæst. Regular. tomo* 1. *part.* 2. *cap.* 1. *num.* 26. *& seq.* ....:

4. Præterea non omnibus Regularibus, nec omnibus Studiorum Collegiis in præfata Bulla *Piana* concessum fuit allegatum exemptionis privilegium, sed solum Mendicantibus, iisque dumtaxat Collegiis = *In quibus Fratres sub arctiori Clausura degunt, itaut nec in Choro cantent, nec ad mortuos accedant, sed tantum studiis, & lectionibus vacent* =. Quapropter cum Monachi Basiliani nec proprie, & rigorose Mendicantes sint, nec sub strictiori Clausura vivant, neque demum in Monasterio S. Philareti requisitas ostendant qualitates, imo potius e converso ex pluribus Testibus pateat, quod, præmissa non obstante erectione in Collegium, quæ liti causam præbuit, adhuc in Choro quotidie psallant, aliasque exerceant Ecclesiasticas Functiones; numquam idcirco ob defectum necessariæ qualificationis gaudere possent privilegio Bullæ Pianæ, etiamsi ad Juris terminos redacta non fuisset, ut consentanee tradunt *Barbosa de Offic. & Potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 77. *num.* 14., *Portell. in Dub. Regular. verb.* Processio *num.* 5. ....

5. Hæc cum fortasse prænoscerent Basilitæ ..., frustra recurrebant ad privilegia Monachorum Ordinis S. Benedicti Congregationis Cassinensis, quæ ab eodem *san. mem. Gregorio XIII.* sub annum 1580., alia mediante Pontificia Constitutione, incipien. *Benedictus Dominus*, universo Ordini Basilianorum generaliter communicata fuerunt ...

6. Quidquid enim sit, utrum Monachis Cassinensibus vere competat privilegium Mendicantium, atque etiam exemptio ab onere adeundi Publicas Processiones in vim Bullarum *Eugenii IV.*, *Leonis X.*, *& Urbani VIII.* illam specifice concedentium una cum aliis privilegiis; attamen, ad præsentem quod attinet controversiam, jure ponderabant *Domini*, quod illorum generica Communicatio favore Ordinis S. Basilii, intermedio quo supra tempore emanata, neutiquam comprehendere valuit immunitatem, & exemptionem ab accessu Publicarum Processionum; cum hæc non veniat sub generalitate privilegiorum communicatorum, sed specificam, & expressam requirat mentionem, ac Derogationem Tridentino Concilio, ex cujus Sanctione omnibus Regularibus, etiam exemptis, indicitur, juxta receptam ubique sententiam, de qua *Pignatell. Consult. Canonic. tomo* 3. *consultat.* 46. *n.* 30. ....

7. Quin eo etiam magis argumentum incalescere visum fuit, quia, præter defectum specificæ mentionis, tam longe aberat, ut in mox recensita Bulla *Gregoriana* quidquam Sacrosanctæ Tridentinæ Synodo derogatum appareat, ut ex opposito ea tantum Basilianis communicaverit privilegia, *quæ tamen sint recepta sint, & Sacris Canonibus, ac dicti Concilii Tridentini Decretis non adversentur*. Unde patet ad sensum, quod anteriora memorata privilegia *Eugenii IV.*, *& Leonis X.*, veluti per subsequens Concilium Tridentinum sublata, haudquaquam ad diversum Ordinem extensa fuerint sine expressa voluntate Pontificis concedentis, ut optime in puncto explicat *Matthæucc. in Official. Cur. cap.* 27. *num.* 14. Aliud vero Urbani VIII., uti ad idem Concilium, immo & ad ipsam *Gregorianam* Constitutionem posterius evulgatum, neutiquam sub illa cecidisse videbatur, quia Communicatio privilegiorum, Cassinensibus antea concessorum, sine specifica declaratione complecti non poterat etiam alia in futurum concedenda, ad late tradita per *Konig. in Decretal. lib.* 5. *tit.* 33. *num.* 12......

8. Sed in hac materia Communicationis privilegiorum non displicuit *Dominis* rem metiri etiam a subsequuta observantia, quæ optima illorum Interpres existimatur. Veruntamen hæc non minus contraria reperta fuit Basilianis, tam si habeatur respectus ad Regulares aliorum Ordinum, qui etsi communia habeant privilegia vere Exemptorum a Processionibus, adhuc in illis publice intersunt, sicut edocemur quotidiana experientia relata apud *dictum Pellizzar. in Manual. Regular. tractat.* 5. *cap.* 11. *quæst.* 4.; quam etiam relative ad eos ipsos Monachos Basilianos, qui, haud refragante Cassinensium privilegiorum Communicatione, ad interessendum Publicis Processionibus judicialiter condemnati fuerunt *a Sacra Congregatione Rituum in Causa Squillacen. sub die* 17. *Maji* 1704.

9. Quin adeo exemplari Resolutioni adversetur alia coram eadem *Sacra Congregatione* anterius edita *in Causa Neapolitana* 28. *Julii* 1685. In hac enim ideo exempti fuerunt Basilitæ una cum aliis Monachis, quia non agebatur de Processionibus Publicis, & Generalibus, sed de aliis extraordinariis, & a Vicario Capitulari specialiter indictis pro Electione solum novi Archiepiscopi, quemadmodum hanc Resolutionem optime conciliat *Scarfanton. ad Ceccoper. tom.* 3. *addit.* 45. *num.* 41., *Riccardell. in Liceo Ecclesiastic. cap.* 1. §. 2. *num.* 5., *& seq.*

10. Ex quibus omnibus penitus removebatur aliud diffugium, quod Conciliaris Dispositio locum habere nequeat apud *Seminariam*, quæ vere non est Civitas, nec Episcopali Cathedra decoratur. Ad hoc siquidem tuendum assumptum inutiliter in medium proferebantur nonnullæ Summorum Pontificum Constitutiones, & signanter Decretum Congregationis Particularis anni 1628., *a san. mem. Urbano VIII.* postea approbatum; ubi præfinitur Distantia, quæ prius erat unius Lapidis, & mox redacta fuit ad medium Milliare, ne ultra illam Regulares exempti, & taliter a Civitate distantes accedere teneantur ad Processiones. Quandoquidem vocabulum, seu nomen *Civitatis* non est ibidem *taxative* intelligendum, sed tantum *demonstrative*, ut scilicet Distantia medii Milliaris accipiatur a Civitate, vel Oppido magis contiguo, prout ad rem monent *Passerin. de Stat. Homin. dicto artic.* 10. *inspect.* 10. *num.* 1000., *Ferrar. in Bibliothec. Canon. verbo* Processiones *num.* 18......

11. Ceterum quoad eosdem Monachos Basilianos nulla amplius inesse poterat difficultas, semel ac *Sacra Rituum Congregatio* in relata *Squillacen.* 1704. ipsos esse cogendos definivit ad obeundas Processiones Publicas in Oppido Styli, quamquam de Civitate Episcopali non ageretur. Quocirca cum utrobique concurrat identifica ratio, quod Sacrum Tridentinum Concilium Regulares exemptos, etiam Monachos, indistincte coegerit Publicas adire Processiones; ad has proinde teneantur, tam si fiant in Civitatibus, ubi residet Episcopus, quam in Locis Diœcesis; ut, aliis allegatis Resolutionibus *Sacræ Congregationis, ipsius Concilii Interpretis*, ultra superius adductos, cohærenter firmarunt *Peyrin. ad Constit.* 7. *Pii V.* §. 29., *Passerin. dict inspect.* 10. *num.* 995., *Del Bene de Immunit. Ecclesiastic. tom.* 2. *cap.* 4. *dub.* 3. *num.* 2.. .... (Et infra. post n. 12.).

13. Postremum vero præsidium per Basilianos inutili-

tiliter quærebatur ex consuetudine, quia scilicet usque ad tempus motæ litis Publicis *Seminariæ* Processionibus non interfuerint. Quoniam, distinguendo tempora, recte animadverterunt *Domini*, quod usque *ad Annum* 1693., quo antiquum Monasterium S. Philareti in Nemore positum, & per duo Milliaria a *Seminaria* distans, fuit repente ex chasmate Terræmotus solo æquatum, nulla erat allegabilis consuetudo exemptionis, dum propter distantiam accedere non tenebantur, juxta præallegatum Decretum Congregationis Particularis anni 1628., a Summo Pontifice confirmatum, ut fuse refert idem *Piasec. in Praxi Episcop. parte 2. cap. 3. art. 6. num. 5.* Ab inde autem citra usque ad annum 1711., quo in parvo numero Monachi se receperunt in Hospitio, quod pro Infirmorum cura prope *Seminariæ* mœnia retinebant, ab onere Processionum pariter fuerunt immunes, cum pauci ibidem existerent, & sine Regulari Disciplina, per ea, quæ apposite notat *Bordon. Variar. Resolut. part. 1. resolut. 7. num. 14.*, *Crispd. de Exempt. Regular. cap. 11. dub. 209. num. 1.*

14. Ab Anno tandem 1711., quo novum. quod modo incolunt, Monasterium partim inhabitare, partim vero in ampliorem formam ædificare coeperunt, legitima nec oriri potuit consuetudo, vel quia pro complurium annorum spatio, quo duravit Fabrica, simplex fuit nonnullorum Monachorum Receptaculum sine Clausura; vel etiam quia non probant Basiliani se in hac temporis intercapedine fuisse ad Publicas Processiones evocatos, &, non obstante Interpellatione, accedere renuisse cum subsequuta alterius Partis acquiescentia; sine quibus requisitis legitima induci nequit consuetudo non accedendi ad Processiones juxta formam Concilii, ut in terminis expendunt ...., stantibus præsertim clausula *Sublata*, & Decreto *irritante*, appositis in Constitutione Pii IV. omnium ejusdem Tridentini Concilii Decretorum confirmatoria; ex quibus posterior etiam longioris temporis contraria consuetudo ita inficeretur, ut nec rite incipere, nec legitime perfici potuisset, late *Meynard. lib. primo notabil. 44. cap. 5. per totum*, *Fras. de Reg. Patronat. tom. 2. cap. 59. num. 1. & seq.*, *Piton. Controvers. Patron. allegat. 5. n. 6.*, *Ursaya Disceptat. Eccles. tom. 6. part. 2. discept. 19. num. 105.*, *Rota Decis. 25. n. 5. coram Ansaldo, & in Cæsaraugustana Canonicatus Poenitentiarii 14. Martii 1746. §. 6. coram bon. mem. Vicecomite, & 20. Ianuarii, & 8. Maji 1747. §. 14., & respective §. 8. coram R. P. D. mco Canilliac.*

= Et ita &c. Utraque &c.

= Aliæ duæ huic consonæ prodierunt in eadem
= Causa Mileten. An. 1759 ipsius Sacræ Rotæ Decisio-
= nes; altera scilicet 14. Febr., altera 22. Junii;
= utraque coram Herreros.

= His passim Decisionibus innituntur noster P. Lu-
= cius Ferraris (v. *Processiones*), ipsiusque Scholia-
= stes (ib. in *Nov. Addit. ex alien. man.*), P. Ubal-
= dus Giraldi (Jur. Pontif. noviss. Par. 1. sect. 875.,
= & Part. 2. sect. 168., Tom. 2. p. 713. ac 1044.),
= & alii, qui per hos Annos de hujusmodi argu-
= gentn tractarunt.

= Decretum Anni 1628., supra n. 10. comme-
= moratum, referunt Pignatellus (To. 1. cons. 121.),
= P. Matthæucci (Offic. Cur. Eccl. c. 40. n. 2.),
= P. Lucius (loc. cit. n. 14.), & P. Ubaldus (cit.
= p. 1044.). Sed tamen *ubi viget consuetudo, quod*
= *Regulares, vel etiam Confraternitates Laicorum, non*
= *obstante distantia unius etiam milliarii, conveniant*
= *ad Processiones, est servanda, & convenire tenentur:*
= quemadmodum ex Decr. S. R. C. in Nucerina
= Paganor. 12. Sept. 1699. admonet cum aliis idem
= P. Ferraris (loc. cit. n. 19.), & post ipsum Gi-
= raldius (in cit. p. 713.).

1757. 31. JANUAR. *Ejusdem*

S. Rotæ Decisio in Majoricen. Præeminentiarum, & Funerum coram R. P. D. Olivatio, in qua potissimum agitur de vi Transactionis initæ in limine Fundationis Cœnobii.

1. REprobatis Vicarii Minoricæ, itemque Vicarii Generalis Majoricæ Sententiis in Audientia *diei* 11. Junii superioris anni coram Me decisum fuit, non aliter Patribus Carmelitis Oppidi Magonis licere Defunctorum Cadavera in sua Ecclesia tumulare, nisi servata forma Transactionis..... Idemque hodie fuit Sacri Tribunalis judicium: Nam consueto proposito dubio DD. responderunt = *In Decisis*.

2. Cum enim ad amputandam litem super Fundatione Conventus jamdiu vigentem, fuerit solemni Transactione constitutum, ne jus esset Carmelitis ducendi Funera, aut Exequias celebrandi, nisi Communitate Presbyterorum cum Parocho accersita, nefas est eamdem Presbyterorum Communitatem a Funeribus arcere contra Legem in Transactione præscriptam, veluti statuit *Decisio, quæ revidetur*, §. 3. Potissime quia Carmelitæ proprii Conventus Erectionem, cui semper antea Ecclesiastici contradixerant, ex eodem agnoscunt Transactionis contractu, qui si Carmelitis non displicet quoad obtentam illius vigore Fundationem, displicere nec debet quoad superinductam conditionem accersendi ad Funera Presbyterorum Communitatem, ut præter collectos in eadem *præterita Decisione* §. 4., *tradunt Paserin. in Cap. 1. num. 1., & sequent. de Pact. in 6.*, *Card. de Luc. de Regular. disc. 71. n. 11.*, *Rota coram Falconer. de Offic. Ordin. dec. 19. num. 13., & dec. 20. num. 16.*

3. Nec irrita Transactio videri potuit ob deficientem Superiorum Regularium, aut Sanctæ Sedis approbationem. In Contractibus enim super Juribus Parochialibus inter Personas Ecclesiasticas initis id specialiter obtinet, ut nullus ad ipsorum firmitatem Superiorum Regularium assensus, & nulla Sanctæ Sedis approbatio requiratur, ut post *Text. in Cap. Quia 3. de Pactis in 6.*, probant adducti *in Decisione, quæ revidetur*, §. 13. Nec aliud in præsenti statuendum fuit, cum de Transactione ageretur individua, & correspectiva, quæ si Presbyterorum Communitati jus dedit interessendi Funeribus; Carmelitis vicissim pacificam concessit Erectionem Conventus. Quamobrem si defectus legitimæ Superiorum authoritatis non obstet, quo minus firma Erectio maneat, firmas etiam manere oportet conditiones, atque onera, quæ Carmelitæ susceperunt, ut prosequitur eadem *præterita Decisio* §. 14.

4. Minusque obstitit, Transactionem, super Juribus Parochialibus initam, Parocho dumtaxat prodesse potuisse, non item Communitati Presbyterorum, qui Jura Parochialia non habent: Quoties enim Parochus Transactioni accessit, ac de Juribus suis Parochialibus ita convenit, ut non sibi tantum, sed Presbyteris etiam in sua Ecclesia residentibus prospicere voluerit, firma, stabilisque quoad omnes Conventio servari debet. Prætereaque cum ex probatissimo Regionis more Parochus ad Funera numquam accedat a sua Beneficiatorum Communitate sejunctus, nequivit hinc Jus Parochi secerni a Jure Communitatis, de qua, dum ex consuetudine unicum cum Parocho corpus constituit, idem, ac de

Parocho, debet esse judicium ex deductis per *Rot. in Romana Funeris 29. Junii 1747. §. 7. & sequent. coram bon. mem. Vicecomite*.

5. Longeque minus obesse potuit, fuisse per Transactionem Carmelitis, eorumque Ecclesiæ injectam servitutem realem, ac personalem, ob concessum Presbyteris Sæcularibus jus celebrandi Exequias in Ecclesia Conventus, & susceptum a Carmelitis onus Presbyteros post completum Funus extra Ecclesiæ ambitum associandi, adeoque irritum fuisse Pactum sine Beneplacito Apostolico constitutum, resistente censura *Extravag. Ambitiosæ de reb. Eccles. non alien.* Termini enim servitutis longe distant ab hac hypothesi, in qua non agitur de onere injuncto Ecclesiæ jam existenti, sed res est de conditione adjecta in limine Fundationis ejusdem Ecclesiæ, quæ, seclusa Transactione, obtineri a Carmelitis non potuisset. Quamobrem si Transactio utcumque minus solemnis concessisset Carmelitis Ecclesiam, qua secus caruissent, æquum non est, ut ad abjicienda onera vicissim assumpta, illam defectu legitimæ approbationis incusent, ex notatis per *Card. de Luc. de Regular. disc. 71. n. 15.*, & in simili contra Carmelitas respondit *Rot. dec. 477. n. 7. & seq., & dec. 479. n. 31. par. 19. rec.*

6. Inspectis potissimum tum Constitutionibus Synodalibus, quæ tametsi Regularibus permittant, ut in associatione Cadaverum incedant, non accersitis Parocho, & Clero, illos tamen excipiunt Conventus, qui ex Pacto in limine Fundationis apposito debent Parochum, & Clerum advocare, & advertit *Decisio, quæ revidetur*, §.12.: Tum etiam Regionis consuetudine, qua Parochis Funera ad Regularium Ecclesias ducentibus permittitur, ut Ecclesias ipsas cum Stola, & Pluviali ingrediantur, ibique absolutionem, & benedictionem peragant, aliaque ad ultimamusque functionem in Exequiis absolvant, prout alias dixit *Rot. in Majoricen. Præeminentiarum, & Funeris 8. Maji 1744., §. Cum autem, coram clar. mem. Card. Millino, & 13. Junii 1746. §. fin. cor. Reverendiss. Molino Episcopo Brixien* .... ET INF. POST N. 11.

12. Leviorque apparuit exceptio, habendam non fuisse rationem de præjudicio, vel contradictione Cleri, cui fas non erat novi Conventus Fundationem impedire. Etenim, quod immo Parochus, & Clerus novæ Fundationi justissime resisterent, satis monstraverat exitus anteactæ Litis, in qua Carmelitæ succubuerant, adeo ut ne simplicis quidem Oratorii aperitionem assequi valuerint: Quidquid autem sit, an summo Jure licere Clero possit novi Conventus Fundationem impedire, id porro certissimum est, aspernandam omnino non esse contradictionem Cleri, ac præsertim Parochi, cui potissimum potestas est præcavendi, ne Fundatio Conventus Ecclesiæ Parochiali noceat, ut monent allegati *in præterita mea Decisione* §.9., ac rigidius etiam hoc in casu procedi debuisset, cum vigeat in Hispaniis Decretum San. Mem. Clementis VIII. prohibens Conventuum Fundationes, non auditis Regularibus antiquioribus, aliisque interesse habentibus, uti testatur *Rota in Oxomen. Fundationis Conventus 8. Novembris 1747. §. 3. & 9. cor. bon. mem. de Vais*.

13. Nihil tandem profecit replicatio, quod Breve Benedictinum supponi nunc deberet, nec possit in discrimen adduci, nisi prius adversus illud Oris aperitio impetretur. Cum enim de simplici agatur Rescripto, cui desunt Clausula *Sublata*, & Decretum *irritans*, via semper patet ad illius impugnationem, tametsi concessio aperitionis Oris non præcesserit, ex collectis per *Rotam coram Emer. Jun. decis. 1154. n.6., & coram Lancetta decis. 1125. n. 8., & decis. 1240. n. 1.* Præsertim quia idem Rescriptum fuit in forma commissaria directum Vicario Majoricensi, qui & contradictores audire, & abstinere ab exequutione poterat, si, quæ narrata Pontifici fuerant, minus vera comperisset, ad *Text. in cap. Licet de Præben. in 6., Rot. coram Cerro decis. 15. n. 7., coram Bich. decis. 339. n. 17., coram Falconer. decis. 2. n. 2. tit. de Rescript., coram Molin. decis. 352. num. 1.*

14. Reque vera idem ipse Majoricensis Vicarius, postquam Decretum pro exequutione Pontificii Rescripti, Parocho, & Clero inconsultis, ediderat, istis deinde auditis, exequutionem consultissime suspendit, & Carmelitis inhibuit, ne auderent = *Seppellire, & accompagnare alla Sepoltura verun Cadavere* =. Hinc vero satis ostenditur, vel nullam ad impugnationem Rescripti fuisse necessariam aperitionem Oris, vel illam potuisse facillime obtineri. Si namque Parochi, & Cleri reclamatio apud ipsum Judicem Exequutorem tanti valuerat, ut exequutio Rescripti suspenderetur, pluris equidem valuisset, si fuisset ad Solium Pontificium delata, atque Optimum Principem facillime movisset, ut, compertis præjudiciis alieno Juri irrogatis, Gratiæ suæ derogaret: Atque idipsum confirmat, non Breve Pontificium Jus Erectioni dedisse, sed Transactionem mox stipulatam, per quam omnis composita dissensio, omnisque contradictio sublata fuit, quemadmodum advertitur *in Decisione, quæ revidetur*, §. 9.

15. Constat ergo, hac in specie uni adhærendum esse Transactioni .....

Et ita in reliquis adprobata præcedenti mea Decisione, septemque ex DD. Suffragium ferentibus, decisum fuit.

Utraque &c.

= Quod spectat ad §. 3.; consule adnotata a nobis
= sub die 9. Decembr. 1754. in aliam ejusd. S. Rotæ
= Decisionem in *Milevitana Associationis Funerum*.

= Quod autem in §.6. dicitur de consuetudine ingre-
= diendi in Ecclesias Regularium cum Stola, & Plu-
= viali &c.; id fusius traditur in *Majoricen. Præeminen-*
= *tiarum, & Funeris 8. Maii 1744.* in hæc verba: „

= *Quinetiam tametsi in Processionibus Funebribus*
= *elevanda plerumque sit una Crux Ecclesiæ tumu-*
= *lantis ex Pignatell. consult. 25. num. 13. tom. 6.,*
= *& aliis relatis per Rot. in Neapolitana Funerum 5.*
= *Decembris 1738. §. 2. cor. Emo Dño meo Card. Ta-*
= *nario; &, si Cadaver ad Ecclesiam Regularium deferа-*
= *tur, jus sit Parocho, gerenti Stolam, dignioremque lo-*
= *cum occupanti, huic Processioni interessendi, nec liceat*
= *tali modo in Ecclesiam ingredi, sed teneatur ad fores*
= *ejus Cadaver dimittere, benedicendo, & dando ultimum*
= *Vale, juxta notata per Romaguer ad Constit. Synod.*
= *Gerunden. lib. 3. tit 9. cap. 3. num. 20., Card. de*
= *Luc. de Jurisd. disc. 31. num. 9., Rot. in Calaritana*
= *Jurium Parochialium super bono Jure 2. Julii 1725. §.*
= *Quinimo cor. bo. mem. Ratto Episcopo Corduben.*:

= *Cum tamen per diuturnam consuetudinem depositio-*
= *nibus testium comprobatam constet, hunc invaluisse mo-*
= *rem, ut eædem Processiones sub Cruce Ecclesiæ Paro-*
= *chialis dirigantur, & Parochi non modo Stolam, sed*
= *etiam Pluviale gerant, & amplius hoc modo induti ha-*
= *beant ingressum in Ecclesias Regularium, ibique bene-*
= *dictionem, & absolutionem peragant; visum est Domi-*
= *nis statuere, Ritum hujusmodi servandum esse, cum*
= *Parochi Civitatis Majoricensis jussu Defunctorum; vel*
= *Executorum Testamentariorum evocantur ad associan-*
= *da Cadavera, quæ deferuntur ad Ecclesiam S. Domi-*

nici

= *nici* (nempe Patrum Prædicatorum Civitatis Palmæ):
= *longa siquidem consuetudo in subjecta materia vim le-*
= *gis obtinet, & cessare facit regulas generales, ad nota-*
= *ta per Felin. in cap. Statuimus de majorit. & obed.,*
= *Pignatell. consult. 58. n. 14., Amostaz de Caus. Piis*
= *lib. 6. cap. 3. n. 38., Rot. decis. 781. n. 5. part.*
= *18. rec., in Novarien. Præeminentiar. 26. Junii 1726.*
= *§. Ad augendum cor. bo. mem. Ratto, & in Capuana,*
= *seu Casertana Processionum super Præced. 10. Maji*
= *1743. §. 3. cor. R. P. D. meo de Vais.* „.

1757. 2. *Febr. = Hac die obiit Rmus P. Bernardinus a Terlitis, qui hanc Cismontanam Familiam Commissarius Generalis religiosissimè rexerat. Vid. mox ad diem 30. Martii.*

1757. 4. Febr. *Responsa*
S. Congñis Episc. & Reg. in Pientina Jurium Parochialium circa Funera.

IN Causa Pientina prætensorum Jurium Parochialium, vertente inter PP. Min. Conventuales ejusd. Civitatis ex una, & Capitulum illius Ecclesiæ Cathedralis ex altera, proposita fuerunt infrascripta Dubia, nempe =

I. An Parocho Ecclesiæ Cathedral. Pientiæ, invitato unà cum Capitulo, & Clero Sæculari ad Funus alicujus Sepultuarii, seu eligentis Sepulturam in Ecclesia S. Francisci, & in Oratorio annexo S. Jo. Baptistæ Min. Conventualium dictæ Civitatis, liceat Cadaver priùs asportare ad dictam Cathedralem, ibique super eo Exequias peragere; vel potius recto tramite illud funerandum associare ad Ecclesiam sepelientem?

II. An idem Parochus Cotta, & Stola indutus, & cum Cruce elevata possit unà cum Capitulo ingredi Ecclesias dictor. Regularium, Exequias super dicto Cadavere perfuncturus; vel potiùs debeat usque ad Januam dictar. Ecclesiarum associare, ibique dare ultimum vale?

Sac. Congregatio *&c.*, visis, & maturo examine perpensis Juribus omnibus ab utraque parte productis, referente Emo Zondadario Ponente, censuit rescribendum = Ad I. Dubium Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam = Ad II. Dubium, posse ingredi, sed Exequias peragi debere a Regularibus ad formam Constitutionis SS. Dni, quæ incipit *Pretiosus*. = Romæ 5. Augusti 1729.

Reproposita verò Causa sub Dubio, An sit standum, vel recedendum a decisis *in* Casu &c.; eadem S. Congregatio, referente Emo Mesmero Ponente, censuit rescribendum, prout rescripsit = Quoad Ecclesiam S. Francisci, *in* decisis, & amplius &c.: Quo verò ad Oratorium S. Joannis Baptistæ, & Ecclesiam Oppidi S. Quirici, Dilata, & proponatur citatis interesse habentibus. = Romæ 4. Februar. 1757.

= Cur Caussa hæc, quæ a S. Congr. Episc. et Reg.
= Anno 1729. definita jam fuerat, iterum proponere-
= tur; hanc fuisse rationem intelligo ex Scripturis,
= quæ fuerunt supradicto Anno 1757. pro utraque
= Parte litigante impressæ. Pientinus Episcopus An-
= no 1753. in Relatione status Ecclesiæ suæ (quam
= Episcopi, aliique superiores Ecclesiarum Prælati,
= ex præscripto Constitutionum Sixti V., et ad nor-
= mam Instructionis jussu Benedicti XIII. editæ,
= exhibere tenentur Emis PP. Tridentini Concilii in-
= terpretibus occasione Visitationis sacror. Liminum),
= in illa, inquam, Relatione Episcopus ab eadem
= Sac. Congñe in hunc modum quæsierat: „ *Me-*
= *rum jura Parochorum, qui supra Defunctorum Cada-*
= *vera Officium, & Exequias celebrare posse contendant*
= *in Ecclesiis Regularium, qui in vim præcitati Decreti,*
= Ut in parvis, *mihi subjiciuntur, sustineri posse udin-*
= *veas authoritate Romaguer ad Synod. Gerunden. lib. 3.*
= *tit. 9. c. 3. n. 22., Monacell. to. 2. tit. 13. form. 1. n. 70.,*
= *et Brasch. Prompt. Synod. c. 110. n. 38. Verum sicuti*
= *in Authorum opinionibus cæco modo sectandis quando-*
= *que erratur; ita Vos, EE. ac RR. PP., oro, ut mihi*
= *rescribere non gravemini, an ad vestræ S. Congñis men-*
= *tem Parochis vere facultas competat persolvendi Exequias*
= *supra Defunctorum Cadavera in præfatorum Regula-*
= *rium Ecclesiis* „.

= Quæsito huic Sac. Congregatio Concilii Anno
= seq. 1754. die 13. Jul. in hæc verba responderat: „
= *Idem fermè dicendum de Parochis, quibus spectat ab-*
= *solvere Defunctorum Exequias etiam in Regularium Ec-*
= *clesiis, quæ juxta Decretum Innocentii X.,* Ut in par-
= vis, *Episcopi potestati subjiciuntur: verùm si Regula-*
= *res reclamaverint, erunt audiendi; tuique tunc mu-*
= *neris, æquum temporis spatium illis præfinire, ut judi-*
= *cio nostro sistantur* „.

= Hac S. Congñis Responsione Patribus Min. Conven-
= tualibus denunciata, cum ipsi opposuissent, rem
= fuisse jam definitam An. 1729. a S. C. Ep. & Reg.;
= eadem S. Congregatio Concilii, ad quam delata
= controversia fuit, rescripsit sub die 28. Sept. 1754.: „
= *Ad Sac. Congñem Ep. et Reg.* „. Sacra autem Episco-
= por. & Regular. Congregatio, ob illud S. Congñis
= Concilii Responsum Episcopo redditum, quod paul-
= lò ante retuli; novam Audientiam Promotori Fi-
= scali Episcopalis Curiæ Pientinæ, illam postulanti,
= concessit: eademque tandem communibus suffra-
= giis (quod indicat clausula: *et amplius Causam hujus-*
= *modi non proponi mandavit*) stetit, quoad Eccle-
= siam S. Francisci, in decisis Anno 1729., circa
= secundum Dubium quoque, ut supra vidimus.

= Ex quo patet, errore lapsum P. Lucium Fer-
= raris (v. *Parochus* ar. 3. n. 88., ac To. 8. in Append.
= p. xvi. n. 56. Edit. Rom. 1768.): qui postquam
= ait „ *non amplius suffragari Parochis pro ingressu cum*
= *Cruce, et Stola in Ecclesias Regularium Constitutio-*
= *nem Benedicti XIII. incipien.* Pretiosus; *hanc enim re-*
= *vocatam fuisse a Clem. XII. Const. incipien.* Romanus
= Pontifex, *& ad hujus revocationis tramitem omnia*
= *Urbis Tribunalia hodie decidere* „; mox, citatis Ro-
= talibus quibusdam Decisionibus, subdit: „ *Et no-*
= *vissimè ita etiam decisum fuit 4. Febr. 1757. a Congr.*
= *Ep. et Reg. in Pientina Funerum pro Min. Conventua-*
= *libus, licet eorumdem Conventus subessent Jurisdictioni*
= *Ordinarii ob defectum præscripti numeri Religioso-*
= *rum* „.

= At cuique legenti Decretum illud Anni 1757.
= supra relatum, quod commentamur, rem aliter
= se habere exploratissimum est. Eo namque De-
= creto Sacra Congregatio perstitit in decisis An-
= no 1729. Jam verò Anno 1729. etsi Sacra ead.
= Congregatio, respondens ad 2. Dubium, solùm
= dixerit „ *Posse ingredi* „ nulla mentione facta Cru-
= cis, et Stolæ (id quod facilè doctum Virum in er-
= rorem traxit, itemque P. Giraldium, qui similia
= scribit in Not. ad Inst. Can. P. Maschat, to. 2.
= de Sepult. p. 188.): ea tamen verba accipienda
= sunt de ingressu cum Stola, & Cruce elevata.

= Siquidem I. *responsio, relativa ad interrogatio-*
= *nem, habet implicitum tenorem interrogationis,*
= *a qua recipit declarationem* (S. Rot. To. 1. Par. 5.
= Dec. 199. n. 29. pag. 290., & Par. 13. Dec. 40.
= n. 11. p. 50.). In eo autem Dubio 2. non inter-
= rogabantur Emi PP. de simplici ingressu Parochi;
= sed

sed de ingressu „ *Parochi Cotta , et Stola induti , et cum Cruce elevata* „.

2. Sic reapse fuit Responsio illa a Partibus litigantibus intellecta . Nam Anno 1757., sicut Promotor Curiæ Episcopalis apud eamdem S. Congregationem Episcopor., & Regular. instabat, ut ipsa a decisia Anno 1729. recederet quoad Exequiaa a PP. Conventualibus peragendas ; ita Procurator Patrum Conventualium apud eamdem instabat, ut *a decisis* eod. Anno 1729. *recederet quoad ingressum Parochi cum Cruce , & Stola* .

3. Qnid multis? In ea ipsa Responsione Anni 1729. ad 2. Dubium , addiderunt Emi Patres : „ *ad formam Constit. SSmi Domini , quæ incipit* Pretiosus „. In hac autem Constitutione, sicut Exequiæ attribuuntur Regularibus; ita Parochis ingressus cum Stola, & Cruce elevata.

Ergo cum in his, quæ fuerant a se decisa Anno 1729., Sacra Congregatio perstiterit Anno 1757.; evidentissimum est, tantùm abesse id, quod laudati Authores docent (hic supr. in §. *Ex quo*), ut contrà videri posset eadem Sac. Congregatio Anno 1757. agnovisse adhuc vigentem Constitutionem , *Pretiosus* , revocatamque solummodo ad Juris terminos per Clementem XII. quoad Regularium ingressum cum Cruce pariter elevata in Parochiales Ecclesias, qualis vicissim ingressus in Constitutione eadem Regularibus etiam tribuebatur.

Diximus „ *videri posset* „ : quia licèt idem P. Ferraris (eod. ar. 3. n. 69.) *satis probabile , & valde commune* antea judicaverit , fuisse Benedictinam illam Constitutionem , *Pretiosus* , redactam ad Juris terminos quoad Regulares tantum , non autem quoad Parochos; huic tamen opinioni obstant illa , quæ ipsemet P. Ferraris postea animadvertit (in supr. relat. n. 88., & 56.) , tum etiam ipsius Scholiastes (cit. verb. *Parochus* , in Addit. ad Articul. 3. n. 4.).

Quare credendi sunt potiùs Emi PP. , perstitisse Anno 1757. in decisis Anno 1729. circa 2. Dubium quoque, non in vim Constitutionis , *Pretiosus* ; sed quia supradictus Parochi ingressus, unà cum parte altera Responsi dati Anno 1729. ad Dubium idem , Juri ipsi communi consonus erat.

Neque verò inferri hinc potest, semper, & quibuscumque Parochis ex Jure fas esse juxta Decretum istud Anni 1757., cum Stola, & Cruce elevata Ecclesiaa Regularium ingredi . Hoc unum namque Anno 1729. in eo Dubio 2. fuit quæsitum, nempe : „ *An idem Parochus* (videlicet Ecclesiæ Cathedralis) *possit unà cum Capitulo ingredi* „ &c. Quoad hunc solum casum proinde S. Congregatio Anno 1757, perstitit „ *in decisis* „. Ac jure quidem. Nam Capitulum Cathedralis , ob reverentiam ipsius Cathedralis Ecclesiæ , hoc utique privilegio gaudet, ut, invitatum ad Funus, ingredi possit Ecclesiaa etiam Regularium cum Cruce elevata; ea tamen lege, ut in absolutione Funeris, sola Crux adhibeatur Ecclesiæ tumulantis : quemadmodum fuit pluries definitum; admonentque Authores, quorum plerique Decreta afferunt (Monacell. Formul. Tom. 1. Tit. 5. form. 7. n. 39. & præc. , Samuel de Sepult. Tract. 1. disp. 3. contr. 3. concl. 6. n. 29. , Pignat. To. 6. cons. 58. n. 14., Ursaya Tom. 4. Par. 2. discept. 6. n. 85.).

Igitur , ut concludam , Decretum istud Anni 1757. duo tantùm quoad 2. Dubium adstruit . Ac primò jus certè agnoscit in Parocho intrandi Regularium exemptorum Ecclesias cum Stola , & Cruce elevata (contra ac putarunt PP. Lucius , & Ubaldus) : sed tamen agnoscit cum Decretis aliis, quæ supra innui , jus istud in Parocho „ *Ecclesiæ Cathedralis* „ Funus comitante „ *unà cum Capitulo* „ Cathedralis ejusdem .

Secundò quamvis Funeri , ut supra , intersit Parochus Cathedralis Ecclesiæ unà cum suo Capitulo; nihilominus Sacra eadem Congregatio jus agnoscit in Regularibus , ad quorum Ecclesiam Funus ducitur , Exequias peragendi ; etiam si Regulares iidem , vi Decreti „ *Ut in parvis* „ (relati a P. Ferrar. v. *Conventus* art. 2. n. 15. & seqq.) , potestati Episcopi subjecti sint : dummodò , in vim Decreti ejusdem „ *Ut in parvis* „ delegatæ solùm Episcopi jurisdictioni subsint , non autem ordinariæ .

Nam si subjecti tantummodò sunt Episcopo , tanquam Sedis Apostolicæ delegato ; consequenter „ *durat adhuc exemptio , quæ impedit , quominus Officium funebre a Parocho super Cadavere sui Parochiani peragatur* „ (apud Ferrar. v. *Conventus* art. 2. in Nov. Addit. ex alien. man. n. 8. , ubi allegatur , inter Decreta alia , hoc ipsum Decretum *in Pientina*).

Sin autem ordinariæ Episcopi jurisdictioni subjecti sint ; cum tunc exemptionis Privilegium cesset ; nihil est proinde (ut in cit. Nov. Addit. subjungitur n. 9. & 10.) , cur non debeat Parochus sive Cathedralis , sive alterius Parochialis Ecclesiæ , funebre Officium agere super Cadavere Parochiani sui . Atque hoc sensu , de hoc nempe secundo subjectionis genere , Responsio S. Congregationis Concilii ad Pientiæ Episcopum (quam sub initium retuli) intelligi profectò debet , ut Responsio eadem cum Decreto hoc , de quo agimus , S. Congregationis Episc. & Reg. concilietur , secundùm notissimam Juris regulam , quæ Jura Juribus concordanda præscribit.

Porrò delegatæ dumtaxat Episcopi potestati subjici Pientinam S. Francisci Ecclesiam Minor. Conventualium , fatebatur Promotor ipse Curiæ Episcopalis : quanquam inde haud rectè inferebat , exemptionem cessasse , qua Parochus a funebri prædicto Officio prohiberetur .

Quinetiam Procurator PP. Conventualium contendebat , vi Decreti „ *Ut in parvis* „ (apud Ferr. cit. verb. *Conventus* artic. 3. n. 17.) , ne delegatæ quidem Pientini Episcopi jurisdictioni eosdem subesse ; propterea quod in eo Conventu mansissent semper , & adhuc manerent Religiosi sex ; neque unquam Conventus idem fuisset suppressus . Verumtamen primum illud quidem de senario Religiosorum numero ostendebat ipse ex Coenobii illius Libro . At verò alterum (quod nunquam scilicet Coenobium idem fuisset suppressum) , quantum ex Scripturis a me perlustratis apparet , nunquam a Procuratore eodem probatum fuit : contrà verò a Promotore Fiscali Curiæ Episcopalis fuit id oppugnatum disertissimis ipsius S. Congregationis Episc. & Reg. Literis super hac ipsa re ad Episcopum Pientinum datis die 4. Jun. 1659., tum ex Visitationibus insuper per Episcopos subinde peractis .

Quamobrem nihil est, cur a Decreti sensu recedendum sit , quem superiùs explicavimus (§. *Secundò*); quod nimirum , tametsi Regulares , ad quorum Ecclesiam Funus ducitur , jurisdictioni Episcopi sint subjecti , nihilominus ad ipsos spectet , dum-

= dummodo delegatæ tantùm jurisdictioni subjecti = sint, Exequias super Cadavere in sua Ecclesia per- = agere, licèt Funeri intersit Ecclesiæ Cathedralis = Parochus cum suo Capitulo.

1757. 4. Febr. *Ejusdem*

S. C. Ep. & Reg. Decreta in Causa FF. Laicorum duarum Tertii Ord. Provinciarum Galliæ.

IN Causa Congregationis Tert. Ord. S. Francisci in Gallia, verten. inter FF. Laicos Provinciarum S. Yvonis Normandiæ, & S. Ludovici Lugduni ex una, & PP. Superiores, & Sacerdotes earumd. Provinciarum ex altera partibus, proposita fuerunt infrascripta Dubia, videlicet =

I. An intret arbitrium pro aperitione oris adversus Brevia S.M.Clementis X., Innocentii XI., & XII., & Benedicti XIII.? Et quatenus affirmativè,

II. An sint servandæ Constitutiones Ordinis, & Brevia Summor. Pontificum, iisdem cohærentia, in casu &c.?

Sacra Congr. *&c.*, referente Eminentissimo de Ileio Ponente, re maturè perpensa, ad suprascripta Dubia sequentem in modum respondit, nempe = Affirmativè ad utrumque. = Romæ 4. Febr. 1757.

Proposita verò iterùm ead. Causa sub infrascripta die, Ponente itidem Eminentissimo De Ileio, ipsamet Sacra Congr. rescripsit = In decisis, & ampliùs Causam hujusmodi non proponi mandavit. Romæ 12. Augusti 1757.

= Vid. Chronol. P. Perusini (Par. I. p. 237. sub fin. & seq., p. 252., & p. 283. B. & seq.; ac Par. II. p. 506. & sequentib.).

= 1757. 18. Febr. = Proscripto per Decretum Sac. = Congregationis Indicis 17. Maji 1734. primo Ber- = ruyerii Opere de Historia Populi Dei, cui titu- = lus „ *Histoire du Peuple de Dieu, depuis son ori- = gine jusqu' à la naissance du Messie* „ &c.; cum = nihilominus fuisset illud italicè redditum cum hoc = titulo „ *Storia del Popolo di Dio dalla sua origine = sino alla nascita del Messia* „ &c.; ista pariter Ver- = sio fuit ab ead. S. C. in Indicem relata Decreto = edito 18. Febr. 1757. Scilicet etsi, ratione ipsa = monstrante, ac declarante insuper Clemente VIII. = in sua *Instructione*, quæ extat inter generales Indi- = cis Regulas (tit. *de Prohib. libr.* §. 6.), certum, = atque indubitatum est, perniciosos, & malos Li- = bros, certa aliqua lingua editos, posteaque pro- = hibitos, in quodcumque idioma postmodum trans- = ferantur, censeri debere proscriptione eadem no- = tatos; ut monent quoque Benedictus XIV., & Cle- = mens XIII. in suis Brevibus infra memorandis = (ad d. 17. Febr., & 2. Dec. 1758.): tamen supra- = dicta etiam Versio „ *ne indoctis, & simplicibus = fucus fieret* „ ut ait Clemens Pontifex in cit. suo = Brevi, fuit & ipsa a S. Congregatione nominatim = prohibita.

= 1757. 28. Febr. = Sacra eadem Indicis Congr. = Decreto hac die lato prohibuit Opus inscriptum: = *Teatro Comico Fiorentino* &c.

= 1757. 21. Mart. = Prodiit hac die Decisio Sac. = Rotæ Rom. cor. Beaufort de Canilliac in *Treviren. = Quartæ Funeralis*: in qua disseritur de Funere Re- = ligiosorum habitantium, ac decedentium in Ho- = spitiis, aliisve suorum Ordinum locis, quæ li- = cèt Ecclesiam publicam adnexam habeant; tamen = sufficienti Religiosorum numero, & observantiæ = Regularis exercitio destituta sunt. Eam verò = omittimus, quoniam haud exigua ejusdem pars = non videtur facere pro nostratibus posse; de iis = autem, quæ in Decisione eadem ad Regulares = generatim pertinent, agunt passim Juris Canonici = tractatores, inter quos Pignatellus (To. 4. cons. 199.), = Reiffenstuel (Lib. 3. Decr. tit. 28. de Sep. §. 1.), = Card. Petra (To. 2. ad Const. 9. Innoc. III.), Mat- = thæucci (Offic. Cur. c. 48. n. 16. & seqq.), Ferra- = ris (v. *Sepultura* n. 34. & seqq., ac n. 244. & seq.), = Ubaldus Giraldi (Jur. Pont. noviss. Par. I. sect. 495.).

1757. 2. Mart. *S. R. C.*

Decretum in una Ord. Carmelitar. Regni Poloniæ.

PRopositis Sacræ Rituum Congregationi per Patrem Fratrem Constantinum Strzalkowski Ordinis Carmelitarum Regni Poloniæ sequentibus dubiis, nempe:

I. Utrum Officium S. Stanislai Poloni Martyris, Episcopi Cracoviensis, Patroni Principalis Regni Poloniæ, quod a Clero Sæculari, & aliis in Polonia recitatur sub ritu duplici primæ Classis, a Patribus autem Carmelitis propter aliquod dubium, sive scrupulum tantum sub ritu duplicis minoris primæ Classis; utrum iidem Patres Carmelitæ in Polonia idem Officium S. Stanislai teneantur recitare sub ritu duplicis majoris primæ Classis, qui ritus æquivalet, & correspondet ritui duplicis primæ Classis juxta Rubricas Breviarii Romani, necne? Idem est dubium de S. Casimiro.

II. Utrum Officium proprium de eodem Sancto cum suis Antiphonis, Lectionibus, Responsoriis &c., quod recitatur a Clero Sæculari, & aliis etiam; a Patribus Carmelitis in Polonia debeat recitari idem Officium proprium, necne?

III. Utrum Festum S. Joachim cum suo Officio, quod, per Decretum Sanctissimi Domini Nostri Papæ Benedicti XIV. feliciter regnantis, ex Dominica infra octavam Assumptionis B. Mariæ Virginis translatum est pro Dominica post octavam Assumptionis ejusdem B. Mariæ Virginis in Regno Poloniæ, & ab omnibus hoc Decretum observatur in Polonia; utrum etiam Patres Carmelitæ teneantur ad illud observandum propter uniformitatem cum aliis, necne?

Sacra Congregatio ad relationem mei Secretarii rescribendum censuit =

Ad I. Teneri ad ritum duplicis majoris primæ Classis.

Ad II. Affirmative.

Ad III. Ut ad proximum. Et ita declaravit die 26. Martii 1757.

Adeundæ etiam sunt circa tria capita supradicta Rubricæ Peculiares novissimæ Breviarii nostri, a SSmo approbatæ. Nempe, quod attinet ad I., seu ad Locorum Patronos; vid. ibi sub n. 17. ac duob. seqq. Quoad II. verò; sub n. 144. Quod ad III. pertinet; sub n. 105. & seq.

1757.

1757. 26. Mart. *Revocat Pontifex Brevia duo a se edita pro Tertiariis Secular. Fluminis Januarii: mandat, ut restituantur omnia in statum pristinum: tribuitque facultatem Episcopo confirmandi Auctoritate etiam Apostolica Concordiam ab Episcopo ipsa propositam, si in eam Partes convenerint.*

Venerabili Fratri moderno, & pro tempore existen. Episcopo Fluminis Januarii in Brasiliis.

BENEDICTUS PP. XIV.

Venerabilis Frater, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Quemadmodum Romanum Pontificem, supremas Summi Pastorum Principis Jesu Christi, qui dives est in misericordia, vices gerentem, decet, ut omnes Apostolicæ benignitatis, auctoritatisque suæ partes ubique gentium desiderari minime patiatur; ita Romanus Pontifex districte tenetur, ut quæcumque ejusdem benignitatis, auctoritatisque argumenta cuicumque propter Pontificiæ suæ benignitatis abundantiam præstiterit, illa, novis supervenientibus justis, rationabilibusque causis, penitus revocare, & tamquam non concessa declarare satagat, & adnitatur. Sane anno 1755. Nos, accepto, quod quædam Confraternitas, sive Sodalitas Christifidelium Tertii Ordinis S. Francisci de Observantia nuncupat. in Civitate, sive Diœcesi tua Fluminis Januarii in Brasiliis nonnulla a Nobis exposceret Privilegia; primum dedimus alias Nostras in simili forma Brevis Literas infra inserendas; deinde vero hoc currenti anno pariter accepto, quod eadem Confraternitas, sive Sodalitas optaret, ut nonnulla in ipsis Litteris Nostris mutarentur, & nonnullæ controversiæ, in executione earumdem Litterarum Nostrarum excitatæ, dirimerentur, dedimus alias quoque Nostras in simili forma Brevis Literas: Ambarum autem Litterarum Nostrarum tenores sunt, qui sequuntur:

„BENEDICTUS PP. XIV.

„ *Ad perpetuam rei memoriam.*

„ Dudum sane dedimus alias in simili forma
„ Brevis Litteras, quarum tenor est, qui
„ sequitur:

„BENEDICTUS PAPA XIV.

„ *Ad futuram rei memoriam.*

„ Cum, sicut accepimus, quædam Confraterni-
„ tas, sive Sodalitas Christifidelium Tertii Ordi-
„ nis S. Francisci Fratrum Minor. de Observantia
„ nuncupat. in Civitate, sive Diœcesi Fluminis Ja-
„ nuarii in Brasiliis, ac primùm forsan omnium
„ Confraternitatum, sive Sodalitatum hujusmodi in
„ Brasiliis instituta, & erecta reperiatur; quæ sane
„ Confraternitas, sive Sodalitas quamdam non par-
„ vam Ecclesiam, sive Capellam, vel Oratorium
„ publicum cum janua, & porta in publicam viam
„ patente, Ecclesiæ tamen eorumdem Fratrum Mi-
„ nor. ita adhærens, & unitum, atque uno fere,
„ eodemque muro ab ipsa Ecclesia Fratr. Minor. se-
„ paratum, ut per parvam januam, seu portam,
„ ad memoratorum Fratrum commodum in dicto
„ simplici, seu duplici muro apertam, ne per pu-
„ blicam viam in illud Confraternitatis, sive Soda-
„ litatis Oratorium ingredi cogantur, eisdem Fratri-
„ bus accessus pateat, sibi propriis sumptibus a
„ fundamentis fabricavit, ornavit, & Sacris Supel-
„ lectilibus instruxit ad finem, ut in illa Ecclesia,
„ seu Oratorio omnis Christianæ pietatis, & Ca-
„ tholicæ Religionis opera, secundum Regulas, &
„ præscriptas sibi Constitutiones, statis, indictisque
„ diebus peragerentur: Hinc est, quod Nos Confra-
„ ternitatem, seu Sodalitatem antedictam, quò Chri-
„ stifideles ejusdem Confraternitatis, seu Sodalitatis
„ majora capiant incrementa virtutum, & majori ad
„ ipsius Ecclesiæ, seu Oratorii decorem, ornatum, &
„ Sacrarum Supellectilium copiam procurandam fervo-
„ re incendantur, amplioribus gratiarum favoribus
„ ad augere cupientes, dictæque Confraternitatis,
„ seu Sodalitatis Christifideles a quibusvis excom-
„ municationis, suspensionis &c.; tenore præsentium
„ memoratam Confraternitatem, seu Sodalitatem in
„ ipsa Civitate, seu Diœcesi Fluminis Januarii in
„ Brasiliis, primùm omnium forsan institutam, &
„ erectam, Primariam quidem deinceps vocari, &
„ haberi mandamus; deinde vero, ut in ipsa Ec-
„ clesia, sive Oratorio Turris campanaria fabricari,
„ in eaque duæ dumtaxat Campanæ majores, &
„ una minor collocari possint, & valeant, facultа-
„ tem tribuimus. Præterea ut in eadem Ecclesia,
„ seu Oratorio Organa construantur, & Missæ,
„ aliaque solemnia sonantibus Organis cum cantu
„ celebrentur, concedimus; nec alia ratione ad
„ hujusmodi concessionem, & indulgentiam move-
„ mur, quàm ut Missæ, & dies Festi cum majori
„ decore, & cultu celebrentur, & per Campana-
„ rum sonitum ejusdem Confraternitatis, seu Soda-
„ litatis Christifideles excitentur ad omnia, & sin-
„ gula pietatis, & charitatis præstanda sibi injun-
„ cta Officia. Decernentes, præsentes Literas nullo
„ unquam tempore de subreptionis, & obreptionis,
„ aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel in-
„ teresse habentium consensus, aliove quolibet,
„ quantumvis maximo, essentiali, formali, aut in-
„ cogitato defectu notari, impugnari, infringi, in-
„ validari, in jus, vel controversiam revocari &c.
„ Sicque, & non aliter in præmissis per quoscum-
„ que Judices &c.; ac irritum, & inane &c. Non
„ obstantibus &c., cæterisque contrariis quibuscum-
„ que. Quocirca Venerabili Fratri moderno, & pro
„ tempore existen. Episcopo Fluminis Januarii com-
„ mittimus, & mandamus, ut omnia, & singula
„ præmissa a Nobis indulta, concessa, & statuta
„ debitæ executioni mandari faciat, & curet; nec-
„ non iisdem Christifidelibus sæpe dictæ Confrater-
„ nitatis, seu Sodalitatis in omnibus efficacis de-
„ fensionis præsidio assistens, faciat eosdem præ-
„ missorum omnium effectu pacifice frui, & gau-
„ dere, non permittens, eos desuper a quoquam
„ quavis auctoritate quomodolibet indebite molesta-
„ ri. Volumus vero, ut omnia, & singula, ut
„ præmittitur, a Nobis concessa, sine emolumen-
„ torum cuique solvi solitorum præjudicio, exacte

„ ser-

„ serventur; utque earumdem præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis &c.

„ Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VIII. Februarii MDCCLV. Pontificatus Nostri Anno Decimoquinto.

„ Cajetanus Amatus.

„ Quoniam autem in præinsertis Litteris Nostris expressum reperitur, memoratam Ecclesiam, quam Confraternitas antedicta sibi propriis sumptibus fabricavit, ornavit, & Sacris Supellectilibus, ut præfertur, instruxit, uno fere, eodemque muro separatam esse ab Ecclesia eorumdem Fratrum Minor. de Observant.; sicut nuper accepimus, hoc quidem non de antedicta Ecclesia, quæ etsi ex una tantum parte sui circuitus contigua, non parum tamen distat ab Ecclesia memoratorum Fratrum, sed de veteri tantummodo Oratorio, sive Capella a primæva dictæ Confraternitatis institutione sub invocatione Conceptionis B. M. Virginis Immaculatæ erecta, in qua Confratrum Defunctorum, certis dictæ Confraternitatis Muneribus defunctorum, corpora ad præsens tumulantur, quæ sane Capella, sive Oratorium dictæ Ecclesiæ Fratrum Minor. adhæret, & unitur, atque uno, eodemque muro separatur, intelligi debet; &, sicut pariter accepimus, nonnullæ desuper controversiæ in executione præinsertarum Nostrarum Litterarum pro parte eorumdem Fratrum Minor. contra Indulta, & Privilegia in iisdem Litteris Nostris contenta, & concessa excitatæ fuerunt: Hinc est, quod Nos volentes, nullum ea propter dictæ Confraternitati, ejusque Ecclesiæ quoad præmissa præjudicium inferri, aut illatum iri, utque omnibus quibusvis litibus, & controversiis aditus intercludatur, omnes, & singulas controversias ad Nos harum serie avocantes, earumque statum, & merita præsentibus pro expressis habentes, motu proprio, & ex certa scientia, meraque deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine easdem omnes, & singulas controversias penitus, & omnino supprimimus, & extinguimus, perpetuumque silentium desuper imponimus. Nos enim omnia, & singula, in præinsertis Litteris Nostris contenta, & concessa, Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus; &, quatenus opus sit, sub iisdem modo, & forma de novo concedimus, & indulgemus. Decernentes, easdem præsentes semper, & perpetuo validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel ex qualibet causa, quantumvis legitima, & juridica, pia, privilegiata, ac speciali nota digna; etiam ex eo quod præfati Fratres Minores de Observantia, eorumque Superiores, ac Provinciales, seu quicumque alii, cujuscumque dignitatis, gradus, conditionis, & præeminentiæ sint, in præmissis, & circa ea quomodolibet, & ex quavis causa, ratione, actione, vel occasione jus, vel interesse habentes, aut quomodolibet habere prætendentes, illis non consenserint, aut ad illa vocati, & auditi non fuerint, & causæ, propter quas eædem præsentes emanaverint, adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint; de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, vel intentionis Nostræ, aut jus, vel interesse habentium consensus, aut quolibet alio, quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, & inexcogitabili, ac specificam, & individuam mentionem, ac expressionem requirente, defectu, sive etiam ex eo quod in præmissis, eorumve aliquo solemnitates, & quævis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite, a jure, vel facto, aut Statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque alio colore, prætextu, ratione, etiam in corpore juris clausa, occasione, aliave causa, etiam quantumvis justa, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra hujusmodi, & aliis superius expressis nullibi appareret, seu aliàs probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, & aliud quodcumque juris, facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari &c. Sicque, & non aliàs in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices &c.; ac irritum, & inane &c. Non obstantibus Nostris, & Cancellariæ Apostolicæ de præstando consensu, & de jure quæsito non tollendo, aliisque in contrarium præmissorum quomodolibet editis, vel edendis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dictorum Fratrum Minorum de Observantia, & dictæ Confraternitatis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, Constitutionibus, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis, eisdem Fratribus, & eorum Ordini, Superioribus, & Provinciali, ac Generali, etiam speciali, specifica, expressa, & individua mentione dignis, &c. Quibus omnibus, & singulis &c. expresse motu simili derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Quocirca Venerabili Fratri Philippo Archiepiscopo Petrensi, moderno, & pro tempore existen. ordinario Nostro, & Apostolicæ Sedis in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis Nuntio per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipse per se, vel per alium, seu alios, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictæ Confraternitatis fuerit requisitus, præsentes Nostras Litteras, & in eis contenta, & concessa quæcumque solemniter publicans, eique in præmissis efficacis defensionis præsidio assistens, faciat, ipsam præmissorum omnium effectu pacifice frui, & gaudere, non permittens, eam desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite molestari; contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii Sæcularis. Volumus autem, ut earumdem præsentium Litterarum transumptis &c.

„ Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVI. Martii MDCCLVII. Pontificatus Nostri Anno Decimoseptimo.

„ Cajetanus Amatus.

Porro ab ultimo datis præinsertis Nostris Litteris vix elapsi erant quatuor, aut quinque dies, cum Nobis oblatus fuit supplex Libellus, in quo continebantur quamplurima, quæ si prius ad Nostram notitiam pervenissent, nunquam certe adduci passi fuissemus, ut tam primas, quam secundò dictas Nostras Literas daremus. Ac primum quidem Confraternitas, sive Sodalitas asseritur Tertii Ordinis S. Francisci Fratrum Minor. de Obs. nuncupat. sub Regula S. Petri de Alcantara, cujus quidem Instituto, ejusque Ecclesiis juxta suas Regulas non permittuntur Organa, & musicalia Instrumenta; e contra vero in Ecclesiis aliorum Fratrum Minor. de Obs. Organa ubique reperiuntur, & musicalia Instrumenta adhibentur, Secundo: De Turris, sive Tursiculæ campanariæ, cum Campania duabus majoribus, & una minori, a Nobis facta concessione satis constat, mentem Nostram fuisse, & esse, dummodo Ecclesia S. Antonii ita reperiretur adhærens, & distans ab Oratorio, sive Capella ejusdem Confraternitatis, sive Sodalitatis, ut nullum afferre posset præjudicium, & incommodum Fratribus, eorumque Ecclesiæ; quod aliter se habere, oculari inspectione a se facta, confitetur Dilectus Filius Josephus a Regibus Pereira Cathedralis Ecclesiæ Fluminis Januarii Provisor, & Vicarius Generalis. Tertio: Controversias, in exerutione primò dictarum Literarum Nostrarum excitatas sine expressa earum controversiarum mentione, leves esse existimantes (quippe quæ super Organorum musicalium Instrumentorum, & Turriculæ campanariæ a Nobis facta concessione vertere debebant; neque expositum fuerat, quod aliàs obortæ ab Apostolica hac S. Sede compositæ fuissent), suppressimus, & extinximus, ac suppressas, & extinctas voluimus, & omnia, & singula in primò dictis Nostris Litteris contenta, & concessa approbavimus, & confirmavimus. Quarto demum, præter alia Fraternitati tuæ magis, quam Nobis comperta, atque explorata; illud sane Nobis accidit permolestum, silentium scilicet, & reticentia Apostolicarum in simili forma Brevis Litterarum fel. recor. Innocentii PP. XIII. Prædecessoris Nostri die 23. Januar. an. 1724. hisce super negotiis, & controversiis extinguendis datarum, & similium sub Plumbo Literarum fel. pariter recor. Benedicti PP. XIII. itidem Prædecessoris Nostri quarto Idus Decembr. an. 1725. expeditarum pro reformandis quampluribus abusibus ad hujusmodi negotium pertinentibus, necnon de recursu ab ipsius Conventus S. Antonii Fratribus ad te habito, deque tua, post accessum Vicarii tui Generalis pro oculari inspectione factum, suspensa primò dictarum Litterarum excutione.

Hisce itaque præmissis, aliisque justis, ac rationabilibus causis Animum Nostrum moventibus adducti, motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium Nostras tum primò, tum secundò datas Litteras omnino revocamus, annullamus, & irritamus, ac revocatas, nullas, & irritas, nulliusque prorsus momenti, & roboris esse, & fore volumus, & declaramus, perinde ac si numquam emanassent, & datæ fuissent: Necnon volumus, & mandamus, ut, non obstantibus sæpe dictis Litteris Nostris, ut præmittitur, revocatis, & annullatis, omnia, & singula, vigore earumdem præinsertarum Litterarum fortasse sive incepta, sive perfecta, sive usu possessa, atque occupata, ut ad pristinum statum, in quo erant antequam præinsertæ Litteræ datæ fuissent, omnino, & non aliter reducantur.

Quocirca Fraternitati tuæ, sive pro tempore existenti Episcopo Fluminis Januarii (non obstante, quod executio secundò dictarum Litterarum commissa fuerit Venerabili Fratri Philippo Archiepiscopo Petrensi ordinario Nostro, & Apostolicæ Sedis in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis Nuntio, quam Nostram Commissionem per præsentes etiam revocamus, & revocandam esse, & fore volumus, & declaramus) pro celeri earumdem præsentium Litterarum executione, & pro omnimoda rerum omnium ad pristinum statum reductione omnes necessarias, & opportunas facultates motu, scientia, potestate, auctoritate, & tenore paribus, tribuimus, & impertimur: cum facultate etiam procedendi ad Ecclesiasticas pœnas, & censuras, contra omnes, & singulos hisce Nostris mandatis non parentes infligendas.

Decernentes, præsentes Litteras, etiam ex eo quod Confratres Confraternitatis hujusmodi, & alii quicumque in præmissis quomodolibet jus, vel interesse habentes, seu habere prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, intimati, & auditi fuerint, tametsi suorum Indultorum, vel Privilegiorum, etiam in præinsertis Nostris Litteris ipsis concessorum, vigore consentire, seu vocari, citari, intimari, & audiri semel, vel pluries quoquo modo debuissent, aut ex alia quacumque juridica, pia, privilegiata, rationabili, ac etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, causa, occasione, colore, prætextu, titulo, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet, quantumvis maximo, essentiali, formali, aut incogitato defectu notari, impugnari, infringi, invalidari &c. nullatenus posse; sed easdem præsentes Litteras, & in iis contenta quæcumque semper firma, valida, & efficacia esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & a Confratribus sæpe memoratæ Confraternitatis inviolabiliter observari debere; Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, necnon Apostolicæ Sedis Nuncios &c. judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus sæpedictis præinsertis Nostris, aliisque quibuscumque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, &, quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariæ Nostræ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, dictæque Confraternitatis, seu Sodalitatis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus &c. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua mentio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores præsentibus, perinde ac si de verbo ad verbum, quemadmodum utræque Literæ Nostræ hac super re datæ, hic inserti forent, pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum omnium, & singulorum validissimum effectum,

hac

hac vice dumtaxat latissime, & plenissime, ac specialiter, & expresse motu simili derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Verum Nos, pariter accepto, quod tu, Venerabilis Frater, tamquam pacis Pater, veram pacem inter utrosque restituere, & confirmare cupiens, quamdam Concordiam inter ipsos ineundam providentissime proposueris; nimirum, ut in Capella, sive Oratorio ejusdem Confraternitatis, sive Sodalitatis, Primæ Tertii Ordinis in Brasiliis nominandæ, Sacrum Ciborium, in quo Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum semper adservaretur, & publicæ etiam Christifidelium venerationi exponeretur, retineri possit, dummodo clavis dicti Ciborii a pro tempore existente Fratre Commissario, sive ab alio Fratre ad ejusdem Commissarii arbitrium deputando custodiretur, & publica Expositio Sacramenti per quemlibet Fratrem Conventus fieret; ut Organum dumtaxat (numquam tamen musicalia Instrumenta) in eadem Capella, & Oratorio, quamvis ipsorum Instituto prohibitum, super quo, quatenus opus sit, Auctoritate Nostra Apostolica a te dispensari posse concedimus, constituatur, & ad ejusdem sonitum Fratres ejusdem Conventus S. Antonii solummodo, nullis quocumque pacto Musicis, sive Sæcularibus Cantoribus adhibitis, in quibuscumque Solemnibus Missas, & Horas Canonicas cantare valeant: Eapropter Fraternitati tuæ, si ad majorem Divini honoris cultum, & religiosæ pietatis incrementum expedire visum fuerit, ad eamdem Concordiam ita, ut præmittitur, Auctoritate etiam Nostra Apostolica confirmandam, dummodo ea, qua decet, ac tenentur, Christiana Charitate in vinculo pacis, & mutua animorum consensione illam excipiant, & custodiant, Auctoritate, & tenore paribus, quibuscumque in contrarium non obstantibus, necessarias quoque, & opportunas facultates tribuimus, & impertimur. Volumus autem, ut earumdem præsentium Litterarum transumptis &c.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 26. Martii 1757. Pontificatus Nostri Anno Decimoseptimo.

Cajetanus Amatus.

Loco ✠ Sigilli.

= Literas Innocentii XIII. circa Tertiarios eosdem Fluminis Januarii, & Benedicti XIII. circa Tertiariorum Ordinem generatim, quæ supra laudantur (§. Porrò sub fin.), habes apud P. Perusinum (Par. 2. p. 24. col. 2. & seqq., ac p. 58. col. 2. & seqq.).

= Quoniam verò aliquando nos ex Provincia quadam interrogatos meminimus, essent necne Superiores nostri locales, Visitatores nati Tertii Ordinis in iisdem suis respectivis locis erecti, quemadmodum erat in ea Provincia Guardianis aliquibus constanter, ac firmiter persuasum; idcirco, Literarum istarum opportunitate oblata, necesse putavimus, eosdem, qui sic arbitrentur, monere, ut absonam opinionem hanc ex animo penitus exuant, quæ, si ad actum deduceretur, malorum pergravium origo foret.

= Quanquam enim Nicolaus IV. (in Regula Tertii Ord.) Tertiariis ipsis auctor fuit, ut ex Ordine Minorum Visitatores assumerent „*quos Custodes, vel Guardiani ejusdem Ordinis duxerent assignandos*„; tamen & ante ipsum Innocentius IV., & post ipsum Sixtus itidem IV. subjectos voluerunt, ille Tertiarios Italiæ, hic Tertiarios totius Orbis, Prælatis Generalibus, & Provincialibus; ipsosque Prælatos, Tertiariorum eorumdem Visitatores crearunt, qui illos ad Habitum, & Professionem reciperent, corrigerent, punirent &c.; facta simul Prælatis iisdem potestate illud Visitatoris Munus in Capitulis, vel extra, Religiosis aliis delegandi (apud Orb. Ser. To. 2. lib. 12. c. 12. n. 263. & seqq.).

= Confirmata omnia hæc fuere ab Innocentio VIII., ab Alexandro VI., a Julio II. (ib. a n. 266. ad 269.). Quorum postremus, nempe Julius, *pro potiori cautela* Generales, & Provinciales Prælatos denuò Visitatores instituit; revocatis Apostolicis Constitutionibus omnibus „*quatenus* (ait) *prædictorum Innocentii* (IV.), *& Sixti* (IV.) *in vestrum favorem concessis Literis sunt contrariæ*„ (ib. n. 269. & 271.).

= Ad hæc, eodem Julio II. Pontifice, in Statutis Generalibus, & Papalibus Anni 1509. præceptum fuit (Cap. II. Partic. 6.), ut servaretur laudata Constitutio Sixti IV.: sicuti videre licet in Firmamento Trium Ord. (Par. 3. p. 45. col. 2. post med. & seq., & Par. 5. tract. 2. p. 35. init.). Itidemque S. Pius V. subjecit & ipse Tertiarios eosdem Generalibus Prælatis, & Provincialibus (apud Orb. Ser. cit. lib. 12. c. 10. n. 190.): atque approbavit quidem in §. 13. cuncta, quæ continentur in Regula Nicolai IV.; sed „*ita tamen*, inquit, *ut præsentibus nullatenus adversentur*„.

= Secundùm Apostolicas istas, & Ordinis Constitutiones loquitur de hoc Munere Visitatoris Tertii Ord. Firmamentum supra memoratum (cit. Par. 5. tract. 2. tit. *Modus recipiendi* &c. sub init., p. 34. col. 2.); loquuntur Segoviensia Transmontanæ Familiæ nostræ Statuta Anni 1621. (C. 5. sub fin. in tit. *De Tertior.*); loquuntur Statuta Toletana Anni 1633. *pro utraque Familia*, quæ insuper jubent, ut Ministri Provinciarum hos Visitatores deputent in earumdem Provinciarum Capitulis, & Congregationibus (quamvis clausulam nullam adjiciant, irritantem delegationes, a Ministris extra Comitia factas); loquuntur demum, ut alios mittam, P. Matthæucius (Offic. Cur. c. 52. n. 22.), & qui Regulam Tertii Ordinis evulgarunt.

= Ex quibus omnibus compertissimum est, Visitatores natos Tertii Ord. non esse, nisi Superiores Generales, & Provinciales; nullosque alios inferiores se posse, sine illorum delegatione, huic Officio immiscere; ac, siquis secus faceret, ipsius acta, ob defectum jurisdictionis, & potestatis, cassa, irrita, nulla futura, iisque actis proinde necessaria remedia adhibenda fore.

= Ut puta si Guardianus quisquam, sine delegatione, Presbyterum aliquem Secularem Habitu Tert. Ord. indueret, si ad Professionem reciperet; irritæ proculdubio essent ad effectum quemcumque Vestitio, & Professio: & consequenter ne posset quidem is Presbyter, licèt nullius Ecclesiæ Choro esset addictus, in persolvendo penso Divini Officii uti Breviario nostro; quemadmodum eo uti possunt Ecclesiastici Seculares illi, qui Tertio Ordini legitimè sunt adscripti, nulliusque Ecclesiæ Choro addicti (ex Constit. Sanctissimi D. N. PII PP. VI., novissimo Breviario Ordinis præfixa; & ex Rubricis Peculiaribus tum Breviarii ejusd. noviss., ab eadem Sanctitate Sua approbatis, *n.* 155.; tum pristini Breviarii nostri, approbatis ab Innoc. XII., n. 142.).

= Cum porrò, ut novimus, falsa opinio illa, de = qua hucusque egimus, orta fuerit ex aliqua non sa= tis recta, castigataque expressione, quæ alicubi = continebatur, ac fortè continetur adhuc in Formula = patentium Litterarum delegationis Visitatorum, = seu Commissariorum Tertii Ordinis; quæ a Mi= nistris Provincialibus expediri solent; cumque id = ipsum alibi potuerit, vel possit contingere; op= portunum idcircò, atque adeò necessarium esset, = eas Formulas expendere, illasque, ubi opus foret, = ad normam eorum; quæ supra diximus, castiga= re, & reformare, ne aliis deinceps, in hoc rerum = genere minùs peritis, illiusmodi Literæ offendicu= lo sint.

1757. 30. Mart. *P. Ministri Generalis ad Familiam Cismontanam Literæ, quibus de obitu nuntiatur Reverendissimi P. Bernardini a Terlitio, & parentalia officia indicuntur.*

FR. CLEMENS A PANORMO

Lector Jubilatus, Catholicæ Majestatis in Regali Matritensi Congressu pro Immaculata Conceptione Theologus, ac totius Seraphici Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis, Commissarius, Visitator Apostolicus. & humilis in Domino Servus

Dilectis Nobis in Christo universis Patribus, Fratribus, Superioribus, & Subditis, in hac Cismontana Familia obedientiæ, ac curæ nostræ subjectis, salutem, & Seraphicam Benedictionem.

CUm primum, Superis bene annuentibus, Romam pervenimus, vixque paululum restauratis viribus, ex difficillimo, eoque diutissimo itinere, ac rerum agendarum multitudine pene exhaustis, mentis aciem convertentes ad urgentiora expedienda Religionis negotia, illud ante omnia Nobis occurrit, quod etiamnum amaris lacrymis prosequimur, extremum videlicet fatum Reverendissimi olim in Christo Patris Bernardini a Terlitio, Provinciæ S.Nicolai Alumni, cujus præsentia quemadmodum, cum in vivis ageret, fuit toti Ordini nostro longe auspicatissima, sic post ejus obitum memoria apud superstites, posterosque nostros erit in continua, & perenni benedictione reposita. Enimvero cum hominis præstantissimi memoriam recolimus, atque ad rationis trutinam expendimus ejusdem præclara merita, exantlatos nimirum pro Religione nostra labores, eximias animi dotes, pietatem singularem, excellentem doctrinam, cordis mansuetudinem, suavissimos mores, atque effusam, vereque paternam erga Religiosos subditos charitatem, vix ac ne vix quidem Nobis ipsis temperare possumus, quin erumpentibus ex imo corde suspiriis, ejus vobis irreparabilem jacturam præsentibus palam facere, ac significare valeamus. Neminem quippe vestrum latere arbitramur, Virum eximium de Religione nostra optime meritum, ea prudentia, ac in rebus agendis dexteritate præcipuis Ordinis Ministeriis fuisse defunctum, ut in intermedia Generali Congregatione, in Assisiensi S. Mariæ Angelorum Conventu celebrata anno 1753., dignus habitus fuerit, ut omnium suffragantium calculo in Cismontanæ nostræ Familiæ Generalem Commissarium designaretur: quæ quidem electio nedum communi plausu ab omnibus Religiosis subditis fuit excepta, sed justam pariter commendationem apud Summum Pontificem promeruit, aliosque primi subsellii Romanos Proceres, in quorum magnam existimationem propter res in Romana Curia præclare gestas devenerat. At inscrutabili Dei judicio nostrum hoc commune gaudium moeror occupavit; & luctus, siquidem, anno circiter, & dimidio post adeptam totius Familiæ summam Præfecturam vix exacto; usque adeo atroci, & insanabili infirmitate correptus est, ut cum adversa valetudine per duos, & amplius annos patientia summa, ac propemodum incredibili conflictari coactus, post diutinos toleratos corporis languores, post præclara edita pietatis, & devotionis specimina, diem tandem clauserit extremum Neapoli in Conventu S. Didaci mense Februario die 2. currentis Anni 1757.

Hisce ergo præclaris gestis, ad qualecumque animi nostri solatium, in Viri optimi commendationem in compendium redactis, muneris nostri partes nunc exequentes, ejusdem Animam Cœlo natam dilectissimorum Patrum, & Fratrum orationibus etiam atque etiam commendamus, ut; si quid mundani pulveris ex humana conversatione contraxit, vestrorum Suffragiorum meritis detergatur, atque quamprimum beatifico fruatur aspectu, laborum, quos tulit pro Religionis commodo, & emolumento, æternas, & immarcescibiles Gloriæ coronas recepturus. Quapropter sancita ab Ordinis nostri Constitutionibus charitatis officia ut eidem quantocyus persolvatis, serio præcipimus; quæ sunt, ut in omnibus Conventibus pro ipsius Anima parentetis, decantata videlicet solemni Missa, & singulis Sacerdotibus pro ea celebrantibus, necnon Clericis integrum Defunctorum Officium, & Laicis centies Orationem Dominicam cum Angelica Salutatione, & *Requiem æternam* recitantibus.

Reliquum est, ut de præsentium receptione Encyclicarum, deque earumdem exequutione Nos certiores reddatis: ac postremo precibus, & continuis orationibus vestris Summum Pontificem feliciter Regnantem Benedictum XIV., Eminum Ordinis nostri Protectorem, Nosque omnium Ministrum, & Servum enixe commendantes, vobis omnibus Seraphicam Benedictionem peramanter impartimur.

Datum Romæ ex nostro Aracœlitano Conventu die 30. Mensis Martii 1757.

Fr. Clemens de Panormo
Minister Generalis &c.

Loco ✠ Sigilli

De mandato Rmi in Christo Patris
F. Vincentius Scutari ex-Def. Gen.,& Secr. Gen. Ord.

1757. 3. Apr. = Cum A. R. P. Joseph Thomas Blan= co, qui in Generali Capitulo Murcien. Commis= sarius Generalis in Romana Curia fuerat renuntia= tus, eo se Officio abdicavisset; Rmus P. Minister = Generalis, datis hac die Literis in illius locum sub= legit A. R. P. Josephum Torrubia Missionarium = Apostolicum, Mexicanæ Obs. Provinciæ S. Evange= lii Patrem, Chronologum Ordinis, & Supremæ = Hispaniarum Inquisitionis Revisorem: qui unus = erat ex tribus Patribus, ad id Muneris approbatis = in iisd. Comitiis Murcien. (supr. p. 220. B.). Li= = teras ipsas omittimus, quandoquidem, mutatis = mu-

= mutandis, cum iis conveniunt, quas alibi exhi-
= buimus (p. 165. A.).

1757. 4. Maji. *Annuit Pontifex, ut ex Vocalibus, qui Murciensi Capitulo non interfuerunt, illi, qui a P. Ministro Gen., perspecto legitimo singulorum impedimento, designabuntur, iisdem Privilegiis gaudeant, ac si re ipsa interfuissent.*

BEATISSIME PATER

FR. Clemens a Panormo totius Ord. S. Franc. Minister Gen., ad pedes S. V. humillimè provolutus exponit, quod in sui Ord. Constitutionibus quædam privilegia statuta sunt in favorem eorum, qui ad Capitulum Gen. accedentes, in electione Generalis Ministri suffragantur. Hinc cum in ultimis Generalibus Comitiis, Murciæ celebratis, Regni Lusitaniæ Vocales propter gravissimas Terræ motus calamitates ad Locum Capituli sese conferre non potuerint; nihilominus ejusd. Capituli Patres fuerunt in voto, præfatos Lusitanos recensitis privilegiis non esse fraudandos (a).

Cum autem, Bme Pater, contigerit, quod alii quoque Vocales, qui ex remotioribus Indiarum, Alemaniæ, Italiæ, aliisque Provinciis discedentes, ardua, ac longissima itinera sunt emensi, in via vel supervenientibus infirmitatibus, vel tempestatibus adversis diutiùs fuerint detenti, ita ut statuto tempore ad Capituli Conventum se conferre nequiverint; aliique sint, qui infirmitatum causa cum personaliter ad suffragandum accedere non potuerint, Pro-Ministros ad ferendum votum miserint; obsequentissimus Orator supplicat S.V., quatenus, probè cognito, & perspecto eorum legitimo impedimento, possit cum talibus dispensare, ita ut eisd. privilegiis gaudeant, ac si reapse fuissent suffragati: cum per ipsos planè non steterit, quominus statuto tempore comparerent; nec æquum videatur, ut justum præmium iis denegetur, qui gravissimos tulerunt labores, nec ullius penitus culpæ possunt insimulari. Quam Deus &c.

Ex Audientia SSmi de die 4. Maji 1757. = SSmus, attentis expositis, benignè annuit, ut omnes, & singuli Vocales, qui, legitimo impedimento detenti, ad suffragium personaliter ferendum in Capitulo Gen. novissimè celebrato non accesserunt, qui scilicet ab ipso Ministro Gen. Oratore, perpensis singulorum circumstantiis, designabuntur, eisdem gratiis, & privilegiis gaudeant, quibus donati sunt alii Vocales, qui prædicto Capitulo interfuerunt, contrariis non obstantibus (b).

J. C. Boschi Secret.

Loco ✠ Sigilli.

= (a) In Actis ejusd. Capituli supr. p. 218. A.
= sub fin..
= (b) Vid. infr. ad d. 22. *Jul. & 1. Aug.*

1757. 8. Maji. *Decernitur, constare, V. Mariam a Jesu de Agreda scripsisse Hispano Idiomate Opus inscriptum „* Mistica Ciudad de Dios *„: ejusdemque Exemplar autographum restituendum jubetur, in Hispanias remittendum.*

Tirasonen. Beatificationis, & Canonizationis Venerabilis Servæ Dei Mariæ a Jesu Abbatissæ Monasterii Conceptionis Oppidi de Agreda Ordinis Sancti Francisci.

CUM pervenerit in Urbem assertum Autographum Operis Mysticæ Civitatis Dei Ven. Servæ Dei Sororis Mariæ a Jesu de Agreda, ex Monasterio Agredano Tirasonen. Dioecesis extractum, & ad Sanctissimum Dominum Nostrum transmissum unà cum aliis indubiis exemplaribus characteris Servæ Dei, necnon Processus super ejusdem characteris identitate, a Reverendissimo Episcopo Tirasonen. confectus, juxta ea, quæ Sanctissimus Dominus Noster Benedictus XIV. pro ea, qua præditus est, sapientia & doctrina, præscripserat in Epistola ad P. Raphaelem a Lugagnano, tunc Ministrum Generalem Ordinis Minorum de Observantia, die xvi. Januarii 1748.; habita est Congregatio particularis Sac. Rituum de mandato Sanctissimi, in qua interfuerunt Eminentissimi, & Reverendissimi Patres Cardinales Portocarrero, Cavalchini, Tamburini, & Galli, necnon R. P. D. Benedictus Veterani Promotor Fidei, & ego Secretarius, in eaque, omnibus maturè perpensis, examinatisque non minus Peritiis, in Hispania accuratè confectis, quàm aliis tribus Peritiis in Urbe, prævia Instructione dicti R. P. D. Promotoris Fidei, peractis, omnes fuerunt in sensu = *Constare, Ven. Servam Dei Soror.* Mariam a *Jesu de Agreda scripsisse hispano Idiomate Opus, de quo agitur, in octo Tomos distributum sub titulo,* Mistica Ciudad de Dios =, necnon, si Sanctissimo placuerit, restitui posse Autograhum memorati Operis, cum ejus apographum, accuratissimè compulsatum, existat in Processu Informativo, asservato in Actis Sacræ Congregationis. Die 7. Maji 1757.

Facta deinde per me Secretarium de prædictis relatione Sanctissimo, Sanctitas Sua benignè adprobavit resolutionem Sacræ Congregationis, necnon restitui mandavit Eminentissimo Domino Cardinali Portocarrero Autographum dicti Operis Mysticæ Civitatis Dei, in Hispanias remittendum. Hac die 8. Maji 1757.

D. F. Card. Tamburinus Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

M. Marefuscus Sac. Rit. Congreg. Secretarius.

1757.

1757. 9. Maji. *Præcipitur Terræ S. Patribus, ac Missionariis quibuscumque, ne Mulieres cujuslibet Orientalis Ritus ad Habitum Tertii Ord., aliumve ejusmodi admittant: curent autem omnino, ut admissæ Habitum quamprimùm deponant, communique Regionis veste utantur.*

Decretum S. C. de Propaganda Fide, editum in Congñe generali habita die 9. Maji 1757.

REferente Emõ & Rmõ Dñõ, Dñõ Card. Tamburino Ponente Literas R. P. D. Patriarchæ Catholici Armenorum Ciliciæ, quibus querebatur, Patres Terræ S. plures Mulieres Armenas ad habitum Tertii Ord. admisisse, easque insolita in iis Regionibus veste indutas incedere, aliaque in iisdem Literis planè exposita peragere, unde gravia mala, scandala, & incommoda oriebantur; ideo orabat, ut aliquod opportunum remedium adhiberetur: Emi PP., re mature perpensa, censuerunt, consulendum esse SSmõ, ut præcipiat Patrib. Terræ S., aliisque Religiosis Viris cujuscumque Ordinis, & Instituti, ne Mulieres cujuscumque ritus Orientalis admittant ad habitum Tertii Ord., vel ad alium quemcumque ejusmodi: admissas verò habitum jam receptum quamprimùm deponere, & veste illius Regionis, in qua degunt, communi uti omnino curent, sub pœnis Sanctitati Suæ benevisis.

Facta autem per R.P.D.Nicolaum Antonelli Secretarium SSmõ Dñõ Nostro in Audientia, eodem die habita, de supradictis omnibus relatione, Sanctitas Sua sententiam Sacræ Congr. in omnibus approbavit, eamque servari mandavit sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ, non obstantibus Apostolicis Constitutionibus, Statutis, Consuetudinibus, etiam auctoritate Apostolica confirmatis, aliisque in contrarium quibuscumque.

Datum Romæ die, & anno, quibus supra.
= Vid. & ad d. 17. Januar. 1763.

1757. 10. Maji. *Decreto Sacræ Indicis Congñis quamplurima Opera proscribuntur.*

I. Opera omnia.

Henrici Alting. = Jacobi Alting. = Guilielmi Amesii = Roberti Baronii „ *ex Decr. etiam* 18. *Jan.* 1680. „ = Petri (*seu* Pierre) Bayle. = Baltasaris Bebelii. = Anthoinette Bourignon. = Johannis (*seu* Jean) Claude. = Johannis Crellii. = Johannis Georgii Dorschei. = Martini Geieri. = Johannis Gerhardi „ *ex Decr. etiam* 7. *Febr.* 1718. „ = Johannis Hoornbeek, *seu* Hoornbeeck. = Johannis Henrici Hottingeri. = Petri Jurieu „ *ex Decreto etiam* 14. *Jan.* 1737. „ = Sibrandi Lubberti. = Johannis Mestrezat. = Petri Molinæi (*seu* du Moulin) „ *ex Decr. etiam* 12. *Dec.* 1724. (*alterius Petri Molinæi Opera extant in I. Class. Indicis Trident.*) „ = Piscatoris (Joannis) Argentoratensis. = Andreæ (*seu* André) Rivet. = Abrahami Sculteti. = Friderici Spanhemii „ (*filii nempe alterius Friderici Spanhemii, de quo sub fin. Classis sequentis*), *ex Decretis quoque* 10. *Sept.* 1688., 29. *Maji* 1690., *&* 21. *Aprilis* 1693. „ = Benedicti Turretini. = Francisci Turretini. = Gulielmi Twissi. = Ac Danielis Whitby.

Horum plerorumque Opera quædam jam antea fuerant nominatim damnata: quæ supervacaneum duximus recensere, quòd cuicumque satis abunde futurum sit nosse, nullum penitus eorumdem Opus argumenti cujuslibet esse permissum.

II. Opera omnia, in quibus de Religione agunt,

Valentinus Alberti. „ *Præcesserat damnatio Operis*, Interesse præcipuarum Religionum Christianarum in omnibus articulis, *per Decr.* 12. *Martii* 1703. „

Johannes Henricus Alstedius. „ *Cujus Opera duo scilicet*, Systema Mnemonicum duplex, *atque* Encyclopaedia omnium Scientiarum, *jam olim fuerant proscripta; illud quidem Decreto* 10. *Maji* 1613.; *hoc autem Decreto* 18. *Jun.* 1651. „

Jacobus Basnagius. „ *Cujus jampridem Opera quatuor fuerant sigillatim proscripta. Nimirum I.* Divi Chrysostomi Epistola ad Cæsarium Monachum, cui adjunctæ sunt tres Epistolicæ Dissertationes; prima de Apollinaris Hæresi; secunda de variis Athanasio supposititiis Operibus; tertia adversus Simonium; *Decr.* 21. *Apr.* 1693. II. Histoire de l' Eglise depuis Jesus-Christ jusqu' à present, divisée en quatre parties; *Decr.* 26. *Oct.* 1707. III. Sermons sur divers sujets de Morale, de Theologie, & de l'Histoire sainte To. I., & II.; *Decr.* 15. *Jan.* 1714. IV. Histoire de la Religion des Eglises Reformées To. I., & II.; *Decret.* 5. *Jul.* 1728. „

David Blondellus. „ *Ipsius pariter Opera quædam fuerant ante damnata. Nempe* I. Dissertatio de Jure Plebis in Regimine Ecclesiastico; *Decr.* 10. *Jun.* 1658. *II.* Pseudo-Isidorus, & Turrianus vapulantes; seu Editio, & censura nova Epistolarum, quas Urbis Romæ Præsulibus a B. Clemente ad Siricium Isidorus Mercator supposuit; *Decr.* 4. *Jul.* 1661. *Idem Opus aliter inscriptum, videlicet*, Epistolarum Decretalium, quæ vetustissimis Pontificibus Romanis tribuuntur, Examen per D.B.C.; *Decr. eodem. III.* Actes authentiques des Eglises Reformées de France, Germanie Grande Brettagne, Pologne, Hongrie, Pais Bas; *Decr.* 4. *Maji* 1709. „

Johannes Botsaccus. „ *Ejusdem* Promptuarium allegoriarum, tributum in Centurias 18., & supra, *prohibitum fuerat Decr.* 10. *Jun.* 1654. „

Hermannus Conringius. „ *Cujus* de Imperii Germanici Republica Acroamata sex Historico-Politica, *prohibita fuerant Decr.* 13. *Nov.* 1662. *Itemque Opus* de Finibus Imperii Germanici, *aliudque* De Pace civili inter Imperii Ordines religione dissidentes perpetuò conservanda, *proscripta fuerant Decr.* 14. *Apr.* 1682. „

Christianus Kortholtus: „ *cum jam Decr.* 17. *Nov.* 1664. *damnatus fuisset ipsius* Valerianus Confessor, hoc est solida demonstratio, quod Ecclesia Romana non sit vera Christi Ecclesia „.

Melchior Leideckerus, seu Leydekkerus. „ Medulla *autem* Theologiæ, concinnata ex scriptis Gisberti Voetii, Joh. Hoornbeeck, Andreæ Essenii, *proscripta jam fuerat Decreto* 3. *Apr.* 1685. „

Jacobus (*seu* Jacques) Lenfant. „ *Cujus tria nominatim Opera fuerant prohibita. Videlicet*, Histoire du Concile de Constance, *Decreto* 7. *Feb.* 1718. Histoire *autem* du Concile de Pise, *&* Histoire de la guerre des Hussites, & du Concile de Basle, *hoc ipso Decreto* 10. *Maji* 1757., *una cum cæteris ejusdem Operibus de Religione tractantibus* „.

Johannes Adamus Osiander. „ *Ejusdem* Systema Theologicum, seu Theologia positiva acroamatica in 4. partes distincta, *fuerat specialim proscripta Decr.* 31. *Mart.* 1681. „

Johannes Henricus Ottius, *seu* Otto. „ Epitome au-

autem Tractatus Gallicaoi, cui titulus, La Grandeur de l' Eglise Romaine, demonstrans auctoritatem Ecclesiæ Romanæ fundatam super Petro, & Paulo, tamquam uno Ecclesiæ Capite; *damnata nominatim fuerat Decreto* 20. *Nov.* 1663. *Itemque Decreto* 30. *Iul.* 1678. *ipsius* Examen perpetuum Historico-Theologicum in Annales Cæsaris Baronii Card. „

Guilielmus Perkinsus, *seu* Perkinsius: „ *cum jam olim damnatum speciatim fuisset ejus* Problema de Romanæ Fidei ementito Catholicismo, *per Decr.* 30. *Ian.* 1610. „

Christophorus Matthaus Pfaffius. „ *Inter cujus Opera extant duo illa, Decreto* 21. *Jan.* 1721. *jam nominatim proscripta*: scilicet, S. Irenæi Episc. Lugdunensis Fragmenta anecdota cum notis, & duabus Dissertationibus de oblatione, & consecratione Eucharistiæ; *ac* Primitiæ Tubingenses, Pars prior, & posterior. *Ut omittam Institutiones, de quibus supr. ad diem* 11. *Mart.* 1754. „

Johannes la Placete, *seu* Placette. „ Observationes *porrò* Historico-Ecclesiasticæ, quibus eruitur veteris Ecclesiæ sensus circa Pontificis Romani potestatem in definiendis Fidei rebus, *prohibitæ jam fuerant particulari Decreto* 4. *Mart.* 1709. „

Fridericus Spanhemius. „ *Decreta autem* 19. *Aug.* 1690. *proscripta singulatim fuerunt Opera hæc*: *I* Exercitationes de Gratia universali: *II.* Continuatio Exercitationum de Gratia universali: *III.* Erotemata L. pro Gratia universali expensa, & discussa: *IV.* Anterotemata C., opposita universalis Gratiæ defensori. „

Johannes Alphonsus Turretinus. „ *Cujus Opus inscriptum*, In Pauli Apostoli ad Romanos Epistolæ capita XI. Prælectiones Criticæ Theologicæ, *prohibitum speciatim fuit Decreto* 11. *Sept.* 1750. „

Certa quorumdam Opera.

Bibliotheca Fratrum Polonorum.

Bibliotheca Historico-Philologico-Theologica Bremensis „ *Decreto etiam* 2. *Sept.* 1727. „

Bibliotheque Brittanique, ou Histoire des Ouvrages des Savans de la Grande-Bretagne.

Bibliotheque Germanique, ou Histoire litteraire de l' Allemagne, et des Pays du Nord.

Bibliotheque Raisonnée des Ouvrages des Savans de l' Europe; „ *jam proscripta simul cum duabus præcedentibus Bibliothecis per Decr.* 28. *Iul.* 1742. „

Ceremonies, & coutumes religieuses de tous les Peuples du Monde, representées par des figures dessinées de la main de Bernard Picard, avec une explication historique, & quelques Dissertations curieuses. „ *Contra quod Opus jam extabant Decreta* 28. *Iul.* 1738., *ac* 13. *Apr.* 1739. „

Ludovici Ellies Dupin Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Ecclesiastiques, contenant l'Histoire de leur vie, le catalogue, la critique, & la chronologie de leurs Ouvrages. „ *Quod Opus jam fuerat proscriptioni subjectum Decr.* 1. *Iul.* 1693. *Ac præterea Opera alia aliis Annis. Videlicet I.* De antiqua Ecclesiæ Disciplina Dissertationes Historicæ; *Brevi Innoc. XI.* 22. *Ian.* 1688.; *II.* Traité de la Doctrine Chretienne, & Orthodoxe, dans le quel les veritez de la Religion sont établies sur l' Ecriture, & sur la Tradition; *Decr.* 11. *Mar.* 1704.; *III.* Veteres figuras adimplenti, Quæstio Theologica, Quis venit legem adimplere? Theses, quas tueri conabitur Joannes Nicolaus Guillaume die 4. Maji 1719.; *Decr.* 29. *Iul.* 1722.; *IV.* Histoire du Concile de Trente, & des choses, qui se sont passées en Europe touchant la Religion depuis la convocation de ce Concile jusqu' à sa fin.; *Decr.* 4. *Dec.* 1725.: *Ac demum V.* Tractatus Theologico-Philosophicus de Veritate, & Methodus Studii Theologici rectè instituendi; Præfationem de vita, fatis, & scriptis Dupinii præmisit Joannes Frickius; *Decreto* 28. *Iul.* 1742. „

L' Evesque de Cour opposé à l' Evesque Apostolique, Second Entretien, III., IV., V., & VI. „ *Quæ quinque reliquæ Operis Partes jam fuerant quondam prohibitæ Decreto* 4. *Decemb.* 1674. *simul cum prima Parte inscripta*, Premier Entretien sur l' Ordonnance de Mr. l' Evesque d' Amiens contre la traduction du Nouveau Testament en François imprimé à Mons. „

Hugonis Grotii Opera omnia Theologica in tres Tomos divisa. „ *Præcesserant Decreta alia. Nam tria ejusdem Opera, I.* Apologeticus eorum, qui Hollandiæ, Westfrisiæque præfuerunt; *II.* De Jure belli, ac pacis libri tres; *III.* Poemata collecta, & edita a Gulielmo Grotio fratre; *prohibita, inquam, hæc tria fuerunt Decr.* 4. *Febr.* 1627. (*tres tamen libri* de Jure belli *&c.*, *cum clausula*, Donec corrigantur). *Opus autem* De imperio summarum potestatum circa Sacra; *Decr.* 10. *Jun* 1658. Annales, & Historiæ de rebus Belgicis, simulque Dissertationes de Studiis instituendis; *Decr.* 4. *Iul.* 1661. *Denique* Traité du pouvoir du Magistrat politique sur les choses sacrées, traduit du latin., *Decr.* 22. *Aug.* 1753. „

Thomæ Ittigii Historiæ Ecclesiasticæ secundi a Christo nato seculi selecta capita. „ *Cujus Operis prima pars, videlicet*, Historiæ Ecclesiasticæ primi a Christo nato seculi selecta capita, *fuerat ante prohibita Decreto* 15. *Ian.* 1714., *simul cum* Dissertatione De Hæresiarchis ævi Apostolici, & Apostolico proximi, *& cum* Bibliotheca Patrum Apostolicorum Græco-Latina. „

Nouvelles Ecclesiastiques, ou Memoires pour servir à l' histoire de la Constitution Unigenitus: „ *Opus jam proscriptum Decr.* 28. *Iul.* 1742. „

Suite des Nouvelles Ecclesiastiques du 20. Fevrier 1740., 10. Juin 1740., 10. Mars 1741., et reliquorum annorum. „ *Præiverant Decreta* 19. *April.* 1740., *&* 6. *Iul.* 1741. „

Joannis Baptistæ Thiers Traité des Superstitions. „ *Qui Tractatus fuerat jam prohibitus Decr.* 12. *Mart.* 1703.; *uti etiam Decreto* 23. *Mart.* 1672. *Opus aliud*, De Festorum dierum imminutione, donec corrigatur. „

Jacobi Augusti Thuani Historiarum sui temporis libri 138. ab An. 1543. ad An. 1607. „ *quondam etiam prohibiti Decr.* 9. *Nov.* 1609. „

= Opera isthæc universa, in Decreto illo 10. Maji = contenta, in tres Classes, ut supra, distribui ad = majorem claritatem, memoriæque subsidium. Ad = majorem quoque utilitatem, commodumque lectorum attexui, siquæ erant, anteriora alia Decreta, = insuperque, in duabus postremis Classibus, Opera alia eorumdem Scriptorum, jam antea peculiaribus itidem Decretis prohibita. Additiones autem = hujusmodi notavimus binis incisis, seu virgulis, = initio, & in fine positis.

= Porro *prohibitionis*, *proscriptionis*, *damnationis* verbum non semper de proscriptione nova intelligendum est; sed imò sæpe de declaratione, sive denunciatione proscriptionis, qua pridem Opera multa = erant affecta; quippequæ in generalibus Indicis = Regulis jam continebantur, ideoque jam erant re = ipsa quibuscumque prohibita. Vid. infr. ad diem 13. = Decembr.

1757.

1757. 10. Maji. *PP. Ministris Gen. alius ex altera Familia tribuitur Secretarius: simulque statuitur, ex quibus Ordinis Cœtibus assumi debeant tum singuli ex quatuor Secretariis eorumdem; tum Secretarii duo PP. Commissariorum Gen. Transmontanæ Familiæ.*

BENEDICTUS PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Clemens a Panormo totius Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Minister Generalis, quod ipse utens facultate sibi a Nobis concessa, quartum elegit Secretarium Generalem, ac decrevit, ut futuris etiam temporibus quatuor Secretarii a Ministris Generalibus dicti Ordinis pro tempore existentibus assumantur, duo nimirum ex Fratribus de Observantia, & duo ex Fratribus Reformatis dicti Ordinis; Commissarius vero Generalis utriusque Familiæ, ex Observantibus unum, alterum ex Reformatis Fratribus præfatis assumat; suumque præterea Decretum ea super re cônfectum, & electionem factam dilectis itidem filiis Discretorio Generali, seu Discretis Generalibus in almâ Urbe Nostra commorantibus opportunum esse communicandum, prout censuit communicare; qui omnes prompto, ac hilari animo supradicta excipientes, unanimi etiam calculo adprobarunt, utpote Ministris Generalibus pro faciliori negotiorum expeditione necessaris, ac ad stabiliendam justitiam distributivam inter utramque Familiam, & Nationes, quibus Ordo præfatus coalescit, apprimè consentanea; tenor autem dicti Decreti est, qui sequitur, videlicet =

„ Cum Rmus Pater Minister Generalis Clemens „ a Panormo ex Hispania rediens Romam pervenisset, ibique seriù in disponendis Ordinis negotiis incubuisset, ac maturius Religionis commodis, præcipuè in amplissimis curis utramque „ Familiam Cismontanam, & Ultramontanam concernentibus intendisset; sequentem Supplicem Libellum die III. Aprilis MDCCLVII. præsentavit „ SSmo Domino Nostro Benedicto XIV. videlicet =

„ Foris = Alla Santità di Nostro Signore Benedetto XIV. =

„ Ad calcem = Per il Padre Generale di tutto „ l'Ordine di San Francesco =

„ Intus = Beatissime Pater = Frater Clemens a „ Panormo Minister Generalis totius Ordinis S Francisci ad pedes Sanctitatis Vestræ provolutus humillime exponit, sibi a Constitutionibus Ordinis, „ & a consuetudine concessum esse pro negotiorum „ ejusdem Ordinis expeditione tres Secretarios habere; „ videlicet, pro Cismontana Familia duos, alterum „ ex Observantibus, alterum ex Reformatis; & „ prò Ultramontana unum tantùm, vel ex Observantibus, vel ex Reformatis assumendum. At „ quoniam experientia compertum est, in tam amplo, & ubique locorum diffuso Ordine, unico „ dumtaxat Secretario operam præstante, vix, aut „ ne vix quidem omnia Ultramontanæ Familiæ negotia expediri posse, hine obsequentissimus Orator „ humillimè supplicat S.V., ut sibi facultatem indulgere dignetur, duos etiam ex tota Ultramontana Familia, & ex diversis Nationibus in illa constitutis „ assumendi Secretarios, unum ex Observantibus, alterum ex Reformatis, quemadmodum totidem habet „ pro Cismontana. Quæ sanè provisio, utpotè æquitati, ac rationi quammaximè consentanea, effectum „ sortiri debeat in utraque Familia futuris etiam temporibus; ita ut Minister Generalis pro tempore existens, ubicumque commoretur, præfatos quatuor „ Secretarios Generales habeat, qui favoribus, & privilegiis gaudeant, Secretariis Generalibus Ordinis per „ Constitutiones sancitis. Commissarius verò Generalis paritar habeat Secretarios etiam in Ultramontana „ Familia ex Observantibus unum, alterum ex Reformatis, quemadmodum pro Familia Cismontana jam „ pridem cautum est, & exequutioni mandatum: Et „ pro gratia &c. =

„ Cui petitioni gratiosè annuens idem Sanctissimus, per speciale rescriptum sequenti die respondens, rem totam arbitrio ejusdem Rmi Patris „ Generalis cum facultatibus necessariis instituendam „ commisit, ut sequitur =

„ Ex audientia Sanctissimi die IV. Aprilis MDCCLVII. = „ Sanctissimus, attentis expositis, rem totam remisit arbitrio ejusdem Ministri Generalis, cum „ facultatibus, ad intus enunciatum effectum necessariis, & opportunis. Non obstantibus Constitutionibus Ordinis, ejusque consuetudine, aliisque „ contrariis quibuscumque. = J. C. Boschi Secretarius.

„ Quapropter Rmus Pater Clemens a Panormo „ Minister Generalis prædictus, Apostolicis facultatibus in casu specialiter communicatis fultus, „ mandat, imposterum servari hunc ordinem in Secretariis Generalibus assumendis tam a Ministris „ Generalibus, quam a Commissariis Generalibus „ respectivè in utraque Familia Cismontana, & Ultramontana; quod Decretum, ab ipsomet exequutum, & in speciali Discretorio Generali propositum, & approbatum, in Chronologia apponendum, & in Actis mox celebrati Generalis Capituli „ Murciensis registrandum mandavit; scilicet =

„ Quilibet Minister Generalis pro tempore existens, „ ubicumque commoretur, semper quatuor Secretarios Generales habeat; nempe duos Cismontanos, unum ex Observantia, alterum ex Reformatis; & duos Ultramontanos, itidem ex Observantia unum, & ex Reformatis alterum; qui „ omnes favoribus, gradibus, privilegiis, ac titulis „ gaudeant. quibus Secretarii Generales Ordinis per „ generales Constitutiones potiri sancitum est: Commissarios verò Generalis etiam in Ultramontana „ Familia, sicut & in Cismontana Familia jam pridem cautum est, duos pariter habeat Secretarios, „ ex Observantia unum, alterum ex Reformatis assumendos; qui pariter omnibus gaudeant privilegiis, quibus hujusmodi Secretarii Commissarii „ Generalis per Ordinis Constitutiones gaudere consueverunt. Et ita imposterum observandum esse „ decrevit. Non obstantibus in contrarium quibuscumque Constitutionibus, ac consuetudinibus &c.

„ Datum Romæ ex hoc nostro Aracælitano Conventu die V. Aprilis MDCCLVII.

„ Fr. Clemens de Panormo Minister Generalis.

„ Loco ✠ Sigilli.

„ *De mandato Rmi in Christo Patris.*

„ Fr. Vincentius Scutari Ex-Definitor Generalis, „ & Secretarius Generalis Ordinis.

„ Quod

„ Quod quidem Decretum, expositum, ac lectum coram Pstribus Reverendissimi Discretorii Generalis Rnmæ existentis, fuit ab iisdem approbatum, & in Acta Ordinis redigendum censueruut. Unde se omnes subscripsere. Hac die xix. Aprilis MDCCLVII. in Conventu Aracælitano.

„ Frster Clemens de Panormo Minister Generalis.

„ Fr. Rsphael a Lugagnano Discretus perpetuus.

„ Fr. Carolus Maria Perusious Procurator Generalis Ordinis.

„ Fr. Joseph Torrubia Commissarius Generalis Curiæ.

„ Fr. Carolus a Golleono Procurator Generslis Reformatorum.

„ Fr. Cajetanus Maria a Syrscusis Definitor Generalis.

„ Fr. Philippus a Podiomyrteto Definitnr Generalis.

„ Fr. Benedictus Maria de Florentia Definitor Generalis subrogatus.

„ Loco ✠ Sigilli.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, firmiora sint, & serventur exactius illa, quæ Apostolici muniminis præsidio roborantur; Nobis propterea dictus Clemens Minister Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, &, ut infra, indulgere de benignitste Apostolica dignaremur. Nns igitur ipsum Clementem Ministrum Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicstinnis, *&c.* absolventes, & sbsolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertum ejusdem Clementis Ministri Generalis Decretum, vigore sibi a Nobis attributæ facultatis editum, & a Discretis præfatis (ut præfertur) approbstum, cum omnibus, & singulis in eo contentis, & expressis, auctoritste Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; ac omnes, & siogulos juris, & facti defectus, si qui desuper intervenerint, quomodolibet supplemus. Decernentes, easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit, inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoqusm quavis auctoritste scienter, vel ignoranter cnntigerit attentsri. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostnlica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet cooncessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum has vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majnrem sub Annulo Piscatoris die x. Maji MDCCLVII. Pontificatus Nostri Anno decimo septimo.

Pro Domioo Cardinali Passioneo
Joannes Floriu Substitutus.

Chronol. Seraph.

= P. Commissario Gen. tum Ultramontano, tum Cismontano unum tantummodo a Secretis Statuta dederant. Deinde verò „ *pro multitudine negotiorum Provinciarum Reformatarum Cismontanæ Familiæ* „ Capitulum Gen. Roman. 1664. sssignandum jussit P. Commissario Cismontsno „ *alium Secretarium Reformatum* „ (Tit. *Pro Cism. Fam.* n. 5.).

= Itidemque P. Commissario Ultramontano Congregatio Gen. Tolet. 1673. „ *attenta amplitudine illius Familiæ, ac multitudine negotiorum* „ alterum constituit a Secretis (Tit. *Pro ista Famil.* n. 11.): At verò quod ex his duobus Secretsriis alter esse deberet de Regulari, alter de Strictiori Observantia, nempe Discalcestus, vel Recollectus; id expressè nec in Congregatione illa Toletana, nec in aliis deinceps Generalib. Comitiis præscriptum fuerat: id quod modò ex meote prædicti Capituli 1664., rationi, ac distributivæ justitiæ consona, in suprascriptis Litteris statutum est.

= Quod attinet ad P. Ministrum Gen. Ordinis; Statuta Salmanticen. 1553., Vallisolet. 1593., Ssgovien. 1621. (Chronol. Ser. Tom. I. p. 301. col. 2. ante med., p. 431. col. 1., p. 647. col. 1. circa med.), ac præteres S. Pius V. (Const. *Pastoralis Officii* 28. Maji 1571. §. 8., apud Orb. Ser. Tom. 1. p. 44. col. 1.), duos duntaxat Ministro Gen. Secretarios tribuunt, unum ex Ultramontana, alterum ex Cismontana Familia, Ministri *ejusdem arbitrio delectos*.

= Vallisoletsna ante dicta (loc. cit.) concedunt quidem, ut tertium Secretarium „ *etiam eligere possit* „; sed „ *ex ea Familia, quam actu visitat* „ (quò spectant verba illa „ *ubicumque commoretur* „ quæ leguntur in Decreto P. Ministri Gen. Clementis, Pontificiis Literis supra relatis inserto).

= Postea verò concessus fuit PP. Ministris Gen., extra Visitstionem quoque, a Capitulo Gen. Vallisolet. 1670. peculiaris Secretarius Linguarum (Tit. *Pro utraq. Fam.* n. 3.). Qui tamen tertius Secretarius fuit paullò post omninò sublatus; id jubentibus Anno 1676. Barberino Card. Protectore tam sua, quàm Sacræ Coogr. authoritate, & mox Statutis Capituli Gen. Romani eodem Anno 1676. hsbiti, a V. Innocentio XI. in forma specifica coofirmatis, in Tit. *Pro utraque Familia* (Orb. Ser. To. I. lib. 3. c. 25. n. 6. post med., ac To. ult. p. 217. col. 2. post med., & Perus. Par. I. p. 172. col. 1. sub fin.).

= Verùm, concedente postmodum, licèt sub nonnullis limitationibus, Capitulo Gen. Victorien. 1694., & Romsn. 1700., ut S. Sedi hoc super negocio supplicaretur; tertius ille Secretarius a Summo Pont. Clemente XI. per Emum Spada Protectorem arbitrio Ministrorum Generalium relictus est (Perus. ib. p. 366. n. 65., p. 469. n. 45., & p. 485.).

= Hinc factum deinde, ut consueverint PP. Ministri Generales deligere Secretarios duos ex Fsmilia sus, & quidem (ad mentem supradicti Capituli Gen. 1664.) unum ex Regulari, alterum e Strictiori Observantia; tertium verò ex Fsmilia altera.

= Huic nunc in relatis Literis alter adjungitur: simulque, juxta mentem ipsius modò laudati Capituli, decernitur, ut circa hos duos quoque Secretarios ex Familia altera, æquè ac circa duos priores ex Ministri Generalis Familis, eadem justitia distributiva servetur.

= Hæc animsdvertenda duximus ad germanam,

= plenamque intelligentiam Apostolici Brevis, Decre- = uque eidem inserti.

= 1757. 13. Jun. = Decretum, a Sacra Indicis = Congñe hoc die conditum, habet, quod sacro- = rum „ *Bibliorum versiones vulgari lingua, si fue- = rint ab Apostolica Sede approbatæ, aut editæ cum = annotationibus desumptis ex Sanctis Ecclesiæ Patri- = bus, vel ex doctis, Catholicisque viris, concedun- = tur* „. Decretum hoc in novissimo Indice Li- = brorum prohibitorum (jussu Benedicti XIV. re- = cognito, vulgatoque sequenti Anno 1758.) addi- = tum fuit ad *Observationem in Regulam IV.* Indicis = Tridentini a Pio IV. approbati, & a Sixto V. = aucti.

= Ceterum in *Observatione* eadem (illi Regulæ IV. = jubente Clemente VIII., adjecta) animadvertitur, = quod facultas, quondam tributa per eam Regulam = Episcopis, & Inquisitoribus, atque etiam Regu- = laribus Prælatis quoad Religiosos sibi subjectos = (concedendi nempe licentiam emendi, legendi, = vel retinendi Biblia vulgaria, aut partes ipsius = Sac. Scripturæ tam novi, quam veteris Testamen- = ti in quodcumque vulgare idioma versas), jam = antea iisdem omnibus adempta fuerat mandato, = & usu S. Romanæ, & Universalis Inquisitionis.

= Itaque, ad præscriptum Observationis hujus, = aut Versiones hujusmodi emi, legi, retineri pos- = sunt sine licentia, si nempe vel a S. Sede appro- = batæ, vel editæ cum annotationibus fuerint, juxta = tà Decretum Sac. Congñis Indicis supra relatum; = aut ex ipsamet Apostolica Sede impetranda li- = centia est.

= Consuli super hoc argumento possunt Benedi- = ctus XIV. (de Synod. Diœces. Lib. 6. c. 10. Edit. = Rom. 1755.), P. Ubaldus Giraldi (Expos. Jur. = Pont. noviss. Par. 2. sect. 2. p. 811. & seqq. = Edit. Rom. 1769.), &, quem ipse Giraldius = meritò laudat, insignis Romanæ hujus Observ. = Provinciæ Alumnus, Sacrar. Congñum Rit., & = Indic. Consultor, S. Rom. & Univ. Inquisitionis = Qualificator, nostræque Cismontanæ Familiæ ab = Ann. 1703. ad 1706. Commissarius Generalis, = P. Joannes Antonius Panormitanus (Scrutinium = doctrinar., qualificandis Assertionib., Thesib., at- = que Libris conducentium, Cap. 7. art. 2. n. 12. & = seqq. p. 425. & seqq.).

= 1757. 13. Jun. = Ab ead. Sacra Indicis Congñe = prohibita fuerunt ead. die 13. Jun. „ *Georgii Bul- = li Opera omnia, donec corrigantur* „. Ac præte- = rea „ *Danielis Papebrochii Conatus Chronico-Histo- = ricus ad Catalogum Rom. Pontificum, Pars I., & = II.* „: quod Papebrochii Opus (ut in Decreto = additur) „ *non permittitur, nisi expunctis Historiis = Conclavium pro electione Rom. Pontificum* „.

= Præcesserat jam circa omnia Bulli Opera De- = cretum 13. Apr. 1739.; & circa illud Papebrochii = Opus Decretum 22. Dec. 1700.

1757. 15. Jun. *Extincta Bosniæ Argentinæ Provincia, nova Provincia S. Jo. a Capistrano, & Custodia S. Crucis Bosnæ Argentinæ eriguntur.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

AD Regularis Disciplinæ observantiam, in iis præsertim Religiosorum virorum Institutis, in quibus juxta primævam institutionem, Domino benedicente, viget, retinendam, conservandam, adaugendamque, quantum conferat non modo minorum, majorumque Superiorum præsentia, verum Provinciarum etiam sapientissime excogitata divisio, diuturni temporis, rerumque experientia edocti tam Romani Pontifices Prædecessores Nostri, quam ipsi Regularium Ordinum Rectores, insimul adlaborarunt, ut eum Conventus ejusdem Ordinis multiplicari, & crescere perspexissent, alii invicem uniti ab aliis unà simul junctis separati, etsi omnes, & singuli sub uno Generali Capite positi, diversis tamen Provinciarum Rectoribus habita ratione gubernarentur. Hæc serio considerans dilectus Filius Clemens a Panormo Minister General. Ordin. Fratr. Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, ad iteratas preces dilectorum Filiorum Fratrum, & Missionariorum Provinciæ Bosnæ Argentinæ ejusdem Ordinis, Capitulis Generalibus factas, utens facultatibus sibi ratione sui Muneris competentibus, & a Nobis præcipuè attributis, antiquam Provinciam, *Bosnæ Argentinæ* hactenus nuncupatam, suppressit, extinxit, & abolevit, & ex Provincia sic suppressa unam Custodiam, nuncupandam *Sanctæ Crucis Bosnæ Argentinæ*, ab uno Custode, & duobus Definitoribus perpetuo gubernandam, assignatis Conventibus, Hospitiis, ac Residentiis, & Parœciis; ex reliquis vero Conventibus, & Residentiis novam Provinciam, *S. Joannis a Capistrano* appellandam, per Ministrum Provincialem, Custodem, & quatuor Definitores perpetuo regendam, erexit, & constituit, prout continetur in ejusdem Clementis Ministri Generalis patentibus Litteris tenoris sequentis; videlicet:

„ FR. CLEMENS A PANORMO

„ Lector Jubilatus, Catholicæ Majestatis in Regali „ Matritensi Congressu pro Immaculata Con- „ ceptione Theologus, ac totius Seraphici „ Ordinis S. P. N. Francisci Minister Gene- „ ralis, Commissarius, Visitator Apo- „ stolicus, & humilis in Domino „ Servus.

„ CUm pro parte Fratrum, ac Missionariorum „ Observantium Bosnæ Argentinæ, præter quam- „ plures in Ordine, atque etiam in duobus ultimis „ Generalibus Comitiis, Vallisoletano scilicet an- „ ni 1740., & Murciano similiter anni proxime „ præteriti 1756., iteratas instantias, novissime „ apud SS. D. N. D. Benedictum XIV. Pontificem „ Maximum humiliter supplicatum fuerit pro divi- „ sione trium Conventuum, seu Hospitiorum, „ aliarumque Residentiarum, ac Parœciarum, sub „ Dominio Otthomano existentium, a reliquis „ Conventibus, Hospitiis, ac Residentiis pariter „ exi-

„ existentibus in partibus Sclsvoniæ, Sirmii, & Hungariæ, cum quibus hactenus constituerunt, & nunc quoque constituunt unam, eamdemque Provinciam, *Bosnæ Argentinæ* nuncupstsm: Cumque in supplici libello, pro parte ipsorum Sanctitati Suæ oblato, nonnullæ ad hunc effectum rstiones addncsntur, præsertim vero nimia suorum respective Conventuum, Hospitiorum, ac Residentiarum distsntia ab illis, io quibus Ministri Provinciales pro tempore residere solent, & in memoratis Christianitatis partibus siti sunt; Unde fit, quod nec Fratres prædicti, ac Missionarii Bosnenses pro suis, suarumque Regularinm Domorum indigentiis Superiorem Provincialem adire, nec ipse Superior Provincialis eosdem Missionarios, & Domos juxta Apostolicas, nostrique Ordinis Ssnctiones visitare, atque obvenientibus in dies necessitatibus de opportunis remediis, quatenus opna sit, providere queat; sttentis maxime gravissimis incommodis, vitæque periculis occasione commigrationum hujusmodi passim occurrentibus, tum propter dintinas, ac fastidiosas ad Savum Fluvium, quas vocant, contumacias, vel per 20., vel etiam per 40. dies necessario faciendas; tum etism ob Turcarum suspiciones, a quibus veluti Christianorum Exploratores intolerabilibus vaniis, stque expensis, carceribus quoque, ac verberibus non raro afficiantur: Hinc est, quod idem Sanctissimus D. N., peculiaribus iis facti circumstantiis perpensis, Oratorum precibus benigne anouendo, peculiari suo Rescripto sub Dat. 23. Maji anni præsentis 1757. facultates omnes necessarias, atque opportunas Nobis contulerit, ut, veris existentibus expositis, divisionem istsm pro nostro arbitrio, & prudentia perficeremus.

„ Nos itaque Fratrum Nobis concreditorum commodo, quantum in Domino possumus, providere volentes, mature discusso, & exsminato negotio, legitimisque documentis de veritate rationum desuper expositarum certiores effecti, non contradicentibus præsertim actuali Provinciali Ministro, gravioribusque totius Provinciæ Patribus; authoritate Ministeriatus nostri ordinaris, ac etism Apostolics Nobis concessa per Litteras in forma Brevis, incipien. = In specula = sub Dat. 6. Decembris 1756., & in hac parte per memoratum, ut supra, Rescriptum specialius confirmata; ad tollendas dissensiones, lites, aliaque incommoda, quæ in divisionibus hujusmodi evenire solent, præfatam Provinciam, *Bosnæ Argentinæ* hactenus nuncupatam, supprimimus, extinguimus, & abolemus, atque extinctam, suppressam, & abolitam declsramus.

„ Tres vero Conventus, videlicet *S. Spiritus* Foiniczæ, *S. Catharinæ* Cressevi, *S. Ioannis Baptistæ* Sutisczæ; necnon sex Hospitia, *S. Michaelis Archangeli* Varesii, *B. Virginis in Cœlos Assumptæ* Trauniki, *Nativitatis B. Mariæ Virginis* Sarævi, *S. Michaelis Archangeli* Ivanskæ, *S. Petri* Salinarum, *S. Ioannis Baptistæ* Jaiczæ, cum aliis omnibus Residentiis, & Parœciis, ac omnibus etiam Patribus, Fratribus, ac Missionariis Bosnensibus, sub Otthomano Dominio existentibus, qni omnes in numero centum & quinquaginta circiter esse perhibentur, in novam Custodism erigimus, *Sanctæ Crucis Bosnæ Argentinæ* nuncupandsm, & ab uno Custode cum duobus Diffinitoribus perpetuo gubernandsm: Qui quidem Custos, & Diffinitores singulis trienniis eligendi erunt a decedentibus Custode, & Diffinitoribus, cum Guardianis, in Capitulari Congregatione, præsidente in ea Commissario Visitatore per Superiorem Generalem pro tempore deputando. Hujusmodi autem Custodi peculiare Signum, seu Sigillum cum Imagine SS. Crucifixi attribuimus, hac epigraphe adjecta = *Sigillum R. P. Custodis S. Crucis Bosnæ Argentinæ* =. Et nihilominus dictam electionem pro hac prima vice Nobis reservantes, in Custodem eligimns, & declaramns P. Marcum Dobretich Prædicatorem, Lectorem Theologum, & Bosnensis Nationis Venetiis Confessarium: In Diffinitores P. Thomam Miletich Lectorem, Prædicatorem, ac Missionarium, necnon P. Franciscum Bogdanovich Prædicatorem, Lectorem Theologum, & ex-Magistrum Novitiorum; dispensantes cum eis, & eorum quolibet, quatenus in præfata Custodia munus Missionarii, vel Parochi, aut Secretarii penes Vicarium Apostolicum non exercuerint, ad normam Decreti Sacræ Congregationis de Propaganda Fide anni 1750., cui Sanctitas Sus speciali pariter Rescripto sub die 5. Junii 1757., Nobisque directo, pro hac vice, & sd præindicatum effectum tantum derogavit.

„ Pro parte vero Sclavoniæ, Sirmii, & Hungariæ, cum, præter quatuor Residentiss, 22. Conventus ibidem reperiantur, sc Patres, & Fratres insuper numero 600., & amplius numerentur; pari suthoritate, sc ratione novam Provinciam erigimus, & constituimus, *S. Ioannis a Capistrano* appellandam, per Ministrum Provincialem, Custodem, & quatuor Diffinitores, eo prorsus modo, ac forma regendam, quibus seliquæ omnes Ordinis nostri Provinciæ reguntur, & gubernantur. Peculiare autem Signum, sut Sigillum Ministri Provincialis, sic de novo instituti, expressum deinceps erit cum Imagine S. Joannis a Capistrano, atque epigraphe = *Sigillum A. R. P. Ministri Provincialis Provinciæ S. Joannis a Capistrano* =. Præterea eidem Provinciæ sic de novo erectæ pro hac prims vice in Ministrum eligimus, & nominamus R. P. Philippum Penich a Valcovarino Prædicstorem, Lectorem Generalem, & Theologum Celsissimi Ducis Odescalchi io Ducstu Sirmiensi; In Custodem P. Emericum a Quinque Ecclesiis Lectorem Sexennslem, & sctualem Guardisnum Conventus Petrovaradiensis; In Diffinitores P. Josephum Blagoe Prædicatorem, Lectorem Theologum, & actualem Guardianum Conventus Essekiensis, P. Laurentium Dogich Lectorem, Prædicatorem, & Guardisnum Emeritum, P. Andresm Stevner Lectorem, Prædicatorem, Capellanum Emeritum S. C. M., & actualem Guardianum Conventus Aradiensis, & P. Hieronymum Bachich Prædicatorem, & actualem Lectorem S. Theologiæ.

„ Hac sutem divisione, ut præfertur, a Nobis constituta, tam Custodi, ac duobus Diffinitoribus ex nna, quam Ministro Provinciali, Custodi, & qustuor Diffinitoribus ex sltera parte, omnia, & singuls privilegis, prærogativss, atque honores ab omnibus deferri volumus, quibus sliarum Provinciarum, & Custodiarum respective Ministri, Custodes, & Diffinitores de jure, consuetudine, aut alias quomodolibet gaudent, vel gaudere solent: Præcipientes omnibus, & singulis novarum harum Provinciæ, & Custodiæ Patribus, & Fratribus, aliisque nostris Subditis, ad quos pertinet, & quomodolibet pertinere poterit, ut eosdem tamquam tales s No-

„ bis nominatos, electos, ac declaratos recognoscant, atque in omnibus, quæ non sunt contra Animam suam, & Regulam nostram, pareant, & obtemperent.

„ Ut autem pax, & concordia inter novas hujusmodi Provinciam, & Custodiam firmius subsistat, ac inviolabilius servetur, volumus, & mandamus, ut utriusque partis Religiosi, tam Superiores, quam Subditi, suorum Conventuum, Hospitiorum, Residentiarum, ac Parœciarum, quas Bosnenses quidem in Bosna, Sclavoni autem, Sirmienses, & Hungari in suis respective partibus nunc possident, omnino contenti sint; nec in futurum, quocumque tempore, val quovis motivo, aut titulo, una pars aliam impetere, aut quomodolibet molestare audeat; Nullusque Fratrum prædictorum de Custodia in Provinciam, & e contra de Provincia in Custodiam transitum petere, atque obtinere valeat, nisi servatis legibus pro transitu de una ad aliam Provinciam in Constitutionibus Ordinis contentis, & expressis.

„ Denique ne negotium istud, a tanto tempore, tantisque instantiis expetitum, ob unius, vel alterius forsitan inquietum animum vel minimùm retardetur, omnibus, & singulis Religiosis, Superioribus, & Subditis, Nobis subjectis, in hac re interesse habentibus, vel habere prætendentibus, per Sanctam Obedientiam, & sub pœnis contra inobedientes latis, mandantes præcipimus, ut præsentibus Decreto nostro, ac Litteris in omnibus, & per omnia obediant, pareant, atque obsequantur; Quibuscumque in contrarium non obstantibus.

„ Datum Romæ in hoc Araecelitano Conventu die 8. Junii 1757.

„ Fr. Clemens de Panormo Minister Generalis,
„ Visitator, & Reformator Apost.

„ Loco ✠ Sigilli.

„ *De mandato Rmi in Christo Patris*
„ F. Vincentius Scutari ex-Diff. Gen.,
„ & Secret. Gen. Ord.

Quoniam autem, sicut dilectus etiam Filius Philippus de Valcovarino Minister Provincialis novæ Provinciæ S. Joannis a Capistrano dicti Ordinis Nobis nuper exponi fecit, ipse divisionem, & separationem Conventuum hujusmodi, ac suppressionem antiquæ, erectionemque novæ Provinciæ hujusmodi, dictasque præinsertas patentes Litteras, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ Confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderat; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur: Nos igitur ipsum Philippum Ministrum Provincialem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis &c. absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertas patentes ejusdem Clementis Ministri Generalis Litteras, & in eis contenta quæcumque, tam quoad suppressionem Provinciæ, erectionem Custodiæ, & novæ Provinciæ, ac electionem Custodis, & Diffinitorum, ac Ministri Provincialis, cæterorumque Officialium novæ Provinciæ præfatæ, Authoritate Apostolica, tenore præsentium, confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilia Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, & sanamus. Decernentes, easdem præsentes Litteras semper, & perpetuo firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum &c. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Provinciæ, & Ordinis præfatorum, etiam &c., Statutis, & consuetudinibus, privilegiis &c. innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores &c., derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Majorem sub Annulo Piscatoris die 15. Junii 1757. Pontificatus Nostri Anno XVII.

Pro D. Cardinali Passioneo

Joannes Florius Substitutus.

= His Literis, quod attinet ad extinctionem vetustissimæ Provinciæ Bosniensis, consequenti Anno derogatum fuit. Vid. infr. ad d. 15. Dec. 1758.

1757. 20. Jun. *Literæ P. Ministri Gen. ad Ordinem universum, quibus accuratam Seraphicæ Regulæ, atque Apostolicarum, & Ordinis Legum custodiam commendat, & imperat.*

FR. CLEMENS A PANORMO

Lector Jubilatus, Catholicæ Majestatis in Regali Matritensi Congressu pro Immaculata Conceptione Theologus, ac totius Seraphici Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis, Commissarius, Visitator Apostolicus, & humilis in Domino Servus

Dilectis Nobis plurimum in Christo Iesu universis Patribus, Fratribus, tam Superioribus, quam Subditis, totius dicti Nostri Sacri Seraphici Ordinis, obedientiæ, ac curæ Nostræ subjectis, salutem, & Seraphicam Benedictionem.

QUÆ prioribus Litteris, quibus electionem nostram ad Generale totius Seraphici Ordinis Ministerium notam vobis fecimus, Carissimi in Domino Fratres, Filiique Dilectissimi; Deo illo sic disponente, qui egenum e pulvere suscitare aliquando solet, ut sedeat cum Principibus, & solium gloriæ teneat, monenda, inculcanda, exponenda, meminimus promisisse; ideo ad hanc usque diem reticuimus, quod & ea ipsa maturiore indigerent examine, & in itinere, cum Romam ex Hispaniis peteremus, ac ut primum Urbem attigimus, gravissimorum negotiorum mole pene incredibili obrui visi sumus. At persolutis aliqua ex parte gravissimis negotiis, per-

peracto jam itinere, & satis pro ratione temporis, quo ad quietem aliquam propemodum destituimur, rebus illis animo sæpius expensis, quæ ad Dei gloriam, splendorem Ordinis, & ad sæculi ædificationem quammaxime nobis decentia, ac necessaria sunt; ecce iterum ad vos secundis hisce Litteris venimus, quæ promisimus, impleturi.

Atque illud in primis vos enixe rogamus, & obtestamur in Domino, ut quæ Nos, supremi in vos omnes Ministerii munere fungentes, non nostro nomine, sed Dei, & Seraphici SSmi Patriarchæ nostri Francisci, universorum bono faciendo proponimus, ac jubemus, vos, ut decet meos Fratres Carissimos, atque Amatissimos Filios, ut SSmi Patriarchæ adseclas, ac Christi Jesu, Apostolorumque ejus imitatores, humillime suscipiatis, & exequamini.

Illud itaque primum omnium summopere omnibus commendamus, illud primum omnium vestris cordibus alte fixum sit, ut quam Regulam, quam vitam, quæ vota Deo, universæque Cœlesti Curiæ professi estis, exactissime reddatis, ne, si secus egeritis, stulti, atque infideles aliquando inventi, malo irreparabili, Deo displiceatis, ejusque, & universæ Cœlestis Curiæ iram potentissimam experiamini. Quamobrem tam Superiores, quam Subditos exhortamur in Domino, ut memores Obedientiæ Christi, cujus vestigia sequimur, illi, quæ Religionis officia sunt, sedulitate pari, ac promptitudine exequantur; isti vero Divinam in suis Præpositis voluntatem recognoscant, ac sciant, eos omnes, qui legitimis Superioribus resistunt, Dei ordinationi resistere, eos autem, qui resistunt, ipsos sibi damnationem acquirere. Omnes insuper monemus, ut Patriarchæ Pauperum sectatores effecti, celsitudinem illam altissimæ Paupertatis libenti amplectantur animo, quæ nos, ut verbis utamur SSmi Parentis, hæredes, & Reges Regni Cœlorum instituit, pauperes rebus fecit, & virtutibus sublimavit. Quæ, tamquam sublimis nostra portio, in terram viventium nos perducit. Omnes tandem exhortamur, ut præstantissimam illam, divinamque virtutem Religiosam Castitatem, quæ mortales homines lutea vasa portantes Spiritibus Cœlorum immortalibus quam simillimos efficit, illibatam omnimode tueantur. Pro qua servanda, exemplo Seraphici Patriarchæ (Deus enim opem, & levamen tribuet) corpora denudata spinis confodienda, & ignibus cremanda tradere, nemo exhorrescere deberet.

Hæc sunt, Fratres Dilectissimi, Divina nostri Ordinis fundamenta, quæ ita omnes ab peracta Regulari Professione nostis, ita omnes fatemini servanda, ut mirum maxime videri possit, vel unum inter vos reperiri, qui aut sanctissimam negligat Obedientiam, aut Paupertatem altissimam spernat, aut summa animi contentione Castitatem non colat. Verum quemadmodum illustria gesta, heroicæque virtutes, & Divini Spiritus dona inter nostros eminere visa sunt semper, ac videntur in dies, quibus gloriati sunt Majores nostri, gloriamur & nos; ita nec defuere, nec desunt abusus, corruptelæ, aliaque deploranda humanæ infirmitatis monumenta, quibus & ingemuere Majores nostri, & nos in dies ingemiscimus. At sibi caveant in primis profani sanctissimæ Seraphicæ Regulæ transgressores, ne miseriis obruantur æternis. Sibi deinde caveant pertinaces, ne in malitia cordis, & vitæ corruptione persistentes, cogant Nos, licet invitos, jure uti nostro. Testamur enim, Nos blande, ac misericorditer cum iis quidem acturos, qui lapsi, e transgressionibus ad Regulæ observantiam resipiscunt; at vero summo rigore, ut nostri Ordinis Jura docent, animadversuros in eos, quos noverimus in Regulæ transgressionibus obstinatos. Quantum enim in Domino possumus, &, quoad nostræ sufficient vires, observantiam illam exigimus, quam Deus, Seraphicus Pater, & Regula, quam professi sumus, & nostri Ordinis Leges expostulant.

Arcenda porro in primis prava illa, & detestabilis assuetudo, qua nonnulli Fratres, Dei timore posthabito, & Regulæ nostræ sanctitate neglecta, coloratis ut plurimum titulis infirmitatis, magno sæculi scandalo, & ipsorum cordatorum Fratrum admiratione non parva, calceati, & illicitis induti vestibus, sive hiemali, sive verno tempore, per Urbes, & Terras, effrontes incedunt. Invigilent propterea Ministri Provinciales, &, qua vi, qua arte possunt, relaxationem hanc penitus evellant; & si quos vera necessitate videant obstrictos, egredi e Claustris non sinant, nisi forte ea sit aliquorum necessitas, quæ scandalo esse non possit. Nec minore constantia eos Fratres redarguimus, qui annulos aureos, aut alterius metallorum generis in manibus pertendunt; biretum ex serico filo, aut gossipino, aut alterius miri laboris materiei deferunt; thecas ad conservandum pulverem, vulgo tabacum, speciosas, & quæ Viros Religiosos, & Humilitatis Professores maxime dedecent, cum gravi sæcularium demirstione, nostræque Paupertatis injuria, ostentant. Contra quos volumus, procedant Ministri Provinciales, & in ipsos animadvertant, tamquam in nostræ sanctissimæ Regulæ aspernatores, juxta Ordinis Statuta.

Ut autem omnia nostris, omniumque bonorum votis respondeant, & corruptelarum demolitione perfectioris observantiæ spes effulgeat, qua late patet Ordo Seraphicus; præcipimus, ut Ministri Provinciales, in sua quilibet Provincia, conatu maximo proprietatem omnem tam a Conventibus, & Communitatibus, quam a peculiaribus quibusque Fratribus eliminandam curent. Quapropter facti portio nostri zeli, si quæ prædia, si quæ dominia, si quæ immobilia bona (quod misericors Deus nolit) a Conventibus nostris possideri repererint, statim abdicent, & Nos totius Diffinitorii testificationibus de abdicatione facta certiores efficiant. Et ne quis Fratrum in Animæ propriæ, & Ordinis perniciem ob scandala, quæ oriri exinde solent, in proprietatis laqueum offendat; solliciti sint, tamquam rationem pro Animabus eorum Deo reddituri, ne per ipsosmet Fratres, aut per interpositas personas denariorum, aut pecuniarum receptio, aut contrectatio fiat. Recipientes autem denarios, vel pecuniam per seipsos, aut per interpositas personas ea severitate puniant, & corrigant, quæ ceteros ab tam enormi transgressione valeat absterrere. Id autem cum agant Ministri Provinciales, & locorum Superiores; solliciti quoque sint, ut cum charitate, & benevolentia, Fratrum necessitatibus, atque indigentiis ita provideant, ut neque competens illis victus, neque decens vestis deficiat, &, ubi religioso aliquo levamine opus habeant, eis, cum dari possit, non denegetur. Quibus certe in casibus non alio, quam Syndico Apostolico, aut substituto Procuratore uti debeant. Sint proinde in unaquaque Provincia Valetudinaria, in quibus exactissima infirmorum habeatur cura: Sint pannorum ædificia: Sint Communitates: Communis observetur mensa, omni eliminata partialitate: Et, remotis rebus omnibus vanis,

ac

ac pretiosis, quæ altissimæ Paupertatis candori repugnant, ex eleemosynis Conventus Religiosorum cellæ honesta supellectili provideantur. Atque ideo illud enim D. Gregorio Superiores omnes moneo ut meminerint, *nos tales erga subjectos nostros debere existere, quales nobis, si subjecti fuissemus, nostros volueramus esse Præpositos. Sit itaque in Superioribus erga subditos suos amor, sed non emolliens. Sit rigor, sed non exasperans. Sit zelus, sed non sæviens; ut is, qui præest, corda subditorum & terrenda demulceat, & tamen terroris reverentium demulcendo constringat.*

Propterea etiam Conventuum Superioribus, aliisque Fratribus hospitalitatem summopere commendamus, quam qui coluere, & Angelos, & ipsum Angelorum Dominum hospites habere meruerunt. Benignitate igitur animi, & cordis amplexu, hospitin recipiantur nedum Fratres nostri, sed & alii quilibet Religiosi, maxime (*a*) ex illustri Prædicatorum Ordine, quos tamquam Fratres nostros ita tractari volumus, ut, si quid huic nostræ jussioni contrarium evenerit aliquando, non sine nostri rigoris exemplo sit eventurum. Omnibus ergo humanitatis officiis excipiantur hospites, juxta sancita in nostris generalibus Constitutionibus, & laudabilem consuetudinem, quam a Majoribus nostris sapienter institutam, nostris autem temporibus, charitate frigescente, neglectam, ad pristinam observantiam revocari prætendimus.

Hæc cum ita fiant, Religiosorum honestati, Fratrum quieti, & Conventuum commodo, quæ magna pars sunt curæ nostri cordis, bene consultum aliqua ex parte putamus. Cum tamen qualibet fere in Provincia Religiosos Fratres reperiri sciamus, solitudinem, & recessum, Divino eos ad id agente Spiritu, exoptantes, ut diutius, & quietius, secluso quolibet vel levi obstaculo, sanctis meditationibus vacent, & pœnitentiam agant rigidiorem; Nos eorum quoque desiderio indulgemus. Novimus enim, quàm magna Sanctitatis fama, quo exemplo, quantis virtutibus, quanto splendore totius Ordinis, Recessus isti florescant. Duo proinde in unaquaque Provincia sint Conventus, aut saltem unus, ut cujusque Provinciæ magnitudo videtur exigere, in quibus ad solitudinem, & recessum Dei nutu vocati Fratres Deo vivant, ab omni prorsus sæculi strepitu segregati; & Divino Spiritui addicti, secundùm leges in nostris generalibus Constitutionibus sancitas puram, perfectamque vitam servent. In Recessibus istis commorari invitos, aut nolentes, non compellant Ministri Provinciales; volentes vero non retrahant, sed per aliquod tempus, a petita scilicet facultate usque ad proximam celebrandam Congregationem, probent, nisi aliud secundùm Deum videatur expedire. Atque hinc, ubi a Deo vocatos agnoverint, non a privato aliquo seducente spiritu, quo bonorum quies, ac sanctæ exercitationes perturbarentur, tunc verbis SSmi Patris nostri Francisci cum benedictione Dei ad faciendam pœnitentiam eos mittant.

Hos igitur Conventus sanctæ solitudinis, & recessus in singulis nostræ curæ subjectis Provinciis institutos ex animo volumus: &, in quibus adhuc non sunt, institui, ex proposito mandamus: in quibus vero jam sunt, omni zelo, ac spiritus fervore, ad Dei gloriam, & splendorem Ordinis, ac Fratrum perfectionem, commendamus in dies magis ac magis excoli, & substineri. Utque omnibus Ministris Provincialibus omnino pateat, quæ nostra in tanto hoc negotio sit voluntas, quis sit animus; notum eis facimus, Nos, nisi attestationem de supradictorum Conventuum institutione, ac substentatione, Patrum ex-Provincialium, & actualium respective Diffinitorum jurejurando firmatam, prius acceperimus, facultatem admittendi ad Ordinem Juvenes, sive Laicos, sive Clericos, pro explendo Nuvitiatus tempore, neutiquam concessuros. Nefas enim, bonis spiritualibus, quæ oriri ex illis passim solent, Seraphicum Ordinem expoliare, & nostros Juvenes, secundi Novitiatus, aut Recollectionis tempore, illorum Conventuum perfectissima disciplina, quemadmodum peroptamus, & instructione privare.

Sciant tamen Fratres, cujuscumque gradus, & conditionis illi sint, qui in prædictis Conventibus commorantur, se in omnibus, & per omnia obedientiæ Ministrorum Provincialium subesse, & Conventus ipsos in omnibus, & per omnis ad suas respectivè Provincias pertinere. Unde in veste, & in aliis, quæ secundùm nostram Sanctam Regulam sunt, eadem Provinciarum forma uti debent, ne forte ignari quique aliam eos profiteri Regulam credant, ne divisionibus, litibus, & contradictionibus, quæ Ordini detrimentum quodpiam, & Religiosæ consuetudini præjudicium adferre possint, janua patentior aperiatur. Quamobrem subjecti Ministris in omnibus, laudabilem Provinciarum disciplinam colere non omittant.

Hac profecto de re nedum supradictos Conventus in qualibet Provincia constitui omnino volumus, sed in omnibus quibusque eam a Fratribus cunctis disci-

pli-

= (a) Incredibili Majores nostri exarserunt charitate, studio, pietate in S. P. N. Dominicum, ipsiusque = in regimine amplissimi Ordinis Successores, ceterosque Prælatos, Patres, Fratresque Familiæ ejusdem = nunquam satis laudandæ. Indicio sunt præclarissimæ Leges, singularis observantiæ, fervidique amoris plenæ, quæ in Generalibus nostri Ordinis Comitiis latæ sunt (apud P. Michael. Angel. Neapolit. in sua Chronolog. p. 409. sub fin.; & apud P. Perusin. Par. I. p. 66. §. 3., p. 87. sub fin. & seq. p. 136, post init. = n. 7. & seq., p. 316. n. 45. & sequentib.). Quem nos *fraternæ charitatis nexum*, & *fœdus*, sanctamque = *unionem*, *ac necessitudinem mutuam*, inter eumdem *sacratissimum Ordinem PP. Prædicatorum*, & *nostrum a* = *quinque jam Seculis*, & eo amplius, *non hominum solertia*, *sed*, ut *credimus*, *præcipuè cœlitùs stabilitam*, = *in quo nati*, & *educati sumus*, *conservare tenemur*, *jure* veluti *hæreditario a Sanctissimis nostris Parentibus* = *Dominico*, & *Francisco* ad nos transmissam (Capitul. Gener. Tolet. 1658., & Roman. 1688., apud Perus. = cit. p. 87., ac 316.).

= Hoc nos si & intimo corde, & *benevolentiæ*, *ac servitutis officiis* (cit. Capit. Tolet.) religiose præstabimus, ut par est; rem sane fecerimus Deo vehementer acceptam, beatissimis Institutoribus pergratam, & quæ salutares in Fidelium cordibus charitatis, concordiæ, & pietatis sensus excitatura sit. Tum = etiam illud erit futurum, ut & quamdiu versabimur in hoc corpore mortis, & potissimum in nostræ exitu vitæ, in illo, inquam, momento terribili, a quo pendebit æternitas, pro unoquoque nostrum apud = Misericordiæ Tribunal, tanquam pro communi Filio, duo Patres amantissimi conjunctis studiis deprecentur.

plinam repetimus, quæ nostris legibus diu sancita, semperque confirmata, suos tamen semper habuit transgressores. Efficiant ergo omni conatu Provinciales Ministri, cæterique Superiores, ne Fratres, cujuscumque sint conditionis, absque sociis vagi, solique per Urbes, aliaque loca incedant; & ne Clerici, & Juvenes Sacerdotes, ac Laici de uno in alium Conventum soli transmittantur. Insuper nullo pacto permittant, ut quacumque de causa Parentibus, aut Propinquis adsistentes Fratres, extra Conventum nocte degant. Quod si contingat, illis in locis, ad quæ honesta aliqua de causa ducuntur Fratres, aut mittuntur, nostros non esse Conventus; efficiant, ut, si quæ sint, in aliorum Religiosorum domibus commorentur. Eum vero ab omnibus in veste, in incessu, in gestu, in sermone, in omni vitæ actione servari modum curent, qui & Religiosam gravitatem, & simplicem devotionem præ se ferat. Atque hinc a disciplinis illis, sive infligendis, sive ex consuetudine faciendis, omnino in universo Ordine Fratres abstineant, quæ, lucescente die, inspicientibus Communitatibus integris, denudatis carnibus, fieri solent. Quantum namque indecentes illæ sint, nemo est, qui non videat. Quocirca ubi consuetudo hæc invaluerit; aut nocte, nemine alterius nuditatem inspiciente, exerceatur, aut in Religiosum aliud opus immutetur.

Jam vero Divinum Cultum, & sanctæ Orationis exercitium, adeo necessarium cunctis, in Domino pro viribus commendamus: Inde namque Dei opem, & Fidelium charitatem nobis maximam promeremur. Quamobrem cordi super omnia sit cunctis tam Superioribus, quam Subditis sanctissimum illud Orationis exercitium: Cordi sit Chori frequentia: Cordi sint Sacræ Ecclesiasticæ Cæremoniæ, quas neque dimitti sinant, neque vilescere: Cordi sint Horæ Canonicæ tam matutinæ, quam diurnæ, juxta laudabiles Regionum mores, in Choro ab omnibus humiliter, ac devote celebrandæ. Quæ quidem cuncta, gravissimis legibus a Majoribus nostris sancita, & summopere commendata, & Nos sub eisdem legibus commendamus. A quorum frequenti exercitatione neminem prorsus eximi, ac dispensari declaramus, præterquam illos, qui actu negotiis urgentioribus impliciti, aut adversa valetudine impediti, aut actu studiis, & prædicationibus occupati, a nostris generalibus Constitutionibus eximuntur. Atque hinc, ne ullo unquam pacto, aut tempore spiritus devotionis in Religiosorum cordibus tepescat, locorum Superioribus districtè præcipimus, ut quolibet anno per continuos octo dies ab omnibus Exercitia Spiritualia in communi peragantur, cunctis prætermissis occupationibus, quibus Religiosorum mens distrahatur. Quorum authenticum testimonium Provinciales Ministri ad Nos quotannis transmittant.

Ut autem majestate, qua decet, ac devotione Divinus Cultus, & Sacræ Cæremoniæ persolvantur; Statutis nostri Ordinis inhærentes præcipimus, ut gravi, ac devoto, plano, & Regulari cantu Fratres utantur; mollem vero, atque affectatum rejiciant, ne in tædium, aut in despectum devotio vertatur, & Cæremoniæ sacræ vilescant. Qua de re Chori Moderatores hortamur, ut planam, devotam, ac Regularem canendi rationem omnimode servent; secus enim præmia illis concedi solita denegabimus. Abusum proinde illum, sub quovis prætextu, etiam magnarum Festivitatum, penitus prohibemus, quo aut stantes in Organis, Musicorum more, aut in privatis Capellis, aut in alio quocumque patenti loco solemnes Missas, aut Vesperas quandoque decantare consueverunt. Ad sanctiorem namque conciliandam populorum devotionem, quolibet in casu, decentius Choro uti poterunt, quo & Religiosa gravitas, ac modestia, & Divinorum Officiorum majestas, ac reverentia immutabilis conservetur.

Ut autem omnes, qui ad laudes Deo persolvendas convenire tenentur, Choro inserviant; Ministris Provincialibus injungimus, ut curent, Juvenes in cantu plano, sive Gregoriano, & regulato erudiri. Quod ut facillime adsequantur; Magistros Novitiatuum, ac Seminariorum eligant, qui, præter honestatem morum, mediocrem saltem bonarum artium scientiam, rerum ad Religiosam disciplinam spectantium cognitionem, & in rebus gerendis prudentiam (quibus omnibus eos instructos esse oportet), cantus quoque Gregoriani peritiam habeant, & in eo Clericos instruant. Quod si nequeat obtineri; Frater de familia, Superioris nutu, eligatur canendi arte peritus, qui dato temporis intervallo Clericos cantum doceat.

Hæc, & alia multa sunt, quæ Pastoralem sollicitudinem, & vigilantiam nostram expostulant. Quamobrem & in his, & in aliis Ministros Provinciales, aliosque Superiores in partem sollicitudinis, & vigilantiæ Nos vocamus. At quemadmodum Nos in negotio gravissimo Novitiorum ad Ordinem recipiendorum solliciti, ac vigilantes maxime erimus; in eo quoque Ministros Provinciales vigilantes, & sollicitos maxime volumus. Hoc nempe illud est, in quo Seraphicæ nostræ Religionis decus maximum, & ornamentum situm est. Quod propterea ad legum nostrarum optimarum institutum omni animi conatu dirigendum est Nobis. Hinc porro præcipimus Ministris, ne quempiam ad Religionis habitum recipiant, nisi in eo conditiones concurrant omnes a Summis Pontificibus, ab Ordinis Constitutionibus, atque a Prædecessoribus nostris sapienter, ac salubriter institutæ, & nisi Ordini bonis moribus, & litteris, utiles, ac proficui esse possint. Sint propterea, qui recipiuntur in Ordinem, ex honesto, commendatoque genere, & ex legitimo matrimonio procreati: Nullum perpetraverint grave delictum, homicidium nullum: Infamiæ maculam nullam contraxerint: Ære non prægraventur alieno, quod eorum substantias exuperet: Matrimonii vinculo non sint adstricti: Catholicam profiteantur Fidem, ac de nullo errore suspecti sint: Mentis præterea, & corporis valetudine polleant: Bonam indolem, & litterarum studiis idoneam præ se ferant: Confirmationis Sacramentum susceperint: Ac tandem in ea ætate sint constituti, ut Clerici ad minus decimumquintum, Laici vero vigesimum annum expleverint. Atque hæc omnia authenticis documentis, Parochorum, & Notariorum testimoniis confirmata, legitime constent.

Hæc in Novitiorum receptione ad Ordinem attendenda, & firmissime servanda sunt. Attentius tamen nostris hisce temporibus observandum est, ne illi recipiantur in Ordinem, qui, Parentibus, & Sororibus onerati, Fratribus tamen, aliisque viris destituuntur, qui ingruentibus Parentum, Sororum, ac Nepotum necessitatibus præsto sint. Tales in Ordinem recipi nolumus, sive pauperes eorum sint domus, sive ditissimæ, ne forte, ut passim evenit, alterutrum horum contingat, vel scilicet pro sustentandis Religiosorum Parentibus nostri Conventus graventur, quodque pejus est, pati cogan-

tur

tur Superiores indecentia in Subditis labocitia, & illicitas vacationes; vel Religiosi Minores, qui Mundum, suaque omnia, seque ipsos abnegarunt, sæculi negotiis addicti, res familiares conducant, vineas, & prædia colant, merces contractent, & majorem anni partem extra Claustra aut vagentur, aut, non sine sæculi scandalo, nostroque rubore, in Propinquorum domibus degant. Neque putetis, Dilectissimi Fratres, hæc exaggerandi studio a Me dicta. Hujus namque generis bene multos, variis in Provinciis, nostris ipsis oculis vidimus, atque notavimus. Ad hæc itaque tot, tantaque mala avertenda, quibus Minoriticæ nostræ Communitates funditus conturbantur, & Virorum Religiosorum corda plectuntur; ad mentem nostrarum Constitutionum, admissionem Juvenum, talibus Parentum, Sororumque, atque domorum ponderibus gravatorum, ad Ordinem prohibemus.

Quos vero ad sacrum Religionis habitum Ministri admiserint, eos ita instrui, & coli mandamus tam in rebus, quæ Regulam nostram respiciunt, quàm in eis, quæ disciplinam, & officia spectant Clericorum, si Clerici sint, Laicorum, si sint Laici, ut eorum quisque sciat, qua obligatione teneatur, & in sibi debitis obeundis muneribus perseveret. Non dura interim, non rigida, imprudentique ratione tractentur, sed blande, comiter, religiose educentur, & corrigantur. Unde tales eligantur a Ministris Provincialibus Novitiorum, & Clericorum Magistri, quales eligi debere superius diximus, ut scientiis, & bonis moribus, optimo cultu, atque exemplo commissæ sibi Juventuti, totique Ordini plurimum prosint. Hinc eamdem prorsus curam habeant, Guardianos in primis, & secundis Novitiatibus, necnon in Conventibus Studiorum præficiendo. Idipsum enim, quod a Clericorum Magistris exquirimus, ab istiusmodi Guardianis potiori jure exquirendum. Qua de re sibi caveant Guardiani, ne Clericos tam Novitios, quam Professos ad officia manualia in fabricis, in sylvis, in hortis cogant, & ab utilibus, necessariis, atque Religiosis instructionibus, & studiis distrahant; caveant, repetimus, ne dent pœnas; ac memorentur, indecens quam maxime esse, & honestati Religiosæ contrarium, illis manualia, ac servilia committere opera, qui ad Scholas, ad Cathedras, ad Suggesta, ad Altaria vocati sunt.

Statim igitur professi Clerici in Conventibus secundi Novitiatus, ut nostræ leges, & Apostolicæ Constitutiones decernunt, sub disciplina idonei, ac bene morati Magistri collocentur, a quo, cæterorum Religiosorum bono accedente exemplo, de præceptis Regulæ perfectius instruantur, & in piis, religiosisque institutionibus confirmentur, quas in Novitiatibus accepere. Ne autem quidquam temporis inutiliter, & otiose insumant, quotidie constitutis horis, grammaticalibus rudimentis, humanioribus litteris, & Rhetoricæ dent operam. Quod ut fiat, Ministris Provincialibus totis viribus commendamus, ut, huic rei attendentes, quam maximi momenti existimamus ad bonum Religionis, probos, & bene instructos eligant Religiosos, eosque in Conventibus secundi Novitiatus præceptores deputent, ut eorum opera grammaticas, & rhetoricas leges edocti Clerici, ad majorem eruditionem, & ad scientias sublimiores Philosophicas, atque Theologicas fortius, & jucundius alliciantur. Quod si (haud facile tamen id credimus) Provincia sit aliqua, quæ ad hoc opus idoneis præceptoribus careat, ejus Provincialis Minister Nos statim certiores faciat; cura enim tunc nostra erit, ex aliis Provinciis benemeritos mittere præceptores; quibus, ut fas est, pro meritis, ac laboribus in erudiendo humanioribus litteris Juvenes nostros, decens modò promittimus præmium; quod deinceps, Deo dante, ex consilio Patrum nostri Reverendissimi Definitorii Generalis, tamquam de jure meritum stabiliemus. Interim vero eorum electiones per Litteras Patentales a Ministris Provincialibus fiant, eisque religiosi favores, & exemptiones aliquæ tribuantur. Hoc autem ita fieri mandamus, etiam si secundi Novitiatus, & Recollectionis Conventus ad Religiosorum recessum, & solitudinem electi sint. Neque enim litteræ pietati, neque ea, quæ inculcamus, studia spiritualibus exercitationibus opponuntur. Quinimmo ad Divinas cognitiones acquirendas, ad inutiles deponendos scrupulos, & ad repellendas otiositates, litterarum studia plurimum juvant.

Exactis tandem Recollectionis anno humaniorum litterarum studiis, ad Philosophicas, & Theologicas disciplinas, prævio examine, gradatim promoveantur; hoc tamen delectu, ut Juvenes probitate, atque ingenio præstantiores in primariis Provinciarum Studiis, cæteri vero in aliis collocentur. Ut autem singuli, pro cujusque capacitate, atque ingenii vi, in scientiis proficiant; nedum Guardianis præcipimus, ne eos per Conventum, aut extra otiose vagari sinant, sed & idipsum Studiorum Præfectis, & Lectoribus injungimus, ut eos quà suasionibus, quà monitionibus, quà disciplinis, & similibus ab omni vacatione, & temporis jactura removeant. Atque hinc Guardiani semel tantum in hebdomada Studentibus, præsertim Clericis, licentiam præbeant extra Claustra ad animi solamen exeundi. Nequeant autem Lectores, aut alii Fratres, quocumque titulo insigniti, Clericos sibi adsumere socios, nisi justa aliqua, prudensque ratio id exigeret. Qua tamen stante ratione, nec permittatur Clericis, sic in socios assumptis, sub specioso prætextu Lectoribus inserviendi, ab actibus Communitatis tam Chori, quam Refectorii vel aliquando deesse. Qui namque ex animo jubemus, ut Religiosi omnes, nullo excepto, nisi qui aut sit impotens, aut gravi aliqua necessitate impediatur, aut actualibus det operam studiis, in Choro, & Refectorio sive die, sive nocte conveniant; Clericos prætextu illo specioso excipere neutiquam possumus.

Incumbant itaque tota animi contentione Divino Cultui, & studiis Juvenes, ac proficiant; atque, ut uberes sanctæ doctrinæ fontes, provectiores effecti, cum Animarum lucro valeant populis propinare, Philosophicis, Theologisque actionibus concionandi exercitationem adjungant, ita ut quolibet die Dominico, festisque aliis diebus, alternis vicibus in Refectorio coram Fratribus Concio ab eis recitetur, donec, prævio examine, ad munus Prædicatorum de more promoveantur. Ex his vero fiet, ut provectiores effecti, cum ad eam ætatem, dicendi peritiam, & doctrinæ, sacræque eruditionis sufficientiam pervenerint, quibus instructi sacræ Prædicationis Ministerium obire possint, illud felicius exequantur.

Nemo autem putet, absque ullo altero examine se prædicandi munus exequuturum. Nos enim, ne vel levi aliquo aut artis, aut doctrinæ defectu incommodum quodpiam, ac præjudicium aut Ordini, aut ipsis Prædicatoribus inferatur; in eo toti sumus, ut Fratres omnes, qui ad verbum Dei sive per Annum, sive per Adventum, sive per Quadragesi-

gesimam disseminandum ordinantur, primò habendas Conciones Ministris Provincialibus deferant; Ministri deinde Provinciales duorum, vel saltem unius docti, & in Oratoria Facultate versati Patris examini, & revisioni eas tradant; ac tandem examinatæ Conciones, & bonæ inventæ, per quatuor saltem continuos dies in publica Fratrum Communitate recitentur. Quibus peractis, cum in sacro hoc munere profecturi videantur, Ministri ad Nos referant; Nos autem, zelo Animarum ducti, ad Suggesta Ordinis generalia, eorum dotes præ oculis habentes, eos constitutis temporibus transmittemus. Quos omnes, vel a Nobis, vel a Ministris Provincialibus transmittendos ad propagandum Dei verbum, iterum atque iterum obsecramus, atque obtestamur, ne vanas sectentur auras, ne scandalo sint populo Dei, ne gratiam, quæ data est illis, annunciandi Evangelium pravis moribus infirment, ne examinata, & casta eloquia fœdo, & nequam vivendi genere corrumpant, ne, cum aliis prædicent, ipsi reprobi efficiantur. Quorum si quid inconsulto egerint, in eos gravissime summo jure procedemus.

Quoniam vero irriti studiosæ Juventutis conatus esse solent, nisi Lectorum scientiæ, & industria, diligentia, & sollicitudo ad eam excitandam, juvandam, & confirmandam accesserit; Lectores serio monemus, ne labori parcant, & assiduitati, ut & ipsi in doctrinis, quas tradunt, versati maxime, ac periti sint, & ipsis commissa Juventus, proprio decore, Ordinis majestate, Deique gloriæ, facilius, & fortius instruatur. Propterea methodum in scientiis tradendis aptissimam servent, & futiles materias, ac inanes quæstiones abjiciant; solidas vero, utiles, eruditas seligant, easque debitis temporibus propugnandas distribuant, prout noster, quem dabimus quamprimum, edocet Quæstionum Elenchus (b), a cujus præscripto nec latum unguem eos recedere, omnino jubemus.

Id autem ut Lectores adamussim implere valeant, non alios Philosophicis, Theologicisque Cathedris passim præponemus, nisi studiosos illos, ac bene moratos, qui Romæ in hoc Aracœlitano nostro Conventu, ad quem statutis temporibus per nostras Litteras ad Ministros Provinciales datas convocabuntur, prævis oppositione, & concursu, eas sibi promeriti fuerint. Qui propterea exinde ad Philosophicas, Theologicasque Cathedras fuerint destinati, ea servent omnia, quæ a nostris generalibus Constitutionibus præscribuntur, studiis accuratissima diligentia vacent, & absque ulla interpolatione laudabiliter Philosophicum, & Theologicum cursum absolvant. Qua de causa editas a Majoribus nostris Sanctiones renovamus, & Patribus Lectoribus quodcumque aliud opus, quod cum lectionibus dietim habendis congruere nequeat, inhibemus. In quo quidem peculiaris quoque cura nostra erit, ita ut, si fortasse intérpolationes ullas absque legitimis causis a Nobis approbandis factas a Lectoribus invenerimus, eos gravi animadversione plectemus. Unde nec eis liceat vacationes a studiis arbitrarias concedere; &, si rationabilis quandoque a studiis vacandi sese obtulerit causa, Patrum Præfectorum consilio, & voto vacatio concedatur.

Hinc volumus, & Studiorum Præfectis tam in regulandis vacationum diebus, quam in dirigendis Scholasticis actis sive publicis, sive mensilibus privatis, sive hebdomadalibus, a quibus nefas sit Lectoribus abstinere, omnimodam tribuimus directionem. Quod vero magis urgemus, est, Patres Lectores tam Generales, quam Provinciales nullatenus posse Conclusiones, aut scriptis, aut typis editas, propugnandas exponere, nisi prius a Patribus Præfectis fuerint comprobatæ. Quapropter quos Lectores Jubilatos Præfecturæ Studiorum aptissimos Ministri Provinciales agnoverint, notos Nobis faciant; ex quibus antiquiorem statuemus Præfectum, juniorem autem Vice-Præfecti nomine decorabimus. Horum proinde, quos Præfectura Studiorum decoraverimus, jura erunt: super ipsorum Lectorum, & studiosæ Juventutis vita, moribus, doctrina, & diligentia invigilare: vacationum statuere tempora: quæstiones sive scriptas, sive impressas, publicæ distribæ exponendas, ad trutinam expendere, & adprobare: & singulis annis mense Julio authenticam ad Nos fidem transmittere, Provincialis, Præfecti, & Guardiani subscriptione firmatam, quod omnia, quæ a Nobis ad rectam studiorum institutionem præscripta sunt, fuerint executioni integerrime demandata. Nostra namque non sine cordis angustia novimus, Lectores non deesse, qui, vix duobus prælectis Tractatibus, Theologiæ decennium absolverint. Igitur, ut nostris, Bonorumque omnium votis ratio habenda studiorum respondeat, Lectores eos Tractatus, & Quæstiones quotannis absolvant, quæ in nostro Elencho recensentur; Præfecti invigilent, ut absolvantur; eorumque absolutorum authentica fides, ut supra diximus, ad Nos mittatur. Qua quidem occasione si quis Lector peculiares aliquas, & utiles Dissertationes, aut Tractatus singulari diligentia elaboraverit, & extremis curis decies ad unguem castigaverit, quæ Viris eruditis oblectationi, & studiosis profectui esse possint; Ministri Provinciales, & Præfecti curent, ut ea ad Nos quantocyus transmittant. Nam ejusmodi Opera eruditorum Virorum criterio discuti prius, & adprobari, addito deinde Auctoris nomine publicis typis curabimus imprimi.

Conentur itaque Lectores, ut Cathedris digni sint. At quia scientiam, atque eruditionem, mutum probitati, & sanctitati conjungi peroptamus; conentur insuper, nedum eruditione, & scientiis, sed bonis moribus, & sanctitate cæteris longe præesse. Conamur enim & Nos Ministris Provincialibus, Præfectis, & Superioribus localibus injungere, ut de vita etiam, & moribus tam Patrum Lectorum, quam Studentium, testimoniales litteras ad Nos mittant. Ingentes enim ad nostras aures contra Lectores aliquos querelæ a variis Provinciis pervenere, quibus non odor certe bonus de eorum honestate, ac Religiositate delatus est, sed pessimus potius fœtor, cujus virulentia ne cæteri tabescant, efficiemus maturiori consilio, ut a Lectorum dignitate secundum leges Ordinis arceantur. Quos vero probos, suoque officio cum laude fungentes noverint, cunctis injungimus Fratribus, ut juxta Seraphici Patris monitum honorent, ac venerentur.

Præterea curent Ministri, ne lectiones morales, omnibus adeo necessariæ, juxta Ordinis Constitutiones, in nostris Conventibus unquam desint. Ad eas Sacerdotes omnes conveniant, illi præsertim, qui,

(b) Vid. infr. sub die 12. Septembr. ejusd. Ann. 1757.

ad venerabile, ac magnum Sacramentum reconciliationis hominum cum Deo ministrandum, electi sunt Confessarii. Quos ad tantum munus, nisi prævio examine bene instructos repererint, neutiquam sinant promoveri. Oportet enim, Sacramentum hoc multa cum scientia, prudentia, & devotione peragi, ne forte (quod Deus avertat) ab imprudenti aliquo, atque indocto Confessario pro medela venenum, pro auxilio pernicies, pro salute mors confitentibus ministretur. Atque hinc serio cogitent Confessarii, quid agant; & in tanti Sacramenti administratione ab omnibus & verbis, & operibus abstineant, quæ honestatem propriam, decorem Ordinis, & Sacramenti Divinam majestatem quammaxime lædunt.

Superest, ut ad omnium memoriam revocemus, quæ Nos dudum nostris Litteris jussimus de recursibus extra Ordinem ad sæculares Personas, ut Ordinis dignitates adsequantur, aut promeritas pœnas declinent. Necnon ea, quæ de Appellationibus non instituendis, nisi gradatim ad Religionis Superiores, ut ab injusto gravamine se tueantur. Sanctissimas leges istas ab omnibus indispensabiliter observari volumus, sub pœnis in ipsis contentis adversus contrafacientes inflictis, aliisque arbitrio nostro infligendis. Eodemque jure partem illam Statutariam volumus observari, qua Fratribus præcipitur, ne intra Claustra inquisitis, & bannitis refugium concedatur; quemadmodum etiam nec illis, qui Principum pedagia, & gabellas fraudare consueverunt. Nec minore zelo prohibemus Fratres omnes a negotiis sæcularibus, & litigiis in foro substinendis pro Laicis & Secularibus, cæteroqui parentibus.

Si qui interim Fratres aliqua urgeantur necessitate Nobis exponenda, si quid gratiæ, & favoris ex Nobis optent; per seipsos, aut per Patres Provinciarum exposcant; & certi omnino sint, qua majori poterimus beneficentia, & charitate, Nos eorum expostulationes esse accepturos. Si qui verò, zelo Religionis abrepti, litteras ad Nos miserint, quibus aut Superiorum, aut Fratrum aliorum corripiendi defectus significentur; ut earum litterarum ratio aliqua a Nobis habeatur, eas proprio nomine subsignent. Nec quidquam detrimenti paveant, si vera significaverint; contremiscant tamen, si falsa nuntiaverint. Si quis præterea devotionis ardore Orbis Sanctuaria, aut Sancta Loca Hierusalem visere concupiscat; per Ministros Provinciales expostulet, & necessariis requisitis instruatur. Nemo enim ad Sanctuaria eundi facultatem obtinebit, nisi probus, & moderatus proprii Ministri Provincialis testimonio significetur. Nemo ad Sancta Loca Hierusalem transmittetur, nisi vitæ ejus probitatis, bonorumque morum Ministri Provinciales, & Definitoria, authentica dederint testimonia. Noverint autem Fratres omnes, æquum non esse, quod Nos, nostræque Curiæ Generalis Officiales superfluis expensis gravemur in epistolarum receptione. Unde curent omni studio Patres, ac Religiosi de nostris Reformatis, aut Discalceatis Familiis, ut ad respective pertinentes Conventus litteræ omnes dirigantur, nimirum ad Sanctum Franciscum ad Ripam Tyberis, aut ad Sanctos Quadraginta, prout Familiarum ratio exposcit. Qui vero ad Familiam attinent Observantium, ad Aracœli remittant. Meminerint quoque Patres Provinciarum Observantium, qui in Regnis degunt Neapolis, & Siciliæ, litteras suas Neapolim ad Sanctum Didacum dirigendas esse.

Omnes itaque Fratres nostros Charissimos audire, omnibus, ubi possumus, opitulari parati, sollicitudinem etiam nostram ad Oves, quæ perierant, extendimus; & nostræ Religionis Apostatas omnes, qui extorres, profugi, perditi, extra Ovile vagantur, per Jesu Christi viscera rogamus, & obtestamur, ut spatio quatuor mensium ab harum publicatione sponte in gremium Religionis revertantur, & Superioribus Ordinis præsententur. Eos enim quasi super humeros nostros charitate non minus, quam hilaritate imponemus. Quod si quatuor menses ab harum publicatione effluxerint, non eis præsens indultum suffragabitur; quemadmodum nec eis volumus suffragari, qui nostris hisce confisi litteris in Apostasiæ crimen inciderint. Contra quos omnes Ministrorum Provincialium, aliorumque Superiorum zelum, & vigilantiam excitari cupimus, ut omnino coerceantur, nec ullo pacto vagari sinantur extra Claustra.

Hæc sufficerent, ut pro salute vestra, & Ordinis gloria innotesceret nostri Cordis sollicitudo, & vestra ad obediendum cura alliceretur. At Loca Sancta Hierusalem peculiari Divinæ Providentiæ consilio, & Sanctissimi Patriarchæ meritis ministerio quoque nostro commendata & nostram hanc sollicitudinem mirum in modum augent, ut eam vobis omnibus, in primis vero Patribus Commissariis Terræ Sanctæ, notam faciamus, & curam vobis, in primis vero Patribus Commissariis Terræ Sanctæ, augere debent nostris hac super re jussionibus obtemperandi. Probos Nos volumus, ac fideles Terræ Sanctæ Ministros omnes; eisque Apostolicarum Constitutionum, ac Legum, quas Prædecessores nostri sanctissime tulerunt, quæque Pontificia auctoritate probatæ sunt, observantiam plenissimam injungimus. Quamobrem Commissarii, & Vice-Commissarii, qui ad eleemosynas a fidelibus Christianis colligendas pro Sanctis Locis illis substentandis, ac manutenendis constituti sunt, prudenter, religiose, fideliter imposito sibi fungantur officio. Hinc a denariorum, sive pecuniæ contrectatione prorsus abstineant, & Syndicis Apostolicis, ac Procuratoribus utantur, ut juris est; in hospitiis Constitutiones, & Leges Ordinis observent; novas quæstuationes, quæ Conventibus adferre possint detrimentum quodpiam, penitus non introducant; collectis eleemosynis vetita nulla, ac sordida mercimonia, & negotiationes exerceant; Computus exactissimos reddant; atque ad deferendas in Loca Sancta eleemosynas Religiosos deputent morum integritate probatissimos. Ita vero deputatos, tam discedentes, quam redeuntes, visitent diligenter; eosque damnata cupiditate illa, Sanctuaria vendendi, rapi neutiquam permittant. Si quos enim scelestos, ac perditos id generis fore sciverimus, sacrilegam eorum avaritiam compescere gravissimis pœnis non omittemus. Paveant interim præfati omnes Terræ Sanctæ Ministri, ne eorum manus Christi fere sanguine polluantur. Paveant, & quæ ad eorum victum, & vestitum tenues, & necessariæ permittuntur, eleemosynæ ab ipsis pro lubitu non augeantur, ut commodius vivant. Neque enim permittere possumus, illicitis artibus, Deo, & Ecclesiæ invisis aut Terræ Sanctæ Loca substentari, aut eorum foveri ingluviem, qui in altissima Paupertate, & Humilitate vivere omnino tenentur. Quæ mandamus itaque, intelligant, & exequantur, & ea, quæ ad Deum, & ad Religionem pertinent, devote, ac religiose pertractent.

Quoniam Terræ Sanctæ meminimus, Passionis Domini nostri Jesu Christi, qua redemit Mundum, memoria statim occurrit, ut ejus meditationem, & sanctissimum Viæ Crucis exercitium etiam atque

etiam

etiam singulis commendemus. Hæc & nobis, & fidelibus cunctis cordi esse, ardentissime peroptamus. Attamen si novæ erectiones Viæ Crucis extra Conventus nostros permittendæ sint; locorum illorum Guardiani Ministros Provinciales prius consulant; deinde, eorum habito consilio, illas erigi permittant, ea servantes, quæ in Constitutione Sanctissimi Domini nostri Benedicti XIV. hac de re præscripta sunt. In casibus vero difficilibus Ministri Provinciales Nos consulant, priusquam earum erigendarum licentiam impertiantur, ut, quod magis æquum, consultumque in Domino videatur, absque ullo nostrarum Ecclesiarum præjudicio, determinare valeamus. Mirum namque est, quot frequentes in hia nostri Ministeriatus primordiis hac de re controversiæ sint excitatæ. Monemus interim Commissarios Terræ Sanctæ, ne licentiam erigendi Viam Crucis cuiquam audeant tribuere. Hanc namque facultatem nec habuere unquam, nec habent.

Hæc illa sunt, Fratres, Filiique in Domino Dilectissimi, quæ, pro eo, quo vos intimo cordis, paternoque amore prosequimur, in compendium redegimus, non novas condendo Leges ad jugum vobis gravissimum imponendum, sed veteres sanctissimas memorando, ad Seraphicæ Regulæ, quam professi sumus, observantiam, puritatem, ac sanctitatem tuendam.

Induite vos ergo, ut Apostoli verbis utamur, *sicut electi Dei, sancti, & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes invicem, si quis adversus aliquem habet querelam: sicut & Dominus donavit vobis, ita & vos. Super omnia autem hæc charitatem habete, quod est vinculum perfectionis.*

Interim vero crebras, & fervidas ad Deum Opt. Max. preces fundite pro longæva, ac prospera Beatissimi Domini nostri Benedicti XIV. incolumitate, pro Christianorum Principum pace, & concordia, pro totius nostri Ordinis incremento, pro Eminentissimo Protectore nostro, ac tandem pro Nobis, qui Seraphicam vobis Benedictionem, Dei, & D. Patriarchæ nostri nomine, amantissimis Cordis visceribus elargimur.

Datum Romæ ex Aracœli die 10. Junii 1757.

Fr. Clemens de Panormo
Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Rmi in Christo Patris
Fr. Vicentius Scutari ex-Defin. Gener., & Secr. Gen. Ord.

1757. 22. Jun. *Decisio*
Sac. Rotæ Rom. in Majoricen. Quartæ funeralis cor. R. P. D. Borrull, in qua statuitur, solvendam Parochiali Ecclesiæ Quartam funerariam ab Ecclesia tumulante, licèt solummodo ad tempus tumulet, ac loco depositi.

1. SEpulturam, quam perpetuam sibi ex Testamento selegerat Antonius Serralta y Castell in Ecclesia Patrum Cappucinorum Civitatis Palmæ, temporaneam idem obtinuit in Ecclesia S. Dominici ejusdem Civitatis; prout ipse jusserat, quatenus, haud obstante venia Ministri Generalis Ordinis Cappuccinorum, optatæ tumulationi obstaculo fuissent ex laudati Ordinis Constitutionibus eductæ difficultates, ac Testatori nequaquam incognitæ. Dum autem anno 1753. Funus defuncti Antonii in Ecclesia S. Dominici peragi contigerit, Prior, ac Religiosi ejusdem Ecclesiæ detrectarunt Rev. Michaeli Bauza Rectori Ecclesiæ Parochialis S. Jacobi, cui suberat Defunctus, Quartam Funerariam exhibere. Subortam Parochum inter, & Religiosos S. Dominici quæstionem absolvit Vicarius Generalis Majoricensis, qui ex eo Quartam Funerariam Parocho solvendam non esse pronunciavit, quia Antonii Cadaver loco depositi in Ecclesia S. Dominici debuerit tumulari.... Neglecta per Parochum intra Juris terminum transportatione Actorum sibi contrariæ Sententiæ, a qua provocaverat, ut jus suum, cæteris dictæ Civitatis, & Diœcesis Parochis commune, tueretur, sicuti exinde Res judicata suborta fuit, ita DD. meis congruum exhiberi oportuit Dubium = *An constet de Re judicata, seu potiùs de Causis Restitutionis in integrum?* Qui *Negative ad primam partem, Affirmative ad secundam*, rescripserunt (*a*).

2. Et quidem edito Rescripto tutissimum exhibuit fundamentum manifesta Sententiæ Vicarii Generalis Majoricensis injustitia, quæ dum obstaculo fuit, ne Res Judicata exinde exurgeret ad Text. in Leg. 4. §. *Condemnatum* ff. de Re Judicata; aditum propterea aperuit in integrum restitutioni, nunquam adversus injustam Sententiam denegandæ, Cap. *Inter cæteras*, ibique DD., de re judic., Rota Decis. 97. num. 3. coram Celso, &, cæteria collectis, in Romana, seu Veneta Literarum Cambii 6. Maji 1754. §. 3. coram me. Injustè autem interdictum fuisse Parochum a perceptione Quartæ Funeralis, eidem adscribendæ ex omnibus Funerariis Emolumentis, Ecclesiæ S. Dominici obventis propter tumulatum Antonii Cadaver; ad liquidum evincebat inconcussa Canonici Juris censura, de qua in Cap. *Nos Instituta*, Cap. *Relatum*, Cap. *Cum super*, Cap. *Liberum*, de Sepultur., & in Clementina *Dudum* eodem tit.; & in cujus sequelam ad justitiæ, & æquitatis tramites, quoties Parochiani extra Parochiales Ecclesias maluerint tumulari, incolumis isthæc Funeralium Emolumentorum quota præservata fuit Parochis, tamquam qui prædicationibus, precibus, Sacrificiis, Sacramentorum denique administratione ad Animarum commissi Gregis salutem assiduè incumbant, ad latè notata per Abbat. in Cap. 1. de Sepultur. n. 3., Gonzalez in Cap. *Cum super* eod. tit.....

3. Quam quidem Canonicam portionem, ex supra exposita Pontificii Juris dispositione Parochis omnino debitam, perpetuò sartam, tectamque servarunt venerandi Sacrorum Conciliorum Canones, ac providissimæ Summorum Pontificum Constitutiones. Utcumque enim ex Apostolicis Privilegiis licuerit in propriis Ecclesiis Christifideles tumulare Monachis, ac Regularibus, quibus cæteroquin ex Canon. *Placuit* 1. caus. 16. quæst. 1. Jus tantummodo erat Cœmeteria ad Monachos, ac Regulares proprii Ordinis tumulandos exstruere; & quamvis insuper tractu temporis ampliora iisdem exemptionum concessa fuerint Privilegia: adhuc tamen, ne Ecclesia Parochialis fraudari contingeret Quarta Funerali, quam ad instar legitimæ eidem Ecclesiæ, tamquam Matri, deberi a Defuncto, cum aliis animadvertit Vanespen in Jus Eccles. univers. part. 2. tit. 38. de Sepultur. cap. 5. num. 39., & Rota in Romana Funeralium 15. Junii 1699. §. 26. coram bon. mem. Molines, impress. in Append. ad Statut. Cleri Romani sub num. 8. lit. B. pag. 147.; quascumque ...mptiones, quarum præsidio plerumque

Monachi, ec Reguleres Funeralium Quartam Perochis exhibere detrectabant, ad prædictum effectum peorcus inefficaces declararunt tum Viennense Concilium sub Clemente V. celebratum, de quo in supra laudata Clementine *Dudum* (*b*) de Sepultue., tum Concilium Tridentinum Sess. 25. de Refirmat. cap. 13. (*c*); tum novissime sen. mem. Benedictus XIII. obsignata (*d*) Constitutione = *Romanus Pontifex* =.

4. Incassum (*e*) adversus hæc PP. Dominicani excipiebent, immeritò Parochum S. Jecobi Quartam sibi asserere ex Funecariis Emolumentis Antonii Serralte, semel ac ab Ecclesia tumulante *perpetuò*, nunquam verò ab Ecclesia tumulante *temporariè*, Canonica isthæc portio Parocho exhiberi debeat; etenim proposita distinctio inter Ecclesiem *perpetuò*, & Ecclesiam *temporariè* tumulentem, quamvis rite procederet, nequequam circumstantiis, de quibus agitue, congruebat, quoties Antonius ideo suum Cadaver *temporariè*, & *loco depositi* in Ecclesia S. Dominici tumulari mandavit, quia probè idem sciverat graves subortas difficultates circa *perpetuò* volitem sui Cadeveris tumulationem in altera Ecclesia Patrum Cappuccinorum; Quamobrem si propter invincibile earumdem difficultatum obstaculum, *temporanea* tumulatio in Ecclesia S. Dominici in *perpetuam* demigrare debuit; porrò concludendum erat, dispositionem, quæ conditioneliter, nempe vigentibus adhuc excitatis difficultatibus, de *temporanea* hujusmodi tumulatione meminerat, purè, & absolutè *perpetuam* expressisse obtinendam in Ecclesia S. Dominici Sepulturem; Quæcumque enim dispositio, cui adjecta possibilis fuerit conditio, quæ trectu temporis impossibilis evasit, pure, ac absoluta usque eb initio reputetur, ut ad Text. in Leg. 1., Leg. *Conditiones*, Leg. *Si quis ita institutus* ff. de condit. instit., Leg. *Obtinuit* ...., docent Cancer. Variar. Resol. lib. 3. cap. 22. n. 156., & Duran. de Condit., & mod. impossib. part. 2. cap. 1. num. 2.

5. Ast quatenus etiam dici vellet, Ecclesiam S. Dominici *temporariè* tantùm, ac *loco depositi* Cadaver Antonii tumulasse; adhuc tamen præjactæ distinctionis præsidio nulle planè ratione debita, de qua agitur, Canonice portio potuisset Parocho S. Jecobi eb eadem Ecclesia denegari. Quandoquidem quæstionis indaginem altiùs DD. aggressi, e vestigio animadvertebant, tum ex duplici Emolumentorum, ac bonorum specie deberi Parocho Quartam, seu Canonicem portionem, alteram scilicet ex bonis Ecclesiæ tumulanti, sive legati, sive institutionis, ac donationis causa mortis, ac demum quocumque ultimæ voluntatis titulo per Defunctum relictis; alteram ex Candelis, Intorticiis, cæterisque Funerariis Emolumentis, quæ eidem Ecclesiæ tumulanti subministrentur, ad Text. expressum in Cap. *Relatum*, Cap. *De his*, Cap. *Super*, Cap. *In nostra* de Sepultur., & in Clementina *Dudum*, §. *Hujusmodi*, eod. tit.; tum duplex cuilibet Parocho relativè ad defunctos Parochianos jus suffragari, ducendi scilicet eorum Funus, eosdemque sepeliendi, juxta doctrinam *Lapi allegat.* 59. num. 3., quem, cæteris collectis, latè exornat Pignatell. consult. 88. num. 8. tom. 6.

6. Que præmissa tum diverse Quartæ, tum distincti juris animadversione, scitè DD. concludebant, quod sicuti jus sepeliendi Ecclesiis etiam non Parochialibus ex Privilegio competit, jus verò funerandi privativè ad Parochum spectat, ad notata in puncto per Rotam coram Molin. decis. 642. num. 46.: Ita licèt exinde sequatur, Quartam bonorum, que per ultimam voluntatem Defuncti, intuitu Sepulturæ, in Ecclesiam tumulantem fuere collata, non posse sibi asserere Parochum adversus Ecclesiam *temporariè*, & *loco depositi* Cadaver Parochiani tumulentem; nihilo tamen minus quum Quarte, ex Funerariis Emolumentis profluens, debeatur Perocho nedum in correspectivitatem Pastoralis sollicitudinis, qua viventem Parochianum ipse fuit prosequutus, ex firmatis in superiori §. 1., verùm insuper in emendationem damni, ac reparationem injuriæ, quam, alibi sibi electa Sepulture, Ecclesiæ Parochiali intulit Defunctus, in que idem debuisset sepeliri, ut ponderant Franc. de Eccles. Cathedral. cap. 17. n. 14., Ricc. in Prax. part. 3. tom. 2. respons. 343. de Quart. Episc. n. 3., & Rota coram Manzaned decis. 99. n. 12., & 13.: idcirco sive *temporariè*, sive *perpetuò* in diversa Ecclesia Parochianum contingeret tumulari, jus Parochi ad assequendam ex Funerariis omnibus Emolumentis sibi debitam Quartam incolume dubio procul perseverat, ut post Text. in Clementin. *Dudum*, §. *Verum*, de Sepultur., distinguendo docent Panormitan. in Cap. *Cum super* num. 6. de Sepultur., Butr. in Cap. *In nostra* num. 8. eodem tit., Lavor. Variar. Lucubrat. tit. 2. cap. 9. n. 119. &c.

7. Si ergo quæstio, de qua Perochum inter S. Jacobi, & Ecclesiam S. Dominici contentio est, indubiè respicit *Quartam Funeralium Emolumentorum*, nunquam verò Canonicam *Legatorum piorum* portionem; inutili studio defensores memoratæ Ecclesiæ contendebent, vel collectis in contrarium Auctoritatibus inconcussum jus Parochi penitus subvertere, vel adductum a Parocho Statutum Cleri Romani cap. 4. tit. *de Canonic. Portion.* §. 4. in ampliorem sui juris confirmationem, tamquam extraneum e præsentis controversiæ definitione proclamare. Quippe quia quotquot in contrarium proferebantur Auctoritates, nempe Azor. Instit. Moral. part. 2. lib. 9. cap. 13., Lavor. Lucubrat. Canon. cap. 27. num. 59., Schmalzgrueber in Jus Canonic. lib. 3. tit. 28. num. 88., Leuren For. Benefic. tom. 2. Sect. 3. quæst. 455. n. 7.; omnes procedebant in terminis Canonicæ portionis Parocho debitæ ex piis relictis per Parochianum defunctum Ecclesiæ tumulanti. Statutum verò Cleri Romani adeò a longe erat ut extraneum dici posset a circumstantiis quæstionis, de que agitur, ex quo illud particularem tantummodo, secus generalem constitueret legem; quin undique patebat, eidemmet Statuto, quod cæteroquin in iis, quæ consentaneè ad Jus commune, ac Theoricas ab Auctoribus receptas præscripsit, legis generalis auctoritatem sibi conciliat, in identificis circumstantiis Quartæ Funeralium Emolumentorum Sacrum Tribunal ultrò subscripsisse; quemadmodum testatur in Aversana Funeralium coram Coccino decis. 289.; & decis. 635. num. 4. & 5. coram Ansald.; &, cæteris omissis, coram Caprara decis. 66. num. 5., & in supre citata decis. 622. num. 54., & seq. coram Molin.

8. Constito itaque ex his, Quartam Funeralium Emolumentorum indistinctè Parochis deberi sive *perpetuò*, sive *temporaneè* Cadevera Parochianorum extra Parochialem tumulentur Ecclesiam; eo planè magis Ecclesie S. Dominici ad prædictam Quartam exhibendam Parocho S. Jecobi obstringende erat, quia aliàs idemmet Parochus contra patulem Canonici Juris dispositionem debite sibi fraudaretur Quarta: Quam inutiliter in præsens postularet ab Ecclesia PP. Cappuccinorum, quæ quum nulla perceperit Funeralia defuncti Antonii Emolumenta; nec Quartem

Pe-

Parocho tenetur exsolvere, tanquam ex Emolumentis ab Ecclesia tumulante receptis detrahendam, ad notata per Gavant. in Manual. Episcop. verbo *Quarta* num. 2., Monacell. Formular. legal. pract. tom. 2. tit. 14. formul. 1. n. 24. in fine, &, cæteris collectis, Rota in Barchinonen. Jurium Parochialium super Quarta Funerali, & Oblationibus 2. Decembr. 1735. §. *Pari jure* coram Emo Dño Card. Rezzonico; Quamque frustra in futurum ab eadem PP. Cappuccinorum Ecclesia ipse Parochus speraret, si quando Antonii Cadaver ad prædictam Ecclesiam transferri contingeret: Scitum namque est, semel expletum Funus in Ecclesia *temporariè* tumulante, novum peragendum non esse, dum Cadaver ad Ecclesiam *perpetuò* tumulaturam defertur; & proinde, Funeralis Emolumentis deficientibus, nulla pro Parocho Quarta Canonica occasione ejusdem translationis, subduci potest, ut animadvertunt Gavant. in Manual. Episcop. verbo *Sepultura* n. 26., Genuens. in Prax. cap. 21. n. 12., Lezan. tit. 4. verbo *Sepultura quoad Regulares*, Cappon. Discept. 325. n. 23. tom. 5., & egregiè Passerin. de Stat. Homin. tom. 2. quæst. 187. artic. 4. num. 536.

9. Cæterùm nil profuit Ecclesiæ S. Dominici, possessionem sui favore in non solvenda controversa Quarta, ex unico tantùm actu eruttam, plus æquo extollere. Quidquid enim sit de peculiaribus unici hujusce actus circumstantiis, cæteroquin minimè proponibilis, dum præsentia quæstionis examen in simplici possessorio (*f*) manutentionis Judicio nequaquam versabatur; in omnimodam præterea ejusdem possessionis exclusionem urgebat observantia ex geminis solutionibus Canonicæ Quartæ in identificis terminis tumulati Cadaveris *loco depositi* in Ecclesia S. Francisci Civitatis Palmæ: quæ porrò observantia, utcumque ex geminis tantùm actibus educta, locupletissimam favore Parochi constituebat consuetudinem, tum quia in re præsertim raró contingibili actuum pluralitas ad illam legitimè inducendam non requiritur, ad Text. in Canone *Ita nos* 25. quæst. 2., Glosa. in Legem *Nemo deinceps* Cod. de Episcopal. Audient., ibique Gloss. verbo *Consuetudini*, Rota coram *Molin.* decis. 836. n. 16., & alibi passim; tum quia in hac, de qua agitur, Funeralium materia ab observantia (*g*) recedendum non esse, post Text. in Canon. *Antiquas* 10. quæst. 1., & Cap. *Certificari* de Sepultur., monent Ugolin. de Offic. Episcop. cap. 17. n. 2., Barbosa de Offic. Paroch. part. 3. cap. 25. n. 2., &, cæteris omissis, Rota coram Molin. decis. 8. n. 2., & seqq., impress. post Prosper. de Territ. separat.

Et ita &c., Utraque &c.

= (*a*) Prodiit deinde 23. Jannar. 1758., *altera* tan-
= tùm Parte informante, nimirum Parocho, Decisio
= altera coram R. P. D. Olivatio, Decisionis hujus
= confirmatoria, *in contumaciam* (sicut in ea Deci-
= sione dicitur n. 1.) *Patrum S. Dominici, qui de*
= *mala eorum jure forsitan edocti, in arenam ampliùs*
= *descendere noluerunt*.

= Nos quidem penitùs latet, quæ caussa fuerit,
= cur PP. Dominicani in arenam ampliùs non de-
= scenderint. Sed tamen ex his, quæ sum dicturus
= in Notis seqq., mihi videor affirmare posse, quod
= non ea fuerit caussa, quia nempe essent *de mala*
= *suo jure edocti*. Quinimmò, si comparuissent ite-
= rum, & jura sua pleniùs deduxissent; fortè Sa-
= crum Auditorium pro magna sua *docilitate* (quam
= in alia quadam Decisione sua profitetur) recessu-
= rum fuisset *a decisis*, sicuti aliàs in hujusmodi
= casibus facere consuevit. Vid. & infra ad d. 28.
= Febr. 1761. (Not. *i.* in fin.).

= Ceterùm nos prædictam Decisionem confirmato-
= riam infra suo loco omittendam duximus: propte-
= rea quod, si excipiatur explicatio quædam inferiùs
= referenda (Not. *g.* §. *Suppletum*); cetera, quæ af-
= feruntur in Decisione illa secunda, in idem reci-
= dunt cum iis, quæ in hac prima dicuntur.

= (*b*) Clementinæ *Dudum* de Sepultur. derogatum
= jam olim fuit per Privilegia ab Apostolica Sede
= Regularibus concessa. Hoc testatur ipsamet Sa-
= cra Rota (supr. ad d. 7. Mart. 1751. n. 4., pag.
= 9., & apud Pignatell. To. 9. consult. 145. n. 3.);
= notatque cum aliis noster P. Gaudentius a Janua
= (de Visit. Prel. Reg. To. 2. c. 7. dub. 20. sect.
= 3. n. 35. §. 1.), quem etiam affert Giraldius
= (Jur. Pontif. noviss. Par. 2. sect. 189., To. 2.
= p. 1066.).

= (*e*) Concilii verba loc. cit. hæc sunt: „ *Decer-*
= *nit S. Synodus, ut quibuscumque in locis jam ante*
= *annos XL. Quarta, quæ Funeralium dicitur, Ca-*
= *thedrali, aut Parochiali Ecclesiæ solita esset persol-*
= *vi, ac postea fuerit ex quocumque Privilegio aliis*
= *Monasteriis, Hospitalibus, aut quibuscumque Locis*
= *piis concessa, eadem posthac integro jure, & eadem*
= *portione, quæ antea solebat, Cathedrali, seu Paro-*
= *chiali Ecclesiæ persolvatur: non obstantibus Conces-*
= *sionibus, Gratiis, Privilegiis, etiam* Mari magno
= *nuncupatis, aut aliis quibuscumque* „.

= Ex his verbis evidentissimum est, non fuisse
= a Tridentino adempta Privilegia omnia omnibus
= Regularium Ordinum Monasteriis; sed decretum
= a S. Synodo dumtaxat fuisse, ut certis eorumdem
= Ordinum Cœnobiis certa Privilegia non suffraga-
= rentur. Scilicet cum a Summis Pontificibus omnes
= fermè Mendicantium Ordines fuissent sensim exem-
= pti a Quartæ funeralis solutione; oborirentur au-
= tem in dies Parochorum querelæ circa Privilegia
= istiusmodi, & controversiæ ipsos inter, & Regu-
= lares, præsertim ob consuetudines ab alterutris
= allegatas in emergentibus casibus: placuit Sacro
= Concilio regulam aliquam figere, &, assumpto
= quadragenario temporis spatio ante publicationem
= Decretorum suorum, totam rem definire, ac dis-
= sidia, litesque componere.

= Diximus „ *ante publicationem* „ &c.: quia a pu-
= blicatione Concilii, quæ facta est Anno 1563.,
= Annos illos XL. sursum versus numerandos esse;
= declaratum jam fuit (apud Barbos. Annot. ad Conc.
= Trid. Sess. 25. de reform. cap. 13. n. 5.; Matthæucc.
= Official. Cur. Eccl. cap. 42. n. 8.; Reiffenst. Lib. 3.
= Decretal. Tit. 28. n. 56.; Rot. supr. ad d. 7. Mart.
= 1751. n. 4., pag. 9. B.).

= Itaque decrevit Concilium, ut imposterum de-
= berent Quartam persolvere illa Regularium Ordi-
= num Monasteria, in quæ tres istæ, quæ sequun-
= tur, conditiones concurrerent. Prima, ut Mona-
= steria illa jam essent erecta ante Annum 1523.
= (hic enim Annus est quadragesimus ante publi-
= cationem Concilii). Secunda, ut jam ante eum
= Annum Quartam funerariam persolvere consueve-
= rint. Tertia, ut postea, si a solutione cessarunt,
= cessaverint vi Privilegii Apostolici intra illos XL.
= Annos concessi. Ex quo, patet (ut hoc obiter
= moneamus), haud rectè affirmari a plerisque Do-
= ctoribus, quod S. Synodus solutioni Quartæ eos
= tantùm Conventus subjectos voluit, qui per 40.
= Annos ante ipsius Concilii publicationem, eam-
= dem solvere consuevissent.

= Er-

= Ergo, ut ad rem redeamus, supra dictis certè Religionum Cœnobiis voluit Concilium ut Privilegia ante dicta minimè prodessent. Cumque Monasteris eadem, præcisis Privilegiis, ne tueri quidem se possent Præscriptione quadragenaria non solvendi Quartam (cum jam ante Annum 1523. usque ad Privilegii concessionem Quartam solvissent); ideo decrevit S. Synodus, ut illam in posterum solverent *eadem portione, quæ antea solebat* ab iisdem persolvi.

= Quare vi argumenti a contrario sensu, quod est in Jure *fortissimum* (*Cap. Ex eo* caus. 15. qu. 3., & Cap. *Cum Apostolico*, in fin., de his quæ fiunt a Præl., ubi concordant.), diversa mens Concilii fuit quod pertinet ad Monasteria alia.

= Ac re ipsa I. S. Pius V., tali argumento usus, declaravit (Const. *Etsi Mendicantium*, edita quatuor tantum Annis post publicatum Concilium, nempe 16. Maji 1567., apud Reiffenst. cit. T. 28. n. 57., & Girald. cit. sect. 189., p. 1064. ad calc.), declaravit, inquam, S. Pontifex Pius, quod „ *Quartam Funerolium, de qua Sess. 25. Cap. 13., nequaquam solvere teneantur Monasteria, quæ a 40. annis citra fundata existunt* „; ob eam videlicet rationem, quam statim ibi subjicit Pontifex, quia „ *Concilium ipsum loquitur tantùm de Monasteriis ante annos 40. fundatis, quæ ipsam Quartam solvere consueverunt* „.

= Ubi sicut verba postrema „ *loquitur tantùm de Monasteriis ante annos 40. fundatis* „ intelligenda sunt de Annis 40. numeratis non ab Anno, quo Piana ipsa Constitutio data fuit, sed ab Anno, quo fuit publicatum Concilium (cum de talibus 40. Annis *Concilium ipsum loquatur*, ut supra vidimus §. *Diximus*); sic verba præcedentia „ *Monasteria, quæ a 40. annis citra fundata existunt* „ intelligi debent de *Monasteriis fundatis a 40. annis citra*, numeratis non ab Anno editæ Constitutionis, sed ab Anno publicati Concilii; ideoque de Monasteriis fundatis non ab Anno tantum 1527. (quasi voluerit S. Pontifex excludere fundata ab Anno 1523. ad 1527.), sed de fundatis ab Anno 1523., & deinceps. Hæc igitur Monasteria omnia ab An. 1523. extructa, & quandocumque imposterum extruenda, in vim argumenti prædicti, & Pontificiæ Declarationis argumento eidem innixæ, Conciliari Decreto non comprehenduntur.

= Porrò Constitutionem illam, *Etsi Mendicantium*, non fuisse per Gregorii XIII. Constitutionem, *In tanta* 1. Maji 1573., revocatam in iis partibus, in quibus Pius Pontifex Concilium solummodò declarat, vel non concedit, aut disponit quidquam Concilii Decretis adversum; nos alibi animadverremus (ad d. 28. Febr. 1761., Not. *e.* §. *Cur.*). Et quod nominatim attinet ad Declarationem istam de funeraria Quarta; id expressè testatur S. Congregatio Episc. & Reg. in suo Decreto edito in una Minor. Observantium Messanæ sub die 9. Dec. 1609. (hoc est 36. Annis post editam Constitutionem illam, *In tanta*): quod Decretum, a nobis exscriptum ex Regesto alibi memorando (ad d. 28. Febr. 1761. in Not. *e.* post init.), in hæc verba conceptum est: „ PER DICHIARATIONE DELLA S. M. DI PIO V., *e della Sac. Congregazione del Concilio, sono esenti dalla quarta funerale tutti i Conventi, eretti da quarant' anni in quà, di quelle Religioni, che hanno Indulto dalla Sede Apostolica di non pagar detta quarta* „ (in cit. Regesto Part. 2. verb. *Quarta* n. 3.).

= Ad hæc II. eodem modo per argumentum idem a contrario sensu colligitur, non comprehendi in Tridentino Decreto Monasteria illa, quæ jam fuerant quidem erecta ante Annum 1523., sed *jam ante* eum Annum non consueverant Quartam persolvere; ac *postea* perrexerunt non solvere vi *Privilegii* intra illos 40. Annos *concessi*. Nam „ *Concilium ipsum* (ut supra S. Pius argumentabatur) *loquitur tantum de Monasteriis ante annos 40. fundatis, quæ ipsam Quartam solvere consueverunt* „. Quare Cœnobia *ante annos* quidem 40. *fundata*, sed *quæ ipsam Quartam solvere non consueverunt*, in Concilii Decreto non includuntur.

= Idque optimo jure. Quandoquidem Conventus istos, sepositis etiam Privilegiis ante dictis, tuebatur contra Parochos Præscriptio plusquam quadragenaria, quoniam Annis plus 40. de facto Quartam non solverant. Sufficit autem ad nihil de Quarta solvendum lapsus 40. Annorum. Hoc namque tempus satis est ad præscribendum contra jura Ecclesiis attributa ab ipso etiam Jure communi (Cap. *De quarta* 4., & ibi Wagnerek, Cap. *Ad aures* 6., Cap. *Auditis* 15. de præscript., & Cap. *Cum Ecclesia* 3. de caus. possess.).

= Neque defuisse censeri poterat ab ipso initio titulus ad præscribendum. Notum quippe est illud Juris principium, quod, etsi nihil sciatur de ullo certo titulo, quo quippiam cœptum sit possideri, vel quasi possideri; tamen ratione possessionis, vel quasi possessionis longissimi temporis (quale est in Jure tempus illud 40. Annorum) præsumatur, titulum aliquem extitisse; quodque sufficiat hic titulus præsumptus ad Præscriptionem legitimam (Leg. *Sicut* 3., & Leg. *Omnes* 4. Cod. de præscription. 30. vel 40. annor., & Cap. *Ad aures* de præscript.). Sola etiam patientia Parochorum justam caussam præbere potuit, & sufficientem titulum ad præscribendum: ut in re simili, cum Glossa in Caput *Cum Ecclesia* (in verb. *Brevitatem temporis*, de caus. possess. & propriet.), tradunt Butrius, Cardinalis, Imola, aliique per Fagnanum laudati (in idem Caput *Cum Ecclesia n.* 38.).

= Ad hæc III. per argumentum idem colligitur, non includi quidem in Tridentino Decreto illa Regularium Cœnobia, quæ jam fuerant quidem erecta ante Annum 1523., & solita fuerant Quartam persolvere; sed postea intra illos 40. Annos a solutione cessaverant non propter Privilegium intra eosdem 40. Annos concessum, sed propter Privilegium jam sibi concessum ante ipsos 40. Annos, quo tunc uti voluerint.

= Etenim S. Synodus solvendam statuit Quartam a Monasteriis, quæ, cum jam ante Annum 1523. illam solvere consuevissent, subinde a solutione cessarunt ob S. Sedis *Concessionem*, *postea*, hoc est intra eos 40. Annos, obtentam. Quare hoc ipso nihil penitus detractum voluit per suum illud Decretum de vi, ac robore Privilegiorum, quæ ante illos 40. Annos fuerant concessa; noluitque Monasteria, quibus antiqua istiusmodi Privilegia suffragarentur, Decreto suo comprehendere, etiamsi jam ante Annum 1523. Quartam solvissent.

= Itaque Concilium Monasteria illa (si contra Privilegia quidem, de quibus agitur, valere censeatur Præscriptio; uti hæc Decisio affirmat, alia verò Decisio negat, quam infra memorabimus in Not. *e.*, & *g.*), illa, inquam, Cœnobia reliquit S. Synodus dispositioni Juris communis: ad cujus tramites potuerant Cœnobia eadem redire ad

usum

usum antiquorum Privilegiorum suorum, si nondum contra Cœnobia ipsa completa erat favore Parochorum legitima Præscriptio; secus verò, si Parochi adversus Cœnobia eadem jam legitimè præscripserant, per lapsum videlicet quadragenarii temporis. Istud enim temporis spatium necessarium est ad præscribendum contra Ecclesiarum, & Monasteriorum Privilegia: sicuti habetur ex Cap. *Illud* de præscript., simulque ex Cap. *Accedentibus*, & ibi Glossa, de privil.; id quod etiam tum usu, tum Joannis Andreæ, Hostiensis, Abbatis, Felini, aliorumque Doctorum communi sententia confirmatum est.

Ex his igitur, quæ hucusque diximus, & aliis, quæ omittimus, quia ad nostri Ordinis Cœnobia minimè pertinent, perspicuum planè est, quàm longè a vero illud absit, quod in suprascripta S. Rotæ Decisione asseritur, *quascumque exemptiones, quarum præsidio pleramque Monachi, ac Regulares Funeralium Quartam Parochis exhibere detrectabant, ad prædictum effectum prorsus inefficaces declaratas* generatim fuisse a Tridentino Concilio.

(*d*) Identidem S. M. Benedictus XIII. suam illam Constitutionem voluit *Italiæ, eique adjacentium Insularum* limitibus circumscriptam (§. *Quocirca* sub fin., & §. seq. *Præterea* sub init., apud Ferrar. v. *Quarta funer.* n. 25., & Girald. Jur. Pont. noviss. Par. 2. sect. 189. To 2. p. 1055.). Ergo Constitutio hæc in Italia quidem, Insulisque adjacentibus servanda est: extra illas vero *standum Decreto Sac. Concilii Tridentini* supra allato; ut patet, notaturque in Bullario PP. Prædicatorum (To. 8. tract. *de Consensu Bullar.* Tit. 9. qu. 2. n. 11.), & a P. Gaudentio Januen. (loc. cit. supr. in Not. *b.* in fin.), aliisque Auctoribus.

Nemo autem ignorat, Insulas Italiæ adjacentes, uti etiam notavimus in Rubricis Missalis agentes de Missarum, Officiorum &c. Concessionibus (*ad Rubr. proœmial.*), non esse, nisi Corsicam, Sardiniam, Siciliam, & Melitam; Majoricam verò Insulam, Balearium maximam (cujus princeps Urbs est Majorica, seu Palma), Insulam esse adjacentem Hispaniæ unà cum duabus reliquis Balearibus. Quapropter in ea Insula non Constitutio Benedictina, sed Tridentinum Decretum servandum est.

(*e*) Momenta rationum ab hoc n. 4. ad 8. producta, quæ facere poterant contra Ecclesiam exemptionis Privilegio destitutam, nihil habent roboris contra Majoricenses Dominicanos. Falsum namque est suppositum illud principium, cui tota earumdem rationum moles innititur, quod PP. Prædicatores, & Regulares alii hac in re Privilegiis nihil juventur. Id & nos, nisi vehementer fallimur, supra evidenter probavimus, & ipsummet Sacrum Rotæ Auditorium pluries agnovit, docuitque. Legenda Decisio in *Civitaten. Oblationum Annalium* (infr. ad 4. Jul. 1764. n. 3. & 5.); ac præsertim in *Vilnen. Quartæ Funeralis* (supr. ad 7. Mart. 1751. n. 3. & 4.), ubi commemorantur nominatim tum Privilegia PP. Prædicatorum tamquam plenè adhuc vigentia, & Auctores, qui illa referunt (quibus addendum Bullarium ejusdem Ordinis in quæst. 2., citata in Annot. præc.); tum etiam Rotales Decisiones vi eorumdem Privilegiorum editæ in ipsorum Patrum favorem.

(*f*) Ut hæc, aliæque id generis phrases intelliguntur, quæ sæpe occorrunt tum in Constitutionibus Apostolicis, ut in celebri Bulla Unionis, *Ite & vos* (Chronol. To. 1. p. 224. *A.* post init.), in Const. Benedicti XIV. *Cum aliàs* (hic supr. ad d. 9. Jun. 1753., §. 1. circ. med.) &c.; tum passim in Decisionibus Rotalibus, & apud Auctores de Re legali scribentes; animadvertendum est, quod Judicium ratione materiæ, quæ in ipso controvertitur, in petitorium dividitur, & possessorium.

Petitorium illud est, in quo principaliter disceptatur de *bono jure*, videlicet, utri ex Partibus litigantibus secundùm Leges competat proprietas, dominium, aut quasi dominium, vel jus in re, vel ad rem illam, de qua agitur. Simplex verò Judicium possessorium (quod vocatur quoque Judicium *retinendæ*, nimirum possessionis, vel quasi possessionis) est illud, in quo non de rei proprietate, dominio &c. contenditur; sed de sola ipsius rei possessione, vel quasi possessione, postposita qualibet boni juris indagine, num videlicet is, qui possidet, jure, an verò injuria possideat. Hæc siquidem inquisitio ad petitorium Judicium integrè rejici debet, ne ex inopportuno examine quæstionis hujus, a simplici possessorio Judicio extraneæ, manutentio retardetur Parti indubiè possidenti, seu quasi possidenti (dicuntur autem *possideri* res corporales; sed *quasi possideri* incorporalia, sive jura, quia hæc propriè non possidentur, apud Ferrar. v. *Dominium* ar. 1. n. 26., & v. *Præscriptio* §. 4. n. 7.: itemque illarum haberi dicitur *dominium*; istorum verò *quasi dominium*).

Hoc porrò secundum Judicium est præparatorium ad illud primum. Primum autem illud, principale, ac plenarium Judicium est. Hinc antea Lis de possessione deciditur: deinde instituitur altera de bono jure, sive de proprietate, dominio &c.

In Judicio igitur possessorio dumtaxat inspicitur, uternam ex Litigantibus actu, & re vera possideat, & juxta merum possessionis factum res absolvitur. Datur scilicet manutentio in possessione juxta ipsius possessionis modum, & statum tempore motæ Litis, ex vulgato §. *Retinendæ* Instit. de Interdict.: hoc est, possessio adjudicatur illi, qui in eadem possessione erat, quando orta inter Partes controversia fuit; sive porrò possessio illa, quæ Litem præcessit, continuo aliquo tempore perduraverit, sive sita fuerit in unico, & recenti actu, dummodò in utroque casu possessio illa nec violenta, nec clandestina, nec precaria fuerit.

Ut c. c. in casu, de quo hic agitur, si PP. Dominicani Majoricenses in ultimo Funere, quod ad illorum Ecclesiam perlatum fuerat, Quartam non solvissent; ac postmodùm, oborta inter ipsos, & Parochum controversia occasione alterius Funeris ad Ecclesiam eorumdem Patrum perducti, controversia hæc in *possessorio* tantùm agitata fuisset; fuisset iisdem Patribus adjudicanda manutentio in possessione: dummodò prædicta non solutio Quartæ in priori illo Funere neque violenta fuisset, neque precaria, id est, ex Parocho precibus impetrata. Unicus enim actus ultimus (ut hoc loco innuit Decisio, quam commentamur), etiam recens, qui Litem præcesserit, quique nec vi, nec clam, nec precariò gestus fuerit, satis est ad quasi possidendum, atque hinc ad obtinendam in simplici possessorio Judicio manutentionem: quin necesse sit, ut illa quasi possessio fuerit per legitimum tempus præscripta. Præscripta enim possessio, vel quasi possessio tunc solùm

lùm requiritur, quando quisquam eam allégat in Judicio petitorio. De quibus omnibus consuli potest ejusdem Sac. Rotæ Decisio in Tarraconen. Manutentionis 8. Mart. 1765. (n. 2. 3. 7. 10. 13.), & in Spoletana Manutentionis 21. Junii 1771. (n. 2.), in quibus aliæ Decisiones citantur; ac potest etiam consuli Prosper Fagnanus (in Cap. *Later*, n. 28. & seq., qui fili sint legit.). In Judicio autem petitorio ei adjudicatur jus, seu dominium, vel quasi dominium, qui ex Privilegiis, Consuetudine, Præscriptione, Pactis, aliisve legalibus rationibus probat, jus, seu dominium, vel quasi dominium ad se pertinere.

Pluries verò, quando una ex Partibus contendentibus in ea versatur sui boni juris perspicuitate, quæ efficaciam possessionis Partis adversæ valeat absorbere; utrumque Judicium, petitorium, & possessorium, cumulatur, hoc est, simul conjungitur, proprietasque, ac possessio unà simul cognoscuntur; definiturque subinde, constare de bono jure unius Partis, eidemque idcirco dandam esse manutentionem, etiam sine ulteriori possessionis indagine. Etenim illud est in Jure certissimum, quod videlicet, statim ac ambigi nequit, quin ad Partem unam ex litigantibus dominium, seu jus, de quo agitur, spectet; præpediendum illi non est ejusdem sui dominii, seu juris exercitium; ipsique propterea ad boni juris tramites indulgenda est manutentio sine ulteriori possessionis examine, licèt etiam constet, non Partem illam, quæ bonum ius habet, sed Partem contrariam id, de quo agitur, possidere. Hujus namque possessio a bono jure alterius Partis sic absorbetur, ut nihili æstimanda sit. Nam secus illud eveniret absurdum, quod nempe Manutentio in possessione tribueretur ei, qui titulum non habet, in quo possessio consistere possit. Vide de his Rotam in cit. Tarraconen. n. 13.; in Cracovien. Decimar. super Manutentione 5. Maji 1766. n. 2.; in Montis Falisci Responsionis super Manutentione 14. Januar. 1771. n. 2., in Romana Juris baptizandi super Manutentione 3. Junii 1771. n. 2., & 12. Mart. 1779. num. item 2.; atque in Decisionibus aliis, quæ in istis laudantur.

(g) Longè aliter (ad rem præsentem quod attinet) sentit ipsamet Sac. Rota in *Civitaten. Oblationum Annalium* 4. Jul. 1764. In ea namque Decisione tum agnoscit id, quod a nobis supra est demonstratum (Not. *c.* §. *Etenim*), quod nempe per Decretum Tridentini Concilii nihil de Privilegiis detractum fuerit, quæ cunctis Cœnobiis nostri Ordinis, nihilque consequenter de iis, quæ Cœnobiis omnibus PP. Prædicatorum, aliorumque similium Regularium Ordinum concessa fuerant; tum etiam docet, nullam adversus Privilegia eadem allegari posse Præscriptionem legitimam (vid. infr. ad d. 4. Jul. 1764. n. 3. post med., & n. 5. post init.).

Sed si falsum hoc sit, quod videlicet Præscriptio nulla legitima possit adversus Privilegia illa proferri; saltim certè ut *observantia* ista, quæ objicitur, urgeret Majoricensem Dominicanam Ecclesiam, duo fuissent a R. Parocho Bauza probanda. Quando enim Regulares sustinent, non teneri se Quartam præstare; Parochis jus suum probandi incumbit onus, in vim Responsi S. Congregationis Concilii in una Minorum de Observantia Provinciæ Poloniæ 24. Nov. 1682., pluriumque Decisionum Rotalium (apud Matthæuc. Offic. Cur. Eccl. c. 42. n. 9., & Girald. Jur. Pont. noviss. Par. 2. sect. 189. ad calc., ubi citat etiam Decisiones Rotæ in Vilnen. Quartæ funeralis 6. Jul. 1749., & 23. Januar. 1750., utramque cor. Canilliac Decano; quibus addenda tertia, utriusque confirmatoria, quam vid. sup. ad d. 5. Mar. 1751. n. 4. sub fin. & seq.).

Primùm igitur Parochus ad mentem etiam Tridentini Decreti debuisset probare, viguisse observantiam solutionis Quartæ in ipsamet Majoricensi Ecclesia S. P. N. Dominici. Neque enim Concilium voluit, ut observantia Monasteriorum, de quibus loquitur, Monasteriis aliis noceret, ut supra vidimus (Not. *c.*). Idque optimo jure. Nam *factum cuique suum nocere debet* (Leg. *Factum* 155. ff. de Regul. Jur.). *Neque debet aliquis alterius odio prægravari* (C. *Non debet* 22. de Regul. Jur. in 6.). Hic autem contrà, cum agatur de *Ecclesia S. Dominici*, profertur observantia *Ecclesiæ S. Francisci*, quæ nostri ordinis Ecclesia est.

Secundò probandus fuisset legitimi temporis lapsus a prima ex duabus solutionibus, quas hic Decisio memorat, usque ad tempus motæ Litis, scilicet usque ad Ann. 1753., quo orta contentio fuit Parochum inter, & PP. Dominicanos, ut in eadem Decisione n. 1. narratur.

Suppletum quidem hoc fuit in Decisione secunda cor. Olivatio, de qua supra meminimus (Not. *u.* init.). In qua (n. 10. & seqq.) postquam dicitur „ *Neque ad hujusmodi evertendam observantiam excipere prodesset, ... quod præscribi nequiverit ob defectum complurium actuum, ac temporis in id necessarii ....; nam satis ad eam inducendam videbantur duo actus per Parochum allati in re non adeò frequenter contingibili, Text. in Cap.* Ita nos *quæst.* 2., *Gloss. in Cap.* Venerabili, *vers.* Ex successs. *de elect.* „; post hæc ita mox additur: „ *Legitimi autem temporis decursus eruebatur ex tumulationibus Cadaverum* (nempe in Ecclesia Minorum Observantium ejusdem Civitatis Palmæ, ut paullò ante dicebamus) *cum respectiva exactione Quartæ: quæ sicuti initium ducunt ab Anno* 1729., *ut admittitur in Sententia dicti Vicarii Generalis; ita per temporis diuturnitatem plusquam sufficientem* (scilicet 24. Annorum, tot enim defluxerant ab An. 1729. ad prædictum Annum motæ Litis 1753.) *exuberant pro evincenda consuetudine Juris dispositioni conformi, quæ de cætero solo decennio contentatur juxta Can.* Consuetudo *dist.* 12. „.

At verò etiam si Causa tunc acta fuisset contra Ecclesiam ipsam S. P. N. Francisci, & hæc omni dubio procul ab An. 1729. bis Quartam solvisset; nihil tamen profuisset Parocho ille temporis lapsus 24. Annorum. Nam ad inducendam Præscriptionem, quæ licèt sit Juris communis dispositioni conformis, est tamen contraria Privilegiis Apostolicis, per quæ ipsi Juri communi derogatum fuit, opus est decursu spatii 40. Annorum, ut alibi animadvertimus (Not. *c.* §. *Adhæc* III. sub fin.).

Quæ tamen hucusque in hac Annotatione diximus (supposita scilicet, ut supra in §. *Sed*, vi Præscriptionis contra memorata Regularium Privilegia, quam & supponimus infra); ea quidem dicta volumus in hypothesi, quod Parochus contra Ecclesiam illam PP. Dominicanorum, & nostram nondum legitimè præscripserat perceptionem Quartæ in casibus tumulationum perpetuarum; aut certum saltim non erat, quod

in

= in his casibus Quartam legitimè præscripsisset.

= Ceterum si jam Quartam in his casibus præscripserat, & hoc inter Partes litigantes constabat; inquirendum hic superesset, utrum Quartæ Præscriptio favore Parochi in tumulationibus perpetuis adversus Apostolica eorumdem Regularium Privilegia, tribuentia exemptionem universalem a solutione Quartæ, ideoque in tumulationibus tum perpetuis, tum temporalibus; eo ipso extendatur de Jure ad Quartam in tumulationibus temporariis, seu loco depositi; an verò hic pariter locum habeat illud Juris principium: *Tantum præscriptum, quantum possessum* (Leg. *Quod meo* §. fio. ff. de acquir. possess.; & Leg. 1. §. *Signis hoc interdicto* ff. de itiner. actuq. privat.).

= Nam posito quidem, quod extendatur; certè Parochus non tenebatur *Præscriptionem* in iis casibus temporariæ tumulationis pro se inductam probare, multoque minùs quadragenariam; cum satis ipsi, superque esset quadragenaria Præscriptio Quartæ, pro se jam completa, in tumulationibus perpetuis: sed a Regularibus potius probari debuisset Præscriptio sua contra Parochum in tumulationibus temporalibus, & loco depositi; eademque probanda fuisset quadragenaria.

= Siquidem Præscriptio, vel Consuetudo completa (qualis fuisset in casu illa Præscriptio Parochi in tumulationibus perpetuis, & consequenter etiam, juxta dictam hypothesim, in temporalibus) non tollitur, si semel, vel bis contrarium fiat; sed contraria requiritur legitima Præscriptio, vel Consuetudo (ex Cap. *Auditis*, vers. *Si autem*, de præscr., & ibi Abb. in ult. not. n. 10.; Leg. *Nemo alieno*, §. *Temporalia*, juncta Gloss., ff. de Reg. Jur.; Speculat. de Præscr. §. 1., vers. *Quid si post completum*; Jo. Andr. in Cap. fin. de consuet.).

= Contra autem si legitima Præscriptio Quartæ in tumulationibus perpetuis contra prædictos Privilegiarios, handquaquam extenditur ad temporarias; tunc utique illa, quæ supra diximus, immota persistent.

= Atqui cum nobis ad alia festinantibus non vacet quæstionem hanc maturè ad examen vocare; neque consuetudo nostra patiatur, ut in re, non satis per nos discussa, judicium nostrum interponamus; aliis idcircò, ubi opus fuerit, argumentum hoc ad Juris lancem expendendum relinquimus.

1757. 27. Jun. *Ejusd. Sac. Rotæ*

Decisio cor. R. P. D. Stadion in Pacen. Præcedentiæ: *qua adjudicatur nostris PP. Discalceatis Præcedentia in PP. Augustinianos, Trinitariosque, in illis etiam alternis, seu* turnariis *Functionibus, quas illi velint diverso tempore a PP. Observantibus suapte sponte peragere.*

1. QUanquam PP. Augustiniani, & Trinitarii Civitatis Pacen. a summa benignitate nostri Tribunalis audiri impetraverint post duas contrarias Decisiones, ab Illmo D. Caprara Urbis Gubernatore sub dieb. 17. Jun. 1755., & 10. Maji 1756. promulgatas, quibus sibi denegabatur Præcedentia, quam supra PP. Reformatos, & Discalceatos S. Francisci in sacris Supplicationibus, aliisque Functionibus turnatim paragendis usurpare conabantur; in redintegrata tamen hodie coram me, emeritissimo Collegæ suffecto, Concertatione nihil eorumdem impensiores labores profecerunt, quia DD. in Decisis persistere existimarunt.

Chronol. Seraph.

2. Et meritissimè quidem ..... (*Ponuntur hic, & num. seq. rationes petitæ ex Const. 92. Clementis VIII., & ex Sacræ Rit. Congñis Decretis Annor. 1629., 1700., 1706., quæ ab Urbano VIII., Innocentio XII., & Clemente XI. fuerunt respectivè confirmata; tum etiam ex ipsius S. Rotæ Decisionib. a Monacello relatis. Quæ Iura cum afferantur in Decisione, quam exhibuimus supra pag. 165. ac seqq., & infra etiam hic repetantur; ea idcirco hoc loco omittimus*).

4. Infeliciter autem PP. Augustiniani, & Trinitarii Pontificias Sanctiones, & lites toties contra se judicatas superare adnitebantur novi conficti casus distinctione, ajentes nimirum, quod hucusque adlata Documenta ad eos duos tantum casus, *ub se non impugnatos*, pertineant, in quibus *vel commixtim, & unitim* cum PP. de Observantia, juxta rationem Functionis ab universis Regularibus eadem die peragendæ, PP. Discalceatis incedendum sit, *vel* etiam *separatim*, secundum alia particularia, sive turnaria officia, quatenus id ex eo contingat, quod in his *nolint*, aut *nequeant* Minores Observantes interesse: At non item eadem Documenta pertineant ad *tertium* hunc casum, unice, ut Augustiniani profitebantur, *controversum*, in quo iidem PP. Discalceati soli, & sub propria Cruce eas ex turnariis Functionibus conficere velint, quas & PP. de Observantia sejunctim ab illis compleverunt.

5. In hoc namque tertio, ac noviter adinvento casu, cum Discalceati, a PP. Observantibus Turnum sua die consumantibus sese ultro dividentes, & abscindentes, eam servare nequeant Corporis unitatem, aut unitatis repræsentationem, quæ in primo, & respective secundo ex designatis casibus continetur; nec sibi ideo adrogare possint Franciscani Ordinis præeminentias, quarum solius unitatis ratione participes iidem facti in memoratis Constitutionibus dicebantur: Adeoque in ejusmodi peculiari circumstantia aut solam spectandam esse contendebatur antiquioris erectionis prærogativam secundùm, ante omnes alias editam, Constitutionem Gregorii XIII. in ordine *in* 84., aut Loci consuetudinem, ad notata per *Card. de Luc. in Miscell. disc.* 93. *num.* 17., & *seq.* aliosque enumeratos in *prima Causæ decisione* §. 6.

6. Infelicissime, inquam, sophismata ejusmodi profitebantur adversus planissima Constitutionis Clementinæ verba, dilucide præscribentia, PP. Discalceatos *omnibus, & singulis Privilegiis, & Præcedentiis in Processionibus, in Funeribus, ac in concursu cum aliis Religionibus, in Concionibus, certis locis, & tempore vicissim habendis, & in omnibus aliis Actibus publicis, & privatis, quibus dicti Fratres de Familia &c. frui, potiri, & gaudere solent, & possunt* &c., SINE ALIQUA DIFFERENTIA *frui, & gaudere posse, & debere*. Si namque Summus Pontifex sine ulla prorsus limitationis, aut distinctionis significatione PP. Discalceatos Patribus de Familia perfectissime exæquavit, juribusque in universum omnibus, quibus isti utebantur, *sine aliqua differentia* frui & illos debere constituit; incivilissimum sane erat, contra perspicuam, disertamque Constitutionis litteram, tantam adhuc differentiam, & disparitatem inter perfecte parificatos obtrudere velle, unde Discalceati in iis tantum figuratis casibus Præcedentiam obtinerent, in quibus vel commixtim cum Fratribus de Familia incederent, vel in *eorum vicem, & locum* subrogarentur: qui casus non solum non potuissent aliter se habere, ac solius Observantis Familiæ præemi-

eminentiam præ se tulissent; sed ex ipsis, non tam Privilegiis Observantium donati, quam servitute incedendi sub eorum Cruce gravati iidem Discalceati viderentur (*a*), contra regulam, de qua *Text. in leg. 1. Prætor. ff. de Judic.*, *in leg. 2. §. Hoc autem Cod. de veter. Jur. enucl.*, *Rota coram Falconer. decis. 75. num. 9. in Miscell.*

7. Sed manifestius adhuc sic distinctorum casuum fallaciam eludebant supra memoratæ Resolutiones Congregationis Rituum, Apostolica Auctoritate confirmatæ, per quas disertius statutum fuit, ut PP. Discalceati donatis privilegiis, & præcedentiis frui *semper* in Augustinianos, & Trinitarios deberent, *sive soli de per se, & sub propria Cruce, sive sub Cruce, & cum Familia de Observantia incedant*. Quoties autem in litis, præsertim acriter renovatæ, circumstantiis edictum expressim fuit, PP. Discalceatis, sive solis, sive cum Familia Observantium incedentibus, *Præcedentiam in concursu cum aliis Regularibus semper competere*; jam non modo relati Decreti manifesta *universalitas* exceptuationem asserti novi casus non patiebatur; quum tunc fieri amplius non posset, ut Discalceatis, etiam solis incedentibus, *semper* competeret Præcedentia: Sed nec ipsa *litis* ratio, quum suasibile non sit, ut super illius *duobus* casibus, ne semel quidem disputabilibus, & nihil, aut fere nihil ad jus Discalceatorum pertinentibus, toties, tamque obstinate dimicari potuerit, & ex contrario tot illæ controversiæ nunquam attigerint tertium casum, qui elargitam Discalceatis Præcedentiam vel unice, vel potissimum complectebatur.

8. Nilque istius conficti casus novitatem, & exceptuationem juvabat ratio illa in objecto prænarrata, quod Discalceati se ultroneè dividentes ab Observantibus, secundum dicti novi casus figurationem, eam servare non videantur Corporis unitatem, cui innititur inducta inter ipsos privilegiorum communio. Hæc namque Familiæ unitas non in materiali, & accidentali illa commixtione consistit, quam faciunt isti omnes Franciscani Regulares, ubi in Sacris Supplicationibus, aliisque Functionibus perficiendis insimul conveniant; sed in unius certi Ordinis universitate, quæ per modum unius Analogi Corporis in pluribus utcumque distinctis, & separatis ejusdem Ordinis membris virtute rationis concipitur. Quæ porro Unitas quum rectissime conservetur etiam in materiali, & accidentali illa separatione; ideirco ex hac ipsa ratione firmius redditur, quod ea omnia privilegia, quæ Fratribus de Familia, quamvis solis, & separatis, debentur; sine ullo prorsus discrimine Discalceatis, etsi pariter solis, & separatis, debeantur, ne alioquin contra ipsammet Unitatis Ordinis rationem Discalceati, qui per omnia exæquati sunt Fratribus de Observantia, ejusdemque Familiæ *vere*, & *indubie* sunt, iniquo nihilominus jure dijudicentur; ut optime in hisce terminis aliàs respondit *Rota coram Lancetta decis. 1229. num. 27.*, & etiam firmant *Decisiones*, quæ revidentur, *prima* §. 8., *secunda* §. 7. (*b*).

9. His firmiter constitutis, pejori sane consilio Augustiniani, & Trinitarii immemorabilem consuetudinem suo assumpto conformem probandam aggrediebantur .... (*Tanguntur hic rationes supra positæ p. 367. seq. n. 33. seqq.*),

10. Deinde vero, si etiam hæc omnia deficerent, & si Immemorabilis concludentissime probaretur; quum tamen memoratæ Pontificiæ Constitutiones, Præcedentiam Discalceatis perspicue, ut visum est, concedentes, munitæ sint Clausula *Sublata*, & *Decreto irritanti*, inutilis prorsus evaderet in hujusmodi circumstantiis supposita consuetudo, quippe quæ ex dicta *Clausula*, & *Decreto* aut legitime oriri deinceps non potuisset, aut, si antea fuisset initium sortita, abrogata, & deleta inde penitus remansisset; quemadmodum plenius demonstrat utraque ex laudatis Decisionibus, quæ revidentur, præsertim *prima* §. 10., quibus in reliquis habita fuit relatio.

Et ita &c., Utraque &c.

= (*a*) Nam in Functionibus, quibus unà cum Ob-
= servantibus intersunt, incedere debent sub horum
= Cruce (vid. infr. ad 12. Febr. 1759. Decisionem
= aliam n. 5. in fin.). In iis autem Functionibus,
= quibus Observantes adesse vel nolunt, vel ne-
= queunt, PP. Discalceatis, non uti Discalceatis,
= secundùm Adversantium sententiam, Præcedentia
= deberetur; sed uti repræsentantibus eo casu Ob-
= servantem Familiam, & in Observantium absen-
= tium *vicem*, *& locum subrogatis*: adeo ut proinde
= hoc etiam casu, secundùm adversaria principia,
= incederent quodammodo, seu per fictionem juris
= sub Observantium Cruce, quippequam tunc Di-
= scalceatorum Crux repræsentaret. Igitur si Præce-
= dentia ipsis nonnisi in his duobus casibus debe-
= retur; itaut alternas, seu ternarias Functiones nul-
= las ex iis, quas Observantes quoque peragunt,
= possent, si vellent, seorsum ab Observantibus Di-
= scalceati explere, quin Præcedentiam amitterent;
= *non tam privilegiis Observantium donati, quàm ser-*
= *vitute incedendi sub eorum Cruce gravati iidem vi-*
= *derentur*. Hæc est totius hujusce ratiocinatio-
= nis vis.

= (*b*) Constat ex iis omnibus, quæ hucusque in
= Decisione ista producta sunt, locum hac in re non
= habere S. M. Gregorii XIII. Motum proprium,
= *Exposcit* 25. *Jul.* 1583., qui supra (n. 5.) oppone-
= batur. Vid. etiam infra Decisionem aliam initio
= præcedentis Notæ commemoratam; in qua num.
= 5. ad Constitutionem eamdem nominatim respon-
= detur.

1757. 16. Jul. *Decretum S. R. C. in una* Regni Poloniæ.

ANdreas Mlodzidowski, Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Cracoviensis, nomine totius Cleri Regni Poloniæ, Sac. Rit. Congregationi exposuit, aliàs Clero præfati Regni concessam fuisse facultatem transferendi Festa nonnullorum Sanctorum ad Dominicas infra eorum Octavas ob majorem Populi concursum. Cum autem, ut sæpe solet, aliquod ex dictis Festis incidat die Dominico, quemadmodum hoc Anno Festum S. Stanislai; Oratores eidem Sac. Congregationi humillime supplicarunt pro declaratione =

An hoc casu Festa Sanctorum incidentia in diebus Dominicis celebrari debeant in iisdem diebus propriis, assignatis pro Ecclesia universali; sive transferri ad Dominicas respectivè sequentes?

Et Sacra Congo, ad relationem mei Secretarii, respondit: Festa prædicta celebranda esse in diebus propriis, non autem in Dominicis sequentibus in casu, de quo agitur. Et ita declaravit die 16. Julii 1757.

1757. ead. d. *Ejusdem Decretum in* Gadicen.

MAgister Cæremoniarum Ecclesiæ Cathedralis Gadicensis supplicavit Sacror. Rit. Congregationi, quatenus declarare dignaretur, an Officium Patrocinii S. Joseph, quod privilegio, & concessione particulari omnibua Hispaniarum Regnis indultum est celebrari sub ritu Duplicis minoris Dominica tertia post Pascha, si, concurrente in dicta Dominica, sicut accidit hoc anno 1757., Festo SS. Apostolorum Philippi, & Jacobi sub ritu Duplicis secundæ Classis, vel alterius Sancti sub eodem ritu, dictum Officium Patrocinii S. Josephi nón tam celebrari, neque transferri, sed omitti debeat? Et quatenus affirmative;

Supplicavit pariter pro declaratione, an licitum sit, & possit Reverendiss. Episcopus Gadicen. idem Officium transferre in aliam diem post citatam Dominicam tertiam; ut jam in simili ab hac S. Congregatione concessum fuit Reverendiss. Archiepiscopo, & Capitulo Ecclesiæ Hispalensis sub die 26. Novembria 1735.?

Et S. Congregatio, ad relationem mei Secretarii, respondit: In hujusmodi casu Officium Patrocinii esse omittendum ad formam Rubricarum. Die 16. Julii 1757.

= Hujus Decreti caussa, gravis oborta dubitatio
= fuit Eñis Patribus, examini Rubricarum Pecu-
= liarium novissimi Breviarii nostri a SSmo Dño
= PIO VI. præpositis, circa id, quod præscribitur
= in Rubrica 118. inter easdem novissimas, sub n.
= 3. Verumtamen ob rationes, quas latè exposui-
= mus & voce, & scripto, in eam tandem sapien-
= tissimi Patres sententiam descenderunt, nullam
= Decreti hujus, sed aliorum præcedentium Decre-
= torum rationem habendam esse, approbandamque
= Rubricam illam, ut jacet.

= Nihilominus nos Decretum idem, hac subjecta
= annotatione, referendum censuimus, ut simul
= nec nostro deessemus officio, cujus est fideliter
= Decreta cuncta referre, nec posset cuiquam pro-
= gressu temporis Decretum istud aliquam fortè
= hæsitationem creare.

= Etsi cæteroquin Decretum idem nemini faces-
= sere negocium poterat, si ab omnibus haberetur
= præ oculis generale præscriptum Rubricæ 137. in-
= ter easdem novissimas, quod animo nunquam
= deberet excidere. Ea siquidem Rubrica imperat
= (sub n. II.), ut ex Rubricis General., Rubricis-
= que Peculiaribus Anni 1696., & ex Decretis an-
= terioribus Sac. Rit. Congñis *suppleantur duntaxat*
= *ea, quæ in ipsis* novissimis Rubricis *desint*: in iis
= verò, quæ in iisdem non desunt, Rubricæ
= ipsæ novissimæ *omninò ut jacent servari de-*
= *beant*; etiam si proinde aliqua illarum præscri-
= ptio supradictis aliis vel Rubricis, vel Decretis
= adversari penitùs videatur. Quæ generalis regula,
= unà cum reliquis omnibus in iisdem Rubricis con-
= tentis, tum a laudatis Amplissimis PP. approba-
= ta, tum deinde a Pontifice Maximo PIO in suis
= Apostolicis Literis, Breviario ipsi hodierno præ-
= fixis, confirmata est, atque in virtute S. Obe-
= dientiæ omnibus Breviario eodem utentibus im-
= perata.

1757. ead. d. *Conceditur per eamdem S. C. facultas solemniter transferendi Corpus* B. Salvatoris ab Horta.

= JAm usque ab An. 1726., sedente Benedicto
= XIII., Religiosi Obs. Provinciæ S. Saturnini
= in Sardinia facultatem ab eodem SS. Pontifice ob-
= tinuerant transferendi Corpus B. Salvatoris ab Hor-
= ta e Templo Conventus S. Mauri, ubi fuerat An.
= 1717. in modum depositi collocatum, ad Tem-
= plum novi Cœnobii S. Rosaliæ. Utrumque hoc
= laudatæ Provinciæ Cœnobium situm est Calari,
= principe Sardiniæ Urbe: in quam Urbem cum e
= nativa sua Catalauniæ Provincia B. Salvator sub ex-
= tremum vitæ tempus venisset, ibi ipsius vitæ cur-
= riculum sancto fine explevit.

= Impetrata illa translationis facultas ob varia, quæ
= interjecta fuerunt, impedimenta executioni tunc
= mandari non potuit. Itaque hoc Anno, cum omnia
= essent parata, Magistratus Calaritanus, & Provin-
= ciæ illius Minister cum Definitorii Patribus Sum-
= mum Pontificem Benedictum XIV. conjunctis stu-
= diis exorarunt, ut aibi liceret eandem transla-
= tionem per publicam solemnem Supplicationem
= perficere, quæ comites haberet quoscumque Civi-
= tatis ordines.

= Placuit Sanctitati Suæ rescribere: *Arbitrio Sacræ*
= *Rit. Congr. cum facultatibus necessariis, & oppor-*
= *tunis*. Neque enim Sacra ead. Congregatio, nisi
= speciali Pontificia Auctoritate fulta, istiusmodi pe-
= titionibus potest annuere; repugnante Decreto A-
= lexandri VII. 27. Sept. 1659. *super cultu Beatis*
= *præstando*, in quo cavetur n. XI. „ *ne Reliquiæ*
= *Beatorum in Processionibus circumferantur* „.

= Auditus a Sacra Congregatione R. P. D. Pro-
= motor Fidei, petitioni Magistratus, Provinciæque
= favit suffragio suo, quod sanè Beato nostro per-
= honorificum fuit. *Agitur* (inquiebat) *de Beato,*
= *cui non solùm in Insula, sed toto fere Orbe terra-*
= *rum publicus delatus est cultus: imo parum abfuit,*
= *quin Postulatores æquipollentem Beatificationem a S.*
= *Sede reportaverint* ex cultu universaliter ab Eccle-
= sia præstito (reportarunt autem, post maturum
= Causæ examen, & S. R. C. Rescriptum 3. Sept.
= 1710., cui Clemens XI. 29. Januar. 1711. Pontifi-
= ciæ Auctoritatis robur adjecit, reportarunt, in-
= quam, æquipollentem Beatificationem „ *vigore In-*
= *dulti* „ nimirum ob Apostolicas, quæ hic infra
= innuuntur, Concessiones Indulgentiarum visitanti-
= bus ipsius Beati Sacellum, aliasque Concessiones
= Ecclesiastici Cultus approbatrices).

= *Eidem Beato* (pergebat Illustrissimus Præsul) *tota,*
= *qua jacet, Hispania veteri, & nova, & in aliis quo-*
= *que Europæ, & Italiæ Urbibus publicè dicata sunt*
= *Altaria; decretæ pro varietate temporum, & pro qua-*
= *litate locorum Indulgentiæ; concessum Officium, &*
= *Missa pro toto Ordine Franciscano; uno verbo, nul-*
= *la deest prærogativa, qua Cultus possit esse illustrior.*

= *Itaque* (concludebat) *nulla repugnat ratio, ob*
= *quam petitis annuendum non sit: cum gratia conces-*
= *sa fuerit, Summo Pontifice annuente, pro translatio-*
= *ne Corporum aliorum Beatorum, pro quibus tanta*
= *nec fama, nec Cultus, nec publici obsequii milita-*
= *bant testimonia.*

= Quamobrem Sacra Congr. die 16. Julii 1757. „
= *attentis peculiaribus circumstantiis præsentis casus,*
= *in exemplum non trahendis, rescripsit cum prævio O-*
= *raculo Sanctitatis Suæ* = Pro gratia juxta instru-
= ctionem R. P. D. Promotoris Fidei „.

1757.

1757. 22. Jul. ad 1. Aug. *Vocalibus omnibus Generalis Capituli Murcien. Privilegia conceduntur, quæ Suffragatoribus Capitulorum Gen. comitiatuta sunt; etiam si conditionibus careant ad id requisitis; ac licèt etiam eorum multi Comitiis illis re ipsa non interfuerint.*

BEATISSIMO PADRE

IL Generale di Araceli, prostrato a' vostri santissimi piedi, umilmente espone, come con Rescritto speciale della S.V. in data de' 4. Maggio 1757. fu benignamente aggraziato delle opportune, e necessarie facoltà per dispensare non meno co' Vocali di Portogallo, impediti dalle note calamità del terremoto di poter intervenire a suffragare nel Capitolo Generale di Murcia; che con gli altri delle Indie, Alemagna, Italia &c., non giunti ivi in tempo o per malattie, o per altri gravissimi incomodi, in un viaggio così lungo incontrati; ad effetto, che quantunque assenti, e non intervenuti a suffragare, godessero de' respettivi privilegi, accordati dalle Leggi dell' Ordine a' PP. Vocali de' Capitoli Generali. Ma perchè alcuni di tali Vocali, che mancarono, come altri ancora, che di fatto intervennero, e diedero il voto, sì dell' Osservanza, che Riformati, Scalzi, Recolletti, e del Terz' Ordine, si ritrovano mancanti delle condizioni, e qualifiche, le quali pel conseguimento di detti privilegi vengon prescritte dalle nostre Costituzioni, confermate in questa parte dal Breve di V. S., che principia, *Apostolica a Pastorum Principe*; supplica per tanto la somma clemenza della medesima S. V. di ammettergli graziosamente tutti alla partecipazione de' riferiti privilegi, non ostante qualunque mancanza delle accennate condizioni, o qualifiche; nel modo medesimo, che con Apostolico Rescritto sotto li 2. Giugno 1750. si degnò accordare pietosamente una simil grazia al P. Molina immediato Antecessore dell' Oratore, in occasione dell' altro Capitolo Generale celebrato in quell' anno qui in Roma. Che della grazia &c.

Ex Audientia SSmi die 22. Julii 1757. = Sanctissimus concessit Ministro Generali Oratori facultates omnes ad effectum, de quo in precibus, necessarias, & opportunas; quibus utatur pro suo arbitrio, & prudentia in casibus particularibus; contrariis non obstantibus.

Loco ✠ Sigilli.

J. C. Boschi Secretarius.

Decretum ejusd. P. Ministri Gen.

REverendissimus Pater Clemens a Panormo Minister Generalis prædictus, Apostolicis facultatibus in casu specialiter communicatis fultus, mandat, ut Patres Vocales, qui quolibet modo ad Comitia Generalia Murciana non interfuerunt, eisdem privilegiis gaudere debeant; ac illi, qui personaliter ad ferendum votum accesserunt, etiam si careant conditionibus a Lege præscriptis; aeque pariter eisdem gaudere debent; qui suffragati fuere, & prædictas conditiones non habent; non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, & Ordinis quibuscumque.

Datum Romæ ex Aracœli die 1. Augusti 1757.

Fr. Clemens de Panormo
Minister Generalis.

De mandato Rmi in Christo Patris
Fr. Vincentius Scutari ex-Def. Gen., & Secr. Gen. Ord.

= Supplicem Libellum alterum, & Pontificium = Rescriptum diei 4. Maji, de quo sub initium su= prascripti Libelli mentio fit, vide supr. ad eamd. = d. 4. Maji. Constitutionem verò, *Apostolica*, & = Rescriptum 2. Jun. 1750., quæ in eod. supplici Libel= lo commemorantur, habes apud P. Perusinum = (Par. 2. p. 265. col. 2. seqq., & p. 440. col. 2.).

1757. 2. Aug. *Pontificiæ Literæ ad Locorum Ordinarios datæ circa non promotos, qui Sacrum celebrare, aut Fidelium excipere Confessiones audent: ubi etiam agitur de vigilantia summa, quæ hoc super negocio adhibita semper ab Ecclesia fuit, & ab iis, ad quos pertinet, adhibenda est.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ven. Frater, Salutem &c.

§. 1. QUam grave, horrandumque scelus admittat quicumque *&c.*

§. 2. Has omnes Constitutiones Nos ipsi memoravimus, & confirmavimus in Nostra, quam usque ab Anno Incarn. Domin. MDCCXLIV. Pontificat. Nostri IV. sub dat. XII. Kal. Majas edidimus, cujus initium est, *Sacerdos in æternum*, quæque impressa est in Bullario Nostro Tom. 1. n. 97. (*a*), ubi præterea plures tolluntur exceptiones, & subterfugia, quæ per Defensores reorum afferri solebant, ut eos eximerent a decreta pœna traditionis Brachio sæculari, ...

§. 3. Quamvis autem Ecclesia præfatos celebrantes non promotos, justitia sic exigente, sæculari Foro tradendos decrevit; quum tamen eadem pia Mater sit, &, ut omnibus constat, lenitatis, & misericordiæ viscera gerat; nec umquam omisit, nec adhuc desinit mansuetudinis suæ argumenta præbere tum in statuenda forma degradationis verbalis, quæ realem degradationem præcedit; tum in ipsa reali degradatione exequenda; tum denique in providis Legibus, & cautelis editis, atque susceptis, ut nequissimos homines arceret a sacrilego ausu ....

§. 4. (*Agitur in hoc, & seqq. §§. de prioribus duobus capitibus, quæ utramque degradationem respiciunt*).

§. 10. Ad confirmandum autem assumptum Nostrum de summo pietatis studio, quo Ecclesia etiam nil tale meritos prosequitur, viamque ipsis intercludere nititur, ne mortis pœnam per delicta incurrant: dicimus, antiquissima providentia cautum fuisse, ut qui e propria in alienam Diœcesim transgreditur, nisi fuerit in hac plene cognitus, secum ferat Ordinarii sui Litteras, quibus fides fiat, eum esse Sacerdotem (*b*), nulloque, quod sciatur, Canonico impedimento detentum, quominus sacra My-

ste-

steriis celebrare queat. Jam id decretum habetur in Sac. Chalcedonen. Synodo; ubi cum interdictum legatur Clerico, atque Lectori, e sua in aliam Diœcesim commigrare, non præobtentis memoratis Litteris, quas *Discessus* appellamus (c), a proprio Episcopo; Jacobus Cujacius, aliique post eum accursti Scriptores monuerunt, cum vera Textus lectione non congruere verbum *Lectori*, sed *ignoto*; quemadmodum & Ipsi adnotavimus in Nostra Instit. 34. Edit. latinæ §. 1. Quod si vetustiora etiam propositæ Disciplinæ principia investigare libeat, consuli possunt Canones, qui *Apostolici* vocantur, apud Cotelerium in Editione *Patrum Apostolicorum* Tom. 1. Lib. 8., inter quos adest Canon XIII. ita decernens: *Si quis Clericus, aut Laicus a communione suspensus, vel communicans, ad aliam properet Civitatem, & suscipiatur præter commendatitias Litteras, & qui susceperunt, & qui susceptus est, communione priventur: excommunicato verò protelatur ipsa correptio* .... Consonat huic Canon XXXII., ut patet ex subjectis illius verbis: *Nullus Episcoporum peregrinorum, aut Presbyterorum, aut Diaconorum sine commendatitiis suscipiatur Epistolis, & cum scripta detulerint, discutiantur attentiùs: & ita suscipiantur, si probatione pietatis extiterint: sin minus, nec quæ sunt necessaria subministrentur eis, & ad communionem nullatenus admittantur, quia per subreptionem multa proveniunt*.

§. 11. Porrò, quidquid disputent Eruditi de vero Canonum Apostolicorum Auctore, certum est, eos magnum auctoritatis pondus habere, quum saltem, Sæculo Ecclesiæ tertio decurrente, collecti fuerint ex pluribus Conciliis, ante Nicœnam Synodum celebratis: uti nunc temporis inter sacrarum Antiquitatum investigatores convenire videtur.

§. 12. Sanctissimis hisce Legibus conformes sunt Concilii Tridentini Sanctiones (d): conformes sunt Epistolæ encyclicæ a Congregationibus Urbis ad Ecclesiarum Antistites sæpe transmissæ. Idque etiam pro firmo tenendum est, quod licet non oporteat, Episcopum sollicitum esse de Regularibus, qui in propriis (e) Ecclesiis Missas celebrare intendunt, quum ejus rei cura reservata sit eorum Superioribus Regularibus; si quis tamen sæcularis (f) Sacerdos in Ecclesiis Regularium Missam celebrare velit, hic etiam debet Litteras Discessus, a proprio Ordinario obtentas, exhibere Episcopo (g), in cujus Diœcesi Sacrum vult peragere, uti videre quoque est in nostra Institutione 34. Istius Editionis §. 1.

§. 13. Veterem hanc, justissimamque Sanctionem, de cujus executione plures tradiderunt nostri Scriptores pragmatici (quos inter meritò memorandus est diligentissimus Monacellius Formular. Legal. Par. I. Titul. 4. Formul. 8. p. 81., & Formul. 6. p. 79., item Tit. 6. Formul. 18. p. 160.), providis excogitatis cautelis, plurimùm roboravit magnus Ecclesiasticæ Disciplinæ restitutor S. Carolus Borromæus, cujus hac de re Decreta, pluribus in locis extantia, studiosè legenda (h), & expendenda monemus; videlicet in Concil. Provinciali Mediolanen. primo, habito anno 1565., Parte 2. (i), in secundo pariter Provinciali anni 1569. Tit. 2. Decret. 1., ac in Provinciali tertio anni 1573., item in Instructione ad Sacerdotes de celebratione Missæ, ac denique in Conc. Provinc. quarto celebrato an. 1579. Quibus in locis constitutum habetur, ut Parochus, in cujus Parœcia Sacerdos alienigena domicilium figit, si id per Diœcesim contingat, intra octo ad summum dies illius adventum nunciare debeat Vicario Foraneo, qui rem ad Episcopum deferat: Si autem in Civitate; Parochus ipse de omnibus certiorem faciat Episcopum, qui sibi Litteras Discessus ab hujusmodi Sacerdote exhiberi mandet, easque inspiciat, totumque earum tenorem sedulò expendat. Si enim Ordinarius subdito sibi Sacerdoti licentiam abessendi ad certum, definitumque tempus indulserit, facultas celebrandi Missam eidem non ultra tempus illud concedenda decernitur. Notanda quoque jubetur dies, qua expeditæ fuerint Litteræ Discessus; ne scilicet ante eam diem, qua inspiciendæ, ac discutiendæ offeruntur, antiquiores sint duobus, vel quatuor, vel respectivè sex mensibus; duobus nimirum, si Litteræ confectæ sint intra Provinciam; quatuor verò, si extra Provinciam, in Italia tamen, expeditæ fuerint; sex denique, si extra Italiam datæ comperiantur.

§. 14. Ex omnibus hisce tum generalibus, tum peculiaribus Sanctionibus manifestè desumitur, quantopere Ecclesia abhorreat ab ea pœna ad effectum perducenda, quam Sac. Canones in celebrantes non promotos sanxerunt; quandoquidem tot veluti aggeres hominibus objiciuntur, ne in ejusmodi delictum labantur, unde locus fiat executioni ejusdem pœnæ Sac. Legibus definitæ.

§. 15. Majoris tamen ponderis ad hoc ipsum evincendum est id, quod subjicimus. Sistit se aliquis coram Ecclesiastico Judice, seque ipse denunciat, quamvis Sacerdotali Ordine destitutum, Missarum Sacrificia celebrasse, vel etiam Sacramentales Christifidelium Confessiones audisse. Ita se sponte sistens eo privilegio gaudet, ut, impositis ipsi salutaribus pœnitentiis, dimittatur; nisi tamen in ipso suo Constituto diminutus, ut ajunt, vel aliunde præventus fuerit; in his enim casibus carceribus custodiendus includitur. Sed si idem subinde Judici interroganti, an sciat causam, ob quam carceribus mancipatus sit, statim, non expectatis ulterioribus interrogationibus, seu quæsitis, sincerè rem totam aperiat, quamvis de illius incursu in pœnales Apostolicarum Constitutionum Sanctiones non dubitetur, ideoque dignus sit, qui sæculari Foro, uti capitalis criminis reus, liberè tradatur; nihilominus admittitur ad beneficium minorationis pœnæ, commutata ipsi pœna mortis in damnationem perpetuam ad triremes; uti testatur bo. mem. Card. Albitius, harum rerum peritissimus, in suo Tract. *De inconstantia in Fide* par. 1. cap. 14. n. 70. ....

§. 16. Illud etiam animadversione dignum est, quod quamvis in Pontificali Rom. præscripta reperiatur degradatio, etiam a prima Clericali Tonsura, licèt de hac quæstio sit, an inter Ordines numerari debeat, necne; possitque Judex Ecclesiasticus, uti prænotavimus, quando agitur de minoribus Ordinibus, solus per se verbalem degradationem peragere, quod ipsi non licet sine aliorum interventu, ubi res est de Ordinibus majoribus; nihilominus nunc temporis Sacerdotes, aliique Clerici tam majorum, quam minorum Ordinum ad triremes liberè amandantur, vel etiam perpetuo carceri mancipantur, sine prævia verbali, multoque minùs reali degradatione; uti cuique perspectum est, & adnotatum quoque fuit a Sacerdote Catalani Comment. ad Pontific. Rom. tit. 16. §. 4. n. 6. Tom. 3.

§. 17. In Tribunalium Ecclesiasticorum carceribus nunc quoque satis superque reperiuntur aliqui eo nomine detenti, quod Sacerdotali Ordine carentes, Missas celebraverint, Sacramentales Fidelium Confessiones exceperint, iisdemque etiam Eucharisticam Communionem expetentibus Particulas distribuerint

a se

a se nulliter consecratas. Hos inter duo erant, qui, statim ac interrogati fuerunt, num detentionis suæ causam scirent, omnia ingenuè confessi sunt. Orta est quæstio, an iidem admittendi essent ex hoc ad beneficium minorationis pœnæ ......

§. 19. Nos vero ...... volumus, præfatos reos promeritæ pœnæ moderatione in præsenti casu gaudere, nimirum triremibus perpetuò addici; ita ut ab iis numquam dimitti, seu pœnæ hujusmodi commutationem ullam impetrare valeant, præterquam a Rom. Pontifice ..... Præterea volumus, atque mandamus, ut, quum damnatio ad triremes, seu ad perpetuam reclusionem, ut supra, præfatis reis formiter intimanda erit, id fiat a Judice, præsentibus iis, qui ad Ecclesiarum Sacraria moderanda deputati sunt, quique ad hujusmodi actum evocandi erunt ab ipso Judice, sub pœnis ejusdem arbitrio infligendis; atque ea occasione gravis admonitio iis fiat de omnimoda observantia, & executione eorum, quæ sæpe præscripta sunt, ne scilicet ignotos Sacerdotes Missam celebrare permittant, nisi postquam Litteræ Discessus, quas secum, a propria Diœcesi prodeuntes, attulerint, recognitæ, & examinatæ fuerint per eum, cui hujusmodi cura demandata est. Id ipsum enim præstitum aliàs fuisse meminimus in hac eadem Urbe sub fel. rec. Prædecess Nostro Clemente PP. XI. tunc quum sæculari Foro traditus fuit reus quidam capitali pœna plectendus, eò quòd Sacerdotali Ordine non insignitus Missam celebraverat.

§. 20. Cum iis igitur, qui usque nunc comperti fuerint ad Sac. Presbyteratus Ordinem non promoti Missam celebrasse, aut Sacramentales Confessiones excepisse, juxta rationem hactenus descriptam a competentibus Judicibus, & Tribunalibus agendum decernimus. Sed quoniam hujusmodi crimen, utpote gravissimum, & satis superque frequentatum, omni ratione præcavendum, &, quantum fas est, a Christiana Rep. eliminandum, extirpandumque Nobis esse cognoscimus; novam hac de re Legem, a Nobis statutam per Apostolicam (k) Constitutionem (cujus exemplum Epistolæ huic adnexum Fraternitas tua accipiet), in posterum, post tres scilicet menses, ab ejusdem Constitutionis data computandos, omnino servari, & ad effectum perduci mandamus, Tibique interim, Ven. Frater, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 2. Augusti MDCCLVII. Pontificatus Nostri XVII.

= (a) Constitutionem hanc ferè integram refert quoque P. Ubaldus Giraldi (Jur. Pont. nov. Par. 1. sect. 865.). Ejusdemque summam exhibet P. Lucius Ferraris (v. *Missæ Sacr.* art. 6. n. 12. & seqq.), ipsiusque Scholiastes (Addit. ad cit. art. 6.).

= (b) Sacerdotem Pontifex tantùm commemorat, quia Sacri celebratio, & administratio Sacramenti Pœnitentiæ, sunt istius Epistolæ argumentum. Quod pariter Ecclesiæ Leges, Ecclesiasticique Auctores, de hac re agentes, passim de Sacerdotibus, quandoque etiam de aliis majoribus Clericis, vix autem de minoribus sermonem instituant; id ex eadem caussa repetendum est.

= Adde, quod & graviora, & frequentiora timenda semper fuerunt, & sunt pericula primùm quidem circa Sacerdotalia munia; deinde etiam circa majora reliqua Altaris ministeria; minùs verò frequentia, minusque gravia circa ministeria inferiora.

= Ceterum *antiquissima providentia* illa, quam hic Benedictus exponit, non Sacerdotii solùm, sed cujuslibet Ecclesiastici Ordinis ministerium respicit. Id patet vel ex ipso Canone inter Apostolicos XIII., & ex Canone Chalcedonensi, ab ipso Pontifice hic relatis, qui de *Clerico* generatim loquuntur. Patet etiam ex Canonibus aliis Conciliorum, quæ Chalcedonense Concilium vel præiverunt (apud Cabassut. Notit. Eccl. Sæc XVI. n. 51.); vel subsequuta sunt (Turon. I. An. 461. Can. 12., Melden. An. 845. C. 50., Roman. sub Greg. VII. C. 23., Nugarolien. An. 1303. C. 1., Tolet. An. 1473. C. 4., &c.). Eamdemque providentiam confirmavit, inculcavitque Tridentina Synodus, ut infra dicam.

= *Semper enim omnibus persuasum fuit, quàm perniciosum, malique exempli esset, si Sacerdotes, & Clerici, de una Ecclesia ad aliam transeuntes, & vagantes, indifferenter ad sacra mysteria celebranda admittantur; quàm inde natum sit fieri, pessimos quosque, perditissimosque homines in Sacra involare, eaque profanare* (Vanesp. Jur. Eccl. univ. Par. 2. tit. 5. c. 9. n. 5.).

= (c) Chalcedonensis autem Synodus *commendatitias* vocat (apud eumd. Ben. XIV. Inst. Eccl. 34. §. 5.): vocantque pariter duo Canones Apost., ab ipso relati in hac Epistola (eod. §. 10.), aliique Canones, ac Tridentinum Concilium.

= Cujus vocabuli ut quisque intelligat quænam sit germana, & integra vis ac potestas ad mentem Canonum, quos paullò ante laudavimus; animadvertendum est, quod *Litteræ Canonicæ*, seu *Formatæ* (ad rem præsentem quod attinet, scilicet ad discedentes e propria Diœcesi), aliæ *dimissoriæ*, aliæ *commendatitiæ* dicebantur. *Dimissoriæ* tribuebantur Clericis (quo nomine semper tum Sacerdotes, tum alios inferiores Clericos designamus) a proprio Episcopo, qui in illis testimonium de collato iisdem Clericis Ordine, seu Ordinibus perhibebat.

= *Commendatitiæ* autem dabantur tum Clericis, tum Laicis honoratioribus (ex Can. 11. Chalc. e apud Cabassut. Notit. Eccl. Sæc. 2. diss. 7. n. 3.). Eæque *illorum merita prædicabant* (Catalan. Conc. Œcum. Tom. 1. in Can. 11. Chalc. n. 29.); *eique portitorem commendabant, tanquam hominem secundùm Christianos Canones integrum* (Christianus Lupus Oper. Tom. 2. in cit. C. 11. Chalc. p. 81.); ideoque a scelere purum; ac, si a Clerico Literæ deferebantur, liberum simul a quovis alio impedimento Canonico.

= Similem in modum describit has commendatitias Literas Harmenopulus (Epitom. Can. in Can. 12. Apost.); idemque Benedictus XIV. (lib. 5. de Syn. Diœc. c. 3. n. 4.), ubi etiam refert priscarum quarumdam Literarum formulam, qua testificatur Episcopus, quod Clericus e sua Diœcesi discedens, *in quantum humana fragilitas scire potest, administratione sacror. ministeriorum non est indignus*.

= Utræque Literæ proficiscenti Clerico necessariæ erant (ex Balsamon. in Can. 13. Apost., in Can. 6. Chalc., & in Can. 108. Carthag.). Sed necesse tamen non erat, ut distinctæ forent. Satis erat, ut unæ eædemque Literæ dimissoriæ simul, & commendatitiæ essent, uti esse nunc solent; continentes videlicet tum testimonium susceptorum Ordinum, tum testimonium probitatis, ac solutionis a quolibet alio impedimento Canonico; con-

= ti-

tinentes, inquam, vel expressè hæc singula, vel certè partim expressè, partim implicitè.

Quo fit, ut hæ unæ eædemque Literæ interdum utroque simul nomine appellentur „ *dimissoriæ & commendatitiæ* „; interdum „ *dimissoriæ* „ tantùm; plerumque solùm „ *commendatitiæ* „. Atque hæ ipsæ sunt eæ Literæ, quas Canones supra laudati, & cum ipsis Tridentina Synodus postulant: *nisi* fortè, ut sit Pontifex (eod. §. 10. post init.), in eo Loco advena *fuerit cognitus plenè*; ita nempe, ut de nullo ex requisitis prædictis prudens ulla esse possit suspicio; quæ exceptio alibi quoque debet subaudiri.

Sine his Literis igitur, ex eorumdem Canonum præscripto, nulli Clerico, etiam inferiori (ex Not. *b*. præc., ac Not. *d*. sequenti), permitti potest ullius Ordinis exercitium: quemadmodum re ipsa servatur, id quod, ut alia mittam, compertum fit ex Monacelli Formulario (quod supra in hac ipsa Epistola, & infra in §. 13. Benedictus laudat) in Episcopalibus Curiis usitato; & ex Foliis Congñis Concilii, distributis in *Pientina*, *seu Ilcinen. Ordinationis* 18. Jul., & 8. Aug. 1733. (Thes. Resol. S. C. Conc. Tom. 6. p. 135. circ. med., 147. circ. med., & 151.).

Neque verò in hoc rerum genere locus est argumento, ex consuetudine, seu ex tolerantia, factoque antecessorum petito. Nam „ *non debemus* (ait Innoc. III. in C. *Cum causam* de elect.) *attendere solummodò, quid factum sit* (etsi *per multa, & longa tempora*, ut ante ibid. dicitur); *sed potius, quid sit faciendum* „. Quem locum Butrius (ibid. Not. 8.), & Abbas (ib. n. 4.) notandum admonent „ *contra eos, qui, ad justificandum eorum gesta, fundant se in observantia longi temporis, dicentes: Quotidie factum est sic* „.

Quare Theologiæ Facultas Parisien. in Epistola contra pravum quemdam inveteratum morem data ad Præsules, & Capitula Ecclesiarum Regni „ *Nolite*, inquit, *subdolas hominum voces audire sic dicentium: Prædecessores nostri, qui erant notabiles Viri reputati, istud permiserunt; sufficit nobis vivere ut ipsi. Procul dubio istud argumentum diabolicum est, infernalis hæc persuasio. Vos illorum exitum ignoratis, an bonus, an malus fuerit* „ (apud Vanesp. cit. Par. II. tit. 5. c. 9. n. 36, & Par. I. tit. 20. c. 2. n. 9. ubi etiam affert Concil. Mediol. II.).

Sane siquæ alicubi contra præscriptum, de quo agimus, consuetudo inoleverit; ea, cum religioni, publico Ecclesiæ bono, Ecclesiastici Ordinis decori, Generalium Conciliorum Decretis adversa sit; cum Disciplinæ nervum dissolvat, peccandi licentiam, & occasionem præbeat, scandalorum, & Animarum salutis inducat periculum: his, inquam, de caussis, non modò conjunctim, sed & seorsim, ac sigillatim sumptis, non est illa, nisi abusus, corruptela, vetustas erroris; ut sexcenti monent Doctores, & cum iis Benedictus XIV. pluribi in suo Opere *de Synodo Diœcesana*. Itaque consuetudo illa nihil excusat: est imò penitùs extirpanda. „ *Neque* enim *diuturnitas temporis* (inquit Alexander III.) *diminuit peccata, sed auget* „: nec (ut ajebat Albertus M.) „ *minùs peccat, qui cum multis peccat, neque minùs ardebit, qui cum multis damnabitur* „.

(*d*) Nempe tum Sess. 22. in Decr. *de observ. & evit. in celebr. Missæ*, ubi, expressè quidem, de Sacerdotibus loquitur; tum Sess. 23. c. 16. de reform., ubi universim præcipit, ut „ NULLUS CLERICUS *peregrinus sine Commendatitiis sui Ordinarii Litteris ab ullo Episcopo ad divina celebranda, & Sacramenta administranda admittatur* „.

Quo loco vox illa universalis negativa „ *nullus* „ quamcumque penitùs limitationem respuit; & quemcumque Clericum majorem, medium, minimum comprehendit (apud Fagn. in C. *Multa* n. 85. ne Cler. vel Mon., & in C. *Nulli* de reb. Eccl. non alien.).

Sicut pariter voces „ *divina celebrare* „ cujusvis Ordinis, minoris quoque, significant functiones, solemniter, sive ex Officio peractas (apud Suar. de Cens. Disp. 21. sect. 3. o. 1. & seqq., ac Disp. 12. sect. 2. n. 2. & 7.; Gonzal. in C. *Apostolicæ*, in v. *celebrantis divina*, de Cler. exc. ministr., juncto comment. in C. 1., v. *Diaconus* post med., eod. tit.; Barb. Jur. Pont. univers. To. 3. in C. *Illud* de Cler. exc. ministr.; Reiffenst. in Lib. 5. Decr. Tit. 27. n. 21., & in Tit. 28. n. 9.; Pignatell. To. 9. cons. 139. n. 188., junct. n. 140.).

Confirmat videlicet Tridentina Synodus, servandosque imperat Chalcedonensem Canonem, aliosque antiquiores (de quib. in duab. præc. Notis meminimus); sicut est observatum quoque P. Christiano Lupo (cit. Tom. 2. in d. Can. Chalc. p. 85.); & P. Catalano (cit. To. 1. in eumd. Can. Chalc. n. 4. & seq.): id exigente potissimùm horum extremorum temporum conditione ob caussam, quam cum Vanespen Catalanus idem exponit (ib. p. 377.).

Saluberrimam hanc Tridentinorum PP. præscriptionem mox S. Carolus, plenè mentis Concilii conscius, & interpres optimus, expressit, inculcavitque in suis Conciliis Provincialibus, nominatim in Conc. II (Tit. 2. decr. 1., apud Labbè Concil. To. 21. p. 114.). Quas ipsas S. Caroli Synodos in aliis etiam rebus *pro intellectu Concilii Tridentini utiliter admodum assumi*; rectè notat Vanespen (Par. I. in Proleg. §. 7.).

(*e*) Agnoscit Pontifex ab illa priscorum Canonum, ac Tridentini dispositione exceptos Regulares Sacerdotes (quos tantùm memorat ex illius Epistolæ instituto, ut diximus in Not. *b*.), qui Missam in suarum Religionum Ecclesiis sint celebraturi. Eodemque proinde jure exceptos agnoscit Inferiores Clericos Religiosos, obituros in Ecclesiis suis suorum Ordinum ministeria.

Exceptos tamen eos omnes non agnoscit, nisi quia „ *ejus rei cura reservata est eorum Superioribus Regularibus* „ (vid. etiam Romaguer ad Const. Synod. Gerunden. Lib. 1. tit. 4. c. unic. n. 4.). Scilicet non prædictarum Litterarum necessitas, vel disciplina mutatur; sed jurisdictio. Regularis Superior in Episcopi locum succedit: & quales Literæ (ex Not. *c*., §. *Utræque* ad calc.) ab Episcopo respectivi Loci tum exigendæ, tum attentiùs discutiendæ sunt; tales planè, ut significat hoc loco Pontifex, ab Regulari Superiore exigi ex Regulari suo Clerico advena, ac diligenter perpendi debent, tum vi Decretorum (de quibus in Not. præc.) Tridentini Concilii, quorum finalis caussa æquè hic locum habet; tum etiam ex naturali, divinoque Jure. Siquidem non tam humani, quàm naturalis, divinique Juris est finalis illa ante dicta caussa utriusque Tridentini Decreti; ne scilicet contingat, ut a perversis, nimirum vel non promotis, vel Censura aliqua, aliove id generis impedimento obstrictis, pravi-

que

que moris hominibus, Ecclesiæ Ministeria indignè tractentur.

Apud nos Literæ illæ supplentur per Literas (ut vocamus) *obedientiales*. In iis enim sæpe Ordo exprimitur, in quo Clericus iter faciens est constitutus: vel, ubi in illis non exprimitur, deferuntur, ut debent, a Clerico Literæ Episcopi Ordinatoris. Itaque constat illius promotio.

Sed & solutio ab impedimentis prædictis, morumque integritas intelliguntur ex ipsis obedientialibus Litteris. Cum namque eæ sint Literæ Prælatorum vel Generalium, vel Provincialium, pro quibus Jura præsumendum jubent; præsumitur inde, daturos illos nunquam fuisse hujusmodi Literas, quarum vi suus Subditus ad sacrificandum, vel ad alia Ecclesiastica munia exercenda in nostris, & alienis Ecclesiis admitteretur; nisi antea certò novissent, eum nullo esse illiusmodi impedimento obstrictum, iisque esse moribus præditum, qui Religiosum hominem, inauperque in sortem Domini vocatum decent.

De nonnullis porrò ex *Epistolis encyclicis Congregationum Urbis*, quas præterea hoc loco Pontifex memorat, mox dicam in Not. seqq.

(f) Loquitur hìc solùm Benedictus Pontifex de *Sacerdote Sæculari*, quia hic est casus, qui frequentiùs accidit. Ceterum ipsemet tum in sua Instit. Eccl. 34. §. 1. binas affert encyclias Literas S. Supremæ Inquisitionis (relatas etiam a P. Giraldi Jur. Pont. nov. Par. 2. sect. 68.), quibus declaratur id, quod falsò negabant nonnulli, comprehendi videlicet Regulares quoque in Tridentinis Decretis (de quib. supr. Not. *b. c. d.*): tum præterea in sua Constitutione *Apostolicum* §. 6. (relata a nobis supr. p. 108.) declarationem eamdem Auctoritate Pontificia confirmavit; declarans & ipse „ *hujusmodi præscriptum* (utriusque nempe Tridentini Decreti, quod ibi paullò ante laudat) *Regulares etiam respicere; proindeque susceptum Ordinem exercere minimè posse, præsertim in Ecclesiis, quæ ad propriam Sodalitatem non spectant, nisi prius Episcopis, aut Vicariis Gen., vel Foraneis Superiorum suorum Documenta proferant, quibus & obtenti Ordinis testimonium, & libertas ab omni Canonico Impedimento irregularitatis, vel suspensionis perspecta fiat* „.

Vox autem „ *præsertim* „ quam in relatis verbis Benedictus adjicit, non est accipienda secundùm consuetam vim suam; adeo ut significet, illud idem locum habere quoad Ecclesias ad propriam Sodalitatem spectantes. Nam aliter Pontifex secum ipse pugnaret: cum oppositum doceat in hoc §. 12. Epistolæ, quam commentamur, sicuti etiam supra notavimus (Not. præc.).

Ergo vox illa „ *præsertim* „ vel est accipienda pro „ *tantùm* „ *solummodò* „ quo sensu interdum usurpatur in Jure (C. *Licet* de for. compet., C. *Discretionem* de eo qui cogn. cons. uxor., & Leg. fin. ff. de iis quæ in testam. delen.): vel certè dicendus est Pontifex, voce illa respexisse ad potestatem, Episcopis in hoc rerum genere a Tridentino tributam in Loca etiam, & Personas exemptas. Etenim si forte Superiores Regulares in admittendis advenis suæ Religionis Clericis ad Ordinum functiones, non ea, qua debent, cura, ac diligentia adimpleant præscriptiones Ecclesiæ, de quibus agimus, tunc potest, ac debet Episcopus imperare, ne liceat Religiosis Clericis in suis etiam Ecclesiis suos Ordines exercere, nisi prius Literas sibi, suisve delegatis exhibeant. Siquidem Tridentina Synodus (in cit. Decr. *de observ. & evit. in celebr. Missæ*, ad calc.) præcipit, ut Episcopi, *non obstantibus* PRIVILEGIIS, EXEMPTIONIBUS, &c., *prohibeant, mandent, corrigant, statuant* quæcumque ad materiam illius Decreti pertinere visa fuerint; *atque ad ea inviolatè servanda Censuris Ecclesiasticis, aliisque Pœnis &c. compellant*.

Adhæc dum Pontifex in relatis verbis testimonium probitatis expressè non memorat, censeri ob id non debet, testificationem illam necessariam non putasse. Nam illam omninò exigunt & Canones, & Tridentini Patres, quorum præscriptum illic ipse servandum inculcat, requirentes *commendatitias* Literas, quas supra descripsimus (Not. *c.*). Tum etiam testimonium illud exigit praxis ipsa, de qua in eadem Nota *c* dictum est. Quare potiùs censendus est Pontifex illam probitatis testificationem complecti, dum postulat testimonium „ *libertatis ab omni suspensione* „.

Una siquidem e speciebus tribus *Suspensionis*, quas Theologi, & Canonistæ distinguunt, est illa, quæ vocatur *minor*, quæque & ipsa in Sacris Canonibus appellatur *Suspensio* (Suar. de Cens. Disp. 25. sect. 2. n. 1.; Sylvest. v. *Suspensio* n. 1.; Fagn. in C. *Vel non est* n. 43. de temp. ordin., in C. *Vestra* n. 11., in C. *Quæsitum* n. 9. seq., n. 22. seqq. de cohab. cler. & mulier., aliique). Ea autem contrahitur Jure ipso divino per quamcumque culpam lethalem: eidemque respondet *Suspensio* illa *ab homine*, quam Episcopi, & Regulares Prælati potestatem habent Clericis sibi subditis infligendi *ex informata conscientia*. Ut proinde testimonium, quod Benedictus postulat, illud idem re ipsa sit, quod ex Sac. Canonibus, ex ipsomet Benedicto, & ex prisca formula ab eodem relata jam alibi diximus (Not. *c.*).

(g) Quod si non exhibeat, celebretque sine Ordinarii licentia in Regularium Ecclesia, seu in Civitate, seu in Diœcesi sita; Censuras, & *Pœnas incurrit inflictas in Synodo Diœcesana* (apud Barb. in Conc. Trid. Sess. 23. c. 16. de reform. n. 10.), aut ab Episcopo extra Synodum interminatas. In quas etiam incidunt Regulares illum admittentes (siquæ sint contra eos pariter sancitæ), quin ullum iis Privilegium suffragetur; sicuti superiùs dictum est (Not. præc. §. *Ergo*), monetque P. Ubaldus Giraldi (cit. Exp. Jur. Pont. Par. 2. sect. 68., & Par. 1. sect. 136.), ubi plures laudat Declarationes S. Congñis Concilii, quas Benedictus idem XIV. alibi refert (Inst. Eccl. 34., & de Syn. Diœc. Lib. 9. c. 15. n. 5.). Qua de re disserunt quoque inter alios Pignatellus (To. 3. cons. 9. n. 5., ac To. 8. cons. 42., præsertim n. 31.), & Vanespen (cit. Par. 2. Tit. 5. c. 9. n. 34.).

Quinetiam comprehensi censendi sunt Regulares, quamvis Episcopi Edictum ipsos non exprimat; sed generatim *præcipiat, sub Pœna Excommunicañis, aliisque arbitrariis, quod nemo admittat ad celebrationem Missarum Presbyteros exteros absque ejus licentia* (Pignat. cit. cons. 42., ubi etiam Decisionem affert S. Congñis).

Sed etsi Regularibus id expressè non interdicatur ab homine (scilicet ab Ordinario); est tamen ipsis interdictum ab Jure. Nam se conferre aliquò ad aliquid agendum, & se illuc conferentem admittere ad illud ipsum agendum; hæc duo, inquam, correlativa sunt, unumque individuum actum respiciunt (ut in casu celebrationem Missæ). Jam

verò

= verò dum de uno eodemque actu individuo agitur; quæ prohibitio uni ex correlativis facta est, eadem simul alteri facta censeri debet. Quod principium verum est indistinctè, & in materia qualibet, odiosa etiam, & pœnali (Dec. in L. 1. Cod. de in jus vocan. n. 7.; Cravett. de Antiq. temp. Part. 4. §. *Videamus* n. 29. seq.; Pignat. cit. To. 3. Cons. 9. n. 5.).

= Porrò cum ea, quæ habet Pontifex in hoc Epistolæ §. 12., quem exponimus, ac cetera, quæ supra in hac Not., & in præc. protulimus, non sint, nisi declarationes Decretorum duorum Tridentini Concilii; idcircò licèt in prædicta de celebratione Missæ sermo duntaxat sit ob rationes, de quibus alibi dictum est (Not. *b.*); æquè nihilominus illa locum habent in inferioribus Ecclesiasticis ministeriis, quandoquidem his quoque communis est Tridentini præscriptio (cit. Not. *b.* & *d.*).

= (*h*) Debent namque Superiores, ad quos pertinet, perfectè scire cautiones singulas, gravissima hac in re adhibendas.

= (*i*) Iia, quæ habentur in Concilio Mediolanensi undecimo, primo autem ex Cnnciliiscelebratis a S. Carolo, in Parte 2. sub Titul. 5., concinunt Eliberitanum Concilium in Hispania Ann 305. (Can. 58., ubi egregiæ Anntationes Albaspinæi), Augustense, seu Augustanum in Germania An. 1548. (C. 6.); Mechliniense in Belgio An. 1570. (Tit. *de Mrritrru* C. 8.), & Narbonense in Gallia An. 1609. (C. 20.): quæ omnia extant in Labbeana, aliisque Conciliorum Collectionibus. Vid. etiam quod est apud Ferraria (verb. *Visitatio* n. 121., sub tit. *Missæ Sacrificium* vers. *Mandet*).

= (*k*) Constitutio ista, cujus initium, *Divinarnm*, data fuit die pariter 2. Augusti Anni ejusdem, publicata autem mox die 11 ejusd. Mensis. Ipsius summa intelligitur ex Pontificia Epistola, quam retulimus: derogaturque in ea (§. 8.) *Personarum*, *Locorum*, *Religionum*, *Congñum* &c. *Privilegiis*, *exemptionibus*, &c.

= Constitutionem hanc, atque alteram, *Sacerdos*, de qua supra (Not. *a*), & Constitutiones alias in utraque ista laudatas, editas pariter contra non promotos; confirmavit Clemens XIII. in sua Const. *Gravissimum* 20. Mart. 1760.

= Confirmavit simul præterea idem Pontifex Clemens in hac ipsa Const., *Gravissimum*, Constitutiones Innocentii XI., Alexandri VIII., ejusdemque Benedicti XIV., promulgatas contra quoscumque pariter seu Laicos, seu Ecclesiasticos, Seculares, vel Regulares, qui auferant, vel habeant apud se, aliive transferant Particulas Consecratas, etiam sine qualitate furti: sicut latiùs videre licet in Constitutione ipsa, aliisque paullò ante memoratis: quarum summam describit P. Ubaldus Giraldi (in Thesaur. de Pœn. Par. 2. p. 377. col. 2.). Extenditque insuper ibidem Clemens ad hoc alterum Reorum genus prædictam Benedicti Constitutionem, *Divinarum*; statuens, ut ne hos quidem Reus spontanea ad primam Judicis generalem interrogationem emissa confessio quicquam juvet, quominus Brachio Seculari tradantur.

= Rectè tamen annotat idem P. Ubaldus (in d. Thesaur. Par. 1. p. 43. col. 2., & Jur. Pont. Par. 1. sec. 255.), novas hasce Benedicti, & Clementis Sanctiones locum non habere in sponte comparentibus, ac *semetipsos denuntiantibus*, ut ex Benedicti ejusdem supradicta Epistola (§. 15.) com-

= pertum fit: „ *nisi tamen in ipso suo Constituto diminuti, vel aliunde præventi fuerint* „ sicut in Epistola eadem dicitur loc. cit.

= 1757. 8. Aug. == Per suum Breve hac die datum, cujus initium, *Supremæ Apostolicæ Charitatis*, Benedictus XIV. Alternativam constituit in Obs. Provincia S. Michaelis Arch. in Extremadura. Quoniam verò Provincia eadem postea in duas tandem divisa est, ut suo loco apparebit; idcirco nos Breve istud omittimus. Eademqua de caussa omittemus infra nonnulla subsequentia Decreta Sacræ Congr. Episc. & Reg. circa Alternativam eamdem, ac Brevia infra citanda (ad d. 4. Dec. 1758., & 9. Maji 1761.).

1757. 22. Aug. *Alternatio Officiorum majorum, & æqua ceterorum distributio in Alma Obs. Provincia Angelorum constituuntur.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

SAcrosancti Apostolatus Officium, quod inscrutabilis Divinæ Sapientiæ, atque Clementiæ altitudo humilitati nostræ, meritis licèt, & viribus longè imparibus, committere dignata est, salubriter exequi jugi vigilantia satagentes, in eam præcipuè curam solicitis studiis incumbimus, ut Christifideles Altissimi obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipati, sublatis dissidiis, partiumque studiis procul amotis, atque eliminatis, quæ Regulari observantiæ, atque disciplinæ detrimentum afferre noscuntur, juxta Regularia eorum instituta prosperè dirigantur, illisque firmiter insistentes, multipliciter in dies, benedicente Domino, proficiant incrementis. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Larios, Frater expressè professus, ac Lector Jubilatus, & Ex-Custos, necnon actualis Definitor Provinciæ Angelorum Ultramontanæ Familiæ Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, nomine etiam sanioris partis Fratrum dictæ Provinciæ, ex Andalutiæ partibus oriundorum, quod cum d. Provincia ex duabus quasi nationibus, Andalutiæ nimirum, & Extremaduræ, coalitis composita reperiatur; & quamvis in primò dicta Andalutiæ regione vetustiores Conventus sint, & præcipui Professores in illa existant, nihilominus ii ex Extremadura oriundi adeò grave ejusdem Provinciæ dominium, sive regimen sibi susceperint, ut munera, officiaque inter se, suosque ingenitos privativè conferre, & distribuere pergant, penitus posthabitis oriundis ex Andalutia, quorum paucos, ut in ipsa Provincia habeant, retineantque dominatum, & regimen, ad Habitum admittere curant, & faciunt &c.: ut hisce incommodis consuleretur, nequaquam satis fuit vigilantia, & zelus Religionis dilecti filii Petri Joannetii de Molina tempore, quo munere Ministri Generalis d. Ordinis fungebatur, qui de præsenti munus Commissarii Generalis Familiæ Ultramontanæ ejusdem Ordinis explere pergit: apud quem exponentes præfati, ut in pacis, & quietis tranquillitate, ac Regularis vitæ, & Ecclesiasticæ disciplinæ norma perenniter se se conservare valerent, & quæ his contraria esse noscuntur, per suæ prudentiæ, auctoritatisque studium evelle-

rentur, insteterunt, quatenus ipse, tamquam de omnibus præmissis apprimè edoctus, decerneret, atque statueret, quidquid pro bono pacis, & tranquillitate dictæ Provinciæ justum, & æquum in Domino existimaret: ipse verò Petrus Joannetius Commissarius Gen., maturè perpensis rationibus in supplici Libello, pro parte dd. Exponentium sibi exhibito, expositis, utens facultatibus sibi attributis, & competentibus, suum edidit Decretum tenoris sequen., videlicet =

„ Reverendiss. P. N. Commissario Gen. F. Petro Joannetio de Molina = Reverendiss. Pater = Fr. Joannes Larios Lector Jubilatus, Ex-Custos, Ex-Gommissarius Gen. Peruanus, & primus Definitor hujus Almæ Angelorum Provinciæ, cæterique Patres infrascripti, coram Paternitate Vestra Rma reverenter comparentes, querelam gravaminis exponimus &c. (*exponunt hìc fusiùs, quæ Summus Pontifex supra fuìse sibi exposita narrat; addentes, quod* digniores, magisque promerentes, idonei, usu exercitati, & antiquiores posthaberentur); arbitrantesque, aliud non sufffecturum remedium, quàm illud, quod ob similes rationes aliæ Hispaniarum Provinciæ sibi pararunt, & ex illo tranquilla pace fruuntur, constituendi nimirum justam triennalem Alternativam Provincialis Ministerii inter ambas Provinciæ partes, demandandi æquam officiorum, honorum, & munerum distributionem, ac partitionem inter duas nationes Andalutiæ, & Extremaduræ, & utriusque nationis fines determinandi: Recurrimus proinde freti paterno prudenti zelo, rectæque providentiæ Paternitatis V. R., ut hujusmodi remedium apponat, majori, ac humiliori, qua possumus, instantia Paternitati V. R. supplicantes, ut suam supremam adhibens potestatem, qua in hac parte pollet, & hac de causa ei tribuunt nostri Sacri Ordinis Leges, ita determinet, judicet, sententiet, atque provideat, præcipiendo, decernendo, & demandando sub nullitate electionis, quod perpetuis futuris temporibus, exacto triennio, in quo Provincialatus Ministerio functus sit unus ex Extremaduræ oriundis, in sequenti eligatur aliquis ex partibus Andalutiæ: similiter Custos eligatur ex natione, de qua in eodem Capitulo Minister Provincialis non eligitur: duo ex quatuor Definitoribus ex Andalucia, cæteri verò duo ex Extremadura: Guardianorum item medietas ex una parte, alia verò medietas ex alia eligatur, adeout in Guardianos Conventuum Hispalis, Algavæ, Montis Aquarum Sanctarum, Loræ, Campanæ, Palmæ, Angelorum, Peñafloris, Constantinæ, & Gazallæ, eligantur oriundi ex tractu Andalutiæ; in Guardianos verò Guardalcanalis, Fontis Ovesunæ, Hinojosæ, Bellialcazaris, S.Alberti, Petrochæ, Ghillionis, Populæ, Herreræ, & Xarandillæ, eligantur oriundi ex tractu Extremaduræ: itidemque de Gathedris, Pulpitis, Monialium Vicariis, Novitiorum Magistris, pro medietate æquali provideantur Religiosi utriusque nationis. Ac demum, quod æquali numero, neque plus, minusve, tam ex Andalutia, quàm ex Extremadura, sub nullitate receptionis, & professionis, Novitii admittantur. Et pro majori firmitate, ac perpetua stabilitate adeò justæ, salutaris, prudentisque determinationis, cujus sola ope putamus tanto malo obviam iri posse &c.; supplicamus Paternitati V. R., ut mandet, id ipsum per RR. PP. Commissarios Curiæ Summo Pontifici repræsentari, a quo petant resolutionis desuper capiendæ Apostolicam Confirmationem per suas Litteras in forma Brevis, quarum ope, perpetua, & inviolabili observantia, eadem Paternitatis V. R. resolutio servetur. Ita petimus, & supplicamus omni meliori modo, quo possumus, nomine nostro, cæterorumque omnium Patrum ex Andalucia, & consequi speramus a paterno religiosissimo zelo, rectaque providentia Paternitatis V. R. nos, qui profitemur, ipsius observantissimos filios, humillimosque subditos permanere = F. Joannes Larios Lector Jubil., Ex-Custos, Ex-Gommiss. Gen. Peruanus, & actualis Provinciæ Definitor = F. Joannes Alfaro Coronada Lector Jub., & actualis Custos = F. Theodorus Perez Grande Lect. Jub., & actualis Definitor = F. Petrus Rodriguez Hidalgo Lector Jub., & Ex-Definitor = F. Alphonsus Paredes Prædicator Generalis, & Ex-Definitor = Fr. Ludovicus Hurtado Prædicator graduatus, & Guardianus = F. Bartholomæus Gapote Prædicator Gener., & Guardianus =

„ Ex Conventu S. Francisci Matritensi die 4. Novembris 1756. = Visis, & attentè consideratis expositis in antecedenti supplici Libello, animoque perpendentes quidquid experientia cognovimus tempore nostri Generalis Regiminis &c.: Dicimus propterea, mandandum esse a Nobis, prout præsenti nostro Decreto, utentes non solùm nostri Officii, sed etiam Apostolica Auctoritate Nobis concessa, mandamus sub pœna nullitatis electionum, quas in casu contraventionis Nobis reservamus, ut illas vigore facultatis Apostolicæ Nobis impartitæ peragamus; quod in proximè futuro Capitulo Minister Provincialis, duoque Definitores ex oriundis ex Andalutia, Custos verò, cæterique duo Definitores ex oriundis ex Extremadura eligantur. Quo verò ad Guardianos, Lectores, Prædicatores Conventuales, Monialium Vicarios, Novitiorum Magistros, & Visitatores Confratrum Tertii Ord.; hujusmodi munia, & officia distribuantur æqualiter inter ambas nationes eo modo, & forma, quæ in supplici Libello prænotatur. Agnoscentes autem (*a*), Summo Pontifici, ac Sedi Apostolicæ reservatum esse, perpetuam statuere Alternativam, nostram proptrrea benedictionem, & licentiam Patribus recurrentibus concedimus, ut ad nostrum Beatiss. Pontificem ea, qua par est, reverentia, & humilitate recurrant, ab eo petentes, ut in memoratis officiis perpetuam statuat Alternativam cum conditionibus opportunis &c.

„ Datum in hoc nostro Conv. S. P. N. Francisci Matritensi die 4. Novemb. anno 1756.

„ F. Petrus Joannetius de Molina Commiss. Gen.

„ Loco ✠ Sigilli.

„ *De mandato Paternitatis Suæ Rev.*
„ F. Hieronymus Ruano Pro-Secret.

Subinde dd. Exponentes, ut Alternativa, a d. Petro Joannetio Commiss. Gen. sub nostro, & Apostolicæ Sedis beneplacito in suo Decreto proposita, & reservata, quò firmius subsisteret, & perpetuò observaretur, ad Congr. Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Gard., negotiis, & consultationibus Episc. & Regul. præpositam, recursum habuerunt; ipsa verò Gard. Congregatio rescripsit Nuntio Apost. Hispaniarum pro informatione, & voto, auditis Partibus interes-

se

se habentibus: in hoc rerum statu dd. Exponentes, quia (ut asserunt) celebrationi Capituli Provincialis Provinciæ prædictæ tempus imminet, & Ven. Fratris Hieronymi Archiepiscopi Laodicen., nostri, & Sedis Apostolicæ in Hispaniarum Regnis Nuntii, litteræ super præmissis tempore opportuno expediri nequeunt; d. Petri Joannetii Commiss. Gen. Decretum per Nos confirmari plurimùm desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportunè providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares Personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis &c., hujusmodi supplicationibus inclinati, audito priùs dilecti filii Josephi Torrubia Commiss. Gen. Curiæ voto, non obstante, quatenus opus sit, Decreto (b) fel. recordat. Innocentii PP. XII. Prædecessoris nostri die 4. Junii 1694. publicato, cujus initium est = *Ut occurratur* &c., cui per præsentes, & ad hunc effectum derogamus, præinsertum memorati Petri Joannetii Commiss. Gen. sub nostro, & hujus S. Sedis beneplacito editum Decretum, cum omnibus, & singulis in eo contentis, & expressis, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos juris, & facti defectus, siqui desuper intervenerint, supplemus, & sanamus, dictamque Alternativam juxta præinsertum Decretum inter supra expressas d. Provinciæ nationes, & inter Fratres nationum hujusmodi imposterum perpetuò servandam esse, auctoritate, & tenore præfatis decernimus, & statuimus: ac insuper eidem Petro Joannetio Commiss. Gen., ut ipse pro hac vice tantùm, statim ac dilecti quoque filii moderni Minister Provincialis, Custos, & Definitores Provinciales, in nupero Capitulo Provinciali Provinciæ præfatæ celebrato electi, Officia eis respectivè demandata absolverint, absque ulla Capituli Provincialis ipsius Provinciæ celebratione, Ministrum Provincialem, Custodem, Definitores, cæterosque Officiales utrique nationi competentes, juxta datam sibi a Domino prudentiam, ac justitiam, & æquitatem, dispositionemque Alternativæ præscriptæ eligere, constituere, & deputare, ac Fratres electi, constituti, & deputati Officia respectivè unicuique demandata ad tempus, quo ejusmodi Officia juxta Regularia præfati Ordinis instituta per Sedem Apostolicam confirmata durare consueverunt, cum omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, auctoritate, facultatibus, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis suscipere, gerere, & exercere liberè, & licitè possint, & valeant respectivè, auctoritate, & tenore præfatis committimus, & mandamus; ac plenam, & liberam, omnimodamque facultatem, & auctoritatem eidem Petro Joannetio Commiss. Gen. præmissa peragendi tribuimus, & impartimur. Ea tamen lege, & conditione: Primò, quod in casu, quo Andalutiæ oriundis, seu nationalibus desint Alumni, seu Professores apti ad explenda nonnulla Officia sibi juxta Alternativam præscriptam præposita, & executioni demandanda competentia, possint ad illa obtinenda, & exercenda præsentare eos Professores, qui orti fuerint Villa Fontis Ovesunæ, illiusque districtu; attento quod d. Villa verè, & propriè sita est in Regione Andalutiæ, sed quia omnes d. Provinciæ Conventus dispari numero unius & viginti constant, ut, quantum fieri posset, æqualitas servaretur, Extremadura, quæ novem tantum habet Conventus, olim attributus fuit Conventus in eadem Villa existens; atque illi in hisce casibus præsentandi, ex tunc, quoadusque vixerint, adscripti censeantur partialitati nationalium Andalutiæ. Secundò, quod ad servandam æqualitatem, quatenus in primo triennio, quo hæc Alternativa incipiet, decem Guardiani sint ex partibus Extremaduræ, undecim verò ex partibus Andalutiæ, viceque versa in sequenti triennio; atque ita alternis trienniis in perpetuum servetur. Tertiò, quod de cætero ex utraque natione oriundi Guardianatus Officio fungi valeant indiscriminatim in quocumque d. Provinciæ Conventu, quantumvis non sit de sua natione, servato tamen numero Guardianorum, ut supra, præfinito. Quæ omnia contenta in tertia hac conditione servari quoque debeant omni cum proportione in Vicariis Monialium, in cæteris verò memoratæ Provinciæ Officiis, atque Muneribus exactè æqualem illorum distributionem juxta præscriptam Alternativam servandam præcipimus. Mandantes propterea in virtute S. Obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, aliisque arbitrio nostro imponendis pœnis, omnibus, & singulis ejusdem Provinciæ Superioribus, Fratribus, & Personis, cæterisque, ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut Fratres a d. Petro Joannetio Commiss. Gen. electos, constitutos, & deputatos ad Officia eis vigore præsentium demandata juxta earumdem tenorem præsentium Alternativam præscriptam recipiant, & admittant, eosque recognoscant, & illis in omnibus Officia hujusmodi concernentibus respectivè pareant, & obediant, faveantque, & assistant. Ac decernentes, easdem præsentes Litteras quoad Alternativam præscriptam semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritam, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus supradicti Innocentii Prædecessoris Decreto, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Provinciæ, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXII. Augusti MDCCLVII. Pontificatus Nostri Anno XVIII.

Pro Domino Card. Passioneo

Joannes Florius Substitutus.

= (a) Scitè admodum hoc loco P. Commissarius = Gen., antea Minister Gen. totius Ordinis, Petrus = Joannetius de Molina agnoscit post Petrum de = Baisio, Donatum, Matthæuccium, Ferraris, Gi- = ral-

raldi, alios „ *Summo Pontifici, ac Sedi Apostolicæ reservatum esse, perpetuam statuere Alternativam* „. Quandoquidem Jus commune (quod in omnibus quoque Regularium Ordinum electionibus servandum jubent tum Decreta Clementis, & Urbani VIII. de Reform. Regul., tum nostri Ordinis Constitutiones), Jus, inquam, commune imperat, ut eligantur digniores ex universo Cœtu; ut in casu, de quo in relatis Apost. Literis sermo est, ex universa Provincia (Can. *Licet* caus. 8. q. 1.; Can. *Metropolitano* dist. 63.; Can. *Custos* de off. Cust.; Gratian. caus. 1. q. 1. §. *Revera*, & in Can. *Unum orarium* dist. 25. §. *Nunc autem*; Trident. Sess. 22. de Reform. c. 1. seq., & Sess. 24. c. 1.; Rot. in Vallisol. Præeminentiar. 24. Nov. 1603. cor. Pamphilio Par. I. Rec. dec. 65., præsertim n. 4. 6. & 7.).

Quare ne Capitula quidem Generalia statuere electionum alternationem, sive orbem possunt. Neque enim possunt, ex quantacumque necessitatis, vel utilitatis publicæ caussa, Statutum aliquod condere Juri communi adversum, nisi hoc in forma specifica a S. Sede Apost. confirmetur (Navarr. To.I. Consilior., tit. *de Regular.* Cons. 26. n. 4.; Suar. de Legib. Lib. 6. c. 26. n. 4. 5. & 7.; Bordon. Oper. Tom. 4. Par. I. Resol. 149. n. 140. & sequentib.).

Hoc idem adstruunt, denuntiantque Statuta Generalia Ordinis tum Vallisoletana 1593. (C. 8. tit. *A quib. eligendi* &c., §. *Quamobrem*, Chron. To. I. p. 424. B.), tum Segoviensia 1621. (C.7. tit. *De election.*, §. *Nulla*, ib. p. 638. B.).

Etenim priora illa „ *Siquis*, inquiunt, *sine speciali facultate Apostolica electiones ..... coarctaverit quoque modo* (ideoque sive ad Personas, sive ad Nationem, aliumve Cœtum), *quominus liberæ sint ....., Officio eo ipso privatus existat, ut Apostolica Sanctione cautum est* „.

Generaliùs autem Segoviensia „ *Nulla*, ajunt, *electio sine speciali facultate Apostolica potest coarctari: si autem quomodolibet* (ut supra) *fuerit coarctata; eo ipso irrita, & nulla* „.

Quæ duæ Constitutiones, dum interdictam quamcumque coarctationem dicunt, præterquam in casu, quo obtineatur ad id „ *facultas Apostolica specialis* „; consequenter facultate hac dicunt carere inferiores quoscumque, ac proinde Capitula Generalia. Si enim in Capitulis Generalib. saltem hanc facultatem agnoscerent; dicerent proculdubio: „ *sine speciali facultate Apostolica, vel Capituli Generalis* „. Nunc autem excipientes tantummodò casum, quo coarctandi facultas *concedatur* specialiter ab Apostolica Sede; exceptione hac firmant regulam in contrarium in omnibus aliis casibus non exceptis, ex notissimo Juris principio.

Nimirum intellexit Ordo, prohibitionem S. Pii V. (in Const. *Pastoralis*, quæ ad marginem Statuti utriusque citatur) ad quoscumque Summo Pontifice inferiores pertinere sin minùs ex illius Constitutionis expressis verbis, saltim ex mente ejusdem, utpote Sac. Canonibus innixa, & consona; quemadmodum ex eadem illius Constitutionis mente alterum ex ipsis Statutis, videlicet Segoviense, *nullitatem electionis* adjecit, licèt in ea Constitutione minimè expressam.

Lucius Ferraris quidem (v. *Alternativa quoad aliq. miscell.* n. 16.), P. Passerinum, & alios quosdam sequutus, posse tradit Generalia Capitula Alternativam concedere, si consentiant tamen Partes, suoque juri renuntient. Atqui non rectè. Siquidem ex iisd. Ecclesiæ Legibus, ex quibus Capitula Gen. non possunt Alternativam statuere; ex iis ipsis Partes in eam convenire non possunt. Nam sicut jus e. c. eligendi unum in Prælatum Provinciæ, ita etiam jus illud, de quo agimus, eligendi eumdem ex universa Provincia digniorem; non est jus voluntarium, sed necessarium, cujus executio ab Jure communi Partibus ipsis præscribitur, & imperatur.

Audiatur ipsemet, luculentus sanè Auctor, Passerinus (de Election. C. 30. n. 50.). Is postquam ait, quod „ *licèt aliquibus Ecclesiis competat eligere Prælatos; tamen hoc eis non competit, nisi ex concessione Papæ* „; paullò post subnectit: „ *Electio Prælatorum non est bonum illarum Ecclesiarum illis proprium, & cujus ipsæ sint dominæ; sed & illud bonum est debitum, quia & tenentur aliquem eligere, & tenentur eligere digniorem, ex ea Lege* (*Papa* scilicet, ut supra inquit), *ex qua concessa est eis facultas eligendi* „.

Nimirum *tenentur aliquem*, ac *tenentur* ipsum *digniorem eligere*; quia *Lex* illa Summor. Pontificum ipsis non *concedit facultatem eligendi*, nisi eligendi secundùm Juris communis præscriptiones: ideoque *ex ea Lege* quemadmodum non possunt Partes, seu Electores respectivæ Ecclesiæ, ut puta Provinciæ, invicem convenire, ut non eligant unum in suum, suæque Provinciæ Superiorem; ita non possunt invicem convenire, ut non eligant digniorem; sed tenentur, unum, eumque digniorem eligere, quia Ecclesiasticum Jus commune sic jubet. Jam verò ista P. Passerini ratio, eadem ipsissima locum habet in eligendo digniore ex universa Provincia: cum istum planè eædem Ecclesiæ Leges nomine „ *digniores* „ intelligant, & eligendum præscribant, sicut initio diximus.

Confirmantur hæc ex iis, quæ idem P. Passerinus habet (ibid. n. 49.), quod videlicet „ *Officia Ecclesiastica nec primariò, nec secundariò sunt instituta ut præmia, & ut bona distribuenda ad favorem privatum, & proprium Fidelium juxta proportionem meritorum* (quo sanè casu possent Partes distributioni illi, tanquam ad privatum jus suum pertinenti, pro alternis e. c. Capitulis renuntiare); *sed Fideles præmia meritorum expectare debent in futurum, quoniam aliàs ministeria Ecclesiastica ad communem utilitatem sunt instituta* „.

Quod præcipuè verum esse alibi dicit (ib. n. 74.) „ *In Religionibus*, in quibus Prælaturæ (itemque alia Officia, ut supra) *merè*, ait, *& purè sunt instituta propter bonum commune, & in ordine ad illud solum: aliàs* (subdit) *id esset directè contra statum Religiosæ perfectionis, ac foveret ambitionem, quæ Regularis status est pestis* „; atque esset caussa turbarum, ut idem ibidem explicat. Ubinam Igitur est illud *jus Partium*, cui eædem Partes possint renuntiare, & renuntiando facere, ut Capitulum Generale constituere Alternativam possit?

Quid postremo? quod præscriptio illa Juris Canonici, initio memorata, non est præscriptio solius ejusdem communis Juris humani (quo pacto de illa hactenus disseruimus); sed ortum habet ex Divino ipso naturali Jure; insuperque (saltim quoad Officia Animarum curam habentis) ex Divino Jure positivo: itaut electio illius, qui in respectiva Ecclesia, ut in casu in respectiva Provincia, est dignior omnibus in ea Ecclesia, seu Provincia; illius, inquam, electio Ec-

clé-

= clesiæ ipsi, seu Provinciæ debeatur omninò ex ti-
= tulo dispensationis fidelis, ex legalis Justitiæ
= legibus, ex virtute demum religionis, & ju-
= stitia Christi (Molin. de Just. Tr. I. disp. 52. an-
= te fin. §. *Quod verò attinet*; Suar. de Relig. Tom.
= I. Lib. 4. c. 50. n. 35. in fin., & 40.; Ragg. de
= Regim. Regul. Tr. 5. dub. 134. not. 2., & alii
= post Doct. Angel.).

= Quapropter in hoc negocio nullus est locus
= contrario ulli inferiorum quorumlibet vel Statuto,
= vel pacto seu conventioni, aut etiam consuetudi-
= ni, ut in re simili dictum est (supr. ad d. 2. Aug.,
= Not. *c.* §. *Sanè*): sed suprema tantùm Pontificia
= Potestas, ad medendum perturbationibus, & dis-
= sidiis, misericorditer potest hac super re dispen-
= sare (dispensatione scilicet minùs propriè dicta,
= de qua supr. p. 199., & seq. init. dictum est).

= Itaque ut, rationibus aliis prætermissis, conclu-
= dam, nec Partes possunt in electionum orbem, &
= vicissitudinem convenire: nec istam possunt Ge-
= neralia Religionum Capitula, consentientibus quo-
= que Partibus, constituere; sed petitionibus hujus-
= modi vel debent Capitula eadem respondere, *di-*
= gniores esse eligendos; vel (si petitiones easdem
= expedire censuerint) respondeant necesse est, de-
= bere Partes consentientes „ *petitionem transmittere*
= ad Prælatum Generalem, ut opportuna provisio per
= ipsum sollicitari queat apud S. Sedem Apostolicam „;
= quemadmodum sapienter rescripsit Capitulum Gen.
= Mantuanum 1762. (Sess. XI. §. *Religiosi*).

= Quod porrò P. Commissarius Gen. in verbis
= principio Annotationis hujus relatis, adjungens di-
= ctionem illam „ *perpetuam* „, ex consequenti signi-
= ficat, licere videlicet Prælato Generali sine specia-
= li S. Sedis facultate præscribere Alternativam tem-
= porariam, sicut idem reapse illam in eodem De-
= creto suo præcepit servandam „ *in proximè futuro*
= Capitulo „ Provinciæ Angelorum; id sanè ne vi-
= detur quidem colligi posse ex Brevi illo, quo Præ-
= lati nostri Generales constitui solent Commissa-
= rii, Visitatores, ac Reformatores Apostolici: que-
= madmodum ex alibi notatis circa Breve idem ap-
= paret (ad Breve, *In Specula*, 6. Dec. 1756. Not.
= *c.*, & *g.*), si illic notata jungantur cum iis, quæ
= hic supra deducta sunt.

= Multò autem minùs Prælato Generali *sui Officii*
= auctoritate idem jus competit, quod Capitulorum
= quoque Generalium auctoritatem excedit. Quan-
= doquidem quæ supra attulimus, ea a quibuslibet
= Summo Pastore inferioribus excludunt pariter fa-
= cultatem statuendi Alternativam, temporariam, se-
= mel quoque servandam. Jure proinde P. Ubaldus
= Giraldi (Jur. Pont. noviss. Par. 2. sect. 161., in
= Append., resp. ad I.), cum propositum ipsi fuis-
= set, inter alia multa, Quæsitum hoc, nimirum „
= An liceat Prælato Regulari proponere duos, vel tres;
= seu restringere electionem ad certum genus Personarum,
= puta Magistros, aut determinatam Nationem; ex
= quibus necessariò eligatur unus „? ad primam Quæ-
= siti partem (nempe de *duobus*, *vel tribus*) respon-
= det „ *Negativè* „. Ad secundam verò (scilicet de
= certo genere Personarum, aut determinata Natione)
= respondet „ *Affirmativè* „ sed „ *dummodò* (in-
= quit) *per Statutum aliquod Generale*, AB APOSTOLICA
= SEDE APPROBATUM, *id firmatum sit* „.

= Atque hoc ipsum videtur mox animadvertisse
= pro eo, quo erat, studio, sollertia, & accuratio-
= ne in suis Muneribus obeundis Reverendissimus
= idem P. Commissarius Gen., hanc rem deinde,
= dum esset minùs occupatus, secum iterum repu-
= tans, ac perpendens. Nam, ipsomet ut putamus
= auctore, Alternativa illa, quam ipse servandam jus-
= serat „ *in proximè futuro Capitulo* „ non fuit in eo-
= dem Capitulo illius Provinciæ Angelorum executioni
= mandata, quin priùs confirmatio Alternativæ ejus-
= dem pro illo etiam proximo Capitulo nominatim,
= simulque pro Comitiis aliis in perpetuum celebran-
= dis, ex Apostolica Sede sollicitè expeteretur, &
= impetraretur; sicuti ex ipso relato Brevi perspi-
= cuum est (§. *Subinde dd. Exponentes*), & ex al-
= tero inferiùs exhibendo (ad d. 8. April. 1758. post
= init.).

= Quæ tamen dicta sunt, ea minimè impediunt,
= quominus Personæ indignæ ab electione possint,
= debeantque excludi secundùm Jus commune, &
= Statuta Ordinis Vallisoletana 1593. (C. 8. tit. *de*
= Fratrib. cor. Committ. Visit. &c., §. *Et quamvis*,
= Chron. cit. To. I. p. 474. A.), & Segoviensia 1621.
= (C. 7. tit. *de Visitator. Prov.*, §. *Neque*, ib. p.
= 644. B.). Etsi ceteroquin non una sit Auctorum
= sententia circa formam in ejusmodi exclusione ser-
= vandam: ut videre licet apud Mirandam (To. 2.
= Qu. 23. art. 22.); Sanctorum (in Const. C. 8.
= St. 71. concl. 8.); Ferraris (v. *Electio* art. 4. n.
= 93. & seq.); Giraldi (Jur. Pont. noviss. Part. 2.
= sect. 161., in cit. Append. Dub. XVI. p. 1035.
= A.); Kerckove (in Stat. Germanobelg. C. 7. §.
= 1. n. 41.); Amanum (Pract. Crim. Tit. 12. n.
= 21. & sequentib. per tot. Quæst. 5.), qui cum
= Authoribus aliis, judiciarium ordinem requirenti-
= bus, allegat non modò Jus Statutarium, verùm
= etiam Jus commune, proindeque Generales quo-
= que comprehendit Prælatos, quos re ipsa expres-
= sè commemorat (loc. cit. n. 25. in fin.). Cete-
= rum de re hac universa iidem Prælati nostri pro
= sua sapientia judicabunt.

= (*b*) Decretum hoc non ita facilè obvium, cujus
= ignoratio nocere plurimùm potest (ut illud experi-
= denti evidens fit), quodque nihilominus a quam-
= plurimis ignoratur, necessarium planè ducimus
= hic referre ex Volumine impresso An. 1697. typis
= Rev. Cam. Apost., cui titulus est: *Collectio Bul-*
= larum, Constitutionum &c., *hactenus editarum*,
= SS. D. N. Innocentii Divina Providentia PP. XII.
= &c., *cum Apostillis marginalib.*, *& Indice I. V. D.*
= Georgii de Firmanis Patritii Hadriensis: quod Vo-
= lumen invenimus in celebri Casanatensi Bibliothe-
= ca nostrorum PP. Dominicanorum. Est autem ut
= sequitur =

„ Decretum circa Memorialia porrigenda.

„ Ut occurratur impetrantium calliditati, qua
„ sæpius vel iidem Oratores, vel eorum Procurato-
„ res, ac Sollicitatores, sive alii quicumque Agen-
„ tium, aut Expeditorum nomine nuncupati, litte-
„ ras Gratiæ, vel Justitiæ cum valde notabili ipsius
„ Justitiæ, ac publici boni, & quandoque Animarum
„ etiam præjudicio in Aula, & Curia Romana sub-
„ ripere conantur; SS. D. N. Innocentius Divina
„ Providentia Papa XII. expressè præcepit, & man-
„ davit:

„ Quod si quis in posterum preces, sive supplices
„ libellos in materia Gratiæ, vel Justitiæ alicui ex
„ Sacris Congregationibus Urbis quomodolibet ob-
„ tulerit, seu præsentaverit, itaut ab eadem Sac.
„ Congregatione vel in totum, vel in parte fuerint
„ rejectæ, aut aliàs ipsa Sac. Congregatio, median-
„ te præfata præsentatione precum præventa, manus
quo-

" quomodocumque desuper apposuerit; nequeat ullo modo idem negocium, causam, vel petitionem ad alteram ex Sac. Congregationibus, etiam mediante rescripto Sanctitatis Suæ (quod in hoc casu importunè, & subreptitiè Sanctitas Sua censeri voluit extortum), sub quovis prætextu, causa, vel quæsito colore, etiam simplicitatis, & ignorantiæ, deferre, vel aliàs primam Congregationem, sponte a principio aditam, declinare: aliàs rescripta, decreta quæcumque, indulta, gratiæ, litteræ, resolutiones, vel provisiones, a secunda, sive altera Congregatione impetrata, vel impetranda, necnon litteræ Apostolicæ, quas illorum, vel illarum vigore desuper expediri contingeret, haberi debeant omninò pro subreptitiè extortis, nulliusque penitus sint roboris, vel momenti, nec ullatenus in judicio, vel extra suffragari possint, & valeant, perinde ac si numquam emanassent.

" Et quoniam id plerumque provenire solet ex prædicta calliditate impetrantium, qui ubi primam Congregationem, tamquam negocii, ejusque circumstantiarum instructam, eorum petitioni contrariam habuerunt, vel habere suspicantur, studiosè tentant alteram adire Congregationem, ut, tamquam minùs informata, ipsis concedat, quod prima denegavit, vel denegasset: Idcircò Sanctitas Sua, ultra præmissam nullitatem rescriptorum, & litterarum, expressè pariter præcepit, quod tam iidem Oratores, ac Partes principales, quàm illorum, illarumque Procuratores, Sollicitatores, Agentes, aut Expeditores quicumque, quive adversus hujusmodi Decretum attentaverint, non solùm puniri valeant, etiam pœna carceris, vel altera arbitrio alterutrius Congregationis mediante organo Secretarii pro tempore, facto tamen verbo in ipsa Congregatione; sed ulteriùs, quod Procuratores, Sollicitatores, Agentes, & Expeditores hujusmodi, ubi ipsi sint, qui, ignara Parte, seu Principali, attentaverint, omninò teneantur ad refectionem omnium expensarum, atque damnorum, quas, vel quæ per suos Principales hac de causa pati contingeret, vel contigisset, atque ad id summariè per eumdem Secretarium, facto tamen, ut supra, verbo in ipsa Congregatione, opportunis Juris, & facti remediis compelli possint, & debeant.

" Et ne aliquis præsentis Decreti, & in eo contentorum ignorantiam ullo umquam tempore allegare valeat, illud Typis imprimi, & in locis solitis Urbis, necnon in Secretaria supplicum libellorum, qui Sanctitati Suæ porriguntur, ac in singularum Congregationum prædictarum Secretariis affigi, & in earumdem Congregationum Regestis inseri jubet: Ita tamen, ut, dicta affixione in supradictis locis solitis Urbis dumtaxat secuta, omnes, & singuli ad illius omnimodam observantiam illicò teneantur. Atque ita de expresso ordine, & mandato Sanctitatis Suæ, sibi specialiter injuncto, decrevit, & nomine ejusdem SS. Domini Nostri servari mandavit hac die 4. Junii 1692.

" Ansaldus de Ansaldis SS. D. N. Auditor.

" Pro D. Successore D. Nicolai Florelli olim A. C. " & Sac. Palatii Apost. Not.
" Angelus Montanus pro R. Cam. Administrator " Deputatus, &c.

" Die, Mense, & Anno, quibus supra, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curiæ, Aciei Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Gregorium Staggium SS. D. N. PP. Cursorem Decanum.

" Pro D. Mag. Curs. Hippolytus Petrettus Curs.

1757. 1. Sept. *Conceduntur Lectiones II. Noct. propriæ in Officio B. Michelinæ. Pisauren.*

SS. D. N. Benedictus PP. XIV., ad humillimas preces P. Mag. Fr. Dominici Andreæ Rossi Procuratoris Gen. Ord. Min. S. Franc. Conventualium, suprascriptas Lect. 2. Noct. B. Michelinæ Vid. Tert. Ord. S. Franc., cum Oratione jam sub die 7. April. 1742. ab ead. Sanctitate Sua adprobata, ab Emo & Rmo D. Card. Tamburino S. R. C. Præfecto, unà cum R. P. D. Benedicto Veterani Fidei Promotore, meque Secretario accuratè revisas, benignè adprobavit; ac insuper concessit, ut singulis Annis in memoriam ejusd. Beatæ a Fratrib. Min. S. Franc. Conventualibus, & aliis, quibus ex Indulto Apostol. concessum est ipsius Beatæ Officium de Communi, eædem Lect. unà cum Oratione recitari possint, & valeant. Die 1. Septembr. 1757.

D. F. Card. Tamburinus Præf.

Loco ✠ Sigilli.

M. Marefuscus S. R. C. Secr.

= Cum jam antea per Decretum 2. April. 1746. concessum nobis fuisset B. Michelinæ Officium de Communi cum supradicta Orat. propria; nunc Lectiones etiam 2. Noct. propriæ conceduntur.

= 1757. 5. Sept. = Hac die datæ, & publicatæ fuerunt Apostolicæ Litteræ " *Cum ad nonnullos* " quibus damnatur Epistola inscripta " *Amplissimis S. R. E. Card., & clariss. Theologis in Urbe Præsente congregatis* " &c.: cujus Epistolæ initium est " *Hæc tunt dubia* "; finis autem " *& explodendam novitatem* ". Prostant eæ Literæ in Bullar. ejusd. Pontif. Benedicti XIV. Tom. 4. p. 333. & seq.

1757. 12. Sept. *Laudatur consilium P. Ministri Gen. de stabilienda in toto Ordine uniformi Theologiæ docendæ ratione: simul autem Ministris Provinciarum potestas conceditur Theologicos, & Philosophicos Fratrum decedentium Libros perpetuò applicandi Bibliothecis Cœnobiorum, in quibus Gymnasia erecta sunt.*

EX Audientia SSmi die 12. Septembr. 1757. = Sanctissimus, viso Elencho (*a*) Tractatuum, & Quæstionum, de quo in Precibus, consilium Ministri Gen. Oratoris de uniformitate (*b*) Methodi Studiorum in universo Ordine statuenda magnopere probavit; eumdemque hortandum censuit, ut opportunis quibusque rationibus, utendo facultatibus sibi competentibus, cum consilio Discretorii Gen., saluberrimum (*c*) opus urgeat, & prosequatur. Præterea Libros Theologicos, & Philosophicos (*d*) Religiosorum, qui imposterum in quibuscumque Conventibus per Provincias ex hac vita migrabunt, ad earum-

earumdem Provinciarum Conventus, pro Studiis destinatos, prudenti Ministrorum Provincislium arbitrio (e) deferri, eorumque (f) Bibliothecis perpetuò (g) spplicsri posse concessit; contrariis quibuscumque non obatantibua.

J. C. Boschi Secret.

Loco ✠ Sigilli.

= (a) Impressus fuit Romæ eod. Anno 1757. post Acta Gen. Capituli Murcien., quæ supra dedimus, tum etiam seorsim. Cum verò facilè possit accidere (quod aliàs passim in re literaria usuvenisse videmus), ut decursu temporum, receutibus Elenchis editis per successores Prælatos, Opusculi ejusdem exempla intercidsnt; pretium operæ nos facturos putamus, si hoc loco Decreta exhibeamus ipsius P. Ministri Gen., non solùm utilia, sed ad rem Ordinis publicam hac io parte necessaria, quæ ad illius Elenchi calcem fuerunt excusa =

„ Decreta Reverendissimi Patris.

„ MEminerint Lectores omnes, ut in explicandis ad normaio hujusce Elenchi Theologicis difficultatibus compendiosi sint, sc perspicui; easque strictim pertractent, summatim, & ad modum Theologicarum Institutionum.

„ Hebdomsdsles, Mensiles, & Publicæ de rebus Theologicis Disputstiones, juxta sntiquam in Ordine receptsm praxim, statutis temporibus exacte habeantur. Ab iis autem jurgia, clamores, rixæ, atque altercationes omnino auferantur; srgumenta ex uoa, solutiones ex altera parte nonnisi Scholastics methodo, brevique oratione strictim proferantur; stque, ut omnia ex ordine fiant, auctoritate sus Studiorum Præfecti, quibns Lectores hac in parte obtemperare tenentur, sedulo iovigilabunt.

„ Nimium Feriarum, seu Vacationum excessum ennvenit moderari: eapropter a lectionibus, reliquisque omnibus Scholæ exercitstionibus nullo modo vacandum erit, nisi sequentibus, prout infrs, diebus. I. A Feris V. post Dominicam Sexagesimæ usque ad Feriam IV. Cineruio inclusive. II. A Dominica Palmarum usque ad Feriam IV. exclusive post Dominicam Resurrectionis D. N. J. C. III. Tribus Rogstionum Feriis, tantum io illis Studiis, quorum Conventuum Fratres solemnibus Civitatum, vel Locorum Supplicationibns interesse solent; idque quoad sulas lectiones matutinas. Lectio itaque vespertina non vacabit: quam Feria 2. habebit primus Lector; Feria 3. secundus Lector; Feria vero 4. tertius Lector. Singuli sutem Lectores hoc triduo dictsbunt per integram horam, ut vacantes matutinæ lectiones sic compensentur. IV. A Festo S. Bonaventuræ usque sd Nativitatem B. Mariæ Virginis. V. A Festo S. Petri de Alcantara usque ad Commemorationem omninm Fidelium Defunctorum. VI. In Festis S. P. N. Francisci, ejusque Ssc. Stigmstum, S. Antonii Patavini, S. Bernardini Senen., S. Didaci, S. Paschalis Baylon, S. Catharinæ V. & M. VII. A Festo S. Thomæ Apostoli nsque ad Circumcisionem Domini. VIII. In omnibus Festis de præcepto per Annum occurrentibus. IX. Singulis V. Feriia cujualibet hebdomadæ, in qua nullum Festum vel de præcepto, vel ex enumerstis occurrit; alioquin Scholsstica exercitia Feria V. non intermittantur. X. Si, evidenti aliqua necessitate cogente, præscriptus Vacationum ordo inverti contigerit; id fiat cum consilio, & assensu Præfecti, ea tamen conditione, ut, quæ intermittuntur hac de causa, lectiones in feriatia ut supra diebus postmodum omnino supplesntur.

„ Interdicimus omnibus S. Theologiæ Lectoribua concionandi munus tam in Adventu, quam io Quadragesima, nisi forte utroque Lectoris, ac Concionatoris ministerio vacare simul possent, ita ut Studentes consuetis lectionibus minime fraudarentur. Et nihilominus relinquimus arbitrio nostro dispensandum cum iis, quorum verbi Dei prædicstio in msgnum qusndoque cederet Animsrum fructum, nostrique Ordinis decorem. Quo item arbitrio uti poterunt Commissarius Gen. pro Ultramontsna Fsmilia, sc pro Indiis Commisssrius illarum, sive per se, sive per suos respective Vice-Commissarios.

„ In Studiis, ubi ex lege aliqua, statuto. vel consuetudine duo tantum sunt Lectores, Nobia visum est, ac Discretorio Generali Romæ existenti, ut singulis qusdrienniis perlegantur Tractatus secundi, & tertii Lectoris ad normam prænotati Catalogi. Octo vero Tractatus primo Lectori ibidem sdsignstos, sub finem Anni Scholastici, per mensem scilicet antecedenter ad Festum S. Bonaventuræ, Studentibus explicabunt summatim, ac historice: in singulis Annis singuli Lectores (lectione proprii Tractatus non iotermissa) unum ex præfatis Tractatibus.

„ Omnia autem hæc etsi pro Studiis Generalibus constituts sunt; aptari tamen volumus Studiis quoque S. Theologiæ Provincialibus ea ratione, ac forma, quibus de Studiis, ubi duo tantum sunt Lectores, mox præscriptum est, ac statutum.

„ Tsndem, quæ hic, & In encyclicis nostris Litteris quoad Studiorum directionem enunciavimus, ut sb omnibus S. Theologiæ Lectoribus inviolabiliter observentur, plenioremque effectum consequantur; volumus, ac virtute præsentis Decreti præcipimus, ac msndamus, qustenus de perfecta omnium, & singulorum præmissorum observantia per authenticas attestationes, Ministrorum Provincialium, Guardianorum, & Præfectorum subscriptione firmstas, singulis Anois ad Curiam Generslem nostram juxta earumdem nostrarum encyclicarum Litterarum tenorem transmittendas, ipsi Lectores Generales Nos distincte, sc perspicue certiores reddere tenesntur, sub pœnis arbitrio nostro pro grsviori, vel leviori inobservsntiæ culpa irremissibiliter infligendis. Quod pariter ut efficiant in suis respective Fsmiliis, Reverendissimos PP. Commissarios Ultramontanum, atque Indiarum psterna charitate sdmonemus, & in Domino cohortamur.

„ Sciantque omnes, præinsertum Elenchum, una cum adnexis nostris Dispositionibus, seu Decretis, Sanctiss. Patris, & Domini nostri Domini Benedicti PP. XIV. pedibus, ssapientissimoque judicio fuisse per Nos humiliter expositum: Sanctitatem vero Suam peculiari Apostolico Rescripto censnisse supplicstionibus nostris satisfaciendum, prout sequitur „ &c.

= Suboectitur hoc postremo loco Pontificium Rescriptum, quod exhibuimus supra.

= (b) Uniformitas ista non excogitata nunc pri-

primo

mùm fuit, in hac saltim Cismontana Familia. Nam fuerat jam antea in Familia hac a Constitutionibus Ordinis imperata, atque etiam executioni mandata (apud P. Perusin. Par. I. p. 335. A. circ. med., p. 370. n. 29, p. 475. n. 20., & Par. II. p. 159. B. paulò post med.). Rmus P. Clemens Panormitanus consilium susceperat non modò illam in hac Familia aliquandiu intermissam ad debitam consuetudinem pristinam revocandi, verum etiam constabiliendi uniformitatem ipsam *in universo Ordine*. Sed tamen deinde (quod sciam) per Familiam Ultramontanam Catalogus ille promulgatus non fuit, ipsomet P. Ministro Generali proculdubio annuente, propterea quod vetustissimis illius Familiæ consuetudinibus non esset accommodatus.

Ad nostram igitur Familiam Cismontanam quod attinet; cum sciamus, aliquos PP. Lectores de Catalogo isto quædam non rectè, nec secundùm Juris principia opinatos fuisse; ideò e re Familiæ publica fore arbitror, si nonnulla in hac, & sequenti Annotatione monuero. Unum est illud, quod nempe, etsi citata Statuta Ordinis maudant, ut Superior Generalis pro tempore hujusmodi Tractatuum Indicem in Provincias mittat; hoc tamen non ita debet intelligi, quasi Statuta eadem velint, ut Prælatorum Generalium unusquisque Catalogum novum condat, mittatque: sed ita, ut novum mittat, si missum quidem a Decessore, præsentibus temporibus minùs accommodum, vel alia ex caussa minùs utilem judicet; sin aliter, in vi sua illum relinquat, eumdemque hoc pacto suum faciat. *Omnia enim nostra facimus, quibus authoritatem impartimur* (L. 1. §. *Sed neque* C. de vet. jur. enucl.). Siquidem mens certè, & finis Ordinis non alius fuit, nisi ut istiusmodi Index nunquam deesset; itaque *in omnibus Scholis nostris legerentur eodem tempore iidem Tractatus, & materiæ tam pro Lectorum, quàm pro Studentium utilitate* (apud Perus. cit. p. 370. n. 29.).

Quamobrem & Catalogum, editum a Ministro Gen., Archiepiscopo deinde Salernitano, Bonaventura Poerio, deinceps quoque viguisse scimus; & hic ipse Catalogus, de quo agimus, profectò viguit, & viget etiamnum, successoribus Prælatis vel expressè, vel implicitè declarantibus, velle se eumdem in suo robore permanere (Litter. encycl. Reverendissimi P. Paschalis a Varisio, *Expleturi* 3. Mart. 1763. §. 14. & 16., & *Investigabilium* 19. Aug. 1768. §. 18.; Reverendissimi P. Josephi M. a Vedano, *Ubi primum* 4. Id. Nov. 1765. §. 8. in fin.; ac Reverendissimi P. Bonaventuræ Placentini, *Quanto grave* 30. Oct. 1792. n. 22.: quas omnes Literas, favente Deo, suis locis daturi sumus).

Sed etsi ipsi in laudatis suis Literis de Clementis decessoris Catalogo nihil penitùs innuissent; vehementer tamen errassent, siqui Lectores ab onere illius servandi se absolutos censuissent.

Cum namque pro Moderatoribus, præcipuè Ordinis, & Familiæ, Jura tum Canonica, tum Civilia præsumendum jubeant; cumque idcircò in casu illo Prælati nostri Generales paullò ante laudati censeri nullo modo potuissent, suo velle deesse Officio, & Legem Ordinis, præsertim bono publico tam necessariam, violare, cui debebant parere; factum inde fuisset, ut Catalogus, de quo sermo est, ex præsumpta Prælatorum eorumdem voluntate, atque etiam ex prædictarum Ordinis Legum auctoritate, & imperio, in sua vi plenè persisteret, usquedum novus promulgaretur.

(c) Quandoquidem „ *uniformitas Methodi Studiorum opus est saluberrimum* „ ut res ipsa clamat, & literatissimus Pontifex Benedictus testatur, qui proinde „ *hortandum censuit* „ P. Generalem, ut illud „ *opportunis quibusque rationibus urgeret, & prosequeretur* „; efficitur hinc, legitimam nullam consuetudinem allegari posse adversus Catalogum, de quo sermo est, quippe cujus ope dumtaxat (donec alius a Successoribus mittatur, & præscribatur) illa potest *uniformitas* obtineri.

Etenim ut omittam, quod consuetudo legitima debet esse *præscripta*; contra autem siquis induceretur usus adversus illum Catalogum, is, novo Superiore Gen. creato, interrumperetur ex præsumpta saltem ipsius voluntate, ut in præc. Nota dicebamus; sed hoc, inquam, omisso, res est ex Juribus, Doctoribusque notissima, non esse consuetudinem, sed corruptelam, nisi sit rationabilis; rationabilem autem minimè esse, nisi publicæ utilitati conveniat, nisi nihil contra debitum ordinem præ se ferat, nisi tandem cessaverit ratio, propter quam lata Lex fuit. Etenim *si adhuc maneat ratio eadem, propter quam prima Lex utilis erat; non consuetudo Legem, sed Lex consuetudinem vincit* (S. Thom. 1. 2. q. 97. ar. 3. ad 2.).

Quàm longè autem a conditionibus istis abesset consuetudo illa, quæ inducta foret contra eum Catalogum, simulque contra Ordinis Leges, quæ eumdem præscribunt; tum cuivis consideranti perspicuum est; tum planissimè intelligitur vel ex uno sapientissimi Pontificis testimonio supra laudato, & ex factis, quæ idem P. Generalis Clemens innuit in suis Literis, quas alibi exhibuimus (ad d. 10. Jun. 1757., in §. *Hinc volumus* post med.).

Quod porrò nonnemo conqueritur, ampliorem contineri in eo Catalogo Quæstionum copiam, quàm ut possit ab unoquoque Lectore intra quatuor Annos expleri; id ita se habere, ei duntaxat videatur, qui vel non meminerit, eumdem Catalogum successorum quoque Prælatorum judicio tot Annorum decursu fuisse probatum; vel animum non adverterit ad illa, quæ, secundùm Generalia Statuta, in suprascriptis Decretis ejusd. Rmi P. Clementis Ministri Generalis sancita sunt tum de vacationum imminutione; tum simul de tradenda non Theologia plena, copiosa, absoluta, sed Theologiæ Institutionibus, adeout proinde privatim postea a PP. Lectoribus, ad Scholasticas Concertationes habendas, suppeditanda sint Auditoribus suis, Concertationes easdem habituris, reliqua illa, quæ in dictatis Quæstionibus desunt.

Quo pacto Auditores, e Theologico Ludo abeuntes, secum afferunt Sacræ Facultatis universæ quamdam veluti adumbrationem, & informationem: iidemque *tractu temporis fusiorem per se ipsos Theologiæ scientiam assequi poterunt, prout multorum, qui hanc formam servantes doctissimi evaserunt, clarissima nobis exempla extant*: sicuti ait Ordo in Constitutionibus Generalibus, tum Vallisoletanis An. 1593. editis pro hac Familia Cismont. (C. 5. tit. *de Studiis*, §. *Caeterum quia*), tum Segoviensibus An. 1621. pro Familia Ultramontana (C. 4. tit. *de Studio*, §. *Monemus etiam*). Qua ipsa de causa Theologiæ Lectoribus in Statutis iisdem præscribitur, in Segoviensibus quidem, *ut trium annorum spatio* (loc. cit. §. *Lectores Theologiæ*), in Vallisoletanis autem, *ut quatuor annorum spatio* (cit. loc. §. *Lectores verò*), *cursum unum absolvere conentur*. Quinimmò ad hoc Cismontani tenentur omninò ex

Const.

Const. Victoriensibus, de quibus dicam paullò post.

= Tandem Catalogum, de quo agimus, jussu P. Generalis Clementis sæpe laudati, elucubravit P. Philippus a Carbonsano, nostratibus, & exteris Literatis notus (qui deinde quinto post Anno, oempe An. 1762. die 6. Aprilis, in quam diem eo Anno inciderat Feria III. majoris Hebdomadæ, tempore nimirum auspicatissimo, Solemnitati Dominicæ Passionis sacro, piè obiit supremum diem, magna cum Sodalitatis nostræ jactura).

= Nempe elucubravit is Vir, in quo tanta erat Theologicarum rerum facultas, quantam in illo fuisse constat ex ipsius Theologicis commentariis in lucem emissis; insuperque ex eo, quod a S. Congregatione, Propagandæ Fidei præposita, dignus sit habitus, cui, in inferioribus aliis illius Collegii Cathedris jam probato, tum princeps Collegii Cathedra Theologiæ Polemicæ conferretur; tum etiam demandaretur provincia concinnandi Theologicas Institutiones (quarum edendarum consilium tunc inierant Emi PP.) in usum ipsius Collegii de Propaganda Fide, approbante electionem hanc doctissimo eodem Pont. Benedicto XIV.: quemadmodum ex Decreto patet, quod hoc ipso An. 1757. die 11. Jul. conditum fuit, quodque in Acta huj. Cismont.Curiæ relatum legitur: Vir denique tanto in Scholis usu, & exercitatione, quantam habere is potuit, qui, primùm intra Ordinem Lector Annos tredecim (quos ferme omnes in hoc Archigymnasio Aracœlitano transegerat); deinde verò & in hoc ipso Aracœlitano Archigymnasio Studiorum Præfectus, & publicus simul in laudato Collegio ad mortem usque Professor, ætatem penè totam in Scholis contriverat.

= Unum certè est, quod ipsi, homini occupatissimo, in meotem, ut opinor, non venit, & in quo Catalogus idem videtur deficere; illud videlicet, quod io Capitulo Gen. Victorien. 1694. fuerat consultissimè cautum. In hoc siquidem (tit. *pro Ultram. Fam.*, nimirum pro Familia nostra), postquam n. 26. statuitur, ut tres simul cujusque Gymnasii Lectores Theologiam integram explicare suis Auditoribus „*teneantur intra quatuor Annorum spatium, sub pœna* Lectoribus provincialibus *non consequendæ sexennalis Paternitatis*, generalibus autem *non Jubilandi*„; mox additur n. 27. „*itaut singulo quadriennio Studentes a trib. illis Lectoribus simul totam audiant Theologiam*, ET SINGULI IPSORUM LECTORUM *eam integram duodennio perlegant* (integram scilicet *duodennio*, ut ego interpretor, si Lectiones ab illis intermitti contigerit; vel prope integram *decennio*, si intermissæ ab iisdem Lectiones non fuerint, uti Apostolicæ, atque Ordinis Constitutiones decernunt).

= Hoc sanè consilio nihil magis rationi consonum: nihil etiam utilius, ac fructuosius. *Homines* quippe *discunt, dum docent* (Senec.Epist. 7.). Itaque etsi semper Ordo, Dei miseratione, magnam habuit copiam præstantium Theologorum; majorem tamen haberet, si quisque Lectorum diversas subinde, quoad fieri posset, Theologiæ materias, & argumenta versaret. Contra verò ex illius Catalogi distributionibus fit, ut, elaboratis semel ab unoquoque Lectore Tractatibus Quadriennii sui, si semper ipse, vel plerumque eumdem teneat suos inter Collegas locum; semper is, vel plerumque in Tractatibus iisdem versetur; ac, si velit, scripta eadem nihil immutata dictet, quæ semel confecit.

Chronol. Seraph.

= (*d*) Ergo, quod attinet ad aliarum Disciplinarum Libros, intactæ permanent ejusdem S. Sedis, & Ordinis Leges, de quib. supra (ad d. 19. Nov. 1751. p. 41. A., & 29. Maji 1752. p. 63. B.). Vide & infra (Not. *g* sub fin.).

= (*e*) Non *arbitrium* tantùm in hoc Rescripto ponitur; sed „*arbitrium prudens*„. Quanquam & ubi *arbitrium* duntaxat ponitur; vox hæc, sicut in Jure utroque, ita etiam ubicumque in Rescriptis, aliisque Dispositionibus ponitur, non significat potestatem agendi id, quod libuerit, sed arbitrium *boni viri*. Quale pariter arbitrium designatur, dum aliquid committitur cujuspiam *judicio*, *discretioni* &c. Significant videlicet istæ, aliæque similes clausulæ facultatem, quæ ad juris, rationis, æquitatis normam exigenda, ac dirigenda sit (Jason post multos, quos citat, in L. *Si sic legatum* n. 10. de leg. 1., Felin. in C. 1. col. 7. de const., Menoch. de arb. Jud. Lib. 1. q. 8. per tot., & q. 9. n. 1., &c.).

= (*f*) Non possunt idcircò ii Libri assignari Lectoribus pro tempore existentibus, in eorum Cubiculis asservandi; sed rectà sunt asportandi ad respectivas Bibliothecas communes, subjecti in posterum legibus Bibliothecarum earumdem.

= (*g*) Quanquam in hoc Rescripto ponitur vox „*perpetuò*„; nihilominus quoties accidat, ut Gymnasium in Conventum alium transferatur; in hunc pariter transferri debebunt Libri, qui Bibliothecæ prioris Cœnobii attributi fuerant ratione Gymnasii, quod in illo erectum reperiebatur, & nunc aliò transfertur. Quod si in secundo Cœnobio, ubi Gymnasium erigitur, ii Libri superflui sint; poterunt, actualis Ministri Provincialis arbitrio, applicari perpetuò alteri, seu aliis Studiorum Cœnobiis. Nisi fortè in horum omnium Bibliothecis supervacanei itidem sint: nam tunc succedet, & exequendum erit præscriptum Legum, quas supra innuimus (Not. *d*).

= Quæ quidem ut postea, siquando casus ille contigerit translationis Studiorum, possint a Ministro, qui tunc Provinciam gubernabit, exactè, & sine errore debitæ executioni mandari; conficiendus modò est Index singulorum Librorum, qui vi hujus Pontificii Rescripti assignati jam sunt, ac subinde aliorum Librorum, qui, aliis decedentibus Fratribus, assignabuntur unicuique Conventui ratione Studii vel Theologici, vel Philosophici, vel utriusque, in Conventu eodem erecti: additis simul nominibus defunctorum Religiosorum, quibus, dum viverent, respectivi Libri usui erant, insuperque Cœnobii, in cujus Familiam quisque eorum adscriptus erat, cùm obiit. Cujus Indicis Autographum, seu Originale, in Provinciæ Archivo servandum erit; Apographum verò, seu Copia ipsius, in Bibliotheca, cui assignati Libri fuerunt; vel potiùs (cum Folia separata facilè intercidant) opportunius erit, ut P. Minister Provincialis omnia in eo Indice contenta exscribenda curet in Indice Librorum Bibliothecæ ejusdem.

= Innituntur hæc omnia Rescripto ipsi, quod hic exponimus. Nam persæpe „*perpetuitatis*„ vocabulum, tum in Sacris Literis, tum in Jure, nonnisi conditionatam perpetuitatem designat. Sic Lex quælibet natura sua, & frequenter etiam expressè, fertur uti perpetuò valitura. Sic donatio inter vivos perpetua vocatur, & est. Sic alia multa dicuntur, & sunt perpetua: quæ nihilominus non sunt ejusmodi, nisi sub involuta illa, tacitaque

= conditione „ *rebus in eodem statu manentibus*,„ Quam
= ipsam conditionem satis dilucidè hoc Rescriptum
= patefacit.

= In eo siquidem „ *perpetua* quidem *conceditur ap-*
= *plicatio* „ sed Bibliothecis „ *Conventuum pro Stu-*
= *diis destinatorum* „ ; & consequenter supposito,
= quod Conventus illi perpetuò maneant *pro Studiis*
= *destinati*, ibique Lectorum, ac Studentium profe-
= ctui, utilitatique ii Libri deserviant. Quare, transla-
= to Sudio in Conventum alium; ad hunc debebunt
= Libri migrare, si hujus Bibliotheca iis ipsis Libris
= indigeat. Aliàs verò, redibit in integrum prudens
= Ministri actualis arbitrium eosdem Libros aliis
= Studiorum Cœnobiis assignandi, ut maneant iidem,
= juxta Rescripti tenorem, perpetuò applicati Bi-
= bliothecis Conventuum, ubi Studia sunt. Quod si
= fortè Bibliotheca nulla istorum Conventuum Li-
= bris illis indigeat; cum tunc nullum amplius lo-
= cum habeat arbitrium prudens illos applicandi
= Conventibus Studiorum, & adimendi Conventi-
= bus, ad quos ex Jure nostro ii Libri pertinent;
= observanda omnino erit in eo casu præscriptio
= ipsius Juris nostri communis; quippe cui per hoc
= Rescriptum nonnisi ob Studiorum indigentiam de-
= rogatur.

= Dixi supra „ *iis ipsis Libris indigeat* „ itemque „
= *eosdem Libros* „ *Libris illis* „ &c.: quia, nisi val-
= de fallimur, minimè licet PP. Ministris Provin-
= ciarum, Libros decedentium Fratrum Canonicos,
= Historicos, Oratorios, alios, qui nec *Theologici*,
= nec *Philosophici* sunt, concedere Studiorum Cœno-
= biis, ut commutentur in Theologicos, vel Phi-
= losophicos, quibus Bibliothecæ Conventuum eo-
= rumdem egeant. Nam si ita esset; omnes, &
= qualescumque Libri Religiosorum ex hac luce mi-
= grantium concedi possent Gymnasiorum Cœnobiis
= ad Libros Theologicos, & Philosophicos compa-
= randos. Contrà verò cum Rescriptum hoc dero-
= gationem hac in parte contineat Decretorum S. Se-
= dis, & Ordinis, ac præterea Juris Tertii, videlicet
= Cœnobiorum, ad quorum Familias pertinebant
= Fratres, quando vita excesserunt; non potest
= propterea, ultra *Libros Theologicos*, *&* *Philosophi-*
= *cos*, ad alios Libros ullos extendi, quos habebant
= Religiosi defuncti: quemadmodum de derogatoriis
= hujusmodi Dispositionibus, ac Tertio præjudicia-
= libus, Jura, & Doctores tradunt.

1757. 26. Sept. *Conceditur Evangelium*, Euntes *&c.*, *in Festo S. Francisci Solani*.

Decretum
Ord. Min. S. Francisci de Observantia.

AD preces P. Fr. Josephi Torrubia Commissarii Gen. Curiæ Ord. FF. Minor. S. Francisci de Observ., SS. D. N. Benedicto PP. XIV. humillimè porrectas, eidemque relatas ab Emo & Rmo D. Card. Tamburino S. R. C. Præfecto, auditis priùs per d. Emum R. P. D. Benedicto Veterani Fidei Promotore, meque infrascripto Secretario, Sanctitas Sua benignè indulsit, ut in Festo, & per Octavam S. Francisci Solani ab omnibus iis, qui ad Officium recitandum, Missamque in illius memoriam celebrandam tenentur, Evangelium *Euntes in Mundum universum* &c. tam in Missa, quàm in Officio simul cum Homilia S. Gregorii PP., quæ incipit, *Potest omnis Creaturæ nomine* &c., & quæ legitur in Festis SS. Cyriaci, & Soc., & Francisci Xaverii, recitari possit. & valeat. Hac die 26. Sept. 1757.

D. F. Card. Tamburinus Præf.

Loco ✠ Sigilli.

M. Marefuscus S. R. C. Secret.

= Etsi modò in Calendario Ordinis Festum S. Fran-
= cisci Solani Octavam non habet; ubi tamen for-
= tasse cum Octava celebratur, vel celebrabitur ex
= nova aliqua Concessione (obtenta videlicet ad nor-
= mam Rubricarum 27., & 48. inter novissimas, ad
= calc. utriusq.); Evangelium illud, *Euntes*, in
= Missa, & cum Homilia eadem in Officio, per
= Octavam itidem recitabitur vi hujus Decreti, &
= ex notissima Octavarum lege. Sicut pariter etiamsi
= Decretum de Missa festiva loquatur; nihilominus
= a nobis, nostroque Missali utentibus Evangelium
= idem recitandum est in Missis Votivis ejusd. San-
= cti, juxta legem Votivarum de Sanctis, qui Vo-
= tivas proprias non habent inter Missas Votivas, quæ
= extant in fine Missalis.

1757. 21. Nov. *Decreto Sac. Indicis Congregationis infrascripta Opera fuerunt prohibita*.

ABregé de l' Histoire Ecclésiastique, contenant les évenemens considerables de chaque Siecle, avec des reflexions.

Jacobi Bruckeri Historia Critica Philosophiæ a Mundi incunabulis ad nostram usque ætatem deducta: „ *contra quam jam prodierat Decretum alterum* 28. *Julii* 1755. „

Commentarium in Bullam Pauli III., Licet ab initio, datam An. 1542., qua Romanam Inquisitionem constituit, & ejus regimen non Regularibus, sed Clero seculari commisit.

Exposition de la Doctrine Chrétienne, ou Instructions sur les principales verités de la Religion.

Exposition de la Doctrine de l' Eglise Gallicane par rapport aux prétentions de la Cour de Rome.

Frà Guidone Zoccolante a Frate Zaccaria Gesuito, Seconda Lettera, Terza Lettera. „ *Id. &* *supr. ad d.* 11. *Mart.* 1754. „

Histoire de la reception du Concile de Trente dans les differens Etats Catholiques, avec les pieces justificatives.

Histoire du démélé de Henri II. Roi d' Angleterre avec Thomas Becket Archevéque de Cantorbery, precedée d' un Discours sur la jurisdiction des Princes, & des Magistrats seculiers sur les Personnes Ecclésiastiques.

Jo. Rudolphi Kieslingii Historia concertationis Græcorum, Latinorumque de Transubstantiatione in Eucharistiæ Sacramento.

Memoire sur les Libertés de l' Eglise Gallicane.

Memoires secrets de la Republique des lettres, ou le Theatre de la verité, par l' Auteur des Lettres Juives.

Les Moeurs.

Liber (*sic habet Decretum*), cujus hebraica inscriptio, latinè reddita, est: Portæ Sion, Præparatio Convivii, & liber Formationis.

De Praxi Quesnelliana in dilatione sacramentalis absolutionis, ad Propositiones 87., & 88. ex tot. proscriptis in Bulla, Unigenitus, Dissertatio Dogmatica.

Tra-

Traité des droits de l'Etat, & du Prince sur les biens possedés par le Clergé.

Abregé de l'Histoire universelle depuis Charlemagne jusqu' à Charle V. de Mr. de Voltaire. *Ejusdemque* Essai sur l' Histoire universelle. „ *Alia tria ejusd. Volterii Opera in superioribus hujus nostræ Continuationis Annis fuerunt proscripta. Unum nempe, cui titulus*, Lettres Philosophiques, *Decreto 4. Iul.* 1752. *Reliqua duo habes supr. ad d.* 22. *Febr.* 1753., & 2. *Mart.* 1754. *Alia pariter confixa suis locis infra memorabuntur* „.

Michaelis Waltheri Dissertationes Theologicæ Academicæ, editæ a Carolo Gottlieb Hofmanno.

Gottliebi Wernsdorffii Brevis, & nervosa de Indifferentismo Religionum Commentatio: Accessit de authoritate librorum Symbolicorum Dissertatio.

1757. 10. Dec. *Conceditur*
Oratio propria in Festo BB. Martyrum Japonen.

Decretum
Ord. Min. S. Francisci de Observantia.

CUm Fratres Ord. Min. S. Francisci Conventualium, & Presbyteri Regulares Soc. Jesu in Festo BB. Mart. Japonen. Petri Baptistæ, & Soc. recitent sequentem Orat. a S. R. C approbatam, videlicet: Oratio: Deus, qui primitias Fidei (*&c., ut in Breviar. die* 5. *Febr.*): Fr. Josephus Torrubia, Commissarius Gen. Curiæ Ord. Fratrum Min. S. Francisci de Observantia, Sac. Rit. Congñi humillimas preces porrexit, quatenus extendere dignaretur Indultum d. Orationem propriam recitandi ad omnes Subditos Ministri Gen. prædicti Ordinis, qui ad Horas Canonicas juxta Breviarium Franciscanum tenentur. Et Sacra Congr. ad relationem mei Secretarii petitis benignè indulsit. Die 10. Dec. 1757.

D. F. Card. Tamburinus Præf.
Loco ✠ Sigilli.
M. Marefuscus S R. C. Secret.

= Officium de his BB. Martyribus, ab Urbano VIII.
= concessum, recitabatur sub ritu dupl. 2. Class.,
= & cum Lectionib. 2. Noct. propriis, jam inde ab
= Anno 1679. Sed Oratio ad hunc usque Annum
= 1757. erat de Communi; de qua & adhuc sunt
= reliqua. Etsi verò propria ante dicta Oratio „
= *Subditis Ministri Generalis* „ in hoc Decreto con-
= ceditur; eadem tamen ab omnibus Breviario, &
= Missali nostro utentibus recitari & potest, & de-
= bet. Quod ipsum de similibus Concessionibus di-
= cendum est. Adi Rubricam Pecul. 149. inter no-
= vissimas (post med.); necnon Apostolicas Lite-
= ras SS D. N. PII VI., hodierno Breviario, & Mis-
= sali nostro præfixas (circ. med.).

1757. 23. Dec. *Approbat*
Summus Pontifex novum Librorum prohibitorum Indicem: ex quo generalia Decreta, & peculiaria nonnulla exhibentur.

BENEDICTUS PP. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

QUæ ad Catholicæ Religionis puritatem integerrimè tuendam, & castos mores a contagione cautè servandos maximè pertinent, cum semper ab Apostolica hac S. Sede providè, sapienterque constituta, & sanctissimè custodita sint; tum illud in primis laudabili Romanor. Pontificum Prædecessorum nostrorum zelo, ac vigilantia provisum, & cautum fuit, ne ullum propter pravos, exitiososque Libros, quibus Fides, & pietas labefactari plerumque solent, Christifidelium Animabus præjudicium, ac detrimentum irrogaretur. Quamobrem non solùm hujusmodi Libros improbare, & proscribere consueverunt; sed ne vetitæ quoque eorum lectionis oblivio ulla unquam subreperet, aut ignorantia obtenderetur, publicis tabulis, atque Catalogis eosd. perniciosos Libros describi, & consignari voluerunt; quo sanè fieret, ut, palam denunciata, atque oculis subjecta eorum pravitate, ab omnium manibus faciliùs removerentur. (*Postquam autem de præcedentibus Indicibus egit, sic pergit.*) Quapropter e publica utilitate fore visum est, si novus Index, methodo aptiore digestus, atque a mendis, erratisque pluribus, quæ in priores irrepserant, emendatus construeretur.

Rem hanc, omni procul dubio laboris, & diligentiæ plenam, jam tum animo præconceperamus, cùm certas Regulas in examine, & proscriptione Librorum servandas tradidimus in Const. nostra, quæ incipit, Sollicita, ac provida &c. (*eam habes supr. p.* 122. *&* *seqq.*). Hujusmodi subinde negotium, maturè jam discussum, Ven. Fratrib. nostris S. R. E. Card., Congñi Indicis Librorum prohibitorum præpositis, dirigendum, promovendumque commisimus; qui pro injuncti sibi muneris ratione, zelo, ac solertia, adhibitis etiam in consultationem, & opus doctis, ac diligentibus Viris, omnia pro votis sedulò, accurateque perfecerunt.

Absolutum itaque juxta mentem nostram laudatum Indicem, & ab iisd. Cardinal. revisum, atque recognitum, Typis Cameræ nostræ Apostol. edi voluimus: ipsumque, præsentibus Literis nostris tanquam expressè insertum habentes, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, atque ab omnibus, & singulis personis, ubicumque locorum existentibus, inviolabiliter, & inconcussè observari præcipimus, & mandamus sub pœnis tam in Regulis Indicis, quam in Literis, & Constitutionib. Apostolicis aliàs statutis, & expressis, quas tenore earumd. præsentium confirmamus, & renovamus. Non obstantibus Apostolicis generalibus, vel specialib. Literis, Constitutionib., ac quibusvis statutis, decretis, usibus, stylis, & consuetudinib., etiam immemorabilibus, cæterisque in contrarium facientibus quibuscumque. Volumus autem, ut earundem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, *&c.*

Datum Romæ apud S. Mariam Maj. sub Annulo Piscatoris die xxiii. Decembris MDCCLVII. Pontificatus Nostri An. XVIII.

Cajetanus Amatus.

= Hic novus Index, instar Indicum præceden-
= tium, duabus partibus coalescit; generali altera,
= altera particulari, seu alphabetica. Præmittuntur
= in parte prima generalia Decreta, seu Regulæ
= ipsius Indicis, Sac. Tridentinæ Synodi jussu edi-
= tæ; Observationesque in easd. Regulas (quæ re-
= feruntur utræque in Bibliotheca etiam P. Lucii Fer-
= raris v. *Libri prohibiti* n. 8., etsi cum pluribus
= typorum mendis); necnon Instructio Clemen-
= tis VIII.
= Quæ omnia initio quoque præcedentis Indicis

 lege-

= legebantur. Nisi quod sub initium Regulæ X. Tridentinæ (§. *Quare*) legitur in hoc novo Indiee: „ *vel personas* „ &c. „ *deputandas* „ &c. Præterea Observatio Clementis VIII. circa IV. Regulam deainit in novo Indice in iis verbis „ *quavis vulgari lingua editas* „; omissis verbis sequentibus „ *ac insuper summaria* „ &c.; subjuncta autem *Additione*, quam suo loco retulimus (ad d. 13. Jun. 1757.).

= In Observationibus insuper ejusdem Clementis VIII. circa IX. Regulam (tit. *De Thalmud* &c.) sic initio legitur in hoc novo Indice: „ *Quamvis in Indice prædicti Pii PP. Quarti Thalmud Hebræorum* „, &c. Adhæc ibidem deinde, postquam actum fuit *de Libro Magazor*, omittuntur in hoc Indiea, quæ in præcedenti habebantur *de Libris Jo. Bodini*. Id autem factum, ut video, brevitatis causa fuit. Nam iidem Libri illi unà cum Libro alio ejusd. Bodini referuntur in hoc etiam novo Indice in parte alphabetica, tanquam simpliciter omnes proscripti: scilicet „ *De Republica Libri VI.*, *Decr.* 15. *Oct.* 1592.; *De Magorum Demonomania*, *Decr.* 1. *Sept.* 1594.; *Methodus ad facilem Historiarum cognitionem*, *Append. Indicis Trid.* *Universæ Naturæ Theatrum*, *Decr.* 19. *Mar.* 1633. „

= Pristinis memoratis Regulis, & Observationibus adduntur in eodem novo Indice in ipsa priori parte alia quædam generalia Decreta. In parte autem secunda, aive alphabetica, continentur nonnulla, quæ circa aliquos nominatim Libros vel fuisse hoc Anno decreta referuntur ibidem, die tamen minimè expresso; vel per ipsummet novum Indicem decreta sunt.

= Utraque proinde Decreta, generalia, & peculiaria, ut alibi fecimus, & facturi, Deo propitio, sumus, a nobis hic exhibentur pro hujus nostri Operis instituto: cujus est, ultra Ordinis Acta, & Leges, referre simul Apostolica omnia, & sacrarum Congñum Decreta, quæ dirigendis noatratibus usui sint; atque ea potissimùm, quorum ignoratio spiritualia detrimenta gravissima, & periculum æternæ salutis tum propriæ, tum etiam alienæ facilè affert ob venena lethifera, quæ hauriuntur incautè. Quod eò magis intelligimus nobis esse faciendum, quia pluribi exemplaria istius novi Indicis, ut & novissimi infra laudandi, in quo pariter utraque Decreta ipsa, & alia, quæ supra diximus, occurrunt, in promptu minimè sint.

DECRETA

De Libris prohibitis, nec in Indice nominatim expressis.

„ Cum non omnes libri, qui vi Constitutionum Apostolicarum, aut Decretorum Congñum S. Officii, & Indicis prohibiti sunt, singillatim describi in Indice propter eorum ingentem numerum possint, necessarium visum est, hujusmodi libros ad certa quædam capita revocare, ac per materias, de quibus agunt, eorum veluti Indicem conficere, ut, si quod circa librum aliquem in Indice non descriptum, aut in Regulis ejusdem Indieia non comprehensum, exoritur dubium, intelligi possit, utrum inter prohibitos sit computandus.

§. I.

„ Libri ab Hæreticis scripti, vel editi, aut ad eos, „ sive ad Infideles pertinentes prohibiti.

„ 1. Agenda, seu Formulæ precum, aut Officia eorumdem.

„ 2. Apologiæ omnes, quibus eorum errores vindicantur, sive explicantur, & confirmantur.

„ 3. Biblia sacra eorum opera impressa, vel eorumdem Aunotationibus, Argumentis, Summariis, Scholiis, & Indicibus aucta.

„ 4. Biblia sacra, vel eorum partes ab iisdem metricè conscriptæ.

„ 5. Calendaria, Martyrologia, ac Necrologia eorumdem.

„ 6. Carmina, Narrationes, Orationes, Imagines, libri, in quibus eorum fides, ac religio commendatur.

„ 7. Catecheses, & Catechismi omnes, quamcumque inscriptionem præferant sive librorum Abecedariorum, sive Explicationum Symboli Apostolici, Præceptorum Decalogi, sive Instructionum, ac Institutionum Religionis Christianæ, Locorum Communium, &c.

„ 8. Colloquia, Conferentiæ, Disputationes, Synodi, Acta Synodalia de fide, & fidei dogmatibus ab eisdem edita, & in quibus explicationes quæcumque eorum errorum continentur.

„ 9. Confessiones, Articuli, sive Formulæ fidei eorumdem.

„ 10. Dictionaria autem, Vucabularia, Lexica, Glossaria, Thesauri, & similes libri ab iisdem scripti, sive editi, ut Henrici, & Caroli Stephani, Joannis Scapulæ, Joannis Jacobi Hofmanni &c., non permittuntur, nisi deletis iis, quæ habent contra Religionem Catholicam.

„ 11. Instructionum, & Rituum sectæ Mahometanæ libri omnes.

„ §. II.

„ Libri certorum Argumentorum prohibiti.

„ 1. De materia Auxiliorum Divinorum libri, vel compositiones ex professo, vel incidenter, aut prætextu commentandi S. Thomam, vel quemlibet alium Doctorem, aut alia quavis occasione tractantes, impressi nulla obtenta licentia a Congregatione S. Officii.

„ 2. De B. Mariæ Virginis Conceptione libri omnes, Conciones, Disputationes, Tractatus impressi post annum 1617., in quibus asseritur, B. Virginem Mariam cum originali peccato conceptam esse; vel in quibus affirmatur, opinantes, B. Virginem fuisse in originali peccato conceptam, esse hæreticos, vel impios, vel peccare mortaliter.

„ 3. Declarationes, Decisiones, Interpretationes Congregationis Concilii Tridentini, earumque Collectiones tam impressæ, quàm imprimendæ, ementito ipsius Congregationis nomine.

„ 4. De Controversia exorta inter Episcopum Chalcedonensem, & Regulares Angliæ libri omnes, & singuli tractatus impressi, sive manuscripti, & omnia alia, quæ spectant directè, vel indirectè ad prædictam controversiam. Per hoc autem Decretum nihil intendit Sacra Congregatio statuere de meritis causæ, vel ulli auctori, aut operi ignominiam aliquam, vel notam malæ doctrinæ inferre.

„ 5. De doctrina libri Cornelii Jansenii Episcopi Iprensis, qui inscribitur, AUGUSTINUS, libri omnes, & libelli, aut epistolæ tam impressæ, quàm manuscriptæ, seu in posterum edendæ, & publicandæ, in quibus illa eo modo damnata, quo eam damnavit Alexander VII., vel ut est in V. Propositionibus damnata, propugnatur, vel quomodolibet approbatur, aut defenditur.

„ 6. De

„ 6. De Constitutione, Unigenitus, Clementis XI. libri, aliaque acripta, in quibus illa subdolè eluditur, temere carpitur, aut contemnitur, & impugnatur.

„ Item libri, sive libelli vel scripti, vel typis editi, aut edendi in defensionem libri inscripti; Le Nouveau Testament en François avec des Reflexions morales sur chaque verset; aut alio titulo: Abregé de la Morale de l'Evangile &c.

„ Item Actus, sive Instrumenta Appellationum quæcumque a Constitutione, Unigenitus, ad Concilium generale; necnon Judicia Theulogorum, aut Facultatum Theologicarum, sive Academiarum, earumque Deliberationes, Consultationes, Acta, Decreta; quorumcumque etiam aliorum Mandata, Ordinationes. Arresta, Epistolæ; Interpretationes etiam, & Declarationes, ac scripta quælibet, quibus explicationis, aut alio quovis prætextu aliquid dicitur, vel scribitur, quo dictæ Constitutionis robur, atque auctoritas, & obligatio minui, aut infringi possit.

„ 7. De Duellis agentes libri, litteræ, libelli, scripta, in quibus eadem duella defenduntur, suadentur, docentur. Si qui verò hujusmodi libri ad controversias sedandas, pacesque componendas utiles esse possunt, expurgati, & approbati permittuntur.

„ 8. De Joannis Calà asserti Anachoretæ prætensa sanctitate, miraculis, vaticiniis, visionibus, aliisque hujusmodi signis libri, codices, & folia quæcumque, sive manuscripta, siva impressa.

„ Item omnia, & singula transumpta, seu copiæ tam impressæ, quàm manuscriptæ Decreti, a Vicario Generali Cassanensi emanati, per quod idem Vicarius ausus fuit definitivè pronuntiare, eumdem Joannem fuisse in quasi possessione cultus, atque ideò in eo manutenendum.

„ 9. Libri omnes Immunitatem Bonorum Ecclesiasticorum impugnantes.

„ 10. De lami is plumbeis Arabico sermone, & antiquia characteribus conscriptis, ac in cavernis montis Illipulitani, dicti Sacri, prope Granatam repertis, & de Scripturis in turri Torpiana ejusdem Civitatis inventis, libri omnes, Tractatus, Responsa, Consulta, Commentarii, Glossæ, Additamenta, Annotationes, & quæcumque alia, sive manuscripta, siva typis impressa. Alii verò libri, sive tractatus, qui ad alia argumenta spectant, obiter verò de his Laminis, vel de earum doctrina tractant, permittuntur, expunctis locis, quæ de his Laminis agunt.

„ 11. De SS. Apostolis Petro, & Paulo libri omnes tam impressi, quàm manuscripti, in quibus asseritur, & defenditur, quod S. Petrus, & S. Paulus sunt duo Ecclesiæ Principes, qui unicum efficiunt: vel sunt duo Ecclesiæ Catholicæ Coryphæi, ac supremi Duces summa inter se unitate conjuncti: vel sunt geminus universalis Ecclesiæ vertex, qui in unum divinissimè coaluerunt: vel sunt duo Ecclesiæ summi Pastores, ac Præsides, qui unicum Caput constituunt: atque hæc ita explicantur, ut ponatur omnimoda æqualitas inter S. Petrum, & S. Paulum sine subordinatione S. Pauli ad S. Petrum in potestate suprema universalis Ecclesiæ.

„ 12. De vera, & non interrupta successione filiorum S. Francisci, & de vera forma Caputii ejusdem, libri omnes impressi, & qui inconsulta sacra Congregatione imprimentur, tractantes hanc eamdem controversiam. „ (*Extat hac super re salutaris Constitutio*, Qui pacem, *Benedicti XIII. apud P. Ferrariu. Par. 2. p. 103. & seq. Vid. hic etiam infr. §. III. n. 8.; & Matthæucc. Offic. Cur. Eccl. c. 23. n. 7. & seqq., ac Ferrar. v.* Habitus *n. 36. & duob. seq.*, *& v.* Processiones *n. 66. relat. supr. ad d. 26. Junii 1752. in Not.*) „.

„ 13. Pasquilli omnes ex verbis Sacræ Scripturæ confecti.

„ Item Pasquilli omnes, etiam manuscripti, omnesque conscriptiones, in quibus Deo, aut Sanctis, aut Sacramentis, aut Catholicæ Ecclesiæ, & ejus cultui, aut Apostolicæ Sedi quomodocumque detrahitur.

„ 14. Libri omnes agentes, ut vulgo dicitur, delle venture, e delle sorti.

„ §. III.

„ Imagines, & Indulgentiæ prohibitæ.

„ 1. Imagines cum laureolis, aut radiis, sive splendoribus, eorum, qui neque canonizationis, neque beatificationis honore insigniti sunt a Sede Apostolica.

„ 2. Imagines Domini Nostri Jesu Christi, & Deiparæ Virginis Mariæ, ac Angelorum, Apostolorum, Evangelistarum, aliorumque Sanctorum, & Sanctarum quarumcumque sculptæ, aut pictæ cum alio habitu, & forma, quàm in Catholica, & Apostolica Ecclesia ab antiquo tempore consuevit, vel etiam cum habitu peculiari alicujus Ordinis Regularis. „ (*Deest hic supra in novo Indice, ex Typographi, ut per se patet, errato, vox* Apostolorum, *quæ re ipsa legebatur in Indice præc. in parte alphabetica; in qua parte multa ex his generalib. Decretis extabant*) „.

„ 3. Imagines, Numismata insculpta pro Confraternitatibus Mancipiorum Matris Dei, Italicè Schiavi della Madre di Dio, sodales catenatos exprimentia.

„ Item libelli, in quibus eisdem Confraternitatibus regulæ præscribuntur. Confraternitates autem, quæ catenulas distribuunt confratribus, & consororibus, brachiis, & collo circumponendas, atque gestandas, ut eo signo Beatissimæ Virgini emancipatos se esse profiteantur, & quarum institutum in eo mancipatu præcipuè versatur, damnantur, & extinguuntur. Societatibus verò, quæ ritum aliquem, aut quodcumque aliud ad mancipatum ejusmodi pertinens adhibent, præcipitur, ut id statim rejiciant.

„ 4. Imagines, catenulæ, folia, libelli pro usu Confraternitatum sub invocatione Ss. Sacramenti, B. Mariæ Virginis Immaculatæ, & S. Joseph sub titulo Gregis boni Pastoris erectarum, & in quibus repræsentantur homines penduli a Christo, a sacra Pyxide, a B. Virgine, a S. Josepho, & a quovis alio Sancto.

„ 5. Imagines, ubi repræsentatur puer Jesus in sublime elatus, & sub ipso tres Ecclesiæ Doctores, & in locum aliorum trium (qui repræsentantur in Imaginibus ejusdem formæ jam pridem impressis), substituti sunt tres Presbyteri Regulares cum his versibus: Jesu Doctorum intima, qui nubes ignorantiæ pellis virorum gratiæ &c.

„ 6. Imagines, sive depictæ, sive sculptæ, sive impressæ, Joannem Calà quocumque sanctitatis, vel beatitudinis signo repræsentantes.

„ 7. Imagines, ubi repræsentatur B. Virgo cum

„ Fi-

„ Filio in medio duorum Sanctorum Societatis Jesu, quorum uni tradit librum, alii Rosarium cum hac inscriptione: DEIPARA VIRGO CUM FILIO INSPIRAT, COMMENDATQUE SOCIETATI JESU INSTITUTIONEM SODALITATUM, ET OFFICII, ROSARIIQUE USUM.

„ 8. Inscriptiones omnes Imaginum Ss. Francisci, & Antonii de Padua, in quibus dicitur, formam habitus, qua depicti sunt, esse eamdem, qua ipsi usi fuerunt: vel in quibus asseritur, in hoc, vel illo Ordine S. Francisci esse veram, legitimam, & non interruptam ejusdem S. Patris in filios successionem. „ (*Vid. & supr.* §. 2. *n.* 12.) „

„ 9. Indulgentiæ omnes concessæ coronis, granis, seu calculis, crucibus, & imaginibus sacris ante Decretum Clementis VIII. an. 1597. editum DE FORMA INDULGENTIARUM.

„ Item Indulgentiæ omnes concessæ quibuscumque Regularium Ordinibus, Confraternitatibus secularibus, Capitulis, Collegiis, aut eorum Superioribus, ante Constitutionem ejusdem Clementis VIII. QUÆCUMQUE d. 7. Decemb. 1604.; & Pauli V. ROMANUS PONTIFEX d. 23. Maji 1606., & QUÆ SALUBRITER d. 23. Novemb. 1610.; revocatæ sunt, atque apocryphæ habendæ, nisi ab iisdem Summis Pontificibus, aut eorum successoribus renovatæ, ac confirmatæ fuerint.

„ 10. Indulgentiæ, concessæ Coronis S. Birgittæ ab Alexandro VI., declarantur apocryphæ, & nullius roboris, ac momenti: sine præjudicio tamen Indulgentiarum a Leone X. dictis Coronis concessarum VI. Id. Jul. 1515.

„ 11. Indulgentiæ concessæ Crucibus S. Turibii ab Urbano VIII., tamquam falsæ habendæ sunt.

„ 12. Indulgentiarum libri omnes, Diaria, Summaria, libelli, folia &c., in quibus earum concessiones continentur, non edantur absque licentia S. Congregationis Indulgentiarum.

§. IV.

„ Quædam ad Ritus Sacros spectantia,
„ quæ prohibita sunt.

„ 1. Benedictiones omnes Ecclesiasticæ, nisi approbatæ fuerint a Sacra Rituum Congregatione. „ (*Ac proinde Collectio quoque Benedictionum docti Viri P. Bernardi Sannig; cum approbatio S. Rit. Congregationis non appareat, imò ne innuatur quidem in illa saltim Editione, quam vidimus. Nisi fortè deinceps fuerit Libellus idem S. Congregationi exhibitus, & Eminentissimorum PP. approbatio in posterioribus Edition̄ib. afferatur.*) „

„ 2. Exorcismorum formulæ diversæ ab iis, quæ præscribuntur in Regulis Ritualis Romani, & earumdem usus, absque prævio examine coram Ordinario.

„ 3. Litaniæ omnes præter antiquissimas, & communes, quæ in Breviariis, Missalibus, Pontificalibus, ac Ritualibus continentur, & præter Litanias de B. Virgine, quæ in sacra Æde Lauretana decantari solent.

„ 4. Missalis Romani omnia exemplaria alterata post edictum Pii V., præsertim quæ VENETIIS apud JUNCTAS, SESSAS, MISSERINUM, ET AD SIGNUM SIRENÆ, atque EUROPÆ, & quoscumque alios impressa sunt ab anno 1596.

„ 5. Officia B. Mariæ Virginis, vel Sanctorum, aut Sanctarum, aliaque hujusmodi, absque approbatione S. Rituum Congregationis edita, vel edenda.

„ 6. De Ritibus Sinicis, eorumque controversiis, aut illorum occasione exortis, libri, libelli, Relationes, Theses, folia, & scripta quæcumque, post diem 2. Octobris 1710. edita, in quibus ex professo, vel incidenter, quomodolibet de iis tractetur, sine expressa, & speciali licentia Romani Pontificis in Congregatione sanctæ, & universalis Inquisitionis obtinenda.

„ 7. Rituali Romano additiones omnes factæ, aut faciendæ post reformationem Pauli V., sine approbatione S. Congregationis Rituum.

„ 8. Rosaria quæcumque de novo inventa, aut invenienda, sine opportuna S. Sedis facultate, quibus authenticum Rosarium Deo, & B. Mariæ Virgini sacrum antiquaretur.

= Ex generalibus Regulis Indicis, de quibus actum hucusque est, evidentissimè constat gravis, ac perniciosus quamplurium error: qui, dum dubitatio incidit, sit Liber aliquis, necne, prohibitus; adeunt partem alphabeticam Indicis; ac, si Librum in ea non offenderint, statim concludunt, illum non esse proscriptum. Præceps sanè, & sublesta, periculique plena deductio. Etenim hac ipsa nimirum de caussa, ultra Alphabetum Librorum, præstitutæ sunt ab Ecclesia permultæ generales Regulæ; ob Libros nempe sexcentos, qui in alphabetica serie singillatim non describuntur, nec describi omnes in justo volumine ob ingentem eorum numerum poterant; quemadmodum dicitur in præloquio Decretorum, quæ paullò ante retulimus.

= Cur porrò hic Liber, vel ille recensitus in ea serie fuerit; hic autem, vel ille, etsi fortè magis vulgatus, recensitus non sit; novit utique Sacra Congregatio ipsa, quæ fecit: quæ dubio procul optimis ducta rationibus fecit. Ad nos quod attinet; muneris nostri partes, eæ omninò sunt, ut quoties Librum in eo Catalogo non invenerimus; consulamus præterea, diligenterque expendamus generales Regulas tum Tridentinas, tum alias supra laudatas: ac si in Regula aliqua comprehendi Librum deprehenderimus; confixum illum, vetitumque habeamus, æquè ac si is in parte alphabetica signatè, nominatim, expressè contineretur.

= Atque hæc pertinent ad primam, sive generalem novi Indicis partem. Ad alteram verò alphabeticam partem quod spectat; omittimus nos *Monita*, quæ sub initium ejusdem Indicis præmissa fuerunt circa partem ipsam alphabeticam a Rm̄o P. Thoma Augustino Ricchinio Ordinis PP. Prædicatorum, Sacræ Indicis Congn̄i tunc a secretis: propterea quod non habentibus eum Indicem Monita illa fermè sunt inutilia; habentibus autem, in ipso Indice præsto sunt. Duo tamen postrema Monita prætermittenda minimè censemus. Quæ (sicut & alia pleraque ex iis Monitis) præfixa quoque fuerunt Anno 1786. a Rm̄o P. Hyacintho Maria Bonfilio ejusdem Ordinis, ejusdemque Sac. Congn̄is tunc Secretario, novissimo Indici, jussu SSm̄i D. N. PII PP. VI. edito, in quo continetur Index supra descriptus Benedicti PP. XIV., additis in parte alphabetica, & in Appendice Libris aliis, qui ab An. 1757. usque ad eum An. 1786. fuerunt proscripti. Ea autem duo Monita sunt hujusmodi =

„ Jam vero cum aliquibus libris, eorum etiam, quos posterius proscriptos in hunc Indicem universum redegimus, additum legatur = *donec corrigantur*, seu *donec expurgentur* = eam correctionem, seu expurgationem a nemine privato judi-

= cio

„ cio fieri posse, sed ad Sacram Indicis Congregationem rem totam deferendam esse monemus.

„ Monemus pariter, non eos dumtaxat libros excommunicationis reservatæ pœna esse proscriptos, qui de Religione ex professo agunt, hæresesque docent, quod Litteris Apostolicis, & Constitutione Alexandri VII. edita die 5. Martii 1664., quæ incipit = *Speculatores* = statuitur; verum eos etiam fere omnes libros hujusmodi pœna proscribi, qui post prædictam Alexandri VII. Constitutionem Brevibus, aut Bullis Pontificiis prohibiti indicantur, ut ex ipsis Brevibus, ad quæ Lectores remittimus, intelligi potest.

= Jam superest, ut ex eadem parte alphabetica novi Indicis afferamus Decreta illa peculiaria, quæ supra promisimus.

= Decreta particularia.

= 1. *Acta Eruditorum Lipsiæ, ab An. 1682. ad An. 1751. inclusivè*; ac *Supplementa ad Acta Eruditorum Lipsiæ, usq. ad An. 1749. inclusivè*; proscripta utraque denuntiantur fuisse (v. *Acta Erud.*) *Decretis ab An. 1685. ad An. 1757.*

= 2. Samuelis Pufendorffii Opus *De Officio Hominis, & Civis, cum notis Variorum*, quod jam fuit confixum Decreto 2. Mar. 1752. (supr. p. 47. B. ante med.), declaratur prohibitum vi ejusd. Decreti *etiam sine notis* (v. *de Pufendorf*).

= 3. P. Ludovici M. Sinistrari de Ameno *Tractatus absolutissimus de Delictis, & pœnis*, vetitus Decreto 4. Mart. 1709. cum clausula, *Donec corrigatur*; permittitur in hoc novo Indice (v. *Sinistrari*) *correctus juxta editionem Romanam Anni 1753.*: in qua editione (ut inquit Typographus in Epistola, qua Volumen illud nuncupat Rm̄o P. Raphaeli a Lugagnano), *aliquibus locis labore, studiaque castigatis* ejusdem Rm̄i Patris, *obex ille remotus est, quem editioni parandæ ponebat lnusta olim Operi ab S. Indicis Congñe censura*.

= 4. Similiter v. *Pellizzarius*, postquam recensentur *Tomus I. & II. Manualis Regularium* P. Francisci Pellizzarii, prohibiti *Decreta* 18. *Jun.* 1651.; ac *Tractatio de Monialibus* prohibita *Decr.* 21. *Apr.* 1693. cum clausula, *Donec corrigatur*; de hac ipsa Tractatione ita in eodem Indice decernitur: *Correcta autem juxta editionem Romanam anni 1755. permittitur*. Ceterum (ut hoc simul obiter moneam) *Excerpta* quoque *omnia ex Tractatu de Monialibus, etiam italica lingua*, interdicta fuerunt per *Decr.* 4. *Dec.* 1725., sicut in eod. Ind. loc. cit. subjungitur.

= Hæc igitur sunt, quæ, cum ad hunc Annum pertineant, hic referenda fuerunt. Quia verò ex eodem novo Indice comperimus, hujus nostræ Continuationis superioribus Annis edita fuisse Decreta duo, quæ suis locis omisimus, quia inventa minimè fuerunt in Collectione illa, qua usi sumus, rerum in Typographia Cameræ Apost. excusarum; ea idcircò Decreta, quoniam locus admonet, hic opportunè ex eodem Indice supplenda censemus.

= Per alterum igitur ex his Decretis, editum die 8. Julii 1754., *permittuntur Opera* quinque P. Natalis Alexandri *juxta editionem Lucensem cum notis, & animadversionibus Constantini Roncaglia*; *sublata etiam excommunicatione lata in* mox laudandis *Brevibus pro quacumque editione*. Ea autem Opera hæc sunt: I. *Selecta Historiæ Ecclesiast. Capita, & in locis ejusd. insignia Dissertationes Historicæ, Chronol., Crit., Dogm. a I. Ecclesiæ Sæculo ad XVI.*: quæ fuerunt prohibita *Brevi Innoc. XI.* 10. *Jul.* 1684., 6. *Apr.* 1685., & 26. *Febr.* 1687. II. *Summa S. Thomæ vindicata*. III. *Dissertationum Ecclesiastic. Trias*. IV. *Contra Launojanas circa Simoniam observationes Animadversio*. V. *Dissertatio Polemica de Confessione Sacramentali*. Quæ postrema Opera quatuor vetita fuerunt *Brevi* ejusd. *Innoc. XI.*, dato sub cit. *die* 10. *Jul.* 1684.

= Altero autem ex duobus supra dictis Decretis, dato 14. Apr. 1755., proscribuntur Libri sequentes = Nempe P. Berruyerii *Histoire du Peuple de Dieu, depuis la naissance du Messie jusqu'à la fin de la Sinagogue* &c. (vid. & supr. ad d. 18. Febr. ejusd. Anni 1757., & infr. ad 17. Febr., ac 2. Dec. 1758.). = *Informazione della B. V. Maria Auxiliatrice, o Sacra Lega spirituale eretta nella Città di Santa Fede nell' Indie Occidentali, ed in Torino nella Chiesa del Real Collegio de' PP. Minimi di S. Francesco di Paola.* = *Sumario de las gracias, y Indulgencias, y Estaciones, concedidas à los Señores Reyes Catholicos en su Real Capilla de nuestra Señora de la Concepcion en el Convento del nuestro P. S. Francisco Casa grande de la Ciudad de Granada, y à los medallas, que en dicha Capilla se reparten, concedidas por el Señor Leon X., y confirmadas por muchos Summos Pontifices, y nuevamente confirmadas por nuestra Santissimo Padre Benedicto XIII. dia 30. de Abril este año 1727.* = *Sommario di tutte le Indulgenze concesse dalla fel. mem. di N. S. Paolo III. alle Compagnie del SS. Sagram. del Corpo di Cristo, come per li Brevi, e Bolle Apostoliche appare, e che riservate sono in Roma nella d. Compagnia, che è nella Chiesa della Minerva.* = *Ordres Monastiques, Histoires extraites de tous les Auteurs, qui ont conservé à la posterité ce qu'il y a de plus curieux dans chaque Ordre.* = *Philosophie Morale, ou Melange raisonné des principes, pensées, & reflexions, par M. S.* = Liber, cujus hebraica inscriptio, in latinam linguam translata, hæc est: *Pulchritudo libri Psalmorum, und cum Usu Psalmorum.* = *Tutti i Trionfi, Carri, Mascherate, o Canti Carnascialeschi andati per Firenze dal tempo del magnifico Lorenzo de' Medici fino all' anno 1559. Tom. I., e II.* = *Lettre écrite de Rome, ou l' on montre l' exacte conformité, qu' il y a entre le Papisme, & la Religion des Romains.* = *Mardoiai de Abraham de Soria, Oracion Panejirico-doctrinal sobre la nula tentacion.* = *Venustiani Hiebel, Iustificatio parvuli sine martyrio, & Sacramento Baptismi in re suscepto decedentis.* = *Sebastiani Krenzer, Cursus Theologiæ Scholasticæ per principia Lulliana, cum principiis aliarum Scholarum comparata.* = *Examen de deux questions importantes sur le Mariage: Comment la Puissance Civile peut-elle déclarer des Mariages nuls? Quelle est l' étendue du pouvoir des Souverains sur les empêchemens dirimans le Mariage?* = *Christiani Brunings, De Silentio sacræ Scripturæ, sive de iis, quæ in verbo Divino omissa sunt, Libellus.* = *Iacobi Carpovii, Theologia revelata Dogmatica, methodo scientifica adornata.* = *Appio Anneo de Faba Cromaziano, Ritratti Poetici, Storici, e Critici di varj Uomini di Lettere.* = *Institutionum Historiæ Christianæ Compendium*. Ponitur istud in Indice inter Opera proscripta Jo. Laurentii Moshemii; sed additur, *Auctore Io. Petro Millero*.

1758. 11. Febr. = *In partem quamcumque Clausuræ Cœnobiorum interdictus Fœminis est ingressus in casibus etiam, in quibus prohibitionis caussæ cessare penitus videantur.*

Bme Pater = Minister Provincialis Provinciæ Majoriecensia Ordinis Minorum Saneti Francisci de Observantia, devotua S. V. Orator, exponit, quod etsi Oratorium Tertii Ord. ejusdem S. Francisci, *de Pœnitentia* nuneupati, ab antiquo tempore erectum in Conventu Civitatis Palmæ Metropolis Regni Majoricen., ita aitum ait, ut ad ingreaaum in illud pertransiri debeat Janua prineipalis dicti Conventus, & Aula magna dictæ Januæ adjacens, in qua Aula suas habet fores Oratorium præfatum, ad cujus latus attiguum est Claustrum ejusd. Conventus, super quo nequaquam jacent Dormitoria, aut ambulacra Fratrum, quorum habitationes adeò segregatæ, & disjunctæ sunt tam a Claustro, quàm ab Oratorio, ut ab his loeis nec inspici queant: nihilominus in executionem Constitutionis editæ a S. V. an. 1742. super Clausura Religiosorum, incipientia, *Regularis Disciplinæ*, Superiores Provineiæ præfatæ tune existentes prohibitum eensuerunt ingressum Mulierum in dietum Oratorium, & in Claustrum, quamvis ab antiquissimo tempore, hominum excedente memoriam, in illa ingredi solitæ essent, quin mali quidquam unquam evenerit.

Cum autem ex hujusmodi interdietiona tam Exercitio Viæ Crucis, cujus Stationes, per dictum Claustrum dispositæ, solemniter a Tertii Ord. Fratribua, & Sororibus, & ab omnibus aliis Christifidelibus utriusque sexua featis dieb. visitari solebant, quàm aliis piis Exercitiis, quæ in dicto Ocatorio publicè peragebantur, Populi eoneursus ita defecerit, ut non temerè dubitari valeat de omnimoda dietorum piorum Operum intermissione; propterea Orator humiliter supplicat Sanctitati Vestræ, ut, attentis expositis, dignetur declarare, dieta Oratorium, & Claustrum non eomprehendi in relata prohibitione; aut saltim eadem loca habilitare pro ingressu Mulierum, ad dicta pia Exereitia confluentium, non obstante memorata Conatitutione. Quam gratiam &c.

= P. Commiasarius Gen. Curiæ, jussus de more, ut de narratis in hoe Libello referret, & quid ipse eenseret, aperiret; vera esse omnia, quæ exponebantur, testatus est: subdiditque, suam quidem sententism esse, nisi aliter Sanctitas Sua reaeribendum duceret, ut permitteretur Feminarum introitus in prædieta loca, nonnullis adhibitis cautionibus.

= Sed tamen suprascripto Libello P. Ministri Provincialis, & ante dicto Voto P. Commissarii Generalis Curiæ ad Summum Pontificem Benedietum XIV. relatis in Audientia infrascriptæ diei per Reverendissimum Præsulem, Secretarium S. Congregationis Episcop. & Regul. Petrum Hieronymum Guglielmi, postea S. R. E. Cardinalem; rejecit Pontifex Ministri Provincialis preces quoad utramque partem; prodiitque idcircò Rescriptum, quod sequitur =

= „ Minister Provincialis Provinciæ Majoricen. =
= „ Die 11. Februarii 1758. Ex Audientia Sanctissimi: Lectum.
„ P. H. Guglielmi Secret.

= Porrò ingressus hujusmodi ax quacumque pietatis caussa, ante editam quoque a laudato Benedicto Pontifice Constitutionem suam, erat planè illicitus: etsi tune Authores non pauci tempore saltem Processionum eum licitum existimabant ob rationes duas, utramque levem, quemadmodum etiam judicio S. Sedis confirmatum est.

= Obtendebatur primò S. Pii V. Concessio (apud P.Ferrar. v. *Conventus* ar. 3. n.23. & seqq.). Atqui Concessio illa nullo loco, & numero habita fuit (qua id ex causa, non vacat modò disserere) a Sac. Rituum Congregatione in suo Decreto ab eodem P. Ferraris relato (ibid. n.25.). Fuisse autem Eminentissimis PP. ignotam illam S. Pii Concessionem; id certè de Amplissimo Consessu illo præsumi nulla ratione poterat, sed per Authores ipsos, quos supra innui, luculentis debuisset argumentis probari.

= Sed esto, Piana illa Concessio fuerit Sac. Congregationi ignota. Numquid ignota quoque erat Benedicto XIV., Pontifici doctissimo, qui in Ecclesiasticis tum Legibus, tum negotiis, tum Authoribus tractandis, & pervolvendis ætatem contriverat? Atque is tamen quanti fecerit Concessionem eamdem, constat ex memorata ipsius Constitutione, *Regularis Disciplinæ*, contra istiusmodi ingressum edita; ac præsertim ex §. 1. & seq., ubi contrarium usum, & praxim, occasione etiam Processionum, semel, & iterum *abusum* nominat, & uti talem vehementer improbat, & proscribit (apud P. Perusin. Par. 2. p. 270.).

= Ex quo Pontificio judicio simul evulsum manet fundamentum alterum, cui prædictorum Authorum innitebatur opinio; in eo scilicet positum, quod, *saltem quantum ad ingressum tempore Processionum, erat praxis communis, & præsertim Urbis Romæ, cui nullum adversari constabat* (apud Ferr. ib. n. 26.).

= Hoc proinde loco animadversum seriò velim, quod jam est aliis observatum, quantum videlicet fidendum sit argumento illi: *Hoc passim, & nominatim Romæ sub oculis Pontificum, Sacrar. Congregationum, aliorumque Curiæ Præsulum, in more jamdiu est positum, reclamante nemine. Ergo licitum est.*

= Ceterum etiam si potuisset ante Benedicti Constitutionem Auctorum illorum opinio sustineri; tamen certè nunc temporis, ut cum aliis idem P. Lucius Ferraris admonet (loc. cit. n.28. ac 36.), *est omnino attendenda dicta novissima dispositio Benedicti XIV.*: qua Feminis ingressus in Cœnobiorum Septa penitus interdicitur; ac derogatur etiam *Constitutionibus, Ordinationibus Apostolicis, consuetudinibus, usibus, stylis, etiam immemorabilibus*, ceterisque omnibus, quæ facere contra potuissent. Ac propterea omnes cessant controversiæ illæ, quas antea latè tractabant Auctores, & cum iis doctus Vir P. Thomas Montalvo (Glos. fundam. Statutor. To. 1. c. 10. ar. 7. per tot.).

= Atque ea quidem *rigidissima prohibitio*, ut ab ipsomet P. Lucio vocatur (v. *Processiones* n. 87.), locum semper habet, quamdiu locus quisque, Regularium Domus, seu Cœnobium est (nam si a Regularibus desereretur omninò; tolleretur e medio Legis materia, ideoque Lex ipsa). Eademque prohibitio (exceptis quidem Nobilibus iis Feminis, de quibus agitur in §. 8. Benedictinæ Constitutionis ejusdem) locum omninò, & universim habet, licèt etiam omnes prohibitionis caussæ, turbatio scilicet Religiosorum quietis, pericula lapsus, scandali, & alia, in casu aliquo cessare videan-

videantur; ut videbantur cessare in supradicto Palmæ Cœnobio in vim quoque experientiæ diutinæ, imò etiam immemorabilis: ac licèt insuper Cœnobitæ ad unum omnes e Conventu exierint occasione alicujus Processionis solemnis, aliamve ob causam; ac certum simul sit, illorum neminem ante egressum Mulierum rediturum, &, siquis fortè redierit, ab ingressu prohibendum omninò fore, donec Mulieres egrediantur. Similiterque de ingressu Virorum in Monialium Cœnobia dicendum est.

= Innituntur hæc principio illi, quod nimirum tametsi certò cesset tota ratio Legis in casu aliquo peculiari; non cessat nihilominus in illo eodem casu vis, & obligatio Legis: id quod ex principiis Juris, aliisque rationibus demonstrant Suarez (de Legib. Lib. 6. c. 7. n. 4., & seqq.), Lucius Ferraris (v. *Procemiam* n. 87.), aliique Theologi, & Jurisperiti.

= Post hæc omnia quid dicam de eo more, quem in Urbe quadam superioribus saltem Annis viguisse scimus, ut nempe interdum Puellæ nobiles, Monachali Habitu mox induendæ, aliquot ante diebus Regularium Virorum Cœnobia circumirent, in ea liberè ingrederentur, viserentque interiores etiam Officinas?

= Certè nisi illæ erant ex iis Feminis Nobilibus supra etiam commemoratis, quæ in sæpe laudata Benedicti XIV. Constitutione excipiuntur (quarum tamen ingressus a Pontifice non permittitur, nisi sub certis legibus, quas ibidem præscribit); nemini unquam Authorum in mentem venit, nemini venire in mentem potuit, ut illarum ingressum licitum somniaret. Siquidem ille a Sacris Canonibus jam olim prohibitus, semper, constanterque a S. Sede Apostolica interdictus severissimè fuit, & pergravibus censuris, pœnisque multatus.

= Quare si Puellæ prædictæ non sunt ex iis, de quibus supra, & pravus mos iste in ea Urbe etiamnum viget; debet omni dubio procul protinus, ac penitus extirpari; simulque debent, ad præteritum tempus quod attinet, consulere conscientiæ suæ & quæ sunt ingressæ, & qui vel invitarunt, vel consilium dederunt, vel approbarunt &c. (apud Ferrar. d. v. *Conventus* ar. 3. n. 30. & duob. seq.).

= 1758. 17. Febr. = Damnavit Summus Pontifex Benedictus per suas Apostolicas Literas, hac die 17. Febr. datas (incipien. *Cum ad Congregationem*), Berruyerii Opus, de quo supra (ad d. 23. Dec. 1757. sub fin., §. *Altero*); ipsiusque Operis versionem italicam, cui titulus, *Istoria del Popolo di Dio dalla nascita del Messia sino al fine della Sinagoga* &c. *Seconda Parte* &c.; unà cum Auctoris Dissertationibus, & Apologia ipsius Operis, ad calcem versionis adjectis: simulque damnavit versionem quamlibet ejusdem Operis in aliud idioma quodcumque. Etsi ceteroquin prohibitio versionum, quamquam non exprimitur, in prohibitione Operis contineatur (vid. sup. ad d. 18. Febr. 1757.).

1758. 25. Febr. *S. R. C.*

Responsum in Tuscanien.

= CUm Guardianus Cœnobii Min. Obs., quod est in Urbe Thuscania (vulgo *Toscanella*), ex peculiari devotione Familiæ Tozziæ, aliorumque multorum illius Urbis Primorum, Supplicationem agere instituisset cum Simulacro S. Antonii Patavini die Dominico infra Octavam Festi ejusdem Sancti; P. Guardianus alterius Franciscani Ordinis, cum soleret Cœnobium suum, in eadem Civitate situm, in Die festo ipsius Sancti Supplicationem habere, id Observantibus minimè licere putabat.

= Re ad Sac. Rit. Congregationem delata, destinatoque Ponente Emo Paulucio, consenserunt Partes in Dubium hoc:

„ An liceat PP. Observantibus Tuscaniæ peragere Processionem, & exponere Statuam S. Antonii Patavini in Casu &c.?

= Quo Dubio proposito in plena Congregatione, habita die 25. Febr. 1758., Emi PP., perpensis rationibus jam ab utraque Parte productis, responderunt in hunc modum:

„ Affirmativè infra Octavam S. Antonii Patavini quoad Processionem, & quoad expositionem Statuæ per novem dies successivè.

= Num verbis illis „ *in Casu &c.* „ ultra ea facti adjuncta, seu circumstantias, quas supra tetigi, aliæ insuper facti circumstantiæ designentur, quæ vel omnino, vel ex parte caussam dederint Responsioni paullò ante relatæ; mihi penitus est incompertum. Siquidem Actorum Codex, ex quo prædicta hausimus, nihil præterea addit.

1758. 10. Mart. *Declaratur*,

Apostolicas Literas, Injuncti Nobis, *supra relatas p. 255., de Poloniæ, seu Russiæ Leucis esse intelligendas.*

BEatissime Pater = Humillimus Orator Minister Provincialis Provinciæ Russiæ FF. Minorum Observantium, ad SS. Pedes provolutus, pro tranquillitate, pace, ac mutua charitate inter Regulares Mendicantes illarum respectivè Partium conservanda, reverenter exponit S. V., quod pro Regno Poloniæ, & præcipuè Russia, Constitutio S. V. ad preces Sereniss. Poloniæ Regis, Magnatumque Poloniæ, ratione novarum Fundationum Mendicantium ob notabilem eorumdem copiam non admittendarum porrectas, edita An. 1755. die 10. Mart., *Injuncti Nobis*, prohibens, *intra quatuor, vel quinque Leucas erigi novos Conventus Mendicantium*, nunc omnino captiosè a Mendicantibus, novas in dies Fundationes prætendentibus, explicetur; quod nimirum non de Leucis Poloniæ, & specialiter Russiæ, sed Italiæ sit intelligenda. Quare cum S. V. Regiis, Magnatumque petitis benignè annuerit, ac satisfecerit, dictam edendo Constitutionem pro Regno Poloniæ singulariter, & Russia; hinc quod de consuetis illarum respectivè Partium Leucis intelligi debeat, Orator humillime supplicat declarari.

Nam sicut Polonia, aut Russia comparari non potest cum Italia in frequentia Urbium, Oppidorum, Incolarumque Catholicorum, a quibus sustentantur commodè frequentiores in Italia Mendicantium Familiæ, ut Mendicantes unius Conventus non cogantur alterius Conventus Benefactores molestare; ita nec Leucæ Italicæ in casu expressæ distantiæ possunt applicari Poloniæ, vel Russiæ quoad fundandos Mendicantium Conventus. Siquidem sæpissimè, & quasi communiter una Villa ab alia distat quatuor, vel quinque Leucis Italicis; intra quod spatium nullus sæpissime Benefactor ex Nobilibus reperitur: Rustici verò Ritus Rutheni ob summam paupertatem

tem nullam eleemosynam præstant: Oppidorum similiter incolæ Judæi eam præstabunt nunquam. Ideo his temporibus non solùm in sudore vultus, sed & difficillimis modis Mendicantes unius Conventus apud remotos aliorum Conventuum Benefactores panem emendicare coguntur: oude rixæ, & contentiones apud Seculares Benefactores inter diversarum Religionum Mendicantes oriuntur plurimæ.

Et hæc sunt, quæ Regem, Nobilitatemque Polonam, præcipuè Russiæ, moverant, ut supplices ad S. V. darent literas, quibus S. V. benigne inclinata, sapientissimam (ut aliàs semper) edidit Constitutionem prælaudatam, *Injuncti Nobis*. Nec est, qui ignoret, Legem, pro aliqua Regione latam, accommodatam esse consuetudini Regionis, utilitati, ac possibilitati. Impossibile autem est, ut Leucæ Italicæ in dd. Partibus attendantur: cum una Villa ab alia communiter distet 4., vel 5. Leucis Italicis; & sic in qualibet Villa ædificari posset Mendicantium Conventus, qui ali certe non posset, cum ipsi Parochi difficulter sustenteotur.

His reverenter expositis, applicat Orator humillimè, ut sicut Coostitutio pro Regno Poloniæ, & Russia prohibet, ne novi Conventus fundentur Mendicantium intra spatium 4., vel 5. Leucarum ab aliis jam fundatis, nec etiam incepti aliter perficiantur; ita quod pariter quoad omnia, & in omnibus de coosuetis illarum Partium Leucis sit intelligenda, declarare S. V. dignetur. Quam gratiam &c.

Sac. Congregatio EE. & RR. S. R. E. Card. negotiis, & consultationibus Episc., & Reg. præposita, ad quam SS. D. N. supplicem Libellum remisit, referente Emo Feroni Ponente, attenta relatione P. Procuratoris Gen., censuit rescribendum, prout rescripsit = Pro petita declaratione juxta Indultum (a) extensionis, & ad meotem = Et mens est, quod Leucæ debent intelligi juxta mensuram Regionis Poloniæ, seu Russiæ, & non juxta mensuram Italiæ. Præterea hoc Rescriptum adduci non posse contra fundationes jam inceptas, & Apostolico assensu jam approbatas. Romæ 10. Martii 1758.

C. A. Card. Cavalchini,

Loco ✠ Sigilli,

P. H. Guglielmi Secr.

= (a) Nam per Litteras Benedicti XIV., in supplici Libello laudatas, quarum initium, *Injuncti Nobis*, = extenduntur Literæ Benedicti XIII., in iisdem insertæ, ad supradictam Provinciam Russiæ, totumque Polonicum Regnum. Vid. supr. p. 155.

1758. 15. Mart. = Literas Sacræ Congregationis Disciplinæ Regulari præpositæ, hac die datas, de instruendis Religiosis Laicis, seu Conversis vid. infr. ad d. 1. Apr.

1758. 15. Mart. *Indulgentia Plenaria die 31. Ianuarii in Ecclesiis Fratrum, & Monialium Ordinis ad Annos 14. conceditur.*

BENEDICTUS PAPA XIV.

Universis Christifidelibus præsentes Literas inspecturis salutem, & Apostolicam Benedictionem. Ad augendam Fidelium religionem, & Animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ Thesauris pia charitate intenti, omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœniten., & confessis, ac sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis tam Fratrum Ord. Min. S. Francisci de Observantia, & Reformatorum nuncupat., quàm Monialium dicti Ordinis, ubicumque existentibus, die trigesimaprima Mensis Januarii a primis Vesperis usque ad occasum Solis diei hujusmodi singulis Annis devotè visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus ad quatuordecim Annos tantùm valituris. Volumus autem, ut si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid vel minimum detur, vel sponte oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint; utque præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ, vel Procuratoris Gen. d. Ordinis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ &c. Datum Romæ apud S. Mariam Maj. sub Annulo Piscatoris die XV. Martii MDCCLVIII. Pontificatus Nostri An. XVIII.

Pro D. Card. Passioneo
Jo. Florius Substit.

= Indulgentia eadem jam antea concessa pluries fuerat. Vid. P. Lucium Ferraris (verb. *Indulgentia* = art. 5. n. 44. ad calc.). Cur autem in suprascripto = Brevi non nominetur B. Ludovica Albertonia, dicemus alibi.

1758. 19. Mart. *De Matrimoniis eorum, qui e domicilio suo se aliò conferunt, Summi Pontificis Epistola, Decretumque ad instructionem exhibetur nostratum, qui Missionibus, excipiendisve Fidelium Confessionibus, vel Parœciis præsunt.*

Ven. Fratri Antonio Archiepiscopo Goano.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ven. Frater, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Paucis ab hinc hebdomadis tuas litteras accepimus.... Exposuisti autem in iis, quod, cum receptum fuerit in Diœcesi tua Tridentinum Concilium, servatur ad amussim ibidem sanctio illa, quæ nulla declarat matrimonia, quæ sine præsentia Parochi sponsi, vel sponsæ, & sine duobus testibus celebrantur. Cum vero Diœcesi tuæ finitimus sit locus quidam, Sunda vocatus, ubi nonnulli Missionarii Sacerdotes inhabitant ad regionis incolas ad Fidem Catholicam pertrahendos, edocendosque, contigit aliquando, atque nunc etiam contingit, ut quispiam difficultates prænoscens, quæ matrimonium fortassis impedirent, quotiescumque in tua Diœcesi contrahendum foret, ab eadem discedat unà cum muliere, atque Sundam pergat, ubi neque receptum, neque promulgatum fuit Concilium Tridentinum, ibique matrimonium coram Missionario contrahat, ac subinde regrediens ad Diœcesim tuam, validum esse contendat eò quia matrimonium

non

non alibi nullum esse reputatur, præterquam iis in locis, in quibus Concilii Decretum receptum, ac promulgatum fuit. Hæc est quæstio, de qua Nos interrogasti, ut normam præfiniremus, quacum in ejusmodi matrimoniis gerere te oporteat. Quamvis autem ob longævam, quinimmo decrepitam ætatem, quam agimus, Nos a laboribus excusare liceret, eosdemque aliis committere, ultima Nobis definitione servata; nihilosecius, cum Divinæ placuerit Majestati sanam Nobis, ac integram mentem servare, etsi, præter senium, binæ gravissimæ infirmitates, quas perpessi sumus, Nos eò perduxerint, ut sacro Viatico, & extrema Olei unctione semel, ac iterum muniremur, petitionibus tuis rectè responsum dare non omittemus, cùm ob experientiam, quam in ejusmodi controversiis nacti fuimus, ut videre est in nostra Ecclesiastica Institutione, in lucem edita, dum in Archiepiscopali Bononiensi Cathedra sedebamus, quæ est *la* 33. Latinæ Editionis, sub num. 9.; tum verò etiam ob munus exercitum pluribus annis a Secretis Congregationis Tridentini Concilii, dum in minoribus agebamus, ubi similia negotia tractantur . . . .

(*Præmittit hìc Pontifex nonnulla, ac tandem Sacræ Congñis, Concilii Tridentini interpretis, super tribus dubiis definitionem, Anno 1626. die 5. Septembris editam, ipsiusque confirmationem per Urbani VIII. Literas infra referendas, in quibus definitio eadem legi potest inserta. Deinde autem sic pergit*).

Hujus verò definitionis contextu bene perpenso, facilè intelligitur, matrimonia, primo, ac secundo loco (*in primo scilicet, ac secundo ex tribus modò dictis dubiis Anni* 1626.) exposita, irrita ac nulla ab eadem Congregatione decerni, eò quia fraus intercessit; validum autem censeri matrimonium tertio loco positum, in quo licèt fraus intercesserit, nihilominus is, qui matrimonium contraxit, antequam illud iniret, domicilium, seu quasi domicilium adeptus erat eo in loco, ubi matrimonium inivit: NISI (*a*) DOMICILIUM VERÈ TRANSFERATUR. Siquidem novum non est, neque inusitatum, quod quis domicilium habeat aliquo in loco, & quasi domicilium adipiscatur in alio (*b*): in quo rerum statu si versetur; tunc eidem liberum erit (*c*), matrimonium contrahere coram illo Parocho, intra cujus Parœciæ fines tunc inhabitat, cùm matrimonio jungitur, juxta communem sententiam, a Nobis relatam, sancitamque in superiùs memorata Institutione nostra Ecclesiastica *la* 33. Latinæ Editionis.

Firmiter ejusmodi principiis semper adhæsit eadem Congregatio, quotiescumque materiæ hujus discutiendæ se se dedit occasio: etenim in quadam ASULEN., proposita sub die 8. Decembr. 1640. . . . ., ita respondit: SACRA &c. CENSUIT, NON VALERE MATRIMONIUM CONTRACTUM CORAM PAROCHO LOCI, UBI CONTRAHENTES REPERIUNTUR NON ANIMO IBI DOMICILIUM CONTRAHENDI. Dum in minoribus fungeremur munere a Secretis Congregationis ejusdem, irritum ac nullum pariter declaratum fuit matrimonium ab eo contractum, qui, ut declinaret difficultates, quas proprius Parochus objiciebat, ad alium locum transierat; atque connubium fecerat coram Parocho ejus loci, a quo postmodum, contracto matrimonio, statim discesserat, ut ad pristini domicilii locum rediret; uti videri potest in LAURETANA, proposita, ac definita die 13. Jul. 1725., to. 3. Thesauri Resol. Congr. Edit. Urbinaten. de an. 1739. pag. 585. Ex adverso eadem Congñe validum censuit matrimonium ab eo contractum, qui discesserat a loco proprii domicilii, ut difficultates aufugeret, in quas offendisset, si matrimonium coram ejusdem loci Parocho inire voluisset; atque illud inierat coram Parocho alterius loci, postquam tamen legitimum ibidem quasi domicilium adeptus fuerat, eodemque in loco, etiam post matrimonium contractum, ad aliquod tempus permanserat: quæ definitio lata fuit die 20. Febr. 1723. in CÆSENATEN. SEU FOROLIVIEN. MATRIMONII, quemadmodum videre est to. 2. suprad. Thesauri Resol. p. 274. & seq., ubi alias quoque similes observare licebit, quas tum diligenter collegimus. Demum, ne prolixior evadat oratio, in celebri LEOPOLIEN. MATRIMONII, proposita sub die 9. Jun. 1725., Congregatio principia eadem ad amussim retinuit, quemadmodum legere fas est to. 3. Thesauri ejusd. p. 151.; quibus pariter in eadem Causa omnimodè institerat Rota Romana in dec. 1298. to. 6. cor. honorab. mem. Lancetta . . . .

(*Agit deinde de Brevi Urbano infra exscribendo, quod a Scriptoribus multis, a se collectis in cit. Institutione Eccl.* 33. *Latinæ Edit., & a nostro P. Lucio Ferraris fuisse relatum adnotat, subdens*): adeo ut ex sententia communiter hodie recepta, atque observata nullum atque irritum habendum sit matrimonium, in fraudem proprii Parochi coram Parocho alterius loci contractum, dummodò tamen ille, qui contrahit, antequam matrimonio jungatur, legitimum domicilium, vel quasi domicilium *revera* in hoc altero loco adeptus non fuisset, atque inibi fortassis post matrimonium contractum ad aliquod tempus commoratus non esset. Consulantur Salmanticenses in Cursu Theol. Mor. to. 2. tr. 9. de Matrim. c. 8. punct. 2. n. 21.

Mittimus interea Fraternitati tuæ Urbani VIII. Breve, quod Apostolicæ auctoritatis robore confirmamus . . . . , quemadmodum Fraternitas tua sub finem hujus nostræ Epistolæ animadvertere poterit; tibique propterea, tuisque successoribus mandamus observantiam, & implementum ejusmodi Brevis in ista Diœcesi, ubi frequenter ejusmodi quæstiones incidunt, quibus per idem Breve opportunè prospicitur: atque hoc pacto satisfecisse Nos arbitramur petitioni, quam proposuisti in Epistola . . . . , ubi normam, quam sequereris, commonstrari tibi cupiebas, si contingant, uti paulò ante dicebamus, matrimonia eorum, qui ad evitandas difficultates, in quas vel offenderant, vel offensuri erant, si matrimonium in tua Diœcesi celebravissent, transeunt ad finitimum locum, in quo coram aliquo Missionario matrimonium contrahunt, deinde verò ad eam regionem, ubi verum domicilium habent, revertuntur.

Post hæc necessarium fore censemus, nonnihil adjungere, ut in propatulo sit, quidnam requiratur ad quasi domicilium adipiscendum. Verùm hac in re non alio pacto responderi potest, nisi quod, antequam matrimonium contrahatur, spatio saltem unius mensis (*d*) ille, qui contrahit, habitaverit in loco (*e*), ubi matrimonium celebratur. Definitiones Congregationis Concilii hac de re observari poterunt apud Fagnanum in Cap. SIGNIFICAVIT, DE PAROCHIIS, ubi, earumdem contextu perpenso, hæc habet sub num. 39.: VIR, ET MULIER TRAJECTENSES, TIMENTES IMPEDIMENTUM A PARENTIBUS, CUM AD VICINAM URBEM AQUISGRANAM SE CONTULISSENT, ET IBI ALIQUANDIU MORATI MATRIMONIUM CONTRAXISSENT; SACRA CONGREGATIO, CONSULTA SUPER VALIDITATE, CENSUIT, EXPRIMENDUM TEMPUS, QUO CONTRAHENTES AQUISGRANÆ MANSERUNT; QUOD SI FUERIT SALTEM UNIUS MENSIS, DANDAM ESSE DECISIONEM PRO VALIDITATE. Natalis Alexander in Theol. Dogm. & Mor.

lib. 2. de Sacr. Matr. c. 2. ar. 2. reg. 6. animadvertit, ad acquirendum quasi domicilium, oportere, ut contrahentes, antequam matrimonium celebrent, tanto tempore eo in loco, ubi copulantur, fuerint commorati, ut ibidem cogniti jam sint, atque perspecti. Dubitari autem posset, num ad quasi domicilium acquirendum matrimonii causa, uti diximus, non solùm requiratur præcedens habitatio, verùm etiam subsequens ad aliquod temporis spatium: verùm, cum observaverimus, subsequentem habitationem ab iis Auctoribus, qui hanc tractarunt materiam, tamquam magni momenti adminiculum (f) reputari, ut novum domicilium quæsitum dicatur, nihil verò de illa præscriptum fuisse a Concilii Congregatione in adducta paulò ante definitione penes Fagnanum; nolumus hac de re quidquam novi decernere (g).

Quod verò mox sequitur, respicit matrimonium initum alio in loco, ubi jam contrahentes quasi domicilium adepti fuerunt..... Quamvis... denuntiationes ad matrimonii validitatem neutiquam pertineant, adeò ut matrimonium, iisdem omissis celebratum, illicitum quidem sit, sed tamen validum; non idcircò denuntiationum omissio gravi caret culpa, neque propterea negligi impunè queunt in Parœciis, in quibus contrahentes inhabitant; quod si velint matrimonium extra Diœcesim, quam incolunt, celebrare, tenetur is, qui matrimonio interest, exigere priùs, ut denuntiationes factæ jam fuerint in loco prioris domicilii, quamvis sit alterius Diœcesis, ad hoc ut tutò interesse possit matrimonio, quod in sua Diœcesi celebratur.....

Constat igitur, Presbyterum Missionarium, coram quo matrimonia, de quibus sermo est, Sundæ celebrantur, iisdem interesse neutiquam debere, nisi priùs exhibeantur sibi denuntiationum Edicta promulgata in tua Diœcesi, ubi contrahentes domicilium habent, e quibus pateat, nullum inter eosdem impedimentum reperiri. Quod si Missionarius objiciat, Tridentinum Concilium Sundæ promulgatum non esse; tum fac, ipse ut bene percipiat, quod, si onus ejusmodi repetere, ac derivare nolit a Tridentini Concilii Lege, non potest, quin illud fateatur, ac noscat sibi a Lateranensi Concilio impositum. Postquam verò, qui Sundæ matrimonio juncti fuere, ad Diœcesim tuam redierint, si Fraternitas tua jusserit fieri tum denuntiationes, ut pateat, num inter eosdem impedimentum ullum intersit; non tam muneri tuo satisfacies, verùm, sic agendo, paulatim e medio tolles pravum nonnullorum morem adeundi Sundam, ut matrimonio copulentur, ob metum difficultatum, in quas inciderent, si tua in Diœcesi, ubi domicilium habent, nubere voluissent...

(*Sermonem hic instituit Pontifex de dubitationibus quibusdam, quæ obortæ fuerunt in Sacra Tridentina Synodo, dum actum fuit de edendo celebri Decreto adversus matrimonia clandestina: posteaque hunc in modum prosequitur*).

Tandem cum prævideretur, facilè deperditum iri probationes, unde constaret de promulgatione Tridentini Decreti in qualibet Parœcia, atque exinde orituras plerumque dubitandi causas, num executioni demandata fuisset præscripta Conciliaris Decreti promulgatio, numque propterea vim suam obtinere deberet: approbante Pontifice Maximo, sancitum fuit a Congregatione Concilii, ad eamdem promulgationem comprobandam sufficere diuturnam observantiam ejusdem Conciliaris Decreti, cujus publicatio inducitur ex diuturnitate temporis, quo matrimonia in Parœciis coram Parocho, ac duobus Testibus celebrata fuerunt: ut... Nos ipsi observavimus in Opere nostro de Synodo Diœcesana noviss. Editionis lib. 12. c. 5. n. 6.....

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die XIX. Martii MDCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno XVIII.

Decretum.

BENEDICTUS PP. XIV.

CUM Ven. Frater Archiepiscopus Goanus Apostolatum nostrum consulendum censuerit super quibusdam dubiis respicientibus validitatem matrimoniorum, quæ aliquando a fidelibus, illius Civitatis, aut Diœcesis oriundis, contrahuntur extra ipsius jurisdictionis fines, non servata forma a Sacro Tridentino Concilio statuta, propterea quod ejusdem Concilii Decretum DE REFORMATIONE MATRIMONII in locis illius Diœcesi finitimis numquam promulgatum ritè fuerit; Nos quidem ad proposita dubia per Epistolam nostram eidem Archiepiscopo directam prolixiùs respondere non detrectavimus; eamque in rem, inter alia, usi sumus auctoritate quarumdam Litterarum fel. rec. Prædecessoris nostri Urbani PP. VIII., quæ cum a privatis Scriptoribus relatæ dumtaxat legantur, sed neque communibus Bullariis hactenus insertæ, nec alia solemni ratione publicatæ reperiantur; Nos earumdem tenorem, cum authenticis hujus Apostolicæ Sedis Regestis collatum, subjicimus, qui talis est, videlicet:

„ URBANUS PP. VIII.

„ Ad futuram rei memoriam.

„ EXponi Nobis fecit Ven. Frater Archiepiscopus
„ Coloniensis, quod, habito nuper per eum ad
„ Ven. Fratres nostros S. R. E. Card. sacri Concilii
„ Tridentini Interpretes recursu super infrascriptis
„ dubiis, videlicet: Primò, An incolæ, tam mascu-
„ li, quàm fœminæ, loci, in quo Concilium Triden-
„ tinum in puncto matrimonii est promulgatum,
„ transeuntes per locum, in quo dictum Concilium
„ non est promulgatum, retinentes idem domici-
„ lium, valide possint in isto loco matrimonium
„ sine Parocho, & testibus contrahere? Secundò,
„ Quid, si eò prædicti incolæ, tam masculi, quàm
„ fœminæ, solo animo sine Parocho, & testibus con-
„ trahendi se transferant, habitationem non mutan-
„ tes? Tertiò, Quid, si iidem incolæ, tam masculi,
„ quam fœminæ, eò transferant habitationem illo so-
„ lo animo, ut absque Parocho, & testibus con-
„ trahant? Iidem Cardinales ad primum, & secun-
„ dum, non esse legitimum matrimonium inter
„ sic se transferentes, ac transeuntes cum fraude;
„ ad tertium verò dubiorum hujusmodi, si domi-
„ cilium verè transferatur, matrimonium esse vali-
„ dum, respónderunt, & resolverunt, prout in De-
„ creto desuper emanato pleniùs continetur. Cum
„ autem, sicuti eadem expositio subjungebat, di-
„ ctus Archiepiscopus responsum, seu dubiorum
„ prædictorum resolutionem hujusmodi, pro illius
„ subsistentia firmiori, Apostolicæ nostræ confirma-
„ tionis robore communiri summopere desideret;
„ Nos eumdem Archiepiscopum specialibus favoribus,
„ & gratiis prosequi volentes, supplicationibus illius
„ nomine Nobis super hoc humiliter porrectis incli-
„ nati, responsum, seu dubiorum prædictorum reso-
„ lutionem hujusmodi, Auctoritate Apostolica te-
„ nore præsentium approbamus, & confirmamus,

„ il-

„ illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: decernentes, illud, seu illam, necnon præsentes Litteras, valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere: sicque, & juxta illa per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

„ Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 14. Augusti anno 1627. Pontificatus Nostri Anno V.

Ut autem de hujusmodi Litterarum auctoritate dubitari minimè valeat, Nos iterum eas Apostolica Auctoritate nostra, & præsentis Decreti tenore (c) in omnibus, & per omnia approbamus, & confirmamus, ac novo hujusmodi approbationis, & confirmationis robore communitas, ad prædictum Archiepiscopum transmittimus; mandantes eidem, ut in occurrentibus casibus circa personas ex ipsius Civitate, aut Diœcesi oriundas, seu alias in causis ejusdem generis ad illius judicium legitimè delatis, juxta earumdem Litterarum continentiam, & tenorem decernat, judicet, atque definiat, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Volumus autem, ut, in nostræ hujus approbationis, & confirmationis monumentum, præsentis Decreti nostri exempla, a Nobis subscripta, in Actis Congregationis Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium prædicti Concilii Tridentini Interpretum, necnon in secreto Archivo nostro Vaticano reponantur; ibique perpetuò asserventur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die XIX. Martii MDCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno XVIII.

Ita decernimus, & mandamus

BENEDICTUS PP. XIV.

= (a) Hæc sunt verba Urbani Brevis hìc supra relati. Nisiquod in hoc Brevi Responsio Sac. Congregationis Concilii ad tertium Dubium affirmativo modo concepta est: a Benedicto autem in æquivalentem propositionem negativam mutatur, Matrimonium videlicet non esse validum, *nisi domicilium verè transferatur*.

= (b) *Ad* DOMICILIUM *requiritur habitatio, cum voluntate ibi semper habitandi: ad* QUASI DOMICILIUM *habitatio, cum voluntate ibi manendi longo tempore, vel majore Anni parte* (Antoine, cum aliis, Theol. Moc. Tract. de Matrimon. c. 3. in XIII. not. 1.).

= Quare ut quispiam in aliquo loco *domicilium* acquirat; necessaria est domicilii prioris translatio. Ut verò *quasi domicilium* adipiscatur; necessaria translatio illa non est; sed sufficit, ut in Loco habitet animo ibidem manendi ad longum tempus, vel ad majorem Anni partem.

= (c) Excludit hìc Pontifex opinionem Glossæ (in C. *Is qui* de sepult. in 6.), multorumque Doctorum, quos Prosper Fagnanus refert (in C. *Significavit* n. 21. de paroch.), existimantium, *quasi domicilium* non sufficere, sed *domicilium* in Loco necessarium omninò esse. Putabant scilicet, *requiri translationem domicilii* (Fagn. loc. cit.), *nec satis esse qualemcumque habitationem, nisi adsit animus perpetuò habitandi, sine quo* (ut dictum est in Not. præc., & Fagnanus ibid., & n. 44. ex Juribus, ac Doctoribus probat) DOMICILIUM *non acquiritur*. Quam sententiam (ait Barbosa de Potest. Episc. Part. 2. Alleg. 32. n. 63.) *in Juris rigore libentius defenderem*. Quanquam adjungit, quod *in praxi sequeretur alteram propter decisionem* quamdam ejusd. Sac. Congregationis Concilii; antiquiorem nempe illa, quam Urbanus VIII. in Brevi supra relato confirmavit, quæque Barbosæ, dum hæc scriberet, ignota videtur fuisse.

= (d) Quandoquidem ad *quasi domicilium* in Loco necessariæ sunt conditiones duæ; nimirum & habitatio, & animus illic manendi per majorem saltem Anni partem; de priori tantùm conditione hìc Pontifex sermonem instituit, eò quòd circa illam diversimodè opinabantur Auctores. Putabant quippe nonnulli, ad *quasi domicilium* acquirendum, necessarium esse, ut quis in Loco re ipsa, ac de facto habitaverit saltim per Anni partem majorem. Alii contrà arbitrabantur, prima die habitationis in Loco *quasi domicilium* contrahi, dummodò habeatur animus per majorem saltem Anni partem illic morandi.

= Utrosque Pontifex rejiciens docet, requisitum illud *habitationis* in Loco intelligendum esse de habitatione menstrua: quæ quidem (sicut ferè solet) effecerit, ut contrahentes, priusquam Matrimonium celebrent, ibidem cogniti jam sint, atque perspecti; id quod (ut Pontifex subdit) necessarium esse P. Natalis Alexander animadvertit. Ut proinde si, Mense elapso, nondum illic sint noti; debeat Matrimonium prorogari, donec in eo Loco noti sint, perspectique.

= De altera autem conditione, de animo scilicet ibi manendi, de quo supra dictum est, non agit hìc Pontifex, propterea quòd necessitatem conditionis illius supponit certam, exploratamque. Itaque immane quantum erraret, qui arbitraretur, eam ab ipso minimè necessariam judicari. Nam si ita esset, adversaretur Pontifex Responsioni illi S. Congregationis Concilii ad tertium Dubium, ab Urbano VIII. relatæ, & confirmatæ, quam ipsemet refert, & approbat.

= Siquidem in ea Responsione dicitur: „ *Si domicilium verè transferatur* „. Quid est autem „ *verè* „? nisi „ *ex animo* „ *fictione omni remota* „ (Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. gloss. 15. n. 15.).

= Quid est insuper „ *domicilium transferatur* „? Quanquam, Pontifice eodem interprete, verba hæc *non ita presè*, ut sonant, accipienda sunt; tamen certè accipi nulla ratione possunt de commoratione alibi per unum Mensem cum animo illic diutiùs non manendi. Inauditum penitùs in Jure est, & in communi etiam loquendi usu, *verè domicilium transferri* ab eo, qui in Locum aliquem excurrit ea mente, ut ad Mensem tantùm ibidem degat.

= Quare pugnaret Pontifex cum Responsione illa. Pugnaret simul etiam secum, qui tres illas Responsiones, ab Urbano VIII. confirmatas, ipse quoque confirmat, laudat, & veluti amussim, & normam habendas jubet. Pugnaret insuper cum aliis ejusdem S. Congregationis Responsis a se commemoratis in §. *Tertiò* Institutionis suæ Ecclesiasticæ 33., quam citat in hac Epistola, & cum documentis aliis, quæ ipse ibidem tradit (§. cit., & §. *Quartò si quis*).

= Ergo, ut concludam, mens Pontificis ea est, ut, ad Matrimonium validè alicubi ineundum coram

„ ejus

ejus Loci Parocho, necessaria omninò sit acquisitio vel *domicilii*, vel *quasi domicilii* in ea Parochia per præcedentem in illa habitationem menstruam, vel aliquantò etiam diuturniorem, si hæc necessaria sit, ut Connubium inituri cogniti in Loco sint, atque perspecti; simul conjunctam cum voluntate ibidem vel perpetuò commorandi (quo casu illic acquiritur *domicilium*), vel commorandi ad longum tempus, aut ad majorem saltem Anni partem (quo pacto ibi *quasi domicilium* comparatur).

= Quæ ipsa proinde mens est Decretorum S.Congregationis Concilii, tum nempe Decreti illius, quod continetur in Urbano Brevi, tum aliorum, quæ insuper Benedictus affert: quandoquidem & illo, & istis in hac Epistola Pontifex promiscuè, & indiscriminatim utitur, tanquam & inter se, & cum sua mente concordibus, simul omnia approbans. Adde, quod Jura Juribus concilianda sunt, eorumque, in dubio quoque, est vitanda correctio, quoad fieri potest, unum per aliud distinguendo, vel subaudiendo verba, ac verba etiam ipsorum in sensum improprium detorquendo (Jur., & DD. apud Fagn. in C. *Si quis Presbyter* n. 6. de Cler. exc. ministr.; in C. *Cum cunctis*, §. *Inferiora* n.34., de elect.; in C. *Cum esses* n. 110. de testam.; Bordon. Oper. To. 4. Par. I. Variar Resol., resol. 149. n.85., & 114., aliique).

= (*e*) Loquitur hic, & alibi Pontifex de Urbe, Oppido, Pago, quò quisquam se conferat, alibi domicilium habens. Nam ceterum in sua illa Instit. Eccles. 33., superiùs laudata docet (in §. *Magno*, & seq.), Puellas educandas, & Famulos, Famulasque, qui, quæve in Parœcia alia ejusdem Loci paternum, maternum, vel fraternum habeant *domicilium* verum; debere non coram Parocho *quasi domicilii*, Monasterii scilicet, vel Domus, ubi educationis, vel servitutis causa habitant; sed coram Parocho veri *domicilii* sui, utpote in eodem Loco illo existentis, Matrimonium celebrare: publicationes autem matrimoniales tum in *domicilii*, tum in *quasi domicilii* Parochia faciendas esse *juxta Ecclesiæ consuetudinem*, *& Statutum* (quod ibi refert) *Romani Cleri*, *in peculiari Congregatione unanimi consensu probatum*, *confirmatumque a Clemente XI. vivæ vocis oraculo* (vid. Instit. cit., & P. Ferrar. v. *Matrimon.* art. 1. n. 55. & seq., & art. 2. n.155. & sequentib.; ac Girald. Jur. Pont. noviss. Par. I. in Append. 2. ad Librum IV. Decret. n. XIV. p. 548., & Par. II. sect. 125. p. 991. & seq.).

= (*f*) Ad probandum videlicet in Foro externo (nam in interno Probationibus, & Adminiculis non est opus), non quidem præviam habitationem menstruam; quæ, utpote in externo visibili facto consistens, facti ejusdem evidentia, ipsismet Civium, seu Oppidanorum oculis patuit (ut omittam, quod ad hanc probandam mora sequens validum esse Adminiculum nequit): sed ad probandam advenæ voluntatem, quod nempe is, qui Matrimonium contraxit, eo animo in illum Locum venerit, ut ibi ad majorem saltem Anni partem demoraretur. Animus enim, cum sit quippiam spiritale, quod per se videri, ac patere non potest; debet ex verbis, factisque externis colligi (C. 2. de renunc. in 6.; L. *Domicilium* ff. ad municipal.; L. *Dolo* ff. de dolo). Quare confirmatur hinc magis magisque mens Pontificia (quam in Not. *d* explicavimus), quod videlicet animus etiam ante dictus necessarius omninò sit ad *quasi domicilium* acquirendum.

= (*g*) Quoniam ad *quasi domicilium* satis est habitatio saltum per Mensem cum animo supradicto; siquis hunc animum, quo ad eum Locum accessit, & quem, dum Matrimonium post Mensem iniit, retinebat adhuc, sicuti opus est (vid. Rotam in Toletan. infr. citand.); si hanc, inquam, voluntatem post Matrimonium celebratum mutaverit, & ex eo Loco discesserit; non ideò minùs verum erit, jam fuisse ab illo, dum Matrimonium contraxit, *quasi domicilium* acquisitum, neque idcircò Matrimonium celebratum fuisse. Itaque ad *quasi domicilium* acquirendum necessaria non est subsequens habitatio.

= Sed neque necessaria est in Adminiculi ratione ad probandum, ut in præc. Nota dictum est, advenæ animum. Adminiculum namque dumtaxat est *confirmatio*, *seu suppletio probationis*, *per se solum non operans*: uti illud Passerinus definit (Tribun. Regul. Qu. 16. art. 1. n. 6.), post Farinacium, & alios plures ab ipso citatos (Qu. 36. n. 226.). *De se* nempe *Adminiculum non probat* (ut subjicit P. Passerinus in cit. art. 1. n. 6.); *sed solùm coadjuvat*, *confirmando probationem*, *cui adjungitur*, *vel eam aliqualiter augendo*.

= Ex parte verò altera potest animus ille, sine istius Adminiculi ope, satis patescere ex argumentis *de se* probantibus (uno, vel pluribus, prout major, vel minor vis est, & evidentia eorumdem): videlicet ex patefacto aliis hujusmodi animo, sicuti patefecerat in Causa Cæsenaten. Matrim. 22. Febr. 1723. ante discessum Puella, cujus Matrimonium tunc fuit ob hanc rationem a S.Congregatione validum pronunciatum (apud eumd. Bened. XIV. in cit. Inst.33. §. *Quartò si quis*); ex conductione Domus, Officinæ, Famuli &c. in eo Loco ad longum tempus, vel ad majorem Anni partem; ex translatione illarum vestium, rerumque aliarum, quæ transferri non solent, nisi ob ejusmodi prolixam moram; & ex argumentis aliis, quæ colligi possunt ex illis, de quibus latè Sacrum Rotæ Auditorium in Toletana Matrim. cor. Merlino 10. Dec. 1625. (apud Barbos. in cit. Par. 2. de Potest. Episc. Alleg. 32. n.77.).

1758. 1. Apr. *Conversi ad Habitum non recipiendi, nisi Christianam Doctrinam calleant: iidemque cum Tertiariis semel in Hebdomada erudiendi: qua super re nullo admittitur dispensationis consensu, ac Ministri, & Visitatores debent diligentissimè inquirere, & severè negligentes tum Subditos, tum Superiores punire.*

F. CLEMENTE DA PALERMO

Lettor Giubb., Teologo di S. M. Cattolica nel Real Congresso di Madrid per l' Immacolata Concezione, Ministro Gen. di tutto l' Ordine del N. P. S. Francesco, Visit., e Riform. Apostolico, e Servo nel Signore.

LA Sag. Congregazione della Regolar Disciplina, sempre intenta a promuovere il vantaggio, e il decoro delle Religioni, avendo saputo, quanto siено ignoranti moltissimi Laici delle medesime tanto nel-

nella Dottrina Cristiana, quanto nelle altre cose necessarie a sapersi da questi; ha giudicato espediente fare intendere a tutt' i Superiori Generali, quali sieno le sue intenzioni sopra un tal particolare, per mezzo della seguente Lettera:

„ Rmo Padre = Frequenti sono stati i ricorsi, che in diversi tempi si sono fatti a questa Sag. Congregazione della Disciplina Regolare, della grave ignoranza, che vi era tra Laici, e Conversi di molte Religioni, non solo degli obblighi, che sono particolari del loro proprio Stato, ma anche della Dottrina Cristiana, e delle cose più importanti di nostra Santa Fede; e con quel premuroso Zelo, che dovea, non ha mancato con replicate Lettere Circolari de' 9. Novembre 1709., e de' 20. Febraro 1739. inculcare a' Superiori Generali gli ordini più pressanti, che in ogni Convento in ciascuna Domenica dell'anno da un Padre da destinarsi dal Superior Locale si spiegasse ai Religiosi Professi nello Stato Laicale, e precisamente a' Questuanti, la Dottrina Cristiana, il Catechismo, ed ancora qualche punto della Regola, premando sopra tutto su ciò, che riguarda i doveri della vita Religiosa, che professano.

„ Non ostante però tutti questi replicati ordini di essa Sagra Congregazione, continuano ed in iscritto, ed in voce le querele degli Zelanti Religiosi, che la spiega della Dottrina Cristiana a' Conversi venga trascurata, anche nelle più osservanti Religioni, tanto che alcuni di essi Religiosi con lagrime hanno attestato, ritrovarsi in essi una si crassa ignoranza, che non sappiano nè anche i principali Misterj di nostra S. Fede.

„ Per riparare adunque ad un tanto lagrimevole disordine, ha creduto questa Sagra Congregazione della Disciplina Regolare, anche con espressa approvazione della Santità di Nostro Signore, che si eccitasse il lodevole Zelo di Vostra Paternità, affinchè con viva, ed efficace Lettera Circolare a tutt' i Provinciali d'Italia, ed Isole adjacenti, faccia lor conoscere il debito preciso del loro Officio, d'invigilare su de' Superiori Locali per l'esatto adempimento di un obbligo di rilievo, qual'è l'istruzione de' loro Conversi nella Dottrina Cristiana, e lo stretto conto, che dovranno rendere a Dio dell'altrui ignoranza, ordinando ad essi Superiori Provinciali:

„ Primo: Che nel ricevere i Conversi alla Religione, la principal cosa, su cui debbano essere esaminati, sia sulla Dottrina Cristiana, secondo viene specialmente prescritto dai Decreti della San. Mem. di Clemente VIII. *de Educatione Novitiorum*; e, non trovandoli ammaestrati, come conviene, in niun conto li ricevano.

„ Secondo: Che in tutte le maniere, e senza che vi sia scusa alcuna, che possa darne esenzione, facciano in tutt' i Conventi, in ciascuna Domenica, o altro giorno della Settimana, che dal Superior Locale sarà stimato più opportuno, ai Laici Professi, Terziarj, o Oblati, da un Padre, ch' egli giudicherà capace, spiegare la Dottrina Cristiana, il Catechismo, e qualche punto della Regola, che riguarda i doveri, e gli obblighi precisi della loro vita Regolare; e specialmente appartenenti al voto di Povertà.

„ Terzo: Che portandosi essi Provinciali in Visita, come altresì qualche altro in grado di Visitatore, tra le più importanti cose, che con maggior premura debbano inquirere, sia l'informarsi, se i Superiori Locali facciano adempiere una tal spiega della Dottrina Cristiana, e se esattamente si eseguisca; esaminando anche i detti Laici, con osservare, come siano in quella istruiti; e nel caso, che ritrovino dell'ignoranza ne' medesimi, o che tal esercizio non sia esattamente praticato, rigorosamente gastighino ed essi, ed i Superiori Locali a misura della loro trascuraggine, anche con privarli, e sospenderli dall' Officio: come dalla Sagra Congregazione non si mancherà, essendo avvisata, che si usi da qualche Superiore Locale della negligenza, di procedere a quei condegni gastighi, anche di privazione di voce attiva, e passiva, ed altri, che crederà convenevoli.

„ Quarto: Ed acciocchè si mantenga sempre vivo ne' Superiori Locali l'adempimento di tal ordine, è mente della Sagra Congregazione, che questa sua Lettera da' medesimi si faccia leggere due volte l'anno in pubblico Refettorio di ciascun Convento nella stessa maniera, che si pratica di altri simili ordini.

„ E' sicura la stessa Sagra Congregazione, che Vostra Paternità non tralascierà col suo commendabile Zelo adempiere quanto Le viene prescritto, invigilando nella più attenta, ed efficace maniera, che un dovere di sì grande importanza, qual è l'istruzione nella Cristiana Dottrina in Persone Religiose, sia nel di Lei Ordine eseguito con ogni esattezza. E nell' attendere il rincontro dell' esecuzione, che si sarà sollecitamente data ai Comandi dell' EE. Loro, auguro alla Paternità Vostra ogni Felicità. Roma 15. Marzo 1758.

„ *Al Placer di Vostra Paternità*
„ F.C.A. Card. Guadagni Prefetto.

„ Dom. Arcivesc. di Nicomedia Segretario.

In seguela pertanto di quanto ci viene imposto dalla medesima Sac. Congregazione, incarichiamo strettamente la P. V. a dar pronta esecuzione a' suoi ordini, che per mezzo d'una Circolare notificherà a' tutt' i Superiori Locali; i quali dovranno far Copia di questa nostra per leggerla ogni sei Mesi in piena Comunità. Sarà poi suo peso, venga da' medesimi eseguita in tutte le sue parti; e con autentico Attestato ci farà costare di venir praticato da essi quanto nella presente si prescrive, sotto Pena, in caso d'inosservanza, della Privazione dell'Officio, e d'altre a nostro arbitrio. E cordialmente salutandola, le diamo la Serafica Benedizione. = Roma Araceli 1. Aprile 1758.

F. Clemente da Palermo Ministro Gen.

Loco ✠ Sigilli.

Per comandamento di S. P. Rma
Fr. Vincenzo Scutari già Diff. Gen.,
e Segr. Gen. dell' Ord.

= Vid. etiam apud P. Perusin. Par. 2. p. 221. sub fin. & seq. Cur autem a Sac. Congregatione, Disciplinæ Regulari præposita, Mandata sua & alias, & in hac Epistola dirigantur ad *Italiam*, eique *adjacentes Insulas*; jam dictum est alibi (ad d. 29. Maii 1752. in Not., p. 64. init.).

= Ceterum ubicumque terrarum, tum ex Divinis,

tum

tum ex humanis Legibus, tum Superiores, tum Subditi, hi addiscendi, illi eosdem per se, vel per alios erudiendi, hac ipsissima obligatione tenentur, de qua in relatis Literis agitur. Legenda Constitutio S. M. Benedicti XIV., *Etsi minimè* 7. Febr. 1742. (Bullar. ejusd. To. I. Const. 42); & encyclicæ ipsius Literæ, quas superiùs exhibuimus (p. 140.); ejusdemque Ecclesiastica Institutio 72. Adeundus quoque P. Ubaldus Giraldi (Jur. Pont. noviss. Par. II. sect. 8., p. 815. & sequentib. To. 2.).

Obtenduntur interdum caussæ nonnullæ ad excusandas gravissimi hujus muneris intermissiones; absentia præsertim Laicorum, ac Tertiariorum ad eleemosynas procul a Cœnobio quæritandas, quibus vita, inquiunt, sustentetur. Omitto, quod si absunt die Dominica (qua non deberent abesse); non aberunt fortè per Hebdomadam integram. Sacra autem Congregatio permittit in hac Epistola, ut in die alio infra Hebdomadam præscripta Instructio habeatur. Omitto, quod si absunt plerique; non aberunt prorsus omnes. Aderit saltem aliquis necessariis Officinarum ministeriis obeundis. Aderit Tertiarius Substitutus ad pecuniarias eleemosynas accipiendas. Ergo pro illis, pro illo habenda Instructio esset, pro quo item, quibusque Servator noster suum fundere sanguinem non dubitavit.

Sed hæc prætereo. Nam illam, ceterasque caussas universas evellit funditùs, & labefactat certissimum promissum Illius, qui nec fallere, nec falli poteat. Illius namque notissima ea vox est: *Quærite primùm Regnum Dei, & justitiam ejus; & hæc omnia adjicientur vobis*. Sed & Ejusdem est ea vox: *Cælum, & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt*. Paternam re ipsa curam, & vigilantiam suam (quam confirmare exemplis, avium quoque, & liliorum agri, dedignatus non fuit) nunquam ipse, quoad homines maximè, non plenissimè confirmavit factis: eamdemque confirmat in dies luculentissimis argumentis in tot Cœnobiis exactæ observantiæ, potissimum in Sacris Recessibus.

Contra verò ob eam ipsam caussam, quod *primùm* quandoque *Regnum Dei non quæritur*, illud contingit, ut necessaria vitæ a Deo satis Conventui non *adjiciantur*, indeque in deterius œconomia labatur. Hinc autem oritur illa, quæ vocatur necessitas, quærendi & per Laicos, & per ministeria insuper Sacerdotum extra Cœnobium, subsidia vitæ cum Regularis observantiæ, cum Chori, Meditationis, Conventualis Missæ, aliisque observantiæ, disciplinæque Regularis dispendiis. Ex quo postea vicissim consequitur, ut quò minùs spiritualia quæruntur, eò minùs temporalia Deus adjiciat; ideoque res œconomica magis magisque in pejus ruat, ac illa augeatur necessitas detrimenta etiam atque etiam inferendi observantiæ, ac disciplinæ. Atque ita porrò hac malorum vicissitudine, & quibusdam veluti gradibus, paulatim Cœnobium in præceps ruit. Cui devitandæ ruinæ aliud nullum remedium suppetit, nisi ut restituatur Conventus in statum pristinum; ut videlicet in illo primùm omnium, uti quondam fiebat, quærantur quæ Dei sunt. Neque enim unquam alia ratione quacumque fiet, aut fieri poterit, ut Cœnobium reflorescat.

Hæc planè omnia Sacra Congregatio vidit. Itaque jure optimo in hac sua Epistola nullam prorsus caussam dispensationis admittit, quominùs ut in ceteris omnibus, ita in hoc negotio primùm omnium Dei Regnum quæratur, *In tutte le maniere*, inquit, *e senza che vi sia scusa alcuna, che possa darne esenzione, facciano in tutt' i Conventi in ciascuna Domenica* &c. (§. *Secondo*). Vid. & infr. ad d. 17. Sept. 1759.

1758. 8. Apr. *Confirmantur omnia, quæ per P. Commissarium Gen. acta fuerunt in Almæ Provinciæ Angelorum Comitiis & circa Officiorum alternationem alia quædam in casibus, quibus illa vacaverint, constituuntur, in Provincia eadem servanda.*

BENEDICTUS PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Minister Provincialis, ac Patres Provinciæ Angelorum in Familia Ultramontana Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod postquam Nos per quasdam nostras in simili forma Brevis, die 22. Augusti Anni proximè præteriti 1757., quarum initium est, *Sacrosancti Apostolatus Officium*, expeditas Literas (*a*), in eadem Provincia perfectam Alternativam in omnibus officiis, & muneribus inter Fratres ex Extremaduræ, & alios ex Andalusiæ partibus respectivè oriundos, ex quibus memorata coalescit Provincia, præscripserimus, illarumque executionem dilecto itidem filio Petro Joannetio de Molina Commiss. Gen. Familiæ hujusmodi commiserimus; ipse Petrus Joannetius Commiss. Gen. personaliter accessit ad præfatam Provinciam; prævia, maturaque consultatione cum illius Definitorio habita die 30. Septembris supradicti Anni, exequutionem earumdem nostrarum Literarum decrevit; & quoniam urgebat tempus peragendarum electionum officiorum, & munerum supra dictæ Provinciæ, in Capitulo Provinciali legitimè congregato illas juxta dd. nostrarum Literarum tenorem, & dispositionem explevit quoad officia majora; in officiis verò minoribus, ob deficientiam pro nunc Professorum habilium ex parte nationis Andalutæ præfatæ, ad unguem exequutioni demandari facere nequivit d. Alternativam; præservata tamen fuerunt eidem nationi jura, ut, statim ac reperiantur in illa Personæ, seu Alumni habiles ad dd. officia, eidem restituantur, prout in Actis Capitularibus uberius dicitur coutineri.

Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, dd. Exponentes, ut omnia, & singula per d. Petrum Joannetium Commiss. Gen., & Exequutorem dd. Literarum in Capitulo Provinciali hujusmodi acta, & gesta, quò firmiùs subsistant, & serventur exactiùs, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent: Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares Personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis &c. absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnia acta, & gesta per d. Petrum Joannetium Commiss. Gen. in Capitulo Provinciali nuper celebrato Provinciæ Angelorum hujusmodi, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos juris, & facti defectus, siqui desuper intervenerint, supplemus, & sanamus.

Insuper pro perfectione supra dictæ Alternativæ, per

per supra dictas nostras Literas volitæ, præcipimus auctoritate, & tenore præfatis, ac statuimus: Primò: Ut si contingat, Ministrum Provincialem pro tempore existentem ex quavis smbarum nationum hujusmodi, ex quibus ipsa Provincia coalescit, cedere, vel decedere; eo casu Vicarius Provincialis assumatur, seu assumi debeat ex eademmet natione, ex qua cedens, vel decedens Provincialis extiterit. Secundò: Si contingat obitus Patris immediati, subrogetur alius ejusdem nationis, ex qua Defunctus fuerit, etiamsi in illa nullus existat Ex-Provincialis; ita ut subrogatio hujusmodi in casu hujusce deficientiæ etiam Ex-Definitoribus competere possit. Tertiò: Cedente, vel decedente aliquo ex Definitoribus actualibus, in locum cedentis, vel decedentis subrogetur alter ex ipsamet natione, ex qua ille extiterit, etiamsi Ex-Provincialis minimè existat, sed dumtaxat Custos, aut Definitor fuerit.

Decernentes, easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissimè suffragari, & ab eis inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secùs super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VIII. Aprilis MDCCLVIII. Pontificatus Nostro Anno XVIII.

Pro Domino Card. Passioneo
Joannes Florius Substitutus.

= (a) Has Literas habes supra ad d. 22. Aug. 1757.

= 1758. 20. Apr. = Approbavit Summus Pontifex
= Benedictus, Decreto per S. Rit. Congñem hac die
= edito, Lectiones proprias 2. Noct. Diei 2., 7., & 8.
= Festi S. Jo. a Capistrano. Decretum omittimus,
= quoniam modò in Breviario Romano-Seraphico
= tres tantùm Lectiones Diei festi habentur (ex no-
= vem quidem illis compactæ); eæque a SSño Dño
= Nostro PIO VI. approbatæ fuerunt.

= 1758. 24. Apr. = A Sacr. Indicis Congñe De-
= creto hujus diei proscripta fuerunt Opera duo.
= Alterum: *I flagelli di Don Gile divenuto poeta con-*
= *tro i seguaci del vizio*, auctore Stephano Zucchino
= Stefani. Alterum: *Compendio cronologico dell' Isto-*
= *ria Ecclesiastica diviso in 4. Tomi*.

1758. 28. Apr. *Religiosis utriusque sexus, P. Ministro Gen. subjectis, qui confessi &c. unumquodque e piis Exercitiis infra descriptis peragant, Indulgentia Plenaria semel quotannis conceditur.*

BEatissimo Padre = Frà Clemente da Palermo Ministro Gen. dell'Ordine de' Minori, prostrato &c. espone, come da molti Religiosi del suo Ordine viene continuamente, e con premurose istanze richiesto della facoltà di visitare i Luoghi santi di Roma, di Loreto, del Monte di Varallo, di Assisi, e dell' Alverna; di maniera che, non accordandosi loro la ricercata licenza per impedire il vagare de' Frati, o per altri giusti motivi, replicano essi le istanze, interponendovi anche degl' impegni, e riducendo spesse volte il Superiore in angustie.

Desiderando pertanto l' Oratore d' impedire, per quanto può, simili inconvenienti con qualche compenso, per cui e guadagnassero per una parte i Tesori delle Sac. Indulgenze, annesse alla visita de' riferiti Santuarj, nè si discostassero per l' altra da' Conventi di loro collocazione; supplica divotamente la somma clemenza di V. S. della Grazia, che tutt' i Religiosi dell' uno, e dell' altro sesso, soggetti alla sua ubbidienza, potessero fare acquisto delle suddette Indulgenze con qualche divoto pellegrinaggio pe' respettivi Chiostri, e successiva visita delle proprie Chiese, cioè: Per le sette Chiese di Roma, girando pel Chiostro sette volte, e visitando in fine il SSño Sagramento: Pel Santuario di Loreto, con tre giri pel Chiostro, ed una visita all' Altare, o Immagine della Bña Vergine: Con simili tre giri, e visita dell' Altare, o Immagine del SSño Crocifisso, pel Sac. Monte di Varallo: E finalmente con tre consimili giri, e visita all' Altare, o Immagine del P. S. Francesco, per gli Santuarj d' Assisi, e dell' Alverna: pregando sempre in detti giri, o pellegrinaggi, e respettive sacre visite, per l' esaltazione della S. M. Chiesa, estirpazione dell'Eresie, conservazione del Sommo Pontefice, e per la pace, e concordia de' Principi Cristiani. Che della Grazia &c.

Ex Audientia SSñi die 28. Aprilis 1758. = SSñus, attentis expositis, Ministri Gen. Oratoris precibus annuendo, omnibus, & singulis Religiosis, viris, atque mulieribus, Ordinis Minor. S. Francisci, eidem Ministro Gen. subjectis, unumquodque ex introscriptis piis exercitiis devotè peragentibus, semel in Anno, eo nimirum respectivè die, quo, præmissa Sacramentali Confessione, sumptaque Sanctissima Eucharistia, & pias ad Deum preces, ut in supplici libello enunciatur, fundendo, hujusmodi exercitium peregerint, plenariam omnium peccatorum Indulgentiam, in forma Ecclesiæ consueta, benigne concessit.

J. C. Boschi Secr.

Loco ✠ Sigilli.

= Postrema Clausula ista „ *in forma Ecclesiæ con-*
= *sueta* „ Rescriptis Indulgentiarum hujusmodi ap-
= poni solet, ne Concessio solius Indulgentiæ Ple-
= nariæ, per noxium errorem, accipiatur & publice-
= tur (sicut olim haud rarò fiebat, apud P. Theo-
= dor. a Spir. S. de Indulgent. To. 2. c. 4. §. 2.),
= veluti Concessio *Jubilæi*, aut *in forma Jubilæi*.
= Jubilæum namque (quod est non solùm univer-
= sale, ordinarium nempe, seu Anni Sancti, aut
= extraordinarium, verùm etiam particulare, quod
= alicui tantùm Ecclesiæ conceditur, apud La Croix
= To. 2. lib. 6. par. 2. n. 1304.); Jubilæum, in-
= quam, est Indulgentia Plenaria, extraordinarias
= simul facultates adnexas habens, eligendi Confes-
= sarium, qui a Censuris, & peccatis reservatis ab-
= solvat, Vota commutet, &c. Atque hos ipsos fa-
= vores omnes impertiri per Indulgentiam Plenariam
= concessam *in forma*, seu *per modum*, aut *instar Jubilæi*,
= licèt facultates hujusmodi in Concessione non ex-
= primantur; autumant Vega, Filliuccius, Escobar,
= aliique nonnulli: etsi cæteroquin opinio hæc im-
= probetur ab aliis, & in praxi certè tuta non sit,

= Ergo ut ambiguitatibus omnis præcludatur aditus, neque possit quispiam existimare, concedi Plenariam Indulgentiam, non consuetam, sed specialem, speciales nempe facultates annexas habentem; adjicitur idcirco Clausula illa „ *in forma Ecclesiæ consueta* „.

= 1758. 1. Maji. = Hoc Anno die 28. Aprilis mortalitatem explevit P. Procurator Gen. Ordinis Carolus Maria Perusinus, quem plurimi faciebat optimus clarorum Virorum æstimator Benedictus Pontifex (supra p. 193. B. in fin.); & cujus labores, pro re Ordinis publica susceptos, ostendunt imprimis tum præcedentia duo Continuationis Chronologiæ hujus Volumina, tum Regesta tria Cismontanæ Curiæ, quæ continent ipsius Curiæ Acta, dum eidem ipse, primùm Commissarius ad tres Annos, deinde Procurator Generalis præesset.

= In ejus locum a P. Ministro Gen., datis 1. Maji Literis, suffectus fuit P. Anacletus Romanus, Almæ Observ. Provinciæ Romanæ Lector Jubilatus, & jam Minister vigilantissimus: qui in Generalibus Comitiis Aracœlitanis Anno 1750., præsidente in iis laudato Pontifice Maximo, celebratis (in quibus Provisoris generalis Officium summa cum omnium laude administravit) dignus habitus fuerat, ut in Definitorem Generalem Ordinis eligeretur; & in sequentibus Comitiis Murciensibus dignus insuper judicatus, ut ad hoc obeundum, si vacasset, Procuratoris Generalis Munus primo loco approbaretur (supr. p. 217. B.). Institutionis hujus Literas missas facimus, ut fecimus alibi (ad d. 3. Apr. 1757.), quia eodem fermè exemplo omnes perscriptæ sunt.

1758. 2. Maji. *Confirmantur pacta, & conditiones circa Hospitium, pro Minoribus Obs. Almæ Provinciæ Burgensis in Villa de Torrecilla de los Cameros erigendum.*

BENEDICTUS PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

CUM, sicut dilectus filius Joannes Emmanuel Hermoso de Hordorica, Calaguritanensis Diœcesis, de Consilio, & a Secretis charissimi in Christo Filii nostri Ferdinandi Hispaniarum Regis Catholici, Nobis nuper exponi fecit, ipse ad majorem Dei gloriam, & ad spiritualem Incolarum Villæ de Torrecilla de los Cameros Calaguritanensis Diœcesis, suæ, suorumque Majorum Patriæ, utilitatem, fundationem, & erectionem Ecclesiæ simul cum Hospitio pro Fratribus Ordinis Min. S. Francisci de Observantia nuncupatorum in eadem Villa explere intendens sub nonnullis pactis, & conditionibus tenoris sequentis; videlicet = I. Quod Ecclesia ibi ædificanda, ac Deo Optimo Maximo in honorem Conceptionis B. Mariæ Virginis Immaculatæ dedicanda, tria habeat Altaria, seu Capellas, Sacrarium, Portam, & accessum publicum, Campanam, & Campanile, ac in ea continuò SS. Eucharistiæ Sacramentum repositum custodiatur; quam quidem Ecclesiam cum Sacrario Orator sacris vasis, paramentis decentibus juxta colores, quibus Ecclesia Romana utitur, aliisque utensilibus, & repositoriis ad ea custodienda ornare promittit; II. Quod Hospitium, suo ære a se construendum, junctum sit Ecclesiæ, & ad instar parvi Conventus habeat Claustrum, Cellas, Dormitorium, Refectorium, Aulam Capitularem, aliasque necessarias Officinas, quæ omnia loca congruis utensilibus ab ipso sint instruenda; III. Quod in hujusmodi Hospitio claustraliter, & regulariter assidue degere debeant saltem quatuor d. Ordinis Religiosi; nimirum unus, qui cæterorum sit Præses, eligendus in Provinciali Capitulo, & in Capitulari Tabula publicandus; secundus Concionator, exemptionibus Prædicatoris Conventualis gaudens; tertius verò actualis Confessarius, omnesque hi tres, qui sint Sacerdotes, actualiter apti esse debeant ad Confessiones excipiendas; & unus Laicus ad servitia præstanda; IV. Quod Orator gaudeat jurepatronatus honorifico ejusdem Ecclesiæ, ad suos Successores juxta dispositionem a se faciendam transituro; necnon prærogativa sedendi in præeminentiori parte Ecclesiæ, & apponendi Stemmata gentilitia tam ad Altare Majus, quam in exteriori parte Januæ principalis; V. Quod tum ipse, tum sui Successores in eadem Ecclesia sepeliantur in loco pariter honorifico, nullusque alius, præter Religiosos in Hospitio degentes, in ea tumulari valeant; VI. Quod ipse, & Administratores pro tempore existentes, & a se nominandi, annualiter in perpetuum præstare debeant Summam Regal. Castell. CCL. pro conservatione, & restauratione fabricæ; necnon aliam Summam Regal. CC. pro sustentatione lampadis continuo accensæ ante SS. Sacramentum; VII. Quod cum idem Orator instituere velit Legatum Missæ lectæ quotidianæ cum suo Responsorio, & annuarum quinquaginta septem Missarum decantandarum cum septem Nocturnis, diebus, & modo destinandis; hinc sponte sua, & titulo meræ eleemosynæ assignat annuam Summam Regal. Castellæ ter mille, & centum; quod quidem Legatum simul cum aliis duobus numero antecedenti præmissis, eodem gratuitæ eleemosynæ titulo, Syndico ab Administratoribus præstari debeat pro vestitu, & pitantia Fratrum; quin per hæc iidem Religiosi eximantur a mendicando juxta eorum Institutum, cum hujusmodi eleemosyna valde modica sit, & insufficiens ad quatuor Religiosos sustentandos, & non alio animo admittantur ex parte Religiosorum eorumdem, nisi cum expressa declaratione, & protestatione, se nullum jus, nullamque actionem habere ad hujusmodi Legata recipienda, & nihilominus iis melioribus modis observantiæ Regulæ congruis gratitudinis titulo se obligent ad dictarum Missarum onera adimplenda; VIII. Quod dd. tres Religiosi Confessarii quotidie prompti stare debeant ad excipiendas quorumcumque Confessiones, & Eucharistiæ Sacramentum ministrandum; IX. Quod d. Religiosus Concionator prædicet eos omnes Sermones, aliis non demptis, qui antea habebantur in eadem Villa, adjecto etiam loco de Nestares; X. Quod alius Religiosus merè Confessarius indispensabiliter teneatur diu, noctuque ire ad præstandam Moribundis assistentiam nulla cum personarum acceptatione, sed a quocumque ad id vocetur; XI. Quod in casu necessitatis nullus ex reliquis Religiosis eximatur ab eadem assistentia Moribundis præstanda; XII. Quod Territorium, sive Districtus quæstuationis eleemosynarum ordinariarum, & communium pro eodem Hospitio sit ille ipse assignatus a Provinciæ Definitorio, Villam de Torrecilla, & locum de Nestares comprehendens absque præjudicio aliorum Conventuum ejusdem Provinciæ, ad quorum Guardianias ea loca antea spectabant; = Hospitii vero hujusmodi institutioni nedum idem Ferdinandus Rex, & Ven.

Fra-

Frater Episcopus Calaguritanus, sed etiam Clerus secularis, & alii Regulares dictæ Villæ, ac Definitorium Provinciale Provinciæ Burgensis d. Ordinis, intra cujus limites dictum Hospitium erigendum remanet, assentiantur, & fieri maxime exoptent; ac propterea pacta, & conditiones hujusmodi, quò firmiùs subsistant, & serventur exactiùs, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur ipsum Joannem Emmanuelem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis *&c.* absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinserta pacta, & conditiones pro erectione, & institutione d. Hospitii, sine tamen cujuspiam præjudicio, Auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos juris, & facti defectus, siqui desuper intervenerint, supplemus, & sanamus. Decernentes, easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, sd quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, præfatorum Ordinis, & Provinciæ, & aliis quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die secunda Maji MDCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno XVIII.

Pro Domino Card. Passioneo
Joannes Florius Substitutus.

1758. 17. Jun. *Nunciatur obitus Summi Pontificis: & parentalia indicuntur, quæ Anno MDCCL. a Capituli Gen. Patribus decreta sunt.*

FR. CLEMENS DE PANORMO

Lector Jubilatus, Catholicæ Majestatis in Regali Matritensi Congressu pro Immaculata Conceptione Theologus, ac totius Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis, Visitator, ac Reformator Apostolicus, & Servus

Dilectis Nobis plurimum in Domino omnibus, & singulis Fratribus, & Monialibus totius nostri Ordinis, tam Superioribus, quam Subditis, curæ, ac jurisdictioni nostræ subjectis, salutem, & Seraphicam Benedictionem.

TRiste sane, atque acerbum, quod lacrymis explicare magis valeamus, quàm verbis, per nostras hasce Encyclicas vobis, dilectissimi Fratres, nunciamus; ut in communi hac feralis mœstitiæ causa, omnes vos in doloris nostri consortium habeamus. Omnium ætatum, atque ordinum perturbatione, totaque Urbe commiserante, e vivis sublatum est die tertia mensis Maji hujusce anni supremum Catholicæ Ecclesiæ Caput, solertissimus Dominici Gregis Pastor, splendidissimum Christianæ Fidei lumen Benedictus XIV., cujus memoria in benedictione apud justos semper erit. Cecidit igitur Corona capitis nostri, & pupilli facti sumus absque Patre. O rem luctuosam! O miseram, non tantùm universæ Ecclesiæ, sed nostri etiam Seraphici Instituti calamitatem! Christi enim Cœtus Virum perdidit, qui singulari doctrina, prudentia, dexteritate, morum suavitate, atque zelo Ecclesiasticæ Disciplinæ conservandæ, augendæque, ad veteres illos Silvestrum, Gregorium, Leonem, ejusdemque generis alios Pontifices Maximos propiùs accessit. Seraphicus autem Ordo noster illum extinctum habuit, qu ad ejusdem splendorem, ac dignitatem perenniter amplificandam, sancitis optimis legibus, propositisque sapientissimis consiliis, omnem conferre operam nunquam destitit. Verumtamen cum eximia ejus in nostram Familiam merita, ac beneficia infinita propemodum sint, eumque idcirco brevi narratione complecti difficillimum reddatur; ideo ab hisce recensendis, esto inviti, supersedemus. At, Nobis tacentibus, testes vos ipsos maximæ ejus in nos benevolentiæ extitisse arbitramur, dum illud illustre, cætera inter alia egregia signa, vobis stupentibus oblatum est, cùm anno Jubilæi 1750. in Urbe Generalia nostri Ordinis Comitia, augustissima præsentia sua, confertissima Primatum, ac Nobilium Virorum frequentia, tantaque delecti Comitatus magnificentia eundem cohonestantem lætissimi suspexistis.

Quò verò beneficentissimo Principi ob tam illustre facinus, æterna memoria dignum, totus Ordo, prout decebat pauperrimos Francisci Filios, vota rependeret; a Patribus in eodem Generali Capitulo conventis, una plaudente voce, Decretum (*a*) editum est sub die 24. Maji ejus anni, in quo statuitur, quid pro ejus felicissima Animæ requie in singulis Conventibus, & Monasteriis sit peragendum.

dum. Enixè autem, & humillimè postulantibus Definitorii utriusque Familiæ Patribus per supplicem Libellum eidem Sanctissimo Domino porrectum, laudatum Decretum confirmatum fuit per Apostolicas Literas in forma Brevis, die 29, ejusdem mensis, & anni a Sanctitate Sua emanatas,

Ne quid igitur a Nobis prætermittatur officii, quo sensus omnes gratissimæ erga Maximum hunc Pontificem voluntatis exhibeamus, & vigore Sanctissimi Mandati committimus, & præcipimus, ut illicò, hisce nostris inspectis, & publicatis, in singulis Conventibus Fratrum, & Monasteriis Monialium pro ejus Anima integrum Defunctorum decantetur Officium, Sacrumque solemne fieri curetur: quilibet Sacerdos tres Missas celebret: singuli verò Clerici, Laici, & Moniales, tres, ut ajunt, Coronas B. M. V., & duas stationes recitent; volentes insuper, ut in respectivis Conventuum, & Monasteriorum Regestis hæc exscribantur, deque eorum prompta executione certiores, prout de more, efficiamur.

Singulis itidem annis in perpetuum pro Anima ejusdem, & propinquorum ejus, solemne Anniversarium, quod erit in annuis Tabulis, pro recto Divini Officii ordine impressis, exscribendum, habebitur prima die, festo duplici (*b*) non impedita, post tertiam Maji, qua emortualis, & numquam satis lugenda tanti, Optimique Pontificis contigit.

Diutinis insuper Orationibus a Supremo Numine bonorum omnium auctore est contendendum, ut viduatæ Ecclesiæ illum concedat Rectorem, qui & sedare possit mœrorem ex hujus morte conceptum, & voluntate, prudentia, morum sanctitate, usu rerum, auctoritate, doctrina, & eruditione aptissimus sit ad periculosissimæ navigationis cursum regendum, ac moderandum (*c*). Interim valete, & nostri memores in Sacrificiis, & precationibus vestris, Seraphicam Benedictionem vobis amantissimè impertimur.

Datum Romæ ex Araecœli die 17. Mensis Junii 1758.

Fr. Clemens de Panormo Minister Gen.

Loco ✠ Sigilli,

De mandato Rmi in Christo Patris
Fr. Vincentius Scutari ex-Diff. Gen., & Secr. Gen. Ord.

= (*a*) Apud P. Perusinum (Par. 2. p. 439. B. sub fin. & seq.).

= (*b*) Vid. Decretum S. R. C. 19. Jun. 1700. in *Curien.* (apud Talù n. 737., & apud Ferrar. Tom. ult. in Decretis iisd. eod. num.); simulque consule Jo. Michaelem Cavalieri (Oper. omn. Liturgie. To. 3. Cap. 5. Decr. 7., præsertim n. 3.).,

= (*c*) Benedicto XIV., die 3. Maji viam universæ carnis ingresso, successit in Apostolico Throno die 6. insequentis Julii immortalis itidem memoriæ Vir, Eminentissimus & Reverendissimus Carolus Rezzonico Venetus, S. R. E. Cardinalis Tituli nostræ hujus Ecclesiæ *S. Mariæ in Ara Cœli*, qui Patavinæ Diœcesi Pastor vigilantissimus præerat. Is sibi nomen adscivit Clemens xiii.

= 1758. 5. Jul. = Decreto hujus diei prohibitus fuit Libellus germanico idiomate editus, cujus titulus, latinè redditus, hic est: *Quindecim occulti cruciatus, seu dolores, quos Christus Dominus piæ, & Deum amanti Sanctæ Sorori Mariæ Magdalenæ ex Ordine S. Claræ ....., revelavit* &c.

1758. 12. Aug. *Fundorum relictorum pro Legatis annuis, quæ quomodocumque Religiosos Paupertatem altissimam profitentes, seu eorum Conventum, Ecclesiamve respiciant, non modò dominium, & proprietatem illam Syndici Apostolici habere non possunt, sed ne administrationem quidem, etiam si Testator id jusserit.*

= IN Congñe S. R. E. Cardinalium Concilii interpretum, hac die 12. Aug. habita, proposita fuit Causa *Alerien. Legatarum*. In cujus Causæ specimine, quod exhibetur in Folio Congñis ejusdem diei, hæc habentur, quod attinet ad immixtionem, & ingerentiam Syndici in Bonis legatis.

= Narratur, fuisse *Capellaniam sub titulo S. Jacobi Apostoli in Ecclesia PP. Capuccinorum S. Reparatæ Provinciæ Bononiæ fundatam, certisque designatis Bonis Immobilibus dotatam Testamento condito An. 1706. ab Reparata Fondacci, ea lege, ut tandem Bona „ restino sempre illesi in perpetuo in dote di d. Cappella, e di quelli ne sia sempre vero, e legittimo Padrone per tutti e tempi il Procuratore e Sindico pro tempore di d. Convento* &c.*, costituendo in dd. Beni, o sia nell' usufrutto li medesimi Sindici* &c.*, e che ne siano loro li veri Padroni dispotici nel modo come sopra „. Uxoris deinde pietatem secutum Andream Fondacci, Testamento, quod condiderat An. 1727., eidem Capellæ legavisse Census librarum 1000. monetæ Genuensis, ut eorum usuris Syndici Sacra agi curarent.*

= Subditur, *horum Testatorum Hæredes An. 1733. & 1739. dubia movisse de his dispositionibus, vindicantes sibi dominium Bonorum, & contendentes tibi debitum Jus nominandi Capellanos; sed Episcopali Sententia rejectos fuisse, pronunciatumque, Jus esse Syndici. Devenisse* tandem *utramque hæreditatem* ad Nobilem quemdam, *qui, cum debitor esset stipendii Sacrorum 1416., absolutus fuerat a Tribunali Fabricæ S. Petri, cum conditione tamen „ dummodo non sit recidivus „: Anno verò 1756. fuisse* ab eodem *distractos Census librarum 1000. monetæ Genuensis*. Memorantur deinde preces ab Hærede ipso oblatæ Emis PP., *ut ob suam paupertatem absolveretur a debito, & facultas ei tribueretur alienandi Bona, quæ in dotem Capellaniæ constituta fuerant, eorumque pretium in suæ Familiæ usum convertendi.*

= Additur demum, auditum Episcopum inter alia respondisse, *eamdem Reparatam in Codicillis voluisse „ quod si PP. Capuccini incapaces essent retinendi penes se prædicta Prædia, Terras nempe fructiferas; possessio transiret ad Hæredes cum eodem onere „:* Syndicum verò Apostolicum disputare (nam ab Hærede, ut in eodem Folio dicitur, nulla eousque Scriptura Sac. Congñi fuerat exhibita), *non obesse incapacitatem PP. Capuccinorum possidendi Prædia, quia res non esset de incapacitate absoluta, sed ratione modi; condemnandum quoque esse Hæredem ad reintegrationem Bonorum distractorum, quæ in dotem Capellaniæ constituta fuerant; administrationem denique eorumdem Bonorum dandam esse Syndico, ne ita voluntas Testatorum impleri posset, quæ difficile futurum erat ut executioni mandaretur, si penes Hæredes administratio esset.*

= At

= At verò, cum in supradicta Congñe dici 18. Aug. propositum tertio loco fuisset Dubium hoc:

= *An in posterum dicta Bona Capellaniæ, ut supra in dotem assignata, administranda sint per Syndicum, seu Procuratorem pro tempore Conventus in casu &c.?*

= Sacra Congregatio respondit: *Ad III. Negativè, & Episcopus provideat de idoneo Administratore, exclusis Hæredibus*,

= Hæc tamen Hæredum exclusio Anno 1760., cum prædictus Hæres ex Bonis legatis manualem Capellaniam re ipsa erexisset, moderata fuit ab Emis PP., persistentibus interim *in decisis*, quod ad Syndici exclusionem spectabat: ut videre licet in Foliis Congregationum habitarum die 8. Mart., & 21. Jun. 1760.

= Ista retulimus, quia de Syndicis PP. Capuccinorum, & nostris eadem prorsus ratio est, ut nemo ignorat. Theoria in istiusmodi annuorum Legatorum genere, quæ præ oculis semper haberi, servarique religiosissimè debet, hæc est, Apostolicos Syndicos, multoque magis Fratres, non solùm dominio, proprietati, usufructui, possessioni legatorum Stabilium, aut relictæ pecuniariæ Sortis investimento, vel receptioni; sed ne administrationi quidem, seu curæ eorumdem se ingerere, atque immiscere ullo modo, ullo tempore, ulla de causa, & circumstantia posse: sed jus omne, possessionem, administrationem, curam, cogitatum relinqui debere Hæredibus, aliisve a Testatore gravatis; &, his deficientibus, vel perversè agentibus, relinquendam esse Ordinario Loci, qui ex Tridentino Concilio, *etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, in casibus a jure concessis, omnium piarum dispositionum tam in ultima voluntate, quàm inter vivos*, esse debet *executor*; *ac omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum salutem, seu pauperes sustentandos instituta sunt, ipse ex officio suo, juxta sacror. Canonum statuta, cognoscere, & exequi* debet (Sess. 22. de ref. c. 8.).

= Atque hæc omninò servanda sunt, etiam si aliter Testator jusserit; ac potiori jure, si Hæredes, seu Gravati velint Fundum, vel pecuniariam Sortem Legati, Syndico tradere; aut alterutrius curam ipsi vel in totum, vel ex parte relinquere.

= Ac præterea servari omninò ante dicta omnia debent tum si ejusmodi Legatum annuum relictum sit pro victu, & vestitu Fratrum vel sine onere, vel cum onere Missarum, Officiorum &c.; tum etiam, si sit relictum pro fabrica seu Conventus, seu Ecclesiæ, seu alicujus Capellæ; vel pro Sacristia, seu pro rebus ad Divinum cultum spectantibus, ut pro annuis Festivitatibus aliquibus peragendis, pro Paramentis Altarium, Sacerdotum, aliorumque Ministrorum Ecclesiæ, pro Calicibus, Mappis, Thuribulis, Oleo Lampadum, cereis Luminibus, aliisque id generis.

= Sic planissimè postulant Apostolicæ Regulæ nostræ Declarationes. Sic Decisiones Sacræ Congñis Particularis, a S. M. Urbano VIII. consultationibus nostratum præpositæ. Sic alia plura plurium SS. Congñum, ac Tribunalium Decreta, Responsiones, Decisiones: quin ulla suffragari Dispensatio possit.

= Legendi inter alios Prosper Fagnanus (in C. *Nimis prava* de excess. Prel. a n. 47.), quo Secretario, conditæ fuerunt Decisiones supra laudatæ S. Congñis Urbanæ, ut ipsemet refert (in cit. C. *Nimis prava* n. 46.); Petrus Marcellinus de Luceia (Dissert. unic. de Legatis relict. FF. Minorib.); Pitonius (Discept. Eccl. Part. I. discept. 2.); Matthæuccius (in Official. Cur. Eccl. Cap. 30. a n. 3., & in Schol. Paupert. pluribi, præsertim Tit. 3.); Perusinus (Part. I. a pag. 378.); & Lucius Ferraris (v. *Legatum* a n. 97., & v. *Votum* art. 2. a n. 73.). Tum simul recolenda sunt ea, quæ alibi animadversa sunt (supr. p. 202. col. 2.),

1758. 18. Aug. *Facultas tribuitur, ut Limanæ Provinciæ Hospitium S. Rosæ de Ocopa in Apostolicum Missionariorum Collegium erigatur*,

CLEMENS PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Militantis Ecclesiæ regimini per ineffabilem Divinæ bonitatis abundantiam, nullo licèt meritorum nostrorum suffragio, præsidentes, Religiosorum Virorum Altissimi obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipatorum, uberesque in Ecclesia Dei fructus, adspirante superni favoris auxilio, proferre jugiter satagentium commodis, & felicibus in via mandatorum Domini progressibus libenter consulimus, sicut ad Omnipotentis Dei gloriam, Religionis incrementum, & animarum salutem in Domino expedire arbitramur. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Josephus Torrubia Frater expresse professus, ac in Romana Curia pro Ultramontana Familia Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Commissarius Gen., quod cum charissimus in Christo filius noster Ferdinandus Hispaniarum Rex Catholicus, sua prosequens fervida vota erga conversionem Gentium in immensis, ac dissitis Parnanis Regionibus existentium, sui Regii ærarii expensis ac illas partes frequentes, copiosasque Missiones Professorum Hispanicorum d. Ordinis mittere pergat; ad faciliùs verò assequendum tam pium finem, nuper per suum Chirographum concessit, permisitque, ut Hospitium S. Rosæ de Ocopa nuncupatum d. Ordinis, situm in ipsis finibus terrarum, quas incolunt Infideles illarum partium, erigeretur in Collegium, sive Seminarium Apostolicum, in quo Missionariorum ipsius Ordinis Communitas degat, qui ibidem Indorum idiomata ediscere, ad eis evangelizandum præsto esse, & proximum habere possint locum aptum, commodumque, quò pro tempore secedant ad suas curandas ægritudines, & ab exantlatis laboribus se se recreandos, prout habetur in Regio Chirographo tenoris sequentis; videlicet =

„ REX = Cum inter nonnullas, variasque expositaa prætensiones a F. Josepho de S. Antonio Ordinis Minorum S. Francisci, & Commissario Missionis Cerri de la Sal, Jauxa, Guanuco, & Caxamarquilla ejus Ordini commendatæ, supplicasset quoque, ut in Collegium Missionariorum Apostolicorum de Propaganda Fide confirmaretur Hospitium S. Rosæ de Ocopa, ex eo quia dubitari non posset de illius necessitate, & utilitate, cum in eo stet potissimum illius finis assequutio, ad quem destinantur Missionarii, qui ex Europa mittuntur; hi namque statim ac in Collegio sint constituti, facile Indorum sermonem, aliaque scitu necessaria ad hujusmodi Ministerium exercendum ediscere possunt; & quia Collegium non longe distat a locis, in quibus Missiones peraguntur,

ipsi

„ ipsi Missionarii sibi invicem manus adjutrices præbere, ex Collegio necessarios assumere, ad illud impeditos, & infirmos remittere, ac sine mora alios subrogare ita valent, ut nunquam spirituale pabulum Indis sit defecturum, imo quod acquisitum est, conservabitur, ac incessanter procedetur ad detegendos novos Populos, eosque ad Christi Fidem convertendos; neque etiam minor futura foret utilitas inde eruenda, tali namque pacto in Collegio collocatis Missionariis occasio tollitur se ad alia divertendi, quæ si non opposita, saltem incompatibilia sunt cum eorum exercitio, velut Ordinis Officia, sed quæ contra dispositiones alias factas deputari solent. Hac igitur visa supplicatione, congruum duxi ad consultationem mei Indiarum Consilii rem pro informatione, & voto deferre ad Commissarium Gen. Indiarum in d. Ordine, qui exposuit, fundationem Collegii Missionariorum Apostolicorum in Regno Peruano jamdudum consideratam, ordinatamque fuisse, tamquam indispensabiliter necessariam ad Fidei propagationem, in Comitiis Gen. Ordinis, totiesque ordinationem istam confirmatam fuisse a Summo Pontifice Innocentio XI. In primis enim quia in hisce Collegiis in modum Recollectionis vivitur, stricta Observantia, ac fervens viget solitudo, quæ saoe multum conferunt ad inducendum spiritus fervorem in illos, qui tantum Ministerium evangelizandi Gentibus suscipiunt; Hi enim parati esse debent aut ad profundendum pro Christo sanguinem, quod frequenter accidit, aut civiliter eos mori necesse est, ingredientes, & procedentes per asperrima locorum, manducantes non raro cibos, quos avia profert tellus, & recumbentes, nox atra ubi eos occupat; quæ quidem onera sine magno spirituali fervore pro animarum salute supportari nequeunt. Rursus etiam quis si erigi contingat Collegium cum sui Guardiani, Discretorum, Officinarumque institutione, melius procurari valent victualia, cæteraque Neophytorum Subsidia, Populisque potior præstari adsistentia. Ac demum quia, existente prope Missionem Collegio cum suo Valetudinario, aliisque commoditatibus, consolatione afficiuntur majori Conversores; sciunt quippe, promptum sibi adesse receptaculum in suis ægritudinibus, locumque quietis pro defatigatis in laboribus: at vero, si eis desit refugii locus, & dispersi vagari debeant per loca, in eorum vocatione frigescunt, in proposito tepidi evadunt, tristesque vivunt. Quibus addebatur circumstantiis alis peculiaris pro confirmatione Collegii de Ocopa, quod nimirum ibi sepultus est Ven. ejusdem Fundator F. Franciscus de S. Josepho, a quo etiam originem acceperunt omnes Peruanæ Missiones; illiusque situatio in loco, ex quo dividuntur viæ tendentes ad Missiones ab ipso Collegio administratas, & ad alias, quarum curam gerit Limana Provincia ex Conventu Huarensi. Itaque concludebatur, valde opportunum fore ad tam pium finem assequendum, si Ego dignarer Regium concedere Beneplacitum pro d. Collegii erectione. Quibus omnibus visis in meo Indiarum Consilio, juncta etiam allegatione fiscali, desuperque consultus pro approbatione hujusmodi instantiæ die XVII. Martii Anni MDCCLI., placuit Mihi eidem annuere, concedendo meam Regiam licentiam ad hoc, ut ex tunc in Apostolicum Missionariorum Collegium erigeretur præfatum Hospitium S. Rosæ de Ocopa. Quamquam vero istius modi mea Regis resolutio promulgata, & de ea certior factus fuerit Commissarius Gen. Indiarum, qui suas patentales litteras die XXXI. Maji ejusdem Anni MDCCLI., pro eo, quod ad ipsum spectabat, expedivit, ut apparet ex eisdem patentalibus litteris nuper a memorato F. Josepho de S. Antonio præsentatis; Regium tamen Chirographum desuper tunc expeditum non fuit, quemadmodum pro captæ resolutionis exequutione necesse erat. Re igitur modò, instante d. F. Josepho de S. Antonio, iterum in præfato meo Consilio proposita cum novis allegatione fiscali, Placet Mihi, ut super illa Regium expediatur Chirographum. Propterea jubeo meo Pro-Regi in Peruanis Regionibus, meæ Regiæ Audientiæ in Civitate Limana constitutis, & omnibus Tribunalibus, singulisque ejusdem Regni Ministris, & injungo admodum Reverendo Archiepiscopo Limano, cæterisque Prælatis, Judicibusque Ecclesiasticis illarum partium, ad quos quomodolibet spectabit, quod unusquisque eorum pro sua faciat virili, ut hæc mea Regia voluntas debitum consequatur effectum. Datum apud Bonum Secessum die II. Octobr. MDCCLVII. = EGO REX. = Jussu D. Nostri Regis: Joseph Ignatius de Goyoneche = Tribus rubricis erat rubricatum = Vestra Majestas suum concedit Regium permissum, ut in Collegium Apostolicum Missionariorum erigatur Hospitium S. Rosæ de Ocopa, quod est Ordinis Minorum S. Francisci in Regionibus Peruanis = Concordat cum Regio Chirographo ad hunc effectum mihi exhibito a R. P. F. Josepho de S. Antonio Commissario Missionum in Regno Peruano Ordinis S. Francisci, cui, facta hac copia, illud restitui, de quo fidem facio, Originali me referens. Utque de eo constet, ad ejusdem requisitionem Ego Alphonsus Carralon Domini nostri Regis Scriba, & in ejus Curia, & Provincia residens præsentem facio, signo, ac subscribo Matriti die XV. Julii MDCCLVIII. = In testimonium veritatis Alphonsus Carralon. = Nos infra signati, & subscripti Scribæ Domini nostri Regis in ejus Curia, & Provincia residentes fidem facimus, Alphonsum Carralon, a quo reperitur signata copia præcedens, talem esse Scribam Regium, qualem se facit, atque denominat, fidelem, legalem, totiusque fiduciæ, omnibusque ejus scripturis, & documentis per ipsum publicatis, & quæ publicantur, semper adhibitam fuisse, atque adhiberi fidem, tam in Judicio, quam extra: utque de eo constet, ad ejus requisitionem præsentem facimus, Matriti die xv. Julii MDCCLVIII. = In testimonium veritatis Emmanuel de Obregon, & Orugna. = In testimonium veritatis Petrus Garcia de Ovalle. = In testimonium veritatis Franciscus Fernandez Rosa. =

Cum autem, sicut d. Josephus Commissarius Gen. Nobis subinde exponi fecit, ipse præinsertum Chirographum, quò firmiùs subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret; Nos ipsum Josephum Commissarium Gen. specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, &c. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertum Chirographum ab ipso Ferdinando Rege super facultate erigendi d. Hospitium S. Rosæ in Collegium, sive Seminarium Apostolicum Missionariorum d. Ordinis, ut præfertur, concessum, cum omnibus, & singulis

in eo

in eo contentis, & expressis, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; omnesque, & singulos juris, & facti defectus, siqui desuper intervenerint, supplemus. Decernentes, easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, d. Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVIII. Augusti MDCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Pro D. Card. Passioneo
Joannes Florius Substitutus.

Loco ✠ Sigilli Annuli Piscatoris.

1758. 28. Aug. = A Sac. Congregatione Indicis Decreto hac die edito prohibita fuerunt Opera duo. Quorum unum inscribitur: *Lettere scritte da un Teologo a un Vescovo di Francia sopra l'importante questione, se sia lecito di approvare i Gesuiti per predicare, e confessare.* Alterum verò Josephi Joannis de Martini, hunc titulum præferens: *Il Contadino guidato per la via delle cose faccende al Cielo.*

1758. 2. Sept. *Lectiones*
Secundi Nocturni propriæ in Officio
Beatæ Seraphinæ Sfortiæ
conceduntur.

Decretum Pisauren.

Concesso a S. R. C. die 29. Nov. an. 1755. (a) Officio, & Missa, cum Oratione propria, in honorem B. Seraphinæ Sfortiæ; ad novas modò supplices preces, Sac. Congregationi porrectas a Duce Philippo Sfortia Cesarini Causæ Postulatore, pro approbatione Lectionum propriar. secund. Noct.; Sac. Congregatio, ad relationem Eminentissimi & Rmi D. Card. Columnæ de Sciarra Ponentis, audito etiam scripto, & voce R. P. D. Benedicto Veterani Fidei Promotore, suprascriptas Lectiones, accuratè revisas, benignè adprobavit; ac insuper concessit, ut singulis annis in memoriam ejusd. Beatæ ab iis, quibus ex Indulto Apostolico concessum est ipsius Beatæ Officium de Communi, eædem Lectiones recitari possint, & valeant, si SS. D. N. visum fuerit. Die 26. Augusti 1758.

Factaque deinde per me infrascriptum Secretarium SS. D. N. Clementi PP. XIII. relatione, Sanctitas Sua benignè annuit. Die 2. Septembris 1758.

D. F. Card. Tamburinus Præf.

Loco ✠ Sigilli.

M. Marefuscus S. R. C. Secr.

= (a) Vid. supr. p. 289. A. post med.

= 1758. 6. Sept. = Hac die Summus Pontifex Cle-
= mens per Secretariam Status Literas dedit ad Emi-
= nentissimum & Reverendissimum Jacobum Oddi
= Viterbiensem Episcopum circa Puellas, dum Re-
= gulari Habitu induuntur. Cujus Epistolæ, simul-
= que Edicti hac super re, jubente Benedicto XIV.,
= promulgati, satis fuerit hic summam referre ver-
= bis P. Ubaldi Giraldi (Jur. Pont. noviss. Par. I.
= sect. 639., To. 2. p. 515. sub init.).
= *Nota* (inquit is), *plurimis in locis morem inva-*
= *luisse, ut Puella, Monasticum habitum susceptura,*
= *secularibus vestibus in publica Ecclesia exuta, illum*
= *ibidem a Superiore, ad id potestatem habente, re-*
= *ciperet. Verùm, ut tum ejusdem Puellæ, quam ad-*
= *stantium pudori magis consuleretur; Benedictus XIV.*
= *districtè prohibuit, ne ampliùs in publica Ecclesia*
= *dictis vestibus exueretur; sed intra septa Monasterii,*
= *in crate nempe exteriori Ecclesiæ; ut ex Edicto Emi-*
= *nentissimi Urbis Vicarii, ejusdem Pontificis jussu pu-*
= *blicato sub die 23. Octobris 1753., uti videre est*
= *in Secretaria Tribunalis laudati Vicarii. Hæc ea-*
= *dem prohibitio* (subdit idem) *est hodie in viridi*
= *observantia nedum Romæ, sed etiam in quamplurì-*
= *bus Diœcesibus, & inter cæteras in Viterbiensi ex man-*
= *dato Clementis XIII. feliciter regnantis; ut in Epi-*
= *stola sub die 6. Septembr. 1758 ad illius Eminen-*
= *tissimum Episcopum per organum Secretariæ Status*
= *transmissa; cum expressa declaratione, ut idem*
= *omninò servetur in Monasteriis omnium Monialium,*
= *etiam Regularibus subjectarum*. Hæc Ubaldus Gi-
= raldi.
= Addimus nos, Prohibitionem eamdem ubicumque
= servandam esse; ac, si alicubi non servetur, eum
= esse abusum e medio prorsus tollendum. Nam ra-
= tio, cur Benedictus XIV. publicam illam secularium
= vestium depositionem Edicto severè prohibendam
= jussit, ea nimirum fuit, quemadmodum supra
= Giraldius narrat (nam nos Edictum illud non vi-
= dimus), ut nempe „ *tum Puellæ, quàm adstan-*
= *tium pudori magis consuleretur* „.
= Ratio eadem distinctiùs explicabatur in Pontifi-
= cia Clementis Epistola supradicta ad Eminentis-
= simum Viterbiensem Episcopum; ut intelligitur
= ex Episcopi ipsius Edicto, die 8. Septembris da-
= to. „ *Essendosi riconosciuto* (sic in eo Edicto legitur)
= *dalla Santità di N. S. Clemente XIII. felicemente*
= *regnante* L' INCONVENIENTE, *che deriva dal costume di*
= *vestire pubblicamente nelle respettive Chiese quelle Zi-*
= *telle, che prendono l' Abito Religioso in qualunque*
= *dei Monisterj delle nostre Città, e Diocesi, il qual*
= *costume* CERTAMENTE NON PUÒ ESSER SENZA INDECENZA,
= E SENZA PERICOLO DI COMUNE DISSIPAZIONE DI SPIRITO
= NELLO STESSO SANTUARIO DEL SIGNORE! *Quindi con*
= *Lettera di Segreteria di Stato, in data li 6. del*
= *corrente Settembre a noi diretta, ci ha ordinato di*
= *provvedere al bisogno* „ &c.

= Ergo

= Ergo cum causa illa pudoris tum Puellæ, tum adstantium, atque amovendi e Domo Dei indecentiam, & absurditatem quamlibet, ipsiusque periculum; cum ea, inquam, ratio locum habeat ubique terrarum, consequenter ubique terrarum locum habet Prohibitio eadem. Et siquidem Prohibitio non est Lex disponens, & inducens obligationem novam; sed est declarativa rationis ipsius naturalis, seu Divini Juris naturalis, atque etiam Divini Juris positivi; cum ad utrumque Jus Divinum supra dicta caussa Prohibitionis pertineat. Est autem extra omnem controversiæ aleam, quod Lex humana, rationis naturalis declarativa, extenditur tantum, quantum extenditur ratio ipsa; sicuti Suaresius monet (de Legib. Lib. 6. c. 3. n. 3. sub init.). Similiterque de humana Lege, declarativa Divini Juris positivi, vel alterius humanæ Legis, dicendum respectivè est. Vid. ad d. 13. Febr. 1761. Decisionem Rotalem n. 3.

= 1758. 24. Nov. = Decreto hac die lato P. Minister Gen. in statum, & locum pristinum restituit Provinciam Bosnæ Argentinæ. Illud habes insertum Apostolicis Literis infr. ad d. 15. Dec. Mox autem confirmavit idem Reverendissimus Pater ipsius Provinciæ Privilegia quædam per Decretum alterum, quod subnecto.

1758. 1. Dec. *Privilegia quædam Provinciæ Bosniæ Argentinæ confirmantur, conditionibus quibusdam adjectis.*

EXhibitis nobis (*a*) ex parte Fratrum, & Missionariorum restitutæ nuper Provinciæ Bosnæ Argentinæ legitimis documentis, in quibus continentur nonnulla privilegia, eidem Provinciæ, ejusque Ministro pro tempore Provinciali a pluribus Prædecessoribus nostris totius Ordinis Ministris Gen. concessa; quæ videlicet privilegia sunt, ut sequitur = Primum: Quod sex mensibus antequam finiatur triennium regiminis actualis, & pro tempore existentis Ministri Provincialis, suique Diffinitorii, possit per Diffinitorium, & Discretorium ejusdem Provinciæ eligi (*b*) in Commissarium Visitatorem unus propriæ Provinciæ Pater, qui nomine nostro, & juxta generalia Ordinis Statuta Visitationi, & celebrationi futuri Capituli Provincialis diligenter incumbat = Secundum: Quod, deficientibus in illis partibus ob Turcarum tyrannidem tum Philosophiæ, tum Theologiæ Studiis, in quibus adolescentes Fratres commodè valeant instrui, & erudiri; liceat Ministris Provincialibus ob dictorum studiorum causam eosdem mittere ad alias Provincias Cismontanæ Familiæ, in Fidelium partibus constitutas = Tertium denique: Quod, in casu urgentis necessitatis vel Provinciæ, vel Christifidelium Bosnensium, quibus ipsi spiritualiter inserviunt, liceat pariter cum litteris obedientialibus actualis Ministri Provincialis aliquem ex suis Fratribus ad hanc Almam Urbem, vel ad alias Christianitatis partes destinare, prout negotii ratio postulaverit.

Nos propterea piis Prædecessorum nostrorum vestigiis inhærendo, attentis maximè causis, quibus illi ad superiùs enarrata privilegia concedenda, & confirmanda permoti fuerant, nempe locorum immani distantia, periculosa transmissione Epistolarum eorumd. FF. Bosnensium ad Superiores Gen., & vicissim Superiorum Gen. ad illos, ob itineris difficultates, & Turcarum perfidiam, quæ quidem causæ adhuc persistere, & perdurare noscuntur; omnia & singula supradicta privilegia iterum approbamus, & confirmamus, ac virtute præsentis Decreti approbata, & confirmata esse volumus, & declaramus.

Ita tamen, ut electus, modo ut præfertur, Commissarius Visitator quamcitiùs Curiam Generalem nostram tam de electione sua, quam de imminenti, aut subsecuto Provinciali Capitulo, ac de statu Provinciæ diligenter informando certioret. Adolescentes præterea Fratres studiorum causa illi tantùm ad alienas Provincias dirigantur, qui religiosis moribus præditi, spem exhibeant in scientiis, & litteris proficiendi. Singuli insuper, & non plures, si Clerici fuerint, in singulis Provinciis destinentur; qui, expleto studiorum curriculo, illicò ad propriam Provinciam (*c*) per Ministros respectivè Provinciales remittendi erunt, nisi fortè ad regendas Philosophiæ, ac Theologiæ Cathedras, prævia oppositione intercedente, ac Concursu, idonei reperti fuerint, eaque de causa Superiorum Generalium consensu retineantur. Præcipimus tandem eisdem Bosnæ Argentinæ Provincialibus Ministris, ut in expediendis, ut supra, Adolescentibus ad Christianitatis partes, sedulò invigilent, illorum numerum pro viribus imminuant, atque ita bono Provinciæ propriæ consulant, ut aliarum quoque Provinciarum incommoda præ oculis habeant, & earumdem Provinciarum querelæ (quod retroactis temporibus non semel accidit) prorsus auferantur. = Datum Romæ ex Araceli die 1. Decembris 1758.

Fr. Clemens de Panormo
Minister Gen.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato R̃mi in Christo Patris
Fr. Vincentius Scutari Ex-Diff. Gen.,
& Secr. Gen. Ord.

= (*a*) Hoc Decretum exscripsimus ex *Epitome Vetustatum Provinciæ Bosniensis* P. Philippi ab Occhievia, ejusdem olim Provinciæ Ministri, impressa Venetiis An. 1765. Deest enim in Regestis Observ. Curiæ Cismontanæ, ob eam credo caussam, quod Curiæ eidem non fuerit exhibitum, ut referretur in Acta. Hac certè de causa alia quædam in Regestis non inveniuntur.

= In ead. Epitome post Decreti hujus subscriptiones, sic legitur: „ *Supradicta Privilegia visa, approb., & confir. Mantuæ 1. Junii 1762.* = *F. Paschalis a Varisio Com. Generalis* „. In Actis excusis Gen. Capituli Mantuani de secundo tantùm ex tribus præfatis Privilegiis agitur, in Sessione nimirum die 4. Junii habita. Itaque vel a Capituli Patribus cetera, quæ in suprascripto Decreto continentur, fuerunt oretenus confirmata; vel confirmata fuerunt ab ipsomet Reverendissimo Patre Paschali a Varisio auctoritate Officii sui. Fuerat namque, dum prædicta scriberet, duobus ante diebus, die nimirum 30. Maji, Commissarius Generalis renuntiatus.

(*b*) In Congregatione Gen. Romana 1679. concessum fuerat, ut possent Prælato Generali tres e suis proponere (apud P. Perus. Par. I. p. 192. init.).

(*c*) Vid. etiam supr. p. 119. A. paullò post med.

= 1758. 2. Dec. = Edita hac die fuit Apostolica Constitutio, *Universi Dominici Gregis*, qua Summus Pontifex Clemens, post recensitas præceden-

= dentium Berruyerii Operum proscriptiones (de
= quib. supr. ad An. 1757. 18. Febr., ac 23. Dec.
= vers. fin., §. *Altero*; & hoc An. 1758. 17. Febr.);
= damnat pariter Authoris ejusdem Opus tertium gal-
= licè scriptum, & in Tomos plures distributum,
= titulum præferens: *Histoire du Peuple de Dieu*,
= *Troisieme Partie*, *Ou Paraphrase luterale des Epi-*
= *tres des Apôtres d' apres le Commentaire du P. Har-*
= *douin* &c.; ejusdemque Operis Versionem quam-
= cumque ad expressionem uberiorem (vid. supr.
= ad eit. d. 17. Febr. 1758.).

= 1758. 4. Dec. = Confirmavit hac die Pontifex
= per suas Literas, incipien. *Nuper pro parte*, certa
= capita nonnulla, quæ P. Minister Gen., facultate
= sibi a S. Congregatione Episc. & Regul. tributa,
= servanda statuerat ad perfectam Officiorum alter-
= nationem in Observ. Provincia S. Michaelis Ar-
= chang. in Extremadura. Sed ob rationem, quam
= attigimus alibi (ad d. 8. Aug. 1757.), ab hoc
= item Brevi afferendo abstinemus.

1758. 5. Dec. = Decreto hujus diei a Sac. Indicis
= Congregatione prohibitus fuit Liber inscriptus: *Re-*
= *flexions sur les grands hommes, qui sont morts en*
= *plaisantant*.

1758. 15. Dec. *Vetustissima*
Bosnia Argentina primùm Vicaria, post Provin-
cia, demum Custodia in Provinciæ statum,
& honores pristinos plenissimè restituitur.

CLEMENS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Pastoralis Officii Nostri divinitus commissi solli-
citudo Nos admonet, ut paternam Religioso-
rum Virorum, qui se se sub suavi arctioris
vitæ jugo devoverunt, curam gerentes, ea, quæ
tollendis animorum dissidiis, stabiliendaque inter eos
fraterna concordia provide constituta esse noscuntur,
quò firma semper, atque inviolata persistant, Apo-
stolici muniminis Nostri præsidio roboremus. Ex-
poni siquidem Nobis nuper fecit dilectus Filius Phi-
lippus de Ochievia Frater expresse professus, ac
Ex-Minister Provincialis, necnon Procurator specialis
deputatus Fratrum, ac Missionariorum Bosnæ Ordi-
nis Minor. S. Francisci de Observantia nuncupator.,
quod cum ipse a dilecto Filio Clemente a Panormo
Ministro Gen. ejusdem Ord. Decretum obtinuerit su-
per restitutione Custodiæ S. Crucis Bosnæ Argentinæ
in Provinciam tenoris sequentis; videlicet:

„ Decretum.

„ Post diutinas, sæpiusque repetitas tum apud
„ Generales Ordinis Superiores, etiam in Generalibus
„ Vallisoletano Anni MDCCXL., ac Murciano Anni
„ MDCCLVI. Capitulis, tum apud Sanctam Sedem
„ instantias ex parte Patrum, Fratrum, ac Missio-
„ nariorum Observantium Bosnæ Argentinæ pro di-
„ visione Conventuum, Residentiarum, ac Parœ-
„ ciarum, in ipsa Bosna Argentina sub Othomani-
„ co Dominio existentium, ab aliis Conventibus,
„ Residentiis, & Parœciis, existentibus in partibus
„ Fidelium Sclavoniæ, Sirmii, & Hungariæ, cum
„ quibus unicam, eamdemque Provinciam adhuc
„ constituebant, *Bosnæ Argentinæ Observantium* nun-
„ cupatam; prodiit tandem Decretum nostrum sub
„ die 5. Junii Anni proximè præteriti MDCCLVII.,
„ in quo, non reluctantibus ipsis Sclavoniæ, Sirmii,
„ & Hungariæ Patribus, ac Fratribus, imò verò as-
„ sentientibus, expetitam tamdiu perfecimus divisio-
„ nem, memoratamque Provinciam Bosnæ Argen-
„ tinæ in duas partes ita distribuimus, ut ex Con-
„ ventibus, Residentiis, ac Parœciis, in partibus
„ Fidelium Sclavoniæ &c. constitutis, utpote in nu-
„ mero copiosioribus, novam erexerimus Provin-
„ ciam, *S. Joannis a Capistrano* imposterum nuncu-
„ pandam; ex aliis autem existentibus, sicuti præ-
„ dictum est, in Bosna sub Dominio Othomanico,
„ ob exiguum trium tantùm Conventuum numerum,
„ simplicem Custodiam instituerimus, appellandam
„ tamen, & pariter nuncupandam *S. Crucis Bosnæ*
„ *Argentinæ*, prout latiùs continetur in eodem no-
„ stro divisionis Decreto: Quod etiam felic. record.
„ Benedictus XIV. in forma specifica approbavit, &
„ confirmavit per Apostolicas Litteras in forma Bre-
„ vis, incipien. *Ad Regularis Disciplinæ observantiam*,
„ sub dat. XV. Junii MDCCLVII.
„ Sed vix hujus Decreti nostri notitia ad ipsos
„ Bosnenses Fratres pervenit, quod frequentissimis
„ per litteras interpellationibus (misso etiam ad hanc
„ Almam Urbem R. P. F. Philippo ab Ochievia an-
„ tiquo totius ante divisionem Provinciæ Ex-Mi-
„ nistro, tamquam Procuratore, & ex parte ipso-
„ rum Delegato) ad Nos provocarunt, instantissi-
„ mè supplicantes, ne antiquissimam Bosnæ Argen-
„ tinæ Provinciam, & ex qua quamplures aliæ per
„ Panoniam, ac Illyricum, uti ex matre filiæ,
„ procreatæ sunt, nunc tandem sub Turcico Impe-
„ rio gementem, ob exiguum Conventuum nume-
„ rum, in nudam, meramque Custodiam redactam,
„ antiquis, quibus antea gaudebat in Ordine, præ-
„ rogativis, honoribus, ac præeminentiis expoliari
„ pateremur. Illud quoque in suis precibus adden-
„ tes, quod etsi apud ipsos tres tantùm formales
„ Conventus existant, habent tamen sex Residen-
„ tias, quæ propter copiosum Fratrum numerum
„ ibidem inhabitantium in Conventus formales eri-
„ gi possent, nisi grave nimis, atque intolerabile
„ Othomano Principi foret tributum impendendum.
„ Possident quoque triginta Parœcias, per univer-
„ sum Bosnæ Regnum, Ducatumque Sancti Sabæ
„ diffusas, ubi ad quinquaginta millia verè Fide-
„ lium, & Orthodoxorum hominum multitudo re-
„ peritur, quibus omnibus ipsi, tamquam soli Ec-
„ clesiastici Viri in iisdem Regno, ac Ducatu exi-
„ stentes, magnis incommodis, gravissimisque vitæ
„ periculis inservientes, numerum constituunt Fra-
„ trum centum circiter, & quinquaginta, qui sanè
„ numerus in pluribus Transmarinis Provinciis de-
„ sideratur, quamvis in partibus Fidelium consti-
„ tutis.
„ Nos itaque, iis stantibus, ad memoratum De-
„ cretum nostrum Apostolicis Litteris, ut supra,
„ confirmatum ex una parte attendentes; ex alia
„ verò considerantes rationum momenta per ipsos
„ Fratres Bosnenses producta; postquam diu, mul-
„ tumque deliberando hæsitavimus, dilatatis tandem
„ paternæ Charitatis visceribus, ad pedes Sanctissimi
„ in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Cle-
„ mentis Papæ XIII. per supplicem libellum a No-
„ bis, nostroque nomine porrectum eorum postula-
„ tiones humiliter demisimus. Sanctitas verò Sua
„ speciali Apostolico Rescripto de die 21. Octobris

„ 1758. Nobis instantiam remittere dignata est in hunc modum = *Sanctitas Sua benigne remisit instantiam, de qua in precibus, eidem Ministro Generali Oratori, cum omnibus facultatibus necessariis, & opportunis, ut, attentis expositis, pro suo arbitrio, & prudentia Custodiam, S. Crucis Bosnæ Argentinæ nuncupatam, in Provinciam erigat, Constitutionibus Ordinis, Litteris in forma Brevis Benedicti XIV. sub Dat. 15. Junii 1757., aliisque quibuscumque in contrarium non obstantibus.* = *C. Card. Rezzonico*.

„ Hinc est, quod honestis Fratrum nostrorum desideriis, quantum in Domino possumus, annuere volentes; respicientes etiam ad solatium Missionariorum, aliorumque Fratrum Bosnensium sub gravi tyrannicæ servitutis jugo Catholicæ Ecclesiæ jugiter inservientium; utque favoribus nostris excitati, ad laborandum in Vinea Domini Sabaoth magis magisque accendantur; Nos, Apostolica, quam præmisimus, Auctoritate fulti, institutam nuper per Decretum nostrum Anni præteriti 1757. Sanctæ Crucis Bosnæ Argentinæ Observantium Custodiam in Provinciam restituimus, erigimus, & deputamus, ac in Provinciam restitutam, erectam, & deputatam, præsentium nostrarum virtute, decernimus, & declaramus; cum omnibus privilegiis, honoribus, & præeminentiis, quibus ante divisionem, & in Custodiæ restrictionem, de jure, aut consuetudine, aut quomodocumque alias uti, frui, & gaudere solebat, ac si in hac parte illud Anni 1757. Decretum nostrum nunquam editum, emanatum, ac promulgatum fuisset; firmis tamen, & in suo robore permanentibus aliis omnibus quæ in eodem Decreto, quoad Conventus, Residentias, Parœcias, per partes Sclavoniæ, Sirmii, & Hungariæ diffusas, in novam Provinciam S. Joannis a Capistrano nuncupandam decrevimus, constituimus, ac declaravimus.

„ Et ne ex hac nostra dispositione dissensio aliqua ullatenus oriatur tum Bosnenses inter, ac Fratres Provinciæ S. Joannis a Capistrano super præcedentiæ competentia, tum inter Fratres ipsos Bosnenses occasione primæ electionis apud eos faciendæ Ministri Provincialis, Custodis, & quatuor Diffinitorum; volumus, ac pari Auctoritate decernimus, quod sicuti restitutæ nunc Provinciæ Bosnæ Argentinæ ille honoris, ac præeminentiæ locus convenit, quem ante præfatam divisionem possidebat; ad quem effectum antiquum Sigillum cum veteri Epigraphe, nempe, *Sigillum Provinciæ Argentinæ Bosnæ*, Ministro Provinciali Bosnensi ex nunc restituimus, concedimus, & attribuimus; sic Provincia S. Joannis, veluti filia, huic, tamquam matri, locum & præcedentiam cedere debeat. Item Generalibus Ordinis Constitutionibus inhærentes, & electionem Ministri Provincialis, ac Diffinitorii Provinciæ modò, ut præfertur, Bosnæ Argentinæ ad Nos pro hac prima vice reservantes, eligimus in Provincialem Ministrum R. P. F. Marcum Dobretich actualem Custodem: In Custodem P. F. Bonaventuram Benich Ex-Diffinitorem: In Diffinitores PP. FF. Franciscum Bogdanovich, Thomam a Foinicza, Marianum Alinich, & Joannem Ivich, a quibus eadem Provincia regi, & gubernari debeat a die præsentium publicationis ibidem factæ, donec, expleto triennio, ad aliam electionem juxta easdem Ordinis Constitutiones deveniendum erit.

„ Præcipimus tandem omnibus Patribus, ac Fratribus, cæterisque curæ nostræ subjectis, illis præsertim utriusque Provinciæ tam Bosnæ Argentinæ, quàm S. Joannis a Capistrano, ut per Sanctam Obedientiam, & sub pœnis contra inobedientes latis, his nostris Decreti, dispositionis, ac institutionis litteris in omnibus, & per omnia obtemperent, & pareant; quibuscumque in contrarium non obstantibus. = Datum Romæ ex Aracœli die 24. Novembris Anni 1758.

„ Fr. Clemens de Panormo Minister Generalis, &
„ Commissarius Apostolicus &c.

„ Loco ✠ Sigilli.

„ *De Mandato Rmi in Christo Patris*
„ Fr. Vincentius Scutari ex-Diff. Gen., &
„ Secr. Gen. Ord.

Ipse verò Philippus, quò præinsertum Decretum firmiùs subsistat, & servetur exactiùs, Apostolicæ confirmationis Nostræ præsidio communiri plurimùm desideret: Nos igitur ipsum Philippum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibus excommunicationis, suspensionis *&c.*, supplicationibus ejus nomine *&c.* inclinati, præinsertum ejusdem Clementis Ministri Gen. Decretum cum omnibus, & singulis in eo contentis, & expressis Auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos juris, & facti defectus, siqui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, & sanamus. Decernentes, easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Fratribus præfatis plenissimè suffragari, & ab illis, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam *&c.* Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum *&c.* Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Provinciæ, & Ordinis præfatorum, etiam *&c.*, Statutis, & consuetudinibus, Privilegiis *&c.* Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores *&c.*, derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium *&c.*

Datum Romæ apud S. Mariam Maj. sub Annulo Piscatoris die xv. Decembris MDCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Loco ✠ Sigilli.

Pro D. Card. Passioneo
Joannes Florius Substit.

= Breve S. M. Benedicti XIV., de quo supra mentio fit, habes ad d. 15. Junii 1757.

1758. 20. Dec. *Indulgentia Plenaria die 4. Februarii in Ecclesiis Monasteriorum Ordinis Annunciationis conceditur.*

CLEMENS PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

CŒlestium Munerum Thesauros, quorum dispensationem humilitati nostræ credidit Divina digna-

gnatio, libenter erogamus, sicut ad fovendam, incitendamque Fidelium erga Sanctos in Cœlis cum Christo regnantes devotionem salubriter in Domino expedire arbitramur. Itaque de Omnipotentis Dei Misericordia, ac BB. Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus verè pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Monasteriorum Monialium Ordinis Annunciationis B. M. V. Immaculatæ, decem Virtutum nuncupat., ubique existentibus, die 4. Mensis Februarii, a primis Vesperis ..... (*ut supr. ad d. 15. Mart. ejusd. Anni* 1758.), Plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Datum Romæ apud S. Mariam Maj. sub Annulo Piscatoris die XX. Decembris MDCCLVIII. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Pro D. Card. Passioneo
Joannes Florius Substitutus.

Loco ✠ Sigilli.

= Indulgentia ista concessa fuit in die festo B.Jo-
= annæ Valesiæ, supradicti Ordinis Institutricis: que-
= madmodum Indulgentia illa, de qua supra ad d. 15.
= Mart., concessa fuit in die festo B. Ludovicæ. Sed
= tamen in utrisque Apostolicis Litteris Beatarum
= nomen tacetur. Quandoquidem supplices Libelli,
= qui porriguntur pro Concessionibus Indulgentiarum
= in Beatorum, vel Sanctorum Festivitatibus, quo-
= rum nomina in Martyrologio Romano non sunt
= descripta; ii, juxta Decreta, vel solent rejici; vel,
= si peculiares circumstantiæ Concessionem suadeant,
= expediri solent cum Rescripto „ *Pro gratia, citra*
= *tamen expressionem Beati, vel Sancti in Litteris Apo-*
= *stolicis* „. Nisi verò celebrentur Solemnia Beatifi-
= cationis alicujus Servi Dei in Beatorum album du-
= dum relati: vel agatur in supplici Libello de San-
= cto, eoque tali, ut licèt in Martyrol.Rom. non sit de-
= scriptus, tamen pro ejus Festo jam aliàs ex Apostoli-
= cæ Sedis Indulto impetratæ fuerint Concessiones hu-
= jusmodi; ut puta de S. Rocho. Consuli possunt
= P. Theodorus a Sp. S. (De Indulg. Par. 2. c. 1.
= art. 1. §. 4., To. 2. p. 18. & sequentib.), & P.
= Amort (Hist. Indulg., in Supplem. qu. 63., ubi
= citat Decreta, sub init. ejusd. Supplem. legenda).

= Porro aliæ duæ Indulgentiæ Plenariæ, cum iisdem
= consuetis clausulis, concessæ fuerunt Christifideli-
= bus in Ecclesiis Sanctimonialium earumdem a de-
= cessore Pontifice Benedicto XIV. Altera nempe in
= die festo Annuntiationis B. M. V. per Breve, *Ad*
= *augendam*, 22. April. 1743. Altera, supplicante Emi-
= nentissimo Friderico Hieronymo Cardinali Rupe-
= fucaldo, in die 11. Mensis Julii per Breve alte-
= rum, *Ad augendam*, 18. Mart. 1748.

1758. 21. Dec. *Patribus*
Commissariis Gen. Nationis Germanobelgicæ facultas relinquitur suæ Potestatis functiones exercendi in Locis quoque Austriacæ Ditioni subjectis, etiamsi ipsi alienigenæ sint.

FR. LAMBERTUS COLETTE

Sacræ Theologiæ Lector Jubilatus, Almæ Provinciæ Flandriæ FF. Min. Recollectorum Pater perpetuus, necnon super Provincias Germano-Belgicas Commissarius Gen., ac Servus.

NOverint omnes, & singuli Jurisdictioni nostræ subjecti, quod per Consilium Privatum Bruxellense fuerim, quia non Regnicula, præpeditus a mea Præsidentia in nupero Capitulo nostro Provinciali, celebrato in Conventu nostro Nivellensi, in Brabantia sito, 27. Augusti 1758.: cui inhibitioni ad amussim parui, nulli Congregationi Capitulari assistendo, sed ut privatus toto tempore Capitulari vivendo; ut ex singulorum Vocalium, nec uno excepto, Testimonialibus propria manu subscriptis, & Provinciæ Sigillo munitis abunde constat. Præfatum autem Capitulum fuit legitimè, & pacificè celebratum sub Præsidentia R. A. P. Fr. Andreæ Lacourt, pro tempore Commissarii Visitatoris Gen., Almæ Provinciæ Comitatus Flandriæ S. Joseph Definitoris actualis, approbante eodem Consilio Privato Bruxellensi. Verùm venit auxilium ex Alto per Decretum a Regia sua Celsitudine Duce CAROLO A LOTHARINGIA, cujus memoria in benedictione sit, Bruxellis emanatum, tenoris sequentis =

SON ALTESSE ROYALE, ayant eu rapport de cette Requête (*a*), & prenant en considération les raisons y énoncées, a permis, & permet, de l'avis du Conseil Privé de l'Impératrice, aux Commissaires Généraux de l'Ordre des suppliants d'exercer leurs fonctions dans les Terres de la Domination de Sa Majesté, soit que les dits Commissaires Generaux soient régnicoles, ou nés étrangers; à condition, qu'ils fassent au préalable conster de leur Commission au Gouvernement, en l'informant du tems, & des lieux, ou ils voudront l'exercer: à quoi ils auront à se conformer. Bruxelles le 21. Décembre 1758. Paraphe *Ne Vt.* Etoit signé, CHARLES DE LORRAINE. Plus bas étoit écrit: Par ordonnance de Son Altesse Royale FF. Mysson: & étoit cacheté aux Armes de Sa Majesté Impératrice Reine en hostie rouge. =

Publicentur, & in Archivo asserventur.

Loco ✠ Sigilli.

Fr. Lambertus Colette, qui supra.

= (*a*) Supplicis nempe Libelli a nostratibus Reli-
= giosis Belgis, Augustæ Imperatricis Reginæ Subdi-
= tis, oblati. Origo autem inhibitionis supra memo-
= ratæ extra nostrum Ordinem fuerat, quam hic
= narrare supervacaneum est.

= 1758.21.Dec. = P. Ministri Gen. Literas, hac die
= subscriptas, de Congregatione Gen. Anno sequenti
= celebranda, habes infr.ad d. 8. Jan. 1759., Literis
= P. Commissarii Generalis insertas.

1759. *Constitutiones, in omnibus Sacri Recessus Cœnobiis Ordinis Minorum servandæ, ab Reverendissimo P. Clemente Panormitano Ministro Gen., Visitatore, ac Reformatore Apostolico præscribuntur.*

F. CLEMENTE DA PALERMO

Lettor Giubbilato, della Cattolica Maestà nel Real Congresso di Madrid per l' Immacolata Concezione Teologo, e di tutto l'Ordine del N. P. S. Francesco Ministro Gen., Visit., e Riform. Apostolico, e Servo.

Alli molto diletti nel Signore Padri, e Frati, Superiori, e Sudditi de'nostri Conventi di Ritiro di tutto il suddetto nostro Ordine.

QUell'adorabile providenza, non meno soave, che forte, per cui il Signore assiste al Serafico nostro Istituto, eccitando di tempo in tempo il zelo de'Superiori a promoverne ne'Sudditi quel primiero antico fervore, che con la più esatta osservanza della professata Regola abbiali a rendere veri esemplari, ed imitatori fedeli del nostro Gran Patriarca S. Francesco, si scorge maravigliosamente propizia in avere disposto, che in tutte le Provincie dell' Ordine ergere si dovessero Conventi di Ritiro, ne' quali i più fervidi Zelatori della regolare Osservanza, e della maggior perfezione di spirito, attendessero ad osservare, non solo con tutta esattezza i precetti, ma ancora li consegli contenuti nella predetta Regola. Il vantaggio singolarissimo quindi provenuto, e che proviene tuttavia a di nostri, è così evidente nel riuscirne quel fine altissimo, per cui a tenore delle Pontificie Ordinazioni fu decretata, ed eseguita l'erezione de'suddetti Conventi; sicchè in breve tempo si sono dovuti ammirare gran Servi di Dio, che, datisi di proposito alla pratica di tutte le più eroiche Virtù, meritarono d'essere illustrati con doni soprannaturali, con aver lasciata di se non volgare fama di Santità, autenticata con più stupendi Miracoli.

Fra gli altri molti, chiarissima è la memoria del Venerabile Padre Frà Tommaso da Cora (a), Sacerdote professo, mentre visse, della Romana nostra Osservante Provincia, la Causa della di cui Beatificazione, e Canonizzazione già da alcuni anni fu introdotta nella Sagra Congregazione de' Riti. Egli fu, se non il primo, a cui commettessero i Superiori l'erezione del Ritiro nel Convento di San Francesco presso la Terra di Civitella nell' Abbazia di Subiaco, almeno fra tutti il più fervido, e quella colonna più forte, e più stabile, che l' incominciato spirituale edificio resse a maraviglia, e lo perfezionò con tal efficacia di zelo, che con tutta giustizia dee dirsi, averlo esso il modello, e la forma più perfetta d'ogni altro Ritiro, dovendosegli intanto il merito d'averne di poi eretto da se solo, in tutto conforme, quello del Convento di S. Francesco presso la Terra di Palombara, e successivamente, che nella stessa Romana Osservante Provincia il terzo si ergesse nel Convento di S. Maria della Salute presso la Terra di Valentano, e più altri in diverse nostre Provincie da suoi Allievi, e fra tutti dal Venerabil Padre Fra Teofilo di Corte, il quale ne fondò uno nel Convento di Zuani, Provincia della Corsica, ed un altro nel Convento detto della Vergine presso la Terra di Fucecchio, Provincia della Toscana, dove seguì la preziosa di lui morte con fama di gran Santità, di cui per tanto ai è parimente introdotta nella Sagra Congregazione de'Riti la Causa di Beatificazione, e Canonizzazione.

Per tutto ciò, che ridonda in molta gloria dall' Altissimo, e che alla Serafica nostra Religione accresce lustro, e splendore, desiderando Noi vivamente di cooperare alla manutenzione da' suddetti Ritiri in tutto l' Ordine di già eretti, e da erigersi, e di promoverne sempre maggiormente quel tenore di vita più perfetta, che da principio venne in essi prescritto, abbiamo giudicato di doverne in tutti ordinare una totale uniformità d'osservanza delle medesime Regole, e Costituzioni; talchè non sia lècito ad alcuno di alterarle in minima parte con accrescimento, o diminuzione.

E perchè l'esperienza ci ha fatti sicuri del vantaggiosissimo frutto, che ne risulta dalla pratica introdotta, ed inalterabilmente continuata di quelle, che si osservano ne'Ritiri della predetta Romana Osservante Provincia (b), abbiamo perciò ordinato, che le medesime ridotte a metodo più espresso, e con qualche moderazione più facili ad osservarsi, date fossero alle stampe, per così renderle comuni a tutti li Conventi di Ritiro di ciascuna delle altre Provincie di tutto l'Ordine.

Queste dunque vogliamo che sieno le Regole, e Costituzioni da osservarsi da'Superiori, e da'Sudditi de' suddetti nostri Conventi di Ritiro, proibendo espressamente a' medesimi il ritenere, o l'introdurre altra forma di vivere, e togliendo loro l' arbitrio di rendere impraticabile quella, che con le suddette Regole, e Costituzioni da Noi si prescriva, con l'aggiunta di cose maggiori, e di maggiore austerità, quantunque sembrasse loro d'esser mossi a ciò fare da giusto zelo; mentre, contrafacendo, vogliamo, che dalli rispettivi loro Superiori Provinciali sieno puniti, come autori di novità, e divisioni. Ed acciocchè allegar non si possa ignoranza di questa nostra disposizione, e volontà, comandiamo a'Superiori locali de'Ritiri medesimi, che in piena Comunità facciano leggere le predette Regole, e Costituzioni, almeno quattro volte l'anno, cioè nella prima Domenica di Quaresima, nella Domenica in Albis, nella prima Domenica dopo la Pentecoste, e nella prima Domenica dell'Avvento, nella forma, che siegue =

Fr. Clemente di Palermo Ministro Gener.

Loco ✠ Sigilli.

Per comando di S. P. Rma
Fr. Vincenzo Scutari Ex-Diff.Gen., e Segr.Gen.dell'Ord.

CAP.

(a) *Beatorum numero jam adscripti ab Optimo, Maximoque Pontifice* PIO VI.
(b) *Editæ fuerunt* 11. *Januar.* 1706. *Eas habes apud P. Perusin. Par. I. p.* 498. *in fin. & sequentib.*

CAP. I.

Della pura Osservanza della Regola.

I. QUantunque la Regola de' Frati Minori osservare si possa con maggiore, e minore strettezza, talchè trasgressore della medesima dir non si debba chi non l' osserva nel più stretto modo, purchè sostanzialmente osservi quanto si prescrive ne' suoi precetti, e fedelmente eseguisca ciò, che comanda, senz' ammettervi abusi, o servirsi de' privilegj, che la rilassano: nulla di meno per essere stati eretti li Conventi di Ritiro, detti ancora di Recolizione, giusta la formola espressa nella Costituzione di Papa Innocenzo XI. *Sollicitudo Pastoralis* sotto li 20. di Novembre 1679., acciocchè in essi possano i Religiosi osservarla in grado di più eminente perfezione, vogliamo, che da tutti coloro, che si eleggeranno di vivere in detti Conventi, si pratichi universalmente la forma medesima d' una più esatta, e più stretta osservanza, di maniera che abbiano tutta la premura non solo di guardarsi dal trasgredire veruno de' precetti della Regola, ma eziandio di seriamente approfittarsi delle ammonizioni, e consigli del Serafico P. N. S. Francesco in quella espressi, e quindi avanzarsi a sempre maggior perfezione di Regolar disciplina.

II. Si proibisce per tanto a tutt' i Religiosi de' suddetti Conventi il nominarsi, o farsi nominare in verun modo, e forma, nè in voce, nè in iscritto, col titolo, o nome di Ritirato, del Ritiro, o d'altro qualunque nome diverso da quello, che a ciascuno rispettivamente conviene, di Minori, o dell' Osservanza, o della Riforma, o de' Scalzi, sotto pena a' trasgressori d' essere rigorosamente puniti, come autori, ed amatori di scissure, e di divisione nell' Ordine; non essendo mai stata intenzione de' Superiori, sì Generali, che Provinciali, nell'erezione di tali Conventi di dar materia a nuove Riforme; ma bensì comodo ai Religiosi di attendere più di proposito, e con maggior merito ad avanzarsi nella perfezione dello spirito colla più esatta osservanza della professata Regola, e insieme delle predette ammonizioni, e consegli del Serafico nostro S. Padre.

III. Sembrando poi ad alcuno de' Religiosi, dimoranti di Famiglia ne' predetti Conventi, troppo ardua, e malagevole la detta più esatta osservanza, potrà ricorrere al suo Padre Provinciale, acciò sia collocato in altro Convento di osservanza più mite; o se, trascurando di fare tale ricorso, si diportasse di maniera, che giungesse a disturbare, ed inquietare gli altri, dovrà il Superiore locale caritativamente una, o due volte ammonirlo; e, non emendandosi, potrà il medesimo Superiore locale, di consenso di due de' più provetti Discreti del Convento, darne avviso al suo Padre Provinciale, e questi sia tenuto a rimuoverlo da quel Convento, e provederlo di altra collocazione.

IV. L'elezione de' Superiori locali, o sia de' Guardiani de' predetti Conventi dovrà farsi dalli Provinciali, e Diffinitori nelle rispettive Provincie in occorrenza de' Capitoli, e Congregazioni; e a tal effetto dovranno prescegliersi fra tutti li Religiosi di quelle Famiglie i più provetti d' età, e di osservanza, prudenza, e zelo i più distinti, e valevoli a prevenire, ed infervorare i Sudditi con il di loro esempio, oltre che con autorità nel governarli. Che se in alcuno de' medesimi Conventi non vi fossero Soggetti proveduti di così necessarie condizioni, vogliamo, che li predetti Provinciali ne prescelgano dalli Conventi di Noviziato, o di Recolizione, o pur anche da qualsivoglia Convento, altri, che a tal effetto conosceranno più idonei. Lo stesso riguardo vogliamo che si abbia nell'elezione degli altri Officiali, o sia de' Vicarj, Maestri, e Lettori; e siccome gli eletti a tali Officj dovranno con tutta rassegnazione accettarli, così ancora saranno tenuti ad eseguirli con ogni esattezza.

V. Proibiamo assolutamente ai Superiori locali il rigettare que' Religiosi, che dalli PP. Provinciali saranno mandati per qualche tempo determinato a fare li santi Esercizj spirituali, ancorchè per castigo, e per ridurli con tal efficace mezzo a correggersi, ed emendarsi de' loro difetti; e vogliamo, che sieno benignamente ricevuti, accolti, ed assistiti con tutta la possibile carità, talchè animati dall' esempio degli altri si riducano a migliorare, o emendare i loro costumi. Che se taluno di essi, non profittando in detto tempo, inquieto si rendesse, e cagionasse disturbo nella Famiglia, non per tanto sia in arbitrio del Superiore locale il licenziarlo, ma debba esso Superiore congregare li Padri Discreti, e consultare con essi intorno alla rimozione di quello, e, qualora ne risulti una giusta causa di farlo rimuovere, la notifichi in foglio sottoscritto da' medesimi Padri Discreti al suo P. Provinciale, il quale sia tenuto in tal caso a rimuoverlo. Se poi alcuno de' suddetti nel fare gli Esercizj spirituali darà saggio di vera emendazione, e vorrà perseverare a starsene in quel medesimo Convento, ed osservare quel tenore di più stretta osservanza, sieno tenuti, così il P. Provinciale a collocarvelo di Famiglia, come il Superiore locale a ritenervelo.

VI. In oltre proibiamo assolutamente a' detti PP. Provinciali il collocare di Famiglia ne' predetti Conventi alcun Religioso, che non abbia spirito, e vocazione da obbligarsi a quella più stretta osservanza, volendo, che sia libero ad ognuno l' eleggersi d' abbracciarla; e però anche vogliamo, che sieno tenuti li medesimi PP. Provinciali a condescendere alle richieste di quelli, che inspirati da Dio chiederanno d' esservi collocati per attendere ad avanzarsi a maggior perfezione.

VII. A niuno poi sia lecito, anche sotto pretesto di zelo, e di maggior rigore, dare estorte esposizioni alle parole, e senso della Regola; ma in caso di qualche dubbio si ricorra alle dichiarazioni di Niccolò III. nel Cap. *Exiit de verb. signific. in 6. Decret.*; di Clemente V. nella Clementina *Exivi* allo stesso tit.; alla Costituzione di Urbano VIII. *Sacrosanctum* sotto il primo d' Ottobre 1625.; ed alla sopraccennata d' Innocenzo XI. *Sollicitudo Pastoralis*; nelle quali si contiene la purità della medesima Regola, e si espone secondo il sentimento, ed intenzione del nostro Serafico Santo Padre. Che se alcuno, dopo aver consultate le predette dichiarazioni, rimarrà tuttavia dubbioso, debba ricorrere ad alcun altro Religioso di lui più capace, e si rimetta totalmente al sentimento di quello, per non errare seguendo il proprio parere.

CAP. II.

Dell' Officio Divino.

I. DOvranno tutt' i Religiosi convenire nel Coro a tutte le Ore Canoniche al primo suono del-

della campana, così di giorno, come di notte, quando alcuno non sia legittimamente impedito d' impedimento da essere approvato dal Superiore locale; e in arrivando al Coro, prenda ciascuno l' Acqua santa, baci terra, e si ponga genuflesso al suo luogo, finchè si dia il segno di principiare la recita delle suddette Ore.

II. Chi sarà negligente nell' intervenire al Coro, e vi giungerà principiato l' Officio, resti genuflesso nel mezzo, finchè il Superiore non gli dia segno d' alzarsi; quando poi la tardanza provenga dall' essere stato in Confessionario, o per aver celebrata allora la Santa Messa, o per altra applicazione ordinatagli dal Superiore, non sia tenuto a fermarsi genuflesso, ma, baciata la terra, vada al suo luogo.

III. Nel Coro si osservi rigoroso silenzio, e compostezza di tutta la persona, nè mai vi si contenda di rubriche, e dubbj, che possono accadere; ma stiasi unicamente al parere, e risoluzione del Superiore; ed acciocchè nel recitarsi il Divino Officio non succedano confusioni, che lo interrompano, sieno obbligati gli Accoliti di preventivamente ritrovare, e l' Eddomadario di rivedere quello, che recitare si deve.

IV. Dato che sarà il segno di principiare il Divino Officio, uno degli Accoliti dirà ad alta voce l' Orazione: *Aperi Domine os nostrum &c.*: detta la quale, alzatisi tutti in piedi, si reciti il Divino Officio con pausa, divozione, e voce intelligibile, mediocremente alta, ma non stiracchiata, ed affettata, in modo che il salmeggiare sia tondo con un solo mezzo punto, e questo con pausa nè tanto breve, che non si distingua, nè tanto lunga, che apporti tedio.

V. Il Matutino ordinariamente non duri meno di un'ora, e mezza in circa, e non più di un' ora, e tre quarti. Quando sarà di Domenica, e di Feria, si reciterà a mezza voce con la divozione, e pausa conveniente; e quello della Madonna con le Laudi, che si suole recitare, quando si fa l' Officio di Feria, si reciterà immediatamente prima di quello del Signore; ma li Salmi Penitenziali, li Graduali, e il Notturno de' Morti si diranno dopo Compieta, e in tal caso si tralascerà la Processione da farsi ogni sera d' intorno alla Chiesa, come appresso si noterà, acciò resti tempo per l' Orazione mentale, anche quando siasi recitato l' intiero Officio de' Morti.

VI. Si dirà poi il Matutino indispensabilmente la notte; non però mai prima delle cinque, nè mai dopo le sette ore, secondo le varie stagioni. Dalla Festa pertanto dell' Invenzione della Santa Croce sino all' Assunzione della Beata Vergine, se ne darà il segno alle ore cinque della notte con bussare alle stanze de' Religiosi; dalla detta Assunzione sino alla Festa di S. Luca, alle ore sei; dalla Festa di S. Luca sino al giorno di S. Valentino, alle ore sette; e dal giorno di S. Valentino a quello dell' Invenzione della S. Croce *exclusive*, alle ore sei. Si eccettuano li tre giorni ultimi della Settimana Santa, nelli quali, per conformarsi alla Santa Romana Chiesa, il Matutino si reciterà alle ore ventuna.

VII. Al principio del Matutino dovranno i Fratelli Laici ritrovarsi in Coro, e non ne partiranno per andare in Chiesa, se non dopo recitata la prima Antifona del primo Salmo; e saranno poi tenuti a ritornarvi in tempo della nona Lezione per trattenervisi sino al principio delle Laudi, e nuovamente poi vi ritorneranno al salmo *Laudate Dominum de Cœlis*, sino al fine del Matutino.

VIII. Nelle Solennità di Pasqua, Pentecoste, Natività del Signore, Circoncisione, ed Epifania, come ancora nelle Feste dell' Immacolata Concezione, Natività, Purificazione, ed Annunciazione della Beata Vergine, in quelle de' Santi Apostoli, del Padre nostro S. Francesco, e di tutt' i Santi, o Beati dell' Ordine, l' Oficj de' quali si celebrano almeno sotto il rito di doppio maggiore, e così anche ne' doppj maggiori della Chiesa Universale, si canti al Matutino il *Te Deum laudamus*, e dal Capitolo sino al fine.

IX Tre volte la settimana, cioè il Lunedì, Mercoledì, e Venerdì, si farà da tutti in comune nella Chiesa la disciplina, terminato che sarà il Matutino, eccettuate le Feste di precetto, e li doppj di prima classe; ma nelli tre ultimi giorni della Settimana Santa si farà la mattina ad ora congrua, o sia verso la prima alba del giorno dopo letto il punto della meditazione da farsi per lo spazio di un' ora, compresovi il tempo della disciplina, nel farsi la quale si reciteranno que' Salmi, ed Orazioni, che sono prescritte nel Breviario Romano.

X. Nel recitarsi le Ore Canoniche non sia lecito ad alcuno lo stare appoggiato alle prospere, o sedie del Coro, a riserva de' vecchi, e inabili, e ciò con dispensa, o licenza del Superiore. Al *Te Deum laudamus* però, a tutti gl' Inni, Cantici, e benedizioni sieno tenuti, potendo, ad uscir fuori delle dette prospere, o sedie.

XI. In tempo, che li Religiosi sono applicati al servigio di Dio nel Coro, non sia lecito al Portinaro di chiamare alcuno di essi; ma con religiosa maniera trattenga chi lo domanda, finchè sia terminato l' Officio. In caso poi, che qualche grave Personaggio richiedesse di parlare col Superiore, potrà il detto Portinaro avvisarlo modestamente; o, se fosse richiesto qualche Religioso per andare ad assistere ad alcun infermo, o per altra causa urgente, ne darà avviso direttamente al medesimo Superiore, acciò disponga, e provveda, giusta che prudentemente gli sembrerà convenirsi.

XII. Tutti li Sacerdoti di qualunque grado, compresi ancora li Lettori di Regola, di Mistica, e di Morale, sieno tenuti a fare l' Eddomada, prima il Superiore, o sia il P. Guardiano, di poi il P. Vicario, e successivamente tutti gli altri secondo l'anzianità di Religione.

XIII. Quanto alle Ore Canoniche del giorno, quelle di Prima, e Terza in tempo d' inverno non si dicano avanti l' Aurora, e nell' estate si osservi quanto sia possibile questa regola, che dal terminarsi il Matutino a dare il segno di Prima, e Terza, che successivamente devono dirsi, col bussare alle stanze de' Religiosi, vi framezzino almeno due ore di tempo. Per le suddette, e per tutte le altre Ore del Divino Officio in qualsivoglia Stagione se ne dia il segno con la Campana secondo la distribuzione, che quì in fine si dà in Tabella, che dovrà ricopiarsi, ed affiggersi nel Dormitorio in luogo, che possa esser veduta comodamente da tutti, e non sia lecito ad alcuno d' alterarla.

XIV. Nella Quaresima, dopo che saranno dette le Ore di Prima, e di Terza in voce alta, si dirà immediatamente ancor quella di Sesta in voce bassa. L' Ora di Nona si dirà con la Messa Conventuale in voce alta, e successivamente il Vespro avan-

avanti il pranzo. Negli altri tempi Sesta, e Nona si diranno alle ore descritte nella suddetta Tabella, in modo che non durino meno di mezz'ora, e così anche il Vespro. Terminata l'Orazione mentale dopo le ore di Prima, e Terza, e così dopo il Vespro, si diranno li *Pater noster* a braccia aperte, soliti a dirsi per acquistare le Indulgenze della Stazione, e successivamente il Responsorio di S. Antonio, *Si quæris miracula*, col *De profundis*, indi dal Superiore ai darà la benedizione chiedendoghela tutti con dire *Benedicite*.

XV. Nelli giorni festivi, dovendosi cantare la Messa, si canti dopo recitate le Ore di Prima, e Terza; e quando si abbia a cantare la Messa de' Morti, si canti dopo le Ore di Sesta, e Nona, con recitarsi però quella di Nona in voce bassa; e perciò si anticipi in tal caso l'ora con qualche proporzione di tempo, per non interrompere le azioni, che successivamente restano a farsi alle ore prescritte, il che potrebbe cagionare disordine da non doversi permettere in conto alcuno.

XVI. Nelle Feste di prima classe si canterà sempre tutto il Vespro, con gli Ministri apparati, ed in quelle di seconda classe si canterà solamente a Capitolo, e ciò quando vi sieno Religiosi sufficienti, e capaci a reggere il canto, il che si rimette alla discrezione, e prudenza delli Superiori locali. Si proibisce però assolutamente il canto fratto, figurato, e contrapuntato, come anche il suono di qualsivoglia musicale stromento.

XVII. Dopo la Compieta si reciti l'Antifona di S. Michele Arcangelo *Princeps gloriosissime* &c. col suo Versetto, ed Orazione, eccettuati li doppj di prima, e di seconda classe. Il Lunedì, Mercoledì, e Venerdì, quando l'Officio sia di rito semidoppio, si aggiungano alla detta Antifona le solite Preci per gli Benefattori, che cominciano col Salmo *Deus misereatur nostri* &c. Successivamente poi si farà ogni volta la Processione d'intorno alla Chiesa recitando a voce alta l'Antifona del nostro Padre S. Francesco *Salve Sancte Pater* &c., ed il Responsorio di S. Antonio; e si diranno col canto, quando siasi cantata la *Salve Regina*, o altra Antifona della Madonna, che si suol dire, o cantare secondo i diversi tempi nel fine della suddetta Compieta.

XVIII. In tutte le Vigilie, e Feste della B. Vergine, e in tutti li Sabbati si cantino processionalmente, in vece della suddetta Antifona, e Responsorio, le Litanie di essa B. Vergine con l'Antifona *Tota pulchra es Maria* &c., suo Versetto, ed Orazione avanti l'Altare della Medesima; e lo stesso si pratichi tutte le Feste di Precetto, dove vi sia la consuetudine, e concorso di Popolo: nel ritorno poi che si farà processionalmente al Coro, s'anderà recitando a voce bassa la Seguenza dello Spirito Santo *Veni, Sancte Spiritus, & emitte cœlitus lucis tuæ radium* &c., dopo la quale si leggerà il punto della Meditazione.

XIX. Nelle suddette Feste di Precetto si faccia il santo Esercizio della *Via Crucis*, a cui dovranno intervenire i Fratelli Chierici, e Laici, in ora, che sia di maggior comodo, e che non impedisca alcun' altra funzione solita a farsi. A tal effetto dovrà il Superiore deputare un Sacerdote idoneo, il quale di Stazione in Stazione vada leggendo divotamente le Meditazioni descritte in libretto determinato per il medesimo santo Esercizio, con recitare di poi le Orazioni in quello notate, prima di far passaggio da una Stazione all'altra.

XX. Volendo il Sacerdote Direttore del suddetto santo Esercizio a qualche Stazione particolare secondo le circostanze delle Feste occorrenti fare alcun discorso, gli sia permesso, ma però ad una sola Stazione, e che il discorso sia brevissimo relativamente al Mistero in quella Stazione rappresentato. Dovrà per altro sempre fare un simil discorso dopo terminato il santo Esercizio, per via più infervorare il Popolo nella divozione verso la Passione, e Morte del Redentore, e ciò ancora con brevità di poche, ma divote, e compungenti parole; e per ultimo reciterà ad alta voce gli Atti di Fede, di Speranza, di Carità, e di Contrizione, di maniera che il Popolo possa alternativamente recitarli ripetendo le sue parole; dopo di che si lasci ognuno in libertà, nè ai arbitri il suddetto Direttore di trattenere più lungamente il detto Popolo con canti, benchè spirituali, acciò non se gli renda tedioso un Esercizio di tanta pietà, e merito, e accettissimo a Dio, qualora sia praticato degnamente, e con viva fede.

XXI. In tutt' i Lunedì, che non saranno festivi di Precetto, e nelli quali non si avranno a cantare le Litanie processionalmente all'Altare della Madonna dopo la Compieta, si reciti il *Libera me Domine* &c., come costumasi in tutti gli altri Conventi, in suffragio delle Anime de' nostri Religiosi defonti.

XXII. Nell'infraottava del *Corpus Domini* si esporrà il Santissimo la sera a Compieta, e si terrà esposto per tutto il tempo, che si farà l'Orazione mentale, standovi sempre genuflesso davanti un Sacerdote con cotta, e stola, fin che sarà data la benedizione, nel darsi la quale si osservino esattamente i Riti, e le Cerimonie con la recita dell'Orazioni dalla Santa Madre Chiesa prescritte.

CAP. III.

Della Celebrazione della Santa Messa.

I. Ciascun Sacerdote legittimamente non impedito celebrerà ogni giorno la Santa Messa, con voce intelligibile, grave, e divota, non molto alta, nè molto bassa, schivando la troppa brevità per non confondere le cerimonie, e la troppa lunghezza per non recar tedio a chi l'ascolta; e non si dia principio a celebrare avanti l'aurora, nè si differisca dopo il mezzo giorno.

II. Sarà cura del Superiore locale il distribuire il tempo da celebrarsi le Messe, con aver riguardo al comodo, ed al servizio così della Chiesa, come del Popolo. La prima Messa si celebrerà da quel Sacerdote, che dovrà entrare in officio d'Eddomadario per la settimana seguente; la Conventuale dall'attuale Eddomadario, e l'ultima dall'Eddomadario della precedente settimana. Resti però in arbitrio del suddetto Superiore il variare quest'ordine, quando vi occorra legittima causa, ed in qualche caso particolare. Ne' giorni festivi si celebri sempre una Messa in tempo, che si recitano le Ore di Sesta, e di Nona; ma ne' giorni feriali sieno celebrate tutte le Messe prima del detto tempo, se altrimente la necessità non richiedesse.

III. Le Messe regolarmente si applichino per gli bisogni di Santa Chiesa, dell'Ordine nostro, e per gli Benefattori vivi, e defonti. Non mai si riceva veruno stipendio per Messe, tanto in danaro, quanto in comestibili, come vino, grano, oglio, e simili altre cose. Volendo poi il Superiore locale in qual-

qualche caso particolare far applicare alcun numero di Messe, sia tenuto renderne prima intesi li Sacerdoti, notificando a ciascuno il fine, e la cagione, per cui l'abbiano a celebrare, acciò corrispondano determinatamente con la di loro applicazione. E se qualchedduno volesse l'applicazione di qualche numero di Messe con esibire la limosina; allora il Superior locale col consenso delli PP. Discreti, a misura della maggiore, o minore necessità del Convento prudentemente giudicata, potrà accettarne l'obbligo, senza però venire a patti per la corrispondente limosina: contentandosi di quello sarà dato a titolo di carità per corrispondenza al Sindico Apostolico.

IV. Oltre l'Officio generalissimo de' Morti per gli Frati, Parenti, e Benefattori defonti, che si suol fare il primo giorno non impedito dopo la Festa di tutt' i Santi del nostr' Ordine, se ne facciano altri tre ne' giorni assegnati dalla Rubrica del nostro Breviario al num. 45. con la stessa Solennità, e nel medesimo modo del primo con l'applicazione di tutte le Messe, a riserva della Conventuale.

V. Ricevendosi lettera d'avviso del Superiore Provinciale, che sia passato all' altra vita alcun Religioso della rispettiva Provincia, ogni Sacerdote dovrà applicare una Messa in suffragio dell' Anima di quello; e, morendo alcuno della Famiglia di qualche Convento di Ritiro, potrà il Superiore della medesima farne applicare più d'una da ciascuno de' Sacerdoti dimoranti in detto Convento per suffragio della di lui anima; e così li Sacerdoti, come li Chierici, e li Fratelli Laici vi applicheranno altri privati Suffragi.

VI. Occorrendo la morte del Padre, o della Madre d'alcuno de' Religiosi di Famiglia ne' Conventi di Ritiro, potrà il Superiore fargli applicare una Messa da ciascun Sacerdote, eccettuatane la Conventuale, che dovrà sempre applicarsi per gli bisogni del Convento, e della Famiglia. Morendo poi un Fratello, o Sorella d'alcuno de' predetti Religiosi, potrà fargliene applicare una, o due. Nel giorno solenne della Commemorazione de' Morti generalmente dovranno applicarsi tutte le Messe in suffragio di tutte le Anime del Purgatorio.

VII. Potrà in oltre il Superiore concedere l'applicazione d'una Messa il Mese a ciascun Religioso della sua Famiglia, con spiegarsi però, e protestarsi, che non intende di concederla ad alcuno, quando si fosse ricevuta, o fosse per riceversi limosina di qualsivoglia specie per la detta Messa. Esclusa similmente ogni limosina, sia pur anche lecito al Superiore di far applicare alcuna Messa a solo titolo di carità, non però col canto, a richiesta di qualche particolare Benefattore.

VIII. Qualora da alcun tale Benefattore venisse richiesto il Superiore di mandare qualche Sacerdote a celebrare la S. Messa ne' convicini Luoghi, o di mandare più Religiosi ad accompagnare alcun Defonto, non ricusi un atto di tanta carità, purchè non si manchi notabilmente per tal motivo, attesa la scarsezza della Famiglia, all' Officiatura, e servigio della propria Chiesa, specialmente ne' giorni Festivi, e ciò s'intenda a tenore delle rispettive Costituzioni delle Famiglie Osservanti, o Riformate &c.; ma non per tanto gli sia lecito chiedere cosa veruna per tali Messe, ed associamento, o per altro servigio prestato, sotto nome di limosina, o sotto qualsivoglia altro titolo; e li Religiosi, che saranno mandati a celebrare, ed ascoltare le Confessioni, o ad accompagnare qualche Defonto, se non potranno subito far ritorno al Convento, non consentino di prender cibo, dove vi fosse comune ricreazione de' Secolari, specialmente in occorrenza, che si facesse qualche pubblica Festa, ma preghino umilmente il Benefattore, che assegni loro altro luogo separato da quelli.

IX. Tutti li Religiosi assisteranno alla Messa Conventuale d'ogni giorno, quando taluno d'essi non fosse legittimamente impedito. Due volte la settimana, cioè la Domenica, ed il Venerdì, non occorrendo altra Festa della Chiesa, o dell' Ordine, tutt' i Fratelli Chierici, e Laici faranno la Santa Comunione in tempo della predetta Messa Conventuale, andando a due a due divotamente composti all' Altare, prima li Chierici, e poi li Laici, con la corda al collo, e a piedi nudi: Li Sacerdoti frattanto, stando nel Coro, canteranno il *Tantum ergo*, se sarà giorno festivo; o lo reciteranno, essendo giorno feriale, a voce alta, e con divota pausa. Perchè poi li detti Chierici, e Laici abbiano più comodo, e tempo da prepararsi alla detta Santa Comunione, farà il Superiore, che nella tavola degli Ufficiali dell' Eddomada, da leggersi in ogni Sabbato nel tempo della comune refezione, sieno registrati, ed annunziati li giorni, ne' quali si dovranno comunicare.

X. Finalmente, acciocchè nel celebrarsi la Santa Messa si osservino, come conviene, con tutta esattezza le Cerimonie, e Riti prescritti dalla S. Chiesa, ordiniamo, che almeno quattro volte l'anno, cioè ne' Mesi di Gennaro, Aprile, Luglio, e Ottobre, in un giorno da stabilirsi dal Superiore locale, si faccia una publica conferenza di prove sopra le dette Cerimonie, e Riti dopo il Vespro, alla quale sieno tenuti d'intervenire tutti li Sacerdoti, e li Chierici; e a tal effetto il predetto Superiore deputerà un Sacerdote de' più versati in tale materia, il quale si regoli a tenore delle Rubriche del Messale Romano, e de' Ceremoniali più conformi al senso di quelle. Perchè poi desideriamo, che ogni Sacerdote sia ben istruito nelle sopradette Cerimonie, ordiniamo ancora, che portandosi alcun Diacono, o Sacerdote d'altro Convento a fare li Santi Esercizj Spirituali, sia delle medesime esaminato, e praticamente provato dal P. Direttore, che gli verrà assegnato.

CAP. IV.

Dell' Orazione Mentale.

I. L'Orazione Mentale si faccia indispensabilmente tre volte il giorno, con quest' ordine: Dalla Festa dell' Esaltazione della Croce 14. Settembre sino all' Invenzione della medesima 3. Maggio, se ne faccia un' ora dopo il Matutino; mezz' ora dopo Prima, e Terza, nel qual tempo si dirà la Messa Conventuale, e principierà questa subito che sarà letto il punto della Meditazione; ed un' ora intiera dopo la Compieta. Dall' Invenzione poi della Croce di Maggio all' Esaltazione della medesima di Settembre si lascerà di far l'ora della Meditazione dopo il Matutino, attesa la brevità della notte, e si farà un' ora dopo Prima, e Terza, e poi mezz' ora dopo Nona avanti della Refezione, e dopo Compieta un' altr' ora, di modo che di tutti i tempi si facciano due ore, e mezza d'Orazione Mentale ogni giorno.

II. La misura del tempo, che deve durare la detta Mentale Orazione, si prenderà dall' orologio a pol-

polvere, o da altro orologio, conforme al comodo del Convento, e dovrà misurarsi l'ora dal tempo, in cui si principia a leggere il punto della Meditazione, la di cui lettura non sia tanto breve, nè tanto lunga, che passi il tempo d'un *Credo* cantato. Datosi il segno d'esser terminata l'ora, o la mezz'ora dell'Orazione, tutti unitamente ringrazino il Signore recitando con voce divota, ed intelligibile l'Orazione *Agimus tibi gratias* &c.

III. In tempo, che si farà l'Orazione Mentale, non sia lecito ad alcuno de' Religiosi di fare la *Via Crucis*, nè di andar vagando per la Chiesa; e se in detto tempo vi saranno persone Secolari nella Chiesa, non permetta il Superiore, che verun Religioso vada in essa; ma tutti stiano unitamente in Coro, e solamente permettasi ad alcuni lo stare avanti l'Altar Maggiore d'intorno ai Cancelli, o sia Balaustra del Presbiterio, ed in ciò si prenda regola dal maggiore, o minor numero de' Religiosi per non tenersi confusamente nel Coro, o dal tempo, che fosse molto caldo, e rendesse fastidio lo stare tutti uniti in quello.

CAP. V.

Della Povertà.

I. Essendo la santa Povertà l'unico, e singolar patrimonio, che il Serafico N. P. S. Francesco lasciò a noi suoi Figliuoli, acciò si osservi, come conviene, e nel grado di perfezione più stretta, ordiniamo alli Superiori locali, che invigilino attentamente, che un sì bel tesoro, per cui, come ci testifica il medesimo S. Padre, siamo fatti eredi del Regno Celeste, dissipato non venga. A tal effetto ordiniamo generalmente, che ne' suddetti nostri Conventi, come s'è accennato di sopra, non si prenda veruno stipendio di limosina per la celebrazione delle Messe, nè in roba, nè in denaro, anche per mano de' Sindici Apostolici; se non che ne' casi espressi di sopra al Cap. 3. num. 3.

II. Di più ordiniamo, che non si accettino Legati, così perpetui, come *ad tempus*, Censi, Rendite, o Eredità, con obbligo, o senza obbligo di Messe, benchè diretti fossero o al Sindico, o al Convento, o alla Chiesa, o alla Sagrestia, o in qualunque altra forma, che dovesse, o fosse necessario d'esprimersi, con la clausula ancora, che la proprietà de' fondi per gli medesimi Legati, Censi &c. non sia appresso de' Frati del Convento, Sindico, Chiesa, o Sagrestia, ma appresso gli Eredi de' Testatori, Donante, Comunità, o Luogo pio; o che la proprietà si abbia a vendere, ed il prezzo si spenda per la fabbrica, o risattamento della Chiesa, o in altra necessità de' Frati; o che il frutto, o la limosina debba darsi in specie, e non in denari, ma in cose spettanti al vitto.

III. In caso dunque, che alcun Benefattore, o amorevole, per modo di Testamento, o di donazione, o di codicillo, lasciasse qualche Legato ne' modi, e forme sopranotate, o simili, il Superiore locale, avutane la notizia, convocherà i Discreti del Convento, e ne farà una solenne protesta, o sia rinunzia nella forma, e modo, che conviene, o agli Eredi de' Testatori, se quelli hanno l'obbligo di sodisfare, acciò possano in altra forma adempire la mente de' suddetti Testatori, servendosi in simili circostanze della Dottrina di S. Bonaventura, potendosi servire delle proteste insegnate da esso Santo Dottore, comprese nelli termini, e formole seguenti.

IV. Se poi qualche persona lasciasse agli Eredi suoi, o ad alcun Luogo pio l'obbligo di dare ai Religiosi tant'oglio per la lampada, o tante libre di cera per le Messe, il Superiore con li Discreti facciano una protesta di non avere alcun diritto, o ragione, anche per vigore di Legato, sopra tali materie, conforme ordina la Costituzione generale dell'Ordine al cap. 6. §. 5. num. 2., lasciando in libertà gli Eredi di dare, o non dare le suddette cose, consegnandogli in mano la detta protesta *in scriptis*. Che se ciò non ostante volessero darle, si ricevano per pura limosina, nè si convertano in altro uso, che in quello, per cui si danno, soverchiandone però, si possano applicare alla necessità del Convento, e de' Frati.

V. E perchè è necessario ai Religiosi il vestimento, ed il N. S. Padre permette, che per le necessità degl' Infermi, e per il vestimento d'essi Religiosi si possa ricorrere agli Amici spirituali, in caso che li suddetti Conventi non abbiano altro modo di provedere del detto vestimento, si può permettere che ritengano qualche Legato anche con obbligo di Messe, se già l'avessero ricevuto, o che ne ricevano alcuno, che gli venisse offerto, non avendolo, ma però nella forma suddetta, e con l'accennata protesta, in maniera bensì che non ecceda il bisogno, e la necessità del puro vestimento, nè si converta in altr'uso, che per vestire i Religiosi, e non avendo tali incontranze di Legati, potranno ricevere, o procurare qualche numero di Messe, che possa coprire quelle loro necessità del Vestiario. Che se poi potranno in ciò provedersi d'altra forma, proibiamo assolutamente di ritenere, e ricevere simile Legato, o Messe avventizie, anche con la suddetta protesta.

VI. Siccome è proibito a noi il far questua di danari; così anche proibiamo alli suddetti Conventi il ritenere nelle loro Chiese, o Sagrestie, o altri luoghi, ceppi, o cassette per ricever limosine pecuniarie, sieno con obbligo, o senza obbligo di Messe, ancorchè la chiave si ritenesse dal Sindico Apostolico; nè tampoco per Confraternite, o altre cause pie, benchè non dovessero servire per uso dei Religiosi, ma per mantenimento degli Altari, o per gli bisogni di qualche Confraternita, o per qualunque altro fine.

VII. Le questue si facciano in propria specie di quello, che bisogna, come di pane, vino, ed oglio; nè si faccia provisione di vino un anno per l'altro, eccetto in quei Luoghi, dove siasi sperimentato, che non può farsi altrimenti; e lo stesso s'intenda dell'oglio. Potranno però in tempo di raccolta, o in altro tempo, provedersi di quello, che in altre circostanze non può ricavarsi, per conservarlo secondo i bisogni, come sarebbe riso, farro, miglio, legumi, e simili altre cose pel cotidiano sostentamento; ed in caso, che per qualche penuria, o per altro accidente non si potesse con tutte le diligenze de' Cercatori trovare il necessario in propria specie, si ricorra da' Superiori agli Amici Spirituali, e spiegata ad essi l'occorrente necessità, si preghino a provedervi; che se questi pregati offeriranno denari per comprare la cosa necessaria, non si ricevano in conto alcuno, ma si preghino a consegnarli, o a farli consegnare al Sindico Apostolico, o al Sostituto, il quale abbia cura di provedere a proporzione del bisogno.

VIII. Proibiamo ancora le cerche generali di grano, che sia superfluo all'annuale vitto de' Religiosi, e vogliamo, che li Superiori locali si contentino di fare quelle sole questue, che giudicheranno necessarie al mantenimento delle rispettive loro Famiglie. Inoltre proibiamo ancora il tenere Stabili di qualunque sorta, da'quali si ricavino entrate, o proventi, come generalmente vien proibito a tutto l' Ordine; e non sia lecito vender frutti, fieno, fiori, erbaggi, o altro provenuto anche dalle questue, o dall' Orto, o dalla Selva esistente dentro i recinti della Clausura de' Conventi.

IX. Li Predicatori non permetteranno ne' Luoghi, ne'quali avranno predicato, e dove suol farsi alcuna cerca particolare per essi, che si diano danari, o che si ricevano da chi suol fare detta cerca; ma facciano intendere al Popolo, che in tal circostanza si contenti di somministrare soltanto alcuna cosa in propria specie, che possa bisognare alli Conventi, ne' quali essi dimorano. La limosina poi di danaro, che suol essere tassata per il mantenimento, ed onorario de' Predicatori, detratte le spese per il loro vitto, dovrà intieramente consegnarsi da chi s'aspetta il darla, in mano de' Sindici Apostolici de' suddetti Conventi per gli bisogni, e necessità de' quali s'abbia quanto prima ad impiegare, e dove non vi fosse Sindico Apostolico, o alcun Procuratore determinato a far le veci di Sindico, si manifestino i detti bisogni, e necessità agli Ufficiali de' Luoghi, acciò da essi si faccia provedere a quelli con la detta limosina.

X. Abbia pertanto ogni Convento il suo Sindico Apostolico, da deputarsi, in caso di vacanza d'alcuno, dalli Ministri Provinciali, mentre l'uso de' Sindici non solo non è contro la Regola, ma è una provisione fatta da' Sommi Pontefici per la più pura osservanza della medesima, come ultimamente dichiarò ancora la Fel. Mem. di PP. Innocenzo XI. nella sua sopracitata Costituzione. Non vogliamo però, che li Sindici de' predetti Conventi prendano limosine pecuniarie, se non nel caso di sopra espresso, o per qualche grave, ed urgente necessità da essere approvata dalli Discreti de' rispettivi Conventi.

XI. Proibiamo ancora il vendere cose spettanti alla Chiesa, come sarebbero Cappelle, luogo, o sito per le Sepolture, Calici, Quadri, Vesti Sagre, e cose simili; nè mai li Religiosi stipulino instromenti, e contratti, per gli quali si obblighino civilmente ad altri, o pure altri ad essi, nè tampoco si faccia questo per essi dal Sindico, in forma che non mai abbiano a comparire in giudizio.

XII. Li Mobili, utensili, ed ornamenti della Sagrestia, e della Chiesa, sieno tali, che vi risplenda la polizia, e la povertà insieme; perciò proibiamo l'uso di Lampade, Candelieri, e Vasi d'argento, ovvero inargentati, o indorati. Le coppe però de' Calici sieno d'argento, e indorate nella parte interiore. La Pisside ancora, quando non sia d'argento, ma di rame, sia indorata sì nella parte interiore, come nell'esteriore. Li camici, e cotte, o sia rocchetti, non abbiano merletti curiosi, e preziosi di molta spesa, ma modesti, e di poco prezzo. Se poi di presente si trovano provedute le dette Sagrestie, e Chiese di Candelieri, e Vasi di legno indorati, o inargentati per ornamento degli Altari, potranno usarsi; in avvenire però sia proibito alli Superiori locali il rinovarli, e questo s'intenda similmente da' Fiori di seta.

XIII. Molto più poveri dovranno essere gli utensilj nelle stanze de' Religiosi, le quali vogliamo che si tengano sempre aperte, o sia senza chiave, eccettuata quella del Superiore locale, che per giusti rispetti potrà tenersi serrata. Li Religiosi poi non tengano per loro uso, se non una Tonaca col Cappuccio in dosso, ed un'altra senza Cappuccio in stanza, e, qualora ne avessero necessità, anche col Cappuccio, ma però con la licenza del Superiore, alla di cui discrezione, e prudenza rimettiamo il permetterlo a misura, che ne scorgerà il bisogno: oltre di ciò ritengano il cordone, il mantello, le mutande, il fazzoletto, ed anche un panno per asciugarsi, che suol chiamarsi tovaglia, o sciugamano, quando per viaggio, o per fatica lor bisognasse. Sia loro conceduto un pagliariccio per letto, un capezzale, una, o più coperte di lana secondo le varie stagioni, un tavolino, due sedie di paglia, o di faggio, con scanzia per collocarvi i Libri, o scritti, essendo Predicatori, o Lettori; qualche Figura Sagra di carta, il Breviario, e Diurno, un Crocefisso, una piletta per tenervi l'Acqua Santa, il calamaro, e qualche Libro spirituale, o altro secondo l'impiego, ed officio di ciascun Religioso, e con la licenza del Superiore locale.

XIV. L' ultimo Giovedì d' ogni Mese sia tenuto ogni Superiore locale a far la visita in tutte le stanze de' Religiosi dopo il Vespro, andandovi accompagnato da due Discreti, e ciò per levare il superfluo, se si trovasse nelle dette stanze, e per provedere queste del necessario, che si scorgesse mancare. A tal effetto perchè nulla manchi del necessario per gli detti Religiosi, sarà cura de' Superiori locali il far sì, che le Comunità sieno provedute di sandali, e questi all' Apostolica, di suola, di cordoni, di mutande, di sciugamani, di fazzoletti, di coperte, e panni di lana; ed ogni otto giorni, o almeno ogni quindici, e specificamente in giorno di Sabbato, obbligheranno i Comunieri a portare nelle stanze de' medesimi Religiosi i panni di lino politi con ripigliarne i già usati da lavarsi a suo tempo, ed ogni volta, che occorrerà il bisogno, a cambiare ancora li panni di lana.

XV. A niuno de' Superiori medesimi sia lecito il dare fuori di Convento cosa notabile senza il consenso della maggior parte delli Discreti, e molto meno sia lecito a' sudditi il dare, o ricevere cosa alcuna, benchè commestibile, senza licenza espressa, o almeno presunta del Superiore, e ricevuta, debba al medesimo rassegnarla, acciocchè ne faccia uso, e distribuzione conveniente alla Comunità, e la conceda al Religioso stesso, a cui fu donata, se ne avrà il bisogno.

XVI. Proibiamo ancora il far nuove fabriche senza vera, e manifesta necessità: che se vi sarà necessità di farne alcuna, vogliamo, che sia prima approvata da tutt' i Discreti, e che se ne attenda la licenza dalli Superiori Provinciali, ottenuta la quale, le fabriche, che si faranno, vogliamo, che sieno umili, e conformi in tutto alla S. Povertà.

XVII. Nelle parti interiori de' Conventi non si dia alloggio a' Secolari, per comodo de' quali, e de' Religiosi d' altre Religioni, che capitassero, si assegneranno almeno due stanze nella parte inferiore delli detti Conventi, o in altro luogo proprio, separato dal Dormitorio, e dette stanze dovranno essere religiosamente provedute di letto, e di tutt' altro, che abbisognerà, e quelli, che vi saranno ricevuti, sieno trattati con ogni carità, e con la

dovu-

dovuta convenienza. Non s' introducano però mai li Secolari nelle officine; toltone il caso di qualche inevitabile necessità; ma se alcuno volesse per sua divozione vedere il Convento, il Superiore, o altro Religioso da lui assegnato, potrà fargli vedere i luoghi più aperti, come il Chiostro, l' Orto, il Refettorio, e a qualche Persona di molto riguardo anche il Dormitorio; ma ciò si permetta rare volte, ed in circostanze di tempo, e di Persone, dalle quali si possa ricavare non solo l' utile del Convento, ma sopra tutto la gloria di Dio, e l' edificazione dell' Anime.

C A P. VI.

Del Silenzio.

I. IL Silenzio, che molto conferisce al raccoglimento dello spirito, e della quiete de' Religiosi, si osservi con tutta esattezza, e rigore. Quindi dalla Festa dell' Invenzione della medesima Croce sino a quella dell' Esaltazione della medesima Croce, o sia dalli 3. Maggio sino alli 14. di Settembre, suonate le ventiquattr' ore, e spedite le Orazioni comuni, che si fanno in Chiesa, si darà il segno del Silenzio con la Campanella del Refettorio, e durerà ad osservarsi sino alla mattina all'ora di Prima; e dopo il mezzo giorno si darà il medesimo segno, e si osserverà sino all' ora di Vespro. Dall' Esaltazione poi della Croce sino all' Invenzione, si darà il detto segno solamente la sera ad un' ora di notte, ed il Silenzio si osserverà sino alla mattina seguente.

II. Dopo il pranzo, prima che diasi il segno del Silenzio, si conceda ai Religiosi una mezz' ora almeno d' onesta ricreazione, che consista in trattenersi fra di loro a discorrere di cose utili, o indifferenti nell' Orto: negli altri tempi poi, ne' quali dopo il pranzo non si darà segno di Silenzio, si permetta ogni giorno la detta ricreazione sino all' ora del Vespro, e così anche la sera dopo cena dalla Solennità di Pasqua sino alla Festa del P. S. Francesco, nel qual tempo si cena di giorno, sia permessa la medesima ricreazione sino all' *Ave Maria*, che si dice de' Vivi.

III. Non sia lecito ad alcuno in tempo del Silenzio il parlare per gli Dormitorj, o nel Chiostro, e nè tampoco il passeggiarvi, o trattenervisi; ma si ritiri ciascuno alla sua stanza, a riserva di chi volesse trattenersi in Chiesa a far orazione, nè mai alcuno entri nella stanza dell' altro, e quando vi fosse qualche infermo, v' andranno solamente li deputati dal Superiore ad assisterlo, e li medesimi procureranno di parlar sempre con voce bassa, e di non fare veruno strepito: similmente dovranno tutti astenersi nel suddetto tempo dal parlare, e discorrere uno sulla porta della stanza dell' altro.

IV. Se in tempo del Silenzio verrà domandato alla porta del Convento alcun Religioso, non dovrà il Portinaro chiamarlo, ma con buone maniere procurerà di trattenere chi lo domanda, pregando, che aspetti sino all' ora del Vespro. Se poi il Religioso venisse chiamato per cosa urgente, e di grave necessità, in tal caso dovrà il Portinaro avvisarne prima il Superiore, e avutone dal medesimo il consenso, potrà chiamarlo. Se poi il domandato sarà il medesimo Superiore, essendovi grave motivo di chiamarlo, sia pur anche chiamato.

V. Capitando qualche Religioso forestiero nelle ore del Silenzio, lo riceva benignamente il Portinaro, e avvisi solo quell' Ufiziale, a cui spetta di provvederlo di stanza, e di refezione, acciò sia ricevuto, e trattato con carità, avvertendo sempre di parlare con voce bassa, acciò non si rechi disturbo agli altri Religiosi, che ritirati osservano il Silenzio, riposando, o facendo orazione. Lo stesso riguardo di parlare con voce bassa, o sommessa, dovrà aversi ancora nelle ore, che non saranno di Silenzio, benchè sieno di ricreazione nell' Orto, o nella Selva del Convento. Li discorsi però di cose necessarie si facciano nel luogo del Capitolo, o in qualche stanza del Chiostro vicino alla porta del Convento, quando vi sia comodo, e dove si ricevino li forestieri, sempre guardandosi dal far contrasti, o altercazioni discorrendosi ancora di cose virtuose.

C A P. VII.

Del Refettorio, e della Refezione.

I. NEL Refettorio, e in tempo della Refezione, sì di mattina, che di sera, si osservi il Silenzio perpetuamente, nè sia mai lecito il dispensarlo nè per occorrenza di Solennità, nè per l' arrivo de' Superiori, o per l' intervento di qualsivoglia Personaggio, o per altra qualunque occasione, o pretesto; ma sempre indispensabilmente si legga la prima, e la seconda lezione durante la suddetta Refezione.

II. Per prima lezione si userà la Bibbia Sagra, e la Scrittura corrente, cantandone i punti con qualche giusta pausa dell' uno dall' altro, come sarà l' uso delle Provincie. Prima di cominciarsi la seconda lezione, s' annunzj l' Officio del Vespro, e del Matutino seguente, come sarà notato nel Calendario. Leggasi per la seconda lezione o il Leggendario de' Santi, o le Croniche dell' Ordine nostro, o altro Libro Spirituale. La prima lezione sia cantata da un Chierico, e la seconda sia letta ripartitamente da tutti gli altri Chierici, e dalli Sacerdoti sino al Guardiano *inclusive*, e questo a suo beneplacito.

III. In tutti li Venerdì dell'anno si leggerà la Regola col Testamento del N. P. S. Francesco, la quale, acciò sia bene intesa dalli Fratelli Laici, potrà leggersi nell' idioma volgare, se si trovasse di una versione legittima; proibendo a qualunque di comporla a suo arbitrio, e senza uno stretto esame, e facoltà delli PP. Ministri Provinciali. Non avendola dunque nell' idioma volgare, leggasi nell' idioma latino, come si costuma in tutto l' Ordine. Ogni Lunedì per seconda lezione si potrà leggere la Disciplina di S. Bonaventura. Nell' Avvento, e nella Quaresima comune si leggerà la Costituzione Innocenziana, e così anche le Dichiarazioni di Niccolò III., e di Clemente V., gli Statuti generali dell' Ordine, e ne' giorni prefissi li Decreti, e Costituzioni Apostoliche.

IV. Ogni volta che si darà il segno con la campanella d' esser vicino a terminarsi l' Officio Divino per immediatamente andare alla Refezione, li Fratelli Laici converranno puntualmente al Coro, da dove processionalmente con tutti gli altri Religiosi andranno recitando il Salmo *Miserere*, o il *De profundis*, verso il Refettorio, dove giunti, e baciata da tutti la terra, si benedirà la Mensa, terminata la quale, si farà il ringraziamento, e così questo, come anche la benedizione, si farà senza canto.

V. Tre volte la settimana, cioè Lunedì, Mercoledì,

ledì, e Venerdì, datosi il predetto segno d' esser vicino a terminarsi l' Officio prima del pranzo si anderà processionalmente al Luogo del Capitolo, ed ivi giunti, standò tutti genuflessi, si dirà l' Orazione *Actiones nostras*; detta la quale ponendosi il Superiore a sedere, tutti gli altri Religiosi diranno al medesimo le loro colpe successivamente, principiando i Novizj, se vi saranno, e poi li Fratelli Laici, Chierici, e Sacerdoti sino all' ultimo per ordine d' anzianità, alli quali farà il Superiore una conveniente ammonizione, imponendo a ciascuno quella penitenza, che giudicherà opportuna. In ultimo poi il medesimo Superiore ai porrà genuflesso avanti al suo P. Vicario, e in assenza di questo avanti al Sacerdote fra tutti il più anziano, e dirà finalmente la sua colpa; dopo di che immediatamente a braccia distese si reciterà da tutti un *Pater*, & *Ave*; indi alzandosi tutti, proseguiranno col predetto ordine ad andare processionalmente al Refettorio recitando il Salmo *De profundis*.

VI. Nelli giorni festivi, e ne'doppj di prima classe s' intenda dispensato l' andare in Capitolo a dire ognuno la sua colpa. Eccettuati ancora li suddetti giorni, ogni Venerdì, fatta la benedizione della mensa, si farà da tutti comunemente la disciplina nel Refettorio recitando il Salmo *Miserere*, prima di porsi a sedere alla detta mensa; e quando il Superiore lo giudicasse necessario, ogni Venerdì, dopo ascoltate le colpe in Capitolo, si farà dal medesimo Superiore un' esortazione generale per la buona, a perfetta osservanza, e correzione comune prima d' inviarsi al Refettorio.

VII. Alla mensa dovranno sedere tutti per ordine, e secondo l' anzianità di Religione: nè sia lecito di usare nel Refettorio parzialità veruna di tovaglie, piatti, bicchieri, o altro, che mostri distinzione, eccettuati li Superiori Generale, Provinciale, e Visitatore. Tutti però li Religiosi della Famiglia sieno trattati ugualmente in ogni cosa, e con tutta la possibile carità; nè mai si ammettano nel Refettorio alla comune refezione Persone secolari, se non fossero Prelati, Vicarj Generali, o altre Persone di grado, e dignità Ecclesiastica; nel qual caso non si dispensi il Silenzio, come sopra s' è accennato, nè tampoco si tralasci veruna delle funzioni solite a farsi in tal circostanza di tempo, e di luogo.

VIII. Ordinariamente si daranno in Refettorio due sole porzioni, cioè minestra, e pietanza, con il formaggio, e frutti, quando si abbiano; e dovrà invigilare il Superiore, che le vivande sieno condite con carità, e somministrate con ugualità, e sufficienza. Il Venerdì non si daranno frutti in tavola, se non quando fosse giorno di doppio di prima, o di seconda classe. Negli altri giorni di digiuno si diano tre porzioni di vivanda dalla Cucina, con li frutti. Nelle Solennità di prima, e di seconda classe si diano parimente tre porzioni di vivanda in tre soli piatti distinti; e se il Superiore vorrà talvolta aggiungervi altra cosa di più, la faccia porre in uno de' detti tre piatti. La sera ordinariamente non si dia pietanza di carne, ma qualche altra porzione di cosa meno sostanziosa, il che però rimettiamo alla discrezione, e prudenza del Superiore locale, che avrà specialmente riguardo di far dare anche la sera la pietanza suddetta di carne, quando questa si trovasse in Convento, e potesse andare a male io conservarla. Sia poi anche lecito al Superiore suddetto, quando gli sembri conveniente, il permettere, che si mangino ova, e latticinj in giorno di Sabbato, che non sia giorno di digiuno.

IX. Quando alcun Religioso della Famiglia abbia pernottato fuori del Convento, nel suo ritorno gli sieno date quattro porzioni di vivanda nel Refettorio, e così ancora ad altri Religiosi forestieri della nostra, o di altra Religione. Alli Superiori in Visita si usi la distinzione di porre i frutti non sopra la tavola, come alli Religiosi della Famiglia, ma sopra piatti, e lo stesso si faccia con i forestieri.

X. Oltre li digiuni di precetto, sì della Chiesa, che della Regola, si digiuni da tutti la Quaresima volgarmente detta la *Benedetta*, che principia dall' Epifania, e si stende a quaranta giorni; con questo però, che dal Superiore locale si dispensino otto giorni avanti che s' incominci il nuovo digiuno della Quaresima comune, nelli quali otto giorni, benchè non compito il numero di quaranta, possano i Religiosi cibarsi di carne. Lo stesso digiuno con cibi quaresimali si faccia dal Venerdì dopo la Festa dell'Ascensione del Signore sino alla Pentecoste.

XI. Nel Venerdì Santo si mangi una sola insalata con pane, e vino, stando tutti genuflessi in terra. Nelli Venerdì di Marzo, e nelle Vigilie delle Feste di precetto della B. Vergine, del N. P. S. Francesco, e di S. Antonio da Padova si mangi similmente in terra, ma però con due porzioni oltre il pane, e vino, e ciò s' intenda del solo pranzo. La sera poi in tutt' i tempi di digiuno non si dia mai pietanza ad alcuno, se non in caso che la mattina non avesse pranzato; si possa però dare un' insalata, o altra cosa ad arbitrio del Superiore nelli digiuni della Benedetta, e nelli giorni precedenti alla Solennità della Pentecoste; nè mai si ponga il vino in tavola nelle sere di digiuno, ma se ne dispensino a ciascuno de' Religiosi interpolatamente tre tazze.

XII. A niuno sia lecito mangiare cose particolari nel Refettorio, se non per cagione d' infermità, convalescenza, o altra indisposizione per pochi giorni, e con la licenza espressa del Superiore. Nè pure sia lecito al Superiore di aggravare i Religiosi della sua Famiglia di altri digiuni, o astinenze, oltre le disopra accennate. Per poi evitare ogni disturbo, e mantenere la quiete, ed il raccoglimento, ne' Conventi di Ritiro specialmente necessario, proibiamo assolutamente ad ogni Superiore locale delli medesimi il permettere, che si facciano pasti da secolari nel distretto de'suddetti Conventi in occorrenza di qualsivoglia Solennità, che si celebrasse da essi secolari nelle Chiese delli Conventi medesimi, ma con buone maniere si studino di persuadere a quelli di non poterli in ciò sodisfare.

XIII. Alla mensa comune sia Uffizio d' un Fratello Laico il servire. Terminata poi che sarà la refezione, usciranno dalla tavola i Chierici, e li Fratelli Laici, e qualche Sacerdote, qualora vi sia il bisogno, ma non più di due per volta per non causare confusione, a sparecchiare la mensa; nè mai il Superiore si muova dal luogo suo, finchè, terminatosi di sparecchiare, dia il segno da principiarsi il rendimento di grazie, il quale s' incomincierà bensì nel Refettorio, ma si andrà la mattina a terminare nel Coro processionalmente recitando il Salmo *Miserere*, o altro assegnato dalla Rubrica del Breviario secondo i tempi. Terminato poi il detto ringraziamento, prima di partire dal Coro, si canti l' Antifona della B. Vergine: *Tota pulchra es, Maria*. Si eccettuino io questo le Feste di precetto, e li giorni di doppio di prima classe, nelli quali si farà

farà il detto ringraziamento intieramente nel Refettorio, con recitarsi in ultimo il Salmo *De profundis* così la mattina, come la sera.

XIV. Dopo rese grazie nel Coro, usciranno tutti ordinatamente recitando il Salmo *Deus misereatur nostri* &c. andando alla Cucina, giunti alla quale uno de' Sacerdoti con un Fratello Laico, o il Maestro, ed un Chierico, laveranno li piatti, e gli altri Religiosi frattanto reciteranno il Salmo *De profundis*, dopo il quale l' Eddomadario dirà li versetti: *Oremus pro benefactoribus nostris: Retribuere* &c.: *Oremus pro fidelibus defunctis, Requiem* &c.: *Domine exaudi* &c.: *Dominus vobiscum* &c. con l' Orazione: *Omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum dominaris* &c., detta la quale, si reciterà un *Pater*, & *Ave*: e poi da tutti: *Retribuere dignare, Domine* &c. Terminate le suddette preci, partendosi gli altri Religiosi dalla Cucina, proseguiranno li due destinati a lavare li piatti recitando le Litanie della B. Vergine, o qualche Salmo, secondo la loro divozione, finchè abbiano compiuto un tal esercizio.

XV. Ne' Sabbati dovendosi scopare la Chiesa, ed il Convento, dopo fatto il ringraziamento nel Coro, si dirà da tutti un *Pater*, & *Ave* a braccia distese, e poi l' Orazione: *Retribuere dignare, Domine* &c.: e successivamente andrà ciascheduno a scopare. Li Sacerdoti scoperanno la parte superiore del Convento, li Fratelli Laici la parte inferiore, ed il Sagrestano con li Chierici, ed in assenza di questi con un Sacerdote, la Chiesa.

CAP. VIII.

Del Vestimento de' Religiosi.

I. Essendo molto necessaria l' uniformità del vestire, proibiamo espressamente a qualsivoglia de' Religiosi de' Conventi di Ritiro il vestirsi d' altra forma, o d' altro panno diverso da quello, che si fabrica, e si usa comunemente nelle rispettive loro Provincie, talchè non vi sia diversità di colore, ed il panno sia per tutti uguale, non più fino, nè più grosso uno dell' altro. La stessa uniformità vogliamo che si osservi ancora nel cordone, e in tutt'altro, di maniera che si schivi anche ogni minima affettazione. A ciascuno si conceda una Tonaca col Cappuccio, ed un' altra senza Cappuccio, e col Cappuccio ancora in caso di bisogno, o necessità da approvarsi dal Superiore locale, e con l' espressa licenza del medesimo, come si è notato di sopra. A chi poi avesse bisogno di usare il berettino, potrà il Superiore permettergliclo, purchè lo porti modestamente, e non mai in pubblico, se non quando la necessità di portarlo fosse grave, e manifesta.

II. La forma dell'Abito sia tale, quale la prescrivono le Costituzioni generali al *cap.* 2. §. 9. *num.* 6. sotto le pene tassate al *num.* 8.; che però si proibisce a tutt' i Religiosi de' suddetti Conventi così sudditi, come Superiori, l' inventare diversa forma di Abito, o di Cappuccio, o di Mantello &c. ad effetto d' essere conosciuti per Religiosi de' Ritiri, distinti dagli altri delle loro rispettive Provincie, la forma del vestimento delle quali, sì degli Osservanti, come delli Riformati, e de' Scalzi, vogliamo, che inviolabilmente si osservi, e chiunque tentasse di variarla, sarà mortificato; come già s' è notato, con le pene fulminate contro quelli, che procurano d' introdurre novità nell' Ordine.

III. Si conserveranno tutti li panni, sì di lana, che di lino, nella Comunità, e quando i Religiosi saranno proveduti di nuovo Abito, Cappuccio, o Mantello, sieno tenuti a riporre ciascuno il vecchio nella detta Comunità, del comodo della quale potranno servirsi nelle occorrenze di doversi mutare, o per polizia, o per altro accidente, che lo richiedesse.

IV. Quando i Superiori locali de' suddetti Conventi non abbiano altro modo lecito per corrispondere alle spese, che necessariamente far si devono in fabricare i panni per il vestimento delli Religiosi delle loro Famiglie, potranno far questuare la lana, e trasmetterla poi là, dove si fabricano li detti panni; in que' luoghi però, dove non vi fosse lana da questuarsi, potranno francamente cercare per mezzo degli Amici spirituali la maniera più lecita di provederle, e quando altra aver non possano, sia loro permesso il ricevere qualche proporzionato obbligo di Messe, ed anche qualche Legato nel modo, e forma già di sopra avvertita.

CAP. IX.

De' Confessori.

I. Niun Sacerdote, secondo il Sagrosanto Concilio di Trento, ardirà di esporsi ad ascoltare le Confessioni de' Secolari, se prima non sarà stato approvato dal Vescovo Diocesano de' Luoghi, ne' quali dovrà ascoltare le dette Confessioni, e approvato che sarà, dovrà notificarne la sua approvazione al Superiore locale.

II. Similmente non si permetta ad alcun Sacerdote, che si presenti ad alcuo Vescovo per essere approvato ad ascoltare le Confessioni suddette, se non avrà compito trent' anni d' età, e se prima non sarà stato approvato o dal Superiore Generale, o dal Provinciale con patente, che al suo Superior locale dovrà mostrare.

III. Ad alcuno poi de' Confessori approvati non sia lecito di ascoltare le Confessioni in altre Chiese fuori di quelle del nostr' Ordine, benchè dell'istessa Diocesi, senza il consenso, o permissione delli Signori Curati, o di altri, ai quali sieno soggette le dette Chiese: e sotto gravissime pene sia proibito a ciascuno de' Confessori il ricevere danari, o altra roba ne' Confessionarj, benchè a titolo di limosina, o sotto qualsivoglia altro pretesto; nè mai si diano da essi penitenze tali, che obblighino i penitenti a far limosina al Convento, o per la Chiesa del Convento, o per altro bisogno, che potesse accadere, e molto meno per se stessi, per i loro parenti, divoti, o amici necessitosi.

IV. Tengasi ad ogni Confessionario e la Tabella de' Casi riservati al Vescovo, dalli quali si guardino d' assolvere alcuno senza licenza espressa del medesimo Vescovo. Non mai si permetta il confessar Donne fuori del Confessionario; nè Uomini per le stanze del Dormitorio, ma si ascoltino in Chiesa, o nel Capitolo, o in altro luogo decente, e sagro. Li Confessionarj poi abbiano agli sportelli una lamina traforata ben inchiodata.

V. Niun Sacerdote potrà ascoltare le Confessioni de' Religiosi, se non avrà parimente trent' anni d' età, o se per legittima causa non sarà dispensato dal suo Superiore Provinciale, e se prima non avrà ricevuta la patente dal medesimo; e quando alcuno de' Confessori non sia dichiarato Penitenziere nel Con-

ven-

vento, dove si trova di Famiglia, non possa assolvere da Casi riservati nelle Costituzioni generali senza espressa licenza. Essendo poi dichiarato Penitenziere in un Convento, non abbia facoltà d'assolvere dalli Riservati in altro Convento, quando non gli sia data facoltà di assolvere generalmente da'suddetti Casi. Li Novizj, e li Chierici si confesseranno al proprio Maestro, nè alcun altro Sacerdote si farà lecito di ascoltare le di loro Confessioni sotto pena della disciplina, se pure s'arbitrerà di ciò fare senza l'espressa licenza del Superiore locale, a cui si lascia la facoltà di qualche volta assegnare alcun Sacerdote Confessore alli medesimi, benchè non sia loro Maestro, quando lo giudichi conveniente.

CAP. X.

De' Predicatori.

I. NOn ardisca verun Sacerdote di esporsi a predicare, se prima non sarà stato instituito Predicatore con patente del suo P. Provinciale, ed altresì se non avrà prima chiesta, ed ottenuta la benedizione del Vescovo Diocesano del Luogo, dove sarà destinato a predicare.

II. Si proibisce a ciascuno de'Predicatori il procurarsi per se medesimi d'esser deputati a predicare in alcun Luogo, sotto pena d'esser castigati come disubbidienti, ma doveranno aspettare d'esser richiesti o dalli Vescovi, o dalle Comunità, o pur anche d'esservi destinati dalli rispettivi loro Superiori Maggiori.

III. Nelle Chiese, ovvero Oratorj del nostro medesimo Ordine non predichino, se prima non avranno domandata la benedizione dal Vescovo Diocesano, o dal suo Vicario generale, ottenuta la quale, potranno predicare nelle Feste occorrenti con brevità, come ci esorta il N. S. P. nella sua Regola, e però ordinariamente impiegandovi una sola mezz' ora incirca, allorchè vi sia Popolo sufficiente, e questo a giudizio, e arbitrio del Superiore locale.

IV. Oltre la brevità del discorrere, com'essorta il medesimo N. S. P., doveranno i Predicatori avvertire, che sieno esaminati, e casti i loro Sermoni, cosicchè apportino utilità, ed edificazione al Popolo, usando stile piano, semplice, e divoto, come conviene alla santa Parola di Dio, ed astenendosi da frasi curiose, ed inutili; che però sceglieranno sempre materie atte a muovere gli animi degli ascoltanti ad odiare il vizio, e ad abbracciare la virtù, e tralasceranno nel predicare ogni affettazione di parole, o di gusto, e tutto ciò, che abbia della novità, ancorchè lor sembri venirgli suggerito da buon spirito, e zelo: Ma bensì cerchino di rendere fruttuosa, ed efficace la di loro predicazione con prepararvisi, ricorrendo all'orazione, ed esercitandone l'Offizio colla maggiore umiltà di spirito, e col solo fine di guadagnare Anime a Dio, e di far sì, che Iddio sia conosciuto, amato, e temuto da tutti.

CAP. XI.

Della Lezione Spirituale.

I. IN ciascuna settimana sì faranno indispensabilmente quattro Lezioni, cioè il Lunedì la Spiegazione della nostra S. Regola; il Mercoledì della Mistica Teologia, o Vita Spirituale; il Sabbato la Conferenza de'Casi Morali; e la Domenica dopo il Vespro il Catechismo alli Fratelli Chierici, e Laici. Le Lezioni della Regola, e della Mistica Teologia si faranno nel Refettorio durante il tempo del pranzo. La Conferenza de'Casi morali, ed il Catechismo si faranno nel luogo destinato per il Capitolo lo spazio di mezz'ora incirca. Ne' giorni assegnati per la Lezione della Regola, e della Mistica, e così anche della Conferenza de'Casi, occorrendo alcuna Festa di precetto, non si faccia Lezione, ma solamente ne' giorni feriali.

II. Avvertano i PP. Lettori di non ispiegare a capriccio la Regola, ma si prevalgano in questa materia, ed assolutamente s'attengano alle Dichiarazioni di Niccolò III., di Clemente V., alle Costituzioni d'Urbano VIII., e d'Innocenzo XI. di sopra citate; ed anche a quell'esposizioni, che si hanno d' Espositori classici, e zelanti della salute delle Anime, e della regolare Osservanza. Nella Lezione poi della Mistica Teologia avverta il P. Lettore, trattando di Orazione vocale, di Meditazione, e di Contemplazione, di non incorrere negli errori de' Quietisti; onde in materia così delicata, potrà servirsi della Dottrina del nostro Serafico Dottore S. Bonaventura, di S. Pietro d'Alcantara, di S. Teresa, e del Cardinale Lauria nel suo Trattato *de Oratione*.

III. Nel farsi la Conferenza de'Casi Morali il Sabbato dopo il Vespro, si osserverà quest'ordine; cioè il Giovedì precedente si affiggerà in luogo pubblico determinato una carta, in cui sieno descritti due Casi, affinchè ogni Sacerdote possa preventivamente leggerli, considerarli, e presentarsi a risolverli. Convenuti poi nel Capitolo il giorno prefisso, si reciterà l'Orazione: *Actiones nostras*: detta questa, il P. Lettore proporrà li Casi, e l'ultimo de'Sacerdoti principierà a dirne la sua risoluzione in lingua volgare, quando la materia non esigesse, che si dica in lingua latina, e successivamente faranno lo stesso con ordine tutti gli altri Sacerdoti sino al Superiore *inclusive*; nè mai si dovrà interrompere il parlare d'alcuno, bene, o male che risolva, ma ciascuno aspetti a dire il suo sentimento, quando gli apparterrà il dirlo. Il P. Lettore finalmente, sentite le risoluzioni di tutti gli altri, farà la sua Lezione o in latino, o in volgare, e deciderà poi li Casi secondo le più fondate, e sicure opinioni. Tutto ciò dovrà farsi senza strepito di voce, e senz'altercazione di parole, senza occasionare rammarico, o confusione a taluno, che nel risolvere si fosse portato debolmente, e mostrato avesse d'esser dotato di poco talento, mentre in ciò devesi esercitare con l'umiltà la carità in saper compatire, e non per tanto tenersi uno di sapere più dell'altro, il che sarebbe un error massimo da detestarsi.

IV. Occorrendo talvolta, che da'Vescovi delle Diocesi si mandino i Preti a fare la Conferenza suddetta de'Casi Morali, si osserverà l'ordine stesso di sopra prescritto, e in tal circostanza molto più si dovrà avvertire, che la Conferenza sia fatta modestamente, e con religiosa moderazione, talchè vi sia la gloria di Dio, il buon esempio, e l'edificazione di quelli, che v'interverranno. Che però, sentito il parere di tutti anche li suddetti Preti, il P. Lettore, senza punto ostentare di saper molto, esporrà umilmente il suo sentimento, e se qualche obbiezione gli venisse fatta, placidamente, e senza punto alterare la voce, procuri di darvi adequata risposta, rimettendosi di poi a miglior sentimento, e così termi-

minando la Conferenza, si dirà da tutti l'Orazione: *Agimus tibi gratias* &c.

CAP. XII.

Dell' Ubbidienza.

I. TUtti li Religiosi, che dimorano ne' Conventi di Ritiro, dovranno ubbidire senza replica, o rincrescimento alli rispettivi loro Superiori locali, sì per non trasgredire il Voto della S.Ubbidienza da essi fatto nel professare la Regola, e Vita de' Frati Minori, sì anche per non perdere il merito dell' osservanza di tutto ciò, che viene loro prescritto in queste Costituzioni. Dovranno pertanto negare in tutto la loro volontà per amore di Dio, guardandosi di non mai contradire in veruna cosa, benchè minima, e di opporsi ancor di leggieri a quella de' loro Superiori. E perchè dall' ubbidire con prontezza, ed ilarità d' animo dipende principalmente il valore, ed il merito della Santa Ubbidienza per facilitarsi l' incamminamento, ed il progresso alla Religiosa perfezione, dovranno in ciò mostrare tutto il loro zelo maggiore i Superiori medesimi, e quindi usare tutte le maniere più proprie, ed efficaci nel comandare soavemente ai loro Sudditi, affinchè sempre, ed in tutto prontamente ubbidiscano.

II. Siccome poi docili esser devono i Sudditi, e rimettersi totalmente ai voleri, e disposizioni delli loro Superiori, così questi dovranno con i loro Sudditi diportarsi paternamente, misurando la capacità di ciascuno di essi nell' imporli alcun comando, specialmente nell' aggravarli di qualche uffizio laborioso, senza mai dimostrarsi parziali d' alcuno. Useranno bensì contro i disobbedienti tutto il zelo in correggerli, acciò non si rendano contumaci, e con il loro mal esempio non servano d' inciampo agli altri.

III. Useranno ancora li medesimi Superiori tutta la vigilanza sopra degli Ufficiali, ai quali s' aspetterà il somministrare il bisognevole alla Comunità, non mai permettendo, che ai arbitrino di dare di più, o di meno di quello, che richiegga il bisogno, o che sarà loro ordinato di dare; potendo talvolta accadere, che alcuno di essi Uffiziali, scrupolizzando sul troppo, o sul poco, con manifesto inganno di falso zelo, sia per arrogarsi un tale arbitrio non senza disturbo della detta Comunità, il che non dee assolutamente permettersi.

IV. Proibiranno pertanto li detti Superiori agli Uffiziali l'usare parzialità nel somministrare quello, che si aspetta al Comune; ed essendo portati al Convento de' Commestibili di qualsivoglia specie, che distribuire si possano, e far gustare, benchè in poca porzione, a tutt' i Religiosi, facciasi in modo, che sieno distribuiti senza veruna differenza, ma bensì in quantità, e qualità uguale a ciascuno. Che se non saranno sufficienti per tutti, e saranno cose da potersi conservare, restino presso il Superiore, il quale opportunamente le somministri a quelli, che conoscerà averne il bisogno.

CAP. XIII.

Della Carità verso gl' Infermi.

I. ALlorchè cadrà infermo alcuno de' Religiosi de' suddetti Conventi, il Superiore locale dovrà assegnargli uno, o più altri, che secondo il bisogno con tutta la possibile carità lo assistano; e se l' infermità sarà tale, che a giudizio del Medico sia necessario, che l' infermo si trasferisca ad altro Convento, dove si trovi il comodo dell'Infermeria, si faccia subito trasferire a quello, prima che se gli aggravi maggiormente il male; se poi dal Medico sarà giudicato, che non vi sia tale necessità, o se l' infermo non si trovasse in istato da potervisi trasferire, benchè con tutto il comodo, che in tal caso gli si dovrebbe provedere, allora invigilerà il Superiore con tutta premura, che sia curato nel medesimo Convento, facendolo assistere, e provedere di tutto il bisognevole, ricorrendo agli Amici Spirituali, quando non abbia altro modo, talmente che se gli usi quella stessa carità, che vorrebbe ognuno si usasse con se medesimo in simil caso.

II. Riavutosi l' infermo, se gli usi la carità medesima, durante la di lui convalescenza, con fargli somministrare cibi particolari, e convenienti al perfetto di lui ristabilimento in salute; nè così presto possa essere obbligato a ripigliare gli esercizj, e le austerità comuni, se non sarà perfettamente sanato, e rimesso in forze da potervisi obbligare senza pericolo di ricaduta.

III. Trovandosi alcuno de' suddetti Religiosi in età molto avanzata, o abitualmente indisposto, di maniera che sia reso inabile ad osservare in tutto, o in parte le austerità, che si osservano dagli altri, dopo esser vissuto per molti anni in quella più stretta osservanza, espressamente ordiniamo, che non possa un tale costringersi a partirne, quando egli stesso non cercasse d' esser collocato in altro Convento di più mite osservanza; ma sia tenuto il Superiore ad avergli ogni riguardo, esentandolo da quelle fatiche, e austerità, per le quali si troverà fatto impotente, e però anche faccia, che sia proveduto di tutto il necessario, così quanto alla qualità, e quantità del cibo, come quanto all' uso de' Vestimenti, di maniera che, non potendo, non sia obbligato ai digiuni, ed alli cibi quaresimali per conformarsi agli altri, e, avendone necessità, possa ancor usare qualche panno di lino con le dovute cautele.

CAP. XIV.

Degli Esercizj Spirituali.

I. ANcorchè la pratica di queste Regole, e Costituzioni sia un continuo esercitarsi nella più perfetta via dello spirito, vogliamo nondimeno, che si facciano una volta l' anno gli Esercizj Spirituali, acciò servano d' incitamento a maggior fervore, e a perseverare con più perfezione nella via medesima; e a tal effetto si eleggerà quel tempo, che giudicherà il Superiore essere più conveniente, o sia quando i Religiosi si troveranno men occupati, e distratti. Le opere da praticarsi in detto tempo saranno le seguenti: Il primo, ed ultimo giorno mangeranno tutti genuflessi in terra, e si conteneranno di due sole porzioni provenienti dalla Cucina, col pane, e vino. Ogni mattina avanti il pranzo dirà ciascuno la sua colpa, ed ogni notte dopo il Matutino si farà la disciplina in comune. Oltre a ciò non si prescrive altro, ma si lascia alla divozione di ciascheduno il fare qualche atto di umiliazione, come il baciare i piedi agli altri Re-

ligiosi con la corda al collo in tempo della mensa, e cose simili; tutto però con dipendenza dal proprio Padre Spirituale, il quale avvertiamo di non permettere la pratica di straordinarie mortificazioni, e di opere afflittive più di quello, che prudentemente, e con savia discrezione giudicherà d'esserne capace il Soggetto, che chiederà di praticarle.

II. Se alcun Secolare vorrà fare gli Esercizj Spirituali in alcuno de' suddetti Conventi di Ritiro, come spesso accade in quelli della Romana Osservante Provincia, il Superiore non ricusi di soddisfarlo, quando vi sia il comodo, ma lo riceva con benignità, assegnandogli una stanza separata, ed un esperto Direttore, che con tutta carità lo assista. Permetterà, che intervenga a tutte le funzioni della Chiesa; non però in Coro, se non quando fosse Chierico, o Sacerdote, e non mai nel Refettorio, eccettuato, come s'è notato di sopra, qualche Personaggio di Ecclesiastica dignità, e di carattere assai riguardevole. Potrà ancora il Direttore nelle ore di ricreazione condurlo all' Orto, in luogo però separato dalla conversazione de' Religiosi.

III. Sia poi cura de' Superiori locali, nell' assegnare i Direttori per gli suddetti Esercizj Spirituali a Persone specialmente Ecclesiastiche per dottrina, e dignità riguardevoli, di scegliere i più capaci, prudenti, e discreti, e che non solamente sieno abili a dirigere tali Persone, e a consigliarle nelle cose spettanti all'Anima, ma che siano atti ancora a soddisfarle, richiesti che fossero di consiglio in altri affari. Quindi perchè non manchino ne' nostri Conventi di Ritiro Direttori per tutto ciò necessarj, dovranno li Sacerdoti, che dimorano in quelli, per quello spazio di tempo, che libero gli sarà fuori degli atti comuni, attendere di proposito a quello studio particolare, per cui avranno abilità, e talento, sì quanto alla Morale, come quanto alla Mistica Teologia, e così anche quanto alla Predicazione, affinchè possano rendersi utili ai loro Prossimi, e per tal modo imitare l' esempio del N. S. P., il quale guidato dallo zelo di Dio ha voluto: *Non sibi soli vivere, sed & aliis proficere*: e però se egli medesimo si fe intendere nel suo Testamento di volere, che i suoi Frati s'impieghino in qualche onesto lavoro, e che non sapendo l' imparino, *laborent de laborino, quod pertinet ad honestatem, & qui nesciunt discant*, e ciò per il buon esempio, che devono dare di se, e perchè non mai restino oziosi; chiaro è, che volesse quindi inculcare, siccome alli Fratelli Laici l' impiegarsi in qualche lavoro d' arte meccanica, così alli Sacerdoti, ed alli Chierici l' applicarsi allo studio di quelle scienze, che sono ad essi necessarie per ben esercitare i proprj doveri, e rendersi abili a giovare spiritualmente ai loro Prossimi.

IV. Essendo poi li Conventi di Ritiro destinati ancora per Recolizione de' Chierici novamente professi, vogliamo, che dalli loro Maestri vengano istruiti non solamente nelle cose, che appartengono allo spirito, e nella perfetta osservanza della Regola professata, ma ancora nell' intelligenza del latino, concedendoli a tal effetto l' uso, e lo studio della Gramatica, e della Rettorica in quelle ore, nelle quali saranno in libertà da potervisi applicare.

C A P. XV.

Delle Orazioni da farsi in comune dopo la Refezione della sera.

I. OGni sera datosi il segno dell' *Ave Maria* dalli 3. di Maggio sino alli 14. di Settembre, nel qual tempo si cenerà di giorno, e dalli 14. di Settembre sino alli 3. di Maggio, nel qual tempo si cenerà di notte, terminata la Refezione, si aduneranno tutt' i Religiosi in Chiesa, schierandosi nel mezzo, e per il lungo di essa a due a due ordinatamente, così che il Superiore, ed il Vicario stiano i primi d' incontro alla Balaustra dell' Altar Maggiore, e successivamente dopo di essi tutti gli altri: si farà un breve esame di coscienza, fatto il quale si diranno le seguenti Orazioni da principiarsi dal Superiore. E per primo, stando tutti profondamente inchinati, si dirà a mezza voce da tutt' insieme con farsi il Segno della S. Croce:

In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Adoramus te, Sanctissime Domine Iesu Christe, hic, & ad omnes Ecclesias tuas, quae sunt in toto Mundo, & benedicimus tibi, quia per Sanctam Crucem tuam redemisti Mundum.

Immediatamente si dirà da tutti il *Confiteor Deo*, e poi l' Atto di Contrizione, che si comincierà dal Superiore, dicendo:

Signor mio Gesù Cristo, perchè siete sommo, ed infinito Bene, degno d' essere amato sopra ogni cosa, io me pente, e mi dolgo di tutto cuore d' avervi offeso, e propongo fermamente di non offendervi mai più nell' avvenire.

Indi stando ancora profondamente inchinati, si dirà:

Ne memineris, Domine Iesu, iniquitatum nostrarum antiquarum; citò anticipent nos misericordiae tuae, quia pauperes facti sumus nimis.

Adjuva nos, Deus salutaris noster, & propter gloriam Nominis tui, Domine, libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter Nomen Sanctum tuum.

Quì, non profondamente inchinati, si dirà da tutti l' Antifona della B. Vergine: *Sub tuum praesidium*: e due Chierici, o altri in assenza di quelli, stando genuflessi avanti l'Altar Maggiore, incomincieranno le Litanie della stessa B. Vergine, e risponderanno gli altri con voce unisona senza canto.

Recitate le Litanie, li suddetti Chierici diranno il ℣. *Ora pro nobis*: ed il Superiore la seguente Orazione:

O R E M U S.

DEfende, quaesumus, Domine, Beata Maria semper Virgine intercedente, istam ab omni adversitate familiam, & toto corde tibi prostratam ab hostium propitius tuere clementer insidiis. Per Christum &c. Amen.

Dopo quest' Orazione si dirà da tutt' insieme il Responsorio di S. Pietro d' Alcantara: *Domine Jesu Christe, cui Sanctus Petrus &c.*, ed il Superiore dirà poi il Versetto, e la propria Orazione del Santo. Immediatamente si diranno da tutti li sei *Pater noster*, *Ave Maria*, e *Gloria Patri* a braccia distese per acquistare le Indulgenze della Stazione, il senso de' quali s' intenda per gli Pontefici, che le hanno concesse. Preventivamente però dirà il Superiore per chi si debbano applicare le dette Indulgenze, e do-

e dupo potrà far dire, oltre li sei, un altro *Pater*, & *Ave* col *Gloria* per gli bisogni del Convento, della Provincia, o di tutto l'Ordine, ed anche per qualche Benefattore particolare.

Successivamente si dirà il Salmo *De profundis* con li soliti Versetti, ed Orazione, e frattanto si darà il segno con la Campana, che suol darsi il segno dell'*Ave Maria* de' Morti.

Terminato il *De profundis*, inchinandosi tutti profondamente, si diranno le seguenti lodi, con l'alternativa d'un Verso, che si dirà dal Superiore, e dell'altro, che si dirà da tutti, giusta che qui viene notato.

Tutti: *Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus noster Omnipotens, qui est, qui erat, & qui venturus est.*

Dignus es, Domine Deus noster, accipere laudem, gloriam, & honorem, & benedictionem.

Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & divinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.

Il Sup. *Benedicamus Patrem, & Filium cum Sancto Spiritu.*

Tutti: *Et laudemus, & superexaltemus eum in secula.*

Il Sup. *Laudem dicite Deo omnes Servi ejus, & qui timetis Deum pusilli, & magni.*

Tutti: *Laudate, & superexaltate eum in secula.*

Il Sup. *Laudent illum Gloriosum Cœli, & Terra.*

Tutti: *Et superexaltent, & laudent eum in secula.*

Il Sup. *Et omnis creatura, quæ in cœlo est, & super terram, & subtus terram, seu mare, & terra, & omnia, quæ in eis sunt.*

Tutti: *Et laudent, & superexaltent eum in secula.*

Il Sup. *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.*

Tutti: *Et laudemus, & superexaltemus eum in secula.*

Il Sup. *Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen.*

Tutti: *Et laudemus, & superexaltemus eum in secula.*

Il Sup. *Oremus: Omnipotens, Sanctissime, Altissime, & Summe Deus, Summum Bonum, omne Bonum, totum Bonum, qui solus es bonus, tibi reddamus omnem laudem, omnem gloriam, omnem gratiam, omnem honorem, omnem benedictionem, & omnia bona tibi referamus semper.*

Tutti: *Amen.*

Tutti: *Benedicta sit illa dies, & hora, in qua Dominus noster Iesus Christus natus est de Beatissima semper Virgine Maria.*

Quì tutti chiederanno la benedizione, con dire, *Benedicite*, al Superiore, il quale alzandosi riceverà da un Chierico l'Aspersorio dell'Acqua santa; e camminando nel mezzo de' Religiosi andrà aspergendoli, con dire frattanto: *Salva nos, Domine, vigilantes, custodi nos dormientes; ut vigilemus cum Christo, & requiescamus in pace.*

Inginocchiatosi poi il Superiore, diranno tutti con il medesimo: *Sia lodato il Santissimo Sagramento, e Maria Santissima Regina nostra concetta senza macchia di peccato originale.*

E immediatamente da tutti si dirà l'Antifona del Sagramento: *O sacrum Convivium*: ed il Superiore dirà il suo Versetto, ed Orazione.

II. Terminato quest' esercizio, sarà libero ad ognuno il trattenersi di più, o il partire subito dalla Chiesa, dalla quale si porterà ciascuno direttamente con silenzio alla propria stanza per prendersi il necessario riposo.

CAP. XVI.

Di Varj altri Esercizj, ed Osservanze.

I. SIA cura del Sagrestano, che almeno ogni otto giorni sia rinnovato il Santissimo Sagramento: del quale per ordinario se ne dovrà fare l'esposiziona in tutti li giorni dell'ottava del *Corpus Domini*, e nell'ultimo giorno dell'anno in rendimento di grazie. Sarà cura altresì del medesimo Sagrestano, che almeno ogni quindici giorni si facciano l'Ostie, e le Particole da consagrarsi.

II. La suddetta esposizione del Santissimo nell'ottava del *Corpus Domini* si farà ogni sera immediatamente prima della Compieta, e questa si dovrà intieramente cantare; e frattanto staranno genuflessi avanti il Santissimo, o un Sacerdote con Cotta, e Stola, o due Fratelli, Laici ambidue con Cotta. Terminata Compieta, e lettosi in Coro il punto della meditazione, l'Eddomadario con li suoi assistenti apparati si porteranno in Chiesa avanti al Santissimo, e tutti gli altri Religiosi d'intorno al Presbiterio, ed ivi, adorato l'esposto Signore, genuflessi faranno la solita orazione mentale d'un'ora, verso il fine della quale, co' soliti Riti, Ceremonie, ed Orazioni prescritte dalla S. Chiesa, si darà la Benedizione. Se poi vi sarà la consuetudine, si farà ancora preventivamente la Processione col Santissimo nel giorno della detta ottava, facendosi il giro per il solo distretto della piazza, che corrisponde alla Chiesa.

III. L'ultimo giorno dell'anno si esporrà il Santissimo la mattina per tempo, o all'ultima Messa, e si darà poi la Benedizione verso la sera, o in altr'ora più conveniente, e più comoda al Popolo, che vi sarà concorso, con canto preventivo del *Te Deum laudamus*, e con li Versetti, ed Orazioni di rendimento di grazie.

IV. Dove vi sia il comodo, per la Natività del Signore si faccia un divoto Presepio nella Chiesa, ad imitazione del N. P. S. Francesco, il quale instituì così santa rappresentazione per eccitare in tutti una tenera divozione verso un sì grande Mistero di nostra Santa Fede; e dal giorno della detta Natività sino a quello dell'Epifania, in cui si farà la Processione portando l'Immagine del Santo Bambino, già prima collocata nel detto Presepio, si andrà ogni sera, terminata Compieta, a cantare le Litanie della B. Vergine avanti il medesimo Presepio, con in fine il Versetto, *Post Partum, Virgo*, e con l'Orazione, *Deus, qui salutis æternæ* &c.

V. La mattina del Giovedì Santo, prima della Messa cantata, in cui si farà la Comunione generale, congregati tutti li Religiosi nella Sagrestia, il Superiore, assistito dal Diacono, e dal Suddiacono apparati, farà un breve ragionamento sopra l'Instituzione del Santissimo Sagramento, stando egli, e tutti gli altri genuflessi. Finito il qual ragionamento, uno con l'altro chiedendosi perdono, si leverà in piedi il Superiore, e, dettosi da tutti il *Confiteor*, darà a tutti la generale assoluzione, che suole darsi da'Superiori in Visita, e che trovasi descritta nel Libro intitolato, *Formulare Regularium*: di poi si canterà la Messa, nella quale tutt'i Sacerdoti a piè scalzi,

zi, o sia deposte le Sandale, con Stola si porteranno a due a due a ricevere la Santa Comunione, e successivamente li Chierici, e li Laici, parimente deposte le Sandale, e con la corda al collo, faranno lo stesso. Terminata poi tutta la sagra Funzione, si andrà ad imitazione di Gesù Cristo a fare la Lavanda de' piedi nel modo, e forma, che si prescrive dalla Rubrica del Messale.

VI. In quanto al convenire alle Processioni pubbliche del *Corpus Domini*, delle Litanie maggiori, o sia Rogazioni, e ad altre intimate da' Vescovi per il bene, e causa pubblica; si osservi l'antica consuetudine di convenire, o non convenire, senza innovare sopra di ciò cos' alcuna sotto pretesto di maggiore, o minore distanza de' Conventi dalle Città, Terre, o Luoghi.

VII. Capitando di passaggio per gli suddetti Conventi Religiosi di altr' Ordine, sieno benignamente accolti, ricevuti, e trattati con la dovuta carità, ma con più distinzione quelli dell' Ordine del P. S. Domenico. Se saranno Cappucini, o del nostr' Ordine, o anche della stessa Famiglia provenienti da luoghi lontani, gli si faccia la Lavanda de' piedi, concorrendovi a tal atto di carità tutt' i Religiosi, ed in ciò facendo si canti il *Magnificat* con li soliti Versetti, ed Orazioni da dirsi dal Superiore.

VIII. Venendo richiesto il Superiore di mandare Religiosi ad accompagnare alcun defonto, non ne mandi meno di quattro, e per tale accompagnamento s' astenga dal ricevere cosa veruna, anche a titolo di limosina; a lo stesso si pratichi, quando il defonto fosse portato a sepellirsi nella Chiesa del nostro Convento; ma si presti tutto il servizio *gratis* senza verun riconoscimento, o stipendio.

IX. Non permettano i Superiori locali in veron conto, che i Religiosi della loro Famiglia vadano fuori di Convento soli, ancorchè fossero Cercatori, eccettuatone qualche caso di non poter farne di meno. Altresì avvertano di non mandarli ne' luoghi, dove si fanno Feste, e ricreazioni de' Secolari, se non che per celebrare la S. Messa, per ascoltare le Confessioni, o per assistere a' moribondi. A quelli, che faranno quest' assistenza, sia proibito assolutamente l' ingerirsi, o interessarsi in materia di Legati, Testamenti, Codicilli, ed elezione di sepoltura, e richiesti si scusino di non potere intromettersi in cose tali.

X. Per provedere in tutto alla quiete, e raccoglimento de' Religiosi, non permettano li Superiori locali, che, venendo condotta alcuna persona invasata dal Demonio alle Chiese de' loro Conventi, se ne faccia lo scongiuro; ma si scusino con buona maniera dicendo di esser ciò loro vietato; e intanto, prima di licenziare la detta persona, potran convocare i Religiosi in Coro, ordinandoli di fare qualche particolare orazione per la liberazione della medesima.

XI. Proibiamo a tutt' i Superiori locali il dar l'Abito del Terz' Ordine a veruna persona senza l'espressa licenza delli rispettivi loro Superiori Provinciali. Questa ottenuta, non concederanno la Tonaca talare alle donne, se non avranno le condizioni prescritte dalli Decreti Apostolici, e se non esibiranno la licenza *in scriptis* dell' Ordinario del Luogo. A quelle poi, che avranno le dette condizioni, e licenze, si conceda l' Abito, ma non le si permetta di portare velo in capo, sottogola, e pazienza, convenendo ciò alle sole Monache Claostrali. Ad altre persone, così uomini, come donne, con la predetta licenza de' Superiori Provinciali si conceda l' Abito interiore in forma di Tonicella, o in forma consimile all' Abitino del Carmine.

XII. Ogni seconda Domenica di ciascun Mese, che non sia impedita da qualche altra Funzione, ovvero in altra Domenica secondo la consuetudine de' Luoghi, e de' Conventi, si faccia la Processione, che dicesi del Cordone, cantando l' Inno del N. S. P. con le Orazioni consuete a dirsi.

XIII. In tutt' i Conventi di Ritiro dovranno i Superiori locali deputare uno, o due Religiosi, i quali sappiano radere, e di quindici in quindici giorni dovranno tutti della Famiglia farsi radere le barbe, potendosi stabilire a tal effetto il Giovedì, nel qual giorno, e non prima, nè dopo, tutti rader si facciano. La Chierica dovrà essere non più larga di tra dita, e non più piccola di due; nè mai si raderà ad alcuno la barba senza la Chierica, se non in caso di necessità, e con la licenza del Superiore.

XIV. Deputeranno ancora in ogni Convento un Religioso grave, ed esemplare, di età sopra 40. anni, quando vi sia, il quale assista da Portinaro alla porta del Convento; e questa dovrà tenersi sempre serrata, tenendone la chiave presso di se, così di giorno, come di notte, il Portinaro medesimo; e venendo chiamato alcun Religioso alla porta dalle donne, dovrà il medesimo sbrigarsi con poche parole, e alla presenza del Portinaro, o d' altro Religioso da deputarsi dal Superiore. Non mai si permetterà, che alcuno si fermi lungamente sulla porta, sì del Convento, che della Chiesa, o di passeggiarvi davanti. La limosina, che ordinariamente si suol fare alla porta dopo il pranzo, si faccia dal Portinaro con qualche altro Religioso, permettendo il Superiore, che a fare questa carità v' intervenga qualche Sacerdote, che in tal atto esorti i poveri alla pazienza, e al timor santo di Dio, e questo medesimo potrà praticare una, o due volte la settimana l' istesso Superiore ad esempio degli altri.

XV. Capitando lettere dirette ai Religiosi de' suddetti Conventi, sia in arbitrio de' Superiori locali l' aprirle, e leggerle, e qualsivoglia Religioso, che scriverà lettere, dovrà consegnarle aperte, e non sigillate al suo Superiore, eccettuate quelle, che si scrivono a' Superiori Maggiori, le lettere delli quali, essendo dirette ad alcuno de' Sudditi de' predetti Conventi, dovranno consegnarsi senza esser prima aperte dai Superiori locali.

XVI. Almeno una, o due volte ogni due Mesi, secondo il bisogno, si faccia la bucata per polire, ed imbiancare li panni del Convento, e si farà convenendovi i Religiosi tutti, e recitando frattanto qualche orazione di quando in quando ad arbitrio del Superiore; e a tempo opportuno dovranno i Fratelli Laici preparare le legna, e fare le fascine da accendersi nell' inverno alle ore destinate, così di giorno, come di notte. Ad arbitrio del Superiore locale potranno concorrere ancora li Sacerdoti, e li Chierici a comporre, e a ridurre in Convento le dette fascine.

XVII. Nel suddetto tempo d' inverno nel luogo destinato per fuoco comune si accenderà quattro volte una fascina, bisognando, tra notte, e giorno; cioè dopo il Matutino, dopo Prima, dopo pranzo, e dopo cena, concorrendovi tutt' i Religiosi a scaldarsi, e intanto si reciteranno le seguenti Preci. Dopo il Matutino li Salmi *Miserere*, e *De profundis* con i Versetti, ed Orazione per gli Benefattori vivi, e defonti; le Litanie della Beata Vergine con la sua Orazione, e in fine il Salmo *Laudate Dominum*

omnes

omnes gentes, con un *Pater*, & *Ave* per le Anime Sante del Purgatorio. Dopo Prima, e dopo cena li suddetti Salmi *Miserere*, e *De profundis*, con i Versetti, ed Orazione per gli Benefattori, come sopra: e dopo il pranzo le Litanie della Beata Vergine, dette le quali, si starà in silenzio.

CAP. XVII.

Del modo, e pratica di regolarsi li Superiori de' Conventi di Ritiro per ben esercitare il loro Uffizio.

L'Osservanza delle presenti Regole, e Costituzioni dovrà essere grandemente a cuore di tutt' i Superiori locali de' suddetti nostri Conventi di Ritiro, e siccome sarà lor obbligo strettissimo l'invigilare con zelo, affinchè sieno praticate esattamente dai loro Sudditi; così maggiormente dovranno anch' essi praticarle, e prevenir quelli, ed animarli col loro esempio. Quindi, perchè sappiano, come regolare se stessi nell' adempimento del loro Uffizio, si approfitteranno de' salutevoli, prudentissimi ricordi, che lasciò a tal fine ne' Conventi di Ritiro della sua Romana Osservante Provincia, e in quelli da se fondati in Corsica, ed in Toscana, ali PP. Guardiani de' suddetti Conventi il Ven. P. Teofilo di Corte, e sono li seguenti:

1. Offerire ogni giorno se stesso, e tutt' i suoi Sudditi alla Vergine Santissima, pregandola a volerli governare, e proteggere, come cosa sua, diffidando di far cosa buona senza la di lei assistenza.

2. Chiedere spesso perdono al Signore, ed alla Vergine Santissima di non aver corrisposto agli ajuti ricevuti.

3. Star attento a fuggire in se, ed impedire negli altri le singolarità senza causa; ma procurare l'osservanza comune in tutte le cose.

4. Non disprezzare verun Suddito, benchè assai difettoso, ma compatirlo, ed ajutarlo ad emendarsi: Non mormorarne con altri, nè permettere, che altri ne mormorino: Nè correggere mai alcuno, prima di riconoscersi internamente più colpevole di lui.

5. Quando per le disubbidienze de' Sudditi si sente commosso a soverchio sdegno, si confonda, considerando, quanto puntualmente vuol essere servito dagli altri, mentre poi esso Superiore sì malamente serve a Dio.

6. Esercitarsi spesso ne' ministerj bassi, che sono mezzi proprj per acquistare l'umiltà sì necessaria ad un Superiore; e procurare, per quanto può, d'essere il primo in tali atti, per animare gli altri all' imitazione.

7. Non si sdegnare, quando da alcuno viene avvisato di qualche cosa, ma ne mostri gradimento; anzi spesso si dichiari, essergli molto grati i suoi avvisi.

8. Giacchè il Superiore non può preferire a se li Sudditi nell' esterno, li preferisca sempre nell' interno, riputandosi indegno della loro compagnia, e confondendosi, che molti Sudditi camminano meglio di lui alla perfezione.

9. Nelle mormorazioni, o parole di poco rispetto verso la propria persona deve il Superiore, almeno quando non sono in pubblico, mostrarsi al possibile mansueto; ma in quello, che appartiene all' onore di Dio, ha da mostrarsi ardente, e risentito, sempre però con modo.

10. Persuadasi il Superiore di non avere più cattivo consigliere di se medesimo; onde sempre più sia disposto a seguire il parere d'altri, che il suo, e consigliarsi non solo con i Discreti, e Anziani, ma talora anche con gl' inferiori.

11. Quello che si può rimediare con la correzione segreta, contenersi in questa, ed occorrendogli di farla in pubblico, si sforzi di farla coll' animo sedato, astenendosi dal parlare ingiurioso.

12. Quando si fanno le Conferenze de' Casi, procurare di evitare le contenzioni, ma dopo che ciascheduno ha detta la sua ragione, far ciò modestamente, e cedere.

13. Quando il Superiore scorge, che i Sudditi si lamentano a torto, particolarmente in Visita, non si mostri appassionato, ma dopo una modesta discolpa, giudicandola espediente, si scordi di tutto, pensando, che, se non ha i difetti, de' quali è stato incolpato, ne avrà degli altri maggiori, ch' egli non conosce, e pigli quella contrarietà dalla mano di Dio, che prende quell'occasione per liberarlo dalla vanagloria, o in pena de' peccati vecchi.

14. Non aspettar gratitudine per il suo buon governo, e del bene fatto ad altri, ma presupporre d'aver fatto il suo dovere, come servo di tutti, e pensi, che, se i Sudditi si mostrano grati alli suoi buoni trattamenti, ciò sarà una gran parte della mercede per le sue fatiche, e, se saranno ingrati, tutto il premio gli sarà dato nell' altra vita: e così sia.

15. Invigilar molto nelle cose sostanziali, come nel Divino Officio, che si dica con la dovuta pausa, e gravità; nella celebrazione della Santa Messa, che vi si osservino le Rubriche; nella Povertà, che non si facciano provisioni superflue, e che vi sia moderazione nel vitto; e nel Silenzio, che sia esattamente praticato.

16. Dopo che il Superiore avrà sperimentata la fedeltà degli Ufficiali, non essergli troppo molesto collo stargli molto attorno; benchè non deve lasciare di andare di tanto in tanto alla porta per vedere, come si cammina.

17. Quando il Superiore conoscerà di aver disgustato notabilmente il Suddito, procuri di pacificarlo.

18. Procurare in tutto la pace esteriore, ed interiore, non turbandosi per cos' alcuna di questa vita; e se per sorte si trovasse turbato, far diligenza subito di ricuperare la pace del cuore, scordandosi per allora della caduta nel difetto, e consideri l'ineffabile bontà di Dio, che stà pronto a perdonargli ogni suo difetto; a suo tempo poi si umilierà avanti a Dio con farne qualche penitenza, però con soavità.

19. Per ultimo procurerà di guardare i suoi Sudditi, come Creature di Dio, anzi come Figli di S. D. M., a lui raccomandati; e poi procurerà di soddisfarli in tutto quello, che può, benchè non deve lasciare di mortificarli, bisognando; ricordandosi del premio, che gli stà apparecchiato, se ne avrà buona custodia, e del durissimo Giudicio, che gli sovrasta, se sarà trascurato.

TAVOLA

PER LA DISTRIBUZIONE DELLE ORE DA DIRSI IL DIVINO OFFICIO.

Mesi	Giorni	Mattino H. M.	Prima H. M.	Sesta H. M.	Vespro H. M.	Compieta H. M.	Mezzo Giorno H. M.
Gennaro	1 15	7 7	13 15 13	17 15 16 45	20 20	22 30 22 30	19 18 45
Febbrajo	1 15	6 30 6	12 45 12 30	16 15 16	19 30 19 30	22 30 22 30	18 30 18
Marzo	1 15	6 6	12 11 30	15 45 15 30	19 19	22 30 22 30	17 45 17 30
Aprile	1 15	5 30 5 30	10 45 10 30	15 15 15	da Pasq. a tutto April. 18 30	22 30 sino a Pasqua 21 30	17 15 17
Maggio	1 15	5 5	9 30 9 15	13 45 13 30	18 30 18	21 21	16 30 16 15
Giugno	1 15	5 5	9 15 9 15	13 15 13 15	18 18	21 21	16 16
Luglio	1 15	5 5	9 15 9 15	13 15 13 30	18 18	21 21	16 16 15
Agosto	1 15	5 5 30	9 30 10	13 45 14	18 18 30	21 21	16 30 16 45
Settembre	1 15	6 6	10 30 11 15	14 30 15 30	18 30 19	21 15 21 30	17 15 17 30
Ottobre	1 15	6 6 30	11 45 12 15	15 45 16	19 19 30	21 30 sino alli 4., e poi 22 30	17 45 18
Novembre	1 15	7 7	12 30 12 45	16 45 17 15	19 30 20	22 30 22 30	18 30 18 45
Decembre	1 15	7 7	13 15 13 15	17 15 17 15	20 20	22 30 22 30	19 19

ISTRU-

ISTRUZIONE GENERALE

Intorno alla materiale struttura delle Chiese, e de' Conventi di Ritiro.

AL raccoglimento interiore dello spirito, che prefiggee si debbono tutti que'Religiosi, li quali, anelando di avanzarsi con più fervore nel cammino della perfezione, s'eleggono spontaneamente la solitudine de' Conventi di Ritiro, conferendo molto l'esser questi in ogni sua parte talmente provveduti, e disposti, che anche nella loro materiale struttura rappresentino un vero Santuario, dove la Pietà, e la Religione col seguito di tutte l'altre virtù, quieta, e pacificamente regnando, la santità dello spirito liberamente promuovano in quelli, che vi dimorano; si aggiunge per tal effetto un' Istruzione generale circa la predetta materiale struttura de'Conventi medesimi, e delle Chiese a quelli annesse, da ridursi, per quanto sia possibile, ad una pratica esattissima d'uniformità in tutt' i Luoghi, ove sono di già eretti, ed in quelli altresì, che in appresso erigere si volessero.

§. I.

E primieramente intorno alle Chiese dovrà schivarsi la sontuosità meno conveniente allo stato povero de'Religiosi, che in quelle a Dio servono, di maniera che nulla di curioso, e di superfluo vi si scorga, che, occupando vanamente gli esterni sensi, distraggono colpevolmente gl'interni dello spirito, che in Dio seriamente applicare si devono. Esigendo la santità del Luogo, che si attenda piuttosto a mantenervi gelosamente la politezza, e la decenza in ogni sua parte, sarà officio de'Sagrestani di spolverarne ogni giorno gli Altari, e di coprirne di questi le Mense, allorchè sieno terminati li Sagrifici, ed oltre lo scopare d'ogni Sabbato, come s'è notato nelle descritte Regole, e Costituzioni, dovranno giornalmente esplorarne, e rimuoverne ogn'immondezza. L'Altar Maggiore dovrà essere riguardato da Balaustra, non già di marmo, e se pur già non vi si ritrovasse (e in tal caso si lasci, come si ritrova), ma di legno a modo, e forma di Cancellata modestamente costrutta, che aprendosi nel mezzo, abbia la sua serratura per chiudersi, acciò non entrino i Secolari, e specialmente le donne, nel Presbiterio, con un campanello, e sua cordicella pendente, da servire a detti Secolari per dar segno di volere la Santa Communione, da amministrarsi loro per gli cancelli della Balaustra suddetta. Il Tabernacolo sia modestamente coperto con drappo, non però d'argento, o d'oro: la Sagra Pisside, e i Calici abbiano le Coppe d'argento indorato col piede d'ottone: simil piede abbia l'Ostensorio con li raggi d'argento, e lunetta indorata, senza curiosità di lavoro: della Custodia del SS. Sagramento la chiave non mai resti appesa, ma, usata che sia secondo il bisogno, debbano i Sagrestani rimuoverla, e gelosamente in sicuro, e decente luogo riporla. Con altrettanta vigilanza procurino, che resti perpetuamente accesa la lampada avanti del Tabernacolo. Tra questo, e la Mensa dell'Altar Maggiore vi sia un' apertura nel muro corrispondente al Coro, di lunghezza, e di altezza proporzionata, framezzandovi un vetro, per cui dal Coro si vegga il Sacerdote, che celebra, in tempo specialmente della Consagrazione. Tutti ancora gli Altari lateralmente disposti abbiano la Cancellata di legno, che li riguardi, e non dia l'accesso a'Secolari, acciò libero sia da disturbo d'affollamento il Sacerdote nell'offerire il Santo Sagrificio. Gli ornamenti degli Altari sieno decenti, e poveri, talchè risplenda ancora nel Sagro Tempio con la dovuta decenza quell'altissima Povertà, che, ad imitazione del Santo de'Santi in esso Tempio adorato, s'è professata. Li Candelieri, e Vasi sieno di legno; li Fiori non di seta, ma naturali, o artificiali di carta. Le Finestre in tutto il giro della Chiesa, e del Coro abbiano le sue Cortine di tela ordinaria d'oscuro colore, con funicelle pendenti da chiudersi, e riaprirsi prima, e dopo la Mentale Orazione. Simile Cortina, o Stuora si tenga alla Porta della Chiesa nella parte interiore secondo i tempi; e nell'ingresso vi si tenga sempre provveduta l'Acqua benedetta, da rinovarsi ogni otto giorni per lo meno da'Sagrestani; dalli quali altresì ogni quindici giorni rinovare si dovranno le Ostie da consagrarsi. Così dentro, come fuori della Chiesa sieno distribuite le Immagini rappresentanti i Misterj, o sia le Stazioni della Via Crucis.

§. II.

Tutto ciò, che servir deve al Sagro Ministero dell' Altare, e per ornamento della Chiesa, conservisi nelle Sagrestie con ogni diligenza da' Sagrestani; cura, e officio de' quali sia il riporre ciascuna cosa in lungo proporzionato, e decente. Secondo il numero de'Sacerdoti sieno provvedute le dette Sagrestie di Paramenti Sagri, altri per uso ne'giorni feriali, altri per uso ne'giorni festivi, senza ostentazione di ricami, fregi, o trine d'oro, o d'argento, ma modesti, decenti, e di poco prezzo. Li Camici, e le Cotte, o Rocchetti non sieno arricciati, ma stesi, e con merletto ordinario ornati. Per le maggiori Solennità bensì, e in occorrenza, che alcun Prelato, o Superiore maggiore, o qualche altro Ecclesiastico di molto riguardo celebrar volesse, potranno ritenersi due, o tre Camici arricciati con merletto proporzionato, e due, o tre Cotte consimili. Siavi ancora un' Ombrella conveniente di seta da servire di Baldacchino nel trasferirsi, o portarsi processionalmente il Santissimo Sagramento. Quanti saranno li Sacerdoti, altrettanti fazzoletti di tela bianca si tengano pendenti, o riposti a loro notizia, e per loro uso, bisognandoli a purgarsi il naso nell' amministrare al Sagro Altare. Siavi ancora il comodo di lavarsi le mani, e due tovagliuoli distinti per asciugarle, uno de' quali serva per gli soli Sacerdoti, e l' altro per gli Chierici, e Laici, pria che s' accostino al Sagro Altare. Nel prospetto delle Sagrestie, e sopra la Mensa, dove si ripongono i Calici, e dove i Sacerdoti s' apparano, tengasi una divota Immagine del Crocefisso, a cui nel partirsi, e nel ritornare che faranno dal celebrare li detti Sacerdoti, profondamente s' inchinino. La detta Mensa da prepararsi, e vestirsi, e tutti gli armarj, e credenze da riporre così li Calici, come li Paramenti Sagri, li Messali, e tutt' altro, che riposto esser debba, sieno di legno con semplice lavoro, senza vernici, pitture, o fregi di studiate centinature; e tutto quello, che vi sarà di Sagro, sia custodito con chiave. Al muro, soltanto imbiancato, si appendano alcune divote Immagini di carta, o pur anche in tela dipinte, non però con cornici dorate.

§. III.

Nel Coro, ove si trovino le Prospere, o Sedie con i bracci d'appoggio, non si rimuovano, se non quando bisognasse rinovarle, e in tal caso non si

si faccia altro comodo, che di semplici tavole per sedere, secondo le occorrenze di dovervisi trattenere sedendo. Cura sia delli Superiori, che il Coro resti provveduto di tutti li Libri necessarj sì per salmeggiare, come per cantare, e per l'Orazione Mentale. Siavi un Orologio col suono, ed un altro a polvere per regolamento delle ore così dell' Officio Divino, come della detta Orazione, e per comodo del Sagrestano, a cui spetta l'osservare delle ore medesime la prenotata distribuzione. Abbiasi l'ingresso dal Coro all'Altar Maggiore per due porte laterali, che non mai si lascino aperte, se non all'andare, e ritornare dal medesimo Altare. Nel luogo di mezzo tra quello del Superiore, e quello dell' Eddomadario sia collocato un Campanello con sua funicella da usarsi a dar segno dell' incominciamento dell' Offizio, e per far che si eseguisca tutt' altro, che in tal tempo non convenga significarsi con parole, o cenni. Sull' ingresso, e vicino alla porta d'esso Coro, che dà l'adito alla Sagrestia, tengasi appeso un Aspersorio con l'Acqua benedetta, da usarne il Superiore aspergendo i Religiosi, allorchè dopo la relazione della mattina vi si portano a fare il ringraziamento, e dopo quella della sera terminate le Orazioni comuni, che far si devono nella Chiesa prima di ritirarsi al necessario riposo.

§. I V.

Li Conventi sieno circondati di muro con proporzionata, e non molto vasta Clausura, che racchiuda Orto, e Selva, con qualche sito da valersene li Sagrestani a seminarvi, e raccogliervi fiori per ornamento degli Altari. L'esteriore parte d'essi Conventi, ove si trovassero in poca distanza dalle abitazioni de' Secolari, sia riguardata nelle finestre con gelosie di legno. Nell' ingresso, quando agevol cosa sia il procurarlo, vi sia un adito fra due porte per riparo in occasione di pioggia, e per comodo di far la limosina a' Poveri, e a canto alla seconda porta, per cui s' entra nel Chiostro, vi sia una stanza per alloggio de' Benefattori, dentro la quale si stabilisca una Rota nel muro corrispondente al di dentro del Chiostro medesimo, per cui si porga a quelli il bisognevole, specialmente se fossero Donne, senz' aprir la porta ogni volta che si dovesse loro somministrare alcuna cosa. Questa seconda porta sia munita di Campanello dalla parte di dentro con fune pendente al di fuora, restando sempre chiusa, e ritenendone presso di se la chiave il Portinaro, il quale, sentendo sonare il detto Campanello, non tardi ad accorrervi, nè faccia aspettare lungamente chi suona, potendosi dare il caso, che sia alcun Religioso da lungo viaggio affaticato, e sudato, che abbia bisogno di sollecitamente ricoverarsi, o che altra necessità richiegga speditezza di provedimento. Oltre le due accennate porte, un' altra dovrà esservi dalla parte dell' Orto, o Selva, per dove entrino, bisognando, giumenti; de' quali alcuno potrà tenersi per gli necessarj trasporti, e carichi, in stalla piccola, e sol capace di due di essi, situata in luogo separato dalle Officine, e dal Chiostro.

§. V.

Nel suddetto Chiostro, essendovi il comodo, si stabiliscano due stanze almeno, provvedute modestamente del bisognevole per qualche particolare Benefattore, e per altra Persona, che volesse fare gli Esercizj Spirituali. Vi si deputi ancora una stanza proporzionata per il Capitolo delle colpe a forma d' Oratorio, dove sia un Altare per le prove intorno alle Rubriche da osservarsi nella celebrazione della S. Messa, con l'Immagine del Crocefisso, e che possa servire anche di luogo conveniente per ascoltare le Confessioni, e per farvi la Conferenza de' Casi Morali, con banchi, e tavole d'intorno al muro per sedere in tal circostanza. In questa medesima stanza, o in altro luogo più comodo potranno stabilirsi le Stazioni della Via Crucis per chi volesse occultamente farne il Santo Esercizio.

§. VI.

Salendo alli Dormitorj siavi ad ogni capo di scala una Croce, o qualche divota Immagine, a cui chiunque sale faccia profondo inchino. Sia poi collocata ne' medesimi Dormitorj una lampada, che di nottetempo sempre rimanga accesa, e in sito, che possa illuminare anche la scala. Le stanze de' Religiosi nulla contengano di curioso, o di superfluo, e non più di quello, che dalle prenotate Regole, e Costituzioni permesso viene. Oltre le suddette stanze, se ne tengano preparate due, o tre altre per alloggio de' forestieri; e siavi pur anche una stanza per comodo di studiare, provveduta sufficientemente di Libri morali, ascetici, scritturali, predicabili, di Gramatica, e di Rettorica, e ne tenga la chiave uno de' Lettori sull' ingresso della sua stanza in luogo, dove, bisognando, ogni Religioso, senza farne lunga ricerca, la trovi esposta. Siavi ancora ne' Dormitorj suddetti un Orologio a suono, e vi si tenga affissa la Tavola della distribuzione dell' ore, ricopiata dalla qui ingiunta in foglio grande, acciò si distingua, e venga osservata da tutti. Stabiliscasi una Camera competente, che serva di Comunità, ed in cui si conservino i panni così di lana, come di lino, e tutt'altro, che bisognar possa alli Religiosi: e quello di essi, che sarà deputato Officiale nella medesima, usi ogni attenzione sopra detti panni, e sopra ogni altra cosa da usarsi dalli medesimi, somministrando a ciascuno il necessario, e portando egli stesso a tempo opportuno nelle stanze i panni politi, con ripigliarsi quelli, che si dovranno immancare, e in tal occasione potrà con diligenza osservare, se nelle dette stanze manchi cos' alcuna per provvederla; prendendosi questa sollecitudine per esercizio di carità, oltre che per l'obbligo del suo Officio, levandone su di ciò il pensiero alli Religiosi particolari, acciò per alcuna mancanza del necessario non vengano punto distratti, o turbati. Alle mura de' Dormitorj nulla di vano, e curioso apparisca; ma siano in tutto semplici, e senza ornamenti, e, se rustici fossero, non si cerchi di migliorarli, e al più abbiano applicate alcune divote Immagini di carta, che conciliar possano divozione in chi passando la miri.

§. V I I.

Le Officine inferiori dovranno talmente uniformarsi, che in tutte vi si osservi la politezza, la modestia, e la povertà. La Cucina provveduta sia di que' comodi, che puramente son necessarj, con una proporzionata dispensa da riporvi ciò, che devesi conservare. Nell' apparecchio de' cibi procuri l'Officiale di segnalarsi nella carità, amministrandoli con quella diligenza, che suole usare ogni Madre affettuosa in alimentare i suoi figli. Il Refettorio abbia contigua la stanza, che dicesi Caneva, e si questa, che quello, mantengansi sempre con polizia dall' Officiale, che vi sarà deputato: di cui però sia cura di apparecchiare decentemente la mensa,

sa, con ugualità in tutto, somministrando Pane, Vino, Frutti, e ogni altra cosa, che occorre darsi ai Religiosi, avvertendo, che il necessario apparecchio sia sempre in ordine per quel tempo prefisso, che si darà il segno della refezione così la mattina, come la sera. Avrà cura speciale del Pane, che conservandosi non s'ammoffisca, e de' frutti, che non si corrompano, e così anche del Vino, che per sua negligenza non acidisca, o prenda altra mala qualità; onde usar dovrà intorno a ciò uno studio particolare di economia, e di carità insieme, acciocchè non si defraudi la pia intenzione de' Benefattori, che nel somministrare quello, che bisogna per il sostentamento de' poveri Religiosi, intendonsi di volere, che ne gustino salutevolmente, e non già, che lo debbano nauseare, e rifiutare mal conservato per l'incuria di chi lo somministra. Siavi parimente nel Refettorio il comodo da riporre la Sagra Bibbia, e gli altri Libri, che usare si devono giornalmente per la prima, e seconda lezione da farsi in tempo della refezione. Nel luogo, ove siede il Superiore alla mensa, si tenga non già un campanello, ma un piccolo battente di legno, con il quale il detto Superiore dia li segni opportuni nel principio, e fine della refezione, e della lezione ogni volta che debba questa terminarsi da uno, e ripigliarsi da un altro. Eccettuato il tempo della detta refezione, così del Refettorio, come della Cucina restino sempre chiuse le porte, nè si permetta, che alcuno vi si trattenga dentro oziosamente, e senza necessità.

§. VIII.

In qualche parte più remota dal Chiostro, e più prossima alle scale del Dormitorio, se sia possibile, o in altro sito più adattato, siavi una stanza capace, che serva per Scaldatojo, dove s'accendano le fascine per iscaldarsi li Religiosi in tempo d'inverno, e per ogni altra occorrenza di dovervisi accendere il fuoco, come per fare le Ostie, per asciugare panni, e per fare la bucata, per far la quale siavi parimente un luogo proporzionato con vasca, e tutt'altro, che sia necessario. Se altro luogo non vi sia, nella predetta stanza, ove si trova il comodo d'accendere il fuoco, si radano le barbe; e a tal effetto dovrà esservi un ripostino da conservare le cose, che a ciò fare son necessarie. Nella stanza medesima potrà ancora farsi la Lavanda de' piedi a' forestieri, quando non si trovi già preparato in altra parte il comodo di farla. Finalmente dovrà esservi un luogo, dove ridurre al coperto le legna, e le fascine, più che sia possibile vicino alla Cucina per maggior comodo dell'Officiale, che cotidianamente ne deve usare. Sopra di ciò non si prefigge altro, ma si lascia all'accortezza de' Superiori locali il disporre, che ogni Officina abbia li suoi comodi necessarj; e dove non possano dare a ciascuna i luoghi citati in questa Istruzione, procurino almeno li detti Superiori di designarne altri, conformandosi in tutto quello, che potranno, con il consiglio de' Discreti, a quanto si prescrive in questa medesima Istruzione; talchè ogni loro determinazione abbia per oggetto la povertà, che dev'essere il più prezioso ornamento de' Conventi, specialmente di Ritiro, e al tempo stesso la carità in far sì, che a' Religiosi, che in essi convivono, nulla manchi del necessario comodo, per più agevolmente perseverare nel più stretto tenore d'osservanza, a cui spontaneamente si sono in quelli dedicati. (a)

AVVERTIMENTI, ED ORDINI

Alli Superiori così Provinciali, come Locali, ed alli Sudditi

Intorno all' osservanza delle sopradescritte Regole, e Costituzioni.

I. ESsendoci grandemente a cuore la manutenzione non meno, che l'accrescimento de' Conventi di Ritiro in ciascuna delle Provincie di tutto il Serafico nostr'Ordine; espressamente comandiamo alli Ministri, Custodi, e Diffinitori *pro tempore* d'invigilare sopra l'osservanza di queste da noi prescritte Regole, e Costituzioni da praticarsi ne' detti Conventi, e di provvedere a tal effetto, che non vi sia alcuno, il quale ardisca di opporsi alli di già eretti, o ad altri, de' quali abbisognasse farne l'erezione. Quindi vogliamo, che nell'eleggersi i Superiori locali de' predetti Conventi non si abbia verun riguardo a Nazione, o Stato; nè che v'intervenga pretesto alcuno di convenienza, o di sodisfazione; ma l'elezione si faccia di que' Soggetti, ne' quali si troveranno le condizioni da noi assegnate nel primo Cap. delle predette Costituzioni, e Regole al n. 4., dalli soli Ministri, Custodi, e Diffinitori, alli quali, e non ad altri dovranno tutta la dipendenza, e soggezione gli eletti. Proibiamo perciò assolutamente a qualsivoglia, benchè graduato, e Padre di Provincia, il pretendere, e l'avere ingerenza, o direzione de' suddetti Conventi, a lo stare di permanenza in quelli, eccettuatone alcuno, che volesse obbligarsi a perseverarvi, osservando, come tutti gli altri, il medesimo tenore di più stretta osservanza. In oltre comandiamo alli predetti Ministri, Custodi, e Diffinitori, che, non essendo sufficiente un solo Ritiro per Provincia, e forse anche due a dar luogo a tutti que' Religiosi, che chiederanno d'esservi collocati, ne assegnino il secondo, il terzo, e più ancora, se sia d'uopo, specialmente in quelle Provincie, che contengono più di trenta Conventi, e non già ne' luoghi d'aria meno salubre, e ne' quali comodamente praticare non si possa quello, che si è prescritto nelle suddette Costituzioni, e Regole. Su di ciò guardinsi molto bene li suddetti Ministri, Custodi, e Diffinitori di non aggravare le di loro coscienze; mentre, contravenendo a questi nostri ordini, strettissimo conto ne renderanno a Dio, rei, che si faranno, di grave colpa nell'impedire la di lui maggior gloria, il vantaggio spirituale dell'Anime de' loro Sudditi, ed il pregio migliore del Serafico nostro Instituto, che furono la giusta idea del nostro zelo in ordinare, e distendere per gli Ritiri di tutto l'Ordine le predette Costituzioni, e Regole; avendone a tal effet-

(a) Nota. *Prescrivendosi nel §. VI. che la Tavola della distribuzione delle ore si tenga affissa nel Dormitorio, acciò sia veduta, ed osservata da tutti; si dichiara, che a tenore della medesima debba variarsi di mezz'ora il dar segno del Matutino negl' indicati tempi, non ostante, che siasi altrimenti notato al num. 6. del cap. 2. dell' Officio Divino.* (*Nota ista ad verbum legitur hoc loco in Constitutionibus ipsis.*)

effetto consultati li PP., che compongono l'attuale nostro Discretorio Generale qui in Roma, l'unanime sentimento de' quali, conformandosi pienamente al nostro, esige con noi delle medesime Costituzioni, e Regole la comune accettazione, e la più esatta uniforme osservanza. Eseguiscaoo però con tutto l'impegno del loro zelo quel tanto, che giudicato abbiamo di doverli ordinare, per il merito, che si faranno presso Dio, e per conseguire in effetto quell' eterna Benedizione, che tiene Dio preparata alli veri zelatori, e promulgatori della sua gloria, e della salvezza delle Anime.

II. Oltre alla vigilanza, e zelo, che praticare dovranno li Ministri Provinciali coo i di loro rispettivi Diffinitorj in promuovere, ed esigere la perfetta osservanza delle predette Coatituzioni, e Regole ne' Conventi già eretti, o da erigersi in Ritiro per tutto l' Ordine; dovranno altrettanto invigilare, e zelare, che da' loro Sudditi esattamente sieno osservate, li Superiori locali de' medesimi Conveoti. Vogliamo però, che talmente sia regolato il loro zelo, onde la prudenza, la discrezione, e la carità, virtù a tal effetto necessarissime, e soprattutto il di loro medesimo esempio, lo rendano al tempo stesso soave, ed efficace a riscuoterne da quelli la dovuta osservanza. Si guardino pertanto dall'aggravare i medesimi di maggiori austerità oltre le da nni prescritte; e nell' nobligarli a queste procedann con essi da veri Padri con i loro figli, animandoli con la dolcezza delle parole, e coo la soavità del comando; non mai gl' inaspriscano enn la severità de' castighi, usando con i difettosi di quella maniera di correzione caritativa, e discreta, che amerebbero si usasse con esso loro, qualora caduti fossero ne' medesimi, o in altri difetti: e talmente correggano, e puniscano le trasgressioni, che le correzioni, e castighi non mai possano sospettarsi da' trasgressori che derivino da veruna passione di contrarietà di genio, o di malevolenza, onde, non che riscuoteroe l' emendazione, si rendessero quelli maggiormente colpevoli. Con i deboli altresì, ed infermi, e con quelli, che avranno molto faticato, usino talvolta qualche indulgenza di respiro, divertimento, o riposo, benchè da essi oon ricercatn; acciò gli altri, animati da un tal riscontro di carità, più volentieri s' esercitino nelle fatiche, e non mai si perdano d' animo oel soccombere alle austerità, alla quali spontaneamente obbligati si sono.

III. Li Sudditi finalmente, che si troveranno di Famiglia ne' predetti Conventi, riflettano seriamente, che non a forza di comando, ma di sovrano impulso indotti, liberamente si elessero di abbracciare quel teoore di più stretta osservanza, che vogliamo in quelli stabilito con la pratica delle prescritte Costituzioni, e Regole. Quindi procurinn, che non mai s'intiepidisca ne' loro animi quel primiero fervore, con il quale vollero per tal mezzo fare di se medesimi un più perfetto sagrificio a Dio, desiderosi di partecipare più da vicino l'illuminazione del suo volto, e di meritarsi d'esser finalmente prescelti con ispeciale maniera a parteciparne per tutta l'eternità. Guardinsi pertanto dal trasgredire veruoa delle dette Costituzioni, e Regole, e molto più dall' occasionarne la trasgressione io altri, con farsi vedere negligenti, infastiditi, e rincrescevoli nell'esercizio, e pratica delle medesime. Ripongano tutta la di loro fiducia in Dio; nè mai disperino del Divino soccorso, per arduo che talvolta sembrar loro potesse il peso, che si addossarono. Ognuno pensi d' avere soltanto a render conto di se a Dio, e di non dovere perciò vanamente applicarsi ad osservare gli andamenti degli altri, lungi affatto tenendosi dal giudicare, biasimare, o condannare gli altrui difetti, benchè gli sembrasse d'esser a ciò spinto da carità, e zelo. Guardi ben anzi ognuno se stesso, e de' proprj andamenti facciasi pure, quanto più sa, e può, rigorosissimo inquisitore, che troverà sempre di che zelare, e correggere per la propria emendazione. Finalmente a tutti li predetti Sudditi raccomandiamo la vicendevole carità, e la dovuta soggezione, e cieca ubbidienza ai Superiori, alla volontà, direzione, e soggezione de' quali non solo oon dovranno mai contradire, ma conformarvisi sempre con lieto animo, persuadendosi d'esser questo un mezzo molto efficace per il conseguimento di quell'alto stato di perfezione, che presero di mira, allorchè s'elessero d'esser collocati ne' Conventi di più stretta osservanza.

= Quoniam Literis Reverendissimi P. Ministri Ge-
= neralis, quas initio exhibuimus, dies nulla repe-
= riebatur adscripta; has idcirco Constitutiones ad
= hujus Anni principium collocavimus: quo certè
= Anno 1759. fuisse illas promulgatas constat.

= Editus postea fuit Anno 1774. a Revereodissimo
= P. Paschali Varisiensi, tunc Ministro Geoerali, item-
= que Visitatore, ac Reformatore Apostolico, pro
= iisdem Recessibus totius Ordinis alter Constitutio-
= num Libellus, relatis supra Constitutiooibus par-
= tim consonus, partim dissonus; continens, paucis
= exceptis additamentis, easdem ad verbum Consti-
= tutiooes Anni 1706., de quibus inter Literas P. Mi-
= stri Generalis mentio fit (supr. pag. 308. B. circ.
= med., & ad calc. in not. *b.*). Fueruntque Con-
= stitutiones illæ Anni 1774. approbatæ, confirmatæ-
= que a S. Congregatione Disciplinæ Regularis pro
= Recessibus Italæ, & adjacentium Insularum. His
= enim limitibus, ipsius S. Congregationis Jurisdictio
= continetur, ut alibi moouimus.

= Uterque P. Minister Gen. in eum scopum colli-
= neavit, ut unius, ejusdemque disciplinæ, quam
= ipse optimam judicaret, uniformitatem omnimo-
= dam in Cœnobia universa sacri Recessus induce-
= ret. Atqui neuter id, quod sibi proposuerat, con-
= secutus est. Nam & priores illæ Constitutiones,
= & hæ recentiores, cùm publicatæ fuerunt, non
= fuerunt ubique usu receptæ; annuentibus ob caus-
= sas sibi expositas ipsismet PP. Ministris Generali-
= bus illarum auctoribus, qua erant ipsi prudentia,
= suavitate, ac circumspectione io regimine Ordi-
= nis; neque verò repugnante circa recentiores il-
= las, quoad Recessus Italiæ, & Insularum, laudata S.
= Congregatione, Disciplinæ Regulari præposita.

= Nam Sacra Congregatio ipsa in suo Confirma-
= tionis Decreto, Anno prædicto 1774. 27. Aprilis edito,
= *Superioribus* quidem, *etiam Generalibus Ordinis Mi-*
= *nistris*, OMNINO PROHIBET, *ne præfatas Regulas* &c.,
= *inconsulta ipsa S. Congregatione, abrogare, vel etiam*
= *immutare, aut imminuere præsumant*. Verùm, quod
= attinet ad Recessuum eorumdem Familias; istas
= tantummodò *vehementer* HORTATUR, *ut eas* (Regu-
= las) *ademussim, & uniformiter observare non ne-*
= *gligant*. Scilicet rem tractavit laudatissimus S. R.
= E. Cardinalis Jo. Carolus Boschi, ejusdem S. Con-
= gregationis tunc Propræfectus, quem grati cum a-
= nimi sensu libentissimè nominamus, Vir itidem,
= dum viveret, æquitate, humanitate, prudentia,
= æque ac doctrina, indefessis laboribus, sanctissi-
= misque moribus spectatissimus: qui noluit Reces-
= suum

suam Familias præcepto adigere ad Constitutiones easdem recipiendas. Qua de caussa, ut ex quodam Recessu aliquando accepi, P. Minister Gen. Paschalis, dum illuc suas misit Constitutiones, P. Guardiano demandavit, ut circa illarum receptionem Familiam ipsius Recessus audiret: quæ tamen audita, sibi eas non expedire judicavit, & Clementinas retinuit. Quod ipsum alibi factum procul dubio est.

Itaque ob rationes prædictas neutrius P. Ministri Gen. in Recessibus omnibus Constitutiones servantur: sed alicubi Varisienses; alibi Panormitanæ istæ; alibi etiam antiquiores vigent. Quamobrem utrasque illas suis locis exhibendas putavimus vestigiis inhærentes P. Perusini (Par. I. a p. 295., & a p. 498.).

Quamquam etsi Constitutiones istæ P. Ministri Generalis Clementis nullibi modò observarentur; adhuc tamen e re esse censuissemus, easdem referre; sequuti videlicet Corpus Juris, tum Canonici, tum Civilis, itemque Bullaria, in quibus non modò derogatæ, verum etiam abrogatæ Leges, Constitutionesque ad omnium notitiam deducuntur. Ac meritò quidem. Neque enim hæ frustra *membranam occupant*; sed, immò earum multiplex usus, atque utilitas est: quemadmodum, percensens capita singula, Anacletus noster inter alios Juris peritos commonstrat (Proœm. Jur. Canon. univ. §. 12. n. 208. & sequentib.).

Jam verò in Summario, quod supra iisdem Constitutionibus præposuimus, qualitatem expressimus *Visitatoris, ac Reformatoris Apostolici*, ut nimirum intelligeretur, ex hac Apostolica Auctoritate valere, siquid in Constitutionibus ipsis occurrit, quod adversetur Constitutioni, *Militantis*, Ven. Innocentii XI., aliisve S. Sedis Decretis (illi quidem Constitutioni *similibus* juxta notata ad Breve, *In specula*, sub d. 6. Decembr. 1756. in Not. g. §. *Vox*, & sequentib.), quodque propterea ex ordinaria Ministri Generalis Auctoritate validum esse non poterat: qua super re meminimus in Recessu quodam ortam non ita pridem dubitationem, & perplexitatem fuisse.

Quamvis enim P. Minister Gen. Clemens in Constitutionibus istis non dicat, se in iis mandandis Apostolica etiam Auctoritate uti; nihilominus tum initio Epistolæ suæ Constitutionibus ipsis præfixæ, tum in fronte evulgati earumdem Libelli, utramque illam qualitatem exprimit *Visitatoris, & Reformatoris Apostolici*: ac censeri de Jure debet, ista etiam Auctoritate, qua uti poterat, usus re ipsa fuisse. *In dubio enim quilibet præsumitur elegisse viam, per quam dispositio sua habeat effectum, non autem ut impugnari possit, & reduci ad nihilum: omnis namque interpretatio admittitur ad sustinendum Actum, quamvis etiam verba improprientur*: quæ ex Jurib., & Doctorib. tradit Barbosa (Axiom. 22. n. 16. ac trib. seq.). Atque hæc ipsa ob rationes easdem de Constitutionibus item Varisiensibus dicta sint.

Illud tamen dissimulare non possumus, quod, utrasque has Constitutiones obiter percurrendo (cum ad alia festinemus), duriuscula quædam in iisdem offenderimus, quæ vel congrua aliqua interpretatione emollienda sint, si fieri potest; vel, si non potest, ratione nulla sustineri posse videantur, cum ad ea constituenda Apostolica prædicta Auctoritas minimè protenderetur.

Atque ea quidem, quæ in Constitutionibus istis Panormitanis de Conventuali Missa statuuntur (Cap. II. n. 14. sub init., ac n. 15. init., & Cap. IV. n. 1. ante med.), commodè possunt, ac debent & inter se, & cum Rubrica XV. Missalis Romani sequentem in modum conciliari.

Nimirum I., ut Missa Conventualis in Quadragesima, si ea sit quidem de Feria, dici debeat post Nonam; sive illa cum cantu, sive lecta dicatur; ac sive sit dies profestus, seu feriatus, sive sit dies festivus, de Præcepto nempe Ecclesiæ audiendi Sacrum; ut quando incidit Festum SS. Annuntiationis, vel beatissimi Patriarchæ Joseph in Feriam II., III., IV., vel V. Majoris Hebdomadæ, nam in his casibus quoque Missa Conventualis, quæ tunc de Feria occurrente dumtaxat celebrari potest, ac debet, celebrari debet post Nonam.

II. Ut pari ratione extra Quadragesimam quoque, quotiescumque, & quomodocumque, ut supra, dicitur Missa Conventualis de Tempore in diebus aliis ab eadem Rubrica XV. enumeratis (n. 2. post med.), dici debeat post Nonam; ut in Vigilia Nativitatis Domini (nisi incidat in Dominicam), in Vigilia, & Quatuor Temporibus Pentecostes, &c.

III. Ut Missa Conventualis de Festis novem lectionum, de Dominicis, de diebus infra Octavas, dici debeat post Tertiam, quotiescumque (etiam in Quadragesima), & quomodocumque dicatur.

In eosdem pariter sensus intelligenda sunt, quæ de Missa Conventuali, minùs adhuc distinctè, quàm in istis Panormitanis, habentur in Constitutionibus supradictis Anni 1706., & 1774. (utrobique in Regul. II. n. 14., Regul. III. n. 8., Regul. IV. n. 1. ante med.).

Adhæc ubi in his Panormitanis *Rochetta* memorantur (Cap. V. n. 12.), ibi nomen istud minùs propriè accipi debet, itaut nonnisi Superpellicea, seu *Cottas* designet. Nam verum, propriumque *Rochetum*, de quo fuse, eruditeque disputat P. Gavantus (ad Rubr. Missal. Part. II. tit. 1. litt. z), *ne Prælati quidem Regulares deferre valent, nisi ex tali Ordine fuerint, cui indumentum hujusmodi competat*: ut est in Decreto Generali Sac. Rit. Congregationis, edito coram Alexandro VII. 27. Sept. 1659., n. 9. (apud Merat. in Rubr. Missal. cit. Par. II. tit. 1. n. 19., ac in Indic. Decret. Missal. n. 346.; & apud Tabl n. 364.).

Illud itidem, quod de Episcopi *benedictione* in Constitutionibus istis habetur (Cap. X. n. 1 sub fin.), tum etiam in Constitutionibus Anni 1705., & 1774. (in utrisque Regul. X. n. 1. sub fin.), intelligi debet de simplici quidem benedictione, si concionandum sit in Ecclesiis, seu Oratoriis Ordinis, vel apud Moniales Ordini subjectas, ad eas tantùm, & clausis Januis; de *Licentia* verò in casibus ceteris (vid. supr. p. 19. A. 2. & p. 563. A. circ. med. *ad* XVI.).

Quæ autem Regula in Constitutionibus iisdem Clementinis statuitur (Cap. II. n. 15.), ut, *quando canenda sit Missa de Requiem, cantetur post Nonam*; ea, nisi accipiatur de Missis emortualibus, quæ simul sint & solemnes, & cum concursu Populi, deque Missa Conventuali in die Commemorationis omn. Fidelium defunct. (quam tamen ipsam in Ecclesiis, in quibus vel non habetur eo mane concursus Populi, vel habetur tantùm diluculo, celebrandam ex Rubricæ mente censemus post Primam, vel post Laudes Officii Defunctor., ut infra); nisi, inquam, de his Missis ea Regula intelligatur, admitti certè nulla ratione potest.

= Nam quod pertinet ad alias Missas de Requiem cum cantu, præter prædictas; luculentissima est præscriptio Rubricæ XV. Missalis (n. 3.): *Missa Defunctorum dici debet post Primam diei* (in quo casu proinde servari illud non potest, quod in iisdem Panormitanis Constitutionibus imperatur eodem Cap. II. n. 13., ut Prima scilicet, ac Tertia *successive* recitentur). *Ubi verò* (subdit Rubrica) *dicuntur eorum Vigiliæ mane post Matutinum diei; dictis hujusmodi Vigiliis cum Laudibus, immediatè dici potest Missa pro Defunctis* (pro iisdem nempe Defunctis, pro quibus illud Officium dictum est).

= In qua tamen dispositione ex Rituali Romano non comprehenditur Missa Exequialis, quam videlicet Rituale ideo (Tit. *de Exeq.* §. 4.), *quantum fieri potest, præsente Corpore Defuncti, pro eo celebrandam* edicit, *antequam Sepulturæ tradatur*. Huic namque Missæ, seu cum cantu, seu sine cantu, seu cum concursu, seu sine concursu Populi celebretur, nulla certa hora præfigi universim potest. Etenim, ut scitè Jo. Michael Cavalerius loquit (Tom. 3. Cap. 8. Decr. 6., ubi multa de Horis Missarum emortualium disputat), Missa illa Exequialis *spoliari non potest loco, quem Rituale Romanum eidem facit inter Exequias, quocumque tempore hæ peragantur, dummodò congruens sit hora pro dicenda Missa*. Congruens autem hora pro celebratione Missarum, juxta eamdem Rubricam Missalis XV. n. 1., est hora quæcumque *ab Aurora usque ad Meridiem*; protracto insuper hoc tempore ad 20. tantùm minuta tum ante Auroræ initium, tum post punctum Meridiei (vid. Benedict. XIV. in suis Edictis Tom. I. Notificaz. 13. n. 3. pag. 141., Cuniliat. Theol. Mor. Tom. II. Cap. 3. §. 2. n. 3., Jo. Vincentium Patuzzi Ethic. Christian. Tom. XIV. Tract. 10. diss. 2. cap. 13. pag. 337., Ferrar. v. *Missæ Sacrif.* art. 5. n. 4.).

= Sed & illud, quod præscribitur tum in Constitutionibus Anni 1706., tum in Varsiensibus (in utrisque Regul. II. n. 16.), ut videlicet non solùm Matutino Officii ferialis, sed & singulis aliis Officii ejusdem Horis præmittantur singulæ respectivæ Horæ Officii parvi B. M. V.; id, exceptis Matutino, & Vesperis, quoad alias Horas sustineri non potest. Disertissimè namque Rubrica Breviarii Romani, eidem Officio parvo præfixa, sic statuit: *Cum dicitur* (Officium parvum) *in Choro; in Matutinis, & in Vesperis præponitur Officio diei; in aliis Horis postponitur*, hoc est, *postponi debet*. Verbum siquidem indicativi temporis in Rubricis præceptivum est; ut est Bartholomæo Gavanto, aliisque Authoribus Liturgicis observatum. Cujus Ritus rationem idoneam affert Gavantus idem (in Rubric. Breviar. Sect. IX. cap. 1. n. 13.).

= Atque hic Ritus ipse fuit olim a nostratibus ortus; & in Ecclesiam postea universalem inductus. *Secundum usum Fratrum Minorum*, inquit Radulphus Tungrensis de hoc Ritu agens (de Canonum observantia proposit. 20.). Nam *Fratrum Minorum Breviaria* (uti subjicit loc. cit. Gavantus) *adhibita sunt, exclusis aliis a Nicolao* III.; de qua re ex eodem Radulpho propos. 17., & ex Waddingo ad Ann. 1244. agit idem Gavantus alibi (Sect. II. cap. 1. n. 3.); fusiùs autem ex iisdem, & Pagio (in Vit. Nicolai III. n. 22.), Cajetanus M. Meratus (Commentar. ad cit. n. 3.). Vide etiam narrationem historicam, quæ extat in principio Breviarii nostri. Quam ob rem Ritus ille a Minoritis speciali insuper quodam jure diligentissimè est observandus, tanquam perpetua Breviarii Franciscani præscriptio, & Ordini ferè coæva consuetudo.

= Hæc sanè, & siquid aliud est hujusmodi in Constitutionibus sæpe laudatis, ex eo partim repetenda sunt, quod, Superioribus, a quibus illæ præscriptæ sunt, multiplici, & varia negotiorum mole obrutis, extensores earumdem aliquando dormitarint, cum etiam (ut olim canebat ille) *quandoque bonus dormitet Homerus*; partim etiam (quod ad rem Liturgicam attinet) sunt repetenda ex ea facilè sententia, quam plures, illustres quoque, Authores tradiderunt, de Rubricarum videlicet divisione in *directivas*, & *præceptivas*; quæ tamen opinio jam penitùs explosa, ac repudiata est. Est namque exploratissimum, Rubricas Missalis, Breviarii, & Ritualis Romani, ut de his loquamur, de quibus agimus (idipsum autem dicendum de aliis Sacris Ritibus in Cæremoniali Episcoporum, & in Pontificali Romano statutis), Leges esse præceptivas, quæ propterea sub mortali *ex genere suo* obligant.

= Id constat ex Constitutionibus S. Pii V., aliorumque Summorum Pontificum, quæ Missali, aliisque prædictis Ecclesiæ Libris præfixæ sunt. Constat ex Decreto Benedicti XIII. in Concilio Romano, habito An. 1725. (Tit. XV. Cap. 1., apud Labbè Concilior. Tom. XXI. pag. 1874.): ubi dicitur, quod *recepti, & approbati Ecclesiæ Catholicæ Ritus*, IN MINIMIS ETIAM *sine peccato negligi, omitti, vel mutari haud possunt. Quamobrem Episcopis* (sic ibi statim subjungitur) *districtè præcipimus, ut contraria omnia, quæ in Ecclesiis, seu Secularibus, seu Regularibus, iis exceptis, quæ proprio vel Rituali, vel Missali, vel Breviario utuntur, a S. Sede probato* (exceptis nempe quoad ea, quæ in eodem *probato vel Rituali, vel Missali, vel Breviario* continentur), *contra præscriptum Pontificalis Romani, & Cæremonialis Episcoporum, vel Rubricas Missalis, Breviarii, & Ritualis, irrepsisse compererint, detestabiles tamquam abusus, & corruptelas prohibeant, & omninò studeant removere*. Constat demum ex aliis S. Sedis Constitutionibus, Decretisque (apud Talù n. 41., 320., & alibi). Consule quoque Fagnanum (in C. *Cum creatura* n. 29. de celebr. Missar.), Benedictum XIV. (de Sacrif. Miss. Lib. 3. c. 11. §. 3.), & Emmanuelem de Azevedo (in Synops. Doctrinæ Benedicti XIV. de Sacros. Missæ Sacrif., ad calcem Tomi 2. in Synops. Doctrinæ de Canoniz. Par. 3. Exercit. 83. sub fin.).

= Ac Regulares æquè legibus Rubricarum, aliorumque Sacrorum Ecclesiæ Rituum obligari; res est compertissima ex iisdem S. Sedis Constitutionibus, Decretisque paullò ante commemoratis, quemadmodum legenti evidentissimum est.

= Quibus adde Responsa Sac. Rit. Congregationis 22. Januar. 1701., & 19. Januar. 1743., edita utraque in una PP. Camaldulensium Eremitarum Montis Coronæ. Nam licèt Regulares iidem circa Horam præscriptam a Missali Romano pro celebratione Missarum ferialium, & Missæ solemnis de Requiem in die Commemorationis omnium Fidelium defunct.; necnon a Breviario Romano pro recitatione Matutini Defunct. in Choro in die Commemorationis prædictæ; allegarent vigentem apud se contrariam consuetudinem, etiam antiquam, atque onus insuper sibi nimis grave, nullamque apud sese obligationem celebrandi Missas feriales extra Quadragesimam: nihilò tamen minùs Sacra Rituum Congregatio semel, & iterum constanter respondit, *servandas esse Rubricas*; sicut pariter ad normam Rubricarum ipsarum respondit ad alia, quæ ab iisdem PP. Camaldulensibus sibi fuerunt proposita (vid. Indic. P. Me-

rat.

rat. Decretor. Missal n. 548. & sequentib., ejusq. Indicis Appendic.II. n.858.& seq.; ac Indic.Decret. Breviar. n. 820. & seq., & Append. II. n.451. & seq., ac num. præcedentib.).

Multò verò magis Rubricæ ubique in nostro Ordine servandæ sunt in vim Præcepti Franciscanæ Regulæ, quam profitemur. Quapropter Constitutiones nostræ tum Ultramontanæ, tum Cismontanæ districtè præcipiunt, ut, quoniam nos speciali Regulæ nostræ Præcepto tenemur *facere Divinum Officium secundùm ordinem S. Romanæ Ecclesiæ*; Rubricæ idcircò apud nos tum Breviarii, tum Missalis Piani quàm accuratissimè custodiantur(Const.Segov.1621. Cap. 2. tit. *De Off. Div.* §. *Verùm*, & Vallisol 1593. Cap. 3. init., ac tit. *De Sac. Ritib.*, *& Cæremon.* §. *Sacri Ritus præterea*; in Chronol. Seraph. P. Michael. Angel. Neapol. p. 608., ac 383. 387.).

Neque verò in Brevi, quo Authoritas Apostolica Prælatis nostris Generalibus concedi solet, facultas ulla contra Rubricarum dispositiones, aut alia facultas id generis ullatenus iisdem conceditur: sicuti dictum est alibi (sub d. 6. Dec.1756.ad Const. *In specula*, in supr. cit. Not. *g*, §. *Vox*, & seqq.).

Ac neque pro Recessibus Italiæ, Insularumque adjacentium Confirmatio illa S. Congregationis Disciplinæ Regulari præpositæ, qua Constitutiones Anni 1774., ut supra diximus, munitæ fuerunt, ad rem, de qua agimus, quicquam facit. Quandoquidem Confirmatio eadem fuit in forma communi, non autem ex certa scientia. Demonstrat id ea clausula, Decreto Confirmationis inserta: *in omnibus punctis, in quibus Statutis particularibus, ejusdem Ordinis Recessibus a se hactenus datis, ac approbatis, non advertantur*. Clausula enim hæc (ut & aliæ similes) indigitat, Confirmationem dari non ex certa scientia, sed in communi forma: sicuti notant Doctores (apud Fagn. in C. *Signis* n. 18. de confirm. util. vel inut.), & clausula eadem per se ipsa commonstrat.

Confirmatio autem in forma communi non firmat capita illa, quæ aliàs ex sese invalida sunt (quamquam ne poterant quidem ea, quæ in superioribus dicta sunt, a S.Congregatione firmari, nisi ad id facultatem a Summo Pontifice petivisset, quam subinde in suo Decreto proculdubiò expressisset de more); sed ea, quæ sunt nulla, & invalida, in suo statu relinquit: adeout Confirmationem hujusmodi nihil, aut parum valere; post Glossam s. in cit. Caput *Signis*, Juris interpretes affirment passim (vid. Fagn. loc. cit. n. 19. ac 30.).

Postremo loco illud superest animadvertendum, quod etiam si iis temporibus, in quibus Constitutiones sæpè dictæ conditæ sunt, usque ad editum novissimum Breviarium Ordinis, sustineri posset præscriptio illa *trium* tantùm *Officiorum generalium* (ultra *generalissimum*) pro Defunctis, quæ in omnibus iisdem Constitutionibus legitur (in Const. Panormit. Cap.III. n.4., in Const. 1706., & 1774. Regul.III. n.5.); modò tamen præscriptio eadem ad *Provincias illas, in quibus fieri non consuevit Officium quartum pro Patribus, & Matribus*, limitanda omninò est juxta Rubricas Peculiares Breviarii novissimi (n. 214.): quas Rubricas SS. D. N. PIUS VI. per suas Apostolicas Literas, hodierno Breviario nostro, & Missali præmissas, approbavit, confirmavitque, servandasque præcepit, derogans amplissimè *Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, & quibusvis aliis Statutis, & consuetudinibus ....., cæterisque contrariis quibuscumque*.

Ac prædictæ quidem Provinciæ non alia de causa in his Rubricis, quoad illud quartum Officium, fuerunt exceptæ, nisi quia visum est, ne turbationes orirentur, indulgendum iis esse ratione consuetudinis apud illas inductæ bona fide, propterea quòd pristinæ Rubricæ nostræ Peculiares Anni 1696., a S. M. Innocentio XII. approbatæ, viderentur confundere (n. 46.) quartum illud Officium pro Patribus, & Matribus cum Officio *generalissimo*, ac de utroque, tanquam de uno eodemque Officio loqui.

Ceterùm in Provinciis aliis, ultra Officium generalissimum, ac generalia tria, quartum quoque illud pro Patribus, & Matribus non modò fieri nunc debet vi Rubricarum novissimarum (in cit. n. 214.); sed & antea, seposita aliqua dispensatione legitima, fieri certè de Jure debebat vi Rubricarum ipsarum Anni 1696. Nam quod istæ, agentes de Officio pro Patribus, & Matribus (in cit. n. 46.), loquerentur de Officio, quod, ultra *generalissimum*, celebrandum esset; id facile patebat consideranti, quod Rubricæ eædem diversam diem ambobus istis Officiis assignarent. Assignabant enim Officio pro Patribus, & Matribus *ultimam diem* (non impeditam) *ante Adventum* (cit. n. 46.): at Officio *generalissimo* assignabant *primam diem non impeditam post Festum omnium Sanctorum nostri Ordinis* (n. 9.).

Quapropter cum hoc Festum omnium Sanctorum Trium Ordinum affixum tunc esset in Calendario Ordinis diei 27. Novembris; consequenter Officium generalissimum nullo unquam Anno fieri poterat ante diem 27. Novembris; sed semper quotannis post eam diem 27. celebrari debebat.

Contra verò Officium pro Patribus, & Matribus, cum fieri deberet ultima die non impedita ante initium, seu Dominicam I. Adventus; ideircò, incidente Dominica I. in diem 27., 28., vel 29. Novembris, fieri debebat ante diem 27., videlicet in die 24. occupata tunc in Calendario Ordinis a Festo semiduplici S. Gregorii Thaumaturgi, quæ erat in ante dictis casibus *ultima dies* pro Officio illo non impedita *ante Adventum*.

Ex quibus est evidens, quod ex præscripto Rubricarum ipsarum Anni 1696., ultra Officium *generalissimum* (tunc primùm in universum Ordinem a Rubricis iisdem invectum), & ultra generalia Officia tria, imperata (ut in ipsis Rubricis dicitur n. 45.) a *Rubrica* 12 *Statutorum S.Bonaventuræ*; celebrandum erat ubique in Ordine quartum Officium generale pro Patribus, & Matribus, de quo agunt ipsæ ibid. n. 46.; præscriptum, æque ac tria alia prædicta Officia generalia, per eamdem illam *Rubricam* 12. *Statutorum S. Bonaventuræ* (Chronol. P. Michaelis Angel. Neapol. p. 85.); & ex iisdem S. Bonaventuræ Statutis præscriptum in Familia Ultramontàna per priora Statuta Barchinonensia (Cap. IX.), & per Segoviensia (Cap. item IX., in cit. Chronol. p. 657. B. post init.). Nam quod spectat ad hanc Familiam Cismontanam; Constitutiones Generales, pro ipsa editæ, istiusmodi Officiorum numerum auctum voluerunt (Neapolit. 1590., & Vallisolet. 1593., in cit. Chronol. p. 359. B. ante med., & 457 A.). Etenim illæ non quatuor tantùm, sed duodecim Officia generalia (singula singulis Mensibus in prima die non impedita) celebranda jusserunt pro defunctis simul tum Fratribus, tum *Parentibus*,

= tum Propinquis, tum Benefactoribus; quæ tameo deinde in eadem quoque Familia ad prælata quatunr illa generalia Officia redacta sunt: ut proinde potiori jure in hac Cismontana Familia quatuor Officia eadem, præter generalissimum, celebranda sint.

= Hæc ego quàm libentissimè transmisissem silentio, si id factum rectè, & secundùm Deum judicavissem. Verumtamen ob accuratam illam, quam Deo ipsi, Supremo omnium Parenti, & Rectori, atque Ecclesiæ Matri nostræ debemus, in vim etiam nostræ Regulæ, & Statutorum Ordinis, uti ante dictum est, Sacrorum Rituum, aliarumque Ecclesiasticarum Legum observantiam, & custodiam; necnon ob illa, quæ Animabus, Parentum maximè, piaculari igne cruciatis per nos debentur, suffragia: his, inquam, de causis supradicta omnia esse a nobis adnotanda censuimus, ut, si alicubi, & nominatim in Sacris Recessibus quippiam ex iis retineatur adhuc, illud ad normam Legum, quas innuimus, emendetur; & ubi multa ultra debitum Instituti nostri, atque (ut loquimur) supererogatoria, per peculiares istas Constitutiones voluntariis Recessuum incolis præscripta, religiosè ab ipsis, diligenterque servantur; ibi ea, quæ sunt per communes Ecclesiæ, aut Ordinis Leges Ecclesiasticis, vel nostratibus omnibus imperata, multò scrupulosiùs, ut par est, diligentiusque serventur.

1759. 3. Jan. *Statuitur,*

ut Præfatio de SS. TRINITATE dicatur in Missa singulis Diebus Dominicis, quibus Præfationes propriæ per Rubricas assignatæ non sunt.

URBIS, ET ORBIS.

SS. D. N. Clemens PP. XIII., inter multiplices Apostolatus sui curas, Sacror. Rituum amplitudinem præ oculis habere non prætermittens, pia meditatione perpendit, quod quamvis compertum sit, festis quibusvis Diebus Ecclesiam jugi cultu Sacrosanctæ, & Individuæ TRINITATIS solemnis colere, quum Deum ipsum, qui est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus rerum omnium opifex, & ad quem omnia referenda sunt, in Festis quoque Deiparæ, & aliorum Sanctorum venerari, & glorificare profiteatur; maximè tamen deceat, Dominica Die, quo Deus ipse lucem condidit, quo Jesus Christus a mortuis resurrexit, quo, sedens ad dexteram Patris, Paraclitum Spiritum Sanctum misit de Cœlis, quo proinde ineffabile, & incomprehensibile TRINITATIS Mysterium manifestum factum est nobis, quemadmodum in Divino Officio tum ad Primam recitando Symbolum, *Quicumque*, tum plerumque in ultimo tertii Nocturni Responsorio Augustissimæ TRIADIS fit commemoratio, idem & in Missæ Sacrificio peragi, & in ea potissimùm parte, qua contestamur, dignum, & justum esse Deo gratias agere, eumque collaudare, benedicere, & prædicare: idcircò ad majorem, splendidioremque tanti Mysterii gloriam, ut Fideles quoque, qui Die Dominico Missæ interesse debent, latiùs, atque apertiùs Sacrosancti ejusdem Mysterii præconia audientes, debitum & ipsi servitutis obsequium Supremæ impendant Majestati; statuit, atque decernit, quod singulis Dominicis Diebus (*a*) totius Anni, quibus (*b*) Præfationes propriæ per Rubricas non sunt adsignatæ, incipiendo a Dominica SS. TRINITATIS currentis Anni 1759., Sacerdotes omnes utriusque Cleri, Sæcularis nempe, atque Regularis, Præfationem de SS. TRINITATE, quæ jam inde a vetustissimis temporibus in usu fuisse dignoscitur, in Missa (*c*) recitare teneantur: & ita inviolabiliter observari mandavit. Hac die 3. Januarii 1759.

D. F. Card. Tamburinus Præf.
M. Marefuscus S. R. C. Secr.

Loco ✠ Sigilli.

(*a*) Non pertinet igitur Lex ista ad Dominicas anticipatas; sed ad Dominicas tantùm in sua sede Dominicali.

= (*b*) Ergo in Dominicis Quadrag. dicenda est Præfatio, *Qui corporali jejunio*; in Dominica Passionis, & Palmar. Præfatio, *Qui salutem*; in Dominicis infra Tempus Paschale ante Festum Ascens., Paschalis Præfatio, &c. Nisi verò occurrat Festum, vel Octava, propriam habens Præfationem: nam tunc Præfatio ista dicenda est.

= (*c*) Sive sit de Dominica ipsa, sive de Festo dupl. occurrente, sive Votiva aliqua solemnis pro causa publica. De quibus, & aliis supradictis agitur in Rubricis Pecul. novissimi Missalis nostri (ad *Numerum* 2. 3. & 4. *Tituli XII.*).

1759. 8. Jan. *Indicitur*

Congregatio Generalis hoc Anno Barchinone habenda.

F. PETRUS JOANNETIUS DE MOLINA

Sacræ Theologiæ Lector, Catholicæ Majestatis in Regali Congressu pro Immaculata Conceptione Theologus, Ex-Minister Gen. totius Ord. FF. Minorum S. P. N. Francisci, & in hac Cismontana Familia Commissarius Gen., Visitator Apostolicus, & Servus

Universis Patribus, Fratribus, & Sororibus, tam Superioribus, quam Subditis, hujus nostræ Cismontanæ Familiæ salutem in Domino, qui est vera Salus.

HIs nostris Encyclicis vobis omnibus notum facimus, qualiter hesterna die per publicum Cursorem recepimus Patentes Litteras Reverendiss. P. N. Ministri Gen. convocatorias, vel citatorias pro Generali Congregatione proximè celebranda in nostro Conventu S. Francisci Barchinonæ hoc præsenti Anno in Vigilia Pentecostes, quarum tenor est, ut sequitur:

FR.

,, FR. CLEMENS A PANORMO

,, Lector Jubilatus, Catholicæ Majestatis in Re-
,; gali Matritensi Congressu pro Immaculata
,, Conceptione Theologus, & totius Or-
,, dinis S. P. N. Francisci Minister Ge-
,, neralis, Visitator, ac Reformator
,, Apostolicus, & Servus

,, *Universis in Christo Iesu dilectissimis Fratribus,*
,, *ac Sororibus, tam Superioribus, quam Sub-*
,, *ditis, nostræ Obedientiæ in tota Familia*
,, *Ultramontana concreditis, spiritum Do-*
,, *mini, sanctam ejus operationem, pa-*
,, *cem, charitatemque, salutem,*
,, *& vitam æternam.*

,, CUm jam tertius, isque postremus labatur An-
,, nus a celebratione solemnis Capituli Gene-
,, ralissimi Murciæ habiti in almo nostro Conventu
,, S. P. N. Francisci Anno 1756., in quo electus fuit
,, Commissarius Gener. nostræ Familiæ Ultramontanæ
,, Reverendiss. P. Petrus Joannetius de Molina; adeoque,
,, juxta Apostolicas Sanctiones, nostrique Ordinis Ge-
,, nerales Constitutiones, immineat tempus convo-
,, candi Comitia Generalia intermedia pro Successo-
,, ris electione; & ad Muneris nostri solicitudinem,
,, ob supremam, qua fungimur, in universo Ordine
,, authoritatem, locum, diemque designare perti-
,, neet; Propterea tenora præsentium pro hujusmo-
,, di Congressu, sub nostra assistentia, & præsiden-
,, tia, vel etiam Delegati nostri, quando legitimo
,, impedimento detenti simus, celebrando nostrum
,, Conventum S. P. N. Francisci Civitatis Barchino-
,, nensis eligimus, ac deputamus; quo proinde,
,, prout Pastoralis nostri Officii cura exigit, & jux-
,, ta percelebrem Unionis Bullam, atque ad præ-
,, scriptum Statuti Gen. Romani de Anno 1676.,
,, præsentes omnino esse mandamus per S. Obedien-
,, tiam, & sub pœnis in nostris Gen. Constitutio-
,, nibus contentis, & personaliter comparere (que-
,, madmodum ad canonicam, & legitimam præser-
,, tim Commissarii Generalis electionem eosdem con-
,, vocamus, ac præsentium vigore citamus) Patres
,, omnes, quibus jus, & suffragium in ipso Gen.
,, Congressu competit, aut de jure possit compete-
,, re, videlicet, Reverendiss. P. Commissarium Gen.
,, Familiæ, Reverendiss. P. Raphaelem a Lugagna-
,, no Ex-Ministrum Gen, Reverendiss. P. Commis-
,, sarium Gen. Indiarum, necnon RR. Adm. PP.
,, Commissarium Gen. Romanæ Curiæ . . . (*a*) Præ-
,, cipientes omnibus . . ., quatenus opportuno tempore
,, ad diem præfixam, Vigiliam nempe Ascensionis
,, Domini, quæ erit 23. Maji sequentis Anni 1759.,
,, in præfato nostro Conventu personaliter compa-
,, reant, nisi ..... Vocalibus præterea hujusmodi . . .
,, Denique, ut a D. O. M. . . . In ipsa vero sa-
,, cra Pentecostes Vigilia, in qua prædictam electio-
,, nam intendimus, Deo favente, perficere, quæ e-
,, rit die secunda mensis Junii dicti Anni 1759., Re-
,, ligiosi omnes peccata sua devote confitaantur,
,, quos . . . In quibus omnibus Religiosi singuli ad
,, Deum pias preces effundare curent pro incolumi-
,, tate SS. D. N. Clementis PP. XIII. in Cathedra
,, Principis Apostolorum feliciter sedentis, S. R. E.
,, exaltatione, Hæresum extirpetione, & Christiano-
,, rum Principum pace; memoresque sint Eminen-
,, tiss. Dom. Card. Hieronymi de Columna totius
,, Ordinis nostri Protectoris vigilantissimi, & illo-
,, rum insuper . . . Dat. Romæ ex hoc nostro Ara-
,, cœlitano Conventu die 21. Decembris Anni
,, 1758.

,, Fr. Clemens de Panormo Minister Gen.

Loco ✠ Sigilli.

,, *De mandato Rmi in Christo Patris*
,, Fr. Petrus Alvarez Secr. Gen. Ord.

Quibus ad litteram recensitis, id subjungendum ducimus, ut vos omnes fervidè hortemur, præsertim Superiores, ne quidquam ex his, quæ in illis continentur, prætereatur, quin debitam obtineat, promptamque executionem. Orate pro his omnibus, pro quibus orare nos præcipit Reverendissimus P. N., atque etiam pro ipsius salute, & sospitate. Orate quoque pro incolumitate, & salute Regum, & Principum, eorum signanter, in quorum Ditionibus respectivè consistitis, atque memores quoque sitis hujusce vestri inutilis Servi in vestris Sacrificiis, & orationibus.

Tandem RR. PP. Ministri Provinciarum monebunt Nos de earum receptione, & publicatione facta in singulis Conventibus, & Monasteriis cujusque respectivæ Provinciæ, vel Custodiæ, in quorum Regestis transcribentur more solito. Valete omnes plurimùm in Domino. Datis in hoc nostro Conventu S. P. N. Francisci Matriti hac die 8. Januarii Ann. Domini 1759.

Fr. Petrus Joannetius de Molina Commissarius Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Rmi in Christo Patris
Fr. Gabriel Lazaro Secret. Generalis
Discalc., & Recoll.

= (*a*) Quæ hic, & infra omisimus, consonant
= cum iis, quæ habes in aliis hujuscemodi Literis,
= in iis maximè, quæ leguntur apud P. Perusinum
= (Par. II. pag. 284. seq.). Vid. mox ad *6.*
= Febr.

= 1759. 31. Jan. = Per Breve, *Injuncti Nobis*, hac
= die datum, prohibuit Summus Pontifex Opus in-
= scriptum: *De l'Esprit*.

1759.

1759. 6. Febr. *Dispensat Pontifex super Congregatione Gen. jam indicta; & P. Commissarium Gen. confirmat usque ad Generalia Ordinis Comitia.*

FR. PETRUS JOANNETIUS

DE MOLINA

Sacræ Theologiæ Lector, Catholicæ Majestatis in Regali Congressu pro Immaculata Conceptione Theologus, Ex-Minister Gen. totius Ordinis Fratr. Minor. S. P. N. Francisci, & in hac Cismontana Familia Commissarius Gen., Visitator Apostolicus, & Servus

Universis Patribus, Fratribus, & Sororibus, tam Superioribus, quam Subditis, hujus nostræ Cismontanæ Familiæ salutem in Domino, qui est vera Salus.

QUi paucis abhinc diebus prompto, & alacri animo vobis notas fecimus Patentes Litteras Reverendissimi P. N. Ministri Generalis, quibus indixit Congregationem Generalem nostræ Cismontanæ Familiæ Barchinone celebrandam juxta Ordinis Statuta; cogimur hodie significare vobis, atque hisce nostris Encyclicis significamus, & publicas facimus Apostolicas Litteras in forma Brevis, quas per Ministerium Status Catholici Regis nostri ad Nos directas accepimus, quibus SS. D. N. Clemens PP. XIII. eamdem Gen. Congregationem indictam dispensare, & humilitatem nostram in Officio Commissarii Generalis ad subsequens triennium, & usque ad celebrationem proximi futuri Capituli Gen. continuare dignatur, quemadmodum aliàs sæpiùs fieri mos obtinuit, quarum tenor est, ut sequitur:

Foris = „ Dilecto Filio Petro Joannesio de Molina Ordinis Fratr. Minor. S. Francisci de Observantis Excalceatorum nuncupatorum Professori. Intus vero =

„CLEMENS PAPA XIII.

„ DIlectè Fili, salutem, & Apostolicam Benedictionem. Religionis zelus, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Exponi siquidem Nobis nuper fecit Charissimus in Christo Filius noster Ferdinandus Hispaniarum Rex Catholicus, quod cum Congregatio Gen. in Familia Ultramontana Ordinis Fratr. Minor. S. Francisci de Observantia nuncupatorum pro electione alterius Commissarii, juxta Litteras Apostolicas, & Ordinis prædicti Constitutiones auctoritate Apostolica confirmatas, jam indicta fuerit; dictus verò Ferdinandus Rex considerans propter præsentium temporum calamitates, & motus bellicos ubique vigentes, quod Vocalibus, qui Congregationi hujusmodi interesse debent, valde dispendiosus, & difficilis reddetur accessus; ac propterea ipse Ferdinandus Rex, te, qui, ut ipse asserit, Frater expresse professus dicti Ordinis existis, & idem Officium aliàs tibi, absoluto munere Ministri Generalis ipsius Ordinis, canonicè demandatum adhuc exercere pergis, in dicto Officio, ex animi sententia dilectorum Filiorum Ministrorum, & Definitoriorum Provincialium duodecim Provinciarum ex Provinciis Ultramontanæ Familiæ, a Nobis confirmari plurimùm desiderat: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

„ Nos igitur ipsius Ferdinandi Regis votis in præmissis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere, teque specialia favore gratiæ prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis &c., hujusmodi supplicationibus inclinati, te in prædicto Commissarii Officio triennium, & usque ad proximum venturum Capitulum Gen. Ordinis hujusmodi cum omnibus, & singulis prærogativis, præeminentiis, facultatibus, auctoritate, privilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, tibique idem Commissarii Officium ad triennium, & usque ad celebrationem Capituli Gen. memorati Ordinis, a die, quo Congregatio Gen. hujusmodi habenda foret, computandum, prorogamus, extendimus, & ampliamus.

„ Mandantes propterea in virtute S. Obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, aliisque arbitrio nostro imponendis pœnis, omnibus, & singulis Ordinis prædicti Superioribus, Fratribus, & Personis, cæterisque, ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut te in Commissarii hujusmodi Officio, illiusque libero exercitio juxta tenorem præsentium continuare sinant, & faciant, tibique in omnibus idem Officium concernentibus pareant, & obediant, faveantque, & assistant respectivè: ac decernentes, easdem præsentes Litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac tibi in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica &c. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores &c. derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

„ Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IX. Januarii MDCCLIX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

„ Pro Dño Card. Passioneo

„ Joannes Florius Substitutus.

„ Loco ✠ Sigilli.

Iis quidem intellectis, non facile induxissemus animum mœrentem quidem, turbatumque, ut humeros tanto oneri iterum submittaremus, nisi timuissemus mandatis Apostolicis contraire, & Regiæ obsistere voluntati. Refugientem nostram voluntatem valuit quoque flectere id, quod Apostolicis ipsis Litteris deprehendimus: *Vestrum nempe gaudium, vestrum fletum, vestram æmulationem pro me* (2. ad Corinth. cap. 7. v. 7.). Præterquamquod enim duo-de-

decim in illis exprimuntur Provinciæ, quæ suis precibus idipsum procuraverunt; tot aliæ successivè accesserunt, totque alii Patres Ordinis, & Provinciarum, quemadmodum gravissimis testimoniis, atque omni exceptione majoribus cognovimus, ut verè affirmare possimus, vos omnes hoc expetiisse, atque in hoc unum conspirasse.

Reliquum est, ut Nos obstricti charitatis, & dilectionis vestræ argumentis cum Apostolo pronunciemus: *Ego autem libentissimè impendam, & superimpendar ipse pro animabus vestris* (ad Corinth. 2. cap. 12. v. 15.), donec omnes unà mecum *unanimes honorificetis Deum, & Patrem D. N. Iesu Christi*, ejusdem vestigia sequentes, ut B. Petrus Apostolus nos admonet, Regulam Beatissimi P. N. Francisci adamussim servantes, atque imitantes exempla. In quo quidem consistit Regnum Dei, *quod non est esca, & potus, sed justitia, & pax, & gaudium in Spiritu Sancto. Itaque quæ pacis sunt, sectemur, & quæ ædificationis sunt, in invicem custodiamus* (ad Roman. cap. 14. vv. 17. & 19.), ut impleatur in vobis Apostoli perampla benedictio: *Et pax Dei, quæ exsuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras in Christo Iesu*, quemadmodum vehementer exoptamus, & precamur a Dño.

Mementote, ut crebras precationes fundatis coram Domino pro Summo Pontifice Clemente XIII. feliciter regnante; pro Eminentissimorum Cardinalium Collegio, signanter pro Eminentissimo Protectore Ordinis; pro Illustrissimis Archiepiscopis, & Episcopis; pro Regibus, & Principibus, in quorum Ditione respectivè consistitis; pro Reverendissimo P. N. Ministro Generali, quin mei, vestri inutilis Servi, obliviscamini.

RR. PP. Ministri Provinciarum curent, has nostras Patentales in singulis Conventibus, & Monasteriis suæ administrationis legi, & publicari facere, atque transcribi in eorumdem Regestis in forma consueta, deque earum publicatione Nos certiores reddere. Valete omnes, PP., ac FF. mei dilectissimi, dum vobis omnibus peramanter Seraphicam Beatissimi P. N. Francisci Benedictionem impertimur.

Datum in hoc nostro Conventu S. Francisci Matriti hac die 6. Februarii An. Dñi 1759.

Fr. Petrus Joannetius de Molina
Commiss. Gen.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Rmi in Christo Patris
Fr. Antonius Gonzalez Secr. Gen.
pro Observ.

1759. 12. Febr. *Decisio*
Sac. Rotæ Rom. cor. R. P. D. Elephantutio in Pacen. Præcedentiæ super Re judicata *pro Minoritis nostris Discalceatis.*

1. COmmissa Causa Sacro nostro Tribunali ..... (*Recensentur hoc num. Decisiones tres, quarum duas retulimus, aliam citavimus supr. ad d. 27. Jun. 1755., & 27. Jun. 1757. Deinde subditur.*)

2. Habito per PP. Augustinianos, & Trinitarios recursu ad Signaturam Justitiæ, Commissionem reportarunt signatam „ *Quoad Actus de Turno, Alteri, qui ad legitimam, in reliquis Eidem sine præjudicio Rei judicatæ* „: qua mihi directa, tria subscripsi Dubia; Alterum super Actibus generalibus in Re judicata comprehensis; Alterum super Functionibus de Turno; Tertium super Remissoria. Quapropter hodie exhibito duntaxat Dubio super Actibus generalibus ita concepto „ *An constet de Re judicata?* „ DD. mei rescripserunt „ *Constare de Re judicata* „.

3. Effulsit justitia Rei judicatæ ex unitate Corporis ..... (*Tanguntur hic rationes præcedentium Decisionum.*)

4. Parum namque profuit PP. Augustinianis, & Trinitariis excipere, hanc Præcedentiam in Processionibus, debitam PP. Discalceatis incedentibus sub Cruce Patrum de Observantia, extendendam non esse ad casum, quo PP. Discalceati propriam deferant Crucem, intervenientibus quoque Patribus de Observantia, & propriam Crucem erigentibus, quasi quod in hoc casu Præcedentia non ampliùs mutuanda ab unitate Corporis, sed a tempore receptionis in Loco juxta Constitutionem Gregorii XIII., hæc assistere debeat PP. Augustinianis, & Trinitariis: Quandoquidem diversa hæc est quæstio minimè pertinens ad Rem judicatam, de qua agitur, ubi solummodò resolutum fuit, PP. Discalceatis Præcedentiam competere in præfatis Functionibus, sive ipsi de per se soli cum propria Cruce intersint, sive unitim cum Patribus de Observantia; & quæstio penitùs inutilis, eò quia PP. Discalceati, quando in Functionibus incedunt unà simul cum Patribus de Observantia, nunquam propriam Crucem erexerunt, nec erigere contendunt, libenter admittendo, teneri (*a*) incedere sub Cruce Patrum de Observantia, & de cætero .... (*Redit hic Rota ad rationes, de quibus supr. n. 3., Rei judicatæ, de qua in hac Decisione disseritur.*)

5. Eademque ratio unitatis Corporis PP. Discalceatorum cum Patribus de Observantia, extranea reddit disposita in Bulla Gregorii XIII. circa Præcedentiam regulandam a tempore receptionis in Loco. Statim ac enim in Loco priùs recepti fuerunt Patres de Observ. constituentes unum, idemque Corpus cum PP. Discalceatis, sicuti dictis PP. de Observ. debita non impugnatur Præcedentia in Actib. generalibus supra PP. Augustinianos, & Trinitarios; ita ex ejusdem (*b*) Corporis identitate impugnari nequit PP. Discalceatis, sive soli sub propria Cruce, sive cum illis conjuncti, ipsi incedant. Quare firma remanente Rei judicatæ justitia, reddenda erat Responsio confirmationi ejusdem Rei judicatæ favorabilis, ad Text. .....

Et ita &c. Utraque &c.

= (*a*) Vid. Decr. S. R. C. 3. Jun. 1617. (apud = Ferrar. v. *Præcedentia* n. 48.); & Statutum Capi= tuli Gen. Romani 1676., a V. Innocentio XI. cum = aliis multis in forma specifica confirmatum (apud = Perusin. Part. I. p. 173. A circa med.).

= (*b*) Sic eapse disertè statuitur in Gregoriana = ipsa Constitutione (apud Ferr. loc. cit. n. 44.). = Lege quoque Decretum citat. in præc. Nota; eum= demq. Ferraris (ibid. n. 49.); & Monacellum = (Par. 2. in Append.).

= 1759. dieb. 5. 21. 22. Mart. == Per Decreta = his diebus lata proscripti fuerunt Libri sequentes. = I. *Io. Augusti Ernesti Antimuratorius, sive Confu= tatio Muratorianæ Disputationis de Rebus Liturgicis.* = II. *Questions sur la Tolerance, ou l'on examine, = si les maximes de la persecution ne sont pas contrai=*

= *res*

= *res au Droit des gens, à la Religion, à la Mora-*
= *le, à l' Interêt des Souveraine, & du Clergé.* III.
= *Le Système des Anciens, & des Modernes, concilié*
= *par l' exposition des sentimens differens de quelques*
= *Theologiens sur l' état des Ames separées des corps,*
= *en quatorze lettres.* IV. *Heures, & Instructions chré-*
= *tiennes à l' usage des Troupes de S. M. le Roi de*
= *Sardaigne.* V. *Tractatunculo de Fontibus Iuris Ca-*
= *nonici Germanici, qua Prælectiones suos Academi-*
= *cas ad 13. Nov. 1758. publicè indicit Ioannes He-*
= *rix.* Tres nempe Libri priores prohibiti fuerunt
= die 5. Martii. Quartus die 21. ejusd. Mensis.
= Quintus die sequenti 22.

1759. 31. Mart. *Responsum*
S. Congregationis Concilii interpretis in Cellonen.
super jure benedicendi Puerperis.

ANtiqua est controversia (*sic legitur in Folio Congregationis diei 20 Januar. ipsius An. 1759.*) inter Rectores Parochialis Ecclesiæ Civitatis Cervariæ, & Regulares, qui in ea Civitate sunt, de Purificatione Mulierum, contendentibus Rectoribus, jus sibi esse *privativum* benedicendi Puerperis, nec posse eas ad Regularium Ecclesias accedere, ut benedicantur. Cum hæc controversia nuper recruduerit; Regulares Parochum in jus vocarunt coram A. C.: sed Causæ cognitio Eminentissimis PP. data fuit; a quibus, audito jam, ut fieri solet, Episcopo, nunc est definienda.

Disputant Regulares, Functionem hanc ex sententia Canonistarum, & Tribunalium non esse Parochialem, sed merè Sacerdotalem; & in facultate esse Mulierum eamdem Benedictionem petendi, cum nulla lex eas cogat, ideoque etiam in earum facultate esse, eam a quocumque Sacerdote petendi. Vetustissima consuetudine servatum fuisse in ea Civitate, ut Mulieres irent ad Ecclesias Regularium; idque non Testibus duntaxat, quorum alii ad *perpetuam*, alii verò *formiter* examinati fuerunt, sed etiam partitis extractis ex Codicibus Ecclesiarum probari. Controversiam verò omnem diremptam fuisse *Re Judicata* usque ab anno 1620., in qua contra Parochum Cervariæ secundùm Regulares pronunciatum fuit. Hinc audiendum non esse Parochum, qui contra dispositionem Juris, contra immemorialem consuetudinem, contra Rem Judicatam, jus hoc sibi privativum asserit ex tribus Decretis; primo lato ab Episcopo anno 1626 in Visitatione; aliis vero duobus latis ab ipsis Parochis anno 1737., & anno 1753., cum, Sede Episcopali vacante, munus agerent Vicarii Capitularis; ac denique ex Testibus, quos proponunt.

Decreta siquidem illa, & præsertim Episcopale anni 1626., nulla sunt, injusta. Nulla quidem, cum lata fuerint, non citatis, & auditis Regularibus, qui, licèt res ageretur in Visitatione, citandi erant, & audiendi: Res enim erat non de moribus, & Cultu Divino, sed de jure controverso. Injusta verò, quia tollebant Regularibus jus quæsitum ex Sacris Legibus, ex immemoriali consuetudine, ex Re Judicata, quæ revocari nequit, nisi impetrata in integrum restitutione; atque hinc jure optimo ignota hæc Regularibus Decreta spreta semper fuisse, & perpetuo contrario usu obliterata. Hæc quidem omnibus hisce Decretis obesse; sed posterioribus illud etiam officere, quod Parochi in propria Causa jus sibi dixerint.

Testium denique nullam habendam esse rationem, quod negativi sint, contrarii verò affirmativi; quòd contra Juris dispositionem, & naturalem Mulierum facultatem testimonium ferant; quòd contra Rem Judicatam inducti fuerint; quòd denique non excludant, ut necesse esset, per *negativam coarctatam* accessum Fœminarum post partum ad accipiendas Benedictiones in Ecclesiis Regularium, sine qua probatione frustra Parochus sibi asserat jus privativum, præsertim cum ex partitis extractis ex Codicibus Ecclesiarum contrarium apertè probetur, & falsitas Testium, quos Parochus proponit, emicet liquidissimè.

Hæc Regulares. A Parocho nihil habuimus. Dubium est =

An liceat Regularibus Civitatis Cervariæ benedicere Puerperas ad eorum Ecclesias accedentes post partum; seu potiùs eadem Benedictio competat Parocho in casu &c.?

= Dilata hujus Dubii Decisione a supradicta die
= 20. Januarii ad 10. Martii, & a die 10. ad 31.
= ejusdem Mensis; tandem in Congregatione hoc die
= 31. habita Emi PP. ad idem Dubium responderunt =
Negativè ad primam partem, Affirmativè ad secundam, & ampliùs.

= P. Lucius Ferraris (Bibl. To. 8. Edit. Bononien. 1766.
= in Append. Resol. S. C. Concil. n. 340. p. 252.), post
= relatum Responsum istud in *Cellonen.*, ad hunc mo-
= dum subnectit: *Adverte tamen, quod resolutio Sacræ*
= *Congregationis cum Clausula,* in Casu etc., *non*
= *potest allegari pro aliis Casibus, & Locis, in quibus*
= *ipsæ circumstantiæ non concurrunt, ut rectè tradit*
= *eruditus. Pitonius Par. 4. discept. 109. n. 8.*
= Verè hoc quidem. Sed tamen illud æquè verum est,
= eodem P. Lucio monente (ibid. n. 13.), quod super
= controversia ista generatim, *An videlicet possint*
= *Regulares* (sunt ipsius Lucii verba) *benedicere Mu-*
= *lieres post partum, & ad purificationem admittere in*
= *propria Ecclesia, lis non parva est inter Doctores.*
= Ac reapse id affirmant certè Lezana, Quarti, alii-
= que apud P. Jo. Michaelem Cavalieri (Oper. omn.
= Liturgic. To. 4. C. 13. Decr. 5., & seq.); sed
= tamen negant Laurentius de Franchis (Controv.
= Par. 2. q. 69. n. 1.), Nicolius (Flosc. v. *Paro-*
= *chus* n. 17.), Monacellus (Form. Par. 1. tit. 10.
= form. 18. n. 50.), Pignatellus (To. 5. cons. 76.
= per tot.), ac Doctores alii.
= Hoc breviter animadvertisse juverit, ut cautè
= agatur, neque aliquis id certum habens, quod
= certum minimè est, eò faciliùs, acriusque con-
= tentiones suscipiat.
= Ceterùm circa Benedictiones varias, ut intelli-
= gatur, quænam a Regularibus, aliisque non Pa-
= rochis dari neutiquam possint; quæ verò, nisi
= obstent pacta, consuetudines &c., impertiri ab
= aliis possint etiam sine Parochorum licentia; con-
= suli debent S. M. Benedictus XIV. (Instit. Eccles.
= 105.); S. Rotæ Decisio 527. coram Ansaldo, &
= 988. coram Lancetta); Matthæucci (Offic. Cur.
= Eccl. C. 36. n. 17. & sequentib.); memoratus Cavale-
= rius (cit. Tom. 4. C. 11. & sequentib.); idem Lucius
= Ferraris (v. *Benedictio* art. 5., & v. *Confraternitas*
= art. 2.), ipsiusque Scholiastes (in Nov. addit. ad
= eosd. articul.); & Ubaldus Giraldi (Jur. Pont. no-
= viss. Par. I. p. 454. & sequentib., ac post Part.
= II. in Append. ad Tit. 47., p. 1073. & seq.).
= Quoniam autem locus admonet, annotamus
= (quod attinet ad benedictionem animalium), pro-
= diisse Anno 1778. die 9. Januar. ab A. C. Ga-
= votto, instante Ecclesia S. Antonii Viennen. ad
= Montes Urbis, Decretum, quo aliis Urbis Romæ
= Eccle-

= Ecclesiis tam Regularibus, quàm Secularibus, earumque Rectoribus, inhibitum fuit, *ne audeant solemnizare Festum S. Antonii Abbatis, necnon benedicere animalia, ac recipere oblationes etiam a sponte dantibus, non solùm in vim Constitutionis S. M. Clementis VII., & Rerum judicatarum, verùm etiam in vim Brevis SS. D. N. PP. PII VI. sub datum Kalendis Ianuarii 1777., ad quod &c. sub pœnis attentatorum, aliisque arbitrio Illustrissimi Domini* &c.

1759. 7. Apr. *Interdicitur, ne Religiosi, mendicitatem arctissimam profitentes, subjiciantur ullatenus novo Salis vectigali pendendo.*

Illmo, e M. Rev.Sig. enme Fratello = Non s'induce a credere la Sag. Congreg. (*Bono Regimini Populorum præposita, vulgò del Buon Governo*), che i Ministri delle Salare Generali, e Particolari di codesta Provincia obblighino i Minori Osservanti Riformati di S. Francesco, conforme è stato supposto, al pagamento del nuovo Dazio sul Sale, che essi levano; essendosi abbastanza dichiarato nell'Editto pubblicato in coerenza del Moto proprio Pontificio, che debbono esserne esenti i Religiosi Mendicanti di strettissima mendicità, quali appunto sono i suddetti Min. Osserv. Riformati. Si contenterà V. S. nondimeno renderne avvertiti gli accennati Ministri, con intendersela anche col Tesoriere della Provincia, onde i suddetti Religiosi ne alano affatto esenti. E Dio la prosperi.

Di V. S. Roma 7. Aprile 1759.

Come Fratello
Cardin. Lante.

= Hæ Literæ directæ fuerunt Perusiam ad Reverendissimum Præsulem Gubernatorem. Aliæ similes ad Præsulem Maceratæ Gubernatorem die ejusd. Mensis 11. datæ sunt. Similesque itidem missæ postea fuerunt Urbinum. Itaque & in Umbria, & in Piceno, & in Ducatu Urbinate nostratum omnium quieti provisum est. Quamvis enim in his Literis, eò quòd, rogante Procuratore Gen. PP Reformatorum prodierint, de istis duntaxat mentio fiat; eædem tamen ob rationem illam *mendicitatis arctissimæ*, cui innituntur, quæque Minoritis omnibus Observantibus, & Capuccinis communis est, hos idcircò comprehendunt omnes; quemadmodum etiam fuit aliàs declaratum (apud P. Perus. Par. 2. p. 571. A.).

1759. 28. Apr. *Officium B. Johannæ Valesiæ ad Ritum dupl. 2. Cl. cum Oct. extra Quadrag. pro Monialibus Annuntiationis attollitur.*

DECRETUM

Ordinis Monialium Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis.

Relatis per me infrascriptum Secretarium humillimis precibus a Monialibus Ordinis Annuntiationis B. M. V. porrectis SS. D. N. Clementi PP. XIII. pro elevatione Ritus Officii B. Joannæ Valesiæ, d. Ordinis Fundatricis, a Ritu Duplicis 2. Class. ad duplicem 2. Class. cum Octava; Sanctitas Sua ejusmodi gratiam, extra tamen Quadragesimam, Oratricibus benignè concessit. Hac die 28. Aprilis 1759.

Chronol. Seraph.

Loco ✠ Sigilli.

D. F. Card. Tamburinus Præf.
M. Marefuscus S. R. C. Secret.

1759. 5. Maji. *Religiosi, qui in publicis Academiis ad literarum studia vel docendo, vel discendo incumbunt, Regularibus Superioribus suis eamdem illam, quam professi sunt, obedientiam debent.*

DON FERNANDO

Por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Jerusalem, de Nabarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorca, de Sevilla, de Cerdeña, de Cordova, de Corcega, de Murcia, de Jaen, Señor de Vizcaya, de Molina &c.

A vos el Rector, y Claustro de la Universidad de la Ciudad de Salamanca salud, y gracia.

Bien sabeis, que por los de nuestro Consejo en 4. de Abril proximo passado se librò la Provision, que con la diligencia practicada en su virtud dice assi:

„ DON FERNANDO

„ Por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leon, „ de Aragon, &c. (*ut supra.*)

„ *A vos el Rector, y Claustro de la Universidad* „ *de la Ciudad de Salamanca salud, y gracia.*

„ Sabed, que aviendose visto por los de nuestro „ Consejo los Autos formados por el Chancela„ rio de essa Universidad sobre la Jubilacion del Ma„ stro Fr. *N. N.* (*a*) del Orden de S. Francisco, Ca„ thedratico de Prima de Theologia; de ella, las „ pretensiones del Commissario de Corte por la de„ fensa de la citada Religion de S. Francisco sobre „ que dicho Maestro Fr. *N. N.* cumpliesse con el pre„ cepto de Obediencia, que le estaba impuesto por „ su R.P.Commissario General, y debia executar „ como Subdito suyo, à que estaba obligado, y „ que se le diesse traslado para exponer en su ra„ zon lo que le conviniesse; lo expuesto à nom„ bre de essa Universidad quanto à que el citado „ Commissario Gen. repusiesse incontinenti, y sin „ dilacion sus procedimientos, poniendo las cosas „ en el ser, y estado, que tenian al tiempo, que „ le constò estaban remitidos los Autos, disponien„ do la restitucion à su Convento al Guardian de „ S. Antonio, vulgò de Afuera, como tambien al „ Religioso, que estaba assistiendo al Maestro *N.* „ *N.*, dandole à este Compañero para concurrir à „ su Cathedra; y lo que sobre todo se dixo por el „ nuestro Fiscal: por Auto, que proveyeron en 30. „ de Marzo proximo passado, mandaron traslado „ al Commissario de Corte del Orden de S. Fran„ cisco, y de lo que este expusiesse à essa Univer-

„ eidad, y con lo que dixesseo, ò no, passase al
„ nuestro Fiscal, y se llebasae para tomar la Provi-
„ dencia conveniente; y se acordò dar esta nuestra
„ Carta:

„ Por la qual es nuestra Voluntad, que siempre
„ que à nombre del R. y Devoto Commissario Ge-
„ neral del Orden de S.Franciaco, de la Religion,
„ ò la Provincia, à quien toque, se pida la Jubi-
„ lacion de la Cathedra del Maestro Fr. *N. N.*, se
„ la conceda essa Uaiversidad. En cuya conformi-
„ dad os mandamoa, que luego que se os haga
„ notoria esta Providencia, y llegado el caso, la ob-
„ aerveis, y hagais se cumpla, dando à este fin
„ las que tubiereia por convenientea. Y tambien
„ mandamos à quaiquier Escrivano, que fuere re-
„ quirido con eata nuestra Carta, la notifique à
„ quien convenga, y de ello dè testimonio. = Da-
„ da en Madrid à quatro de Abril de mil setecien-
„ tos cinquenta y nueve. = Diego Obispo de Car-
„ tagena. = D. Miguel M. de Nava, i Carreno. =
„ D. Joseph Aparicio. = D. Pedro de Cantoa. = D.
„ Francisco de la Mata Linares. = Yo D. Joseph
„ Antonio de Yarza Secretario del Rey N. S., y su
„ Escrivano de Camara la hice escrivir por su man-
„ dado con acuerdn de los de su Consejo. = Re-
„ gistrada: D. Leonardo Marquea. Por el Chancil-
„ ler mayor: D. Lennardo Marquea.

„ En la Ciudad de Salamanca à 10. de Abril de
„ 1759., Yo Cregorio Perez Lorden Escrivano Real
„ de aumero, y mayoe del Ayuntamiento de ella,
„ aviendo precedidu el recado de atencion, que
„ ae le diò por mi al S. D. Fermin Ignacio Garcia
„ de Almarza Rector de la Universidad de esta Ciu-
„ dad, hice saber, y notifiquè la Real Provision
„ de las dos foxas antecedantes al Claustro de Di-
„ putados de dicha Universidad, el que presidia
„ dicho S. Rector, y por el referido Claustro se me
„ pidiò, y le dexè copia autentica de dicha Real
„ Provision, de que doi fee, y lo firmè.

Despues de lo qual Joseph Gonzalez de la Cueata cn nombre del Cnmmissario de Corte del Orden de S. Franciscn, haciendo expression de lo resuelto en dicha Provision, Nos representò, havia sido notificado el Claustro de essa Universidad el dia 10. de dicho Mes de Abril proximo, aegun reaultaba de diligencia puesta è au continuaciun, y que aviendo remitido al mismo tiempo poder especial dicho R. Commissario General a efecto de pedir dicha Jubilacion, el que presentò en el dia 17. Fr. Iguacio Gil, à quien havia dirigido, pretendiendo el cumplimiento de dicho Despacho, y que ae concediesse la Jubilacion en el prevenida; però lo que reaultaba, era, que aviendo passado à saber laa resultas del Claustro celebrado en 19. de dicho Mes, respondiò el Secretario de essa Universidad, havia determinado este, estaba prunto à conceder la Jubilacion, però que teniendo, como tenia, essa Universidad consultado al nuestro Consejo varios puntos, suspendia por entonces concederla hastaque huviesse obtenido la declaracion de ellos, segun ae ajustaba de la Carta de dicho Religioso mandatario, que presentaba junto cnn copia authnrizada de dicho poder: Y mediante reconocerse à todaa lucee el tenaz empeño de essa Universidad, ò su Claustro à sostener la inobediencia del citado Maestro *N. N.*, sin reparo de faltar al respeto de auestro Consejo, y sus mandados à la sombra de consultas, que no podian exceder de la clase de impertinentea, quando no ignòraba lo prevenido (*b*) en este assumpto por repetidaa Bulas Apostolicas, y penas, que incluian contro los que prestaban semejante auxilio à los Regulares, y senaladamente à los Menores de S. Francisco en easos identicos; desuerte que à no concederse por el nuestro Consejo la Jubilacion era consiguiente continuasse essa Univeraidad en el tema principiado, respecto no bastar la Providencia dada paraque sobreseyesseis, y obedeciesseia: Por tanto Nos suplicò, fuessemos servido conceder la Jubilacion de dicho Maestro *N. N.*, paraque por este medio tubiesse efecto el precepto de Obediencia, que se le tenia impuesto; y quando à esto por algun motivo lugar no huviesse, y no en otra forma, mandassemos librar la correspondiente Sobrecarta, paraque vos dicho Rector, y Claustro, luego incontinenti que fuisseis requiridos, sin escusa; ni dilacion observasseis, y cumpliesseis lo mandado, concediendo la Jubilacion del Maestro *N. N.*, que ya se hallaba pedida, imponiendo à este fin las penas mas correspondientes, y hecho, se le bolviessen à entregar los Autos para evacuar el traalado pendiente, y sobre todo diessemos las demas Providencias convanientes à este fin.

Y visto por los del nuestro Consejo con los antecedentes del aasumpto, por Auto, que proveyeron en dos de este Mes, se acordò dar esta nuestra Carta: Por la qual os mandamos, que dentro de seis dias de como se os haga saber, veais la Provision, que va inserta, librada por los de nuestro Consejo el citado dia 4. de Abril proximo, y la guardeis, cumplais, y executeis, y hagais, que se guarde, cumpla, y execute en todo, y por todo, segun, y como en ella se cnntiene, y sin embargo de la respuesta, que à ella teneis dada, y en el termino de dichoa seis dias concedais la Jubilacion de la Cathedra al referido Maestro Fr. *N. N.* del Orden de S. Francisco; y no haciendolo assi, constando de ello, queremos se haga presente en el nuestro Consejo para tomar la Providencia, que corresponda, que assi es nuestra Voluntad: Y mandamos à qualquier Escrivano, que fuere requirido con esta nuestra Carta, pena de la nuestra merced, y de cinquenta mil maravedis para la nuestra Camara, na la notifique, y de ello dè testimonio. =

Dada en Madrid a cinco de Mayo de mil setecientos cinquenta y nueve.

Diego Obispo de Cartagena. = D. Joseph de Aparicio. = D. Thomas Pinto Miguel. = D. Miguel M. Nava. = D. Francisco de la Mata Linarea.

Yo D. Joseph Antonin de Yarza Secretario del Rey N. S., y su Escrivano de Camara la hice escrivir por su mandado con acuerdo de los de su Consejo. = Regiatrada: D. Leonardo Marques &c.

= (*a*) Parcendum duximua Professoris nomini,
= quod hic, & infra in his duobus Regiis Manda-
= tis exprimebatur. Itaque in ejus locum dupli-
= cem *N.* suffecimua: præsertim cum ille, unius
= ex Cathedris Scholæ Scotisticæ Moderator (in ea
= Academia Hispanorum Regum pietate, ac muni-
= ficentia erectis), boni exempli cæteroquin Vir fue-
= rit; & mandatis, ut nobis constat, æquissimie
= Reverendissimi P. Commissarii Generalis initio qui-
= dem obtemperaverit, quamvis postea ipse, & fau-
= tores ejus ab errore meotis, ut credo, sint lapsi.
= Petiit namque Professor idem re ipsa ex nobilis-
= simæ illins Academiæ Claustro, seu Deputatorum
= Collegio, per supplicem Libellum eidem obla-
= tum, ut sibi Jubilatio concederetur. Quæ ideir-

a ta

cò si esset eo die concessa; jussio P. Commissarii Generalis eum, quem debebat, exitum eo ipso die habitura fuisset.

Verùm cum is, qui Cancellarii tunc vices gerebat, congregatos Primores illos admonuisset, ad suas pervenisse aures, quod Cathedraticus ille non sponte sua, sed coactus Jubilationem petebat; designati propterea, ex Claustri ejusdem sententia, fuerunt nonnulli, qui Professoris voluntatem explorarent: quem deinde, Cancellarii ipsius mandato, e Cœnobio nostri Ordinis ad alterius Ordinis Cœnobium transtulerunt, ne P. Commissarii Generalis parere jussibus cogeretur. Hæc porrò agendi ratio ex Academiæ Privilegiis, haud legitimè intellectis, profecta est; potissimùm verò ex Privilegio S. M. Martini V.: quod cum amplum admodùm sit, seu veriùs esse ex verborum cortice videatur; Professorem illum, ejusque fautores in hunc errorem induxit.

Ceterum nihil est necesse pluribus demonstrare, quàm nihil Privilegia ejusmodi eorumdem caussæ faverent. Hoc namque abundè patet ex iis, quæ de hoc argumento eruditè disputat Andreas Mendo (Lib. 2. de Jur. Academ. qu. 29.); simul ostendens absurda gravissima, quæ ex Martini V. Literis, aliisque id generis, generatim, atque indefinitè intellectis, in observantiæ Regularis perniciem consequerentur. Contrà autem, in qualibet explicanda Dispositione, quæcumque potiùs sumenda interpretatio est, quàm illa, unde fiat, ut Dispositio eadem absurdi quicquam contineat; quemadmodum est in utroque Jure notissimum.

Idemque Mendo, Auctor sanè in literaria Republica plurimi habitus ob doctrinam, spectatamque simul virtutem suam, ideoque testis omni major exceptione, Responsum refert, quod Regium ipsum Hispaniarum Consilium, optimè Privilegiorum illorum vim ac mentem intelligens edidit, dum pariter ejusdem Academiæ Claustrum detineret alium quemdam Regularem Antecessorem, quem Superiores ipsius ex ea Urbe revocabant. *Respondet Regium Consilium* (sic Auctor narrat ibid. n. 343.), *illum Magistrum priùs fuisse Religiosum, quàm Gradu insignitum, Moderatoremque Cathedræ; & ideò priùs debere muneri Religiosi in obedientia Prælatis præstanda satisfacere*. Cui Responso consonant Regia Mandata duo, quæ supra attulimus, nunquam satis laudanda; digna planè Hispanorum Regum verè *Catholicorum* pietate, digna religione, digna studio, quo semper emicuerunt, promovendæ Regis Regum gloriæ, curandæ subjectorum Populorum æternæ salutis, servandi demum, augendique, per custodiam Religiosorum Votorum, ac Legum, splendorem, decus, laudem Regularium Ordinum, Franciscani præsertim, quem singulari, atque omninò Regia beneficentia sua complecti, fovere, amplificare ex hæreditaria veluti successione nullo tempore destiterunt.

Doctissimus quoque Præsul Prosper Fagnanus, in hisce studiis, negotiisque exercitatissimus, quippe diu Sacris Congregationibus pluribus, nominatim Concilii, & Episcoporum ac Regularium a Secretis, Privilegia supradicta in hunc sensum, quem supra innuimus, limitanda omninò esse; ex Juribus, ac Doctoribus invictè comprobat (in C. *Quoniam*, n. 6. & sequentibus, de privil.).

Denique S. Sedis mentem in concedendis Privilegiis illis (præter alia, quæ missa facimus) luculenter demonstrant plures aliæ Apostolicæ Literæ, quæ hac super re prodierunt, in sequenti Nota commemorandæ. Quæ Pontificiæ Litteræ, dum loquentes de Regularibus operam studiis in Academiis docendo, vel discendo navantibus, illos redarguunt, quod *prætenderent* exemptionem ab obedientia Superiorum suorum, quod vellent eidem obedientiæ se ipsos subtrahere *prætextu Privilegiorum Apostolicorum*, &c.: apertissimè consequenter declarant, Decessorum Pontificum nunquam mentem fuisse talia concedendi Regularibus Privilegia, qualia ab illis intelligebantur: quæ videlicet Regularem disciplinam labefactarent, cui servandæ incolumi semper S. Apostolica Sedes allaboravit; quæque subinde in Animarum perniciem, ac plurimorum scandalum, & offensionem vergerent. Ut proinde cum in his ipsis Apostolicis Constitutionibus derogatur ad calcem, inter communes clausulas, concessis antea Privilegiis; id intelligi debeat de Privilegiis (ut ante in iisdem Literis dicitur), quæ *prætendebantur*, quæ *prætexebantur*. Quibus etsi opus non erat derogare; nonnulla tamen pluries in Constitutionibus Apostolicis ponuntur inter easdem communes clausulas de stylo, & juxta consuetam formulam, ad cautionem uberiorem, & ad omnem pervicacibus contradicendi, ac repugnandi aditum penitùs præcludendum.

(*b*) Per Literas nempe Eugenii IV., qui proximè Martino V. in B. Petri Cathedra successit, ad Ministrum Generalem Ordinis Minorum datas (*Ad ea quæ*, V. Id. Januar. 1437.); Pii II. ad Generales omnium Ordinum Mendicantium (*Religiosorum excessus*, XV. Kal. Nov. 1458.); Julii II. pro Prædicatorum, & Minorum Ordinibus (*In Supremæ Dignitatis specula*, VIII. Aug. 1508.); Leonis X. ad Vicarios Minorum Observantium (*In Supremæ Dignitatis specula*, VIII Januar. 1516.); Clementis VII. ad Min. Observantium Ministros, cæterosque Prælatos (*Dudum per felicis*, XII. Mart. 1525.). Quas omnes exhibet P. Lucas Waddingus (Annal. Edit. Roman. Tom. XI. in Regest. Eugen. IV. n. XXII. p. 344. & seq.; Tom. XIII. in Regest. Pii II. n. III. p. 510. & seq.; Tom. XV. in Regest. Jul. II. n. XXIX. p. 642. & seq.; Tom. XVI. in Regest. Leon X. n. I. p. 479.; & ibid. in Regest. Clementis VII. n. X. p. 377. & sequentib.). Quamobrem etiam si fingamus, quod Martiniani Privilegii, aliorumque vetustiorum sensus, alius ab eo fuerit, quem supra diximus; nihilominus Privilegia illa per posteriores has Bullas e medio prorsus, quoad hanc partem, de qua agimus, sublata fuissent.

Hæ igitur Bullæ, aliæque similes, vel pro nostra seorsim, vel pro alia simul, aliisve sacris Religionibus editæ, debent semper a Regularibus, qui in Academiis vel Professores, vel Auditores versentur, tum præ oculis haberi, tum religiosissimè custodiri, si propriæ Animæ saluti consultum velint, ac Deo, Ecclesiæ, Principibus satisfacere.

Principibus, dixi ob eam insuper caussam, quia (ut in hac ipsa controversia, de qua loquimur, Cathedraticus quidam scribebat, & ut innotescit clarissimè vel ex ipsis Regiis Mandatis, quæ supra retulimus), si Monarchæ Hispaniarum fundarunt pro Regularibus Cathedras, illisque locum ad docendum, vel ad discendum in Academiis fecerunt; ii sanè (quod ipsum de Princi-

pibus aliia dicendum est) *mas miraron al bonor, y aprovechamento de las Comunidades, que al particular de las, que en tiempa fueren sus Carhedraticos* (vel ibi Auditores): *y por esta Regla* (etiam si alia deessent, quæ aupra attigimus) *deben los mismos Regulares estar con mas subordinacion, que otros, à la disposition de sus Superiores; siendo muy ageno de la verdad, que estos emancipan à sus Subditos* (quod facere Superiores na ulla quidem ratione possent, vi nimirum solemnis Obedientiæ Voti, non Superioribus ipsia, aed Deo Optimo Mаximo nuncupati), *quanda les mandan recibir el Grada*, vel sese illuc ad discendum conferre.

= 1759. 17. Maji = Decrato hujus diei proscriptua fuit Libellus, cui titulus: *Probleme historique, qui des Jesuites, au de Luther, & Calvin ont le plus nui à l' Eglise Chrêtienne.*

1759. 19. Maji. *Declarantur verba*, QUI VERE' POENITENTES, CONFESSI &c. ECCLESIAM VISITAVERINT, *quæ in Indulgentiarum Literis poni solent*,

DECRETUM

Sac. Congregationis Indulgentiia, & Sac. Reliquiis præposita.

UT Christifideles scire possent, quid sibi tenendum foret pro acquirendis Indulgentiis in sententiarum varietate super intelligentia (*a*) verborum = *Qui verè pœnitentes, confessi, ac Sacra Communione refecti Ecclesiam visitaverint* = quæ in Indulgentiarum Brevibus iuseti solent; in Sac. Congregatione Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis præposita discussis die 31. Martii proximè præteriti nonnullis dubiis (*b*), aadem Sacra Congregatio fuit in Voto, Confessionem Sacramentalem, quando in Brevibua apponitur pro Indulgentiarum consecutione, peragi omninò debere etiam ab iis, qui aibi lethalis peccati conscii (*c*) non sunt; necnon præfatam Confessionem suffragari etiam posse, ai expleatur in (*d*) vigilia Festivitatis (*e*). Quod autem ad Ecclesiæ visitationem spectat, eam impleri posse sive ante, sive post aliorum piorum operum implementum.

Factaque de iis per me infrascriptum ejusdem Sac. Congregationis Secretarium relatione SS. Domino Nostro; Sanctitas Sua ejusdem Sac. Congregationis Votum benignè approbavit, illudque publicari mandavit, quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. Datum die 19. Maji 1759.

Fr. J. Card. Portocarrero Præf.

Loco ✠ Sigilli.

A. E. Vicecomes S. C. Indulg. Secr.

(*a*) Declaratur igitur in hoc Decreto, quid a Fidelibus servandum ait de Jure vi clausulæ, *confessi* &c. Prodiit deinde Indultum ejusdem Clementis Pontificis, quod auo loco referemus (ad d. 9. Dec. 1763.). Sed tamen Indultum illud iis tantùm Fidelibus concessum est, qui semel saltim in Hebdomada confiteri aolent; iisdemque concessum est quoad Indulgentias solummodò impertitas in consueta forma; sicut Istiùs in Indulto eodem licet videre. Extra circumstantias istas servari debet id, quod in præsenti Decreto declaratur servandum.

(*b*) Dubia hæc Confessionem tantummodò respexerunt, ut ex hoc ipso Decreto patet; nullum autem ex iis Dubiis ad Communionem pertinuit. Ratio perspicua est. Nam præterquamquod, declarato tempore Confessionis faciendæ, simul tempus declarabatur peragendæ Communionis, ut infra dicam (Not. *d*, & *e*); nulla ferè difficultas gravis occurrebat, aut occurrit in Communione ipsomet etiam Die festo agenda. Exigua enim Horæ parte ministrari multis Communio potest. At de Confessione diversa admodum ratio est, ut quisque novit. Quam ob caussam, evulgato Decreto hoc, de quo agimus, quamplures Libelli supplices porrecti fuerunt Communitatum Regularium, Parochorum, Episcoporum, quibus maxima exponebatur difficultas circa Confessionem in Festo, vel in Pervigilio peragendam, sicuti narrat Indultum in præcedenti Nota commemoratum: nulla verò difficultas fuit vel tunc, vel aliàs circa Communionem exposita.

= (*c*) Rejicitur hic plurimorum sententia, qui contrarium eousque docuerant (apud Ferrar. v. *Indulgentia* art. 3. n.33. & seq.): quibus etiam adstipulatus fuerat P. Theodorus a Spiritu S. (de Indulg. Par. I. c. 11. art. 5.). Multoque magis (in vim particulæ, *etiam*, quæ in Decreto ponitur) improbatur illorum opinio, qui infectis quoque lethali culpa contritionem putabant sufficere (apud Ferr. ib. n. 35.).

= A quibuscumque igitur Sacramentalis Confessio, in Vigilia saltem, vi clausulæ, *confessi*, ut in hoc Decreto dicitur, *peragi debet* OMNINO. Vocis autem, *omninò*, quanta sit vis; Tiraquellus docet (in L. *Si unquam*, ad v. *Revertatur* n.78., C. de revoc. donat.), aliique passim Doctores: adeò ut proinde, etiam ai desit Confessarii copia, Indulgentia sine Confessione lucrifieri non possit. Qua super re alterum extat Decretum (apud Amort in Hist. Indulg. Par. II pag. 430., & in Theol. Moral. & Schol. To. 3. disp. 7. qu. 80.).

= Atque, ut universim dicam, Indulgentiam lucrari nullo modo potest, quisquis, ex omnimoda licèt impotentia, vel invincibili ignorantia, aut oblivione, aliave caussa, quantumlibet inculpata, unum aliquod ex operibus præscriptis, eoque modo, ac tempore, quo est præscriptum, non implet; & generatim, nisi concurrant ea simul omnia, quæ ad acquirendam Indulgentiam in Concessionis Literis postulantur. Id & ex hoc Decreto colligitur, & a communi traditur Doctorum sententia (apud Amort Hist. cit. in Suppl. qu. 34., ac d. To. 3. Theol. Mor. & Schol. disp. 7. qu. 34.; & apud Theodor. a Spir. S. cit. Par. I, c. 10. ar. 2.). Itaque in casu impotentiæ, ut Indulgentiæ lucrifiant, necessarium est S. Sedis Indultum: quale fuit concessum iis, qui S. Viæ Crucis Stationes visitare non possent (infr. ad d. 26. Januar. 1773.); & Missionariis Confessariorum copia destitutis, cui ipsi Missionariorum Indulto fuit nihilominus postea derogatum. Vid. ad d. 24. Maji 1772.

= (*d*) *Certum omninò semper fuit*, ut verbis utar docti cujusdam Theologi (in Addit. Anni 1763 ad Theol. Mor. P. Cuniliati To. 2. Tr. de Sacr. Pœnit. App. 2. §. 1. ad n. V.), *ad Indulgentiam consequendam prodesse posse Confessionem die, qui Festivitatem antecedit, factam vespere*; nempe post inchoatum tempus Indulgentiæ præfixum, seu post inchoatum primarum Vesperarum tempus. Jamverò Princeps, ejus-

ejusque Tribunal non declarant id, de quo nulla dubitatio erat (ex L. *Labeo* ff. de Contra. edict.). Quæ enim sunt certa, declaratione non indigent (*L. Ille aut ille*, §. *Cum in verbis*, ff. de Leg. 3. cum concord.). Ergo non est solum modò *probabilius*, ut laudato Theologo visum est; sed est imò certissimum, *Vigiliæ* nomine in hoc Decreto intelligi etiam antemeridianas Vigiliæ Horas, & pomeridianas, quæ primas Vesperas antecedunt; id quod vel ipsa communis significatio vocis, *Vigilia*, præ se fert: itaut propterea *suffragetur* ex hoc Decreto Confessio etiam, quæ facta fuerit mane ejusdem Vigiliæ.

Ac meritissimè quidem sic Sacra Congregatio declaravit. Neque enim dicitur in Indulgentiarum Brevibus: *Christifidelibus, qui a primis Vesp. usque ad occasum Solis . . . confiteantur, seque Sac. Communione reficiant, & Ecclesiam* &c.: sed dicitur in iis Brevibus, & quidem per participia præteriti temporis: *Christifidelibus . . . confessis, ac Sac. Communione refectis, qui . . .* A PRIMIS VESPERIS *usque ad occasum Solis . . . devotè visitaverint* &c. (supr. ad d. 15. Mart., & ad d. 20. Dec. 1758., & alibi). Igitur si ego in primis Vesperis jam *confessus, ac Sac. Communione refectus* (& consequenter mane ipsius Vigiliæ), Ecclesiam in iisdem primis Vesperis visitem, Indulgentiam lucrifacio.

Adhæc, sepositis etiam participiis illis, potest id ipsum hoc alio modo probari. Possum ego in primis Vesperis Visitatione Ecclesiæ Indulgentiæ fructum, & beneficium assequi. Hoc ex Indulgentiarum Brevibus perspicuum est. Ergo possum Confessionem, & Communionem ante primas Vesperas, hoc est, mane ipsius Vigiliæ secundùm Brevia eadem peregisse. Siquidem Indulgentiæ fructus Animæ non applicatur, nisi dum, ceteris operibus, quæ præscripta sunt, jam peractis, reliquum præscriptum opus completur.

Hoc idem, ante editum quoque Decretum hoc, quod exponimus, fuerat observatum P. Eusebio Amort (cit. Suppl. p. 482., ac Th. Mor. d. disp. 7. qu. 31. n. 4.), & P. Theodoro a Spir. S. (cit. Par. I. c. 11. art. 5. in fin.). *Si enim* (ait ibi P. Theodorus) *hoc non sufficeret* (mane scilicet Vigiliæ Communionem recipere); *nunquam posset verificari, in Pervigilio ejusdem* (Festi) *Indulgentiam comparari, quia Communio, recepta mane, esset extra tempus in Indulgentiæ Concessione præscriptum: quod proculdubio menti Summor. Pontificum adversatur; dicunt enim, se Indulgentias acquirendas concedere devotè visitantibus Ecclesias* A PRIMIS VESPERIS USQUE AD OCCASUM SOLIS: *exigiturque* propterea (ut idem inquit Par. 2. c. 1. art. 5. §. 1.) *ad Indulgentiam pro Festo, ut nulla sit ejus Festi hora, in qua ejus fructus percipi non valeat.*

Cum porrò clausula, *confessis* &c., æque respiciat Horas omnes Diei Ecclesiasticæ, incipientis a 1. Vesperis Festi, ac desinentis postridie ad occasum Solis (ut constat ex ipsius clausulæ verbis, *confessis* &c., *qui a 1. Vesper. usque ad occasum Solis* &c. *Ecclesiam visitaverint*); consequenter Confessio, & Communio peractæ mane Vigiliæ, ideoque extra Diem Ecclesiasticam, cui adnexa Indulgentia est, suffragari possunt *pro Indulgentiarum consecutione* (uti generatim Decretum loquitur), in quacumque perinde Hora a 1. Vesperis usque ad finem Ecclesiasticæ ejusdem Diei expleatur Ecclesiæ visitatio; quæ sola, unà cum precibus in Ecclesia ipsa fundendis, intra Diem ipsam Ecclesiasticam in hujusmodi Brevibus peragenda præscribitur.

At verò simul Sac. Congregatio declarat, verbum, *confessi*, & consequenter alia etiam verba illa, *Sacra Communione refecti*, accipienda esse de tempore proximè præterito, de præcedentibus nempe Horis ipsius Vigiliæ. Itaque Pontificium Indultum, de quo supra meminimus (Not. *a*), referens hoc ipsum Decretum, quod commentamur, ait: *Ad manum in Vigilia*. Quamobrem rejecta manet opinio P. Eusebii Amort (in locis cit. supr. in §. *Hoc idem*), satis esse putantis confiteri in die Vigiliam præcedente; iis imò, qui solent in Hebdomada bis confiteri, sæpiùs autem S. Eucharistiam sumere, Confessionem sufficere biduo ante peractam. Eoque magis improbata manet illa multorum opinio (apud Ferrar. v. *Indulgentia* art. 3. n. 31. seq.), universim statuens, satis esse Confessionem, & Communionem expletas intra distantiam debitam; quam distantiam aliqui ad quatuor, aliqui ad sex dies, atque etiam octo protendebant.

(*c*) Viro cuidam Theologo visum est, non idem, quod in Decreto hoc de Confessione dicitur, sentiendum esse de Communione (in Addit. Anni 1767. ad Theol. Moral. P. Cuniliati, in fine Notæ 2. ad num. V. citatum in præc. Annotatione sub init.). Ipsius authoritas fecit, ut in quodam Oppido Regulares inter, & quosdam e Clero Seculari haud levis oriretur opinionum dissensio, super qua nos meminimus tunc fuisse interrogatos; Secularibus nempe Presbyteris laudati Theologi doctrinam objicientibus, ideoque Regulares carpentibus, quòd mane Vigiliæ Fidelibus Indulgentiam lucraturis Sac. Eucharistiam administrarent; Regularibus autem contendentibus, id a se jure optimo fieri.

Nititur Theologus, quem innuimus, ea ratione, quod videlicet *de Communione* in hoc Decreto *nullum verbum occurrat*. *Videtur itaque* (concludit) *ea differenda ad diem ipsum Festivitatis*. Scilicet in multitudine rerum scribendarum non animadvertit Vir doctus, Decreto isto non contineri Dispensationem, seu Indultum aliquod, quod certè extendi non posset (ut de Indulto ejusdem Clementis Pontificis supra memorato dicemus suo loco); sed puram, putam, simplicem contineri declarationem clausulæ, *Qui verè* &c.; in hac autem clausula, sicuti dicitur, *confessis*, sic æquè, & pariformiter dici, *ac Sac. Communione refectis*. Quapropter, ex declarationis vi, & natura juxta Juris principia, illud ipsum, quod circa tempus Confessionis hic declaratur, de Communione pariter dicendum est. Verùm hic non repetam, quæ in antecedenti Nota præmisi: præmisi autem de industria ad ejusmodi dissidia alibi etiam præcavenda. Cur porrò in Declaratione eadem sermo non fiat de Communione; jam dictum est supra (Not. *b*).

Hinc Romæ in ipsismet Sanctimonialium Monasteriis, quæ præclarissimi Ordinis S. P. N. Dominici regimini, ac jurisdictioni subduntur, non semel infra Annum a Monialibus sive omnibus, sive pluribus, ut commodum ipsis accidit, injunctum Communionis opus impletur in Pervigilio Festi, cui adnexa Indulgentia est. Hoc idem fit in his Monasteriis Urbis, quæ nobis subsunt. Hoc idem in hoc nostro Aracœlitano Cœnobio. Atque id ipsum puto tum alibi Romæ, tum etiam extra Romam fieri. Praxis autem, & mos Fidelium, præsertim in Urbe Religionis arce, etiam si Lex dubia sit (non tamen, si apertè satis repugnet, ut alibi diximus),

= ma-

= magnum pondus ad probandum, Legemque in-
= terpretandam habet. *Si de interpretatione Legis quæ-*
= *ratur*, ut est in quadam Lege, *in primis inspicien-*
= *dum est, quo Iure Civitas retro in hujusmodi casi-*
= *bus usa fuit; optima enim est Legum interpres con-*
= *suetudo* (L. *Si de interpretatione* 37. ff. de leg.).
= Multo autem major Fidelium praxi veneratio de-
= betur, quando Legi claræ, ac perspicuæ conso-
= na est, sicut est in re nostra.

= Jam verò superfluum arbitror hoc postremo lo-
= co monere, *Vigiliæ* vocabulum in hoc Decreto
= accipi non strictè, & rigidè; quasi, si Festum Vi-
= giliam verè non habeat, non possint Confessio, &
= Communio anticipari, ut supra; sed accipi sen-
= su lato, pro Die videlicet, quæ Festivitatem
= præcedit; sive Dies hæc sit verè Vigilia, jejunium
= scilice, vel Officium de Vigilia, vel utrumque simul
= adnexum habens, sive amplo, & lato sensu Vigi-
= lia nuncupetur. Prodiit namque Decretum istud in
= declarationem clausulæ, *Qui verè* &c., apponi so-
= litæ in Brevibus Indulgentiarum, quæ conceduu-
= tur, & concessæ sunt pro Festis sexcentis, quo-
= rum nonnisi pars minima veram habet, propria n-.
= que Vigiliam. Prodiitque præterea ad tollendam e
= medio *sententiarum varietatem super intelligentia* illius
= clausulæ. Varietas autem sententiarum versabatur cir-
= ca omnia, & qualiacumque Festa, pro quibus Bre-
= via hujusmodi obtenta fuissent, & obtinerentur
= imposterum.

1759. 19. Maji. *Privilegiatum Altare quotidianum Parochialibus Ecclesiis universis conceditur.*

URBIS, ET ORBIS.

SSmus D.N. Clemens PP.XIII., prævio Voto Sacræ Congregñis Indulgentiis, & Sac.Reliquiis præpositæ, indulsit die 19. Maji 1759. omnibus Ecclesiis Parochialibus Orbis Christiani Altare Privilegiatum quotidianum ad septennium; quo expleto, Eadem Sanctitas Sua præcipit omnibus Episcopis, Abbatibus, &, Sede vacante, Vicariis Capitularibus, ut supplicent pro unaquaque suarum Diœcesum Parœcia pro confirmatione ejusd. Privilegii ad aliud septennium. Idque fieri jubet sub unico tantùm Brevi, atque vult, hoc unicum Breve suffragari omnibus uniuscujusque Diœcesis Ecclesiis Parochialibus. Ne autem Parochi expensis graventur, vetat omnibus tum Episcoporum, quum Abbatum Officialibus, sub pœna nullitatis præfati Privilegii, ne quicquam penitùs exigant a Parochia, sive pro ipsis certiorandis, sive in expediendis Litteris pro designatione Altaris Privilegiati in eorum Parœciis.

Fr. J. Card. Portocarrero Præf.
A. E. Viceeomes S. C. Indulg. Secr.

= Quanquam Ecclesiis omnibus nostri Ordinis Pri-
= vilegiatum Altare quotidianum jam antea fuerat
= concessum pro Missis per Sacerdotes Ordinis in
= eo celebrandis (supr. p. 192. B. seqq.); nemo ta-
= men, ut putamus, in dubium revocaverit, quin
= & istud insuper Indultum pro iisdem nostris Ec-
= clesiis valeat, quæ sint pariter Parochiales. Ete-
= nim, ut hoc unum dicam, fuit editum Indultum
= istud non ad cujusquam supplicationem, sed mo-
= tu proprio; ac sine clausula illa „ *in quibus Alta-*
= *re Privilegiatum non reperitur concessum* „. Quam
= clausulam adjectam Summi Pontifices voluerunt
= in consueta Formula talium Indultorum. Eam-
= demque S. M. Benedictus XIII. appositam voluit
= in suo etiam Indulto, quo Privilegiatum Altare
= quotidianum concessit Patriarchalibus, Metropoli-
= tanis, & Cathedralibus Ecclesiis „. *In quibus* (sic
= in eo Indulto legitur) *Altare privilegiatum quoti-*
= *dianum perpetuum forsan non reperitur concessum* „.
= Contrà verò in hoc Indulto, quod exhibuimus,
= istiusmodi clausula adjecta non est. Adi P. Theo-
= dorum a Spiritu S. (de Indulg. Par. 2. c. 1. ar.
= 4. §. 3., & 4.), ac P. Lucium Ferraria (v. *Al-*
= *tare Privil.* n. 2., & 11.).

1759. 28. Maji. *Statuitur, ut Guardianus Taurinensis Cœnobii Pedemontanæ Observantium Provinciæ* S. Thomæ, *alternative, e Custodiis singulis assumatur.*

CLEMENS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

SUprema Apostolica charitatis, providentiæque nostræ erga omnes Christifideles, atque eos potissimum, qui e fluctibus Sæculi erepti ad tranquillum Religionis portum confugerunt, adhibenda a Nobis cura maximopere postulat, atque exigit, ut omnem Pontificiæ benignitatis, auctoritatisque operam, consiliumque in hoc studiosissime collocemus, quo, contentionibus, litibus, ac dissidiis, partiumque studiis procul amotis, atque eliminatis, ubi opus esse constiterit, omnia inter Viros præsertim Religiosos in pace fiant, & omnia ad Divinum Cultum augendum, Regularem disciplinam confirmandam, procurandamque æternam Animarum salutem componantur, constabilianturque. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus Filius Clemens a Panormo Minister Generalis Ordinis Fratrum Minor. S. Francisci de Observantia nuncupat., quod alias dilectus itidem Filius Raphael a Lugagnano Ex-Minister Gen., & tunc totius Cismontanæ Familiæ ejusdem Ordinis Commissarius Gen., qui (a) felici, prosperoque regimini, atque gubernio Provinciæ S. Thomæ in Pedemontio dicti Ord. consulere valeret, ipsam Provinciam in tres Custodias divisit, & quamdam alternativam in electione Ministri Provincialis, Custodis, & Definitorum Provincialium inter dictas tres Custodias præscripsit, & distribuit, assignatis unicuique ex tribus dictis Custodiis octo Conventibus ex vigintiquatuor, qui totam Provinciam constituunt, mandando inter cætera, ut Fratres uniuscujusque Custodiæ in Guardianos Conventuum unicuique Custodiæ assignatorum præficerentur, prout continetur in quibusdam fel. rec. Benedicti Papæ XIV. Prædecessoris nostri super confirmatione patentium litterarum ipsius Raphaelis Commissarii Gen., ea super re confectarum, in simili forma Brevia expeditis Litteris tenoris sequentis, videlicet:

„ BENE-

= (a) Sic in Regesto. Sed legendum, *quò*, sive *ut*,

„ BENEDICTUS PAPA XIV.

„ *Ad futuram rei memoriam* .

„ Injuncti Nobis per abundantiam Divinæ Gra-„ tiæ *&c.* (*vide supr.* p. 64. B. *seq.*)

Et licet per præinsertas Litteras præscriptum sit, ut Guardiani Conventuum ad unamquamque ex dictis tribus Custodiis assignatorum semper præficiantur ex Alumnis ad easdem respective Custodias pertinentibus, nihilominus ipse Clemens Minister Gen. experientia compertum habeat, quod per electionem Guardiani Conventus S. Thomæ Taurini, Custodiæ Vercellensi assignati, semper in favorem unius Professoris ejusdem Custodiæ faciendam, tranquillitati, & paci dictæ Provinciæ minime consultum sit, quippe quòd ex illius statuta electione nova dissidia, & dissensiones inter ipsas Custodias oriri videntur, & forsan orta existunt; Ipse verò Clemens Minister Gen. ad illas dirimendas, penitusque evellendas proprium esse ducit, dictum Conventum S. Thomæ a Vercellensi Custodia distrahere, ac illius Guardiani, prout etiam reliquorum Conventuum Carmaniolæ, & Oppidi de Vigone ad Astensem, & Pedemontanam respective Custodias spectantium, electiones imposterum habendas alternatim inter Alumnos dictarum trium Custodiarum præscribere, prout præscripsit per suum Decretum tenoris sequentis, nempe:

„ Cum in nostra Observanti Provincia Taurinen-„ si, *S. Thomæ Apostoli* nuncupata, ex antiqua con-„ suetudine usque receptum sit, ut ad obviandas „ in Capitulis Provincialibus dissensiones, aliaque „ incommoda præcavenda, quæ occasione electio-„ num tam Superiorum, quàm aliorum Officialium „ Provinciarum Ordinis non rarò contingunt, ipsa „ in tres partes divisa sit, in Custodias nempe, „ quas vocant Vercellensem, Astensem, & Pede-„ montanam; illarumque Custodiarum quælibet cer-„ tos habeat attributos Conventus, ex quibus præ-„ cipuus sub nuncupatione S. Thomæ Apostoli Tau-„ rini existens Custodiæ Vercellensi hactenus fuerit „ perpetuo aggregatus, in eoque Religiosus idoneus „ ex memorata Vercellensi Custodia in Capitulis, „ vel Congregationibus Provincialibus semper in „ Guardianum usque ad præsens electus fuerit; un-„ de occasione hujusmodi electionis in favorem me-„ moratæ Custodiæ nun bene consultum paci, ac „ tranquillitati totius Provinciæ, imo melius consu-„ li de eadem electione aliter providendo videatur: „ Nos proinde stabili, firmoque Fratrum, & Pro-„ vinciarum nostrarum bono, ac quiati, quantum „ cum Domino possumus, prospicere volentes, „ omniaque præterea dissensionum semina ab eisdem „ Fratribus, & Provinciis evellere cupientes, præ-„ dictum Taurinensem Conventum S. Thomæ Apo-„ stoli ab ipsa Vercellensi, ut fertur, Custodia pror-„ sus abstrahentes, veluti Provinciæ universæ futu-„ ris temporibus considerandum, illique in Guar-„ dianum præficiendum, Auctoritate Apostolica, qua „ fungimur, prout infra, decernimus, & declara-„ mus. == Primò == Ut integro triennio, in quo „ juxta introductam consuetudinem Minister Provin-„ cialis assumetur ex Custodia Vercellensi, in Guar-„ dianum Taurinensem eligatur unus ex Patribus „ Custodiæ Astensis; & vicissim unus ex Patribus „ Custodiæ Vercellensis eligatur in Guardianum Con-„ ventus Carmaniolæ pertinentis ad Custodiam Asten-„ sem. == Secundò == Ut in alio triennio, in quo „ Provincialatus Officium juxta morem pertinebit „ ad Custodiam Astensem, Taurinensis Guardianus „ sit ex Custodia Pedemontana; & hæc Custodiam „ Vercellensem compensabit per Guardianatum Con-„ ventus Oppidi de Vigone. == Tertiò tandem == „ Ut eo triennio, in quo Minister Provincialis fue-„ rit ex Custodia Pedemontana, idem Taurinensis „ Guardianus ad Patres pertineat Custodiæ Vercel-„ lensis. == Atque ita Auctoritate Apostolica decer-„ nimus, volumus, & declaramus. Nun obstanti-„ bus &c.

„ Dat. Romæ ex Aracœli die 24. Martii 1759.

„ Fr. Clemens de Panormo Mi-„ nister Gen.

Loco ✠ Sigilli.

„ *De mandato Rmi in Christo Patris*
„ Fr. Vincentius Scutari Ex-Def. Gen.,
„ & Secr. Gen. Ord.

Cum autem, sicut dilectus Clemens Minister Generalis Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quò firmius subsistat, & debitæ executioni demandetur, & exequutioni hujusmodi demandatum inde servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere cupiat: Nos dictum Clementem Ministrum Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis *&c.* absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertum ejusdem Clementis Ministri Gen. Decretum, licet illud adversetur non solum dispositioni, quæ in patentibus literis memorati Raphaelis tunc Commissarii Gen. Cismontanæ Familiæ dicti Ord., sicut præmittitur, editis continetur, nempe, quod Guardiani Conventuum Custodiarum hujusmodi semper præficiantur ex Religiosis ad easdem respective Custodias pertinentibus, verum etiam tenori ipsarum Benedicti Prædecessoris super illarum confirmatione expeditarum Litterarum, quibus quoad hanc partem dumtaxat Auctoritate Apostolica derogamus, ac per præsentes in ea tantum parte derogatum intendimus, firmis tamen remanentibus aliis dispositionibus, seu præscriptionibus quoad ipsas Custodias a dicto Raphaele Commissario Gen. factis, & in suis patentibus litteris contentis juxta tenorem, & formam earumdem Benedicti Prædecessoris prædicti Litterarum super illarum confirmatione editarum, Auctoritate præfata tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, & sanamus. Decernentes, easdam præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios *&c.* (*ut supr. p. 65. B. post med.*)

Non obstantibus dicti Benedicti Prædecessoris Litteris præinsertis quoad ea, quæ circa Guardianos Conventuum Custodiarum hujusmodi præsentibus adversantur, ac omnibus, & singulis, quæ idem Benedictus Prædecessor in suis Litteris præfatis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Da-

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 28. Maji 1759. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Pro D. Card. Passioneo
Joannes Florius Substitutus.

Loco ✠ Sigilli.

= 1759. 20. Jun. *In Commissarium Apostolicum utriusque Regii Monasterii S. Claræ, & S. Mariæ Magdalenæ Neapolitanæ Urbis, exclusis ab hoc Munere Monasteriorum eorumdem Guardianis, alium postbac eligendum fore decernitur; ipsiusque Commissarii Auctoritas suis limitibus circumscribitur.*

CLEMENS PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

INjuncti Nobis per abundantiam Divinæ Gratiæ Pastoralis Officii solicitudo postulat, atque exigit, ut ad ea, per quæ prospero Monasteriorum devoti Feminei Sexus statui, quoad Nobis integrum est, consulitur, ut, e medio sublatis contentionibus, litibus, disceptationibus, ac tricis, necnon partium studiis, per solam, liquidamqua veritatis inspectionem jus suum unicuique tribuatur, atque justitia, & pax sese invicem osculentur, ejusdem Officii partes sedulo intendamus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Sane pro parte Charissimi in Christo Filii Nostri CAROLI Utriusque Siciliæ, & Hierusalem Regis Illustris Nobis expositum fuit, duo inter Regia Monialium Monasteria, alterum sub invocatione S. Claræ Ordinis S. Francisci sub Regula ejusdem S. Claræ, reliquum S. Mariæ Magdalenæ Ordinis S. Augustini, Civitatis Neapolitanæ, utrumque sub gubernio Fratrum Minorum ejusdem S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, nonnullas ortas esse lites, controversias, & dissensiones, attento, quod dilectus Filius primò dicti Monasterii S. Claræ Guardianus Frater expresse professus Ordinis FF. Min. ejusdem S. Francisci de Observantia Reformatorum contendat, ad se uti Commissarium Apostolicum utriusque Monasterii hujusmodi spectare, sibique licere, non solum Guardianum pro tempore existentem secundò dicti Monasterii S. Mariæ Magdalenæ in possessionem Officii Guardianatus illi demandati immittere, verùm etiam suffragia, cum res sit de Monialibus educandis, Famulisque in eodem Monasterio recipiendis, colligere, ac Sacris, Ecclesiasticisque Functionibus, quæ in secundò dicto Monasterio præfato solemniori pompa, & apparatu singulis annis juxta Ritum Ecclesiæ, sive etiam in Vestitionibus Monialium, sive earum respectivè Professionibus fieri solent, ac etiam Capitulis pro electione Superiorissæ, aliarumque dicti Monasterii Officialium, ac illarum confirmatione, invitis ipsis Superiorissa, & Monialibus, ac Guardiano præfato, interesse. Ipse verò CAROLUS Rex Lites hujusmodi per Nos dirimi, & penitùs evelli, ac in præmissis opportunè provideri plurimùm desiderat.

In hoc rerum statu Nos piis ejusdem CAROLI Regis votis, quantum cum Domino possumus, annuere volentes, Pastorali cura prædictorum omnium cognitione assumpta, ambarum Partium rationibus maturè perpensis, ac post plenum, maturumque examen, in eam venimus sententiam: Non licère Guardiano Monasterii S. Claræ, quà Commissario Apostolico Monasterii S. Mariæ Magdalenæ, explere Solemnitates, & actus, de quibus agitur, invitis Guardiano, & Monialibus secundò dicti Monasterii, necnon alterum eligi, qui Commissarii, seu Visitatoris Munus gerat, deputandum pro utroque Monasterio arbitrio Cardinalis Protectoris, exclusis (a) in perpetuum ab eodem Officio Guardianis prædictorum Monasteriorum: ac propterea Monialium utriusque Monasterii hujusmodi singulares Personas a quibusvis excommunicationis, &c. absolventes, & absolutas fore censentes, dilecto Filio Nostro Hieronymo S.R.E. Diacono Cardinali, Columna nuncupato, Ordinis Fratrum Min. dicti S. Francisci de Observantia nuncupatorum, ac dictorum Monasteriorum apud Nos, & Apostolicam hanc S. Sedem Protectori, ut eorumdem Monasteriorum S. Claræ, & S. Mariæ Magdalenæ Civitatis Neapolitanæ, in locum Commissarii Apostolici quacumque auctoritate, & Superioritate electi, ac deputati, alterum in Commissarium, seu Visitatorem, qui Munus Commissarii, seu Visitatoris pro utroque Monasterio deputandi, arbitrio tamen dicti Hieronymi Cardinalis moderni, & pro tempore existentis Protectoris hujusmodi, gerat, exclusis in perpetuum ab eodem Officio Commissarii, seu Visitatoris Guardianis prædictorum Monasteriorum, eligat, ac deputet, auctoritate Nostra Apostolica, tenore præsentium injungimus, & mandamus; ea tamen lege, & conditione, ut Commissarius, seu Visitator Monasteriorum hujusmodi pro tempore electus, & eligendus nullo unquam tempore quoscumque actus, nempe Guardianum Monasterii S. Mariæ Magdalenæ in possessionem Guardianatus sui Muneris immittere, suffragia colligere, Sacris interesse Functionibus in Ecclesia hujusmodi Monasterii, pro tempore, quacumque de causa habendis, necnon Monasterii hujusmodi pro electione Superiorissæ, aliarumque Officialium, illarumque confirmatione Capitulis faciendis, invitis Monialibus, & Guardiano præfati Monasterii S. Mariæ Magdalenæ, facere possit, & valeat. Decernentes, easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sedis præfatæ Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, necnon quibusdam fel. rec. Clementis VI., Urbani VIII., & Clementis XII. Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum Litteris, quoad ea, quæ præsentibus Nostris Litteris adversantur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Monasteriorum, ac Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de ver-

verbo ad verbum insertis hebentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. in Arce Gandulph. Albanen. Diœc. sub Annulo Piscatoris die 20. Junii 1759. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Pro D. Card. Passioneo
Jo. Florius Substitutus.

Loco ✠ Sigilli.

= (a) Vid. infr. ad d. 18. Mart. 1760.

1759. 30. Jun. Clementis

Pontificis ad Præsulem Vicesgerentem Literæ, ut suo Nomine interdicat, ne Moniales Officiales, nominatim Æditua seu Sacristæ impensas ullas faciant, nisi ex Monasterii reditibus; præscribatque alia nonnulla in Festorum celebratione servanda.

Monsignor Ferdinando Maria de Rossi Patriarca di Costantinopoli, del Vicariato di Roma Vicegerente.

LE Sacre Vergini dedicate a Dio ne' Chiostri, vestendo l' Abito Religioso, hanno avuto una giusta sicurezza di vivere affatto lontane da ogni sollecitudine temporale; e li nostri gloriosi Predecessori (a) hanno avuto continua premura di dare opportuni provvedimenti, perchè niuna cosa le distogliesse da questo santo, e lodevole oggetto; Quindi è, che hanno impedito tutto quello, che potea dal medesimo allontanarle, per ragione degli Offiaj, che debbono nei loro Monasterj adempiere, e specialmente per quello di Sagrestana. Ma perchè li provvedimenti dati non s' eseguiscono, sono altresì gravissimi gl'inconvenienti, che succedono, e che pur troppo ci sono stati rappresentati con replicati continui ricorsi. A quest' inconvenienti volendo Noi rimediare, con la presente Cedola di moto proprio, ordiniamo a voi, che proibiate in nostro Nome alle Superiore Religiose (b) di permettere, che le loro Monache destinate all' Offizio di Sagrestane faccino in avvenire alcuna spesa in occasione delle Feste, che si debbono solennizzare nelle loro respettive Chiese: Essendo mente nostra, che qualora le medesime Chiese siano bastantemente provvedute d' Apparati proprj, si mettano questi in opera a spese comuni del Monastero; ma quando ne fossero prive, non si prendano le Religiose incaricate dell' Offizio di Sagrestane altra cura, e sollecitudine, che quella di far disporre sopra gli Altari quei sagri Arredi, e Suppellettili, che si trovano avere, colla maggior decenza compatibile alle forze dello stato economico del medesimo Monastero. Siccome però non intendiamo pel rimanente d' impedire a' Monasterj facoltosi la celebrazione delle Feste con la consueta loro pompa, purchè sia interamente Sacra, ed Ecclesiastica; così vogliamo, che generalmente si proibisca a tutti il frammischiarvi rinfreschi di qualunque sorte, non solo perchè danno occasione a spese inutili, e di scandalo a' Secolari, ma perchè distraggono le Religiose da quella divozione, e raccoglimento, che debbono avere nel corso di tutto l'anno, e molto più ne' giorni con particolarità dedicati o alla venerazione del Santo Fondatore, o al Titolare, sotto la protezione de' quali vivono. Proibiamo ancora, che le Sagrestane a proprie spese faccino in simili occasioni, riconoscimenti, o regali a qualunque sorta di persone o dentro, o fuori del Monastero. E vogliamo, che le Superiore restino incaricate dell'esecuzione esatta di questa nostra Volontà; e che in caso di contravenzione restino sospese dal loro Impiego, riservando a Noi la facoltà di reintegrarle, quando, attese le circostanze, crederemo doverlo fare.

Dato dal nostro Palazzo Apostolico a Monte Cavallo questo di 30. Giugno 1759.

CLEMENS PP. XIII.

= (a) Iteratas Literas, jussu Clementis XI., & = Benedicti XIV. hoc super negotio editas, refert = P. Lucius Ferraris (v. *Moniales* art. 2. a n. 58 ad 62.).

= (b) Scilicet Monasteriorum Urbis, ejusque Di= strictus. Nam intra hos fines Illustrissimo Præsu= li Vicesgerenti negocia committi solent. Sed ta= men recolenda, & huc aptanda sunt ea, quæ at= tulimus alibi (ad d. 6. Sept. 1758. §. *Addimus*, = & sequentib. p. 303. B. post med. & seq.).

= 1759 19., & 26. Jul. = Decreto edito die 19. = Julii proscriptum fuit Opus Josephi Gorini Corio = inscriptum: *L'Uomo, Trattato Fisico-Morale diviso = in tre libri*. Et sine Authoris nomine: *L'Uomo, = Trattato Fisico-Morale diviso in due Tomi, e tre li= bri*. Itemque: *L' Uomo: Injustia, & Pace*. De= creto autem diei 26. ejusdem Mensis fuit proscri= ptum Opus: *Histoire de l' admirable D. Inigo de = Guipuscoa Chevalier de la Vierge, & Fondateur de = la Monarchie des Inighistes; avec une description en = abregé de l' établissement, et du gouvernement de cet= te formidable Monarchie. Par Hercule Rasiel de Sil= va. Augmentée de l' Antisotton, & de l'Histoire cri= tique de ce fameux ouvrage*.

1759. 27. Jul. *Patribus,*

qui fuerunt Terræ S. Custodes, Præcedentia debetur supra eos, qui Rmis PP. Commissariis, aut etiam Ministris Generalibus a Secretis fuere, quamvis isti munus suum ante illos expleverint.

DECRETUM.

IN Discretorio Generali Reverendissimorum Patrum Romæ existentium, habito die Jovis 12. Julii currentis Anni 1759., proposita controversia dudum exorta super competentia antelationis, seu præcedentiæ inter RR. PP. Pium de Metnne ex-Guardianum Hierusalem ex una parte, & Ludovicum a Carcano ex-Secretarium Generalem ex altera; visis, ac diligenter examinatis rationibus, juribus, aliisque omnibus coram Nobis ab utraque Parte deductis; audito pariter voto in scriptis gravioris Patris, cui, tamquam Consultori, hujusmodi controversiam examinandam commisimus; iidem Reverendissimi PP., post maturam totius causæ, meritorumque ejus discussionem, censuerunt, ex-Guardianis Hierusalem antelationem, seu præcedentiam competere super ex-Secretarios Generales quoscumque, etiam præfatis ex-Guardianis in habitualitate antiquiores, juxta Statuta, & Generales Ordinis, præsertim hujus nostræ Cismontanæ Familiæ, Constitutiones.

Nos itaque præfatis Statutis, ac (a) consuetudinibus inhærentes, de consilio etiam, voto, atque assensu memorati, ut supra, Discretorii Generalis, hujus Decreti nostri serie pronunciamus, decerni-

mus, & declaramus (*b*), R. P. Pio de Metone ex-Guardiano Hierusalem deberi omninò præcedentiam, seu antelationem respectivè ad R. P. Ludovicum a Carcano ex-Secretarium Generalem; atque ita pronunciatum, decretum, ac declaratum, ab omnibus, ad quos spectat, post hujus Decreti nostri publicationem sine contradictione ulla observari, debitæque, ut par est, executioni committi volumus, atque expresse mandamus; finem insuper excitatæ dudum controversiæ, coramque Nobis hactenus actitatæ, sic, & non aliter imponendo. = Dat. Romæ ex Araceli die 27. Julii 1759.

Fr. Clemens de Panormo
Minister Generalis,

Loco ✠ Sigilli,

De mandato Rmi in Christo Patris
Fr. Vincentius Scutari ex-Def. Gen.,
& Secr. Gen. Ord.

= (*a*) Sic in Regesto. Sed legendum, *ac Constitutionibus*, antecedentia verba suadent.

= (*b*) Quàm justa sit, ac legitima Declaratio hæc; luculenter demonstrat vel ipsa Præcedentiæ series, quæ præscripta est in Constitutionibus Neapolitanis 1590. (tit. *De Præcedentia* n. 4. & 5.), & in Vallisoletanis 1593. (Cap. 8 tit. *Circa Præcedentiam* num, item 4. & 5.): quemadmodum legenti perspicuum est (in Chronolog. P. Michael. Angel. Neapolit. p. 358., & 455.).

= Quæ sanè Constitutiones optima ratione nituntur. Nam Guardianus Jerusalem est simul *Custos Regiminis* Custodiæ Terræ Sanctæ, cujus Custodiæ (olim Provinciæ) Conventus, Hospitiaque gubernat. Custodes autem Reginiinis, etiam si duobus, vel tribus Cœnobiis prælati sint; eamdem tamen, quam Provinciales Ministri, Jurisdictionem ordinariam quasi Episcopalem in Fratres omnes sibi subjectos exercent. Qua de caussa Ministris Provincialibus fermè æquiparantur, & æquiparati sunt in Rubricis Peculiar. novissimi Breviarii nostri, a Summo Pontifice PIO VI. approbatis (n. 159. ad calc.). Hinc meritò secundùm Constitutiones laudatas istiusmodi Custodes Regiminis, ac nominatim Terræ Sanctæ Custodes, etiam post expletum Officium, Secretarios quoscumque & habituales, & actuales præcedunt.

= 1759. 14., ac 30. Aug. = Decreto diei 14. Augusti damnata, ac prohibita fuit Propositio, vulgò *Progetto*, cui titulus: *Œuvres de Messire Antoine Arnaud Docteur de la Maison, & de la Société de Sorbonne; Proposé par Souscription*. Decreto autem, die 30. ipsius Mensis lato, damnata, ac vetita fuerunt tum Volumina duo inscripta, *Le Pere Berruyer justifié contre l'Auteur d'un libelle intitulé, Le Pere Berruyer Jesuite convaincu d'obstination dans l'Arianisme, & le Nestorianisme*: tum simul Folium, seu Epistola, *Lettre à un Docteur de Sorbonne sur la dénonciation, & l'examen des ouvrages du Pere Berruyer*.

= 1759. 3. Sept. = Brevi Summi Pontificis, hac die dato, damnatum, proscriptumque fuit Opus in plures Tomos tributum: *Encyclopedie, ou Dictionnaire raisonné des Sciences, des Arts, & des Métiers; Par une Société de Gens de lettres* &c.

1759. 5. Sett. *Decretum*
S. Supr. Inquisitionis super Dubio, incidisset necne in Pœnas Decreti Urbani VIII. 1. Oct. 1626., & Constitutionis Innocentii IV., Cum venerabilis, *Provincialis quidam, qui ob declinatam a suo Subdito Pœnam, ei a S. Officio inflictam, per fugam arreptam defectu minus apti Custodis; fuerat ipse ab eodem S. Officio graviter punitus, nulla tamen Abjuratione imposita.*

EMINENTISSIMI, REVERENDISSIMI SIGNORI.

IL Generale *N.*, umilias. Oratore dell' EE. VV. riverentemente espone, come avendo ricevuto ricorso di preteso gravame dall' attual Provinciale della Provincia *N.* di Portogallo, si ritrova egli in qualche perplessità di pronunziare in questa Causa, il cui merito consiste dal risapersi con evidenza, se nel Caso accaduto sia, o no, compreso il ricorrente nella Costituzione, *Cum venerabilis*, d' Innocenzo IV., e particolarmente nel Decreto della san. mem. d' Urbano VIII. emanato al 1. Ottobre 1626. per li Regolari sentenziati dalla Sac. Inquisizione: e quantunque l' Oratore inclini alla parte negativa, fondato nella opinione de' Dottori, che trattano di una tal materia, contuttociò, potendo questi opinare erroneamente, per caminare con tutta cautela in una cosa cotanto delicata, umilia all' EE. VV. il qui annesso Foglio, supplicando dell' Oracolo di codesta Suprema, e della grazia insieme di quel Rescritto, che al Caso accaduto giudicheranno l' EE. VV. più convenevole. Che della grazia &c.

= In adnexo Folio hic supra memorato propositus fuit in hæc verba

C A S U S.

P. Dominicus *N.* Provincialis Provinciæ *N.* Portugalliæ a Tribunali S. Officii Portugalliæ comprehensus, carceratus, judicatus, & condemnatus fuit, quia Religiosum quemdam ejus Subditum, ab eodem S. Tribunali pœnitentiatum, Socio ad custodiendum eum minùs apto commisit; cujus Custodis negligentia accidit, ut hujusmodi Religiosus ad remotiorem Provinciæ Conventum, quò relegabatur, non pervenerit, Romam aufugerit, pœna illi per Sententiam imposita non adimpleta. Ex hinc indiciis insurgentibus, Provincialem fugæ connivisse, & occasionem præbuisse, pœna eidem imposita fuit (sine ulla de levi, aut de vehementi abjuratione), ut per triennium degeret in Conventu, quò alius pœnitentiatus non pervenerat, activa, & passiva voce privatus, & ab Officio suspensus. Sub die autem 26. Septembr. an. 1758. Inquisitor Generalis eumdem a tali Sententia absolutum in publico Refectorio coram tota Communitate pronunciavit.

Exortum subinde fuit in dicta Provincia dubium: Utrum Provincialis præfatus incurrisset in Decretum Urbani VIII. de die 1. Oct. 1626., & Constit. Innocentii IV. incip. *Cum venerabilis*. Partes recursum in scriptis habuerunt ad R. Commissarium Gen. Familiæ: qui considerans, ad ipsum non spectare Pontificia Decreta interpretari, visis actis, & rationibus productis a Provinciali prædicto ex una, & Commissario Provinciali, ab ipso jam instituto, ex altera partibus, pro affirmativa stetit. Appellavit deinde Provincialis ad Tribunal R. P. Generalis,

qui

qui noluit in Casu ferre Sententiam, sed ipsum exposuit Sac. Congregationi Univ. Inquisitionis Urbis.

= Prodiit autem subinde ab ipsa Sac. Congrega=tione Decretum, quod sequitur:

(a) Feria IV. Die 5. Septembris 1759.

In Congregatinne Generali Sanctæ Rom., & Univ. Inquisitionis, habita in Conventu S. Mariæ supra Minervam coram EE. & RR. DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus, a S. Sede Apostolica specialiter deputatis: Relato suprascripto Memoriali, EE. & RR. DD. Cardinales Generales Inquisitores præfati, audito voto DD. Consultorum, decreverunt, P. Dominicum *N.* prædictum non incurrisse (b) in Decretum Urbani VIII. sub die 1. Octobris 1626., neque (c) Constitutionem Innocentii IV. = *Cum venerabilis*.

Pro D. Eusebio Antonio Calabrino
S. R. U. Inquisitionis Notario
Petrus Paulutius Notarius Substitutus.

Loco ✠ Sigilli.

= (a) Decretum hoc, præmissosque supplicem
= Libellum, & *Casum* exscripsimus ex publicis Ta-
= bulis ipsius Ordinis, In quo res contigit. In qui-
= bus etiam perlegimus & Compendium totius Cau-
= sæ, & Allegationes tum P. Dominici Provincialis,
= tum P. Commissarii Provincialis, de quo sub finem
= suprascripti *Casus* mentio fit, & Epistolam quoque
= P. Commissarii Generalis ad eumd. P. Domini-
= cum data. In qua Epistola ille scribebat, quod
= cum idem P. Dominicus gravibus punitivis pœ-
= nis multatus fuisset pro delicto ad S. Inquisitionis
= Officium spectante, neque Decretum Urbani VIII.
= Abjurationem præterea requireret; ideò inhærens
= ipse eidem Decreto, cujus interpretandi facultate
= destituebatur, declarare debebat, uti declarabat,
= Privilegium, expleto Provinciæ gubernio adne-
= xum, quod ipsi P. Dominico debitum aliàs fuis-
= set, deberi Commissario Provinciali, qui plus-
= quam tres Annos Provinciam rexerat cum usu Si-
= gilli majoris, & minoris Provinciæ ejusdem.
= Exhibuimus porrò, quæ supra descripsimus, in
= eum finem, ut si fortè aliquando istiusmodi ca-
= sus (quem propitius avertat Deus) apud nos con-
= tingeret; possent lumen aliquod Monumenta ista
= præbere. Quam ipsam ob caussam dicam brevi-
= ter in duab. Not. seq., quæ mihi veri similis ra-
= tio videatur hujusce Decreti. *Veri*, inquam, *si-*
= *milis*: nam quæ re ipsa vera ratio fuerit; nove-
= rit Supremum idem Tribunal, a quo editum De-
= cretum fuit.
= (b) Hoc Decretum S. M. Urbani VIII. multi
= Authores referunt (Peyrin. To. 2. de Off. Præl.
= Reg. ad Const. 9. Pauli V. n. 29.; Lantusc. Teatr.
= Reg. v. *Pœnæ* n. 3.; Addit. ad calc. Operis P. Eli-
= sei Masini, cui titulus, *Sacro Arsenale, o vero*
= *Prattica dell' Officio della S. Inquisiz.*, p. 24. Edit.
= Bonon. 1665.; Ferrar. v. *Abjurantes* n. 3., & v.
= *Electio* ar. 2. n. 34., &c.).
= Cur autem Provincialis, qui supra innuitur, in
= Decretum hoc non inciderit; mihi quidem, rem
= hanc diligentissimè perpendenti, alia nulla (nisi
= occulta aliqua fuerit) apparuit, vel apparet ratio,
= nisi illa, quam suppeditat P. Franciscus Bordo-
= nua (Sacr. Trib. C. 27. qu. 14. n. 41. Oper.
= To. I.). Ait enim, *non comprehendi sub Decreto*
= (isto Urbano) *illum, qui ex alio capite, quàm ob*
= *hæresim, vel ejus suspicionem, pænitentiatus fuit in*
= *S. Officio; quia, cum non abjuraverit, non fuit mul-*
= *tum gravata illius opinio, ex quo debeat censeri in-*
= *habilis. Quare punitus ob blasphemiam non hæreti-*
= *calem, vel quia omisit denunciare &c., non affici-*
= *tur hoc Decreto.*
= Ratione illa „ *quia cum non abjuraverit* „ &c.
= videtur Auctor hanc regulam tradere, quod vide-
= licet Regularis ille, qui a S. Officio multetur pœ-
= nis, etiam gravibus, sed tamen non abjurat, &
= consequenter non multatur iis pœnis, tanquam
= hæreticus, vel suspectus de hæresi; sanctione De-
= creti hujus Urbani minimè teneatur. P. Amenus
= quoque existimat, in eod. Decreto sermonem esse
= de pœnitentiatis Regularibus abjurantibus, seu de
= Regularibus pœnitentiatis tanquam hæreticis, vel
= de hæresi suspectis (de Del., & Pœn. Tit. 2. §. 7.
= n. 72. in fin., & n. 64. juncto n. 63., p. 95.
= & 94. Edit. 1754.). Atque hoc idem censet P.
= Thomas Montalvus (Gloss. fundamental. Statutor.
= &c. To. 2. C. 4. n. 3.).
= Innituntur, ut puto, laudati Auctores rationi
= huic, quod nempe in Urbani Decreto inhabilitas
= decernitur Regularibus pœnitentiatis non PRO QUI-
= BUSCUMQUE universim DELICTIS *ad S. Inquisitionis Offi-*
= *cium spectantibus*; sed indefinitè PRO DELICTIS *ad*
= *S. Inquisitionis Officium spectantibus*.
= Indefinita autem locutio, in materia etiam favo-
= rabili, non æquipollet universali, nisi vel quando
= de mente disponentis expressè constat; vel (si
= de ea, ut in re nostra, non constat expressè)
= quando particularium omnium, quæ sub ea lo-
= cutione venire possunt, ratio eadem, & conditio
= est (Jur. & DD. apud Barb. Ax. 123. n. 3. 5. 12.
= seq., & Reiffenst. in Lib. 1. Decr. tit. 2. §. 16.
= n. 402.). Aliàs verò locutio indefinita in potiori
= sua significatione accipitur (de qua re fusè Tira-
= quellus Tract. de Jud. in reb. exig. n. 9. seqq.;
= ac facere etiam possunt ea, quæ idem fusè pari-
= ter habet in Tr. *Le mort saisit le vif*, n. 5. seqq.,
= & in Tr. in L. *Boves*, §. *Hoc sermone*, de verb.
= sign.).
= Cum igitur de pœnitentiatis a S. Inquisitione pro
= delicto hæresis, omnium gravissimo, atrocissimo-
= que (apud Card. Albit. de Inconst. in Fid. c. 25.
= n. 3., & de Inconst. in Charit. c. 2. n 77.), vel
= pro delicto suspicionis ipsius hæresis, non eadem,
= ac de cæteris ab eod. S. Tribunali pœnitentiatis,
= ratio, & conditio sit; ob hanc, ut arbitror, ra-
= tionem censuerunt Authores illi, intelligendum Ur-
= bani VIII. Decretum de Regularibus punitis tan-
= quam hæreticis, vel de hæresi suspectis: quæ sunt
= delicta primaria inter illa, quæ ad S. Inquisitionis
= Officium spectant (P. Amen. loc. cit. n. 29.).
= Quod si ita est; intelligitur planè nostri hujus
= Decreti ratio. Nam Provincialis ille fuit quidem
= a S. Officio punitus pœnis gravibus relegationis,
= suspensionis ab Officio, privationis utriusque vo-
= cis, quæ graves præsertim sunt in Provinciali
= Prælato: sed his tamen punitus non fuit neque
= tanquam hæreticus, ut constat ex *Casu*; neque ve-
= rò tanquam suspectus de hæresi. *Debet enim constare*
= *plenè, & concludenter, non autem præsumptivè solùm,*
= *de facto, ex quo prætenditur oriri hæresis suspicio; aliàs*
= *enim præsumptio ex præsumptione oriretur contra regulam*
= &c.: *& hoc bene notandum est etiam in omnibus aliis de-*

X x 2 *lictis*

lictis ad hoc Sanctum Tribunal pertinentibus: verba sunt Cæsaris Carenæ (de Off. S. Inquis. Par. 2. tit. 12. n. 241.). Qui itidem alibi (ib. Par. 3. tit. 12. n. 18.), *Quando*, ait, *non sumus in hæretico formali, sed in aliquo delicto, ex quo oritur tantummodò hæresis suspicio, sive deinde illa sit levis, sive vehemens; necesse est, ut delictum illud, ex quo oritur suspicio, sit plenè probatum vel per Testes, vel propriam ipsius confessionem*. Vide etiam eumdem ibidem (num. sequentib., & Par. 2. tit. 3. n.41.), alioaque apud Bordonum (Sacr. Trib. c. 11. n.7., & Manual. Consult. To. I. sect. 17. n. 13. & 21., & sect. 6. n. 98.), ac Dianam (Oper. Coord. To. 5. tr. 10. res. 30. n. 5. &c.).

= Contrà autem favor ille, seu conniventia Provincialis in fuga sui Subditi, ex qua debebat ille fieri suspectus de hæresi, & uti talis puniri, non fuit probata *plenè*, sed *præsumptivè*; *indiciis* nempe *inde insurgentibus, quod Religiosum subditum Socio ad custodiendum eum minùs apto commisisset*; ut dicitur in præmisso *Casu*, & in eo etiam Compendio, de quo meminimus in Not. *a*. Quamobrem pœnæ graves prædictæ non fuerunt Provinciali inflictæ, tanquam comperto de hæresi suspecto. Eademque de caussa non fuit ipse Abjurationi ulli subjectus: quæ alioquin imposita eidem fuisset pro suspicionis gradu (Pegn. in 3. Par. Direct. Inquis. comm. 136.; Masin. d. Prax. Par. 8, p. 229.; Locat. Judicial. Inquis. v. *Abjurare* n. 1.; Caren. Par. 3. tit. 12. n. 16. & seqq., & Par. 2. plurib; Card. Albit. de Inconst. in Fid. C. 7. n. 16., C. 14. num. 62., multisque aliis locis). In Monumentis namque omnibus supra recensitis Provincialem nullatenus abjuravisse, inter Partes certum, compertumque erat; facilè ex eo, quod lecta fuisset in Mensa coram tota Communitate (ut est in Compendio supra citato) Sententia cum absolutoria, tum etiam condemnatoria Provincialis ejusdem, neque ulla in iis de Abjuratione audita mentio fuisset, contra ac habetur in Formulis Sententiarum S. Officii contra Reos Abjurationi obnoxios, tum antiquis apud P. Eymericum (Director. Inquis. Part. 3. n. 165. & 170., pag. 487. 493. Edit. Ann. 1587.), tum recentioribus aliis apud P. Masinium (cit. Prax. Part. 8. pag. 231. 240.), in quibus Abjuratio vel facta, vel facienda exprimitur.

(c) Constitutionem hanc (quæ extat in Bullar. Roman. Tom. 3. pag. 329. Edit. Mainard.) allegabat, præter illud Urbani VIII. Decretum, Commissarius Provincialis supra commemoratus. At P. Commissarius Generalis in Epistola sua, de qua in Not. *a* dictum est, Constitutionem illam, ut videtur, ad rem non facere arbitratus; eamdem prorsus silentio, ac meritò quidem, præteriit. Quandoquidem I. in Constitutione illa sermo est de Fautoribus Hæreticorum. Subditus autem ille P. Dominici Provincialis non fuit a S. Officio punitus, tanquam Hæreticus; sed (ut ipse Commissarius Provincialis ajebat in Allegatione sua) *como hombre sospechoso en los Dogmas de la Religion, tanquam suspectus in Dogmatibus Fidei*. II. Debuisset de *Fautoriæ* (ut appellatur) crimine non præsumptivè, sed concludenter constare (Caren. supr.; DD. alii apud Panimoll. Decis. Mor. Civil. & Crim. Par.3. dec. 177. n. 10.; & Passerin. Trib. Reg. Qu. 2. ar. 4. n. 35.; ac Farin. de Hær. Qu. 187. n. 9.). III. Si de Fautoriæ crimine sic constitisset; fuisset Provincialis idem Abjurationis pœnæ subjectus (Caren. Par. 2. tit. 4. n. 88., Card. Albit. de Inconst. in Fid. C. 36. n. 106., apud quos alii). Neque insuper IV. fuisset ipse per S. Inquisitionis Sententiam *ab Officio suspensus* tantùm, sed Officio fuisset privatus. Hæc enim est una ex pœnis, quæ Fautoribus Hæreticorum sancita est (apud P. Amen. cit. Tit. 2. §. 7. n. 54., & alios passim).

= Atque hæc ad qualemcumque suprascripti Decreti intelligentiam adnotavisse sufficiat. Hic verò, quoniam hortaretur locus, monendum foret, Statuta Ordinis tum Cismontana, tum Ultramontana, circa Abjurantes edita, servanda non esse neque in casu pœnitentiarum salutarium, neque verò (contra ac opinatur P. Amenus n. 72. supr. cit.) in casu pœnitentiarum gravium: sed servari debere Urbani VIII. Decretum sæpe laudatum. Notanda quoque plura alia essent, quæ jam paraveramus, ad germanum sensum pertinentia totius ejusdem Urbani Decreti, quantum nos quidem legendo, meditandoque assequi potuimus. Sed quoniam nimis in longum sermo protraheretur; ea omnia, separato Commentario comprehensa, si Deo quidem placuerit, vulgaturi sumus, unà cum Commentariis aliis quibusdam de momentosis rebus aliis, de quibus vel nihil, vel non plenè in hoc Opere dicimus, ne Voluminum moles nimis excresceat.

1759. 6., & 12. Sept. = Decreto 6. Sept. proscripti fuerunt sequentes Libri I. *Consultation sur le Mariage du Juif Borach-Levi*. II. *Memoire pour le Sr. Daage Curè de Ville-Neuve sur Belot, intimé contre S.J. F. E. Levis appellant comme d'abus* &c. III. *Plaidoyer pour Mr. l'Evêque de Soissons intimé contre Joseph Jean Elie Levis ci-devant Borach-Levi, Juif de Nation, appellant comme d'abus*. IV. *Pothovin d'Avillet, & Travers, Avocats au Parlement sur l'appel comme d'abus, interjecté par Levi de deux Sentences de l'Officialité de Soissons, qui l'ont declaré non recevable dans sa demande tendante a contracter dans le Christianisme un nouveau Mariage du vivant de la femme, qu'il avoit èpousée dans le Judaisme*. V. *Dissertation, ou l'on prouve, que S. Paul dans le 7. Chap. de I. aux Corinthiens n' enseigne pas, que le Mariage puisse être rompu, lorsqu'une des parties èmbrasse la Religion Chrétienne*. Decreto autem diei 12. ejusd. Mensis Sept. proscriptus fuit Liber, cui titulus: *Memoire servant de clef de David, ou Le Molinisme, & le Materialisme demasqués*.

1759. 17. Sept. = Datæ hac die fuerunt Apostolicæ Literæ Summi Pontificis, *Cum primùm*, adversus Ecclesiasticos negotiatores, tum Seculares, tum Regulares cujuscumque Religionis, Congregationis, & Instituti; etiam illos, qui seculari negocio se immisceant ex causa subveniendi necessitatibus, quibus alio modo provideri non possit, seu Patris, seu Matris, seu aliorum, quib. ex naturæ debito teneantur. Agiturque præterea in iisd. Literis non solùm adversus eos, qui laicarum Domuum obsequiis se addicunt; verùm etiam contra illos, qui temporalibus curis, alioquin sui natura licitis, ita incumbunt, ut negligant ea, quæ sunt Jesu Christi, quæque a Viris in sortem Domini vocatis primùm omnium quærenda sunt (vid. & supr. ad 1. Apr. 1758.).

= Has Literas refert P. Lucius Ferraris (v. *Clericus* ar. 3. n.91., & To. ult. in Append. p. XXVI. & seqq.)

seqq.): earumque summam exhibet P. Ubaldus Giraldi (Jur. Pont. noviss. Par. II. Sect. 73. pag. 914. sub fin. & seq.). Præcedentes verò Litsras, a S. M. Benedicto XIV. 25. Febr. 1741. contra Ecclesiasticos eosdem editas, incipien. *Apostolicæ servitutis*, dat ferè integras P. Giraldus ibid. (p. 913. & seq.); illarumque compendium P. Lucius (d. ar. 3. n. 90.). Ac multa tum iste (tot. cit. ar. 3.), tum ille (ibid. & pag. seqq., ac Par. I. p. 222., 478. & seq.) de toto hoc argumento annotant. Adi quoque Thesaurum de Pœnia, ab eodem P.Giraldi illustratum, editumque Romæ 1760. (Par. II. v. *Negotiatio* &c. p. 295. ac seqq.; & in Supplem. ad calc. ejusd. Part.II. p. 446. B. & seq.). Literas autem S.M. Clementis IX., in quibus narratur etiam, & confirmatur dispositio S. M. Urbani VIII., legere licet apud P. Lantuscam (Theatr. Reg. in Suppl. p. 772. & seqq.).

= Animadvertendum hoc loco est, quod una ex Pœnia, quæ sancitæ sunt (ultra Censuras) contra Personas Ecclesiasticas sive Seculares, sive Regulares quascumque, negótiationem sibi respectivè illicitam exercentes, hæc est, ut nempe omnia, & singula ab illis, licèt sub alieno nomine latitantibus, sic illicitè acquisita, Cameræ Apostolicæ inevitabili jure Spolii debeantur (Bened. XIV. in cit. Constitutione, *Apostolicæ*, ex Const. S.M. Pii IV., apud Girald. cit. p.913. & seq.). Quare si forsitan aliquando accideret (quod avertat misericors Deus), ut Fratrum nostrorum quispiam, Professionis, & Animæ suæ immemor, negociationem aliquam, sive per se, sive sub alieno nomine quomodolibet exerceret, quæ nobis, etiam in communi, cujuscumque illa sit generis, illicita penitùs, & undequaque est; poterit quidem in casu isto Apostolicus Syndicus Cœnobii, vel Provinciæ (juxta distinctiones illas in applicationibus eleemosynarum servandas, quæ ex Apostolicis, & Ordinis Constitutionibus, ac partim quoque ex dictis, dicendisque in hoc Opere intelliguntur), poterit, inquam, Syndicus Sortem principalem repetere, si hoc fieri prudenter sine scandalo possit, eleemosynas videlicet Concionibus, Lectura publica, aliisve licitis modis per illum comparatas, per quas idem subinde negotiatus est: at verò quæ ex negotiatione provenerunt, integrè omnia Apostolicæ Cameræ omnimodè debebuntur.

= 1759. 3. Dec. = Decreto hujus diei proscripta fuit *Crisis paradoxa super tractatu insignis P. Antonii Vieyræ Lusitani S. J. De Regno Christi in terris consummato* &c. *Authore quodam Lusitano Anonymo* &c. Itemque Volterii Liber inscriptus: *Précis de l'Ecclesiaste, & du Cantique*.

1759. 20. Dec. *Epistola Summi Pontificis ad Ecclesiarum Antistites, ut Populi eorumdem zelo, ac vigilantia, edocti potissimum necessitatem faciendi dignos pœnitentiæ fructus, Jejunii Leges sanctè custodiant; & dispensati, extra unicam Comestionem, se in omnibus gerant, æquè ac non dispensati, abstineantque propterea a potionibus lacte permixtis.*

CLEMENS PAPA XIII.

Venerabiles Fratres, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

APpetente Sacro Quadragesimali tempore, quod plenum Mysteriis non sine Mysterio magnam illam Paschæ celebrationem præcedit, qua una omnium Solemnitatum dignitas est consecrata, providendum, Venerabiles Fratres, ut Sacratissimum Jejunium sancte, religioseque a Fidelibus observetur, quod Legis, & Prophetarum testimonio commendatum, a Christo Domino consecratum, ab Apostolis traditum, Ecclesia Catholica perpetuò retinuit, ut per macerationem carnis, & Animæ humiliationem ad Dominicæ Passionis, Paschaliumque Sacramentorum Mysteria paratiores accedamus, & in ejus Resurrectione resurgamus, in cujus Passione, deposito veteri homine, sumus commortui. Cujus tam sanctæ, tamque salubris institutionis retinendæ studio fel. recor. Prædecessor Noster Benedictus XIV. etsi binis ad Vos Litteris (*a*) in forma Brevis eximium Fraternitatum Vestrarum zelum excitavit, quò pluribus labefactata corruptelis Quadragesimalis Jejunii disciplina ad pristinam observantiam vestra opera, & studio revocaretur; ob eamque rem nonnullas cavillationes, quibus omnis sacrorum vis Jejuniorum infringebatur, de medio sustulit; tamen cum ab intentissimo, teterrimoque humani generis hoste tam multæ, & assiduæ sint Gregi Dominico insidiæ; verendumque propterea sit, ne subinde infirmiorum animis novas veterator illo rationes, pravasque suggerat consuetudines, quibus enervata Jejunii severitas, unde revocata dudum fuerat, illuc iterum relabatur; necessarium existimavimus, Vobis has Litteras dare, quantoque in timore simus, nequa vetus remanserit corruptela, vel nova labes, cum Fidelium Animarum pernicie, Ecclesiasticæ in hac re disciplinæ inferatur, Fraternitatibus Vestris significare. De quo quidem timore Nostro tantum intelligimus minui oportere, quantum ex eo sollicitudinis ad pastoralem vestram vigilantiam accesserit; qua, sive quidpiam de veteri corruptela post memoratas supradicti Prædecessoris Nostri Litteras fortasse reliquum fuerit, sive nova infringendis Jejunii legibus vel opinionum commenta, vel a vera Jejunii vi, & natura abhorrentes consuetudines, humani pravitate ingenii novissimè sint invectæ, ea omnia, quantum juvante Domino fieri potest, radicitus convellenda curetis. In quibus profectò abusum illum censemus omninò numerandum, quem rumor quidam ad Nos pertulit; cum nonnulli, quibuscum ob justas, & legitimas causas ab abstinentia carnium dispensatum fuerit, licere sibi putant potiones lacte permixtas sumere, contra quàm prædicto Prædecessori Nostro visum fuerit, qui censuit, tam dispensatos a carnium abstinentia, quàm quovis modo jejunantes, unica ex-

cepta

cepta comestione, in omnibus æquiparandos iis esse, quibuscum nulla esset dispensatio, ac propterea tantummodò ad unicam comestionem posse carnem, vel quæ ex carne trahunt originem (*b*) adhibere.

Verùm neque commodiùs, nec majori proficiendi spe revocare homines aggrediemini ad sacrosanctam Jejunii Legem observandam, quàm si illud populos doceatis, Christiani hominis Pœnitentiam, præter cessationem a peccatis, & malæ anteactæ vitæ detestationem, eorumdemque peccatorum Sacramentalem Confessionem, illud etiam postulare, ut per Jejunia, eleemosynas, orationes, & alia spiritualia vitæ opera, Divinæ Justitiæ satisfaciamus: omnem enim iniquitatem, parva, magnave sit, aut ab ipso pœnitente, aut a Deo vindicante puniri oportere: nisi igitur a Deo puniri velimus, id non aliter vitare nos posse, quàm si ipsi nos puniamus. Quæ quidem doctrina si constanter populorum animis inculcetur, & a Fidelibus denique altè imbibatur, minùs profectò verendum erit, ne qui profligatos mores abjecerint, ac per Sacramentalem Confessionem peccata sua eluerint, non eadem peccata velint, atterenda carnis concupiscentia per Jejunium, expiare. Præterea quibus persuasum fuerit, ac peccatorum minùs dubiè pœnitere, cum se impunitos esse non sinant, ii profectò, Pœnitentiæ amore capti, lætabuntur, Quadragesimali tempore, cæterisque certis diebus, cùm Sancta Mater Ecclesia edicit Fidelibus jejunandum, oblatam sibi esse occasionem, quâ dignos Pœnitentiæ fructus faciant. Cumque nullo non tempore oporteat domitas habere concupiscentias; scriptum est enim, *post concupiscentias non eas, & a voluntate tua avertere*; facilè animum inducent, sacratissimo totius anni potissimùm tempore, corporis intemperantiam mitigare Jejunio, ut Anima, cognitione sui recepta, intelligat, qua compunctione parare se debeat ad Sanctissima Passionis, Mortis, & Resurrectionis Jesu Christi recolenda Mysteria. Itaque Pœnitentiæ stimulis tacti, minùs suavitates exquirant in dapibus, minùs sectentur cupediarum delicias, quæ quamvis cum abstinentia a vetitis cibis non discrepare videantur, tamen eas qui Mensæ apponat suæ, illum non immeritò dixeris non tam usitatas abjecisse delicias, quàm cupiditatem suam ad inusitatas illecebras traduxisse: minùs denique aut, quibus se subducant a Jejunio, quærant effugia, aut argutiis studeant Ecclesiasticam Legem infringere.

Vestrum igitur est, Venerabiles Fratres, exemplo æque, ac verbo populis prænotes, tantum in eorum animos Pœnitentiæ studium, & amorem injicere, ut alacriter Jejunium aggresai, & illud ad præscriptas a Catholica Ecclesia Leges observent, & eleemosynis etiam, atque oratione sanctificent; & id, quod maximè spectat Ecclesia, denique consequantur, ut corpore mortificati, & Christo consepulti, ad novam in Paschali Solemnitate novi hominis vitam revocati, magna cum fiducia reviviscenti Christo Domino possint occurrere. Gratia Domini Nostri Jesu Christi cum vobis omnibus, quibus Apostolicam Benedictionem, benevolentiæ in Vos, & charitatis nostræ pignus, amantissimè impertimur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 10. Decembris Anno 1759. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

= (*a*) Epistolæ encyclicæ S. M. Benedicti XIV. de = hoc Jejunii argumento, quarum uni (incipienti, = *Libentissimè*, 10. Jul. 1745.) inserta est quoque = ejusd. Epistola Decretalis (*Si Fraternitas* 8. Jul. = 1744.) ad Archiepiscopum Compostellanum; re- = feruntur a nostro Lucio Ferraria (v. *Jejunium* art. 1. = n. 34. ac 35.). Illarum, & Clementinæ hujus, = quam supra retulimus, summa traditur in Actis = Synodi Tusculanæ, celebratæ An. 1763. a Celsitu- = dine Regia Eminentissimi Henrici Card. Ebora- = cen., vigilantissimi Episcopi Tusculanæ illius Diœ- = ceseos, & S. R. E. Vicecancellarii (Cap. 3. ar. 2. = n. 5. & 6. p. 373. & seq.). Quam summam exseri- = psit quoque P. Ubaldus Giraldi (in sua Expos. = Jur. Pont. noviss Par. I. sect. 625. p. 452. & seq.).

= (*b*) Vid. etiam supr. sub d. 23. Jul. 1756.

1760. 12. Jan. *Conceditur Indulgentia ad instar Portiunculæ die 2. Aug. Ecclesiis Parochialibus, ubi Sanctimoniales Monasteriorum quorundam Tertii Ordinis sacras suas peragunt functiones, donec Monasterii cujusque publica ædificetur Ecclesia; ea tamen lege, ut exponatur ea die ad Aram majorem Imago S.P.N. Francisci.*

Bme Pater = Moniales Monasteriorum Tertii Ordinis Sancti Francisci Locorum Mendelheim, Klosterbeuren, Memingen, & Hochhaltingen, Diœcesis Augustanæ, humillimè exponunt, qualites ipsæ tempore Lutheri, & Belli Suevici per spatium plurium annorum Exilium fuerint passæ, tractu verò temporis revocatæ. Præter Oratorium autem, intra Claustra Monasterii situm, nullam habeant publicam Ecclesiam; sed suas meditationes, Divinasque functiones faciant in superiori Choro Ecclesiarum Parochialium, ipsarum respectivè Monasteriis vicinarum.

Et cum in dictis Locis nulla reperiatur Ecclesia vel Fratrum, vel Monialium, quæ gaudeat Indulgentiis, 2. Die Augusti omnib. Ecclesiis tam Fratrum, quam Monialium Ordinis S. Francisci concessis; illa die ad Ecclesias Parochiales præfatorum Locorum magnus fit Concursus hominum, quorum nonnulli ad Chorum Monialium ascendunt; alii ad Oratorium, intra Claustra Monasterii situm, se conferunt; hac ducti opinione, se in Parochialibus istis Ecclesiis Indulgentias illas lucrari non posse.

Quia verò ex eo oritur magna Monialium perturbatio, & confusio; hinc humillimè S. V. supplicant, quatenus ad has confusiones, & perturbationes præcavendas, ac ad dubia ex confluentium animis tollenda, necnon ad piæ Fidelium Devotioni opportuno remedio succurrendum; Indulgentias, 2. Die Augusti etiam Ecclesiis Monialium Ordinis S. Francisci in perpetuum concessas, Parochialibus istis Ecclesiis, usquedum præfata Monasteria non habuerint Ecclesiam publicam, benignè concedere dignetur. Pro qua gratia Deus &c.

Ex Audientia Sanctissimi die 12. Januarii 1760. = Sanctissimus benignè concessit Indulgentiam ad instar Portiunculæ Assisiensis Die secunda Augusti cujuslibet anni præfatis Ecclesiis Parochialibus, cum conditione exponendi in earum Majori Ara Imaginem Divi Francisci Assisien. eadem Die publicæ Fidelium Venerationi, quousque non ædificetur publica Ecclesia spectans unicuique prædictorum Monasteriorum.

J. de Comitibus Secret.

Loco ✠ Sigilli.

= 1760.

= 1760. 13. Jan. = Literas Reverendissimi P.Com-
= missarii Gen. Petri Joannetii de Molina, quibus
= Conventum Gen. indicit pro sua Officii abdicatio-
= ne, atque electione Vicecommissarii Gen., habes
= infra inter Acta ipsius Congressus ad d. 1. Mart.

1760. 15. Jan. *Mandatur*, *ne scribantur Epistolæ, nominatim recursus, nisi in casibus legitimis, legitimoque ordine, seu gradatione servata. Interdicitur simul abusus introductionis Infantium alterutrius sexus in Sanctimonialium Monasteria.*

FRAY PEDRO JUAN DE MOLINA

Lector de Sagrada Theologia, Theologo de Su Magestad Catholica en la Real Junta por la Immaculada Concepcion, Ex-Ministro General de todo el Orden de Menores de N.P.S. Francisco, y en esta Familia Cismontana Commissario General, Visitador Apostolico, y Siervo

A todos los Religiosos, y Religiosas de nuestras Provincias de España, y Portugal, assi Prelados, y Preladas, como Subditos, y Subditas, salud, y paz en nuestro Señor Jesu-Christo.

POr las presentes hacemos saber a VV. PP., y RR., como hemos recibido una Carta de nuestro Rmo P. Ministro General, que es del tenor siguiente:

Fuera = „ Al Rmo P. Fr. Pedro Juan de Molina, guarde Dios muchos años, Lector antiguo „ de Theologia, Ex-Ministro General de todo el Or- „ den de N. P. S. Francisco, y Commissario Ge- „ neral por nuestra Familia Ultramontana. = En S. „ Francisco de = Madrid. = Del Ministro General. =

Dentro = „ Padre Rmo = En atencion de ha- „ verseme justamente quexado el M. R. P. Com- „ missario General de Curia, y de experimentar yo „ igualmente, que el porte de las cartas de essa Fa- „ milia asciende à una summa excessiva, para cuya „ satisfaccion deccontado no alcanza aun toda la cor- „ ta limosna, con que las Provincias de ella le con- „ tribuyen, me hallo en la precision de ponerlo en „ la consideracion de V. Rma, paraque, sin perder „ tiempo, mande prevenir a los respectivos Mini- „ stros Provinciales, que amonesten à sus Subditos, „ ò para que escriban menos, y solo en casos ur- „ gentes, ò para que remitan sus cartas francas de „ porte, especialmente quando fueren dobles. E- „ spero, que V. Rma aplicarà todo su cuidado en „ cortar este abuso, y de que se siguen muchos be- „ neficios, que dexo a la consideracion de V. Rma: „ cuya vida Dios nuestro Señor guarde muchos „ años. Roma, Araceli, y Deciembre en 13. de „ 1759. = De V. P. Rma = Devotiss., obligadiss. „ Servidor = Fr. Clemente de Palermo Ministro Ge- „ neral. = Rmo P.Commissario Gen. Fr.Pedro Juan „ de Molina. = Madrid. =

En cuya debida obediencia, y cumplimiento pongo en su consideracion, quan justo es el mandato de su Rma: siendo cosa cierta, y experimentada por Nos tambien, que semejantes cartas, y recursos, aunque no sean todos, pero casi todos son (*a*) imprudentes, è inordinados, como contrarios al orden establecido por nuestros Estatutos Generales, y por muchas Constituciones Apostolicas; y lo que todavia es peor, muchos de ellos son falsos, calumniosos, è insolentes, enderezados a sacudir el jugo de la obediencia debida a los Prelados immediatos, y a vengarse con calumnias de ellos por las justas correcciones, que han procurado darles por sus excessos: lo que muchas veces verificado por Nos, hemos procurado reprehender, y castigar, como en efecto hemos castigado por estas culpas a muchos, y lo practicarémos todavia con mayor rigor en adelante, excitados con tan justo mandato de nuestro Rmo P. Ministro General.

Si el Religioso se creyere gravemente perjudicado por su Guardian, debe recurrir a su Provincial; si la injusticia proviniere de este, a nuestro Oficio: y si yo no pusiesse remedio, entonces puede recurrirse a su Rma. He dicho, *gravemente*, porque de correcciones, y penitencias leves, y que no exceden el fuero paterno, pueden los Prelados hacerlas por ligeras causas, y aun sin ellas, por probar, y dar ocasion de merito à los Religiosos, como lo enseñan todos los Santos Padres, y nuestros Mayores, que entendieron bien lo que es, y lo que pide el estado, y profession Religiosa. Interponer recursos en semejantes casos es manifestar, que se ignoran las obligaciones Religiosas, y el fin por què venimos a la Religion. Procuren los RR. PP. Provinciales, y PP. Guardianes hacer entender esto, y todo lo que manda nuestro Rmo P. General, a sus respectivos Subditos, y estén ciertos, que prosiguiendo algunos en sus injustos, è inordinados recursos, procederémos contra ellos todavia con mas rigor, que hasta aora, hechos cargo de la malicia, que embeben contra la altissima pobreza, que professamos, occasionando con ellos gastos superfluos, è intolerables, como justissimamente expressa nuestro Rmo P. General.

Con esta ocasion, por no multiplicar Circulares, prevengo a todos VV. PP., y RR., que algunos RR. PP. Provinciales bien instruidos, y zelosos de las obligaciones de su Oficio, nos han avisado el abuso, que han encontrado en algunos de los Monasterios de Monjas de sus Provincias *respective*, de introducir (*b*) en ellos las Religiosas niños, y niñas de poca edad, con la falsa creencia de que esto se puede licitamente hacer, siendo los dichos menores de siete años; y que haviendo explicado su obligacion a las Religiosas, y mandado, que se abstuviessen en adelante, se resistian, y murmuraban, lo que nos han confirmado las mismas Religiosas con sus reclamos, y quexas, pretendiendo, que revocassemos lo tan justamente mandado por sus legitimos Prelados: y aunque de ningun modo hemus querido, ni debido condescender, antes por el opuesto hemos confirmado lo proveído, y mandado en dicho caso por los insinuados RR. PP. Provinciales.

Pero viendo, que este desorden no sucede en un solo Monasterio, pues son yà tres Provincias aquellas, de que tenemos aviso sucede, juzgamos ser de nuestra obligacion dar una providencia general, y eficaz, no poniendo leyes, ni mandatos nuevos, como malamente suponen las Religiosas, que se nos han quexado, haver hecho los RR. PP. Provinciales, sino explicando lo que en el assunto tiene mandado el Santo Concilio de Trento, y declarando su texto, tienen ordenado las Sagradas Congregaciones de Eminentissimos Cardenales, y especialmente la de Obispos, y Regulares, insistir en que se observe a

la

la letra, como es justo, y debido.

El expressado pues Sacrosanto Concilio Tridentino en su *Sess. 25. de Regul. & Monial. cap 5.* manda lo siguiente: *Ingredi autem intra septa Monasterii nemini liceat, cujuscumque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerint*. En que claramente se vè prohibe el ingresso en la clausura de los Monasterios de Religiosas a todas las personas de ambos sexos, sin excepcion de grado, ni condicion; y lo que hace a nuestro caso, de ninguna edad, *sexus, vel ætatis*. Y aunque no ignoramos las interpretaciones, que algunos Autores han querido dar, pretextando no ser los niños, y niñas capaces de que se les impongan preceptos antes de tener uso de razon, y queriendo hacerse arbitros de explicar a su modo la intencion del Santo Còncilio, y fines de esta ley; pero siendo cierto, que contra el sentido claro, y perspicuo de las leyes no hay interpretacion, ni opinion fundada, ni que pueda seguirse licitamente en la practica, se convence de voluntaria la excepcion de la edad en los niños, y niñas, quando el Concilio en toda edad manda, que no entren, sin distinguir de poca, ni de mucha; pues: *Ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus*.

No negamos, que antes del uso de la razon ningun precepto obliga a los hombres: y en su consequencia los niños, y niñas, que son introducidos, no pecan; pero pecan los que, y las que les introducen, como el niño, ò el demente, que de un escopetazo mata à un hombre, no peca; pero si es reo de homicidio quien les pone la escopeta en la mano, è influye en que disparen.

Igualmente futil es el discurso, que pretende apoyarse al fin de la ley, y que cessa en el caso de niños, y niñas de muy corta edad. Pues quanto a lo primero, de donde saben los que con satisfaccion propria discurren assi, qual fue el fin, y motivos, que tuvo presentes el Santo Concilio para establecer esta ley, incluyendo en ella à todos de qualquiera edad? Para concluir, que cessa enteramente, ò, como dicen, adequadamente el fin de la ley?

La verdad es, que quantas veces se ha propuesto à la Sagrada Congregacion de Obispos, y Regulares este quesito, constantemente ha declarado, que quien introduce en los Monasterios de Religiosas niños, y niñas, incurre las censuras, y penas impuestas a los que violan la Clausura, como puede verse en nuestro Ferraris en su *Prompta Bibliotheca Canonica, v. Moniales*, art. 3., *num.* 58. (c): y que en su consequencia es intolerable este abuso. Como tambien tiene impuesta la Sagrada Congregacion a las Abadesas, que lo permiten, la pena de privacion de su Oficio, y de voz passiva, à mas de las censuras arriba dichas. A lo que se debe estàr, y lo que debe inviolablemente observarse, como lo determinamos, y mandamos, que se observe en todos los Monasterios sujetos a nuestra jurisdiccion.

El Demonio, perpetuo irreconciliable enemigo de Dios, y de nuestras almas, pone su mayor conato, y emplea todas las astucias de su malicia en engañar à las Religiosas, procurando, que falten, y caygan de la altissima perfeccion de su estado de Esposas de Jesu-Christo, sabiendo quanto mas le desagradan las culpas de estas, que las de la demàs gente: en cuya consequencia debemos los Superiores estàr mas atentos, y vigilantes para impedir sus assechanzas, quanto mas tememos de ellas, y deseamos conservar ilibada esta mas ilustre porcion del Rebaño de Jesu-Christo, como nos enseña San Cypriano.

Innegable cosa es, que de introducirse niños, y niñas en la Clausura de las Religiosas, resulta pèrdida de tiempo, y renovarse el amor a los parientes, y al siglo, que renunciaron en su profession, y partir su afecto, que deben poner en solo Jesu-Christo su Esposo, con el mundo contra la doctrina de S. Pablo: *Nam mulier innupta, & virgo cogitat quæ Domini sunt*. Esto, y demàs, que no debo expressar, tuvieron sin duda presente los dignissimos Padres del Santo Concilio de Trento, y los Eminentissimos Cardenales de la Sagrada Congregacion, para establecer la referida ley, è insistir tan de firme en su observancia, como tan conforme todo à lo que las Sagradas Escrituras, y Santos Padres nos enseñan cerca del estado virginal de las Religiosas: de todo lo qual no se han hecho cargo correspondiente los que pretenden, à fuerza de discursos mal fundados, enseñar lo contrario.

Estas nuestras Letras haràn publicar los RR. PP. Provinciales en todos los Conventos, y Monasterios de sus respectivas Provincias, dandonos aviso de haverlo assi executado. Dat. en nuestro Convento de N. P. S. Francisco de Madrid en 15. de Enero de 1760.

Fr. Pedro Juan de Molina
Commissario Gen.

Loco ✠ Sigilli.

Por mandado de su P. Rma
Fr. Gabriel Lazaro Sec. Gen.

= (a) Vid. Constitutionem S.M. Benedicti XIV. (*Sacrosancti* 2. Aug. 1748., apud P.Perus. Par.II. p. 405. & seq.): in qua plenè præscribitur ordo a nostratibus servandus *non solùm in appellationibus, sed in quibuscumque recursibus*.

= (b) Quàm jure P. Commissarius Gen. hunc pravum usum e medio penitùs sublatum velit; confirmant ea, quæ habentur apud P. Matthæuccium (Offic. Cur. Eccl. C. 32. n. 22.); necnon apud P.Ubaldum Giraldi (Expos. Jur. Pont. noviss. Par.I. sect. 160. §. *Idem*, & §. *Quod si quæras*, p. 1031. & seq.); & apud alios, quos ipsi ibidem laudant.

= (c) Adeundus quoque idem Lucius Ferrar. v. *Conventus* art. 3. n. 18. & seq.: ubi simul arguit contra Puellularum introductionem in Monasteria Virorum. Quam porrò ipse (in sequenti n. 20.) rationem refert Authorum, quos ibidem citat, aliter existimantium; illam evertit planè ea ratio *a fortiori*, quam idem P. Lucius affert ad calcem præcedentis num. 19., consonam iis, quæ habet hic supra Reverendissimus P.Commissarius Gen., præsertim dum ait (in §. *Innegable*): *y demàs, que no debo expressar*.

1760.

1760. 18. Jan. *Indicuntur Justa funebria pro Serenissima Duce Parmensi, tanquam Comitissa de Chinchon ob Generalem Ordinis Patronatum.*

FR. CLEMENS DE PANORMO

Lector Jubilatus, Catholicæ Majestatis in Regali Matritensi Congressu pro Immaculata Conceptione Theologus, ac totius Ordinis S.P.N. Francisci Minister Generalis, Visitator, ac Reformator Apostolicus, & Servus

Universis Patribus, Fratribus, ac Monialibus totius nostri Seraphici Ordinis tam Superioribus, quam Subditis, salutem, & pacem in Christo Jesu qui unica Salus, & Pax est.

CUm potissimum sit cujusque bene morati animi studium, ut officiis eos colat, a quibus summis beneficiis ornatum se agnoscit; tum Seraphici Instituti Professoribus multò magis cordi esse debet, ut verbo, & factis omnia grati animi monumenta exhibeant iis, de quorum insigni beneficentia, & favore illustria testimonia, nulla unquam ætate obliteranda, existunt. Cum igitur, Deo sic volente, die 6. Decembr. proximi elapsi anni 1759. Versaliis fatis concesserit Sereniss. D. D. Ludovica Elisabeth Borbonia Conjux Sereniss. D. D. Philippi Borbonii Ducis Parmæ, Placentiæ, ac Guastallæ, & Comitis de Chinchon, hocque nomine totius nostri Ordinis universalis Patroni, Protectoris, & Defensoris; idcircò nostrum est tantam jacturam adhuc mœrentes in hac Encyclica vobis indicare, ut pro ipsius Anima in omnibus Conventibus, & Monasteriis tam Fratrum, quam Sororum, jurisdictioni nostræ per totum Ordinem undequaque diffusum subjectorum, ex debitione, gratique animi testimonio quàm citiùs suffragia persolvantur, juxta ea, quæ præscribuntur in Articulo V. celeberrimi Instrumenti (a) confecti inter Partes; in quarum una aderat Sereniss. D. D. Philippus Borbonius Hispaniarum Infans, Dux Parmæ, Placentiæ, & Guastallæ, atque Comes de Chinchon cum interventu etiam Regiæ auctoritatis, & approbationis gloriosæ memoriæ Philippi V. ejusdem augustissimi Parentis, tunc Hispaniarum Catholici Regis: & in altera Rm̃us P. Fr. Cajetanus a Laurino bonæ mem. Minister Generalis totius Ordinis, suffultus auctoritate, & Decreto Capituli Generalis Vallisoletani (b), anno 1740. celebrati.

Ut verò ad unguem adimpleatis ea, quæ inter Partes sunt condicta, hic exhibemus Articulum V. laudati Instrumenti, qui, ex Hispanico Idiomate in Latinum translatus, est hujusmodi =

„ Quintò = Religionem se obligare, ut quandocumque post multos annos ex hac ad meliorem „ vitam transeat Sereniss. Infans, seu sua Charissima Conjux, actuales Patroni, & Protectores universales Ordinis; in omnibus, & singulis Conventibus totius Religionis, & in quolibet eorum „ Exequiæ funerales celebrabuntur, nempe, Vigilia, Missa solemnis, & demum Responsorium pro „ quolibet eorum, majori cum solemnitate, & apparatu possibili. Et ad hunc effectum Rm̃i PP. „ tum Ministri Generales, tum Commissarii Generales respectivè tenebuntur ad prædictam mortem „ nuntiandam suis Patentalibus Litteris omnibus Prælatis Provincialibus, illis denuò injungendo, & „ præcipiendo, ut ordinatum adimpleant, & adimpleri faciant ab omnibus suis Subditis, tam Fratribus, quàm Monialibus intra bimestre, numeratum a die publicationis superioris ordinis respectivè in quolibet Conventu. Et eadem solemnitas funeralis perpetuò, & universaliter celebrabitur a „ Religione, quandocumque mors alicujus ex Successoribus suæ Regiæ Celsitudinis acciderit: quod „ ita debet intelligi, ut in hoc universali suffragio „ solùm comprehendantur suæ Celsitudinis Successores, qui unus post alium reipsa possideant Statum de Chinchon, & Religionis Patronatum, & „ Tutelam „.

Hac igitur nostra Encyclica accepta, vobis omnibus, Fratres dilectissimi, qui utramque Familiam nostram, tum Cismontanam, cum Ultramontanam componitis, districtè præcipimus, ut adamussim ea exequamini, quæ in adducto Articulo, ac in Constitutionibus Generalibus Ordinis sanciuntur: insuperque in vestris Sacrificiis, & orationibus privatis Animam præfatæ Patronæ nostræ Ludovicæ Elisabeth Borboniæ Deo jugiter, & ferventer commendetis. Et tandem volumus, ut crebris precibus vestris sospitatem, diuturnamque vitam Serenissimo Infanti, Regio Principi ejus Filio, necnon Principissis a Deo Optimo Maximo votis omnibus constanter exposcatis.

Hac Encyclica, publicè, ut moris est, in quolibet Conventu perlecta, omnes Provinciales tam Familiæ Cismontanæ, quam Ultramontanæ, Rm̃is etiam PP. Commissariis Familiæ, & Indiarum subjecti, de executione earum, quæ in ea præscribuntur, certiores per litteras nos omninò efficient. Valete, & nostri estote memores in Sacrificiis, & precationibus vestris.

Dat. Romæ ex nostro Conventu Aracœlitano die 18. Januarii 1760.

Fr. Clemens de Panormo
Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Rm̃i in Christo Patris
Fr. Vincentius Scutari ex-Def. Gen.,
& Sec. Gen. Ord.

= (a) Asservatur autographum in Generali Archi= vo Matriten.

= (b) Tit. *Pro Utraque Famil.* n. 7. (apud P. Pe= rus. Par. 2. p. 228.).

1760. 27. Febr. *Portiuncula Indulgentia gaudent æque Ecclesiæ omnes tum Regularis, tum Strictioris Observantiæ.*

BEatissime Pater = Sanctæ memoriæ Gregorius XV. per suas Litteras in forma Brevis, incipientes, *Splendor Paternæ Gloriæ*, die 4. Julii 1622. emanatas, omnibus Christifidelibus vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Ordinis Fratrum S. Francisci de Observantia, & Reformatorum, ubique existentibus, die 2. Mensis Augusti devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, heresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, Plena-

siam omnium peccatorum Indulgentiam, & remissionem perpetuis futuris temporibus elargiri benigne dignatus est. Et felicis pariter recordationis Innocentius XI. die 22. Januar. 1687. per similes Literas, incipien. *Aliàs felic. record. Gregorius XV.*, relato per extensum tenore memorati Brevis, ulteriùs concessit, ut eadem Indulgentia Animabus Defunctorum per modum suffragii applicari posset; prout videri potest in Bullario Romano to. 8. pag. 414. (*a*). Adeò autem usque nunc crevit Fidelium devotio, & pietas erga dictam Indulgentiam; adeò crevit ubique terrarum in Ecclesiis Franciscanis, pro eadem acquirenda, populorum concursus, ac per consequens Concessionis illius certitudo, ac notorietas, ut nemini in mentem usque nunc venerit ejusdem existentiam negare, aut controvertere (*b*).

Sed ex improviso insurrexerunt quidam inquieti homines in Oppido *Lusii vici* Bajonen. Dioecesis in Vasconia, qui ab aliquo tempore disseminare, & publicare non cessant, nullam dicta die 2. Augusti adesse Indulgentiam in Ecclesia Fratrum Minorum Recollectorum Ordinis S. Francisci, ibidem existentium: tum quia in memoratis Constitutionibus Apostolicis non habetur mentio *Fratrum Recollectorum*, sed solummodo *Fratrum de Observantia, & Reformatorum* (*c*): tum quia Indulgentiæ, licet in perpetuum concessæ, nisi transacto aliquo determinato tempore renoventur (*d*), omnino cessant, nec amplius subsistunt: tum denique quia sanctæ memor. Benedictus XIV. omnes illas Indulgentias revocavit (*e*), & ad nihilum reduxit: easque, ac similes adinventiones, & fabulas confingentes, imperitum vulgus decipere satagunt, non sine ingenti Christifidelium scandalo, & continua pauperum Religiosorum perturbatione (*f*).

Quis verò usque nunc ignoravit, Recollectos in Gallia idem esse, ac Reformatos in Italia? Quis unquam somniavit, Constitutiones Apostolicas, in perpetuum concessas, renovatione ulla indigere? vel Indulgentiam Portiunculæ a san. mem. Benedicto XIV. revocatam fuisse? Si ejusdem Summi Pontificis aureum Opus de Synodo Dioecesana legerent, contrarium subitò ab eodem discerent; Libro præsertim 13. cap. 18. num. 5., ubi de Portiuncula Indulgentia tractans, expresse ait: *Cum Romani Pontifices sæpe meminerint de Indulgentia hac, uti ab Honorio III. concessa . . . ., iidemque postea illam extenderint ad universas Ecclesias Ordinis S. Francisci, ut in memorato Opusculo nostro demonstravimus; esset profecto magnæ temeritatis eamdem in dubium revocare*. Et si ad hanc Almam Urbem accederent, ipsam Sanctitatem Vestram die 2. Augusti viderent, cum summa totius Civitatis ædificatione, unam, & alteram Franciscani Ordinis Ecclesiam, pro eadem acquirenda Indulgentia, piissimè visitantem (*g*).

Quapropter Fr. Benedictus a Serpa Discalceator., & Recollector. Ordinis S. Francisci Procurator Generalis S. V. humillimè supplicat, ut pro sua benignitate Reverendissimo Bajonensi Episcopo committere, & injungere dignetur, ut finem imponat dictis scandalis, & perturbationibus; declaretque, Indulgentiam Plenariam die 2. Augusti a primis vesperis usque ad occasum Solis a Christifidelibus acquiri posse in memorata Fratrum Minor. Recollectorum Ecclesia, sicuti in aliis Ordinis Franciscani; ac supra citatas Constitutiones Gregorii XV., & Innocentii XI. nec revocatas esse, nec renovatione indigere, sed esse in plena, & viridi observantia. Et Deus &c.

= RESCRIPTUM.

Ex Audientia Ssmi die 27. Febr. 1760.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII. mandavit, ut Epistola per Secretarium Status transmittatur Episcopo Bajonen. juxta Votum. = Votum autem erat, ut, juxta petita, scriberetur Episcopo, eique injungeretur, ut per Edictum publicaret, Indulgentiam, de qua agitur, existere in Ecclesia Recollectorum (*h*).

= In hujus Rescripti executionem Eminentissimus = Card. Aloysius Maria Torrigiani, Ecclesiastici Sta- = tus a Secretis, hanc dedit Epistolam ad Rmum = Episcopum Bajonensem die 5. Martii 1760. =

Essendo stato rappresentato a Nostro Signore, che nel luogo di Lusio-Vico di codesta Diocesi sia stata posta in controversia da alcuni mal intenzionati la Divozione così detta della Porziuncola, che si è sempre coltivata nella Chiesa de' Recolletti di detto luogo in vigore dei Brevi di molti Sommi Pontefici, che concessero l' Indulgenza Plenaria a tutti quei Fedeli, che nel secondo giorno d'Agosto, confessati, e comunicati, avessero visitata la Chiesa tanto degli Osservanti, che de' Riformati dell' Ordine di S. Francesco, e rinnovati anche dall'ultimamente defonto Sommo Pontefice Benedetto XIV. nella sua insigne Opera intitolata = *Il Sinodo Diocesano* =; desidererebbe la Santità Sua, che V. S. Rma facesse cessare un tanto Scandalo, col dichiarare, non esservi dubbio alcuno, che nella detta Chiesa de' PP. Recolletti vi è annessa, come in qualunque altra de' PP. Francescani, la detta Indulgenza, che può guadagnarsi da qualunque Fedele, che nell' indicato giorno la visiterà, dopo d' aver soddisfatto a quelle Condizioni, e Regole, che vengono prescritte dalle Bolle, e Costituzioni di quei Pontefici, che l' anno accordata. Tanto si ripromette Sua Beatitudine dalla sperimentata pietà, e zelo di V. S. Rma, alla quale offrendo tutta l' opera mia nell' occasione di dare da servire &c.

= Quibus Litteris Rmus Episcopus in hæc verba = respondit =

Monseigneur = J' avois déja mis ordre à la dispute, dont Vôtre Eminence m' a fait l' honneur de me parler, qui s'étoit élevée à Saint Jean de Luz à l' occasion de la dévotion, appellée de la Portioncule. Ce qui avoit donné occasion à cette dispute, c' est que cette Féte se trouva dans le tems du Jubilé dernier, que notre Saint Pere (*i*) accorda à son heureux avénement. Plusieurs crûrent (*k*) que ce Jubilé devoit empêcher la publication des Indulgences particuliéres; & la question m' ayant été proposée, je décidai, qu'elle pouvoit avoir lieu: mais je demandai aux Religieux Récollects de me faire venir une expédition en forme de Bref, qui accordoit cette Indulgence à leur Eglise, qui fut signée de quelqu' un constitué en dignité. Je leur fis cette demande en conséquence des usages de ce Royaume; & les Capucins, qui sont dans cette Ville, ont une expédition du Bref, qui leur a été donné, & qui est revêtu de cette formalité. Mais la Lettre, que Vôtre Eminence m' a fait l' honneur de m' écrire, supplée à tout; & me conformant aux désirs de Sa Sainteté, que Dieu a placé sur la Chaire de Saint Pierre dans ses jours de miséricorde pour son Eglise, je laisserai jouir ces Religieux de la possession, où ils sont; & on continuera à gagner dans leur Eglise les Indulgences de la Portioncule. Je suis extrémement flatté, Monseigneur, d'

avoir

avoir trouvé cette occasion de vous présenter mes hommages, & de vous assûrer du respect, avec le quel je suis de Vôtre Eminence, Monseigneur, le très-humble, & très-obéissant Serviteur,

A Bayonne le 5. Avril 1760.

G. Evéque de Bayonne.

(*a*) Et apud P.Ferrar. (v. *Indulgentia* ar. 5. n. 51. & 52.), apud Lantuscam, Matthæuccium, Perusinum, alios.

(*b*) Nempe in eo Lusii Oppido. Nam ceterum fuerunt sanè & olim, & postea, qui Portiunculæ Indulgentiam vel omninò, vel ex parte diruere, ac labefactare connisi sunt. At eorum molimina non modò illam nihil moverunt de eminenti illo, quem obtinet, moralis certitudinis gradu; sed iis ipsis conatibus factum contrà est, primùm Dei numine, deinde doctorum Virorum opera, ut Indulgentia eadem illustrior, firmiorque semper evaderet. Qua in re egregiam navarunt operam hoc Seculo (ut Bellarminum, & alios antiquiores taceam) tum ii, quos recenset P. Candidus Chalippe ex PP. Recollectorum Familia in Vita S. P. N. Francisci, gallice a se scripta, & per P.Aloysium a Missalia Almæ Obs. Prov. Mediolanen. Lectorem Jubilatum italicè reddita, editaque Mediolani 1760. (To. 2. ad calc., in Declarationibus super Indulg. Portiunc. art. 1.); tum verò idemmet P. Chalippius (ibid.), P. Honorius a Summaripa Nemoris, P.Carolus Joseph a S. Floriano, ac novissimè P. Flaminius a Latera Almæ Obs. Provinciæ Rom. Lector Jubilatus, & Exdefinitor Gen. Ordinis, in brevi sua, sed nervosa Dissertatione de hoc argumento, impressa Romæ Anno 1784. unà cum Dissertatione, qua Seraphicus Patriarcha, Tertii Ord. Institutor asseritur, & vindicatur.

(*c*) Hac de caussa, ad occurrendum nempe dubietatibus, & cavillis, dictum est in Breviarii Rubrica 150. inter Peculiares novissimas, consultius fore, in Libellis supplicibus adhibere, & in S. Sedis Literis, Decretisve ponendas curare appellationes „ *Regularis, & Strictioris Observantiæ* „; sive alias illas, quæ sub his continentur, quæque pariter in Decretis nonnullis leguntur, videlicet „ *Observantium, Reformatorum, Dncalecatorum, & Recollectorum* „.

Ceterum qui id opponebant, poterant facili negotio Pontificum concedentium mentem intelligere tum ex ipsismet Brevibus ritè perpensis, simulque ex Brevibus aliis, Decretisque, in quibus *Observantium, & Reformatorum* nominibus cunctæ Ordinis Familiæ designantur; tum etiam ex pluribus ipsius S. Sedis Decretis, in quibus Indulgentia Portiunculæ concessa dicitur Ecclesiis Fratrum universi Ordinis S. Francisci (apud P. Perus. Par. II. p. 168. B. init., & p. 472. B.); tum denique ex Benedicto XIV. in Opere de Synod. Diœc. (loco cit. in suprascripto supplici Libello), necnon in Relatione ab eodem elucubrata in una *Ordinis S. Francisci*, dum esset Sacræ Congregationi Tridentini interpreti a Secretis, in qua docet, *Indulgentiam Portiunculæ fuisse a Summis Pontificibus extensam ad omnes Ecclesias Fratrum, & Monialium Ordinis S.Francisci* (apud eumd. Perus. Par. I. p. 517. B. post med.).

(*d*) *Perpetua est* (Indulgentia illa), *cujus Breve renovari non debet post septennium, decennium &c.; sed durat in perpetuum* (Amort Hist.Indulg.in Supplem. qu.3.p. 463., & Ferrar. v. *Indulgentia* ar. 1. n. 17.). Vid. etiam supra (ad d.22. Januar.1753.p.88. seq.).

(*e*) Hæc item imperitorum hallucinatio fuit. Siquidem S. M. Benedictus XIV., multorum Decessorum suorum exemplum sequutus, Indulgentias suspendit quidem; at minimè revocavit: suspendit autem solummodò Jubilæo durante, quod Anno 1750. celebratum est. Ac ne Indulgentias quidem suspendit omnes. Nam inter alias manere voluit Indulgentias pro solis Defunctis concessas. Manere insuper voluit concessas pro Vivis cum facultate, aut etiam sine facultate illas applicandi Defunctis; ita tamen, ut istæ pariter pro solis Defunctis acquiri possent. Quæ omnia compertissima sunt ex Constitutione ejusdem Pontificis, *Cum nos nuper* 16. Kal. Junii 1749. (apud Ferrar. v. *Jubilæum* ar. 1. n.38.). Ergo Portiunculæ Indulgentia perstitit adhuc, sic disertè statuente Benedicto Pontifice, eo Anno Jubilæi in omnibus Ecclesiis Ordinis, licèt pro Defunctis tantummodò lucrifieri potuerit.

(*f*) Si cetera pro Divina hac Indulgentia argumenta deessent; hoc certè esset locupletissimum, quod tamdiu tot veluti machinis, tormentis, arietibus verberata, tamen, uti Arx munitissima, immota semper permanserit, fueritque imò magis magisque solidata (vid. etiam supr. ad 12. Januar. §. *Et enim*). Hic namque est Dei operum tanquam character, & tessera. Ut proinde omni retro ætate ab ipso Concessionis initio verissimum illud compertum fuerit, & comperiatur, quod Honorio Pontifici SS. Patriarcha noster respondit, *Dominum* videlicet *opus suum per se ipsum divulgaturum, ac magnificaturum*.

Itaque intelligere tandem aliquando deberent intemperantinres Critici, se in hoc saxo volvendo, instar fabulosi illius Sisyphi, nihil penitùs profecturos. Perpulchrè P. Chalippius (loc. cit. art. 5.) posse ait Criticis istis, proportione servata, monitum dari ei simile, quod Doctoribus Judæis circa Apostolorum prædicationem Gamaliel præbuit (Act.5. v.38. & seq.), *Discedite*, inquiens, *ab hominibus istis, & sinite illos: quoniam si est ex hominibus consilium hoc, aut opus; dissolvetur: si verò ex Deo est, non poteritis dissolvere illud, ne fortè & Deo repugnare inveniamini. L'esperienza fa* (subnectit Author), *che con tutta ragione possa dirsi a coloro, i quali co' maligni loro discorsi sopra l' Indulgenza della Porziuncola inquietano i Religiosi di S. Francesco: „ Non vogliate più perseguitarli; lasciateli star quieti: imperocchè se questa Indulgenza fosse un' invenzione, ed una favola, come voi pretendete, sarebbesi già scoperto l' inganno, e voi ne avreste delle prove a sufficienza „*. Legendus quoque idem ibidem §. ult p. 339. sub init.

(*g*) Multi alii Pontifices Maximi die 2. Aug. Ecclesias Ordinis adiverunt ad eamdem Indulgentiam lucrifaciendam. Consule Mathiam Grouwels (*Historia Critic. sacræ Indulg. B. M. Angelor. vulgò de Portiuncula* &c. p.172. Edit. 1726.), Chalippe (cit. art. 5. p. 329. in Not.), Sabinum, & ex eo Honorium a Summaripa (de Indulg. Portiunc. disser. 3. n. 48. §. 1.), & Flaminium a Latera (Dissert. cit. n. 19.), ubi sic habet: *Alii verò* (Summi Pontifices) *Populorum fidem etiam facta & probaverunt, & confirmarunt, pluries nempe invisendo Fratrum Minorum Ecclesias in Festo Portiunculæ, causa toties lucrandi istius Indulgentiam;*

quemadmodum, ne de aliis dicamus, certò constat hoc nostro seculo peregisse Romæ in Ecclesia SS. XII. Apostolorum, Minorum Conventualium, Benedictum XIII., & Clementem XIV.

= (*b*) Declaratio hæc Summi Pont. Clementis XIII., nova confirmatio est eorum, quæ supra attulimus (Not. *c*. §. *Ceterum*).

(*i*) Const. *Venimus In altitudinem Maris* 11. Sept. 1758 (apud Ferrar. To. ult. in Append. p. xx1 s. & seq. Edit. Rom. 1768.).

= (*k*) Ineptè prorsus, ut ex ipsa modò laudata Clementis Pontificis Constitutione apparet, & ex iis etiam, quæ circa suspensionem Indulgentiar. in Anno S. leguntur apud eumd. Ferrar. (v. *Jubilæum* art. 1.).

1760. 29. Febr. *Decisio*.

Sac. Rotæ Rom. in Anconitana Manutentionis super aono Juris *cor. R. P. D. Herrero: in qua agitur de celebratione Missæ in Regularium Ecclesia cum Campanarum sonitu ante expletam Parochialem Missam, & Instructionem.*

I. CUria Episcopalis Anconæ definivit an. 1756., Joannem Baptistam Testa Rectorem Ecclesiæ Parochialis Castri Pulverisii manutenendum esse in quasi possessione celebrandi primam Missam diebus Dominicis, & Festis de præcepto, & in ipsa celebratione, seu post eam confluenti populo Christianam Doctrinam, sanctumque Evangelium tradendi, & explicandi, nec propterea licere Patribus Ordinis Eremitarum S. Augustini sub titulo S. Mariæ Magdalenæ ejusdem Oppidi celebrare Missam aliquam in eorum Ecclesia ante celebrationem Missæ Parochialis, sanctæque Doctrinæ expositionem.

Id ipsum in secunda instantia judicavit A. C. Devoluta verò Causa ad Rotam, interrogatique Patres = *An Parocho Oppidi Pulverisii danda sit manutentio in jure privativo celebrandi primam Missam diebus Dominicis, & Festis de præcepto, seu potiùs PP. Augustinianis sit danda manutentio in jure celebrandi Missam quacumque hora dictis diebus, & cum sonitu Campanarum?* = 11. Junii præteriti Anni 1759. responderunt = *Dilata, & videatur de bono jure, etiam ad effectum manutentionis* =. Ad tramites igitur hujus Rescripti hodie dubium proposui = *An, & de cujus bono jure constet, etiam ad effectum manutentionis?* = Proditque resolutio = *Constare de bono jure Parochi, etiam ad effectum manutentionis*.

2. Porrò bonum jus Parochi descendit ex Anconitana Synodo clar. mem. Cardinalis Massæi, ubi postquam animarum Rectoribus gravissimum onus inculcavit diebus Dominicis, Festisque de præcepto in ipsa Parochiali Missa sacram habendi Concionem, ita saluberrimè jussit = *E perchè la malizia degli Uomini è giunta a tal segno, che taluno nella Diocesi con tali pretesti lascia la Messa Parrocchiale, e va ne' giorni di Festa a sentirla in altre Chiese, a Cappelle, nelle quali non si fa dal Celebrante la predetta parlata al Popolo; inerendo ai Sinodi de' nostri Predecessori, vogliamo, ed ordiniamo, che nella Diocesi la Messa Parrocchiale si celebri ne' giorni festivi di precetto in un' ora competente, e che prima di questa Messa non si celebri in detti giorni la Messa in qualsivoglia altra Chiesa, Cappella, o Oratorio.*

3. Si plerumque Synodales Constitutiones vim Legis habent, eisque obsequium, & executio debetur ex firmatis per Rot. in Cæsaraugustana Decimarum 15. Maji 1752. §. 5. coram Reverendissimo P.D. meo Canilliac; multò certiùs transcripta Constitutio retinenda, & custodienda est, quippe quæ Ecclesiasticæ Disciplinæ, & animarum saluti evidentissimè consulit. Jam enim quisque novit Concilii Tridentini præceptum in Sess. 5. cap. 2. de Reform. his verbis editum = *Archipresbyteri quoque, Plebani, & quicumque Parochiales, vel alias curam Animarum habentes Ecclesias quocumque modo obtinent, per se, vel alios idoneos, si legitimè impediti fuerint, diebus saltem Dominicis, & Festis solemnibus, plebes sibi commissas pro sua, & earum capacitate pascant salutaribus verbis, docendo ea, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, annunciandoque eis cum brevitate, & facilitate sermonis vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas sectari oporteat; ut pœnam æternam evadere, & cælestem gloriam consequi valeant* =. Nec pariter ignotum est, quanta sollicitudine, studioque S.M. Innocentius XIII. hanc Parochorum obligationem Hispaniarum Episcopis omninò adimplendam proposuerit, ut videre est in Tom. 11. Bullar. Constit. 34. §. 11. Tandemque scitum est, unumquemque teneri, ubi commodè fieri potest, Parochiæ suæ interesse ad audiendum verbum Dei, uti docent Concilium VI. Provinciale S. Caroli Borromæi, & Trid. Synodus Sess. 24. cap. 4. de Reform.

4. Atque hinc laude, & commendatione dignissimi sunt Episcopi, quibus animarum cura præcipuè incumbit, quique secundùm sacras Constitutiones Parochorum officio invigilare tenentur, si Edicto, vel Synodali Lege caveant, ne diebus Dominicis, Festisque solemnibus ante Missam Parochialem alia celebretur, ad hoc ut Populus cupidus plerumque primi Sacrificii, a proprio Pastore salutis verba audire quodammodo cogatur, ne illum a sacra Concione avocet importuna alterius Sacerdotis festinatio. Sæpe enim Episcopales hasce ordinationes uti justas, æquasque Sacræ Urbis Congregationes probarunt, testibus Bass. de Sodalit. quæst. 15. num. 3., & in Miscellan. post num. 41., Brasch. in Promptuar. Synod. cap. 107. num. 23., & 24., Sanct. Mem. Benedicto XIV. in suis Notific. la 44., & 105., & in Tract. de Sacrif. Miss. in append. ad lib. 3. §. 7.

5. Quinimmò mox laudatus, semperque laudandus Pontifex Benedictus XIV. eousque progressus est, ut in Constitutione, quam edidit 7. Febr. 1742., & quæ extat in ejus Bullar. tom 1. la 42., nedum permiserit, sed jusserit, ac præceperit Episcopis, ut quoties in Agro sint parvæ, humilesque Ecclesiæ Parochiali proximæ, ad quas diebus festis patresfamilias unà cùm liberis divertant Missam audituri, huic malo omninò occurrant, suamq. objiciant auctoritatem = *Expressa lege caveatur*, inquit, *nequis antea Sacrificium faciat, quàm Parochus Missam celebraverit, sermonem habuerit, cæterasque sui muneris partes absolverit. Hoc enim pacto Ecclesia Parochialis confluentium Parochianorum numero celebrabitur* =. Et quia Princeps, rerum, personarumq. Ecclesiasticarum peritissimus, egregiè noverat, non defuturos, qui Episcopis exemptionis vel titulo, vel prætextu resisterent, ideò quàm opportunè addidit = *Quod si Regulares, & exempti contradixerint, & sanctum hoc Doctrinæ opus, licèt ab Episcopis priùs admoniti, suis functionibus perturbare præsumpserint, nostram Locorum Ordinariis auctoritatem, qua potimur in exemptos, pollicemur, nec alia Pontificiæ vigilantiæ deerunt remedia, ne Parochiales Ecclesiæ debitis fraudentur obsequiis* =. Quam sanè Constitutionem refert, & meritissimè commendat Rota in S. Severini celebrationis Missarum 5. Maji 1752. §. 6. coram clar. mem. Cardin. Matthæjo.

6. At-

6. Atque hinc inutiliter PP. Augustinianæ Familiæ extollebant Bullam S. Pii V., incipientem, *Etsi Mendicantium*, in qua Ordinariis, & aliis quibuscumque personis prohibetur, ne Fratres Ordinum Mendicantium impediant, quando eis placuerit, tam in diebus Dominicis, seu festis, aut aliis totius Anni temporibus Campanas pulsare, & etiam tempore, quo ipsi celebraverint, Missas celebrare. Hæc enim Constitutio, sicuti & reliqua omnis Regularium privilegia, & quidquid desuper doctrinarum hodie cumulabatur, probè nota erant Benedicto XIV., qui pro Parochis, imò pro uberiori Dei servitio, animarumque profectu, hæc ipsa jactata privilegia submovere voluit, ne Divini verbi administrationem perperam turbarent, prout eam revera turbare comperiebantur. Decet enim, privilegia quæcumque, imò & Leges ipsas, si nocere incipiant, abolere, aut saltem moderari, Brunem. ad Leg. 2. n. 8. ff. de origin. Jur.; scitumque est, posteriores Leges, & Constitutiones anterioribus omnibus omninò prævalere, Leg. 11. ff. de Constit. Princ.

7. Deterior autem visa est exceptio illa, quod Benedictina Constitutio, uti loquens de parvis, humilibusque Ecclesiis in Agro positis, amplianda non sit adversus Ecclesias Regularium. Etenim ea verba, quæ in Constitutione leguntur = *Sitæ quandoque sunt in Agro parvæ, humilesque Ecclesiæ, aliæ Parochiali proximæ* = non taxationis, aut limitationis gratia adjecta fuerunt, sed ad significandum, quid frequentiùs accidere solet; & quæ gratia frequentioris usus dicuntur, non sanè regulam restringunt, Tiraquell. de Retract. Consang. §. 20. Gloss unic. n. 6., Brunem. in Cod. lib. 8. tit. 56. Leg. 8. n. 8. Cæterum apertissima est Legislatoris mens, ac sententia, prohibendi scilicet, ne in quibuscumque Parochiali propinquis Ecclesiis Missa celebretur, per quam Populus a Divini verbi auditione distrahatur, nec quidquam proponi potest, cur quod sanctè, justeque decretum est in ruralibus, hoc ipsum in Regularium Ecclesiis retinendum non sit, & cur in pari causa, & ratione, fieri debeat Ecclesiarum discrimen, contra regulam deductam ex Leg. 403. ff. de verb. oblig., & Leg. 51. ff. ad Leg. Aquil., nisi forsan Augustiniani velint corticem quidem custodire verborum, sed totam, integramque Legis respuere sententiam, quod idem est, ac Legi fraudem apertè facere, teste Jurisconsulto in Leg. 29., & Leg. 30. ff. de Legib.

8. Sed ipsa Constitutionis litera, & apertissima Legislatoris explicatio egregiè solvunt propositam quæstionem. Auctor enim laudatæ Constitutionis primùm expressa Lege caveri decernit quoad parvas Ecclesias Parochiali proximas, ne quis in illis ante Parochi Missam, sanctamque Concionem Sacrificium faciat: deinde animum advertens ad festos aliquos dies, qui in aliis Ecclesiis, præsertim Regularium, solemni ritu, magnaque Populi frequentia quotannis celebrantur, jubet Episcopo, ut ita studeat solemnis diei celebrationem cum Doctrina Christiana componere, ne alteri altera sit impedimento. Tandemque ad firmandum, & corroborandum quidquid superiùs dispositum erat, adjicit = *Quod si Regulares, & exempti contradixerint, & sanctum hoc Doctrinæ opus, licèt ab Episcopis priùs admoniti, suis functionibus perturbare præsumpserint, nostram Locorum Ordinariis auctoritatem &c. pollicemur* =. Hæc igitur postrema clausula, & cautio, per separatam orationem expressa, ad omnes præcedentes dispositiones referri debet, ita ut Regularibus nec Missas, nec Festa celebrando permissum sit Evangelicam Doctrinam impedire, ad tradita per Rot. coram Molin. Dec. 727. n. 29., coram Falconer. Decis. 27. n. 19. tit. de Fideicomm., & in Bononien. Successionis super primo dubio 23. Januar. 1758. §. 20. coram Me.

9. Patet igitur, absurdissimè contendi, Regularium mentionem, comprehensionemque ad secundum solummodò pertinere casum, quoties nimirum ipsi alicujus Festi celebratione non reformidarent Parochiale munus impedire. Hanc enim pravam interpretationem penitus refellit nedum relata mox juris regula, sed ipsa etiam rationis evidentia: nam si Pontifex Regularibus prohibere voluit, ne per celebrationem Festivitatis, semel in Anno recurrentis, impedimento essent Divini seminis effusioni, majori sanè ratione vetare debuit, ne singulis diebus Dominicis, Festisque solemnibus per intempestivam Missarum celebrationem simile præstarent obstaculum. Plus namque cavendum erat assiduum fidelium detrimentum, quàm quod semel, aut bis in Anno contingit. Præterquam quod si generaliter interdictum est Regularibus, ne sanctum Doctrinæ opus suis functionibus perturbare præsumant; quid caussæ est, cur non dicamus, indefinita illa *functionum* appellatione Missas etiam contineri?

10. Omnium autem otiosissima erat inquisitio illa, an clar. mem. Card. Massæus, Auctor Anconitanæ Synodi, Regulares, quos nullatenus expressit, ligare, & afficere intellexerit. Benedictina namque Constitutio neutrum certè exigit, sed dumtaxat sacros excitat Antistites ad Lege cavendum, ne importuna aut Sacrificiorum, aut Festorum celebratione saluberrimum Parochorum officium præpediatur: deinde verò prævidens casum, quo Regulares suorum prætextu privilegiorum contradicerent, & verita interponerent impedimenta; tunc demum Ordinarios Pontificia in exemptos auctoritate munivit. Qua de re cum in Diœcesi Anconitana vigeat illa Lex, quam voluit, jussitque Benedictina Constitutio, & Augustiniani acerrimè adversentur, ac Doctrinæ opus impediant, necesse est, ut Suprema ad parendum Potestate coerceantur: Nec verò de impedimento ulla incidere potest dubietas; nam ipsorum Templum Parochiali ita proximum est, ut ab hoc probè exaudiatur Campanulæ sonus, imminentem Missæ celebrationem in illo enuncians, & non raró contigerit, Populum tintinnabuli pulsatione a Parochiali ad Augustinianorum Ecclesiam, relicto Pastore, divertisse, ut oculati, certissimique testes enarrant.

11. Firmato bono jure Parochi, jam sequitur, pro eo manutentionem esse decernendam, cum id exigat ingenium, & natura præteriti Rescripti = *Dilata, & videatur de bono jure, etiam ad effectum manutentionis* = ex firmatis per Rot. in Comaclen. Decimarum super executione Brevis, & manutentione 8. Jun. 1753. §. fin. coram Emo Bussio, & in Placentina præeminentiarum super bono jure 30. Januar. 1756. §. fin. coram Illmo Figueroa. Sed illud etiam accedit, quod revera Parochus illam habet quasi possessionem, de qua in hoc Judicio disceptatur. Nam ex testimonio Cleri, Magistratus, Civium, eorumque Sacerdotum, qui Vicarii munere in Parochiali Ecclesia functi sunt, constat, Synodalem prohibitionem a Pulverisii Augustinianis adamussim fuisse observatam, nec eos ausos unquam fuisse ante Missam Parochialem Sacra facere, nisi petita venia a Parocho, quæ non aliter concedebatur, quàm adjecta

con-

conditione, dummodò a Campanæ pulsatione abstinerent. Nihil autem occurrit, cur testibus numero, fide, dignitate, certaque rei, de qua agitur, notitis spectabilibus credendum non sit, ut probat Rota in Calaguritana præcedentiæ 6. Junii 1706. §. *Quoniam* cor. B. M. Caffarellio.

12. Incassum verò his testibus alii contrarii objiciuntur, inficiantes ea omnia, quæ primi asserunt, & affirmant: quandoquidem cum exceptionibus non careant, cedant oportet Parochi testibus nullo vitio notatis, & longè desuper numerosioribus, ut prosequitur Rota in dicta Calaguritana præcedentiæ loc. cit.; Et porrò contrarii testes vel sunt Augustinianæ Familiæ Confratres, vel ejusdem Familiæ, & Conventus Administri. Quidquid enim sit, an Religiosi pro suo Monasterio testimonium dicere valeant, hoc unum certum est, eos propter affectionem, animique propensionem non integræ, absolutæque fidei haberi posse, & postponendos saltem esse aliis testibus, qui omni carent suspicione. Testium enim prælatio pendet plerumque a Judicis arbitrio, cujus est æstimare, quis dignior habendus sit, Leg. 1. §. fin., Leg. 5. in princip., & §. *Tu magis scire*, Leg. 21. §. fin., de testibus, Leg. 14. Cod. eod. tit. Et certè anteponere semper debet testes undequaque locupletes, & integros, omnique exceptione majores, Cap. 1. de testib., Leg. 14. Cod. de contract., & committ. stip. Rursus affirmantes negantibus, Vessembec. in Pandect. Lib. 22. Tit. 5. sup. n. 6.; & demum qui melioribus, pluribusq. corroborentur adminiculis, Rot. in Hispalen applicationis Missæ pro populo 24. Januar. 1746. §. fin. coram bon. mem. Vicecomite. Præterquam quod Augustinianorum testes intelligi commodè possunt de tempore liti proximo, quando scilicet ipsi Augustiniani Synodum violare cœperunt, & præsenti litigio causam dederunt.

13. Hæc autem accuratiùs examinare oportuit, non quia ad decidendum manutentionis articulum valdè modò necessaria sint, sed quia observantiam constituunt, quæ potissima, ac certissima est Synodorum, sacrarumque Constitutionum interpres, & quæ invincibiliter demonstrat, Regulares omninò comprehendi in Benedictina Constitutione, & in ea præcipuè parte, quæ vetat, ne celebratione Missarum sanctum Doctrinæ opus impediatur, Rota in Colonien. Parochial. 11. Januar. 1751. §. 7. coram Reverendissimo Migazzi, Comaclen. Decimarum super Re Judicata 9. Jun. 1752. §. 5. coram Emo Bussio, & in Majoricen. manutentionis super circumscriptione 15. Junii 1753. §. 6. & 9. coram Illmo Figueroa: Illud etiam ex hac emergit observantia, quod nullum, aut sanè valdè modicum incommodum Augustinianis affert expectare, donec Parochus Missam celebraverit, Sermonem habuerit, cæterasque sui muneris partes absolverit. Hæc enim omnia Parochus sine ulla æmulatione, & hora competenti peragere debet, aliud non spectans, quàm Dei servitium, animarumque salutem, ut præscribitur in ipsa Synodo Diœcesana, in Sententia Curiæ Episcopalis, & in Decretis Sacrar. Congregationum relatis a Bass. de Sodalit. in Miscellan. post num. 41.

Et ita &c. Utraque &c.

= Scimus, Decisione hac Sacræ Rotæ non leves
= controversias pluribi excitatas dudum fuisse; non-
= nullis Parochis, & aliis etiam Dignitate præstan-
= tibus, Regularibus quoque, accipientibus Decisio-
= nem ipsam, veluti continentem Jus certum, ex-
= ploratumque, quod sine piaculo violari non pos-
= set; ac propterea conquerentibus, & stomachan-
= tibus de Religiosis Cœnobiorum quorumdam no-
= stri Ordinis, deque aliis Regularibus Viris, tan-
= quam de perspicuæ, indubiæque Legis violatori-
= bus, ideoque per Prælatos suos in Officio conti-
= nendis.

= At verò quid da Decisione eadem sentiendum
= sit; apparebit ex afferendis infra (ad d. 28. Febr.
= 1761.). Ibi nos latè de hac re tota dicemus, ob
= eam nimirum caussam, quòd nobis, qui vacui a
= studiis partium sumus (quod Dei Optimi erga nos
= immeritos beneficium est); æquè in hoc Opere
= cordi sit tum admonere nostrates (quemadmodum
= alibi & fecimus, & sumus diligenter facturi), quid
= ipsi secundùm Leges non possint, vel, utrum pos-
= sint, incertum sit; tum etiam simul exponere,
= quid non possint alii contra eos: si forsitan his
= nostris laboribus, favente Numine, contingat, ut,
= Juribus pro nostra virili in suo lumine collocatis,
= pax utrinque servetur: pax, inquam, veri nomi-
= nis, quæ S. Ecclesiæ scita, dispositionesque custo-
= diat; quæ secundùm ea, sine impotentia, & alteru-
= trius Partis injuria, suum tribuat unicuique ad men-
= tem, & voluntatem ipsius S. Ecclesiæ, communis
= nostrum omnium Matris.

A C T A

Congressus Generalis, in quo P. Commissarius Gen. Ultramontanæ Familiæ abdicat; & Reverendissimus P. Antonius Joannetius de Molina, Vicecommissarius Generalis cunctis suffragiis renuntiatur.

JUNTA GENERAL

Legitimamente congregada en este Convento de N. P. S. Francisco de Madrid con motivo de haver determinado Nuestro Reverendiss. P. Comissario General de la Orden en toda esta Familia Cismontana Fr. Pedro Juan de Molina hacer dimission de su Oficio, para cuyo efecto expidiò sus Letras citatorias, que van agregadas a estas Actas, señalando por dias peremptorios el 29. de Febrero de 1760. para la admission de la renuncia, y el siguiente 1. de Marzo para la eleccion de Vice-Comissario General; y a tenor de las Leyes (1) fueron convocados los PP. siguientes = El Reverendiss. P. Fr. Mathias de Velasco, Comissario Gen. de Indias: los MM. RR. PP. Difinidores Gen. Fr. Ignacio Dominguez de la Provincia de Aragon, Fr. Manuel Martinez del Barrio de la Provincia de Burgos, Fr. Andres Romero de la Provincia de Terceros de Andaluzia, Fr. Floriano de S. Estevan de la Provincia de S. Joseph, y Fr. Francisco de Azurara de la Provincia de la Soledad: Y las seis Provincias mas vezinas a este Convento de N. P. S. Francisco de Madrid, a saber: la Provincia de Castilla, la de la Concepcion, de Cartagena, de S. Joseph, de S. Pablo, y de la Concepcion de Descalzos, de cada una de estas dos Vocales por este orden: De la Provincia de Castilla, los RR. PP. Fr. Ignacio Andres Moraleda Provincial, y Fr. Juan de Escobar Custodio: De la Provincia de la Concepcion, Fr. Christoval Conde Provincial, y Fr. Francisco de la Lanza Custodio: De la Provincia de Cartagena, Fr. Agustin Joseph Sevilla Provincial, y Fr. Geronymo Ruano de Juanes Custodio: De la Provincia de S. Joseph, Fr. Joseph de Puertollano Provincial, y Fr. Antonio de Albalate Custodio: De la de S. Pablo, Fr. Blas de S. Bernardino Provincial, y Fr. Francisco de la Concepcion Custodio: De la de la Concepcion de Descalzos, Fr. Joseph de S. Pedro de Alcantara Vicario Provincial, y Fr. Juan de Zafrilla Custodio.

(a) Fr. Pedro Juan de Molina, Lector antiguo de Sagrada Theologia, Theologo de S. M. C. en la Real Junta por la Immaculada Concepcion, Ex-Ministro Gen. de la Orden de Menores de N. P. S. Francisco, y en toda esta Familia Cismontana Comissario Gen., Visitador Apostolico, y Siervo = Al R. P. Fr. N. &c. salud en nuestro Señor Jesuchristo, que es verdadera salud.

Hallandome de mucho tiempo a esta parte con vehementes impulsos de renunciar el Oficio de Comissario Gen. de esta nuestra Cismontana Familia por causas graves, que a ello me movian, y mueven, lo he suspendido hasta aora, inducido del consejo, y dictamen de personas graves assi de nuestra Orden, como de fuera de ella, muy devotas, è interessadas en su bien: pero aviendo crecido los motivos de esta resolucion, finalmente me la han permitido, y aprobado. En cuya consequencia, deseando el servicio de Nuestro Señor, el bien de la Religion, y mi interior consuelo, y quietud de mi conciencia, he determinado renunciar el sobredicho Oficio de Comissario General.

Pero no pudiendo tener este efecto sin convocar a los PP. Compromissarios establecidos por las Leyes de la Religion para reconocer los motivos, admitir la renuncia, y passar a eleccion de Vice-Comissario General: Por tanto he resuelto citarles, y convocarles a todos los, que tienen este derecho, para los expressados fines a este nuestro Convento de N. P. S. Francisco de Madrid para el dia veinte y nueve de Febrero de 1760. a fin de presentarles, y que resuelvan en esse dia sobre la renuncia, y en el siguiente primero de Marzo passen a la eleccion de Vice-Comissario, como ha sido costumbre, conforme a las Leyes, en semejantes casos.

Y siendo V. P. R. el dicho R. P. Fr. N. &c. uno de los Compromissarios señalados por los Estatutos Gen. assì para la admission de la renuncia, como para la eleccion de Successor: Por estas nuestras Letras le citamos, y convocamos para ellas, y mandamos por S. Obediencia a V. P., y baxo las penas establecidas por nuestras Leyes contra los Vocales, que citados no comparecen sin grave causa para el dia señalado, que antes del dia 29. de Febrero de este presente Año se halle presente en este nuestro Convento de N. P. S. Francisco de Madrid, en que podra entrar por todo el dia Miercoles antecedente, que se contaran 27. dias de dicho Mes de Febrero (esto es a los Provinciales, y Custodios; a los Reverendiss. Comissario Gen. de Indias, y MM. RR. PP.

(a) Letras citatorias, que se expidieron a cada uno de los Compromissarios, que quedan expressados, y a los de fuera de Madrid se remitieron por duplicado,

PP. Difinidores Gen. el Lunes antecedente, que se contaran 25.), previniendo a V. P., que en caso de faltar, no solo se procedera a señalarle las penas correspondientes a su inobediencia, sino a la deliberacion de la renuncia, y eleccion de Successor, como dicho es. Dat. en este nuestro Conv. de N. P. S. Francisco de Madrid en 13. de Enero de 1760. = Fr. Pedro Juan de Molina Comissario General. = Lugar ✠ del Sello. = Por mandado de S.P.Reverendiss. Fr. Antonio Gonzalez Secret. Gen. por la Observancia.

(a) El Espiritu S. assista a VV. PP., y RR., a quienes participo, que aviendo resuelto renunciar el Oficio de Comissario General de esta nuestra Familia Cismontana, se hará la eleccion de Vice-Comissario General de dicha nuestra Familia Cismontana el Sabado, primero de Marzo proximo, en este nuestro Convento de N. P. S. Francisco de Madrid, para cuyo efecto tengo citada la Junta de Padres señalada por los Estatutos de la Orden: Y deseando vivamente, que la expressada eleccion de Vice-Comissario Gen. sea para honra, y gloria de Dios, y mayor bien de la Religion, ordeno, y mando a VV. PP., y RR., que, recibida esta, encarguen a sus Comunidades respectivas, que hagan fervorosas oraciones a su Divina Magestad por el feliz exito de este negocio tan importante; y especialmente en el Choro, todos los dias, despues de Maytines, Nona, y Visperas, se dirá el Hymno, *Veni Creator Spiritus*, con las Antiphonas, Versos, y Oraciones de el Espiritu S., de la Immaculada Concepcion, y de N. P. S. Francisco, con la Cullecta *pro facienda electione*; y el dicho Sabado, primero de Marzo, a la hora de Prima, se cantarà solemnemente la Missa de el Espiritu S., en que comulgaran los Acolitos: y los Sacerdotes en las Missas privadas recitaran la Collecta de el Espiritu S. todos los dias hasta el de la Eleccion inclusivè; para cuyo dia concedo a todos la authoridad activa, y passiva para los Casos reservados. Doi a VV. PP., y RR. la Seraphica Bendicion; y encomiendenme a Dios, que les guarde en su sancto amor. = S. Francisco de Madrid 21. de Febrero de 1760. = De VV. PP., y RR. Siervo en el Señor Fr. Pedro Juan de Molina Comissario Gen.

SESSION PRIMERA

Dia 27. de Febrero de 1760.

Por la mañana a las ocho, aviendose juntado todos los Padres convocados por su Rma, a excepcion del M. R. P. Difinidor Gen. Fr. Francisco de Azurara de la Provincia de la Soledad de Descalzos de Portugal, que no havia comparecido todavia en este sobredicho Convento, propuso su Rma a todos los Padres de la Junta, si, no obstante la ausencia de este P. Vocal, podia la Junta passar adelante en sus juntas, y acciones correspondientes? respecto de haver sido convocado al mismo tiempo, que todos los demas, y constar por Carta del P. Fr. Francisco de Porto Sarmento, Procurador Gen. de dicha Provincia de la Soledad en la Corte de Lisboa, que recibiò el pliego, que contenia la referida convocacion, y citacion, desde el dia 26. de Enero proximo passado, y que se la dirigia con toda la diligencia possible. A la qual duda, hechos cargo todos los Padres, *nemine discrepante*, del hecho, y sus circunstancias, y attendidas las Leyes de la Religion en casos semejantes, y su constante practica, como tambien, que el tiempo señalado en las citatorias era congruo, y sufficiente para venir a esta Corte con comodidad; unanimes, y conformes resolvieron, que esta Junta General estaba en estado de poder, y dever proceder adelante en sus acciones, y resoluciones, sin esperarle mas tiempo, para las deliberaciones preliminares, ni deber diferir las principales, para que se ha juntado, mas tiempo del que ha sido señalado en las mismas convocatorias.

Item: con consentimiento de los Padres, tambien *nemine discrepante*, nombrò, y instituyò su Rma por Secretario de la Junta, para dar fèe de todas sus Actas, al R. P. Fr. Geronymo Ruano de Juanes Custodio actual de la Provincia de Cartagena de la Regular Observancia, el qual en presencia de la Junta, y de todos sus Padres, acceptò el Oficio, y prestò Juramento de hacerle fiel, y legalmente. = Assi es: Fr. Geronymo Ruano de Juanes Secretario de la Junta.

Item: fue admitida a votar en esta Junta la Provincia de la Immaculada Concepcion de Descalzos de Castilla la nueva, en attencion a su notoria proximioridad, y a la Sentencia difinitiva pronunciada por nuestro Rmo P. Fr. Pedro Juan de Molina Comissario Gen. de esta Familia, en virtud, y con authoridad de el Rmo Difinidor (2) Gen. de el Capitulo Gen., celebrado en Murcia el Año passado de 1756. = Assi es: Fr. Geronymo Ruano de Juanes Secretario de la Junta.

SESSION SEGUNDA

Dia 29. de Febrero de 1760.

Primeramente leyò nuestro Rmo P. Comissario Gen. una Carta del M. R. P. Fr. Francisco de Azurara Difinidor Gen. de Portugal, en la qual acusa el recivo de la Convocatoria para esta Junta, y dice, que acudira a ella, sino se lo impide el temporal, o la falta de salud: la que oida por todos los Padres, que la componen actualmente, dixeron: que confirmaban, y confirmaron lo decretado en el dia 27. de los corrientes, y que dicha Carta se junte a las Actas de esta Junta.

Item: en el sobredicho dia, mes, y año, convocados por su Rma para el efecto de renunciar del Oficio, que con tanto acierto ha administrado, como Comissario Gen. de esta Familia Cismontana, electo canonicamente, mediante dispensacion (3) Apostolica de la Voz passiva, concedida por N. SS. Padre Benedicto XIV. de feliz memoria, quien hizo presente a los MM. RR. de la Orden, por su Rescripto de su Santidad remetido para dicho fin a Illustriss. Señor Nuncio Apostolico de España, y el Cardenal de la S. Iglesia de Roma; confirmado tambien despues en el mismo Ministerio, y Oficio por Breve (4) Apostolico por N. SS. Padre Clemente XIII que

(a) Copia de la Carta Orden, que despachò su Reverendissima a los Prelados, y Preladas de los Conventos, y Monasterios de esta Corte de Madrid, sujetos a su obediencia, paraque hiciessen oracnes para el acierto de la Eleccion.

que felizmente reyna: Dicho Rmo P. Comissario Gen., mediante oraculo, expressò al Ven. Congresso de los Electores las graves, justas, y verdaderas causas, que le inclinaban, y aun precissaban a hacer dimission de el enunciato Oficio de Comissario Gen., y en su consequencia entregò tambien estas mismas causas, y renuncia por escrito, juntamente con los Sellos de esta Familia al Reverendissimo P. Fr. Mathias de Velasco Comissario Gen. de Indias, como Presidente, y Padre mas digno de esta Junta; y repitiendò expressiones religiosas de verdadera humildad; suplicò al Congresso, le libertasse de carga tan penosa, como superior a sus fuerzas; y despidiendose del Congresso, se retirò a la Celda de su morada. En cujo estado dicho Reverendissimo P. Comissario Gen. de Indias entregò a mi el infrascripto Secretario de la Junta el referido escrito, que contiene las causas, que propone su Reverendissima para justificar su renuncia, a fin de que las leyesse al Congresso inteligible, como lo executè. Y aviendole entendido, y considerado los MM. RR. PP. del Congresso, y hecho varias reflexiones, que su alta sabiduria les dictò, tanto en particular, como en comun; todos fueron de sentir unanimes de que las referidas causas eran verdaderas, graves, y justas, y que en esta conformidad debian admitir la renuncia, que su Reverendissima presentò, en atencion a su importante vida, como lo es, y estiman para utilidad comun, y, aunque con el mayor dolor, admitieron, y aceptaron todos, *nemine discrepante*, la renuncia. Y dicho Reverendissimo P. Comissario Gen. de Indias mandò llamar a los RR. PP. Fr. Manuel de Orduña Difinidor actual de esta Provincia de Castilla, y Fr. Francisco de Paredes Ex-Difinidor de la misma, paraque fuessen testigos de esta aceptacion. En cuyo estado su Reverendissima mandò, que se leyesse, y publicasse dicha aceptacion en presencia de los referidos testigos, como se executò, y la firmaron, de que doi fèe = Fr. Manuel de Orduña testigo. = Fr Francisco de Paredes testigo. = Fr. Antonio Gonzalez Secretario Gen. por la Observancia. = Assi es: Fr. Geronymo Ruano de Juanes Secretario de la Junta.

Consecutivamente passaron todos los Padres de la Junta, y tambien los testigos, y R. P. Secretario Gen. Fr. Antonio Gonzalez a la Celda de nuestro Reverendissimo P. Fr. Pedro Juan de Molina Ex-Ministro, y Ex-Comissario Gen., a quien en voz, y, mediante la notificacion, que hizo el dicho R. P. Secretario Gen. Fr. Antonio Gonzalez, de el Auto proveido por los referidos Padres, se le hizo saber a su Reverendissima, que quedaba admitida la renuncia, de que se diò por notificado, y expressò su reconocimiento a este favor con la mas viva accion de gracias, que le fue possible. Y en el mismo acto nuestro Reverendissimo P. Fr. Mathias de Velasco Comissario Gen. de Indias consignò nuevamente a su Reverendissima Ex-Ministro Gen. los Sellos, que havia recibido, declarandole toda la Junta Presidente suyo en lo que resta, como Padre mas digno de la Orden en esta Familia. De que doi fèe, y lo firmaron con migo los mismos testigos, y el R. P. Secretario Gen. = Fr. Manuel de Orduña testigo. = F. Francisco de Paredes testigo. = Fr. Antonio Gonzalez Secretario Gen. por la Observancia. = Assi es: Fr. Geronymo Ruano de Juanes Secretario de la Junta.

Carta del M. R. P. Difinidor General Fr. Francisco de Azurara, que contexta el recivo de las Letras citatorias por duplicado.

FUera = A nuestro Reverendissimo P. Fr. Pedro Juan de Molina, Theologo de la Magestad Catholica en la Junta de la Inmaculada Concepcion, Ex-Ministro Gen. de todo el Orden Seraphico, y Comissario Gen. de Familia, y Visitador Apostolico, guarde Dios muchos años = En la Real de = Madrid = Por Lisboa = .

Dentro = N. Reverendissimo P. Comissario Gen. = Dios N. Señor assista a V. Reverendissima, cuyas Cartas con las Patentes inclusas recibi oy 9. del Corriente con la debida estimacion, y bienque en estacion tan rigorosa, y al presente no muy bien dispuesto, solo por no faltar en dar todo el gusto, que deseo, y cumplir con la voluntad de V. Reverendissima, me dispongo a hacer el viage, que me prescribe, quando no ocurra en el mentre de mi partida incidente ofensivo de la salud, que me lo impida: en los dos lances lo sentirè muchissimo. Dios, que todo tiene en su mano, disponga lo que mas conviene, y le agradarà: El mismo Señor guarde a V. Reverendissima muchos años. Porto, y Febrero 9. de 1760. = De V. Reverendissima Subdito mas reverente, y obligado: Fr. Francisco de Azurara.

RENUNCIA.

Rmo, MM. RR., y RR. PP. Compromissarios señalados por las Leyes de la Religion para aceptar la renuncia de los Superiores Gen., y elegir Vicario, o Vice-Comissario Gen. en caso de Vacancia, legitimamente congregados en este Convento de N. P. S. Francisco de Madrid:

Fr. Pedro Juan de Molina indigno Comissario Gen. de toda la Orden de N. P. S. Francisco en esta Cismontana Familia, elegido canonicamente a este Oficio en el ultimo Capitulo Gen. de nuestra Orden, celebrado en la Ciudad de Murcia Vispera de Pentecostes del Año passado de 1756., y confirmado, y prorogado para este segundo Triennio, cuyo primer Año va ya adelante, por dignacion de N. SS. Padre Clemente XIII., que gloriosamente govierna la Catholica Iglesia, como consta a todas VV. PP., y a la Familia, puesto ante VV. PP. con la debida reverencia digo: Que ha mucho tiempo, que me hallo con vehementes impulsos de hacer libre, y espontanea dimission de este Oficio, a lo menos dos Años hace, de que, si fuesse necessario, pudiera citar algunos testigos graves, y mayores de toda excepcion, con quienes los he consultado diferentes veces, y por no apartarme de su consejo, y vencido de sus persuasiones, lo he ido suspendiendo, y dilatando. Pero creciendo los mismos impulsos, y creciendo las causas, que los motivan, los mismos, que me han disuadido hasta aora, han aprobado mi resolucion. En cuya consequencia he convocado a VV. PP. a tenor de nuestras Constituciones Gen., ante quienes expongo las causas siguientes: I. Cosa sabida es, y notoria lo sujeto que estoi a frequentes diarreas, unas veces con calenturas, y otras sin ellas, de que en los diez Años circumcirca, que administro los Oficios de Ministro,

y Comissario Gen. sucessivamente, he estado agravado, y de mucho peligro, y en solo este Verano passado en la Visita, que hice, de cinco Provincias, sufrì tres, y en la una de ellas lleguè a grave manifiesto peligro en Villa Real, donde no pude assistir a ningun Acto Capitular, y partì harto mal convalecido, y aunque no hice voto, ni promessa de renunciar el Oficio; pero me crecieron los impulsos de dexarle, y lo encomendè, quan de veras pude, a S. Pasqual, y en la demura que hice en el proximo Mes de Noviembre en Alcalà, donde sufrì de nuevo el mismo accidente, practiquè lo mismo con S. Diego, y allì concebì con firmeza esta resolucion. = II. Tanto mas, que a la dicha enfermedad se me han seguido otras, y son, que desde el Mes de Octubre, digo con verdad, no he estado un solo dia sin dolores de cabeza, y muchos de ellos tan vehementes, que casi me privan de sentido, y me tienen la cabeza notablemente enflaquecida, y con frequentes vaidos, o vertigos. Y sobre esto me sobrevienen en las noches unos temblores de todo el cuerpo, que me duran una, dos, y hasta tres horas, en cuyo estado me han hallado algunas veces Fr. Miguel el Enfermero, y mi Compañero Fr. Gines mas veces, y las mas de ellas no llamo a nadie, y me las passo a solas. = III. Todas estas indisposiciones, cuyo principio es antiguo, con la edad, y las aplicaciones indispensables del Oficio han ido creciendo, y tomando mas cuerpo, e indisponiendome para las fatigas assi, que me hallo precissado a ir de espacio en las expediciones, que por esta causa muchas veces se retardan. Y viendo, que no puedo servir a la Orden, como he procurado hacerlo, y conozco debo hacerlo teniendo el Oficio, me sobrevienen graves escrupulos de conciencia, que agitan mi interior, trayendo con sigo melancolias, que acrecientan los males corporales: y muchas veces me han puesto en tales angustias, que he creido vivamente ser llegada mi hora por las opresiones al pecho, y dificultad de respirar. = IV. En cuya atencion, y que son ya cerca de diez Años, que sirvo a la Religion en los Oficios mayores de ella, sobre veinte y uno, que la servì antes en Oficios menores, mirando a Dios, y a mi conciencia primeramente, y atendiendo a la necessitad de mas quietud, y alivio, que pide la debilitada situacion de mi salud, y mis graves achaques, libre, y espontaneamente renuncio en mano de VV. PP. el Oficio de Comissario Gen. de esta Familia Cismontana, suplicandoles rendidamente, que admitan esta mi renuncia, y a tenor de las Leyes de la Religion, y segun se contiene en ellas, passen a elegir Vice-Comissario Gen., que enmiende mis yerros, y govierne esta Familia con acierto a mayor gloria de Dios, como todo lo espero del zelo, charidad, y prudencia de VV. PP., a quienes humildemente pido perdon de todas mis culpas, y faltas de omission, y de comission, implorando sus oraciones para obtener, ayudado de ellas, el perdon, que solicito de la infinita Bondad, y Clemencia de Dios N. Señor. = Assi lo firmo, y confirmo todo en este nuestro Convento de N. P. S. Francisco de Madrid en 28. de Febrero de 1760. = Fr. Pedro Juan de Molina renuncio, pido, y suplico, ut supra =.

DECRETO.

En 29. de Febrero de 1760.: N. Rmo P. Fr. Pedro Juan de Molina Ex-Ministro Gen. de toda la Orden, y, como tal, Padre mas digno de esta Familia Cismontana, y Presidente de la Junta citada por su Rma para presentar la renuncia de su Oficio, y proceder a el tenor de los Estatutos de la Orden a la eleccion de Vice-Comissario Gen., y congregada legitimamente desde el dia 27. del presente mes, y año, en que se celebrò su primera Session, y declararon unanimes, y conformes todos los Padres, hallarse en estado de proceder tanto a la admission de la renuncia, como a la eleccion consiguiente de Prelado General; dixo: Que en esta calidad, confirmando su citacion, contenida en sus primeras Letras fechas en 13. de Enero de 1760., debia a mayor abundamiento citar para la eleccion de Vice-Comissario Gen. a todos, y los mismos Padres convocados, y presentes, como al M. R. P. Fr. Francisco de Azurara, con la condicion, que comparezca en este Convento a tiempo de poder intervenir en el dia de mañana primero de Marzo, por la mañana, señalado ya, y que nuevamente confirma su Rma por peremptorio para dicha eleccion, conformemente a lo resuelto, y decretado concordemente por todos los Padres de la Junta. Y manda su Rma, que este Decreto se haga notorio a todos los referidos PP. Vocales a hora de comer, paraque a todos conste. Assi lo proveyò, y mandò su Rma por ante mi, de que doi fèe = En este Conv. de N. P. S. Francisco de Madrid en los dichos dia, mes, y año, ut supra = Fr. Pedro Juan de Molina Ex-Ministro Gen., y Presidente. = Assi es: Fr. Antonio Gonzalez Secretario Gen. por la Observancia. =

(a) Obedeciendo el mandato de N. Rmo P. Fr. Pedro Juan de Molina Ex-Ministro, y Ex-Comissario Gen., y Presidente de la Junta, a la hora de comer lei, y notifiquè a todos los RR. PP. Vocales el Decreto de supra, el que oyeron, y entendieron, y bien inteligenciados, uniformemente se dieron por citados: de lo que doi fèe en este Convento de N. P. S. Francisco de Madrid en los dichos dia, mes, y año, ut supra = Assi es: Fr. Antonio Gonzalez Secretario Gen. por la Observancia. =

ELECCION.

In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. = Hæc est Electio Rmi P. Vice-Comissarii Generalis hujus Cismontanæ Familiæ Fratrum Minorum S. P. N. Francisci, canonicè celebrata per RR. PP. Vocales ejusdem Familiæ, juxta Statuta Gen. Ordinis peculiariter vocatos, & congregatos in præsenti Matritensi Conventu Almæ Provinciæ Castellæ die prima Martii Anni Domini 1760.

Cum autem Rmus P. Fr. Petrus Joannetius de Molina, Sacræ Theologiæ Lector antiquus, Commissarius Gen. totius Ordinis in supra memorata Familia, legitimè, ac spontaneè suum Officium Commissarii Gen., prout de jure, juxtaque nostrarum Constitutionum præscriptum, ac dispositionem, renun-

---

(a) Notificacion.

nuntiasset, ejusmodique Muneris cessio atque renunciatio fuisset admissa; dictus Rmus P. Fr. Petrus Joannetius de Molina accessit iterum, ac, reassumptis ejusdem Familiæ Sigillis, simul & Regestis, quæ quidem sibi secundùm nostræ Religionis Jura competunt, tanquam digniori Familiæ Patri, convocari jussit Reverendissimum P. Fr. Mathiam de Velasco Commissarium Gen. Indiarum: Adm. RR. PP. Diffinitores Gen. ejusdem Familiæ, scilicet, Fr. Ignatium Dominguez Próvinciæ Aragoniæ, Fr. Emmanuelem Martinez del Barrio Provinciæ Burgensis, Fr. Andream Romero Provinciæ Tertiariorum in Bætica, Fr. Florianum a S. Stephano Provinciæ S. Joseph Discalceatorum, & Fr. Franciscum de Azurara Provinciæ Solitudinis Discalceatorum in Lusitania: Deinde sex de more Provincias, memorato S. Francisci Matritensi Conventui, ubi Reverendissimus idem Pater suum in præsens habet domicilium, viciniores, nempe, Castellæ, Conceptionis, Carthaginensis, S. Joseph Discalceatorum, S. Pauli Discalceatorum, & Conceptionis similiter Discalceatorum, ex istarum unaquaque binos, hoc ordine, Vocales, videlicet: Ex hac Castellæ Provincia, RR. PP. Fr. Ignatium Andream Moraleda Ministrum Provincialem, & Fr. Joannem Eliam de Escobar Custodem: Ex Provincia Immaculatæ Conceptionis, RR. PP. Fr. Christophorum Conde Ministrum Provincialem, & Fr. Franciscum de la Lanza Custodem: Ex Provincia Carthaginensi, RR. PP. Fr. Augustinum Joseph Sevilla Ministrum Provincialem, & Fr. Hieronymum Ruano Custodem: Ex Provincia S. Joseph Discalceatorum, RR.PP.Fr. Joseph de Puertollano Ministrum Provincialem, & Fr. Antonium de Albalate Custodem: Ex Provincia S. Pauli Discalceatorum, RR. PP. Fr. Blasium a S. Bernardino Ministrum Provincialem, & Fr. Franciscum a Conceptione Custodem: Ex Provincia Immaculatæ Conceptionis Discalceatorum, RR. PP. Fr. Joseph a S. Petro de Alcantara Vicarium Provincialem, & Fr. Joannem de Zafrilla Custodem. Qui omnes (præter Adm. R. P. Diffinitorem Gen. Fr. Franciscum de Azurara, quem, lecta ipsius Epistola sub datis 9. Februarii currentis Anni 1760., omnes Patres Congressus censuerunt non esse expectandum) tanquam legitimi Vocales in supradicto Matritensi Conventu concurrerunt ad munus præfatæ Electionis, &, præsidente in ea retrò memorato Reverendissimo P. Fr. Petro Joannetio de Molina, assignatisque ex numero Electorum duobus Disquisitoribus, & uno Secretario, ac observatis omnibus aliis solemnitatibus, & circumstantiis a Constitutionibus Gen. requisitis, octo supra decem Suffragia, ad prædictam Electionem Reverendissimi P. Vice-Commissarii Gen. Ordinis concurrentia, sic distributa sunt:

Rev. Adm. P. Fr. Antonius Joannetius de Molina, antiquus Lector Sacræ Theologiæ, Commissarius Generalis Delegatus, Ex-Secretarius Generalis totius Ordinis, atque iteratò Ex-Minister Provincialis Almæ Provinciæ S. Joannis Baptistæ Strictioris Observantiæ Discalceatorum, habuit octodecim Suffragia.

Et ego Fr. Hieronymus Ruano Custos Provinciæ Carthaginensis, unus ex Disquisitoribus, & Compromissariis, virtute compromissi in me, & in Socios meos limitati, prædictum R. P. Fr. Antonium Joannetium de Molina, in quem omnia Vota concurrerunt, & consenserunt, nomine omnium, qui in dictam Electionem concurrerunt, & consenserunt, in Vice-Commissarium Generalem Ordinis Regularis Observantiæ S. P. N. Francisci canonicè electum nomino, & sic electum enuntio: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. = Fr. Petrus Joannes de Molina, Ex-Minister Gen., & Præses. = Fr. Ignatius Andreas Moraleda, Minister Provinciæ Castellæ, & Disquisitor. = Fr. Joseph de Puertollano, Minister Provinciæ S. Joseph, & Disquisitor. = Ita est: Fr. Hieronymus Ruano de Juanes, Custos Provinciæ Carthaginensis, Disquisitor, & Secretarius. =

Firmas de los PP. Compromissarios.

Fr. Pedro Juan de Molina, Ex-Comissario, Ex-Ministro Gen., Padre mas digno. = Fr. Mathias de Velasco Comissario Gen. de Indias. = Fr. Ignacio Dominguez Difinidor Gen. = Fr. Manuel Martinez del Barrio Difinidor Gen. == Fr. Andres Romero Difinidor Gen. = Fr. Floriano de S. Estevan Difinidor Gen. = Fr. Ignacio Andres Moraleda Ministro Provincial de Castilla. = Fr. Christoval Conde Ministro Provincial de la Concepcion de la Regular Observancia. = Fr. Agustin Joseph Sevilla Ministro Provincial de Cartagena. = Fr. Joseph de Puertollano Ministro Provincial de la de S. Joseph. = Fr. Blas de S. Bernardino Ministro Provincial de S. Pablo. = Fr. Joseph de S. Pedro de Alcantara Vicario Provincial de la Concepcion en Castilla. = Fr. Juan Elias de Escobar Custodio de Castilla. = Fr. Francisco de la Lanza Custodio de la Concepcion de la Observancia. = Fr. Antonio de Albalate Custodio de la Provincia de S. Joseph. = Fr. Francisco de la Concepcion Custodio de la Provincia de S. Pablo. = Fr. Juan de Zafrilla Custodio de la Provincia de la Concepcion de Descalzos en Castilla la nueva. = Assi es: Fr. Geronymo Ruano de Juanes Custodio de la de Cartagena, y Secretario de la Junta.

Carta escrita por todos los PP. de la Junta General a los MM. RR. PP. Fr. Joseph Torrubia, y Fr. Benito de Serpa, encargandoles, que supliquen a Su Santidad conceda al nuevamente Electo el Titulo de Comissario, y le continue las facultades Apostolicas, que concediò Benedicto XIV. al imediato Ex-Comissario, y sus dos Antecessores.

MM. RR. PP. Comissario Gen. de Corte Romana, y Procurador Gen. de Descalzos, y Recolectos. = Aviendonos congregado en este Conv. de N. P. S. Francisco de Madrid legitimamente convocados por nuestro Reverendissimo P. Fr. Pedro Juan de Molina entonces Comissario Gen., para examinar los motivos de su renuncia, y, admitida esta, passar a Eleccion de Vice-Comissario Gen., fue admitida con todos los votos el 29. de Febrero, y en su consequencia elegido el dia primero de Marzo corriente en Vice-Comissario Gen. el Reverendissimo P. Fr. Antonio Juan de Molina con todos los votos, *nemine discrepante*.

Y atendiendo todos los Electores al estilo, tantas vezes practicado por los Sumos Pontifices, de conceder el Titulo de Comissarios Gen. a los Vice-Comissarios electos en semejantes casos, como hizo Innocencio XII. de buena memoria con el Rmo Cardona; Clemente XII. con el Rmo Krisper; Benedicto XIV. con el Rmo Torre; y tantos otros Sumos Pon-

tifices con muchos Vicarios Gen., a los quales concedieron el Titulo de Ministros Gen.: Encargamos muy de veras a VV. PP. MM. RR. soliciten esta gracia de Su Santidad à favor del nuevamente electo Vice-Comissario Gen. Fr. Antonio Juan de Molina, y assi mismo que en nuestro nombre supliquen a N. Reverendissimo P. Ministro Gen., que coopere a ella con su authoridad.

Y assi mismo les encargamos a VV. PP. MM. RR., que supliquen tambien, con la aprobacion de su Reverendissima, a su Santidad, sea servido continuar al nuevamente elegido las facultades Apostolicas sobre esta Familia Cismontana, que concedió Benedicto XIV. a el inmediato Ex-Comissario Gen., y a sus dos Antecessores los Reverendissimos Lugagnano, y Ferlizzi: como todo lo esperamos de su Zelo, y de la Clemencia de Su Santidad, y de N. Reverendissimo P. General. Dios guarde muchos años a VV. PP. MM. RR. = En este Convento de N. P. S. Francisco de Madrid en la ultima Junta celebrada para firmar las Actas, y dar por disuelta la Junta en 2. de Marzo de 1760. = De VV. PP. MM. RR. Siervos en el Señor, y amigos = Fr. Pedro Juan de Molina Ex-Ministro Gen. = Fr. Mathias de Velasco Comissario Gen. de Indias. = Fr. Ignacio Dominguez Difin. Gen. = Fr. Manuel Martinez del Barrio Difin. Gen. = Fr. Andres Romero Difin. Gen. = Fr. Floriano de S. Estevan Difin. Gen. = Fr. Ignacio Andres Moraleda Ministro Provincial de Castilla. = Fr. Christoval Conde Provincial de la Concepcion de la Regular Observancia. = Fr. Agustin Joseph Sevilla Provincial de Cartagena. = Fr. Joseph de Puertollano Ministro Provincial de la de S. Joseph. = Fr. Blas de S. Bernardino Ministro Prov. de S. Pablo. = Fr. Joseph de S. Pedro de Alcantara Vicario Prov. de la Concepcion de Descalzos. = Fr. Juan Elias de Escobar Custodio de Castilla. = Fr. Francisco de la Lanza Custodio de la Provincia de la Concepcion. = Fr. Geronymo Ruano de Juanes Custodio de Cartagena. = Fr. Antonio de Albalate Custodio de la Provincia de S. Joseph. = Fr. Francisco de la Concepcion Custodio de la Provincia de S. Pablo. = Fr. Juan de Zafilla Custodio de la Concepcion de Descalzos. = MM. RR. PP. Fr. Joseph Torrubia, y Fr. Benito de Serpa. =

Certificacion.

LA Copia, que antecede, concuerda *de verbo ad verbum* con su original, que para el efecto de hacerla extraher, y colacionar, me hizo entregar N. Reverendissimo P. Ex-Ministro, y Ex-Comissario Gen. Fr. Pedro Juan de Molina, a quien lo debolvi. Y paraque conste donde convenga, lo certifico, y firmo en este Convento de N. P. S. Francisco de Madrid en 3. de Marzo de 1760. = Fr. Antonio Gonzalez Secretario Gen. por la Observancia. =

Copia de Carta del M. R. P. Difinidor General Azurara, que expone las causas, que han impedido su Viage.

FUera = A N. Reverendissimo P. Fr. Pedro Juan de Molina, Theologo de la Magestad Catholica en la Junta de la Immaculada Concepcion, Ex-Ministro Gen. de toda la Orden Seraphica, Comissario Gen. de Familia, y Visitador Apostolico, guarde Dios muchos años, en el Convento de S. Francisco de = Madrid =

Dentro = N. Reverendissimo P. Comissario Gen. = Dios nuestro Señor assista a V. Reverendissima, como deseo. Aquí llegué a este Convento en derechura de viage para este, y como en la noche de mi llegada se me aumentaron los dolores reumaticos, que ya havia tiempo padecia, en terminos, que me vi precissado a sugetarme a los remedios, de que quedo usando, hasta de las Sangrias por juzgar los Medicos ser precissas en este mal, me veo impossibilitado a cumplir con lo que V. Reverendissima me ordena en sus Letras convocatorias, y a continuar mi viage, que con tanto gusto emprendi. Sobre la indisposicion tengo este grande pesar: y paraque conste a V. Reverendissima, le remito la atestacion inclusa. Quedo rogando a Dios, guarde a V. Reverendissima muchos años. Convento de S. Antonio del Valle de Piedad de Porto 16. de Febrero de 1760. = De V. Reverendissima Subdito mas reverente, y obligado Fr. Francisco de Azurara.

Testimonio, que venia incluso en la Carta, que precede.

CErtificamos Nos el Provincial de la Provincia de la Soledad, y Difinidores abaxo firmados, que llegando a este Convento de S. Antonio del Valle de Piedad de Porto N. M. R. P. Difinidor Gen. F. Francisco de Azurara para continuar su Viage en derechura a Madrid, en cumplimiento de las Letras citatorias, y convocatorias de N. Reverendissimo P. Comissario Gen. Fr. Pedro Juan de Molina, se la agravó la indisposicion de la salud de unos dolores reumaticos, que padecia, por lo que fue precisso sujetarse a tomar remedios conducentes a dicha enfermedad, de que queda usando con parecer de los Medicos, los quales testifican en esta cion tan rigorosa, y nociva no poder continuar la dicha Jornada sin mayor prejuicio de su vida. Y por la verdad mandamos passar la presente, que firmamos, y sellamos con el Sello mayor de la Provincia a los 15. de Febrero 1760., y refrendada por nuestro Secretario. = Lugar ✠ del Sello. = Fr. Juan de Peñamacor Ministro Provincial. = Fr. Antonio de S. Jeronymo Custodio. = Fr. Joseph de Esgr. Difinidor. = Fr. Joseph de Coimbra Difin. = Fr. Manuel de Landin Difin. = Por mandato de N. Charis. Hermano Ministro Provincial, Fr. Joseph de Salvea Secretario de la Provincia. =

La Carta, y Testimonio, que preceden, llegaron por el Correo ordinario a Madrid, y a manos de su Reverendissima el dia 5. de Marzo del año corriente de 1760., estando ya disuelta la Junta General, y mandó su Reverendissima, que originales se agregassen a estas Actas. =

La Copia, que antecede, concuerda *de verbo ad verbum* con su Original, que para el efecto de hazerla extraher, y colacionar, me hizo entregar N. Reverendissimo P. Vice-Comissario Gen. Antonio Juan de Molina, a quien lo devolvi, y paraque conste donde convenga, lo certifico, y firmo en este Convento de N. P. S. Francisco de Madrid en 19. de Marzo de 1760. = Fr. Antonio Gonzalez Secretario Gen. por la Observancia. =

= (1) Ut

= (1) Ut plura intelligantur, quæ sparsim in relatis Actis habentur, legenda sunt Generalia Statuta, pro Transmontana Familia condita (condita siquidem pro hac Cismontana, ab illis hac super re aliquatenus discrepant). Nempe Segoviensia C. 7. Tit. *De Commiss. Gen.*, §. *Si Gen. Commissarius*; junctis iis, quæ extant in Tit. *De Vicario Ord.*, §. *Cæterum*, & sequentibus (Chronol. P. Mich. Ang. Neap. p. 647. A. ante med., ac B. in fin. & seq.): necnon Statuta Congregationis Gen. Vallisol. 1661. Tit. *Pro tota Familia* n. 8. & seq (apud P. Perus. Par. I. p. 111. A.).

= His adjungenda sunt Statuta Capituli Gen. Rom. 1651. in Tit. *De Elect. Vicecomm. Gen. Fam.* n. 3., simulque in Tit. *De Vicario Gen. Ord.* (apud. Perus. ibid. p. 73. B., & p. 71. B. & seq.). Sed in hoc Tit. *De Vicario Gen. Ord.* n 9. legendum est: „ *vicinitas Provinciarum numeranda est a propria Provincia suæ filiationis* (Patris videlicet dignioris), NISI IN ALIENA CONTINUAT HABERE HIUTURNUM DOMICILIUM „. Sic namque habetur in emendatis Statutis illius Capituli: quarum emendationum prospectum damus in Supplement. Vide ibi pag XII. B, ante med.. Jure propterea P. Commissarius Generalis convocavit Provincias, non suæ Valentinæ Provinciæ viciniores, uti Statuta inemendata postulavissent, sed viciniores Almæ illi Provinciæ Castellæ, IN QUA JAM HABEBAT DOMICILIUM DIUTURNUM.

= (2) Sic in Regesto. Sed legendum: „ *Desiderio Gen.* „. Vid. Acta Capituli Murcien. supr. p. 220. B. circa med. n. 2.

= (3) Vid. supr. sub d. 17. April. 1756.

= (4) Hoc Breve exhibuimus ad d. 6. Febr. 1759.

1760. 12. Mart. = Decreto hujus diei proscriptum = fuit Opus, cui titulus: *Œuvres du Philosophe de = Sans-Souci*.

1760. 13. Mart. *P. Vicecommissarius Gen. suam Familiæ significat Electionem: simul eam cohortatur salutaribus monitis: confirmatque omnia, quæ ab Reverendissimo Decessore vel mandata, vel concessa sunt.*

FR. ANTONIUS JOANNES
DE MOLINA

Sacræ Theologiæ antiquus Lector, & in hac Familia Cismontana totius Ordinis Fratrum Minor. Vicecommissarius Generalis, & humilis in Domino Servus

Universis tam Fratribus, quàm Monialibus, Superioribus, & Subditis, ejusdem Cismontanæ Familiæ salutem, & pacem in Christo Jesu.

DUm vobis nuntiare cogor, PP., ac FF. mei dilectissimi, dimissionem Officii Commissarii Gen. hujus nostræ Cismontanæ Familiæ, liberè, atque spontaneè factam a Rmo P.N.Fr.Petro Joanne de Molina totius Ordinis Ex-Ministro Gen., & identidem me suffectum loco cedentis, die videlicet prima currentis, in Vice-Commissarium Gen. ejusdem Familiæ, vix, aut ne vix a lacrymis possum temperare. Exemplum enim ipsius quem non retrahat ab ingenita hominibus imperandi libidine? Ipse a natura velut destinatus ad regendos alios ob præstantiam ingenii, magnitudinem animi, judicii soliditatem, quibus quidem dotibus addidit totius boni author Deus eas superiores virtutes, mansuetudinem, modestiam, misericordiam, justitiam, prudentiam, fortitudinem, ac charitatem, quas, qui iis ornatus est, non recte apud se concludit, verùm in aliorum utilitatem præclaros hos facit effluere fontes, quemadmodum docet S. Joannes Chrysostomus homil. 15. in Matth., onus deposuit, dimisit Officium, quod omnium sive externorum hominum, sive consodalium applausu laudabiliter gerebat (quod mihi tacendum non fuit, cum præcesserint cumulatissimæ testificationes Capituli Gen. totius Ordinis Murciæ celebrati, & omnium Vocalium Gen. Congregationis recèns Matriti coactæ ad decernendum super ipsius dimissione, electioneque Successoris). Refugiebam ego quidem jure optimo onus a robustiore dejectum, renui quantum potui, quod ad meos humeros transferretur sarcina, non quidem levis, sed vel Angelicis humeris formidanda. Coactus tamen fui cervicem flectere, atque submittere jugo servitutis omnium vestrum: Coactus fui, inquam, repetitis mandatis Superioris, & multiplicibus Divinæ voluntatis significationibus. Concordia omnium Vocalium, nemine excepto, tum in præviis consultationibus, tum in ipsa formali Electione. præcepta Silentii, & subsequens assignatio Zelatorum, quæ in Ordine perpetuò servata fuere, in casu sapienter a Præside Electionis omissa in pervigilio Electionis, ut liberiùs circa eligendos consultare valerent, & deliberare Eligentes; cunctorum prudentum judicio inefragabile testimonium perhibent de inscrutabili judicio Divinæ Providentiæ, cui ampliùs obsistere non valens, tandem captivans intellectum in obsequium Obedientiæ, mœrore oppressus consensi acceptare Officium, & acceptavi soli Divinæ Clementiæ innitens, atque confidens.

Equidem me ipsum metiens, non modò in diffidentiam, verùm etiam in desperationem adducor. Ast oculos vertens ad Eum, qui imperitum Moysen vocans, peritissimum, ac potentissimum Ducem effecit immensi Populi Israel, quique David, de post fœtantes acceptum, convertit in gloriosissimum Regem; robur, ac spiritum utcumque resumo. Ille enim, qui suscitat de pulvere egenum, & de stercore pauperem elevat, ut sedeat cum Principibus, dicitque de tenebris lumen splendescere, me imbecillem, pauperculum, obscurumque hominem ad Gradum in hac Familia Cismontana supremum promovens, bonitate, ac magna sua misericordia aptum reddet, & idoneum, qui omnium vestrum profectui, atque utilitatibus, quemadmodum enixè cupio, possim deservire.

Plurima, eaque gravissima me circumstant obstacula (fateor vobis ingenuè): attamen recogitans, Deum, & Filium ejus Jesum Christum D. N. esse refugium nostrum, & virtutem, firmamentum, & meum liberatorem; ipsum humillimè deprecor, accepta a piissimo Rege Josaphat oratione ex 2. Paralip. cap. 20.: *In nobis quidem non est tanta fortitudo, ut possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos: Sed cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te.*

Vosque omnes, PP., & FF. mei charissimi, rogo, & obtestor, ut unà mecum eamdem coram Deo, qui cor contritum, & humiliatum non despicit, orationem crebrò, ac frequenter fundatis, quatenus in me supplens multa, quæ deficiunt, dignetur Ipse in me, & per me efficere, & perficere cuncta ea bona, quæ mihi necessaria sunt, & quæ vobis omni-

omnibus, & singulis, sicuti ardenter desidero, ita vehementer procurare non desistam. Hortamur igitur vos, & obsecramus in Domino, ut ambuletis vocatione, qua vocati estis: non vocavit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem: ut curet, & sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione, & honore (1. ad Coloss. 4.). Bravium, ad quod currimus, apprehendere non poterimus, nisi gradiamur per semitas justitiæ, & dirigantur pedes nostri Divino adjutorio in viam pacis. Hæc omnia adimplebitis, si Vota, Deo in Regulari Professione per vos nuncupata, irrita non faciatis (meliùs enim est non vovere, quàm post votum promissa non reddere); si Seraphicam Regulam, quam professi estis, observare, & exempla S. P. N. Francisci, & Sanctorum filiorum ejus præ oculis habere, & vitam vestram ad eorum amussim satagatis componere. Diabolo, mundo, & pompis ejus, carni, & propriæ voluntati solemniter renuntiastis: Soli Deo adhærere, quod quidem optimum est, elegistis. Ergo (Apostolicis verbis vos tandem alloquor ex 1. ad Corinth. cap. 16) *Vigilate, state in fide, viriliter agite, & confortamini: ut sit omnia vestra in charitate fiant*, qui est scopus Legis, & Prophetarum, & finis Regulæ nostræ, & totius vitæ, & disciplinæ Religiosorum.

Omnia, & singula, quæ Reverendissimus Prædecessor noster, sive dum erat Minister Generalis, sive factus Commissarius Generalis, decrevit, & ordinavit suis Encyclicis ad Ordinem, & Familiam directis, seu pro aliquibus Provinciis, & Conventibus, aut Fratribus, & Monialibus in particulari, etiam indulta, & gratiosas concessiones, confirmamus, & rata esse volumus, tametsi res integra sit: & ad majorem abundantiam ea omnia, & singula de novo decernimus, ordinamus, concedimus, & respectivè elargimur præsentium nostrarum Litterarum tenore, pariformiter ac si essent in eisdem de verbo ad verbum inserta.

RR. PP. Ministri, iis acceptis, legi, ac publicari curabunt in suarum Provinciarum Conventibus, & Monasteriis; easque transcribi præcipimus in Regestis ad hoc dispositis in forma consueta in nostro Ordine; meque certiorem reddent de exacto horum omnium adimplemento. Porrò vobis omnibus, quos in Domino tenerè amplector, Seraphicam impertios Benedictionem.

Datum in hoc nostro Conventu S. P. N. Francisci Matriti hac die 13. Martii Anni Domini 1760.

Fr. Antonius Joannes de Molina
Vice-Commissarius Gen.

Loco ✠ Sigilli majoris.

De mandato Rmi in Christo Patris
Fr. Gabriel Lazaro Secr. Gen.

1760. 18. Mart. *Guardianus Neapolitani Monasterii S. Claræ in statum pristinum restituitur tituli, ac muneris Commissarii Apostolici, sed ejusdem Monasterii tantùm.*

CLEMENS PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam.

ALias, postquam pro parte Charissimi in Christo Filii nostri CAROLI, tunc utriusque Siciliæ, & Hierusalem, nunc verò Hispaniarum Regis Catholici, Nobis expositum fuerat, quod inter duo Regia Monasteria Monialium, alterum sub invocatione S. Claræ Ordinis S. Francisci sub Regula ejusdem S. Claræ, reliquum sub titulo S. Mariæ Magdalenæ Ordinis S. Augustini, Civitatis Neapolitanæ, utrumque sub gubernio Fratrum Min. ejusdem S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, nonnullæ ortæ reperiebantur, ac vigebant lites, controversiæ, & dissensiones ex eo, quod tunc existens primò dicti Monasterii S. Claræ Guardianus contendebat, ad se tamquam Commissarium Apostolicum utriusque Monasterii spectare, sibique licere, non solùm Guardianum pro tempore existentem alterius Monasterii S.Mariæ Magdalenæ in possessionem officii Guardianatus illi demandati immittere, verùm etiam suffragia, cum res sit de Monialibus educandis, famulisque in ipso Monasterio S. Mariæ Magdalenæ recipiendis, colligere, ac Sacris, Ecclesiasticisque Functionibus, quæ in Ecclesia dicti Monasterii solemniori pompa, & apparatu singulis annis juxta ritum Ecclesiæ, sive etiam in Vestitionibus Monialium, sive earum respectivè Professionibus fieri solent, ac etiam Capitulis pro Electione illius Superiorissæ, aliarumque Officialium, illarumque confirmatione, invitis ipsis Superiorissa, & Monialibus, ac Guardiano prædicto, interesse; ipse verò CAROLUS Rex lites, & contentiones hujusmodi per Nos dirimi, & penitùs evelli plurimùm desiderabat: Nos piis ejusdem CAROLI Regis votis ea in re, quantum cum Domino possemus, annuere cupientes, Pastorali cura prædictorum omnium cognitione assumpta, ambarum Partium rationibus maturè perpensis, post plenum, maturumque examen, per quasdam Nostras, in simili forma Brevis die (a) 20. Junii Anni proximè præteriti expeditas, Litteras decrevimus, & demandavimus, non licere Guardiano Monasterii prædicti S.Claræ, quà Commissario Apostolico Monasterii S. Mariæ Magdalenæ, explere Solemnitates, & actus, de quibus agebatur, invitis Guardiano, & Monialibus dicti Monasterii S.Mariæ Magdalenæ, necnon ut alter eligeretur, qui Commissarii Apostolici munus gereret, deputandus pro utroque Monasterio arbitrio Cardinalis Protectoris, exclusis in perpetuum ab eodem officio Commissarii Apostolici Guardianis prædictorum Monasteriorum; ac dilecto Filio Nostro Hieronymo S. R. E. Diacono Cardinali Columnæ nuncupato, Ordinis Fratrum Min.S.Francisci de Observantia nuncupatorum, ac supradictorum Monasteriorum apud Nos, & Apostolicam hanc S.Sedem Protectori, commisimus, & mandavimus, ut eorumdem Monasteriorum S. Claræ, & S. Mariæ Magdalenæ, in locum Commissarii Apostolici quacumque authoritate, & Superioritate electi, & deputati, alterum in Commissarium Apostolicum, qui munus Commissarii Apo-

sto-

stolici pro utroque Monasterio hujusmodi deputandi, arbitrio tamen dicti Hieronymi Cardinalis moderni, & pro tempore existentis Protectoris prædicti, gerere deberet, exclusis in perpetuum ab eodem officio Commissarii Apostolici Guardianis prædictorum Monasteriorum, authoritate Nostra Apostolica eligeret, & deputaret; ea tamen imposita lege, ut Commissarius Apostolicus Monasteriorum prædictorum pro tempore electus, & deputatus nullo unquam tempore quocumque actus, nempe Guardianum Monasterii S. Mariæ Magdalenæ in possessionem officii Guardianatus immittere, suffragia prædicta colligere, sacris interesse Functionibus, in Ecclesia prædicta Monasterii S. Mariæ Magdalenæ pro tempore quacumque de causa habendis, necnon Monasterii prædicti pro electione Superiorissæ, aliarumque Officialium, illarumque confirmatione Capitulis faciendis, invitis Superiorissa, Monialibus, & Guardianis Monasterii prædicti S. Mariæ Magdalenæ, facere posset, & valeret, & alias, prout in dictis Nostris Litteris, quarum tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus, uberiùs dicitur contineri.

Quoniam verò dilectæ in Christo Filiæ Abbatissa, & Moniales dicti Monasterii S. Claræ Nobis nuper exponi fecerunt, quod inter cætera privilegia, jura, & indulta Monasterio, & Monialibus prædictis per Romanos Pontifices Prædecessores Nostros concessa, & impertita per Litteras Apostolicas sub Plumbo expeditas, illud reperitur, quod Guardianus Monasterii S. Claræ hujusmodi pro tempore existens Commissarius Apostolicus sit, & esse debeat, ac ipso jure electus, & deputatus, ac nominatus intelligatur; ac propterea exponentes prædictæ, ac Monasterium hujusmodi, ac illius Superiorissa, & Moniales privilegio hujusmodi sibi competenti privatæ remaneant, seu aliqua in parte privilegia in minuantur, modernum, & pro tempore existentem Guardianum Monasterii earum in exercitium tituli, & muneris Commissarii Apostolici cum solitis facultatibus, & privilegiis, absque eo quod Guardianus prædictus utì Commissarius Apostolicus aliquam superioritatem, jurisdictionem, & auctoritatem supra Monasterium, Guardianum, Ecclesiam, Conventum, Moniales, & Fratres dicti Monasterii S Mariæ Magdalenæ habeat, & exerceat, neque in illud, illas, & illos aliqua in parte sese ingerere debeat, possit, & valeat, atque contendat, per Nos restitui, reponi, & pleonariè reintegrari plurimùm desiderant: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur ipsas Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & earum singulares Personas a quibusvis Excommunicationis &c. absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ac justis, & rationabilibus causis animum Nostrum moventibus adducti, non obstante, quod in Nostris Litteris prædictis cautum, & expressè præscriptum sit, ne Guardianus dicti Monasterii S. Claræ pro tempore existens, sit, & esse debeat Commissarius Apostolicus, sed alter ad munus prædictum explendum eligeretur, & deputaretur; nihilominus eidem Cardinali moderno, ac pro tempore existenti Ordinis, & Monasteriorum prædictorum Protectori per præsentes committimus, & mandamus, ut munus Commissarii Apostolici Monasterii S. Claræ prædicti moderno, & pro tempore existenti illius Guardiano electo, & eligendo dumtaxat authoritate Nostra Apostolica pro suo arbitrio, & prudentia liberè, & licitè committere, & demandare, dictumque Guardianum, in Commissarium Apostolicum Monasterii S. Claræ tantùm electum, nominatum, & deputatum, ab eodem munere, & exercitio, ac ulteriùs Guardiani, ad sui libitum, & juxta datam sibi a Domino prudentiam removere, & alium in sui locum juxta datam sibi a Domino prudentiam removere, & alium in sui locum juxta facultates sibi competentes, & vigore præsentium concessas, firmis tamen in reliquis remanentibus dispositione, & tenore prædictarum Nostrarum Litterarum, eligere, & deputare, liberè, & licite possit, & valeat. Decernentes, easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dictis exponentibus plenissimè suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secùs super his a quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus memoratis Nostris Litteris, necnon omnibus, & singulis, quæ in illis volumus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 18. Martii 1760. Pontificatus Nostri Anno Secundo,

Loco ✠ Sigilli.

Pro D. Card. Passioneo
Jo. Florius Substitutus.

= (a) Vid. supr. ad eamd. diem 20. Jun. 1759.

1760. 28. Mart. = Decretum S. C. Episc. & Reg. = in Chelmen. fundationis Conventus Krilovien. in = Russia, vid. supr. ad d. 12. Mart. 1756.

1760. 15. Apr. *Approbantur pro Ordine Monialium Annuntiationis B M. V. Officium, ac Missa propria Dici festi, & Octavæ* B. Joannæ Valasiæ.

DECRETUM

Ordinis Monialium Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis.

Suprascriptum Officium cum Octava, & Missa propria B.JOANNÆ VALESIÆ Reginæ Franciæ Fundatricis Ordinis Monialium Annunciationis B. M. V., ab Emo, & Rmo D. Card. Prospero Columna de Sciarra Ponente, unà cum R. P. D. Cajetano Forti Fidei Promotore, accuratè revisum, & examinatum, ac in Sac. Rit. Congregatione relatum, Sacra Coog. ad humillimas preces earumd. Monialium benignè approbavit, atque in præfato universo Ordine Annunciationis B. M. V. singulis annis in Festo ejusd. Beatæ sub ritu duplici 1. Class. (a) cum Octava recitari posse concessit; quibuscumq. Decretis in contrarium disponentib., & signanter Decreto (b) S.M. Alexandri VII. die 27. Septembr. 1659. edito, minimè obstantibus: si SSmo Dño Nostro visum fuerit. Die 29. Martii 1760.

Factaque deinde per me Secretarium de prædictis eid. Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua benignè annuit. Die 15. April. 1760.

D. F. Card. Tamburinus Præfect.
F. M. De Lerma S. R. C. Secr.

Loco ✠ Sigilli.

(a)

(*a*) Vid. supr. ad d. 28. April. 1759.

(*b*) *Decreto nempe super Cultu Beatis adhuc non canonizatis præstando* (apud Ferrar. v. *Venerat. SS.* num. 43.).

1760. 4. Maji. *Facultates Visitatoris, & Commissarii Apostolici P. Vicecommissario Generali Ultramontanæ Familiæ tribuuntur : idemque Commissarii Generalis titulo decoratur.*

FR. ANTONIUS JOANNES DE MOLINA

Sacræ Theologiæ antiquus Lector, & in hac Cismontana Familia totius Ordinis Fratrum Mioor. S.P.N.Francisci Commissarius Generalis, Visitator Apostolicus, & Servus

Dilectis Nobis plurimùm in Christo Patribus, Fratribus, & Monialibus, tam Superioribus, quam Subditis, ejusdem Cismontanæ Familiæ Salutem in Domino Iesu.

QUoniam Sanctissimus Dominus Noster Clemens Divina Providentia Papa XIII., elementissimè annuens precibus omnium PP. Vocalium in hoc nostro Conventu S. P. N. Francisci congregatorum pro electione Viceeommissarii Generalis, me immerentem in eodem Conventu Patrum electum titulo Commissarii Generalis, & insuper Commissarii Visitatoris Apostolici, cum omnibus facultatibus Apostolicis, tribus Anteeessoribus nostris immediatis concessis, honorare dignatus est; idipsum vobis omnibus, & singulis notum facimus per præsentes.

Rescripta vero Apostolica, ad me ex Urbe missa, sunt tenoris sequentis, videlicet:

Primum. = Foris. = „ Sanctissimo Domino Nostro Papæ Clementi XIII. pro Commissario Generali Curiæ Observantium, & Procuratore Generali Discalceatorum, & Recollectorum Ordinis S. Francisci.

Intus vero habetur =

„ BEATISSIME PATER

„ FR. Joseph Torrubia Commissarius Generalis Curiæ Ultramontanæ Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, & Fr. Benedictus Serpa Procurator Generalis Discalceator., & Recollector. ejusdem Ordinis, devoti S. V. Oratores, reverenter exponunt, quod, novissimè electo in Vice-Commissarium Generalem Ultramontanæ Familiæ ejusdem Ordinis Fr. Autonio Joannetio de Molina, ab ipsis Electoribus habuerunt in mandatis, quod pro noviter electo facultates Visitatoris, & Commissarii Apostolici, quoad præfatam Familiam, aliàs a San. Mem. Benedicto XIV. concessas Fr. Petro Joannetio de Molina dicti Fr. Antonii in Commissariatu Ultramontanæ Familiæ immediato antecessori, ut ex adnexo Rescripto apparet, & Fr. Raphaeli a Lugagnano, ac Fr. Bernardino a Terlitio, olim Commissariis Generalibus Cismontanæ Familiæ, a S. V. impetrare curent: Oratores proinde, mandata exequendo, S. V. humiliter supplicant, quatenus supradictas facultates dicto Fr. Antonio Joannetio de Molina injungere, & impertiri benigoè dignetur, Et pro gratia &c. =

Tenor verò Rescripti ita est, videlicet =

„ Ex Audieotia Sanctissimi die 25. Martii 1760. = Sanctissimus, petitis annuendo pro gratia, facultates, de quibus in precibus, introscripto P. Antonio Joannetio de Molina benigne concessit. =

„ C. Card. Rezzonico.

„ Loco ✠ Sigilli ejusdem Eminentissimi, & Reverendissimi D.Cardinalis, supplicum Libellorum Smi Pro-Secretarii. = In Regesto =

Secundum. = Foris. = „ Dilecto Filio Antonio Joannetio de Molina Ordin. Fratr. Minor. S. Francisci de Obser. Discalceator. nuncupator. Professori.

Intus vero =

„ CLEMENS PP. XIII.

„ *Dilecte Fili, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

„ REligionis zelus, vita, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut te specialibus favoribus, & gratiis prosequamur. Cum itaque, sicut dilecti filii Josephus Torrubia Commissarius Generalis Curiæ pro Familia Ultramontana Ordinis Fratrum Minor. S. Francisci de Obser., & Benedictus Serpa Procurator Generalis ejusdem Ordin. S. Francisci de Obser. Discalceator., & Recollector. nuncupator., in alma Urbe nostra existentes, Nobis nuper exponi fecerunt, tu, qui Frater expressè professus ipsius Ordinis S. Francisci de Obser. Discalceator. nuncupator. existis, postquam dilectus itidem filius Petrus Joannetius de Molina Commissarius Generalis in Ultramontana dicti Ordinis Familia, sibi priùs a Capitulo Generali demandato, & subinde a Nobis per quasdam nostras in simili forma Brevis expeditas Litteras confirmato, Muneri, seu Officio Commissarii Generalis sponte, & liberè renunciaverat, & renunciatio præfata ab iis, ad quos ea res legitimè spectabat, admissa fuerat, a dilectis filiis Vocalibus, & Electoribus compromissariis dictæ Familiæ ritè, ac canonicè juxta dicti Ordinis Statuta per Sedem Apostolicam confirmata in Vice-Commissarium Generalem die prima Mensis Martii proximè præteriti, nemine discrepante, electus fueris; tu verò ratione Vice-Commissariatus Generalis præfati eadem auctoritate, qua Commissarius Generalis ipsius Ordinis pro tempore existens utitur, pari modo utaris; cupiantque propterea dictus Josephus Commissarius Generalis Curiæ, & præfatus Benedictus Procurator Generalis, ut titulo, & denominatione Commissarii Generalis hujusmodi decoreris: Hinc est, quod Nos dictorum Exponentium votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere, teque specialis favore gratiæ prosequi volentes, tuique, & dictorum Exponentium singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis *&c.*; supplicationibus eorumdem Exponentium nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, tibi, ut

„ ti-

„ titulo, & denominatione Commissarii Generalis
„ Familiæ Ultramontanæ Ordinis præfati usque ad
„ tempus per Statuta, & Constitutiones dicti Ordi-
„ nis præscriptum, uti, frui, & gaudere, teque
„ Commissarium Generalem in quibusvis Litteris,
„ Decretis, aliisque Scripturis inscribere liberè, &
„ licitè possis, ac valeas, omnino interea Commis-
„ sarii Generalis Familiæ præfatæ ejusdem Ordinis in
„ quibusvis actibus, & functionibus, tam publicis,
„ quàm privatis haberi, & reputari debeas in omni-
„ bus, & per omnia, perinde ac si in Commissa-
„ rium Generalem Familiæ præfatæ in Capitulo Gene-
„ rali dicti Ordinis electus reperireris, auctoritate A-
„ postolica tenore præsentium concedimus, & indul-
„ gemus. Decernentes, easdem præsentes Litteras
„ firmas, validas *&c.*, ac tibi in omnibus, & per
„ omnia plenissime suffragari: Sicque in præmissis
„ per quoscumque Judices *&c.*; ac irritum, & ina-
„ ne, si secus *&c.* Non obstantibus Constitutionibus,
„ & Ordinationibus Apostolicis *&c.*, cæterisque con-
„ trariis quibuscumque.
Datum Romæ apud S.Mariam Majorem sub An-
„ nulo Piscatoris die 15. Aprilis 1760. Pontificatus
„ Nostri Anno Secundo.

„ Pro Domino Cardinali Passioneo
„ Joannes Florius Substitutus.

Auctus igitur honore non meis meritis, sed singulari Summi, Optimique Pontificis dignatione, ac præfatorum Patrum gratiosa mediatione, me arctiùs obligatum recognoscens, id vehementer exopto, ut beneficia collata vestrum bono deserviant, atque cedant in profectum omnium, quibus vires, animum, voluntatem, facultates, totumque meipsum debeo. Hæ autem nostræ patentales Litteræ per Reverendos Patres Ministros dirigentur ad singulos suæ respectivæ Provinciæ Conventus, & Monialium Monasteria, in quibus publicabuntur forma solita, & consueta, & in eorum Regestis de verbo ad verbum exscribentur; nosque de executione RR. PP. Ministri certiores reddent. Denique rogamus vos omnes, & exhortamur in Domino, ut crebras ad Deum preces effundatis pro Summo Pontifice feliciter regnante; pro Emo Ordinis Protectore, pro Regibus, & Principibus Christianis, iis signanter, in quorum Ditionibus consistitis, pro Reverendissimo P. Nostro Ministro Generali, & pro nostra tandem tenuitate, dum vobis omnibus Seraphicam Beatissimi Patris Nostri Francisci Benedictionem impertimur.

Datum in hoc nostro S. P. N. Francisci Matritensi Conventu die 4. Maji an. Domini 1760.

Fr. Antonius Joannes de Molina
Commissarius Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Rmi in Christo Patris
Fr. Gabriel Lazaro Secretarius Gen.

= 1760. 19., & 29. Maji. = Decreto 19. Maji proscripti fuerunt sequentes Libri. Nempe I. Ephraimi Chambers *Dizionario universale delle Arti, e delle Scienze* &c. *traduzione esatta, ed intera dall' Inglese* &c. Idemque Opus inscriptum: *Ciclopedia, ovvero Dizionario universale* &c. *tradotto dall' Inglese* &c. II. *Dissertation Théologique, & critique, dans la quelle on tache de prouver par divers passages des saintes Ecritures, que l' Ame de Jesus-Christ étoit dans le Ciel une Intelligence pure, & glorieuse, avant que d' être unie à un corps humain dans le sein de la bienheureuse Vierge Marie.* III. *L'Esprit de Mr. de Voltaire.* IV. *Tableau du Siecle: Par un Auteur connu.* V. *La veritable Religion, unique dans son espèces, universelle dans ses principes, corrompuë par les disputes des Theologiens, divisée en plusieurs sectes, reunie en Christ.*

= Die autem 29. ejusd. Mensis Concio, sive Liber Francisci Neumayr, cui Germanica lingua præfixus est titulus: *Frag ob der Probabilismus oder die gelindere* &c. Qui latinè redditus sic se habet: *Quæstio, an Probabilismus, sive mitior moralis doctrina Catholicarum Scholarum horribilis, & maledicenda sit? Resoluta... in Imperiali Civitate Augustæ... contra Protestantium Scriptores, vulgo Novellistas, tertia Paschatis die anno Christi 1759.* &c.

1760. 6. Jun. *Decisio*
S. Rotæ Rom. cor. R. P. D Paracciano in Calceaten. Manutentionis: *qua Apostolico Syndico Calceatensis nostratum Cœnobii manutentio adjudicatur, ut possint in Cœnobii illius Templo Conciones haberi eodem etiam tempore, quo habeantur illæ in Æde Cathedrali, nisi Rmus Episcopus vel per se ipse concionetur, vel solemniter Concioni intersit.*

1. NON æquo animo ferens Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Calceatensis, ut ea die, eaque hora, qua in illa ad Populum haberentur Sacræ Conciones, alibi simul verbum Dei prædicaretur, & presertim in Ecclesia PP. Minorum de Observantia S.Francisci extra Mœnia ipsius Civitatis (*o*), contra hos formale Præceptum, & Inhibitionem desuper expediri curavit coram Vicario Generali, qui in Sententia deinde lata certos indixit, assignavitque Dies, atque Solemnitates, in quibus vel privativè in Ecclesia Cathedrali, vel alternativè etiam in alia PP.. Minorum Observantium, vel denique promiscuè utrobique prædicari liceret.

2. Sed, in gradu Appellationis, restrictam, moderatamque facultatem ampliavit A. C., qui per aliam reformatoriam Sententiam, atque Decretum Manutentionem tribuit Syndico Apostolico eorumdem PP. Minorum in Possessione, seu quasi, Juris prædicandi omnibus diebus, & horis sibi magis benevisis; etiamsi eodem tempore, & hora in Ecclesia Cathedrali prædicari contingeret, *hora illa dumtaxat excepta, in qua Reverendissimus Loci Episcopus per se ipsum prædicet, vel coram se solemniter prædicari faciat.* In hoc igitur utriusque Judicati discrimine, & varietate, Secundum magis, quàm Primum approbandum censuit *Sacrum Tribunal*, quò delegata Causa ex Rescripto Signaturæ Justitiæ, cum Clausula = *Alteri, cum facultate manutenendi quem de Jure* =, rogatisque sub congruo Dubio hoc mane Patribus, Responsum protulerunt: *Manutentionem dandam esse Syndico Apostolico, juxta modum; nempe ad formam Sententiæ A. C.*

3. Non modò enim PP. Minores Observantes in actuali reperiebantur, veraque Possessione liberè, & publicè concionandi in sua Ecclesia S. Francisci prope Mœnia Civitatis Calceatensis, quoties Episcopus Divinum verbum non prædicaverit, neque solemniter audierit, & etiamsi aliàs ea ipsa die, eodemque tempore concionandum occurreret apud Eccle-

 siam

siam Cathedralem (quæ tamen, licèt sola, simultanea Possessio satis esset per se manutenibilis, *ad Text. in C. Licet causam de Prob.*, *Menoch. de Retin. Possess. remed. 3. n. 734.*, *Rot. apud Posth. de Manut. dec. 214. n. 5.*, *& dec. 6. n. 2. de Retinen. cor. Falconer.*) : Verùm etiam ex Prærogativis, & Privilegiis proprio Ordini concessis, atque in Corpore Juris insertis, & clausis, maximum habebant boni Juris præsidium, quo adstipulante, quævis Possessio & in facto luculenter probata, & ulteriùs legitimo Juris Titulo suffulta, faciliùs quidem manutenenda videbatur, ad tradita per *Marescot. Var. Res. lib. 1. c. 11. n. 11.*, *Posth. de Manut. Obs. 45. per tot.*, *Rot. dec. 524. n. 14.*, *& seqq. par. 19. to. 2. Rec.*, *& in Romana Monntentionis 14. Jun. 1756. §. 4. cor. Emo D. Card. Bussio.*

4. Porrò autem ex ipsa Qualitate Litis in contrarium obmotæ a Capitulo Cathedralis cum formali Præcepto, & Inhibitione adversus PP. Minoritas S. Francisci, ne ampliùs in propria Ecclesia publicas, atque contemporaneas haberent Conciones, illicò resultabat antecedens, & actualis eousque continuata illorum Possessio. At præter hanc implicitam, sed non obscuram Partis Confessionem, accedebat insuper, quod tum ex antiquis Epistolis datis ad Vicarium Generalem Calceatensem *de an.* 1630., ac respectivè ab ipso Episcopo relatis *an.* 1680., tum ex Actis Capitulorum Provincialium in eodem Calceatensi Conventu celebratorum, tum denique ex Testibus formiter examinatis, unanimiter haberetur, sæpiùs in decursu tot annorum, & in pluribus Festivitatibus habitas fuisse una die, eodemque temporis intervallo non minùs in Ecclesia Cathedrali, quàm apud PP. de Observantia Sacras Conciones, sive Panegyricas Orationes, & signanter in Festo B. M. V. sine labe conceptæ, vel ejus Assumptionis; rursus in Festo SS. Trinitatis, BB. Apostolorum Petri, & Pauli, aliisque recurrentium Provincialium Comitiorum diebus, & demum in Dominicà Quinquagesimæ : ita quidem, ut Probationes simultaneæ Prædicationis numero, & gravitate redundarent in hoc præcipue possessorio Judicio, in quo minores etiam, atque leviores admittuntur, ut, aliis adductis, plenè statuit *Rot. in dec. 102. n. 9. cor. Pentinger.*, *& in Corduben. Decimarum 28. Apr. 1755. §. 10. cor. Emo D. Card. Bussio.*

5. Veruntamen ubi etiam actualis Possessio PP. Minorum non adeò cumulatè probaretur; Nihilominus, duobus præmissis exceptis Casibus ab eisdem PP. minimè contradictis, quod nempe Episcopus verbum Dei per se ipsum prædicare velit, vel personaliter, atque solemniter Prædicationi interfuerit; quum in reliquis liberam habeant in suis Ecclesiis prædicandi (*b*) potestatem, & insignia Privilegia eisdem concessa a Clemente V. *in Clementina Dudum de Sepultur.*, a Bonifacio VIII. *in Extrav. Super Cathedram eod. tit.*, & a Benedicto XI. *in Extr. Inter cunctas de Privileg.*, deinde præ ceteris confirmata, & ampliata a S. Pio V. in sua Constitutione incipiente = *Etsi Mendicantium* = ut latè refert *san. mem. Benedictus XIV. in sua Opere de Syn. Diœc. lib. 7. c. 43. n. 3.* : Hinc planè erat, quod similia Sacræ Prædicationis Privilegia, etiam per non usum, haudquaquam sublata censerentur, nisi in hujusmodi Actibus merè facultativis, & a libero voluntatis exercitio pendentibus, de duobus, æque necessariis, constaret Extremis, legitimæ Inhibitionis, & Acquiescentiæ, ex plenè firmatis apud *Pignat. Consult. Can. tom. 4. n. 13.*, *& cons. 28. n. 12.*, *& seq.*, *Rot. dec. 1083. n. 5.*, *& 7. cor. Molines*, *in Majoricen. Manutentionis 6. Maji 1754. §. 5. cor. bo. me. Vicecomite*, *& in Mindonien. Officii Diaconalis 28. Apr. 1758.*, *ejusque confirmatoria 19. Febr. 1759.*, *utrobique §. 4. coram Me.*

6. Quum itaque Capitulo Actori totum Onus rigidissimè incumberet æque docendi & PP. Minores Observantes fuisse prohibitos in sua Ecclesia publicè ad Populum concionari, quoties e Suggestu verbum Dei prædicaretur in Cathedrali, & contrario acquievisse imperio, non obstantibus Apostolicis Privilegiis, eorumque confirmatoriis Pontificiis Constitutionibus, Clausula *Sublato*, & Decreto *irritanti* munitis; neutra quidem in parte aliquid relevans evincere potuit sive ex quibusdam Actibus, Scripturis, & Monumentis a proprio privato Archivo extractis, sive ex Testibus antea inductis, vel ex aliis posteriùs expiscatis.

7. Actus enim petitionis veniæ, qui *sub annum* 1624. tribuebatur *P. Guardiano*, per id temporis Calceatensem Conventum moderanti, nullam quidem parere potuit Inhibitionem Sacrarum Concionum uno, eodemque tempore in posterum habendarum; tum quia idem P. Guardianus ad fugiendam litem, & potiùs ad urbanitatem Actum illum petitionis veniæ per Litteras, & merè extrajudicialiter explevit erga Capitulum; tum quia, incidente eo anno Festivitate SS. Conceptionis in secunda Dominica Adventus, idem ipsum Capitulum minimè reluctavit, nec inhibuit, sed expressè consensit, ut antemeridiano tempore in Ecclesia Conventuali prædicaretur; tum demum quia sive Capitulum, sive P. Guardianus, etiamsi mutuò, & ex condicto conspirassent, nullum tamen Privilegiis, & Juribus totius Ordinis Minorum detrimentum afferre valuissent, absque consensu Superiorum, quinimmo sine Beneplacito Apostolico, in quo Privilegia ipsa derogarentur, ut *ad Text. in C. Cum in tempore de arbitr.* latè tradit *Ambrosin. de Immun. c. 16. n. 2.*, *Ursaya Discept. Eccl. to. 4. par. 2. disc. 6. n. 28.*, *& seq.*, *Rot. dec. 97. n. 19. cor. Carrillo*, *dec. 179. n. 6.*, *& 7. cor. Roxas*, *dec. 10. n. 2.*, *& 3. cor. Cerro*, *& dec. 545. n. 6. cor. Lancetta.*

8. Quin alia posterior Inhibitio cum subsequuta PP. Minorum Acquiescentia emergere posset ex quodam judiciali Præcepto contra eosdem a Vicario Generali Calceatensi signato *die prima Decembris an.* 1680., ne simul cum Cathedrali Panegyrim, aliamve Concionem haberent in honorem SS. Conceptionis, eo quoque anno recurrentis in secunda Dominica Adventus. Non modò enim ex Actis illius Curiæ Episcopalis haudquaquam ostendi potuit, quod Præceptum illud revera fuerit expeditum, exequutum, & reproductum, ut inde legitimam pareret Inhibitionem; sed, quod magis præterea erat, palam, certoque innotuit ex Litteris ab ipso Episcopo postridie datis ad Capitulum, & in præsenti Judicio ab eodem productis, illud idem Præceptum, alias communiter nuncupatum *Dispaccio*, jussu prælaudati Episcopi fuisse retentum duplici, justaque de causa; tum scilicet *per mancare una circostanza da parte nella Petizione*; tum etiam quia *si portò qui da Noi un Religioso con lettera del suo P. Guardiano, nella quale si faceva sapere le differenze &c., e lo Stile incontrato, che aveva tenuto il Convento di fare il Panegirico della Concezione la mattina, ancorchè fosse concorsa la Festa in Domenica dell'Avvento.*

9. E conspectu tam gravis, tamque sonori Episcopalis Responsi, penitam Inhibitionem usque ab

eo

eo tempore suo Capitulo denegantis, inani prorsus studio ulterior illius probatio quærebatur ab antiquis Scripturis, & Monumentis proprii Archivi, ex quibus prorsus inutiliter deducta fuit obsoleta quædam Memoria *de an.* 1699., qua nescitur auctoritate conscripta in Libro Cæremoniarum ejusdem Ecclesiæ Cathedralis, in quo licèt præcipuè adnotatum fuerit = *Non si predichi la mattina nella Chiesa di S. Francesco, e delle Monache, quando si farà la Predica in questa S. Chiesa* = nihilominus in contrarium quàm maximè urgebat, & obstabat Regula Juris, ne similibus Adnotationibus in privato Libro propria auctoritate insertis fides ulla præstaretur favore Scribentis, & in tertii præjudicium, *ad Text. in L. Exemplo C. de prob., & in L. unic. C. ne quis in sua caus., Rot. dec. 122. n. 26. par. 16. Rec., & in Compostellana Parochialium super Pertinentia Parrochiali 16. Jun. 1749. §. 17. cor. Illustriss. D. Clemente.*

10. Non impari, immò pejori fortasse Exceptione laborabat aliud Documentum, seu Festivitatum Kalendarium ab antiquo Calceatensi Episcopo *de Quignones*, ut gratis asserebatur, olim conditum, in quo tam Cathedrali Ecclesiæ, quàm Conventuali S. Francisci, ad sacras, publicasque Conciones fasti, & respectivè nefasti Dies unicuique præscribuntur. Quandoquidem simplex hujusmodi Charta non solùm carebat Consule, Die, & Anno, sed alia etiam quacumque imagine legalitatis ex defectu Recognitionis characteris, Appositionis Sigilli, ejusque Publicationis, sine qua nullatenus afficere potuisset, ideoque, si tam informi Scripturæ nulla fides adhiberi poterat, nihil prorsus auctoritatis eidem addebat, quod fuerit reperta in proprio, privatoque Archivo Capituli, eoque potissimùm, quia fuit extracta, non citata Parte, ut sæpe firmavit *Rot in dec. 383. n. 4. par. 18. to. 1., dec. 498. n. 58. par. 19. to. 2. Rec., dec. 434. n. 10., & seq. cor. Molines, & in mox dict. Compostellana Parochialium §. 11. cor. eod. Illustiss. Clemente.*

11. Quæ cum ita sint, nihil ultra Capitulo Actori ad propriæ fundamentum Intentionis suffragari potuerunt Testes vel antea examinati, vel, & multò minùs, ex post, pendente Lite, quæsiti, & mere extrajudiciales, qui Sacros Oratores & in Cathedrali, & apud PP. Minores uno, eodemque tempore verbum Dei prædicasse denegarunt, allatis exemplis, quod, incidentibus insimul duabus Festivitatibus, iidem PP. suam Concionem ad aliam diem, tempusque transtulerint. Neque enim, uti negativi, in linea Relevantiæ conferri merebantur cum aliis affirmativis, exadverso inductis, & nedum formiter examinatis, sed insuper secundùm Juris assistentiam deponentibus: Neque præterea quidquam urgere poterant in proposita specie præsentis Controversiæ, quoties de Actibus coactivè gestis deponere non sunt ausi; itaut PP. Minores inhibiti quandoque fuerint, & per spatium legitimi temporis acquieverint. Quibus, ut supra, deficientibus Extremis, simplex, & oltroneus non usus propriorum Privilegiorum, seu voluntaria Concionum translatio nil prorsus ex quæsitis Juribus imminuit, nec de privatiua concionandi facultate detraxit, sicut ad rem optimè perpendit *Rot. dec 380. n. 5. cor. Cerro, in Nullius Provinciæ Hispalen. Juris amovendi Vicarium 21. Dec. 1707. §. Non obstante, cor. cl. me. Card. Aldrovando, in Leodien., seu Colonien. Jurisdictionis super jure delegandi 4. Jul. 1754. §. 8., & 9. cor. Eminentissimo D. Card. Bussio*, &, similibus rejectis Testibus sine coactiva qualitate deponentibus, *in dicta Mindonien. Officii Diaconalis 19. Febr. 1759. §. 3., & 4. coram Me.*

12. Quin tandem objici valuerit, quod recensita Privilegia PP. Min. Observantium abrogata (*c*) videantur vel a *Tridentino Concilio*, vel ex Bulla *Gregorii XIII.* incipiente = *In tanta* =, uti præcedens Constitutio = *Etsi Mendicantium* =, a S. Pio V. evulgata, fuit redacta ad viam Juris. Sacrosanctum namque Concilium Tridentinum etiamsi primam, atque præcipuam prædicandi potestatem salvam reliquerit Episcopo Diœcesano; attamen, eo non contradicente, Privilegia Regularium minimè sustulit, ut videre est *in Sess. 24. de Refor. c. 4.*: posterior autem objecta Constitutio *san. me. Gregorii XIII.* non abrogavit Privilegia Mendicantium, quæ clausa erant in Corpore Juris, & a Concilio Tridentino præservata, sed ea tantùm, quæ Œcumenicæ Tridentinæ Synodi Decretis, & Canonici Juris dispositioni adversarentur, ex animadversis apud *Passerin. de Stat. Homin. qu. 189. ar. 10. insp. 10. n. 997., Lezan. Quæst. Reg. to. 1. par. 2. c. 1. n. 16., & seq., Rot. dec. 728. n. 2. par. 3. Rec., & in Mileten. Processionis 24. Jan. 1757. §. 3. coram Me.*

13. Et re quidem vera, non obstante præfata *Gregoriana* Constitutione, adhuc tamen Privilegia Regularium quandocumque prædicandi in propriis Ecclesiis, licèt a Capitulis, vel a Parochis contradicta, ne ex simultaneis Concionibus tolleretur Populi concursus, sarta, tectaque servarunt Sacræ Urbis Congregationes, ut præ cæteris illarum Resolutionibus relatis *a Gavant. in Man. Episc. v. Regular. sub jure Episc. n. 35., & a Peyrin. de Priv. Minim. ad Const. VII. S. Pii V. post §. 10. n. 11.*, in puncto respondit *Sacra Congreg. Concilii in Brundusina 10. Mart. 1645., quam refert, explicat, & sequitur san. me. Benedictus XIV. in d. Tract. de Syn. Diœc. lib. 7. c. 43. n. 7.*

Et ita &c. Utraque &c.

= (*a*) Vulgo dictæ *Santo Domingo de la Calzada*.
= Pertinet Cœnobium illud ad Alm. Obs. Provinciam
= Burgensem.
= (*b*) Fusè de hoc argumento agitur infra (ad
= d. 28. Februar. 1761.).
= (*c*) Latiùs hac de re sub cit. d. 28. Februarii
= (Not. *e*, & *g*).

1760. 7. Jun. *Causa*

VITERBIEN. JURISDICTIONIS, ET ELECTIONIS
apud S. Congregationem Concilii interpretem; in qua de electione Deputati Monasterii Sanctimonialium agitur.

MOniales (*sic in Folio Congregationis diei 10. Maji ante dicti Anni*) Monasterii S. Catharinæ Civitatis Viterbii, quæ Regulam S. Dominici profitentur sub cura Regularium ejusd. Ord., de electione Deputati certant cum Eminentissimo d. Civitatis Antistite, a se illam explendam esse autumantes vigore Privilegior. Ordinis, de quib. disceptatum est coram hac S. Congregatione in alia Causa *Ferrarien. Jurisdictionis 28. Sept.* 1754. Hujus controversiæ notio, de qua Moniales judicium prævio Monitorio introduxerant coram A. C., ex oraculo Sanctissimi per Decretum ejus R. P. D. Auditoris remissa est ad hanc S. Congregationem.

Et disputat nunc Eminentissimus Episcopus, Deputatum non esse Officialem Monasterii, sed potiùs Ordinarii Subdelegatum primariò ad custodiendam Sanctimonialium Clausuram, licèt secundariò curam

gerat honorariam, & consultoriam in rebus temporalibus Monasterii; & ideò illius electionem spectare ad Episcopum, cui tantopere commendatur a Sac. Concilio Trident. *Sess. 25. c. 5. de Reg. & Monial.* vigilantia super Clausura Monialium etiam exemptarum: & cui datum est onus incumbendi sectæ administrationi Monasterior. Monialium etiam Regularibus subjectarum, ut in Const. S. M. Gregorii XV., quæ incipit, *Inscrutabili, in Bullar. & Cherub. To. 3. la 18. §. 5. vers. Sed & administrantes bona*: cum utramque facultatem possit Episcopus alteri subdelegare, ut latè probat *Ursaja Discept. Eccles. To. 6. Par. I. discept. 27. n. 21. & seq. & 26.*

Eamdemque suam potestatem defendit Emus Episcopus etiam vigore immemorabilis consuetudinis tum particularis hujus Monasterii S. Catharinæ, tum universalis omnium Monasterior. Viterbii, quæ decem sunt, præter unum Conservatorium Orphanarum, & quorum quatuor subsunt Regularibus, & inter hæc duo sunt sub cura Patrum Ord. Prædicatorum. In omnibus enim Deputatum ab Episcopo semper electum fuisse probat per tresdecim grandævos Testes Sacerdotali Charactere insignitos, qui deponunt de scientia propria ultra 10. annos, de auditu a Majoribus, de publica voce, & fama, & quod memoria non fuerit, nec sit in contrarium, juxta requisita Glossæ *in C. 1. verb. memoria de præscr. in 6.* Et his addit, præter alias probationes, publicum testimonium Magistratus Viterbiensis, totius Capituli Cathedralis, & Capitulorum aliarum trium Collegiatarum Civitatis, cum precibus eorumdem, ut sarta tecta serventur jura Episcopalia. Hisque consonant electiones Deputatorum anno 1722. a b. m. Episcopo Sermattei ad ejus arbitrium factæ, & in Actis registratæ, ac eorumdem amotiones ab Episcopo anno 1734. expletæ, ac religiosè a Monialibus admissæ. Parum referre putans defectum formalis examinis Testium, dum Causæ in Sac. Congregat one agendæ sunt in forma extrajudiciali, juxta *Const. 71. Innocentii XII. §. 1.*, de qua *Ursaja Discept. Eccl. To. 2. discept. 9. n. 54. ad 60.*

Nec immemorabilem enervari censet ex attestationibus producendis a Monialibus, quæ urbanam, & civilem propensionem Episcopi in eligendis personis benevisis Monialibus, earum precibus quandoque deferendo, trahere conantur ad sibi asserendum jus præelectionis, contra notata per *Ursajam d. discept. 27. Par. I. To. 6. n. 31. 32. & 62.* Dum si formalis Monialium præelectio præcessisset, de illa constare deberet ex libris resolutionum Capitularium Monasterii.

Eoque fortiùs contenditur, retinendam esse hanc longævam consuetudinem, ne, facultate eligendi, & amovendi Monialibus concessa, Deputati a fideliter proprio munere circa custodiam Monasterii, ejusque spiritualem, ac temporalem profectum exercendo, metu remotionis retrahantur. Sicut etiam inutilem prædicat amplitudinem Privilegiorum Ordinis, cum Moniales certi Monasterii sub illorum clipeo nequeant se subtrahere ab observantia ordinationum, & provisionum, quæ pro recto illarum regimine per immemorialem consuetudinem invaluerunt: minusque obesse resolutionem hujus S.Congregationis in d. Causa *Ferrarien. Jurisdictionis 28. Sept. 1754. ad 6. dub.* (a), quia ibidem concurrebat observantia favore Monialium, & agebatur de deputatione Ministrorum Monasterii. Placeat itaque EE. VV. definire:

An electio Deputati Monialium, de quibus agitur, spectet ad Episcopum; seu potiùs ad Priorissam, & Moniales, in casu &c.?

= Proposita Causa in supradicta die 10. Maji, = fuit ejus decisio, supplicantibus Monialibus, ad se= quentem Congregationem dilata. In sequenti au= tem Congregatione, habita die 7. Junii ejusd. An= ni, Eminentissimi PP. ad suprascriptum Dubium = responderunt:

Affirmativè ad primam partem; & Negative ad secundam. Et ad Mentem.

(a) Vid. supr. p. 146. B. Atque ob illud idem quo= que ipsius S. Congregationis Responsum in Fer= rarien. necesse omninò esse putavimus, exhibere = Causam hanc, ejusque decisionem, nequis videli= cet labatur errore, existimans, Responsum il= lud in Ferrariensi generalem regulam continere, ita= que immeritò dissidia, & contentiones excitarentur.

1760. 21. Jun. *Literæ P. Ministri Gen., quibus Familiæ utrique obitum nuntiat Reverendissimi P. Raphaelis a Lugagnano; atque meritissimo Ordinis Patri quàm citissimè parentetur, jubet.*

FR. CLEMENS A PANORMO

Lector Jubilatus, Catholicæ Majestatis in Regali Matritensi Congressu pro Immaculata Conceptione Theologus, ac totius Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis, Visitator, Reformator Apostolicus, & Servus

Dilectis nobis plurimùm in Domino omnibus, & singulis Fratribus, & Monialibus totius Nostri Ordinis tam Superioribus, quàm Subditis, curæ, ac jurisdictioni nostræ subjectis, Salutem, & Seraphicam Benedictionem.

GRavissimam, Fratres Dilectissimi, Nobis, & universo Ordini nostro cladem hoc luctuoso tempore illatam, de cujus recordatione recrudescet jugiter hærens animo vulnus, per hasce Encyclicas nostras, lacrymis potiùs, quàm verbis, pro debiti nostri ratione, etiam inviti Vobis significare conamur.

Occidit enim die 4. Mensis Julii in Hospitio nostro, quod est apud Balnea, ut inquiunt, Sancti Cassiani in Umbria, annum agens vitæ suæ sexagesimum sextum circiter, occidit sævissima morbi vi extinctum pulcherrimum totius nostræ Seraphicæ Familiæ ornamentum, firmissimum Justitiæ columen, & præsidium, scelerum vindex acerrimus, Bonorum patronus amantissimus, exemplar virtutum omnium, & nostris, Externisque a Deo propositum ad imitandum, atque, ut semel dicamus, Reverendissimus Pater Frater Raphael de Rubeis a Lugagnano Provinciæ nostræ Bononiensis Strictioris Observantiæ inclytus Alumnus, & Lector Emeritus, olim totius Ordinis Caput, idemque Cismontanæ Familiæ nostræ Ex-Commissarius Generalis, ac in Urbe promovendorum ad Ordines, & Confessiones Examinator Synodalis. Vos ipsi proinde, vix tristissimo hoc nuncio audito, statuetis, quàm iniquum, ac turpe sit lacrymas, heu nimis justas, in hoc tanto Religionis nostræ damno prohibere velle, cum vir tam singulari doctrina, prudentia, dexteritate, fortitudine, atque Zelo Seraphicæ Regulæ con-

conservandæ, augendæque præditus, fatis adeò immaturè concesserit. At ne egregia ejus decora omnia, Urbi, & Orbi compertissima, hic singillatim recensere volentibus conceptus Animo dolor eò recrudescat acerbiùs; propterea rem paucis conficimus, nihil aliud de optimo Præsule prædicaturi, quàm quod de eodem rectissimus ille virtutum æstimator, & cultor Benedictus XIV. P. M. in elegantissima Allocutione (a), olim habita ad Fratres Minores in Comitiis Generalibus anni 1750. , scitè pronunciavit = *Nullius incongruæ voluntati deservivit, sed vita, & moribus decoratus, tanto Ordine dignus inventus est* (S. Gregorius Mag. L. 3. Ep. 12. ad Anton. Subd. T. 2. Edit. Parisien. An. 1705. pag. 639.). Paucis videlicet Vir sapientissimus multa complexus, illud significare voluisse visus est, peculiari quodam Divinæ Providentiæ, & Sancti Patris nostri Francisci munere Caput Religionis fuisse constitutum, ut ejus vita, cunctis exornata virtutibus, norma veluti quædam suis Confratribus foret, ad quam eorumdem mores rectè informarentur.

Quod si tanta fuit, & tam eximia ejus meritorum erga Ordinem magnitudo, ipsum officium, ipsa pietas nos satis excitare debet, & accendere, ut officia justa, ac debita eidem solventes, felicissimam ejus Animæ requiem a Deo enixis precibus, & quàm citissimè postulemus. Ut igitur gratissimæ, ac æquissimæ erga hunc Antecessorem nostrum voluntatis monimenta exhibeamus, vigore præsentium mandamus, atque committimus, ut continuò in omnibus Conventibus pro ejus Anima integrum decantetur Officium, & Sacrum Solemne fieri curetur: dum interim quilibet Sacerdos unam celebrabit Missam; singuli verò Clerici recitabunt Officium Defunctorum, & Laici centies Orationem Dominicam cum Salutatione Angelica, totidemque Requiem æternam &c.; quod etiam a Monialibus exequi volumus. Sic etenim speramus, ut, relicto concreto hoc, & mortali corpore, citiùs nanciscatur liberum Cœlum, atque in illam sempiternam Domum triumphans, præmium accepturus de tot egregiis exantlatis laboribus, evolet. Reliquum est, ut de harum receptione Encyclicarum, deque illarum sollicita, ac completa executione Nos certiores quamprimùm faciatis. Interim valete; & pro nostra incolumitate Deum in Sacrificiis, & precationibus vestris peculiariter exorantes Seraphica Benedictione Vos prosequimur, & amantissimè amplectimur.

Datum Romæ ex Conventu nostro Aracœlitano duodecimo Kal. Augusti 1760.

Fr. Clemens de Panormo
Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Rmi in Christo Patris
Fr. Vincentius Scutari ex-Def. Gen.,
& Secretarius Gen. Ord.

= (a) Inserta ea legitur Actis ejusd. Capituli (apud = P. Perusin. Par. II. p. 430. B. & seqq.).

1760. 8. Aug. *Decretum*
S. Congregationis Episc. & Reg. in Causa nostratum Sinalongæ circa plures Ecclesiasticas Functiones.

IN Causa Pientina Functionum Ecclesiasticar., vertente inter Pro notorem Fiscalem Curiæ Episcopalis Pientiæ ex una, & Patres Conventus S. Bernardini Ordinis Minor. Reformator. Terræ Sinalongæ, partibus ex altera, proposita fuerunt infrascripta Dubia, videlicet =

1. An PP. Reformati Conventus S. Bernardini, siti extra mœnia Terræ Sinalongæ, teneantur intervenire Processionibus Litaniarum Major., & Rogationum?

2. An iidem PP. possint benedicere Mulieres post partum, easque ad purificationem admittere in eorum Ecclesiam?

3. An liceat dictis PP. extra propriam Ecclesiam permixtim cum Clero Seculari in Choro, Funeribus, aliisque Ecclesiasticis Functionibus incedere? Et quatenus affirmativè,

4. An teneantur induere Superpellicenm, seu Cottam?

5. An dicti Patres, concionantes tempore Expositionis SS. Sacramenti in Ecclesiis Secularibus, necnon benedicentes Domos, & Vineas, possint uti solo Habitu Religioso; seu potiùs debeant esse Cotta induti?

6. An iisd. Patribus pro obtinenda aliqua gratia, & in publicis necessitatibus ad instantiam Populi dictæ Terræ, vel aliorum, liceat Imaginem Deiparæ Virginis discooperire, & publicæ venerationi exponere in propria Ecclesia, eamque processionaliter circumferre, publicasque indicere, & recitare Preces, & Collectas absque licentia Episcopi?

7. An dictis PP. liceat celebrare Missam Votivam diebus in Rituali Romano exceptis?

8. An liceat Hæredibus Defunctorum effatos Religiosos ad Funeralia invitare & pro associatione Cadaverum, & pro celebrandis Missis? Et quatenus affirmativè,

9. An ad Episcopum pertineat Eleemosynam Funerum taxare; vel ad eosd. Hæredes illam in summa sibi benevisa contribuere?

10. An dicti PP., invitati ad celebrandum, & officiandum in Ecclesiis Secularibus, possint prætendere Eleemosynam ultra ratam servitii præstiti?

11. An, & quomodo dicti PP., nominati a Communitatibus ad concionandum, sint approbandi ab Episcopo?

12. An dicti PP., in Ecclesiis Ruralibus Missam celebrantes, & etiam in eis, in quibus vices funguntur Presbyterorum Secularium, teneantur recitare cum Populo rudimenta Doctrinæ Christianæ juxta disposita in Concilio Romano? in Casu &c. =

Sacra Congregatio EE. & RR. S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcopor., & Regular. præposita, referente Eminentissimo Columna de Sciarra Ponente, Partibus auditis, ac re maturè perpensa, ad suprascripta Dubia sequentem in modum respondit, nempe =

Ad 1. Affirmativè (a), & ampliùs Causam hujusmodi non proponi mandavit.

Ad 2. Negativè (b).

Ad 3. Quoad Chorum affirmativè, in reliquis negativè, & ampliùs &c.

Ad 4. Negativè, & ampliùs &c.

Ad

Ad 5. Negativè ad primam partem, affirmativè ad secundam, & ampliùs &c.

Ad 6. Quoad expositionem Imaginis publicæ venerationi, affirmativè; in reliquis negativè, extra tamen Clausuram, & ampliùs &c.

Ad 7. Negativè, & ampliùs &c.

Ad 8. Affirmativè, & ampliùs &c.

Ad 9. Negativè ad primam partem, affirmativè ad secundam.

Ad 10. Negativè, & ampliùs &c.

Ad 11. Affirmativè ad formam Constitutionis, *Superna*, Clementis X., & ampliùs &c.

Ad 12. Affirmativè (c), & ampliùs &c. = Romæ 8. Augusti 1760.

= (a) Vid. supr. ad d. 24. Januar. 1757.
= (b) Vid. etiam supr. ad 31. Mart. 1759.
= (c) Adi Benedictum XIV., & P. Ubaldum = Giraldi, hac de re agentes in locis supra citatis = (ad d 1. April. 1758. in Not.). Quodque item = pertinet ad reliqua Causæ capita; obvia sunt apud = Auctores Canonicos, & respectivè apud Liturgi= cos Decreta, quæ idipsum vel expressè, vel im= plicitè statuunt; præsertim apud laudatum S. M. = Benedictum XIV. in suis Institutionibus Ecclesia= sticis, & apud P.Joannem Michaelem Cavalieri in = Commentariis suis in Decreta authentica Sac. Rit. = Congregationis. Quorum Decretorum pleraque = allegantur a nostro P. Lucio Ferraris in sua Bi= bliotheca sub respectivis verbis.

1760. 10. Aug. B.Petri a Molleano *immemorabilis Cultus probatur*.

Decretum

Camerinen. Canonizationis

B. Petri a Molliano

Sacerdotis Professi Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia.

AD supplices instantias F. Josephi Amadei a Taurino Sacerdotis Professi Ordinis Minor. de Observantia S. Francisci, & Causarum Beatificationis, & Canonizationis Servorum Dei prædicti sui Ordinis Postulatoris, proposito in Sacror. Rit. Congregatione Ordinaria ab Eminentissimo & Reverendissimo Domino Card. Cavalchino Ponente Dubio = An Sententia lata a Reverendissimo Episcopo Camerinen. super Casu excepto a Decretis San. Mem. Urbani PP. VIII., sive super Cultu ab immemorabili tempore prædicto Beato exhibito, sit confirmanda in casu, & ad effectum, de quo agitur? = Sac. Congregatio, audito priùs R.P.D. Fidei Promotore, qui scripto, & voce suam sententiam exposuit, rescribendum censuit, Affirmativè, si Sanctissimo Domino Nostro videbitur. Die 9. Augusti 1760.

Factaque deinde per me Secretarium de prædictis eidem Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit. Die 18. ejusd. Mensis, & Anni 1760.

Loco ✠ Sigilli.

D. F. Card. Tamburinus Præfect.
J. M. de Lerma S. R. C. Secr.

= 1760. 1. Sept. = Prohibita fuerunt Decreto hu= jus diei Opera, quæ sequuntur. I. Caroli Chais = *Lettres historiques, & dogmatiques sur les Jubilés,* = *& les Indulgences, à l'occasion du Jubilé universel* = *celebré à Rome par Benoît XIV. l'an. 1750.*, *&* = *étendu à tout le Monde Catholique Romain en 1751.* = tom. 3. II. *L'Esprit de Jesus Christ sur la Toleran*= *ce, pour servir de reponse a plusieurs Ecrits de ces* = *tems sur la meme matière*. III. Francisci Lobon de = Salazar *Historia del famoso Predicador Fray Gerundio* = *de Campazas, alias Zotes*. IV. Abrahami Wieling = *Apologeticus; Accedit Valentini Ja. Blondeel Disserta*= *tio Academica de Legibus*.

1760. 13. Sept. *Sancitur, ut Prominist[r]is omnibus, & Custodibus Capituli Murcien., etiam si suffragium in eo non tulerint ex impedimentis legitimis, Præcedentia proximè post Diffinitores, pridem illis concessa, omnimodè tribuatur, oppositione qualibet, ac tergiversatione postposita*.

IN Comitiis nostris Generalibus Anni 1756. in Civitate Murciæ nuperrimè celebratis, inter alia, quæ ad rectum, justumque Ordinis nostri regimen sancita fuerunt, Statutum emanavit in favorem PP. Pro-Ministrorum Provincialium, & Custodum, tam Observantium, quàm Reformatorum, qui in eisdem Comitiis suffragati fuerant, quatenus ob toleratos ex tam longo itinere labores præcedentia in posterum ipsis deberetur in respectivis Provinciis immediatè post Diffinitores actuales, dummodò tamen iidem Pro-Ministri, & Custodes in eorum electionibus conditiones habuissent, quæ pro hujusmodi Officiis a Generalibus Ordinis Constitutionibus requiruntur. Postmodum verò ex speciali gratia fel. rec. Benedicti PP. XIV. eadem præcedentia post Diffinitores actuales immediatè illis etiam Pro-Ministris, & Custodibus attributa fuit, qui vel conditionibus, a memoratis Ordinis Constitutionibus requisitis, non pollerent, vel ad accessum præfati Capituli Generalis Murciensis aliunde parati, justis tamen, gravibusque de causis impediti, ad suffragandum in eo aut revera non venerunt, aut etiam opportuno tempore non adfuerunt: Unde & Decretum nostrum (a) interposuimus sub die 1. Augusti 1757, in quo eamdem præcedentiam immediatè post Definitores actuales competere declaravimus omnibus, & singulis hujusmodi Pro-Ministris, & Custodibus, tam iis, qui conditiones haberent ab Ordinis Constitutionibus requisitas, quàm aliis, qui prædictis conditionibus destituti forent, aut etiam qui justis de causis impediti, ad suffragandum in eodemmet Capitulo Generali non accesserunt, vel post accessum ad idem ferendum suffragium adesse opportunè non potuerunt; quemadmodum videre est in Tabula Capituli Generalis Murciensis, publicis typis impressa pag. 52. 53. & seq.

Cum verò post Statutum (b), Apostolicam gratiam, & Decretum nostrum hujusmodi, variæ ad Nos querelæ, ac recursus ex parte præfatorum Pro-Ministrorum, & Custodum delatæ fuerint, in quibus idem Murciense Statutum, Apostolicam gratiam, Decretumque nostrum retardari, seseque ab immediata post Diffinitores actuales præcedentia impediri exponebatur; Nos propterea hac in re maturiùs procedere volentes, integram hujusce rei seriem duximus deferendam ad PP. Discretorii Generalis in hac Alma Urbe commorantes, quos propter alia etiam Ordinis negotia in præsentia nostra congregavimus sub die

die 19. Maji currentis Anni 1760.; quique interfuerunt, prout sequitur: Reverendissimus nempe, ac bon. mem. P. Raphael a Lugagnano Discretus Ordinis perpetuus, RR. AA. PP. Anacletus de Roma Procurator Generalis Ordinis, Joseph Torrubia Commissarius Generalis Curiæ, Carolus de Gollcone Procurator Generalis Reformatorum, Benedictus de la Serpa Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum, necnon Philippus de Podiomyrteto Definitor Generalis: atque ii omnes unanimi consensu tam Murciense Statutum, quàm Apostolicam memoratam gratiam, ac Decretum nostrum ad favorem Pro-Ministrorum, ac Custodum, quorum supra meminimus, omnimodæ executioni demandanda esse consuluerunt.

Hinc est, quod Nos, præter alias rationes animum nostrum ad hoc specialiter moventes, præmissorum quoque Patrum Discretorii Generalis consilio, ac voto inhærendo, volumus, decernimus, harumque nostrarum litterarum vigore declaramus, quod, quacumque oppositione, vel tergiversatione postposita, omnibus, ac singulis Pro-Ministris, ac Custodibus, tam Observantium, quàm Reformatorum, qui in Murciensi Capitulo Generali suffragati sunt, etiam si conditiones a Generalibus Ordinis Constitutionibus requisitas non habuerint, vel qui, infirmitatibus, itineris difficultatibus, aliisque consimilibus legitimis, justisque causis præpedientibus, ad idem Generale Capitulum non accesserunt, aut etiamsi accesserint, ad suffragandum tamen opportuno tempore adesse nequiverunt, præcedentia immediatè post Definitores actuales in propria ipsorum Provincia absolutè attribuatur; nullique Patrum, vel Fratrum Nobis subjectorum, cujuscumque gradus, status, ac conditionis existant, liceat imposterum sub quovis emendicato prætextu, ac quæsito colore efficere, ne Pro-Ministri, & Custodes, de quibus supra, locum immediatè post Definitores actuales obtineant, talique præcedentia supra cæteros gaudeant, sub pœnis contra inobedientes in Apostolicis Sanctionibus, ac in Generalibus Ordinis Constitutionibus præscriptis, aliisque etiam nostro arbitrio præscribendis. Atque ita volumus, decernimus, & declaramus, non obstantibus &c.

Dat. Romæ ex Aracœli die 13. Septembr. 1760.

Fr. Clemens de Panormo Minister Gen.

Loco ✠ Sigilli.

Fr. Vincentius Scutari ex-Def. Gen.,
& Secr. Gen. Ord. de mandato.

= (a) Vid. supr. ad d. 25. *Jul.* & 1. *Aug.* 1757.

= (b) Statutum nempe Generalis Capituli Murciensis, initio Decreti hujus laudatum.

1760. 17. Sept. *Functiones sacræ piè, decorè, & secundùm probatos Ritus celebrandæ, nec ultra præscriptas ab Ecclesia Horas protrahendæ sunt.*

Antonio Maria del Titolo di S. Marcello della S.R.C. Prete Card. Erba Odescalco della Santità di N.S. Vicario Generale.

POichè in molte Chiese di Roma si è introdotto l'abuso di celebrarsi le Sagre Funzioni oltre le Ore assegnate da' Sagri Canoni, e dalle comuni Rubriche, locchè non solo porta seco un'aperta contravenzione alle Leggi dalla Chiesa stabilite, ma è bene spesso cagione di gravissimi inconvenienti; Quindi è, che, inerendo agli Editti del nostro Tribunale altre volte promulgati, ed in esecuzione del comando fattoci dalla Santità di N. S. coll' Oracolo della sua viva voce, ordiniamo a tutti li RR. Superiori delle Chiese, e pubblici Oratorj di Roma (a), e suo Distretto, tanto Secolari, quanto Regolari, ed anche Patriarcali, che debbano celebrare li Divini Officj colla dovuta divozione, e decoro Ecclesiastico, secondo gli approvati Sagri Riti (b), ed alle Ore prescritte da' Sagri Canoni, e dalle Rubriche (c) in modo che non sia lecito di prolungare le Messe cantate, neppure in occasione di qualunque Solennità (d), ancorchè propria di ciascheduna Chiesa, oltre le Ore assegnate, come sopra, e specialmente i Vespri, e le Compiete oltre il tramontar del Sole; volendo, che alle Ore 24. sieno onninamente terminati tutti li Divini Officj, ed ogni altra Sagra Funzione, sotto pena di Scudi 25. per ciascheduna volta, ed in ciascheduno de' sopradetti Casi, da applicarsi a Luoghi Pii; ed in oltre, in quanto alli Superiori Regolari, sotto pena della privazione della Voce attiva, e passiva, ed alli Sagrestani della privazione dell'Officio, ed altre a nostro arbitrio. E perchè non rare volte il maggior disordine procede dalli Maestri di Cappella, nuovamente ingiugniamo alli medesimi l'osservanza della Costituzione (e) della San. Mem. di Alessandro VII. sopra le Musiche, e dell'Editto (f) pubblicato dalla Sagra Visita Apostolica sotto li 30. Luglio 1665., ed espressamente comandiamo sotto le pene contenute nel detto Editto, ed altre a nostro arbitrio, che debbano regolare le Musiche, in modo che, per quanto a loro appartiene, sì le Messe cantate, che li Vespri, Compiete &c. sieno in ogni conto terminate alle Ore sopradette. Dato in Roma li 17. Settembre 1760.

A. M. Card. Vicario.
Gaspero Arciprete Ori Segret.

= (a) Quanquam in hoc Edicto de Urbe Roma, ipsiusque Districtu sermo est; tamen quod monuimus ad 30. Jun. 1759., monemus etiam hic, recolenda scilicet ea esse, quæ alibi animadvertimus (ad 6. Sept. 1758. §. *Addimus*, & sequentib.). Maximè cum in hoc Edicto aliud nihil agatur, nisi ut observentur illa, quæ nominatim, & expressè per Missalis Rubricas, & Sacros Canones imperantur.

= (b) Inculcantur hæc ipsa, post alios multos Ecclesiæ Canones, & Decreta, a S. M. Benedicto XIII. in Concilio Roman. An. 1725. (Tit. XV. C. 1., apud Labbè Concilior. Tn. xxi. p. 1874.).

= (c) Vid. Rubr. Gen. Missal. Tit. XV.

= (d) Legenda est Epistola jussu S. M. Clementis XII. die 2. Mart. 1737. perscripta ad Eminentissimum Lambertini tunc Bononien. Archiepiscopum, postea Pontificem Maximum Benedictum XIV. (apud Ferrar. v. *Missæ Sacr.* ar. 5. n. 7.). Legendum quoque Edictum ab eodem Archiepiscopo ex præscripto Pontificiæ illius Epistolæ promulgatum die 18. Maji ejusdem Anni: quod extat inter alia ipsius Edicta (To. 4. Notif. 1.); ac latinè redditum cum Edictis ceteris habetur inter Ecclesiasticas Benedicti ejusdem Institutiones.

= (e) Hanc præcesserat Extravagans, *Docta*, de vit. & honest. Cler., condita a Joanne XXII. pro refor-

= reformatione Mucicæ in Ecclesiie Urbie ; cui Ex-
= travaganti concinit Conetitutio hæc ab Alexandro
= VII. edita circa Musicam pariter in iisd. Urbis Ec-
= elesiis. Vid. tamen supr. Not. *a*.

= (*f*) Edictum hnc prumulgatum fuit a Sac. Con-
= gregatione Visitationis Apostolicæ cuper observan-
= tia ante dictæ Constitutionis Alexandri Pontificis,
= tunc sedentis, *con l' Oracolo* (ut in Edicti ipsius
= principio dicitur) *della viva voce della Santità*
= *Sua*. Refertur Edictum istud ad verbum a P. Ca-
= talano (in Cæremonial. Episc. Par. I. C. 28. §.
= 11., in Not. ad N. 12.). Idemque Edictum
= cum Extravagante laudata Joannis XXII. innova-
= tum fuit ab immortalie memoriæ Pontifice Bene-
= dicto XIII. in memorat. Concilio Romano (eod.
= Tit. XV. C. 6., apud Labbè cit. To. XXI. p.
= 1875.).

1760. 23. Sept. *Decernitur, servandam esse in Alma Obs. Provincia Angelorum præstitutam Alternativam, Indultis non obstantibus quibuscomque.*

SAcra Congregatio, Emorum, & Rmorum S.R.E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcopor., & Regular. præposita, attenta relatione P. Commissarii Gen. Curiæ, censuit rescribendum (*a*), prout præsentis Decreti vigore rescripsit, ac decrevit = Servetur omninò Alternativa juxta Brevium (*b*) S. M. Benedicti XIV. dispositiones, quibuscumque Indultis in contrarium non obstantibus. = Romæ 23. Septembr. 1760.

= (*a*) Supplici nempe Libello, ipsi Sac. Congñi
= oblato nomine *Religiosorum zelantum Provinciæ An-*
= *gelorum in Andalusia*.

= (*b*) Brevia hæc protulimus supra ad d. 22. Au-
= gust. 1757., & 8. April. 1758.

1760. 26. Sept. *Revocatur suspensio Confessariorum in duabus Ecclesiis nostris Urbis Tropiæ, ab Rmo Episcopo Tropiensi indicta.*

TRopea al Vescovo. = Essendo comparsa non poco strepitosa (*a*) alla Sac. Congregazione la sospensione da Lei ordinata dei Confessori delle Chiese della SS. Annunziata, e di S. Sergio dei Religiosi Min. Osserv. Riformati di S. Francesco; Questi Emi Signori sono stati di sentimento di rivocarla. Ma affinchè non rimanghino lese le sue convenianze colla promulgazione di un ordine positivo, anno preso l' espediente di partecipare a V. S. per mezzo di questa Lettera i loro sensi; onde, prevalendosi Ella dell' avviso, abbia tutto il campo di provvedere in quel modo, che crederà più confacevole per fare in maniera, che nelle mentovate Chiese vi sia per comodo spirituale de' Fedeli il solito numero di idonei Confessori; senza che apparisca, non essersi dalla medesima S. C. approvata la precedente sospensione. Così dunque sarà contenta eseguire, e Dio &c. = Roma 26. Settembre 1760.

= (*a*) Discussa fuit Causa hæc in plena Congre-
= gatione Emorum Patrum præpositorum negotiis
= Episcoporum, & Regularium, Ponente Emo Co-
= lumna de Sciarra; quemadmodum apparet ex Re-
= gesto altero Rescriptorum ejusd. S. C., in quo
= sub ea die 26. Septembris legitur = *Ott. Riss. di*
= *Tropea. Scribatur juxta instructionem Emi Ponentis.*
= *Referente Emo Columna de Sciarra Ponente* =.

1760. 3. Oct. *Mandat Sacra ead. Congregatio Episc., & Reg., admonendum Visitatorem quemdam, non debuisse ipsum in Causa putatæ violationis Bullæ Innocentianæ de celebrat. Missar. Recusationem sui, velut suspecti Judicis, admittere.*

ESsendosi osservato ciò, che il P. *N. N.* Commissario Visitatore della Provincia *N.* à rappresentato con sua lettera delli 24. dello scaduto Settembre in ordine alla Causa della supposta trasgressione della Costituzione Innocenziana = *Nuper de Celebratione Missarum* = nel Convento di *N.*; Questi Emi miei Signori anno commesso a V. P. Rma (*a*) di dover avvisare il medesimo P. Commissario, che non doveva egli ammettere (*b*) la ricusa, o allegazione di sospetto del P. Guardiano di *N.* inquisito, ma dovea procedere come di ragione. Tuttavia avendo Ella avvisato, essere prossima la celebrazione del Capitolo Provinciale, e che per evitare ogni perturbazione, e discordia, che potrebbe nascere tra' Vocali, stima di potersi ammettere al voto in Capitolo l'accennato P. Guardiano di *N.* per non essere ancora ultimata la di lui Causa; l' Eminenze Loro si contentano (*c*) a questo riflesso, che lei dia ordine allo stesso P. Commissario di ammetterlo a suffragare nel prossimo Capitolo, e dopo che sarà questo finito, proceda come sarà di ragione nella Causa, di cui si tratta (*d*).

Il Segretario della medesima Sacra Congregazione glielo significa, e le rassegna la sua distinta stima. = Di Casa 3. Ottobre 1760.

= (*a*) Scilicet P. Procuratori Gen. illius Familiæ Re-
= gularis, in qua res contigit.

= (*b*) Nam Recusationi nullus est locus in delicto
= notorio, cui certa, ac determinata pœna ab Lege
= sancita est, quodque simul delictum est facti perma-
= nentis. Tunc siquidem Reum, vel Inquisitum Judex
= gravare non potest nec in delicto probando, nec in
= pœna infligenda. Contrà verò ut Reus, vel Inqui-
= situs recusare Judicem possit; necesse omninò est
= (ultra causæ certitudinem tum in Jure, tum in
= facto), ut moralem ipse certitudinem habeat de
= gravamine sibi per eum Judicem inferendo.
= Adeundus Amenus (Pract. Crim. Tit. 3. n. 129.,
= ac Tit. 2. n. 55. & seq.).

= Jam verò delicta contra Bullam Innocentii XII.
= de celebratione Missarum tum habent in eadem
= Bulla constitutas nominatim pœnas; tum esse so-
= lent in Superiore locali delicta notoria facti per-
= manentis, perspicua videlicet, & evidentia per vi-
= sum, & repertum ex Missarum Libris. Ac tale
= nimirum esse delictum, de quo erat Guardianus
= ille inquisitus, credibile est compertum fuisse
= Sacræ Congregationi ex P. Visitatoris Literis,
= de quibus initio Epistolii, quod supra retulimus,
= mentio fit; & hac de caussa fuisse ab iisdem
= Eminentissimis Patribus reprehensum Visitatoris
= factum, qui, in Causa istiusmodi, sui Recusatio-
= nem admiserat. Quæ idcircò notavimus, ne Ju-
= dices nostri, sive Ordinarii, sive Delegati, dum
= agitur de delictis talibus, qualia principio dixi-
= mus, in eamdem meritam reprehensionem in-
= currant.

= (*c*) Non

= (c) Non de Jure admittendum dicunt, sed concedunt, ut admittatur; & ex consequenti declarant, quod de Jure debuisset excludi. Ac sane tametsi ex Decreto Visitationis, & Reformationis Apostolicæ 14. Oct. 1601. (quod fuit 27. Maji 1616. Auctoritate Pontificia innovatum) Privatio alterutrius Vocis Vocales non afficiat, nisi irrogetur a Superioribus Ordinis per Sententiam, eamque latam, & intimatam Vocali Mense uno ante Electionem; tamen hoc locum utique habet, quando per Mensem ante Electionem, ex facto Superiorum ipsorum, Causa terminata non est; minimè verò, quando ex facto ipsius Rei, vel Inquisiti terminari non potuit.

= Nam sicut siquis Vocalium, citato Capitulo, vel in Capitulo ipso ante Electiones, grave crimen admittat; & inchoatus super eo crimine a Superiore Processus, ob temporis angustiam absolvi, prout de Jure, non possit; potest Vocalis ille, ac debet suspendi, & a Capitulo excludi, si ejus fama sit nimis gravata, juxta doctrinam, quam tradunt Silvester (v. Electio §. 1. n. 3.), Sanctorus (Pœnal. C. 15. qu. 10. vers. *Tandem dico*), & Lantusca (Theatr. Reg. v. *Causa* n. 4. & 5.): ita id ipsum sentiendum est in casu, de quo loquimur, in quo nempe (ut intelligitur ex Epistolio, quod commentamur) ob Recusationem Judicis ab Inquisito injustè interpositam, & a Judice ex errore admissam, Causa, in tempore incepta, & actitata, ante Capituli celebrationem ad exitum perduci non potuit. Nam quæ P. Armenus disputat (Pract. Crim. Tit.12. n.21. & sequentib.); ea ad rem præsentem non faciunt. Etenim in hoc casu diverso, de quo hic agitur, aliisque id generis, jam Vocalis est subjectus Processui, qui ex facto ipsius Vocalis terminari non potest: jamque idem laborat infamia, cujus ratione ab utraque Voce excluditur: quæ deinde infamia, si forsitan injusta sit, per definitivam Sententiam reparabitur.

= Matthæuccius autem (Offic. Cur. C. 18. n. 50.), Lucius Ferraris (v. Electio ar. 4. n. 94.), & Ubaldus Giraldi (Jur. Pont. noviss. Par. II. sect. 161. in Append., resp. ad Dub. XVI.), dum in casu quolibet huic nostro simili summariam processuram, & Sententiam exigunt; id planè exigunt, quod faciendum utique est, si per tempus, quod usque ad Electiones superest, fieri possit ritè, servatis videlicet substantialibus Juris. At si hoc non patiuntur angustiæ temporis; potiùs est pro ea vice excludendus Vocalis, & post Electiones prosequenda ad Juris tramites Causa; quàm, non concesso competenti termino, ut se Reus defendat, vel alia substantiali parte Judicii non servata, sit præcipitanda Sententia, maximè Privationis perpetuæ utriusque Vocis, aliarumque gravissimarum pœnarum, quales irrogantur in Bulla Innocentiana contra non servantes ea, quæ in Missarum negotio per Bullam ipsam præscripta sunt. Denique indistinctæ illi Matthæuccii, aliorumque prædictorum sententiæ locus ampliùs non est, posteaquam ante dicta agendi ratio, quam Lantusca cum aliis tradit, auctoritate S. Congregationis in relato ipsius Epistolio probata est; ac nihil quidem contradicente aut Decreto illo Sac. Congregationis Visitationis Apostolicæ, cui contraria supradicta opinio innitebatur, aut etiam Jure communi, quin etiam isto potiùs suffragante.

= Siquidem Decretum illud Visitationis Apostolicæ fundatur in ipso Jure communi, in eo videlicet, quod ex Jure communi Sententiæ Privationis, vel Inhabilitatis, latæ imminente Capitulo, præsumuntur latæ in fraudem electionis, quæ prævidetur futura (Pignatell. To. 10. cons. 18. n.10.; Pellizz. Man. Reg. Tr. 9. c. 2. sect. 2. n. 8.). Quare Decreti illius præscriptio, utpote fundata in præsumptione facti, fraudis nempe Superiorum, locum consequenter non habet in casu nostro, aliisque similibus, in quibus nulla reapse intercedit Superiorum fraus. Quandoquidem obligatio Legis, quæ in *facti* præsumptione fundatur, cessante veritate ipsius facti, & consequenter cessante fundamento, & materia ejusdem Legis, cessat & ipsa (Bald., Jason, Panormit., Jo. Andr., & alii apud Felinum in C. 1. de const. n. 3. & 40.).

= Sed etsi illud Visitationis Decretum fundaretur non in præsumptione *facti*, sed in præsumptione *periculi* ejusdem facti; tamen Lex quoque hujusmodi (Suarez cum aliis de Leg. Lib. 6. c. 7. n. 3. & seqq.) non obligat in iis casibus, in quibus si obligaret, bono publico gravia afferret incommoda, ideoque non esset Lex prudens, rationabilis, justa; qualis ex sui natura, & definitione esse Lex debet. Tale verò esset Decretum illud, si Sententiam omninò requireret, insuperque latam per Mensem ante Electiones, in casibus quibuscumque. Ex eo siquidem sequeretur, quod si Eligendorum, vel Electorum quispiam in limine Capituli aliquem vulneraret, mutilaret, occideret; si Sacrilegii crimine se obstringeret; si subornationes, simonias, aliaque istiusmodi publicè etiam admitteret; neque tempus suppeteret, ut supra, procedendi; nihilominus ille ab Electione excludi non posset.

= Non favet igitur Decretum Visitationis Apostolicæ generali illi, & indistinctæ P. Augustini Matthæuccii, aliorumque opinioni.

= Jus porrò commune, cui Decretum idem innititur, non modò non favet opinioni ipsi, ut vidimus, sed immò potiùs adversatur. *Valde grave est* (sic est in C. *Omnipotens* 4. de accusat.), *ut vir, de quo tanta, & talia nuntiantur, cum ante requiri, & discuti debeant, honoretur*. Ubi Glossa (in v. *nuntiantur*), *Cum aliquis*, inquit, *accusatur, aut denunciatur, vel etiam inquiritur, gravata est statim ejus opinio, ut interim non debeat promoveri* (accedente nimirum, ut P. Lantusca cum aliis supra docet, semiplena saltim delicti probatione; cum secùs posset aliquis ex malignitate accusari, vel denunciari ob eam ipsam causam, ne promoveretur).

= Quanquam verò factum, de quo in eo Cap. *Omnipotens* sermo est, versabatur circa promotionem, id est circa Electionem passivam; tamen ipsius Capitis ratio, ideoque Caput ipsum valet pariter in Electione activa. Nam activum quoque Suffragium honor est. *Honor* quippe in Jure *est prærogativa quædam ex vitæ, morumque probitate, quandoque ex fortuna causata, qua quis a vilibus personis, simplicibusque plebejis distinguitur* (apud Jo. Calvinum Lexic. Juridic. v. *Honor*, post init.). Tale autem, ut patet, Jus activi Suffragii est. Eoque magis tale est in Sacra Religione nostra Jus suffragandi in Superiorum Electione; quippequod iis tantum Officialibus tributum est, qui Dignitatem, & Jurisdictionem habent (Armen. de Delict. & Pœn. Tit. 5. §. 8. n. 43. ad calc.).

= Adhæc ex eod. Jure communi, ob eamdem

= sationem prædictam, *quia* nempe, *cùm aliquis accusatus est de crimine* (vel denunciatus, aut inquisitus), *statim gravata est ejus opinio; non potest* idem accusatus, denunciatus, vel inquisitus, *in criminibus ad testimonium* ferendum *admitti*: sicuti ex Cap. *Non debet* (ultimo de testib. & attestat.) ait Glossa in idem Caput (in v. *pendente accusatione*). Rationem subjicit, inquiens: *Quia Testes sine omni suspicione, & infamia esse debent*, tum videlicet, quòd admitti ad ferendum testimonium *honor* est (Gloss. ead. ibid. sub fin.); tum quoque ut illius testificatio veridica, & incorrupta haberi possit, nec ejus improbitas integritati Judicii detrimento sit. Ac licèt eadem Glossa subjungat, *secus esse in civili Causa, quia tunc, non obstante accusatione, videtur, quod interim possit admitti in Testem*; tamen addit: *Et est verum, si sit emendatus de crimine, & eum non comitetur infamia*.

= Ergo si accusatus &c. a testificando repellitur; multo magis a ferendo Suffragio. Quid enim Suffragium est in Superiorum electione, nisi testificatio, quod is, quem ipse Vocalis nominat, sit & a probitate morum, & a sufficienti doctrina præ aliis dignior, cui regimen, & observantiæ, disciplinæque Regularis cura, & custodia committatur? Quod proculdubio testimonium longè gravius, majorisque momenti est, quàm testimonium pro, vel contra Reum. Ut propterea si a testimonio isto repellituris, qui laborat infamis; potiori jure a testimonio illo sit repellendus vi Juris communis.

= Ex his igitur omnibus intelligitur, cur Sacra Congregatio censuerit, quod Guardianus ille de Jure a suffragando debuisset excludi, nisi publica Provinciæ per Emis Patribus indulgentiam suasisset.

= (*d*) Petiit postea, impetravitque Guardianus idem *in Audientia Sanctissimi, habita a D. Secretario eimd. S. Congñis Ep. & Reg. sub die 27. Apr. 1761.*, Rescriptum (quod legitur in eod. S. Congregationis Ragesto, unde suprascriptum Epistolium sumpsimus), quo *Sanctitas Sua, attenta relatione P. Procuratoris Gen., benignè ..committit P. Ministro Prov., ut eum omnibus facultatib. necessariis, & opportunis..., Oratorem a Censuris, & pœnis, juxta Constitutionem* = Nuper de celebrat. Missar. = *incursis, pro suo arbitrio, & conscientia absolvat, & cum eo super Irregularitate contracta dispenset, quin ab eod. Provinciali deveniatur ad prolationem Sententiæ; suspenso tamen Oratore pro nunc a voce activa, & passiva*. = Deinde verò, alio supplici Libello per Guardianum eumdem porrecto, Sanctitas Sua in Audientia diei 3. Jul. ejusd. An. 1761. *benignè annuit pro rehabilitatione ad vocem activam, & passivam*.

1760. 8. Nov. *Confirmatur*

Electis MAGNÆ DEI GENITRICIS *sub* IMMACULATÆ *suæ* CONCEPTIONIS *Mysterio in Principem Universalem Patronam Ditionum omnium tum Hispaniarum, tum Indiarum, subjectarum Serenissimo Regi Catholico: idemque proinde Mysterium in Ditionibus ipsis ab utroque Clero universo in Die festo, ac per Octavam, & infra Annum, cum prærogativis omnibus, quæ Patronis hujusmodi per Ecclesiæ Leges competunt, colendum præcipitur; Plenaria quoque Indulgentia in eodem Die festo concessa.*

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

QUantum ornamenti, ac præsidii semper Regnis accesserit ex insigni pietate erga Deum, ac Beatissimæ Virginis MARIÆ veneratione, ex quibus cœlestes omnes benedictiones promanant, optimè intelligentes, ideoque præcipuo Officii nostri muneri satisfacturi, quo Christiani Orbis spirituali, ac temporali bono prospicere debemus, Gentibus illis paterna charitate obsecundare non renuimus, quæ inclytæ Cœlorum Reginæ auxilium, opemque implorant; cujus Cultus ut in dies magis magisque augeatur, par, æquumque est Apostolica Auctoritate providere. Proinde libentissimè piis complenda censemus vota Populorum, qui eamdem B. Virginem sub speciali titulo in Hispaniarum Regnis venerari exoptant, idque potissimùm expetente pio, religioso, & de Romana Ecclesia optimè merito Rege Catholico, qui amplissimas suas Ditiones tum florentissimas undequaque reddere, tum maximè supremo, ac cœlesti patrocinio roborare quotidie summo studio contendit.

Nuper siquidem Nobis, Regio Nomine charissimi in Christo Filii nostri CAROLI Hispaniarum Regis Catholici, dilectus Filius Emmanuel de Roda, dicti CAROLI Regis Consiliarius, & modo apud Nos negotiorum ejusdem Catholici Regis Minister, supplicem porrexit Libellum tenoris sequentis, videlicet:

„ Bme Pater = Universi Hispaniarum Regnorum Delegati, totam Hispaniam Ditionem repræsentantes, in Comitiis habitis 16. Kalend. Augusti hujus anni (*a*), Serenissimo Regi Catholico retulerunt de perpetua, atque insita omnibus, qui Hispano nomine censentur, pietate, ac religione erga SS. Dei Genitricem Angelorum Reginam Virginem MARIAM, præsertim in ejus Immaculatæ Conceptionis Mysterio (*b*); illudque sanctissimè servari in quovis sive Militari Ordine, sive Studiorum Universitate, seu Civitatum Senatu, Collegio, Sodalitio, aut quocumque alio legitimo Corpore (vix autem est quisquam ex Regi Catholico subjectis, qui in aliquem ejusmodi Cœtum non sit adscriptus), ut quisquis, in Cœtum, aut Ordinem hujusmodi cooptatus, primùm se Sacramento, ex formula concepto, obstringere debeat (*c*) de tenendo, ac studiosè, & pro viribus defendendo Immaculatæ Conceptionis Mysterio; cui Sacramento se se Rex ipse Catholicus, ac Universi Hispaniarum Regnorum Delegati similiter obstrinxerunt in Conventu habito anno 1621., Festumque cum Octava, juxta Ecclesiæ Romanæ ri-

„ tum

„ tum, impensa publica quotannis, celebrandum per-
„ petuò decreverunt; quod ad hanc usque diem re-
„ ligiosissimè observatur, ita ut effuso huic Hispa-
„ norum Cultui erga Deiparam Virginem, ejusque
„ Purissimam, & Immaculatam Conceptionem me-
„ ritò tribuantur (d) & felicitas publica, qua Hispa-
„ niarum Regna fruuntur, & Fidei, atque Religio-
„ nis puritas, quæ in iisdem viget, quamplurima
„ denique beneficia, quibus a Divina Providentia
„ donantur in dies.
„ Quoniam autem mirus est Regnorum consen-
„ sus cum ipso Rege Catholico, æmulante illu-
„ strium Prædecessorum (e) exempla in hoc pio stu-
„ dio colendi Immaculatæ Conceptionis Mysterium;
„ propterea ab eadem Sacra Majestate Catholica sup-
„ plices petierunt, ut in specialem Regnorum o-
„ mnium, ac Ditionum Hispaniæ, & Indiarum Pa-
„ tronam, & Advocatam, excelsam hanc Cœli,
„ Terræque Dominam, in Sacro ejus Immaculatæ
„ Conceptionis Mysterio assumere, atque admitti
„ vellet, cum eo Cultu, & precum recitatione, quæ
„ Sanctorum Patronatui conveniunt, juxta Ecclesiæ
„ Romanæ ritum, sine tamen præjudicio, aut de-
„ trimento Cultus S.Jacobo Apostolo, primævo Hi-
„ spaniarum Patrono, præstandi, cum ei nolint,
„ nec valeat honoris quidquam detrahi, aut immi-
„ nui ob novum hoc obsequium, Apostolorum,
„ Angelorum, totiusque Aulæ Cœlestis Reginæ de-
„ ferendum.
„ Cum autem Rex Catholicus libentissimo ani-
„ mo enixas Delegatorum, adeoque totius Hispa-
„ niæ Regnorum preces exceperit; Emmanuel de
„ Roda, nunc penes Sanctitatem Vestram ejusdem
„ Regis Catholici Minister; ejusque Regio Nomine,
„ ac Mandato, S. V. orat, ut ratum, sanctumque
„ habeat, atque Auctoritate Apostolica approbare,
„ & confirmare dignetur ejusdem Patronatum SS.
„ Virginis MARIÆ in ejus Sacro Immaculatæ Con-
„ ceptionis Mysterio, cum precum recitatione, &
„ Cultu congruentibus. Atque ut probè intelligan-
„ tur, quæ in hanc rem, ut præfertur, gesta sunt;
„ authenticas attestationes Actorum in dictis gene-
„ ralibus Comitiis, quo decet obsequio, exhibet.
„ Et pro gratia &c.

Cumque simul Nobis obtulerit ipsius Regis Epistolam, datam Sancti Ildephonsi die 28. Augusti proximè elapsi, Nobisque directam, qua gesta hac de re in præhabitis Comitiis Nobis repræsentans, ut ejus votis annueremus, humiliter supplicat:

Nos eximiam, & undique perspectam dicti CAROLI Regis religionem summopere commendantes, ac subjectorum ipsi Populorum pietatem, & devotionem hujusmodi, Prædecessorum nostrorum exemplo, tueri volentes, illius voluntati eò impensiùs obsecundare studemus, quò Auctoritas nostra spirituali, & temporali dictorum Regnorum, et Dominiorum utilitati noscitur profutura: firmamque spem, & fiduciam habentes, eamdem Beatissimam Virginem Dei Genitricem MARIAM gratum habituram in Cœlis, quod Unigeniti ejus Filii Domini Nostri Auctoritate, Nobis licèt immeritò tradita, gerimus in Terris; Ipsam in prædicto Mysterio colendam uti præcipuam Universalem Patronam dictorum Regnorum, & Dominiorum, juxta preces in præinserto supplici Libello expositas, decernimus; & electionem, ut præfertur, factam Apostolica Auctoritate harum serie confirmamus, & approbamus.

Ejusdem propterea Mysterii Festum in dictis Regnis, & Dominiis per universum Clerum, tam Sæcularem, quàm Regularem, & quomodolibet exemptum, sub ritu duplici primæ Classis cum Octava celebrari, cum prærogativis omnibus hujusmodi Patronorum Festis competentibus, & a Sede Apostolica approbatis, juxta tamen Rubricas Breviarii, & Missalis Romani, & sine imminutione (f) aliqua Cultus, in dictis Regnis, & Dominiis S.Jacobo Apostolo, etiam illorum Patrono, præstari soliti, ac salva in omnibus observantia Constitutionum (g) Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, præsertim fel. rec. Pauli V. ann. 1617., Gregorii XV. ann. 1622., & Alexandri VII. ann. 1661., super ejusdem Mysterii veneratione editarum, quarum tenorem per præsentes innovare intendimus, dicta Apostolica Auctoritate servari, & exhiberi concedimus, ac respectivè præcipimus, & decernimus.

Præterea omnibus utriusque sexus Christifidelibus, verè pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui die, quo dicti Mysterii celebritas per Catholicam Ecclesiam recolitur, a primis Vesperis usque ad occasum Solis diei hujusmodi, quamlibet Ecclesiam in Regnis, & Dominiis præfatis Omnipotenti Deo in honorem ejusdem B.M.V. dicatam, &, quoad Regulares, & Moniales, qui propriam Ecclesiam, quotannis devotè visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, & S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino perpetuis futuris temporibus concedimus. Non obstantibus &c. Volumus autem &c. Nulli ergo omnino hominum liceat &c.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ 1760. sexto Idus Novembr., Pontificatus Nostri Anno Tertio.

C. Card. Prodatarius.

Pro D. Card. Passioneo
Jo. Florius Substit.

Visa de Curia = J. Manassei.

Loco ✠ Bullæ auræ.

= (a) *Longè antè, B.MARIAM Virg.Immaculatam.Pa-*
= *tronam Principem magna cum cæremonia renuntiarant*
= *Majoricenses* (ut est in Decr. Beatif. & Cannaiz.
= Ven. Catharinæ Thomasiæ dat. 6. Id. Decembr.
a 1791.); sequuti videlicet studium fervens suo-
= rum Regum Aragoniorum in promovendo Cultu
= Immaculati Conceptus Magnæ Dei Matris Virgi-
= nis. Adi P. Marcum Antonium Gravois (in Libr.
= *de Ortu, & Progressu Cultus, ac Festi Immaculati*
= *Conceptus B. Dei Genitricis* &c. Art. 5. n. 20., & in
= Append. n. 195.).

= (b) Pietatem incredibilem, planeque singularem
= Hispanæ Gentis erga Mysterium hoc, testantur
= Libri sexcenti ab Hispanis Scriptoribus in lucem edi-
= ti. Denique illa notior est, quàm ut confirmatione
= indigeat; ardentior, quàm ut cujusquam verbis
= describi pro dignitate possit. Sufficiat illud com-
= memorasse, quod nempe in omnibus Hispania-
= rum Regnis nulla habetur, vel haberi potest ad
= Populum Concio, quin Sacri Oratores, quicum-
= que demum ii sint, verba hæc Concioni præmit-
= tant, *Laudetur SS. Sacramentum, & Immaculata*
= *Conceptio B.V.M*, quemadmodum est notissimum
= (de qua re etiam loquitur P.Vincentius Justinian.
= Antistius in Tract. de Imm. Concept., gallicè red-
= dito An. 1706., Considerat. 18., apud P. Plazz.
= p. 332.); illasque simul recordari voces invictæ
= constantiæ, quas Hispaniarum Primates Anno

 = 1644.

1644. in Generalibus Comitiis congregati prompserunt, dum Philippo IV. supplicarent, ut apud S. Apostolicam Sedem pro Sacri Mysterii Definitione insisteret. *Cum nihil* (ajebant) *omninò sit, aut excogitari possit, quod Animos Hispanos a proposito colendæ Immunitatis MARIÆ dimovere valeat, qui ad sanguinem, & vitam profundendam sunt paratissimi* (apud P. Jo. Antonium Velasquez Lib. de Imm. Concept. p. 436.).

(c) *Unicam hanc veritatem* (sunt verba Authorum Armamentarii, in Urbe Matrito impressi An. 1649. in Præf. ad Universitates, ac Theologos) *probare, confirmare, suadere volumus, nomine* CONCEPTIONIS, *Sanctitatem B. Virginis in primo animationis instanti, Fidelibus colendam proponi. Hoc Pontificiæ Constitutiones statuunt, Ecclesiæ suscipiunt, Universitates docent, Reges, & Provinciæ sequuntur, Populus amplectitur*, MAGNI CUM PARVIS VOVENT, & JURANT. In voti hujus, seu sacramenti defensionem scripsere Candidus Parthenotimus (De Piet. in Deip. amplif.), C. Octavius Valerius (de Superst. timid. vitand.), Benedictus Plazza (Caus. Imm. Concept. p. 596.), Dionysius Bernardes de Moraes (Animadvers. crit. in Lampridium), Ignatius Como (de Certit. Imm. Concept. Sect. 6.), & alii recensiti in Volum. V. Histor. Liter. Ital. (p. 431. & seq.).

(d) Videlicet Mulier illa amicta Sole, sub cujus pedibus luna est, perfudit lumine beatissimo Catholicos Reges, Ditionesque subjectas; hoc est, illos, & has patrocinio suo bonis omnibus cumulavit, tum spiritualibus, Fidei præsertim, Religionisque puritate; tum etiam temporariis, eximiis nominatim Victoriis: inter quas prodigialem illam *Victoriam Oranensem*, Anno 1732. de Turcis partam, Philippus V. (Clementem XII. magnopere obsecrans pro definitione Mysterii) *jure, ac merito referebat acceptam ferventi illi suo erga Cælorum Reginam obsequio*; uti inquit idem Pontifex Clemens Regiis Literis rescribens (in Brevi *Eximiæ Religionis* 11. Octobr. 1732.).

(e) Hispaniarum Reges Catholici hac summæ pietatis laude erga Deiparæ Conceptionem innoxiam ita semper excelluerunt, ut illam, a Majoribus una cum Regno veluti per manus traditam, videantur sibi jure quodam suo, ac propemodum Regio vindicare. Difficile dictu est, quàm semper illorum insignis fuerit & in hoc Mysterio celebrando magnificentia, & in ejus honore amplificando egregium studium, & voluntas.

Ut de his tantùm Regibus hoc loco dicam; Philippus I., II., III. omni ope contenderunt, ut Dei Matrem sine labe originis conceptam ad gloriæ fastigium promoverent. Philippus item hoc nomine IV. legationibus omninò duodecim eidem negocio allaboravit: & cùm alia plura ab hac S. Apostolica Sede obtinuit; tum illud potissimùm, ut Alexander VII. celebri illa Constitutione sua, *Sollicitudo omnium Ecclesiarum*, Objectum designaret Ecclesiastici Cultus in hoc Festo celebrando, atque adeò Mysterium Conceptionis purissimæ maximo in lumine collocaret. Legendus omninò circa Constitutionem eamdem supradictus P. Marcus Antonius Gravois (in cit. Lib. Artic. 11. & 12.): qui Documentis anecdotis in Archivo Chisiano servatis, quæ manu ipsiusmet Alexandri Pontificis, ac P. Hilarionis Abbatis Monasterii S. Crucis in Hierusalem, necnon Emi Albitii Cardinalis fuerunt conscripta, Constitutionem illam mirificè illustravit.

Caroli porrò II. inflammatum studium Conceptionis ornandæ perspicuè monstrant & Octava istius Festi ad Ecclesiam universalem ejus rogatu extensa; & aliæ ipsius curæ, quæ quantæ, & quàm assiduæ fuerint, ex ipsismet supremis ejusdem tabulis intelligi potest. Iis enim dum jure Philippum V. in amplissimi illius imperii hæreditatem vocat; eumdem obsecrat, ut „ *vice mea* (inquit) *in id enixiùs incumbat, neque imitare desistat, quoad Christi Vicarius hoc Mysterium definiat, Matrisque Divinæ immunitatem decernat ad Fidem Catholicam pertinere* „.

Neque verò in hac flagrantissima erga Conceptionem innoxiam voluntate CAROLUS III. Decessoribus suis omninò quicquam concessit. Id cùm ex Regio Militari Ordine Immaculatæ Conceptionis, aliisque curis, solicitudinibus, & laboribus, ab ipso pro Mysterio eodem susceptis, testatissimum est; tum verò ex his ipsis Literis, quas supra retulimus, atque aliis, quas suis locis relaturi sumus. Quæ nos præclarissima tanti Regis Gloriæ Monimenta seræ transmittimus Posteritati singulari cum voluptate animi nostri, eo etiam nomine, quòd maximi illius Regis memoria apud nostros utriusque Siciliæ Populos, quos olim rexit, & quorum deliciæ fuit, in Benedictione est, eritque semper futura.

Illius namque Fidem; Pietatem, Religionem; Justitiam insuper Mansuetudini, Clementiæque admixtam; maritalem amorem in Serenissimam Conjugem MARIAM AMALIAM, Feminam illam Seculorum omnium prædicatione dignissimam; denique benignitatem in pauperes, in omnes dilectionem verè paternam, ceterasque virtutes egregias, Gens nostra illa, ac Neapolitani propiùs, nosque cum ceteris Annos multos suspeximus, miratique sumus. Itaque gratulandum sibimetipsis summopere est nostris illis Populis, tum simul Hispanis, & Indis, maximæque Deo immortali agendæ gratiæ sunt, quod talem sibi olim Principem dederit, qui se tam piè, tam justè, tantaque cum utilitate & publica, & privata regeret, quique tandem sibi Regios Filios suos non minùs nobilissimarum virtutum, quàm florentissimorum Regnorum Hæredes relinqueret.

(f) Consule P. Jo. Michaelem Cavalieri (Oper. Liturg. To. I. C. 3. Decr. 11. n. 45. & seq.).

(g) Obviæ sunt in Bullario, & apud Auctores Constitutiones istæ, quas hic innovat, & servandas vult Summus Pontifex Clemens, *editæ super ejusdem Mysterii veneratione*; nimirum *editæ* (ut Alexander VII. in sua hic citata Constitutione, de qua supra diximus, inquit in §. 4. sub finem de Constitutionibus Decessorum suorum) *editæ in favorem Sententiæ asserentis, Animam B. Mariæ Virginis in sui creatione, & in corpus infusione, Spiritus Sancti gratia donatam, & a peccato originali præservatam fuisse, necnon & in favorem Festi, & Cultus, Conceptionis ejusdem Virginis Deiparæ secundùm piam istam Sententiam, ut præfertur, exhibiti*. Quas Constitutiones ipse quoque Alexander Pontifex ibidem *innovat, & sub censuris, & pœnis in eisdem Constitutionibus contentis observari mandat*.

1760. 28. Nov. *In Causis Professionis Irritæ omninò, & inviolatè servanda est Benedicti XIV. Constitutio*, SI DATAM, *prætextibus, & privilegiis non obstantibus quibuscumque.*

CAtania al Vescovo. Avendo il Sacerdote *N. N.* fatto ricorso alla Santità di Nostro Signore, rap-

rappresantando, come egli fin dall' anno 1713. fece la sua solenne Professione nell' Ordine *N. N.*, nel quale perseverò fino al 1752., nel quale anno intentò la Causa di nullità della Professione in cotesta Curia Vescovile, ove ne riportò Sentenza favorevole, in virtù della quale à successivamente incedutò in Abito di Prete Secolare; agitato poi da scrupoli di coscienza a cagione, che li motivi addotti per la prove di tala nullità furono per la maggior parte mendicati, ed insussistenti (*a*); à percio supplicato per l' assoluzione dalle Censure, e dispensa sù l' Irregolarità contratta, colla facoltà di restare in stato di Prete Secolare: alle quali istanze Sua Bñe con Paterna Clemenza, attese le particolari circostanze, è benignamente condescesa, colle condizioni però apposte nel Decreto, che dall' Oratore verrà a V. S. presentato. E quantunque ai rilevi, che il fatto sia seguito in tempo del suo Antecessora, tuttavolta à voluto la Santità Sua, che per mezzo di questa S. Congregaziona (*b*) se le scriva, che in queste Cause di nullità di Professione si deve onninamente, & inviolabilmente osservare quanto viene prescritto dalla Costituzione della Sa. Me. di Papa Benedetto XIV., che incomincia = *Si datam hominibus fidem* = promulgata *sub datum Romæ apud S. Mariam Major. quarto nonas Martii Anno* 1747., non ostante qualunque pretesto, privilegio, o privilegii, quali sono stati dal medesimo Pontefice con detta Costituzione espressamente rivocati, & aboliti; dovendosi avere in considerazione le cautele, e circostanze da praticarsi in una materia di tanto peso, e rilevanza, e venendo strettamente incaricata la coscienza de' Prelati, e Giudici, che diversamente operassero, a doverne rendere severissimo conto (*c*) appresso il Divino Giudice. Glielo significo per sua regola, e le prego &c. = Roma 28. Nov. 1760.

= (*a*) Ergo duplici ex capite istius miseri Sacer-
= dotis (qui utinam unicus fuisset, & esset!)
= nulla & irrita ex inclyto suo Ordine dimissio fuit;
= tum nempe quòd caussæ, ab eo productæ, ido-
= neæ, & veræ minimè fuissent; tum quòd com-
= petens non fuisset Tribunal, in quo acta Caussa
= est. Ab utroque cavebunt ii, quibus jugum Chri-
= sti insuave est, & onus grave, si illud qui-
= dam animo, uti debent, assiduè recogitaverint,
= quod *qua nesciunt hora, Filius hominis venturus est.*
= (*b*) Per Sacram nempe Congregationem, Epi-
= scopor., & Regularium consultationibus, negotiis-
= que præpositam. Constitutionem porrò, *Si datam*,
= quæ mox citatur, exhibet Bullarium ipsius Bene-
= dicti XIV. (To. I. Const. 47.), & P. Perusinus
= (in sua Chronol. Par. II. p. 398. B. & seqq.): ejus-
= demque Constitutionis compendium dat Lucius
= Ferraris (v. *Professio Regul.* a n. 115. ad 129.). De-
= cretum quoque in *Sicula Restitutionis in integrum*,
= *& Nullitatis Professionum*, quod in Constitutione
= ipsa Benedictina citatur (in §. *De quibus tamen*), ha-
= betur in Thesauro Resolutionum S. Congregationis
= Concil. (Tom. IX. ad calc.), & apud Perusinum
= (ibid. p. 238. seq), ac Ferraris (loc. cit. n. 120.).
= (*c*) Optandum vehementer foret, ut severissi-
= mam hanc rationem Æterno inexorabili Judici
= reddendam, quam Benedictus quoque in sua illa
= Constitutione Prælatis, ac Judicibus in mentem
= revocat, præ oculis seriò, ac diligenter haberent
= Rescriptorum S. Sedis Executores nonnulli, qui
= in transferendis Regularibus ad statum Presbyteri
= Secularis se ac faciles præbent, quasi de re age-
= retur non ita magni momenti. Contrà autem Ec-
= clesia gravem adeò, & momentosam eam rem
= censuit, ut tot, ac tanta ad concedendam transla-
= tionem hujusmodi requisierit, quot, & quanta
= in saluberrima illa Benedicti Constitutione legun-
= tur, & præscribuntur.
= Qui si a portandis ante Tribunal Divini Judicis
= alienis iniquitatibus, ac detestabilibus obligatæ Ipsi
= fidei violationibus, liberare se velint; audient pro-
= fectò Regulares Oratorum Superiores, qui optimè
= suas Oves noverunt; &, secretis captis cognitio-
= nibus, possunt facilè veritatem, vel falsitatem
= caussarum expositarum detegere, ac Rmis ipsis
= Executoribus aperire.
= Hac ratione cunctas fermè petitiones id generis,
= laudatæ S. Congregationi Episc. & Regul. exhibitas,
= rejectas fuisse ab eadem meminimus, dum semel,
= iterum, tertiò ex Prælatorum nostrorum voluntate
= versaremur in Curia; a Secretis autem ipsi S. Con-
= gregationi esset, primùm quidem ille multis nomi-
= nibus præstantissimus Præsul, nunc Amplissimus S.
= R. E. Cardinalis Franciscus Carafa; deinde autem Præ-
= sul item egregius Julius Maria de Somalia, qui
= etiamnum eo Munere fungitur; utroque verò tem-
= pore Subsecretarius esset, ut adhuc est, Minister
= ille lectissimus, omnibusque suis numeris absolu-
= tus, D. Philippus Advocatus Zuccari; Viri scili-
= cet a pietate, a vigilantia, a doctrina, ab studio
= Divinæ Gloriæ, Animarum salutis, ac decoris hu-
= jus S. Sedis, omnium commendatione dignissimi.
= Quod ego testimonium, de rebus quidam & in
= Urbe, & extra notis, sed tamen a me veluti manu
= diutissimè contrectatis, mihimetipsi temperare non
= potui, quin publicè, hac oblata occasione, veri-
= tati obsequens ferrem. Fateor enim, mihi in meo
= illo laboriosissimo Munere obeundo, eorumdem vir-
= tutem, integritatem, fidem, zelique plenam agen-
= di rationem solatio maximo, & allevamento fuisse.
= Horum igitur exemplum si Rmi Executores illi,
= de quibus loquimur, imitari, ut par est, & ut in-
= fimis obsecrantur precibus, dignabuntur; futurum
= proculdubio erit, ut nullum penè executionis De-
= cretum sint concessuri; quemadmodum a memo-
= rata Sac. Congregatione omnes fermè petitiones
= hujusmodi rejectæ hucusque fuerunt salutari illo
= Rescripto *Lectum*.
= Interrogatis namque Prælatis Regularium sup-
= plicantium, certò per illos comperient, quàm pu-
= tida ferè, atque impudentia sint mendacia, quæ
= ab istis narrantur in suis Libellis supplicibus; etiam
= si plures vel decepti, vel corrupti Testes verissi-
= ma ea esse perhibeant. Comperient insuper aliquan-
= do, quod ii ipsi Testes, interrogati secretò ab Re-
= ligiosis amicis, vel responderint non recordari, se
= unquam Testificationi ab Oratore exhibitæ subscri-
= psisse, licèt Legalitas Notarii ibi apposita id asse-
= reret; vel fassi fuerint ingenuè (homines videlicet
= delicatæ conscientiæ), se fuisse mentitos, ut Ora-
= toris amicitiæ, & importunis precibus indulgerent.
= Comperient etiam quandoque, exposita ab Orato-
= ribus in Libellis suis, anachronismos esse intolera-
= biles, & qui stomachi fastidium vehementer mo-
= veant: ut puta, quod Orator ipse Religionem in-
= gredi vi, & minis coactus fuerit a Patre; a Patre
= verò, qui, quando Filius Regularem Habitum in-
= duit, jam multò antea e vivis excesserat. Atque hac
= via, & ratione ipsi, veritate perspecta, tum Animæ
= suæ indemnitati, tum Animabus Regularium orato-
= rum, tum bono Religionum publico, tum demum suæ
= Curiæ decori uno eodemque tempore consulent.
= Quæ omnia sic velim accipiantur, ut nonnisi ex
= ani-

= animi dolore, ob spiritualia detrimenta gravissima = Regularium istorum e suis Ordinibus transfugarum = jamdiu concepto, aliisque gravissimis, ac nimis = jusis de caussis, quas paullo ante innui, summa = caeterum cum veneratione, demissione, & obse= quio, hæc a me Mortalium omnium postremo, = ac minimo eximiis, ac præstantibus Viris proposi= ta, & subjecta fuisse censeantur.

1760. 10. Dec. *Decisio*

Sac. Rotæ Romanæ in Palentina decimarum, *qua statuitur Decimarum solutioni obnoxium Clarissarum Cœnobium de Calabazanos; quippe cujus redditus, hodierno inspecto Sanctimonialium numero, alimentariam superant assignationem, Romanorum videlicet Scutatorum XL. pro Monialibus singulis.*

1. PRivilegia a Summis Pontificibus Gregorio XIII., & Urbano VIII., etiam ex aliorum Antecessorum voce elargita Cœnobiis, & Monialibus Ordinis S. Claræ, præscribunt, ut, si singulæ non habeant redditus, earum substentationi pares, & implentes annuos Ducatos 25. auri de Camera, immunes a Decimis censeantur. Hac immunitate potiri contendentes Moniales S. Mariæ de Consolatione Loci de Calabazanos in Hispaniis, usæque Privilegiis Ordinis, obstiterunt Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Palentinæ, Decimas efflagitanti pro bonis sitis in Districtu Loci de Rivas Ditionis Palentinæ: Votique compotes evaserunt in Judicio manutentionis, & in possessione non solvendi. Verùm instructo deinde a Capitulo petitorio, sors in contrarium versa est. Inspectis enim ab Ordinario Codicibus rationum Monasterii, factisque legitimis subductionibus, quum constiterit, longè plus in reddito esse, quàm alimentaria taxa unicuique Moniali definiat; duæ prodierunt Sententiæ, alia Rmi Ordinarii, alia Rmi Nuncii, univocè compellentes Moniales ad rependendas Decimas pro bonis controversis. Provocantibus autem iis ad nostrum Tribunal, & negligentibus justo tempore transportationem Actorum, propter transitum postremæ Sententiæ in auctoritatem rei judicatæ exhibui Dubium = *An constet de re judicata, seu potiùs de causis restitutionis in integrum?* = Cui Domini responderunt = *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.*

2. Sanè justitia rei judicatæ, quæ Moniales S. Mariæ de Consolatione Ordinis Clarissarum depellit a restitutione in integrum, probatior esse non potest. Gregorianum enim, Urbanumque Privilegium catenus jubet, ne quid ipsæ exsolvant Decimæ nomine, quatenus Censum adeo tenuem possideant, ut fructus percepti vix impleant mensuram alimentorum. Insertam igitur habet conditionem inopiæ, restrictumque est ad non habentes annua Scuta 25. auri de Camera, quibus unaquæque Monialis egere visa est. Non demonstrata verò hujusmodi conditione, non suffragatur exemptio; quia nitentibus Privilegio conditionato effugiendæ causa solutionis Decimarum, incumbit onus in petitorio judicio conditionem demonstrandi, ut ad rem aptè considerat *Rot. cor. Bich. dec. 570. n. 21, cor. Lancett. dec. 510. n. 1., & in Hispalen. Decimarum 11. Jun. 1731. §. Justitia cor. cl. me. Card. Cincio.*

3. Quod onus frustra Moniales rejiciunt, ac transferunt in Capitulum Palentinum ope longævæ ipsarum possessionis non solvendi Decimas. Nam istam possessionem haud ipsæ agnoscunt a Judice, aut a Capitulo Decimatore, sed sibi facto suo quæsiverunt. Non liberantur igitur onere ostendendi Casum exemptionis, de quo ipsæ excipiunt adversus Decimatorem habentem pro se juris assistentiam. Siquidem in tota Palentina Diœcesi nullæ sunt Parochiæ distinctæ; sed unus Episcopus idem est universalis Parochus, idem Decimator, simulque cum Episcopo Capitulum ratione Consortii Ecclesiæ Cathedralis, uti sæpe probavit *Rot. in Causis Palentinis cor. Zaratt. dec. 63. n. 1., & 4., cor. Cerro dec. 503. n. 2., & dec. 527. num. 2., & dec. 544. num. 3. cum tribus seqq., & in Palentina Decimar. 10. Mart. 1760. §. 3. cor. Rmo P. D. mea Canilliac Decano.*

4. Frustraque item objicitur, agi de Decimis Regi donatis ob expulsionem Maurorum, & Capitulo cessis a Rege. Quamvis enim daretur hujus cessionis, quod nullum datur, exemplum, adhuc Decimæ non amisissent pristinum juris favorem; præsertim quum reinciderint in Ecclesiasticos. Ut itaque fruantur exemptione, docere Moniales debent, nihil sibi extra præscriptam summam Congruæ alimentariæ superesse, sed fructus usque adeò consentire necessitatibus uniuscujusque, ut tantum erogetur in alimenta, quantum colligitur. In hac enim mutua proportione recollectionis, atque indigentiæ versatur fundamentum exemptionis, quo sublato, resurgit ratio juris Capituli Decimatoris, subjiciens Moniales Decimarum solutioni, ut ita in individuo perpendit *Rot. in Toletana Decimar. 20. Apr. 1733. §. 5. cor. cl. me. Card. Aldrovando.*

5. Tam verò abest, quot colliguntur redditus, totidem pro alimentis absumi, idque per Moniales probari; ut imò de contrario manifestissimè constet. Perlustratis enim a Rmo Ordinario Codicibus Monasterii, iisque, præsentibus hinc inde Deputatis, inspectis, atque initis supputationibus, deductisque impensis necessariis secundùm Breve Alexandri. VII., præscribens modum faciendæ liquidationis ad fraudes, & commenta vitanda; apparuit, annuos redditus Monasterii S. Mariæ de Consolatione sexennii experimento assurgere ad summam Regalium 56031. Hæc autem summa bis, & longiùs superat Congruam, quæ requiritur ad alendam unamquamque Monialem. Si enim pro victu, & cultu uniuscujusque adscribitur sumptus Regalium 760, constantium Romana Scuta 40., quæ adamussim respondent 25. Ducatis auri de Camera, jam ex arithmetica calculatione patet, triginta quinque Moniales, in eo Monasterio degentes, absumere solùm Regalia 26600. Ast horum, quæ humanæ substentationi sufficiunt, calculatio dimidio redundat, & latè est uberior calculatione eorum, quæ percipiuntur. Quare removetur exemptio sub ea conditione indulta, si nempe, & quandiu redditus Congruam non excedant.

6. Et perperam Moniales exuberantiam tam grandem tegere conantur pluribus exceptionibus, nimirum *& quod* viginti quinque Ducati auri de Camera respondeant Romanis Scutis 43., & consequenter in moneta Hispanica Regalibus 875. in singulas Moniales, juxta reductionem factam ab ipso Urbano VIII., non autem respondeant Scutis 40. efficientibus Regalis 760.; *Et quod* Congrua alimentaria statuenda non sit secundùm hodiernum numerum Monialium, sed secundùm numerum quinquagenarium a Fundatione Monasterii præfinitum; *Et quod* liquidatio fructuum non ex sexennio, sed ex decennio ad probandum apto coaleat; *Et quod* aliæ longè plures, gravesque expensæ subducendæ sint, præter subductas a Rmo Ordinario; *Et quod* demum exemptio a Decimis oriatur a longæva etiam præscriptione.

Quæ-

Quælibet enim ex propositis exceptionibus seorsim submovetur,

7. Et primò quod attinet ad valorem viginti quinque Ducatorum auri de Camera, eos attingere Romana Scuta 40., & in moneta Hispanica Regal, 760., apertum, perspicuumque fit ex ipsa Urbani VIII. Declaratione, quæ nomine 25. Ducatorum auri de Camera comprehendi jussit totidem Scuta auri in auro cum juliis 25. monetæ Romanæ. Per ætatem enim illius Pontificis valor Scuti auri in auro jam ab infima originaria cusione creverat usque ad summam juliorum quindecim, uti monet *Rigant. ad Reg.* 25. *Cancell. n.* 25. Quare si cuique Moniali Congruam ille Pontifex addixit Ducatorum 25. auri in auro, & 25. juliorum monetæ Romanæ, jam auri Ducati 25. conficiunt Scuta 37. 50., additisque præterea juliis 25., punctim tangunt taxam Scutorum 40., aliàs sequutam a *Rota* pro cultu, & victu Religiosis Hispanicis decernendo; ut videre est *ad ornat. Card. de Luc. dec.* 10. *n.* 7. *lib.* 11. *to.* 2., *cor. Lancett. dec.* 233. *n.* 8., *in Toletana Decimar.* 3. *Jun.* 1726. §. *Præsupposita cor. cl. me. Card. Aldrovando*, & *in Hispalen. Decimar.* 11 *Jan.* 1731., §. *Quo verò*, *cor. Card. Cincio*.

8. Congrua præterea alimentaria non ad numerum Monialium, a Lege Fundationis in quinquagenario præstitutum, referri debet, sed ad numerum earum, quæ nunc extant, & actu reperiuntur intra claustra Monasterii. Si enim ad numerum alendarum respexerunt Pontifices, earumque inopiæ consuluerunt; consentaneum non est Pontificum voluntati, ut major numerus, quàm qui alitur, calculetur. Numerus autem, qui alitur, est 35. Ergo Monialibus 35. non ea decerni debent alimenta, quæ quinquaginta convenirent. Data enim 35. Monialibus alimonia congruente numero Fundationis, jam non ampliùs in illis considerari posset inopia, quæ sola caussa est exemptionis, in perniciem Decimatorum. Atque hinc præsentium duntaxat numerum intuemur; maximè quia res judicata Decimas eò usque solvi jubet, quousque numerus præsentium non augeatur, exemplo *Rotæ* præsentes inspicientis *cor. SS. D. N. dec.* 171. n. 4.

9. Nemo etiam nescit, decennium considerari pro norma justæ liquidationis, sed nihil impedit, quin hæc breviori spatio metiatur; ubi præsertim ita fiat ex voluntate partium, & ex placito Monialium ferentium onus probandi, quæ quum possent decennium percurrere, sexennium scrutari maluerunt, nec exhibuerunt longiores recollectiones, nec de brevitate experimenti conquestæ sunt. His accedit, subjectam materiam pati, ut ad supputandos fructus minus etiam decennio perpendatur. Hac de re decennium perpendit *Rot. cor. Lancett. dec.* 215. *n.* 15., sed quinquennium etiam liquidationi non fuit incognitum apud *Rot. cor. SS. D. N. d. dec.* 171. *n.* 5., & *in Hispalen. Decimar.* 11. *Jun.* 1731. §. *Nec hujusmodi cor. cl. me. Card. Cincio*.

10. Qui duo verò Ratiocinatores deponunt de fructibus decennio cumulatis, & eis ad Congruam deesse affirmant Regal. 264682., nullam sibi fidem adsciscunt, tum quia suspecti sunt, ac deponunt post editas duas Sententias, tum magis quia sit irrita oportet posterior illegitima liquidatio Ratiocinatorum e conspectu liquidationis institutæ a Rmo Episcopo, cui legitimæ hac in re ab Alexandrino Brevi collatæ sunt facultates, ut dixit *Rot. coram Lancett. d. dec.* 215. *n.* 2.

11. Succensendumque non est Ordinario, quod multas, gravesque expensas subducere omiserit. Quis enim subduxerit, quod largè profunditur, quod ad commodiorem vivendi rationem pertinet, quod ad luxum, deliciasque comparatur? Exceptis igitur iis, quæ pro Sacrario fiunt, & solvendorum causa stipendiorum, quæ ad rem rusticam colendam, & ad servanda bona referuntur, reliquæ omnes expensæ vel arbitrariæ sunt, vel utique comprehensæ in taxa unicuique Moniali adscripta; & uti semel subductæ, non sunt iterum subducendæ. Aliàs in potestate Monialium esset hujusmodi attollere expensas, & jus universale Decimatoris fraudare, quodque Congruam excedit, pro libito absumere, contra firmata per *Rot. in Hispalen. Decimar.* 20. *Apr.* 1733. §. 8. *cor. cl. me. Card. Aldrovando*.

12. Hujusmodique sunt sive piæ largitiones, sive actus hospitalitatis in excipiendis Exteris, Religiosisque transeuntibus, in eisque vestiendis, sive comessationes, & epulæ, quæ recurrunt in electione Abbatissæ. Pietatem enim præseferunt eleemosynæ, sed lædere nequeunt justitiam Decimatori tribuentem quod ei debetur. Et pietatem sapit hospitalitas; sed exerceri debet ex suo, non autem ex alieno. Opipara verò convivia munificentiam, liberalemque consuetudinem explicant, & rejiciuntur inter expensas voluntarias, & liberas, quæ Decimatori non auferunt jus decimandi. Quinimmò moles expensarum indicium præstat copiarum Monasterii. Non enim tot, ac tanta Monasterium effunderet, nisi verè divitiis abundaret. Nos autem utimur hoc jure, ut, quæ ab una necessitate, non quæ ab arbitrio proficiscuntur, expensæ calculentur commensurandi causa Congruam, & redditus, et pariendi immunitatem a Decimis, uti docent *Amostaz de Caus. piis lib.* 7. *c.* 11. *n.* 1., *et seqq.*, *Rot. cor. Seraphin. dec.* 950. *n.* 8., & *dec.* 967. *n.* 2., *cor. Buratt. dec.* 418. *n.* 7., & *cor. Molin. dec.* 509. *n.* 19.

13. Quin in classem earum, quæ necessitati donantur, saltem reduci possit expensa Medici, & Chirurgi. Nam hæc uti pars alimentorum comprehenditur in ipsa Congrua Monialium, in qua consideratum censetur quidquid ad valetudinem tuendam, & ad alios honestiores usus erogatur. Nilque mutat, quod Chirurgus, & Medicus a dissitis Locis, et a Civitate Palentiæ, una Leuca distante, petatur, & ideò requirant graviora viatica. Nam hæc parvi referunt, & pendent a casu, nec augent Congruam hisce perpensis moderatam. Hisque etiam additis, adhuc longè superfluum, quàm sit in Congrua, inveniretur in redditu Monasterii, quod ideò subire deberet solutionem Decimarum, non autem illarum immunitate frui, uti præcisè advertit *Rot. cor. Seraphin. dec.* 977. *num.* 2., *cor. Bich. dec.* 570. *num.* 5., *in Hispalen. Decimar.* 11. *Jun.* 1731., §. *Ex hinc*, & §. *Neque*, *cor. cl. me. Card. Cincio*, & *in Toletana Decimar.* 20. *Apr.* 1733. §. 10. *cor. cl. me. Card. Aldrovando*.

14. Postremum denique quadragenariæ præscriptionis refugium tollitur, quia necessarium esset in primis demonstrare, Monasterium semper habuisse redditus Congruam alimentariam superantes, quin unquam Decimas exsolverit. Nam secùs exemptio magis est ut Privilegiis eam concedentibus intuitu inopiæ Monasterii, quàm præscriptioni tribuatur. Deinde, sepositis Privilegiis, quis ignorat, ad præscribendam exemptionem Decimarum, & jus auferendum Decimatoribus requiri immemoriale tempus; non autem sat esse spatium, ætatemque annorum quadraginta? Frequens est hæc Sententia, & quotidie amplexa per *Rot. in* To-

Toletana Decimar. super bono jure 26. Jun. 1727. §. Ut verò cor. bo. me. Cerro, & in Hispalen. Decimar. super bono jure 28. Jun. 1728. §. Quemadmodum cor. cl. me. Card. Aldrovando, & in alia Hispalen. Decimar. de Marchera 12. Jan. 1733. §. Quod si verò, & 15. Maji 1733. §. 10. cor. eod.

Et ita &c. Utraque &c.

= Muneris nostri partes esse censuimus, Decisionem hanc exhibere, ut contentionibus, & litibus minùs justis præcluderetur aditus: id quod unum est ex iis, quæ nobis in hoc Opere proposuimus. Celebres autem in hoc negotio Constitutiones duas, alteram Gregorii XIII., alteram Urbani VIII., Decisionis hujus initio memoratas, quoniam in Tomis præcedentibus desunt, daturi sumus alibi; insertas Literis, Anno 1641. 20. Februarii datis a Rmo Cæsare Fachineto, Apostolico tunc in Hispaniis Nuntio, deinde S. R. E. Cardinali (quibus nempe ille Constitutionum earumdem executionem mandavit Archiepiscopis, Episcopis, ceterisque, ad quos in iisdem Regnis id pertineret); Notisque Canonicis, Historicis, Criticis illustratas, ut & plenè Constitutiones illæ intelligantur, & usui proinde esse, submotis ambiguitatibus, in ejusmodi casibus possint.

1761. 17. Jan. *Seraphici Ordinis Officium proprium, & Missa Dici festi, & Octavæ Immaculatæ Conceptionis Magnæ Matris Virginis extenduntur ad universas Ditiones tum Hispanienses, tum Indicas, Catholico Monarchæ subjectas.*

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Cùm primùm, Divina disponente Voluntate, factum est, ut humilitas nostra, turbulentis præsertim Christianæ Reipublicæ temporibus, ad universalis Ecclesiæ regimen extolleretur; jam inde ea cogitare, & agere assiduè non destitimus, quæ ad promovendum, ac propagandum inclytæ, & gloriosæ semper Virginis MARIÆ Cultum inter fideles Populos maximè conducerent; ideò potissimùm, ut Nobis, & universæ Catholicæ Ecclesiæ, speciali pietate, Christi Filii sui Supremi Ecclesiæ Capitis favorem, & gratiam protectionis conciliaret. Minora tamen, quàm nostrum desiderium explere possint, semper erunt reverentiæ, & venerationis signa, quæ in Terris præbentur ad cumulandam, & adaugendam gloriam hujus præ cæteris electæ Creaturæ, quæ quidem ex Ore Altissimi prodiit, & in omni gente primatum tenuit. Proinde obortas libenti animo amplectimur occasiones, quibus nova ipsi honoris obsequia tribuantur: ac maximè lætamur, potentissimum Regem, qui in hac re non ita pridem aperuit animum suum, tam mirificè cum nostro consentientem, rursus in præsens amplificationem aliam talis Cultus pro suis vastissimis Regnis, & Ditionibus exposcere.

Nobis siquidem, Regio Nomine Charissimi in Christo Filii nostri CAROLI Hispaniarum Regis Catholici, dilectus Filius Emmanuel de Roda dicti CAROLI Regis Consiliarius, & modò apud Nos negotiorum ejusdem CAROLI Regis Minister, supplicem porrexit Libellum, cujus tenor est =

„ Beatissime Pater = Cum S.V., enixis Catholici Regis votis benignè annuens, Beatissimam Virginem Deiparam, in Sacrosancto ejusdem Immaculatæ Conceptionis Mysterio Hispaniarum, Indiarumque Ditionum a Comitiis totius Nationis Hispanæ, in ipsius auspicatissimo Regni exordio habitis, Patronam, & Advocatam specialem communi consensione nuncupatam, & delectam, VI. Idus Novembr. anni 1760. concesserit, & confirmaverit; simulque ejusdem venerandi Mysterii Festum sub ritu duplici primæ Classis cum Octava, cæterisque prærogativis omnibus, hujusmodi Patronorum Festis competentibus, & a Sede Apostolica approbatis, ab universo Hispaniarum, Indiarumque Ditionum Clero Sæculari, & Regulari, quomodolibet etiam exempto, coli, & celebrari præceperit, atque mandaverit: Cumque inter prærogativas, quæ a S. Sede favore dictorum Patronorum indulgeri solent, primarium quodammodò teneat locum, Officii proprii, & Missæ in eorum honorem recitatio: Idem Rex Catholicus, ut Apostolica S. V. concessio, ut supra, jam facta, integrum jure merito sortiatur effectum; Officium, quod incipit *Sicut Lilium inter Spinas*, & Missam, cujus initium *Egredimini & videte*, quibus Ordo Franciscanus utitur, ad præfatum Dominiorum suorum Clerum extendi, & propagari summopere desiderat.

„ Idcircò Emmanuel de Roda, ejusdem Catholici Regis Jussu, & Nomine, Sanctitatem Vestram humillimis precibus orat, ut prædicta Officium, & Missam, prout a Franciscanis recitantur, ac in eorum Breviario, & Missali a S. Sede approbatis continentur, universo Hispaniarum, & Indiarum Clero, tam Sæculari, quàm Regulari, ac quomodolibet exempto, pro die Festo solemni ejusdem Immaculatæ Conceptionis, necnon & pro ejus Octava, concedere, indulgere, & extendere Apostolica sua Auctoritate dignetur. Et ex gratia &c.

Cum autem Nos aliàs (*a*), libenti quidem animo, adeò effusæ (*b*) dicti CAROLI Regis, ac totius Hispanæ Gentis erga præclarum hoc Deiparæ Virginis Mysterium devotioni obsecundantes, juxta priores nostras Litteras, ipsam in prædicto Mysterio colendam Universalem Patronam, & Advocatam dictorum Regnorum, & Dominiorum derlaraverimus; ejusdemque Mysterii Festum in dictis Regnis, & Dominiis per universum Clerum tam Sæcularem, quàm Regularem, & quomodolibet exemptum, sub ritu duplici primæ Classis cum Octava celebrari præceperimus: Modò præmissas Nobis additas preces, velut recentiora illius eximiæ pietatis argumenta, excipientes, ac priorum Litterarum nostrarum tenorem, cum omnibus, & singulis in eis contentis, præsentibus pro expresso habentes; novis hisce supplicationibus Pastorali affectu nostro benignè inclinati, ipsarum tenore præsentium in perpetuum concedimus, atque indulgemus (*e*), ut, recurrente annis singulis dicti Mysterii celebritate, in iisdem Regnis, & Dominiis, ac in singulis illorum Civitatibus, & Diœcesibus, Oppidis, Terris, & Locis, ac Territoriis quibuscumque, etiam nullius Diœcesis, ab universo Clero præfato, ab omnibus videlicet, & singulis Sæsularibus, ac Regularibus utriusque sexus cujusvis Ordinis, & Instituti, etiam quantumvis exemptis, qui Horas Canonicas diurnas, & nocturnas, sive privatim, sive in quibusvis Ecclesiis collegialiter, & cum cantu, recitare tenentur, ac tenebuntur, ac Sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrabunt, illud Officium proprium (*d*), & Missa, cum Octava recitetur (*e*), quod

quod, & quæ per dilectos Filios Fratres Ordinis Minorum (*f*) S. Francisci de præsenti generaliter recitatur, ac in eorum Breviario, & Missali, a Sede Apostolica approbatis, continetur. Ad quorum effectum, illius Officii, & Missæ cum Octava recitationem ad universum Clerum præfatum generaliter quoque harum serie extendimus (*g*). Idemque Officium, & Missam hujusmodi, juxta exemplaria dictorum Fratrum Minorum, & non alias, etiam seorsim ab aliis Breviariis, & Missalibus, Typis imprimendi opportunam licentiam, & facultatem concedimus, & impertimur. Non obstantibus *&c.* Nulli ergo omninò hominum liceat *&c.*

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis (*h*) Dominicæ 1761. 16. Kalend. Febr. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

= (*a*) Vid. supr. ad d. 8. Nov. 1760.

= (*b*) Vid. loc. cit. Not. *a*, *b*, *c*.

= (*c*) Officia concessa, instante Supremo Ditionis Principe, licèt concessa sint non præceptivis, sed indultivis, seu facultativis verbis; nihilominus debent de præcepto recitari; sicuti ex Decretis constat, quorum sententiam exprimit Rubrica 23. inter Peculiares novissimas Breviarii Romano-Seraphici, a SSmo Pontifice Pio VI. approbatas.

= (*d*) Non petiit Rex Catholicus, neque concessit Pontifex, ut in Hispaniis, Indiisque liceret Officium deinceps agere de Immaculata Virginis Conceptione; sed postulavit ille, concessit iste *Officium proprium* de eodem Mysterio. Itaque ex Concessione ista magnificentior quidem, uberior, illustriorque factus est Cultus per Officium, & Missam propriam illius præsertim præstantiæ, ac celebritatis, de qua dicam infra (Not. *e*); at verò ipsius Cultus Objectum ne minimùm quidem fuit per Concessionem hanc immutatum in Ditionibus illis, sed ipsissimum Objectum illud, quod erat antea, permansit postea.

= Jam olim namque Hispanicarum Ditionum Ecclesiæ, uti & Ecclesiæ aliæ, celebrabant Officium non *Sanctificationis*, sed *Conceptionis* Deiparæ: illudque celebrabant cum Ecclesia Romana, quæ semper, constanterque a tempore Sixti IV. celebravit hoc Festum secundùm piam Sententiam, Præservationis videlicet Magnæ Dei Genitricis a macula originalis peccati, seu Sanctitatis felicissimæ Virginis in primo illo instanti Creationis, & infusionis Animæ in Corpus (Supplex Libell. Philippi IV. ad Alexandrum VII.; Constit. ejusd. Pontif. *Solicitudo*, in §. 4.; Card. Lambertin. Annot. sopr. le Feste Par. 2. die 8. Dec. n. 188. post med.; Jo. Mich. Cavalieri Oper. Liturg. To. 2. C. 30. D. 20. n. 6.; aliique Authores pene innumeri tum antiqui, tum recentes, apud Marcum Antonium Gravois *De ortu, ac progress. Cultus, ac Festi Immac. Concept.* n. 75., 78., 101. & seq., 159. & sequentib., ac in Summar. n. 27.).

= Jam olim reapse in Officio pariter, quod est in Breviario Romano, eædem illæ prædictarum Ditionum Ecclesiæ (in Responsor. *Felix namque es* &c.) cum Ecclesiis aliis canebant expressè: *Sentiant omnes tuum juvamen quicumque celebrant tuam* SANCTAM *Conceptionem*, Conceptionem videlicet immaculatam, sine labe, mundissimam. *Sanctitas enim est perfecta munditia*: quemadmodum ex S. Dionysio (Cap. 12. de Divin. Nomin.) ait Doctor Angelicus (in 3. Part. qu. 27. art. 2. §. *Respondeo*). Quinetiam *Sanctitas* est præterea *plenitudo virtutum*; sicut est observatum S. Hieronymo (in Epist. ad Ephes. C. 1. vers. 4., To. 7. Oper. Edit. postrem. p. 549.). Ut propterea quod Angelicus Doctor ibidem (resp. ad 2.) de Christo Domino dicit in hæc verba „ *Nam Christus nullo modo contraxit originale peccatum, sed in ipsa sui* CONCEPTIONE *fuit* SANCTUS „; illud idem de Virgine (ea quidem ratione, quæ puræ Creaturæ convenire possit) in relatis Officii Conceptionis verbis prædicet Ecclesia.

= Quam ipsam ob rem oppositæ olim Sententiæ Defensores non *Conceptionis* Officium recitabant in die VIII. Decembr.; sed Officium *Sanctificationis*, sive mundationis Virginis ab originali peccato in sui Conceptione contracto. In cujus Officii Lectione IX. dicebatur: „ SANCTITATEM *verò* CONCEPTIONIS *soli Christo, Sancto Sanctorum, attribuamus, qui solus, ut sancti asseruere Doctores, hac singulari prærogativa gaudet* „. Iidemque, posteaquam Gregorius XV. celebri illo Decreto suo, edito 24. Maji 1622., quibuscumque præcepit, ut in Missa, & Officio non alio, quàm *Conceptionis* nomine uterentur; iidem, inquam, vel non recitarunt in Conceptionis Officio Responsorium illud, *Felix namque* &c.; vel omiserunt in eo Responsorio verbum, *sanctam*, ajentes „ *quicumque celebrant tuam Conceptionem* „. Quæ omnia ex Breviariis eorumdem commonstrat P. Marcus Antonius Gravois (Art. 8. n. 48., ac 57., & Art. 12. n. 95.). Optimè nimirum Viri doctissimi intelligebant id, quod nemo est quin intelligat, *Conceptionem sanctam*, & Conceptionem labe originis maculatam, secum invicem inexpiabili pugna pugnare.

= Quare cum in communi Officio prædicet Ecclesia *Conceptionem* Virginis *sanctam*; consequenter communis illius Officii, & Officii proprii Seraphici Ordinis, etsi diversæ sint formulæ, unum tamen, idemque est penitus Objectum Cultus, quin illa formularum diversitas Objecto eidem Ecclesiastici Cultus quicquam afferat diversitatis. Quemadmodum cùm S. Pius V. Officium proprium Visitationis mutavit (Homilia excepta), Clemens autem VIII. totum ferè, ut hodie habetur, complevit; cùm idem insuper Clemens VIII. Officium Præsentationis, quo nunc utimur, assignavit, abrogato antiquo, quod erat de Nativitate ipsius Bmæ Virginis, *Nativitatis* nomine in *Præsentationis* nomen mutato; cùm denique (ut alia mittam) ipse S. Pius totum mutavit (præter Orationem) antiquum Officium Sanctissimi Patris sui, simulque nostri Dominici, a Constantino Episcopo Urbevetano compositum (Gavant. Rubr. Brev. Sect. 7. c. 9. ad d. 2., c. 13. ad d. 21., c. 10. ad d. 4.): in his, inquam, variationibus formularum nulla penitùs facta est variatio Cultus aut Mysteriorum illorum, aut Sanctitatis istius nostri beatissimi Patriarchæ.

= Id postremò disertissimè declaravit Alexander VII. (in cit. Const. *Solicitudo* §. 4.) *Nos*, inquit, *considerantes, quod Sancta Romana Ecclesia de intemeratæ, semperque Virginis Mariæ Conceptione Festum solemniter celebrat, & speciale, ac proprium* (quod Seraphicus Ordo retinet) *super hoc, Officium olim ordinavit* (in quo ipsa S. Romana Ecclesia decantabat, *Immaculata Conceptio est hodie* &c., *Immaculatam Conceptionem Virginis Mariæ celebremus, Christum ejus Præservatorem* &c., aliaque similia) *juxta piam, devotam, & laudabilem institutionem, quæ a Sixto IV. Prædecess. nostro tunc emanavit; volentesque, laudabili huic pietati, & devotioni, & Festo, ac Cultui, secundùm illam* (institutionem) *exhibito, in Ecclesia Romana post ipsius Cultus institutionem* (non obstante Officii immutatione) NUNQUAM IMMUTATO, *Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum exemplo favere*, &c.

= Quid his, obsecro, illustrius dici, ac luculentius

tiua potuit? Ex eo, quod S. Romana Ecclesia in Breviario Piano, Conceptionis Festo Officium solummodò assignaverit ut in Festo Nativitatis; nulla, Alexandro Pootifice declarante, facta ab Ecclesia ipsa mutatio est illiua Cultua, Cooceptioni Virginis exhibiti secundùm piam Senteotiam per speciale illud, ac proprium, quo nos utimur, Sixtinum Officium. Ergo idem omninò est io utroque Officio, Ecclesiaatici Cultua Objectum: eadem illa Præservatio Virginia colitur io communi Officio hodierni Breviarii Romani, quæ colebatur, & colitur in Officio proprio, quod retinet Sacra nostra Religio, quodque modò Ditionibus Monarchæ Catholici a Clemeote Pontifice Maximo in relato Brevi cooceditur. Qui & ipse in aliia auia Apostolicis Literia testatur, ac docet (supr. 8. Nov. 1760. §. *Præterea*) „ *die* VIII. Dec. *dicti Mysterii celebritatem per Catholicam Ecclesiam recoli* „ Mysterii nempe Immaculatæ Cunceptiooia Deiparæ, de quo io totis iiad. Literia sermo est.

= (*e*) Missam hanc, *Egredimini*, a Sixto IV. institutam, & a Franciscanis semper hactenua recitatam, recitatam fuisse ceotum penè Annorum spatio ab omnibus ferè, qui Missali Romano utebantur, atque a Patribus quoque tum Concilii Lateranensis, sub Leone X. absoluti, tum Tridentini Concilii; satia osteodit P. Marcua Antonius Gravois (Art. 7. n. 39. & sequentib.). Ibi quoque (n. 42. & seq.) tres affert Testes Seculi XVI., ex quibus colligitur, quod ante Breviarii reformationem, a S. Pio V. peractam, Officium *Sicut Lilium*, ab eodem Sixto IV., ut supra vidimus, institutum, in Romana Ecclesia recitabatur. Liberum tamen tunc erat (ut intelligitur ex Breviariis Romania illius ævi, quæ idem profert) aut illud Officium recitare, aut Officium aliod ut in die Nativit. cum lectionibus S. Anselmi, aut Officium Card. Quignonii a Paulo III. pro Seculari Clero approbatum: io quibus tameo omoibua idem erat Cultus Objectum, ut ipse ibidem demonstrat (cit. Art. 7. n. 45.).

= (*f*) Quod de Clemente XI., ob institutum de Præcepto Festum hoc SS. Conceptionis, acribebat Rmus P. Jo. Antoniua Panormitanua, quem alibi laudavimus; *Ob hoc Decretum*, inquiens, *præ aliis innumeris titulis, erga tantam Pontificem se adstrictam profitebitur triplex sub Francisci vexillo militans Seraphicus Ordo, tataque Mariano-Subtilis Magistri Schola* (Scrutin. Doctrin. C. 6. art. 9. n. 12.); hoc idem de Catholicis Hispaniarum Monarchis nobis est prædicandum tantò potiori jure, quantò graviores, ac diuturniorea austinuerunt ipsi sollicitudines, & labores ad Mysterium Conceptionis purissimæ promovendum, & illuatrandum. Scilicet cùm innumeria aliia, tum hac nominatim de caussa, Sacra nostra Religio summæ eorumdem Pietati, uti semper professa est, ita nunquam non profitebitur se usque eò devinctam, ut nullam partem consequi tantorum in se meritorum non modò referenda, sed ne cogitanda quidem gratia possit.

= Namque, ut addebat loc. cit. P. Panormitanua, nostræ Religionis, & Scholæ *characteristica prærogativa est, prædictam Immunitatem Deiparæ ab originali labe ad sanguinis effusionem tueri*. Atque, ut ajebant prisci illi Ordinis Patres, Anno 1553. ex toto Terrarum Orbe ad Generalia Comitia Salamanticæ congregati (in Statut. edit. ab ipso Gen. Capit. Salamanticen.), *Festum hoc videtur Ordinis nostri proprium, atque peculiare, quia continuum gerimus bellum pro eo*; bellum verò minimè lædens illum *præcipuæ charitatis nexum, sanctamque unionem* cum adversæ (atqui modò supersunt) opinionis Patronis, *a quinque Seculis, & ultra, non hominum solertia, sed, ut piè credimus, cælesti dono stabilitam, veluti sacram hæreditatem a SSmis Patribus nostris acceptam*. Hanc siquidem districtè adeò *conservandam* præcepit Sacra eadem Religio nostra (Capit. Gen. Tolet. 1658., & Roman. 1688.), ut *Pœnis* subjecerit *turbatorum pacis, & Infamatorum nostri Ordinis* eum, qui *ausus fuerit, quod absit, sanctam hanc fraternitatem vel in minimo lædere* (Capit. Gen. Rom. 1651., & cit. Tolet. 1658.).

= (*g*) Alias istiusmodi extensiones ipsiua proprii Officii noatri, & Missæ de Immaculata Conceptione Deiparæ tum ad Religiosoa omoea, & Moniales totius inclyti Ordinia Servorum ejusd. B. M. V., tum ad Ecclesias alias, percenset P. Marcua Antonius Gravois (Oper. cit., in Summar. n. 21. sub litt. C.).

= (*h*) Impressa jam præcedenti pag. 384., dum, corrigentes typos hujus pag. 385., eos minutim inspiceremus, animadvertimus, adscribi hic Aonum 1761. non communem, sed *Incarnationis Dominicæ* (eujusmodi Anni supputantur a die 25. Martii); proindeque datas fuisse has Literaa 17. *Januarii* Anni *communis* non 1761., sed 1762. Cum verò integrum modò non sit ad Monumenta istiua Anni 1762. Literas easdem transferre; satis fuerit, adjecta hac Nota de ea re lectorea admonuisse.

1761. 19. Jan. = Decret. hujua diei proscripti fuerunt sequentes Libri. I. *Code de la Nature, ou veritable esprit des ses loix, de tant tems negligé, ou meconau. Par tout. Chez le vrai sage.* II. *Essais philosophiques sur l' Entendement humain, par Mr. Hume.* III. *Liberté de Conscience resserée dans des bornes legitimes.* IV. *Preservativo contro certi libri, e sermoni de' Gesuiti.*

1762. 22. Jan. *Rotalis Decisio in* ROMANA RESTITUTIONIS CADAVERIS, ET EMOLUMENTORUM *coram R. P. D. Cornelio: In qua disseritur de caussis, ob quas possit, debeatque Defunctus extra suam Parochialem Ecclesiam sepeliri, deque restituendo Cadavere, & Emolumentis, excepta Quarta, si in Parochiali in iis casibus tumuletur.*

1. JAcobua Vanuius non obscuri nominis in Romana Curia Causidicus, atque unua ex Collegio Patrooorum Sacri Palatii Apostolici, dum in humanis fuit, non aolùm Patri, qui id summis votis exoptaverat, sed etiam sibi, Posterisque suis in Bononiensium Ecclesia Divo Petronio dicata Monumentum extruxit; & insuper, uti post illiua obitum repertum est, quibusdam etiam in Foliis, priusquam moreretur, scripsit[?], jussitque, ut in Monumento, quod fecerat, sepeliretur. Verùm, cum anno 1759. octavo Idus Martii, repentino Morbo correptus, decessisset, conditus haudquaquam fuit in eo, quod sibi posuerat, Sepulcro: Martioua[?] siquidem Gislaco[?] Parochus S. Apollinaris, sub cujua Parœciæ finibus vivens morabatur Vanuius, etsi de hujusmodi Monumento apprime consciua, voluit tamen injuria potiùs, quàm jure, ut Jacobi Cadaver in ejua Parochia tumularetur.

2. At verò id ægrè ferens Bononiensis Archiconfraternitas Judicium hac de re movit coram R. P. D. Urbis Vicesgerente, qui Decreto, Sententiaque sua Parochum condemnavit, ut, excepta Quarta, tum Cadaver, tum cætera alia, quæ indebite perceperat, emolumeota restitueret: Neque verò diversum fuit Sacri hujua nostri Tribunalis, ad quod per Appellationem, ab eodem Parocho interpositam, Cau-

sa

ta conscenderat, Judicium. Interrogati namque per Me in hodierna Audientia DD. mei sub congruo Dubio = *An sit locus restitutioni Cadaveris, & Emolumentorum in casu &c.?* =, Parocho prædicto in Arenam descendere recusante, respondere non hæsitarunt = *Pro Informante* = nempe = *Affirmative ad formam Iudicati R. P. D. Vicesgerentis* =.

3. Primò siquidem, quod ad Cadaveris restitutionem (*a*) attinet, complures profecto ob causas concors esse debebat DD. Sententia, ut Jacobi Corpus Bononiensium Ecclesiæ redderetur. Et revera quæ major causa petenda est, si Jacobus ipse eadem in Ecclesia non minùs Patri, quàm sibi, Posterisque Monumentum posuit? Sanè verò una hæc pro cunctis ad Cadaveris restitutionem sufficeret; liberum enim cuicumque est, & esse debet, quoquo velit Templo Sepulturam eligere, sibique extruere Monumentum; Quique hoc fecerint, non in Parochia, sed in extructo sepeliri debent Tumulo, ne contra rationem pium hujusmodi solatium Morientibus denegetur contra monitum Textus in Cap. primo de Sepultur., & aliàs advertit hæc Sac. Rota in alia Romana Juris Tumulandi 5. Martii 1703. §. *Plura* coram clar. mem. Card. Priolo, & in Barchinon. Jurium Parochialium 13. Januarii 1730. §. 29. coram clar. mem. Card. Aldrovando, & in Gerunden. Juris sepeliendi 8. Maji 1733. §. *Ita pariter* coram clar. mem. Card. Cincio, & in illius Confirmatoria 17. Januarii 1735. §. *Nullo* coram bon. mem. Peralta.

4. Superaccedebat præterea, quod in eodem Monumento Jacobus Paternos habet Cineres; quo fit, ut etiam ipse, qui Filius est, debeat in illo certo certiùs tumulari: Naturalis enim affectio omnibus per æque Gentibus ab initio suasit, ut Mortuorum Cadavera in Parentum suorum Sepulcris sepelirentur, quemadmodum de Jacobo legimus in Libro Genesis cap. 47. vers. 30., de Salomone in Lib. 3. Reg. cap. 11. vers. 43., de Josia in Paralipomenon Lib. 2. cap. 35. vers. 24., aliaque quamplura habemus exempla in Canon. *Ebron*, & seqq. caus. 13. quæst. 2.: nam, ut ait Cicero de Offic. lib. 1. §. 17. num. 55. = *Magnum est eadem habere Monumenta Majorum, iisdem uti Sacris, Sepulcra habere Majorum* =.

5. Cui porrò naturali affectioni consona est etiam Juris Pontificii Dispositio in Cap. primo de Sepult., communisque DD. omnium, necnon Sacræ Congregationis Concilii, nostrique hujus Tribunalis etiam Sententia: hoc enim, præter alios innumeros, affirmant Gonzalez ad dictum Cap. primum de Sepultur. tract. primo controv. 6. conclus. prima, Barbos. de Offic., & Potest. Parochi Par. 3. cap. 26. num. 31., Rota in dicta Barchinonen. Jurium Parochialium 13. Januarii 1730. §. 30. cor. clar. mem. Card. Aldrovando, in Fanen. Juris tumulandi 2. Martii 1733. §. 24., & seqq. coram clar. mem. Card. Calcagnino, & in Firmana Juris Tumulandi 28. Junii 1748. §. 11. cor. clar. mem. Card. Matthæjo.

6. Eoque ampliùs id obtinere debet, quia Jacobus vivens scripsit, jussitque, ut in Patris Sepulcro reponeretur. Nihilque interest, an hujusmodi voluntas appareat ex Testamento, an ex quibusdam tantummodò Foliis post Jacobi mortem repertis, de quorum cæteroquin subsistentia, vel irrelevantia quoad alios effectus nulla prorsus habenda erat in præsens ratio: Quoties enim agitur de Sepulturæ Electione satis superque est, quod de voluntate Defuncti quoquomodo constet, etiamsi talis voluntas solemnitatibus careat, aut ex nudis præsumptionibus eruatur, aut quovis modo manifestetur, ut alias firmavit Rota in Carpentoraten. Sepulturæ 18. Februarii 1701. §. *Quoniam* coram bon. mem. dell'Olmo, & in dicta Fanen. Juris Tumulandi 2. Martii 1733. §. 34. & pluribus seqq. coram clar. mem. Card. Calcagnino: Maximè quia hic naturalis affectio, & antiqua Gentium Constitutio concurrit, prout quoque animadversum fuit in laudata Decisione Fanen. §. 36. coram eodem.

7. Nec impedire valuit Cadaveris restitutionem Objectio illa Parochi, quod nimirum Bononiensium Ecclesia jure sepeliendi non gaudeat: Id etenim in Facto insubsistens deprehensum fuit: Neque enim ea in Ecclesia Confratres tantummodo tumulari conspiciuntur, sed & alia plura ibidem extant non Confratrum defunctorum Monumenta, quæ vetustate sua cuique hac in re certissimum perhibent testimonium, prout in simili animadversa est Rota in Nuperrim. decis. 258. num. 16. tom. 3., & in Romana Juris Sepeliendi 2. Maji 1732. §. *Et revera* coram bon. mem. Gamaches.

8. Quæ cum ita sint, ac DD. optimè noverint, nullo Jure Parochum Gislaco potuisse in sua Parœcia Jacobum sepelire, hinc est, quod responsum quoque fuerit, restituenda esse a Parocho Emolumenta omnia, quæ propter Cadaveris tumulationem perceperat. Et ratio rationis est, quia sicuti Emolumenta ex causa Sepulturæ percipiuntur; ita conveniens est, ut qui injustè sepelierit, neque Emolumentis frui debeat, perinde enim est, ac si non tumulasset. Quamobrem cum Parochus injuria, non autem Jure Vannium tumulaverit, eumdemque modò Bononiensium Ecclesiæ debeat restituere; omnis æqui, bonique ratio postulat, ut Emolumenta etiam restituat, quæ sine causa præcepit, ac retinet, sicque respondit in simili Papinianus in Leg. *Hæc conditio 66.* ff. de Condict., & Indebit., & Ulpian. in Leg. prima in fin. ff. de Condict. sin. caus., & ad rem appositè firmant Panimoll. decis. 5. annotat. 3. num. 5., & in sæpe dicta Fanen. Juris Tumulandi 2. Martii 1733. §. 2. in fin. coram clar. mem. Cardinali Calcagnino.

9. Quarta tamen a Parocho nullo modo restituenda visa est, quæ tamen a Bononiensium Ecclesia neque prætendebatur: Hæc enim semper Parocho debetur, sive Defuncti Cadaver in Parochia sepeliatur, sive in alia tumuletur Ecclesia: Quippe quia hujusmodi Quarta non est Parocho debita propter Sepulturam, sed quidem propter Sacramentorum administrationem, ac propter alia onera, quæ a Parochis substinentur, uti, post Text. in Cap. primo de Sepultur., docent Antonell. de Regim. Eccles. lib. primo cap. 12. num. 30., Petra ad Constitut. 2. Cælestin. III. num. 19. tom. 2. pag. mihi 195., & ad Constitut. 2. Honor. III. num. 35. tom. 2. pag. mihi 394., Panimoll. in Annotat. 3. ad dec. 5. num. 13., & Rota in Romana Juris Tumulandi 20. Februarii 1702. §. *Hinc sequitur* coram clar. mem. Card. Priolo, in Cusentina Quartæ Funeralis 11. Februarii 1732. §. *Quoad verò* coram Eminentissimo Card. Crescentio, & in Romana Quartæ Funeris 26. Februarii 1742. §. *Siquidem* coram bon. mem. Peralta.

Et ita, Bononiensium Ecclesia dumtaxat informante, Parocho verò Jura sua deducere recusante, resolutum fuit.

= (*a*) De Cadaverum restitutione in hunc modum
= disserit eadem Sac. Rota in *Urbevetana Jurium Pa-*
= *rochialium* 4. Maji 1770. coram R.P.D. Mannelli,
= *edita utraque Parte informante, & omnibus suffragan-*
= *tibus Dominis*, (n.15.): „ Quod verò attinet ad re-
= „ stitutionem Cadaveris, licet hæc etiam pendere

 = „ pos-

= ,, possit ab eadem subjectione , ut patet ex d.
= ,, Cap. 1. de Sepultur. in 6., & notant Calvin.
= ,, de Æquit. lib. 5. cap. 93. num. 1., & seqq.,
= ,, Panimoll. decis. 5. annot. 3. num. 5. tom. 1.,
= ,, Rota coram San. Mem. Clemente XIII. decis. 30.
= ,, num. 28., in Firmena Juris tumulandi 28. Junii
= ,, 1748. §. 11. coram clar. Mem. Card. Matthæ-
= ,, jo; parum tamen decere ponderatum est , ex-
= ,, humari Defunctorum Cadavera , atque ex loco,
= ,, ubi quiescunt, dimoveri; placuitque propterea
= ,, arbitrium hac in parte interponere , ad hoc
= ,, ut Cineres, atque Ossa bon. mem. Albicini ,
= ,, quoniam Sepulturam habuerunt in Cathedrali ,
= ,, ibi servarentur, ac perpetuo manerent, sequendo
= ,, praxim magnorum Tribunalium, de qua testan-
= ,, tur plures resolutiones Sacræ Congregationis
= ,, Episcoporum & Regularium, & Sacri Concilii
= ,, Interpretum relatæ ab Antonell. de Jur., &
= ,, Oner. Clericor. fol. 20., Nicol. Lucubrat. Can.
= ,, lib. 4. tit. 15. num. 19. de Sepultur., Urseja Di-
= ,, scept. Eccles. discept. 28. n. 155. tom. 1. part.
= ,, 2., discept. 14. num 93. tom. 2. par. 2.; & præ-
= ,, terea tenent Passerin. de Stat. Homin. tom. 2.
= ,, quest. 187. artic. 4. num. 252., Lavor. Variar.
= ,, Lucubrat. tit. 2. cap. 7. num. 26., & 57., &
= ,, cap. 9. num. 121., & 122., Rota coram Pœnia
= ,, dec. 442. num. 6. & per tot., cor. Ansald. dec.
= ,, 467. num. 6., & coram Herrer. decis. 57. n. 11.
= ,, Maxime vero (uti subjicitur n. 16.), quia in
= ,, efferendo Funere, celebrandisque Exequiis, nihil
= ,, violenter, nihil dolosè gestum comperiebatur.
= ,, Hæc enim duo potissimum spectari solent, do-
= ,, lus scilicet, & violentia; quibus sepositis, ad re-
= ,, stitutionem Cadaveris non esse procedendum ,
= ,, ex relatis auctoritatibus monet Folium Sacræ
= ,, Congregationis Concilii in *Alexanen. Funerum* 13.
= ,, Junii 1743. §. *Quinto*. Nullaque obtendi pote-
= ,, rat futuri præjudicii ratio. Ad omnem enim as-
= ,, serti præjudicii umbram submovendam, contro-
= ,, versum hoc Funus bon. mem. Albicini describi
= ,, ita poterit in Codicibus Ecclesiæ Parochialis
= ,, S. Andreæ, ac si in eadem Ecclesia fuisset reipsa
= ,, perfectum, & absolutum : Nam demandatum
= ,, est, ut hujus faciendæ descriptionis plena esset
= ,, potestas apud illos, qui prædictæ Ecclesiæ præ-
= ,, positi sunt, illiusque Jura tuentur. Deinde com-
= ,, pletissima aderat Res Judicata, & plures ade-
= ,, rent Decisiones in Causa editæ, quæ omni tem-
= ,, pore testabuntur, quid Juris competere valeat
= ,, actualis habitationis Parocho quoad similia Gu-
= ,, bernatorum Funera. *Hucusque laudata Decisio*.

1761. 23. Jan. *Possunt Superiores Provinciarum Ordinationes edere pro Congregationibus Secularibus Tertii Ord. sibi subjectis; dummodò Regulæ ipsius Tert. Ord., & Constitutionibus Apostolicis non opponantur.*

SAcra Congregatio Emorum, ac Rmorum S.R.E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcopor., & Regular. præposita, referente Emo De Rubeis Ponente, attenta relatione P. Vice-Procuratoris Gen. Ordinis, censuit rescribendum (*a*), prout præsentis Decreti vigore rescripsit = Breve Benedictinum (*b*) non obstare, quominus Superiores Discalceati edere valeant particulares (*c*) Ordinationes pro sui (*d*) Tertii Ord. meliori regimine, dummodò Regulæ, & Apostolicis Constitutionibus non adversentur =.

Romæ 23. Januarii 1761.

C. A. Card. Cavalchini Præf.
S. Bonaccorsi Secr.

= (*a*) Supplici nimirum Libello Ministri Provinciæ
= PP. Discalceatorum S. Josephi in Castella. Quam
= ob caussam infra in hoc Decreto de *Superioribus*
= tantum *Discalceatis* mentio fit. Ceterum Decreti
= ratio, de qua mox dicam, ad Superiores omnium
= Provinciarum pertinet.
= (*b*) Nempe , ut puto (nam supplicem præfa-
= tum Libellum minimè vidimus), Breve Benedi-
= cti XIII., *Paterna* 4. Id. Dec. 1725., in §. *Injun-
= gimus autem* (Chronol. P. Perus. Par. 2. p. 60.
= B.) Ratio autem, cur in Decreto isto dicatur
= Breve illud *non obstare* &c., non ea utique est ,
= quia videlicet contenta in eo Brevi, ut & in aliis
= quibusdam Literis ejusdem Pontificis , fuerunt a
= Clemente XII. redacta ad terminos Juris præexi-
= stentis (apud eumd. Perus. ib. p. 159. B. & se-
= quentib.). Nam quæ facultas per Breve illud ,
= *Paterno*, in d. §. *Injungimus*, Generali Ministro cum
= Capituli Gen. Patribus concessa fuit; ea non tunc
= primùm per Breve idem concessa est , sed con-
= cessa fuit *ad tenorem litterarum* (jam duobus an-
= te Seculis editarum) *Clementis PP. VII.* , quæ
= ibidem citantur.
= Itaque Breve illud , nostra quidem sententia ,
= hic decernitur non obstare , quia facultas paullò
= ante commemorata , quæ soli Generali Ministro
= unà cum Capituli Gen. Patribus in cit. §. ejusdem
= Brevis tribuitur, facultas est *innovandi*, *immutan-
= di*, *augendi*, *aut minuendi* Statuta etiam condita
= pro universo Tertio Ordine Seculari, & per Con-
= stitutiones Apostolicas approbata, & confirmata,
= atque *alia de cætero statuendi* , *quæ bonum dicti
= Gregis* (Tertii Ord. Secularis) *regimen concernere
= possunt* ; *dummodò tamen Regulæ præfatæ* (ipsius
= Tert. Ord.), *sacrisque Canonibus non adversentur*.
= Quamobrem eadem certe facultas illa adver-
= sum Statuta per Constitutiones Apostolicas con-
= firmata Superioribus Provinciarum nullo modo
= competit. Sed hoc tamen non impedit, quin pos-
= sint ipsi, ut in hoc Decreto dicitur, *pro sui Ter-
= tii Ord. meliori regimine* peculiares Ordinationes
= edere, quæ tum Regulæ , sacrisque Canonibus ,
= tum Apostolicis Constitutionibus neutiquam op-
= ponantur.
= (*c*) *Ordinatio* quidem, si hoc vocabulum pressè
= accipias, a *Mandato*, & *Statuto* differt. Mandatum
= namque est solius Prælati. Ordinatio est Prælati Ge-
= neralis, vel Provincialis cum respectivo suo Definito-
= rio. Statutum verò est Prælati ejusdem cum approba-
= tione sui Definitorii, & consensu Capituli. Adhæc
= Mandatum, & Ordinatio , nisi revocentur , per-
= durant, illud quidem , quousque Prælatus regi-
= men tenet, Ordinatio autem usque ad novi De-
= finitorii electionem, etiam si antea per mortem ,
= renunciationem, promotionem , Prælati Officium
= vacet, & Prælatus alter, pristino eodem Defini-
= torio manente, Ordinem, vel Provinciam regat.
= Statutum verò , nisi abrogetur, perpetuum est .
= De quibus omnibus agit Gaudentius Kerckove
= (in Statut. Germanobelg. C. 7. §. 10. n. 6., & C. 8.
= §. 10 n. 2.),, ac parum quoque Sanctorus (in
= Const. Ord. C. 8. St. 37. qu. 12., & C. 12. qu. 2.;
= ac

= ac de Pœnis C. 28. ad calc.).

= Sed tamen dum in hoc Decreto Superiores dicuntur posse *Ordinationes* edere &c.; nemo, ut arbitror, dubitaverit, quin vox ista hic, sicut alibi passim, prædicta dispositionum genera complectatur: adeout possit Prælatus Provinciæ & solus, & cum Definitorio, & cum Capitulo illa præscribere, quæ ad melius regimen Tertiariorum sibi subjectorum pertinere videantur, cum eo tamen durationis discrimine, quod supra diximus.

= (*d*) Cùm alibi in supra dicta Castellæ Provincia S. Josephi PP. Discalceatorum Ven. Tertius Ordo Pœnitentium reperitur jampridem fundatus; tum extat quoque in Regio Matritensi Cœnobio S. Ægidii, Anno 1755. illic erectus. Erectionis hujus Apostolicæ Literæ nobis minimè occurrerunt, quo tempore illius Anni Monumenta impressa sunt. Itaque Officii nostri partes esse censuimus, hac oblata opportunitate, illas hoc loco referre.

= In Documentis, quæ, ex Hispanico primùm idiomate in latinum versa, fuerunt deinde S. Sedi oblata, iisdemque Literis inserta, offendimus menda nonnulla, ex incogitantia vel Librarii, vel Interpretis, sive (ut loquimur) Traductoris profecta. Sic e. c. ubi in præmisso supplici Libello habetur ,, *igitur portio major* ,, &c., verbum ,, *igitur* ,, non congruit orationis contextui. In Hispano Autographo extabat, credo ,, *poes* ,,. Quæ dictio cùm interdum sit causalis, idemque significet, ac *quoniam*, *quia* &c., sed passim sit illativa; maluit, ut opinor, Interpres hoc posteriori sensu illam accipere, qui tamen contextui sermonis minimè consonat. Sic etiam paullò ante in eodem Libello ubi legitur ,, *Et licèt verum sit* ,, &c., extabat forsitan in Autographo ,, *Y puesto que* ,,: quæ verba alibi quidem rectè verterentur ,, *Et licèt* ,,; sed hoc loco reddenda potiùs latinè fuissent ,, *Et cum proculdubio verum sit* ,, sicuti ea, quæ sequuntur, suadent. Ob hæc nos menda, aliaque nonnulla, Exemplum Litterarum istarum, quod apud nos erat, cum Regesto Secretariæ Brevium Apostolicorum, ut in similibus casibus consuevimus, conferendum curavimus. Sed cum ibi quoque errata pleraque in Documentis iisdem inventa fuerint, nobis autem in Monumentis exhibendis religio sit, quominus quippiam immutemus; Breve idcircò damus, uti jacet in eodem Regesto =.

BENEDICTUS PP. XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Pastoralis Officii, quod authore Deo gerimus, debitum exigit, ut paternam Christi fidelium Divinis obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipatorum curam gerentes, felicibus eorum in Vinea Domini progressibus, quantum Nobis ex Alto conceditur, consulere jugiter studeamus. Cum itaque, sicut dilectus Filius Joachimus Escuder Frater expresse professus, ac Vice-Procuratur Gen. Ord. FF. Min. S. Francisci de Observantia Excalceatorum nuncupatorum Nobis nuper exponi fecit, tam Fratres Excalceati præfati, quam alii ejusdem Ord. S. Francisci Recollectorum nuncupatorum Privilegio fundandi, & erigendi Tertium Ordinem Pœnitentiæ nuncupat., ab eodem S. Francisco institutum, in quibusvis Civitatibus, Terris, & Locis, in quibus dilecti itidem Filii Fratres Ordinis Min. dicti S. Francisci de Observantia nuncupat. memoratum Tertium Ordinem de Pœnitentia, seu Confraternitatem sub eodem titulo jam erexerint, gaudeant: vigore itaque Privilegii hujusmodi, a Congregatione VV. FF. nostrorum tunc existentium S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum per suum Decretum, die 20. Martii 1745. datum, & subinde per quasdam nostras in simili forma Brevis die 2. Augusti ejusdem Anni expeditas Litteras approbatum, confirmati, dilecti itidem Filii Minister Provincialis, ac Definitores Provinciæ S. Josephi in Hispaniarum Regnis ejusdem Ord. Excalceatorum, utendo facultatibus sibi concessis, Tertium Ordinem de Pœnitentia hujusmodi erigere intendentes in Regio Conventu S. Ægidii Oppidi Matriti Toletan. Diœcesis, Patentes Litteras super hujusmodi erectione a dilecto Filio Petro Joannetio de Molina Ministro Gen. totius Ord. S. Francisci obtinuerint, quas quidem Patentes Litteras, seu Licentiam erigendi dictum Tertium Ordinem Pœnitentiæ in dicta Ecclesia S. Ægidii, Venerabilis Frater Hieronymus Archiepiscopus Laodicen., noster, & Apostolicæ Sedis in Hispaniarum Regnis Nuncius, prævio Charissimi in Christo Filii nostri Ferdinandi earumdem Hispaniarum Regis Catholici, uti Patroni Conventus, & Ecclesiæ hujusmodi, assensu, confirmavit, prout constat ex Documento authentico omnium in præmissis actorum; nempe =

= ,, Rme Pater, & Domine Excellentissime Minister Generalis, Venerabilisque Provincia S. Josephi = Dominus Philippus Mensio, etiamque Dominus D. Joannes Antonius Gonzalo & Soto Advocatus, Regalis Consiliarius, & Agens Præfectus Fisci in Regiis Facultatibus, Regalisque Congressus Generalis Tabaci, filii Venerabilis Tertii Ordinis de Colmenar Vieso, primusque Procurator Generalis Ordinis dicti, a se, & in nomine aliorum Fratrum multorum ipsius filiorum, vicini, & degentes in hac Matritensi Curia, reverenter pedibus Vestræ Rmæ collocati dicunt: quod a principio Religionis Seraphicæ per Orbem Christianum principium habuit extensionis Institutum Pœnitentiæ, fundatum a S. Patre nostro Francisco omni genere personarum in Seculo viventium, fructibus nostræ Matris Ecclesiæ Sanctæ mirabilibus, curis vividis, laboribusque infatigabilibus Religiosorum. Et cum sit nota Religioni utilitas hæc valde magna, in variis Generalibus Capitulis sancivit, ut copiosior evaderet fructus, ut Superiores attente studerent omnibus in Locis suæ Jurisdictionis, vel Superioritatis promovere tam laudabile Institutum, annunciando frequenter commodum ejus spirituale, assignandoque Altaria, vel Cappellas, in quibus Tertiarii haberent sancta exercitia ipsorum, & illic magna aggregatione Indulgentiarum foverentur a S. Sede concessa, uti singulariter Statuta Capituli Generalis Romæ anni 1688. decernunt. Et licèt verum sit, in Curia Matritensi tam pio Statuto adimpleri moraliter impossibils esse, quod multi eorum Fratrum interveniant exercitiis, & visitationi Cappellæ in ipsa Curia erectæ ad relata, causa certa longæ distantiæ a domibus, in quibus morantur, usque ad situm memoratæ Cappellæ; igitur portio major dictorum Fratrum degit in callibus de Alcala fusncarral, & aliis æqualis distantiæ; & omnibus his cum sit commodior, & facilior interventio exercitiis, propriisque functionibus eorum, si talibus assignaretur aliqua ex Cappellis Conventus S. Ægidii, vel ex iis, quæ in ejus Ecclesia extant,

= ,, vel

„ vel Cappella SSmi Jesu Christi, cognomento Salutis, in ipso Conventu erecta a te, Rme Pater, suppliciter exposcunt, digneris providere simul cum dicta Sancta Provincia solatio spirituali supplicantium, illis largiendo locum assignatum in relata forma, vel aliter, sicuti utilius fuerit, ut spiritualibus fructibus non careant, quos lucrantur isti Fratres variis in Locis, & in memorato Matritensi, qui proximam suam habitationem Cappellæ in Conventu Patrum Observantium fundatæ habent. Igitur cum nullum sit incoveniens in tali assignatione, præcipue post impetratam Bullam a Vestra Rma anno præterito 1745. ad hoc ut utraque Familia Patrum Observantium, & Discalceatorum possit simul, & absque alia differentia curam habere respectivè cultus Ordinis tam venerabilis, etiamque ut Animæ facilius spiritualia incrementa earum sic habuerint; a te, Rme Pater, Sanctaque Provincia expectant, qui supra, & infra, fervidæ ipsorum prætensioni assensum, ad effectum providendo convenienter = Servi, humilesque filii Vestræ Rmæ deosculantes pedes ejus = Philippus de Mensio = Liz. Dominus Joannes Antonius Gonzalo & Soto =.

= „ Admisso, lectoque hoc Memoriali a nostro Rev. Padre Ministro Generali, & prætensione collata, consultaque jussu suæ Rmæ cum Definitorio, Patribusque Provinciæ, quemadmodum in dicto Memoriali continetur, justum reputavimus sic Responsum dare: Quod cum justa, & honesta sit petitio ipsorum Fratrum, ut in hoc Regali Conventu S. Ægidii Ordo venerabilis Tertius de Pœnitentia S. P. N. Francisci fundetur eisdem forma, & modo, quibus Statuta Generalia nostri Ordinis disponant; utentes facultate, quam concessione diversorum Summorum Pontificum Prælati omnes nostræ Seraphicæ Observantiæ strictioris habent ad fundandum venerabilem Tertium Ordinem in suis respectivis Locis, novissimaque concessione nostri SSmi Papæ Benedicti XIV. nunc Ecclesiam regentis, moderantisque, qui ejus Brevi (a) incipiente = *Laudabile* = Romæ emanato 2. Aug. 1745. in contradictorio judicio, concedit, vult, & præcipit, ut Prælati omnes præsentes, etiamque futuri nostræ Seraphicæ strictioris Observantiæ erigere possint dictum venerabilem Tertium Ordinem adhuc in illis Locis, ubi fundatus reperiatur Ordo Tertius a Rev. Patribus Regularis Observantiæ absque aliqua differentia, & eisdem modo, & forma, quibus dicti Rev. Patres erigere solent, uti notum est verbis in relato Brevi expressis, quæ tenoris sequentis sunt = *Nec non modernis, & pro tempore existentibus Superioribus, Guardianis, & Fratribus Minoribus Discalceatis, & Recollectis, ut ipsi Tertium Ordinem de Pœnitentia nuncupatum in quibusvis Locis, in quibus eorum Conventus fundati reperiuntur, seu illos pro tempore fundari contigerit, etiam si Tertius Ordo Pœnitentiæ hujusmodi in Conventibus FF. Minorum de Observantia prædictorum erectus sit, eisdem modo, & forma, quibus FF. Minores de Observantia prædicti illum erigere solent, absque ulla prorsus differentia libere, & licite erigere possint, auctoritate Apostolica concedimus, & indulgemus; ac volumus, præcipimus, & mandamus, ut FF. Minores Discalceati, & Recollecti eadem facultate erigendi dictum Tertium Ordinem, prout dicti FF. Minores gaudere solent, gaudeant, & utantur, ac fruantur.* = Et cum facultas erigendi licite, & valide dictum Tertium Ordinem in quolibet nostrorum Conventuum, quando Prælatis visum fuerit illum erigere, valde extensa sit, assentientes, ut assentimus, antedictæ supplicationi præfatæ Dominorum Dni Philippi Mensio, Dni Joannis Antonii Gonzalo & Soto, cæterorumque innominatorum, qui illius fundationi intersunt, illisque adhuc gratias agentes propter amplioris honoris, & gloriæ Dei ignitum zelum, bonumque spirituale Animarum in dicta prætensione ostensum: placide venimus, statuimus, & decernimus, quod venerabilis Tertius Ordo de novo erigatur in nostro Conventu S. Ægidii Matritensis Curiæ eodem modo, quo fundatus reperitur diversis in Conventibus nostræ Sanctæ Provinciæ, eademque methodo, qua praxis est erigere illum in Conventibus nostræ Sacræ Religionis: & ad exercitia spiritualia facienda fornicem assignamus hujus Regularis Conventus, stricte ad usum exercitiorum, congressuumque dicti Ordinis, cum hic incompatibiles non sint in aliquo eventu, vel functione, qua Communitas indigeat. Et cum relatus Conventus, Ecclesia, & fornix, vel locus sepulchralis sint, & pertineant ad Regium Patronatum, dictam assignationem concedimus taliter, ut curetur educere, & obtinere Regis Domini nostri permissum (cujus Deus custodiat) ad usum exercitiorum, & congressuum in memorata, concessaque forma. Et quia juxta voluntatem Patris nostri Francisci, informatumque desiderium, nostrum intentum sit erigere dictum venerabilem Ordinem Tertium ad obsequium Dei, bonum spirituale Animarum, & Fidelibus omnibus exemplum virtutis, ideo, & ut amoveatur omnis occasio scandali, & divisionis, aliquis Frater, vel Professi Fratres venerabilis Tertii Ordinis, in Conventu S. P. N. Francisci hujus Curiæ erecti, non admittentur, nec ipsos admittimus; sed etiam illos Professos & Filios in nostro Conventu Villæ de Colmenar Vieso erecti Tertii Ordinis; utque omni rectitudine, & justitia nobis desiderata procedatur in fundatione dicti Venerabilis Ordinis in Conventu hoc Regio, nostri hujus Decreti certior fiat noster Pater Rmus Minister Generalis, a quo submisse poscimus, ut dignetur imponere manum suam potentem, & opus hoc magnum totaliter perficere Litteris Patentalibus & confirmativis, ut approbatione, benedictione, & venia nostri dignissimi Prælati totius Ordinis, legitimi Successoris S. P. nostri Francisci, erigatur dictus Venerabilis Tertius Ordo, sic indulgeatur benedictionibus Coeli multis, & Seraphici nostri Patriarchæ, cefundaturque omne in Animarum profectum, & in ampliorem honorem, & gloriam Divinæ Majestatis. In quorum fidem præsentes Litteras roboratas nostris manibus, majori Sigillo hujus Sanctæ Provinciæ si- = „ gilla-

= (a) Extat in Chronol. P. Perusini (Part. II. p. 339. & seqq.).

= ,, gillatas, & ab eo, qui a Secretis est ipsius,
= ,, recognitas dedimus in Regio Conventu S.Ægidii
= ,, 16. Maji an. 1755. = Frater Florianus a S. Ste-
= ,, phano Minister Provincialis. = Fr. Joannes An-
= ,, tonius de Olivares Pater Provinciæ. = Fr. Jose-
= ,, phus a Matrito Pater Provinciæ. = Fr. Emma-
= ,, nuel de Lillo Definitor. = Fr. Antonius Vin-
= ,, centius a Matrito Definitor. = Fr. Josephus
= ,, Puertollano Custos. = Fr. Mathias del Corrall
= ,, Definitor. = Fr. Philippus de Almagro Defini-
= ,, tor.=De Mandato nostri Charissimi Fratris Ministri
= ,, Provinc.,Patrum Provinciæ,& Venerabilis Defini-
= ,, torii Fr. Franciscus de Lillo a Secretis Provinciæ.

= ,, Approbamus, & confirmamus supra relatum
= ,, Decretum; præcipimusque virtute Sanctæ Obe-
= ,, dientiæ, & sub pœna privationis Officii Rev.
= ,, Patrem Guardianum nunc existentem, & pro
= ,, tempore successurum dicti nostri Conventus
= ,, S. Ægidii, Patremque Visitatorem Tertii Ordi-
= ,, nis, ut ad illum non recipiant nec Profes-
= ,, sos, nec Novitios erecti in hoc nostro Con-
= ,, ventu Sancti Francisci Matritensi. = Datis in
= ,, ipsomet Conventu 20. Maji an. 1755.=Fr. Pe-
= ,, trus Joannetius de Molina Minister Generalis. =
= ,, L. ✠ S. = De Mandato Suæ Rmæ Fr.Antonius
= ,, Joannetius de Molina a Secretis Gen. Ordinis.

= ,, Hieronymus Spinula Dei, & Apostolicæ Se-
= ,, dis gratia Archiepiscopus Laodiceæ, SS. D. N.
= ,, Benedicti Divina Providentia PP.XIV., ejusdem-
= ,, que S. Sedis in his Hispaniarum Regnis cum po-
= ,, testate Legati de Latere Nuntius = Supplicatio-
= ,, nibus dilecti Fr. Francisci del Cassar nobis in
= ,, Christo, Procuratoris Gen. Provinciæ S. Jose-
= ,, phi Ordinis Minorum Excalceatorum S. Fran-
= ,, cisci, nobis super hoc humiliter porrectis incli-
= ,, nati, retroscripta R. P. Provincialis dictæ Pro-
= ,, vinciæ Decretum, & Reverendissimi Ministri
= ,, Generalis dicti Ord. Approbationem, & Con-
= ,, mationem Apostolica authoritate, & tenore præ-
= ,, sentium approbamus, & confirmamus illisque,
= ,, ac in eis contentis quibuscumque inviolabilis
= ,, Apostolicæ firmitatis robur adjicimus. Decer-
= ,, nentes, illa, & in eis contenta prædicta sem-
= ,, per firma, valida, & efficacia existere, fore,
= ,, & esse, suosque plenarios, & integros fines, &
= ,, effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad
= ,, quos spectat, & pro tempore spectabit, invio-
= ,, labiliter observari debere, neque a quoquam
= ,, quovis ad id quæsito colore, prætextu, causa,
= ,, vel ingenio impugnari, minusque invalidari pos-
= ,, se, neque debere, ac irritum & inane, si se-
= ,, cus super his a quoquam quavis auctoritate
= ,, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. =
= ,, Datum Matriti Toletanæ Diœcesis Anno Domi-
= ,, ni 1755. Kalendis Julii, Pontificatus autem SS.
= ,, D. N. Papæ Anno Quintodecimo. = Hierony-
= ,, mus Archiep.Laodiceæ. = A.Beliardi Abb. = L.✠S.

,, Rme Pater: In (a) hypothesi rei certioratæ Regi a
,, Fr. Francisco del Cassar Procuratore Gen.
= ,, Provinciæ S. Josephi Discalceatorum S.Francisci,
= ,, placuit Suæ Majestati concedere Regium permis-
= ,, sum, ut in Conventu S. Ægidii istius Curiæ
= ,, erigi possit venerabilis Ordo Tertius, quem sa-
= ,, tagunt Fideles multi, eadem forma, qua in
= ,, diversis Conventibus relatæ Provinciæ fundatus
= ,, reperitur: & de ejus Regio præscripto Vestræ
= ,, Rmæ notum facio ad ipsius intelligentiam. Ve-
= ,, stram Rmam, uti desidero, multis annis Deus
= ,, salvum faciat. Bono Recessu, hispanice Buen
= ,, Retiro 27. Junii anni 1755. = Marchio de Cam-
= ,, po de Villar. = Rme Pater Frater Floriane a S.
= ,, Stephano.

= ,, Et ego Ecclesiasticus Tabellarius (qui infra)
= ,, Apostolicus, qui adfui conversioni hujus retro-
= ,, relati originalis quarumdam facultatum, etiam-
= ,, que illarum effectui, quod ex patria Castellæ
= ,, lingua in latinum ad verbum e verbo transcri-
= ,, ptum est; quibus facultatibus, nempe Provin-
= ,, ciæ S. Josephi, Rmi P. Ministri Generalis, Apo-
= ,, stolici Nuncii, Regiique permissus, publicaque
= ,, concione habita, erectus fuit Tertius Venerabi-
= ,, lis Ordo S. Francisci in hoc Regali Conventu
= ,, S.Ægidii Matritensis, electis, & confirmatis Of-
= ,, ficialibus ad ipsius Regimen a P. Rev. Fr. Flo-
= ,, riano a S. Stephano Provinciali Ministro memo-
= ,, ratæ Provinciæ, adstante congressu Fratrum de-
= ,, morantium in eodem Conventu, magnaque co-
= ,, pia Fidelium Populi ad sonitum Cymbali, pro-
= ,, pter quæ Deo de more gratiis peractis, Hy-
= ,, mnus = *Te Deum laudamus* = solemniter decan-
= ,, tatus est. In quorum fidem, ut undequaque
= ,, totum de veritate constet, præsens Testimonium
= ,, subscripsi, interveniente ad illud R.P. Fr. Joan-
= ,, ne Antonio de Olibares ejusdem Conventus
= ,, Guardiano, Provinciæque Patre, in ipso postri-
= ,, die Kalendas Septembris Anni 1755. = In testi-
= ,, monium veritatis Fr. Antonius de Almadem No-
= ,, tarius Apostolicus.

Nunc vero ipse Joachimus, quò erectio hujusmodi, ac omnia, & singula in præmissis acta & gesta firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos igitur ipsius Joachimi votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis Excommunicationis &c. absolventes, & absolutum fore censentes supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinserta omnia, quoad erectionem Tertii Ordinis de Pœnitentia nuncupati S. Francisci in Conventu Regio S. Ægidii Oppidi Matriti præfati concernentia, acta & gesta auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, & sanamus. Decernentes, easdem præsentes Litteras semper firmas &c., suosque plenarios &c., ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in futurum, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices &c., ac irritum, & inane &c. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVII. Sept. MDCCLV. Pontificatus Nostri Anno Decimosexto.

D. Card. Passioneus.

Loco ✠ Sigilli.

= (a) In Documentis,de quibus initio diximus, extat
= hic ,, *Hypostasi rei* ,, &c. Librarii erratum nimis pal-
= mare, nimisque insigne non potuimus retinere.
= Subrogavimus ,, *in hypothesi* ,, quæ veri similis lectio
= est: adeout sensus sit, concessum fuisse a Majesta-
= te Sua permissum, posita veritate rei Ipsi expositæ a
= Fr.Francisco &c., seu (ut habet consueta Rescripto-
= rum clausula) *veris existentibus narratis*.

1761.

1761. 13. Febr. *Decisio*

Sac. Rotæ Romanæ coram R. P. D. Frangipane in Causa Montis Falisci Aromatariæ super libertate vendendi Medicinalia: qua firmatur, vetitum esse Regularibus quibuscumque Medicamina vendere.

I. PHarmaceuticam Artem negociationis causa, licèt Religiosis Viris indecoram, attamen liberè exercere autumantes in Terra Marthæ Patres Ordinis *N. N.* (*unius ex Ordinibus in communi possidentibus*), in eorum Conventu publicè Pharmaca vendentes, inhibiti fuerunt a Cælestino Tognaccioli unico, & publico ejusdem Terræ Pharmacopola coram A. C., qui sua Sententia definivit, licitum haud esse prælaudatis Patribus sub quovis prætextu Medicamenta, & Pharmaca vendere. Interposita verò ab hac Sententia Appellatione, conscendit Causa ad hoc Sacrum Auditorium, in quo, disceptato hodie Dubio = *An liceat Patribus N. N. Terræ Marthæ vendere Medicinalia in eorum Conventu in Casu &c.*? = responsum eidem fuit = *Negative* =.

II. Variis quippe temporibus sæpiùs excitata hac contentione, plura semper emanarunt Decreta Sac. Congregationis Episcoporum, & Visitationis de Annis 1547. 1662. 1695., quæ Medicinalium Venditionem Regularibus expressè prohibuerunt, quæque a san. mem. Innocentio XII. de Anno 1700. fuerunt solemniter confirmata. Quinimo, deputata de Anno 1722. selecta Congregatione, ut ad juris trutinam decideret, licitum nec ne foret Regularibus Medicinalia vendere, plenèque examinatis juribus pro parte Regularium deductis, eisque recognitis adversativis Bono Publico, & Œconomicæ utilitati Reipublicæ, decretum fuit, quod Regulares amplius nec Artem Pharmaceuticam, nec Medicinalia vendere ullatenus possent. Idemque Decretum nedum a Summis Pontificibus Innocentio XIII., & Clemente XII., verum quoque a san. mem. Benedicto XIV. speciali Motu Proprio fuit confirmatum, & a Cardinalibus Urbis Vicariis usque in præsens specialibus Edictis publicatum. E conspectu itaque tot Summorum Pontificum Constitutionum, totque Decretorum Sacrarum Congregationum, nefas videtur, quod hæc facultas exercendi Aromatariam, & vendendi Exteris Medicinalia permitti ullatenus possit Patribus *N. N.* Terræ Marthæ: Cum hoc Sacrum Tribunal prælaudatas Constitutiones, & Decreta semper venerari, & exequi profiteatur, ut in decis. 5. n. 12. coram Cels.; coram Prinl. decis. 104. num. 39.; decis. 440. num. 13. cor. Molines.

III. Unica non relevante responsione, quod Apostolicæ Constitutiones, & Decreta Sacrarum Congregationum emanaverint pro Regularibus Urbis, & ejus Districtus, ideòque extendi nequeant ad Regulares Terræ Marthæ extra Urbis Districtum existentes. Quandoquidem, etsi verum sit, quod supra relata Decreta, & Constitutiones loquantur de Regularibus Urbis, & Districtus; Nihilominus quia ex Juris Canonici Dispositione omnibus indistincte Regularibus prohibitum procul dubio est quodlibet Negotiationis, & Mercimonii genus, quale præseferre videtur hæc publica Medicinalium Venditio intra propria Claustra ad Text. in Can. *Clerici* 14. quæst. 4., Can. *Beatus* quæst. prima, Antonell. de Jur. & Oner. Cleric. lib. 1. part. 5. cap. 6. num. 5., Monacell. Formul. Legal. Eccl. tom. 2. tit. 14. in adnotat. ad Formul. 4. num. 17., Rot. decis. 173. num. 6 part. 14. Recent., in Barchinonen. Aromatariæ 7. Maji 1736. §. *Etenim* coram clar. mem. Card Calcagnino; Si Constitutiones Pontificiæ, & Decreta non novum Jus, novamque induxerunt Dispositionem, sed dumtaxat Juris jam præexistentis Sanctiones declararunt; jam sub eorum vi, & efficacia omnes indistincte Regulares, etiam extra Urbis Districtum degentes, remanent comprehensi, ut in puncto arguit Pignatell. Consult. Canon. tom. 5. cap. 84. num. 16. & num. 20.

IV. Verùm præcipuè etiam ab examine Dispositionis Juris, Patres *N. N.*, etiamsi degant extra Districtum Urbis, adhuc se se nullo pacto exemptos prædicare valent ab eorumdem Decretorum, & Constitutionum censura. Præcipuum quippè illorum fundamentum repositum in eo fuit, quod hæc Medicinalium Venditio in Regularibus esset nimis perniciosa Publico Bono, & Œconomicæ Reipublicæ utilitati, ut disertis verbis in suo Motu Proprio explicavit san. mem. Benedictus XIV., rejiciendo rationes Regularium, ibi = *Quali furono riconosciuti insussistenti, e pregiudiziali al Ben publico, ed Economia del Principato* =. Quamobrem si hæc ratio æque bene afficit tam Regulares Urbis, & Districtuales, quàm etiam extra Districtum degentes; Profectò sub eisdem Constitutionibus etiam Patres *N. N.* Terræ Marthæ comprehensi esse debent. Ubi enim eadem militat Legis ratio, eadem quoque Lex observari necesse est ad Text. in Leg. finali Cod. de Legib., Rot. in Romana Immissionis 17. Novembris 1752. §. 5. cor. Reverendissimo Molino ....

= (Ostenditur in tribus num. seq., indulgendam
= non esse Religiosis illis permissionem vendendi
= Pharmaca; eò quòd permissio ista, ex circum-
= stantiis facti, in maximum Boni Publici, Populi-
= que illius detrimentum redundaret).

VIII. Nec ullius momenti est ...., vel quod dicti Patres ob eorum paupertatem necesse habeant Medicinalia, pro eorum usu præparata, aliis vendere, ad effectum illa renovandi: Vel quod cæteri Regulares, extra Districtum degentes, indistincte Aromatariam retineant, & Medicinalia cujusvis generis vendant. Siquidem ...... paupertas eorumdem Patrum, ultraquamquod verificata non remanet, dum constat, eos plurimis Bonis esse affluenter provisos, attamen ad prædictum effectum nil relevaret ...... Urgetque insuper potentior renovandi causa in publica Pharmacopola pro communi tutamine. Quodque demum cæteri Regulares extra Districtum hanc artem exerceant, & Medicinalia vendant, id vel peculiaribus circumstantiis, vel abusui tribuendum; cum de cætero quoties in Tribunalibus id fuit in controversiam revocatum, Regularibus etiam extra Districtum Venditio Medicinalium fuerit interdicta: & ita a Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium decisum fuisse de Regularibus Neapolis die 19. Januarii 1661., de Regularibus Florentiæ 18. Martii 1666., refert Rota in dicta Barchinonen. §. 5., quæ id ipsum statuit quoad Regulares Barchinonæ, ut in illius Confirmatoria 8. Martii 1738 per tot. cor. clar. mem. Card. Calcagnino.

Et Ita &c. Utraque &c.

= Vid. & supr. ad. d. 23. Julii 1756.

1761. 23. Feb. *Mandatur*, *ut circa Subrogationes, & Substitutiones in Provinciis etiam PP. Reformatorum Apostolicæ, & Ordinis Leges omninò serventur*.

Emi, & Rmi Dni = Fr. Carolus a Golleono Procurator Gen. Minor. Observ. Reformatorum, Emarum Vestrarum humillimus Orator, exponit, quatenus ad ejus notitiam pervenerit, in aliquibus Reformatorum Provinciis abusum invaluisse, Substitutiones, & Subrogationes (*a*) Patrum Provinciæ in multis casibus non observandi, & præsertim in receptione Novitiorum, prout statutum est per Pontificias Constitutiones, ac Religionis Generalia Statuta (*b*). Ut itaque hisce transgressionibus, ex quibus in Provinciis æmulationes, jurgia, & lites continuò emergunt, obsequentissimus Orator de opportuno remedio providest; humillimè supplicat EE.VV., quatenus sub pœna nullitatis actorum præcipere non dedignentur, ut in omnibus casibus Subrogationis, & Substitutionis, adamussim serventur Ordinis Leges, & Pontificiæ Constitutiones, signanter verè Breve S. M. Clementis XII., incip. *Exponi Nobis* 24. Novembr. 1735. Quam gratiam Deus &c.

Sacra Congregatio EE., & RR. S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcopor., & Regular. præposita, attentis narratis, decrevit, quod serventur omninò circa exposita Constitutiones Apostolicæ, & Leges Ordinis. Romæ 23. Februarii 1761.

C. A. Card. Cavalchini Præf.
S. Bonaccorsi Secret.

= (*a*) *Subrogatis Definitoris propriè fit in casu vacantiæ. In absentia tamen non dicitur propriè* = SUBROGATIO, *sed* SUBSTITUTIO (apud P.Lantusc. Theatr. Reg. v. *Subrogatis* n 4., §. *Si præsentia* ad calc.) Sic item habetur in Collectione Statutorum Ultramontanæ Familiæ Rmi P.Joannis de Soto (C.9. Γ.17. n. 1.). Etsi cæteroquin altera cum altera haud rarò confunditur.

= (*b*) Nempe per Constitutionem, *Universalis*, Benedicti XIII.§. *Porrò*, & per Const. *Exponi Nobis*, quæ in hoc Libello memoratur, Clementis XII. (in Chron. P. Perus. Par. II. p. 40. A, & p. 203. B. in fin. & seq.); ac per multa Ordinis Statuta, ad quorum etiam duntaxat Statutorum formam laudata Constitutio, *Universalis*, servanda est (apud eumd. Perus. ib. p. 133. B. post med. seq., & p. 266. post init.).

1761. 25. Feb. *Pontificia Mandata per Emum Urbis Vicarium circa Festum SS. Patriarchæ JOSEPH, incidens hoc Anno in Feriam V. Cenæ Dominicæ*.

Antonio Maria del Titolo di S. Marcello della S. R. C. Cardinal Erba Odescalco, della Santità di N. Signore Vicario Generale.

Cade in quest'Anno nel Giovedì S. la Festa del Glorioso Patriarca S. Giuseppe. Quindi la Santità di N. S. felicemente Regnante, aderendo al Decreto (*a*) già emanato dalla Sag.Congreg.de'Riti sotto il dì 13. Settembre 1692., ed approvato dalla San. Me. d' Innocenzo XII. in caso consimile, ordina, che nel suddetto Giorno, ancorchè si trasferisca l' Officio di S. Giuseppe, si debba però osservare la Festa di Precetto, tanto coll' astenersi dall' opere servili, quanto anche coll' obbligo di udire la S. Messa; e che li Superiori delle Chiese, quì sotto notate, procurino di far celebrare in quel Giorno alcune Messe private, una dopo l'altra, da terminarsi prima della Messa Conventuale, e col preventivo suono della Campana, affinchè il Popolo possa sodisfare al detto Precetto: Con questo però, che onninamente non si tralasci l'antico, lodevole costume, fin ora osservato, della Comunione del Clero nella Messa solenne del medesimo Giorno, in cui dalla Santa Chiesa si fa menzione dell' Istituzione del Santissimo Sagramento dell' Eucaristia. E perchè il prefato Indulto si concede solamente alle Chiese; perciò si proibisce di celebrare, o far celebrare Messe negli Oratorj privati.

Affinchè poi li Fedeli di quest'Alma Città sieno preventivamente informati; ordiniamo, che la presente Notificazione sia affissa non solo ne'luoghi soliti; ma anche si debba pubblicare da ciascheduno de' RR. Parochi nelle tre venture Domeniche nella Messa Parrocchiale, ed ancora dalli PP. Predicatori nella Predica delle Palme; con avvisare quelli particolarmente, che sono soliti di sentire l'ultima Messa, ad essere più diligenti in quel Giorno, perchè altrimenti non troveranno Messe nelle Chiese all' ora tarda.

Inoltre incarichiamo, che nelle Chiese Parrocchiali, tanto Secolari, che Regolari di quest' Alma Città, anche in quelle, in cui non vi è gran numero di Ministri, si debbano fare tutte le Funzioni della Settimana Santa, e si metta il Santissimo, come ordina la Rubrica del Messale, in qualche Cappella, o Altare parato, comunemente chiamato il Sepolcro, secondo il picciolo Rituale, detto *Memoriale Rituum*, sotto pena di Sospensione.

Finalmente si ordina, che la presente Notificazione si tenghi affissa in Sagrestia. Dato dalla nostra solita Residenza il dì 25. Febraro 1761.

Antonio M. Card. Vicario.

Gasparo Arciprete Ori Segret.

= (*a*) Decretum istud, a S.M. Innocentio XII. confirmatum, extat apud Meratum (Indic.Decretor. Missal. n. 501.), ac Talù (n. 639). Adi quoque Rubricas Peculiares novissimas nostri Missalis (*ad Rubricam proemial*). Vide præterea, quæ circa istiusmodi Pontificia Edicta animadvertimus alibi (sub die 6. Septembr. 1758. §. *Addimus*, & seqq.).

= 1761. 26. Febr. = Decreto hac die lato prohibita fuit Plagula undecim Thesium, cui titulus: *Probabilismum disputationi Ven. Clero Avisiensi exercitii gratia expositus contra Probabiliorismum stricte talem, utpote nepotium perambulans in tenebris; pro die 10. Junii 1760. in Ædibus Canonicalib. Avisii*.

1761. 8. Fiss. *Responsa*

S. Congregationis Concilii interpretis in Squillacen. super celebratione Missarum, aliarumque Functionum cum Campanarum sonitu in Regularium Ecclesiis ante Missam Parochialem, vel ejus tempore.

PAtres Minores Conventuales, degentes in Terra Mottæ Bruneaturi Squillacensis Diœcesis, conquesti sunt in hac Sacra Congregatione anno 1757., quod ipsos indebitè monuisset Episcopus, ne Dominicis, Festisque diebus, ante Missæ Parochialis celebrationem, Sacra peragerent cum præcedenti Campanarum sonitu in eorum Ecclesia, Annunciationi Beatæ MARIÆ Virginis dicata. Jussus autem Episcopus Sacram Congregationem instructam reddere, votumque suum aperire, post longas moras tandem rescripsit, suamque defendit monitionem vigore Concilii Tridentini, *Sess. 22. Decret. de obser. & evitan. in celebr. Miss.* præscribentis, ut Ordinarii Locorum, & Episcopi *moneant etiam Populum, ut frequenter ad suas Parochias, saltem diebus Dominicis, & majoribus Festis accedant.*

Causa nunc proponitur. Et disputant Patres Conventuales, monitionem a Concilio præscriptam consilium, non præceptum innuere, ut tenent *Cened. ad Decretal. collect.* 104. *n.* 2., *& Barbos. de Offic. & Potest. Episcopi alleg.* 24. *num.* 16. *&* 17.; itaut, secluso contemptu Parochi, in qualibet Ecclesia, modò non sit Cappella, vel Oratorium privatum, satisfieri possit præcepto audiendi Missam diebus Festis, juxta consuetudinem in toto Christiano Orbe receptam, de qua *Card. Petra ad Constitut. VIII. Honorii III. sect. unic. num.* 50. *tom.* 2. *pag.* 498., *san. mem. Benedictus XIV. Oper. tom.* 9. *de Sacrosanct. Miss. Sacrific. appendic.* 12. *ad lib.* 3. *num.* 8. (*a*), *& Rota in S. Severini Celebrationis Missarum* 5. *Maji* 1752. *coram clar. memor. Card. Matthejo*; ideoque non posse Episcopum suos cogere Subditos, ut intersint Missæ Parochiali, quum nequeat delere consuetudinem, quæ, uti vigens in toto Orbe, jam induit naturam juris communis, ut prosequitur *san. mem. Benedictus XIV. loco citato num.* 10. (*b*), & decisum asserit *Ricc. in Prax. Curiæ Archiepisc. part.* 1. *verb. Missa* §. 6.

Præterea subdunt, monitionem vigore Concilii faciendam esse Populo, non autem Rectoribus Ecclesiarum (*c*), & multò minùs Regularibus Ordinis Mendicantium, quibus specialiter indultum fuit a san. mem. Leone X. in Constitutione *Intelleximus* 25. *Bullarii Cherubini*, ut in eorum Ecclesiis licitè satisfieri possit præcepto audiendi Missam. Et licet Constitutio S. Pii V. *Etsi Mendicantium* 41. *ejusdem Bullar.* (*d*), præmissum indultum, aliaque privilegia continens, revocata fuerit (*e*) a san. mem. Gregorio XIII. in Constitutione *In tanta rerum* 9. *d. Bullar.*; attamen sub revocatione Gregoriana non comprehendi prætenditur privilegium Leonis X., ut explicat *Barbos. de Offic. & Potest. Episcopi d. alleg.* 24. *num.* 20.

Injustam non solum ex supra relatis, sed etiam invalidam contendunt monitionem ipsis factam ex defectu jurisdictionis, ob generalem Mendicantium Ordinum exemptionem a jurisdictione Episcopi, specialiter canonizatam, quoad hunc Conventum Annuntiationis Beatæ Mariæ Virginis Terræ Mottæ, a Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium ad relationem Regiæ Celsitudinis Eminentissimi Domini Cardinalis Ducis Eboracensis die 25. Januarii 1760., quo rescriptum fuit = *Non licere Episcopo visitare Conventum pro eo tempore, quo in illo aluntur sex Religiosi* =. Et propterea eo minus obligari posse arbitrantur, ut illius intuitu debeant se abstinere a celebrandis Missis, aliisque peragendis Functionibus cum sonitu Campanarum ante Missam Parochialem, vel donec illa absolvatur; quia necessitas parendi correlativa est potestati, qua caret Episcopus, præcipiendi Regularibus, ne Sacra peragant in suis Ecclesiis ante celebrationem Missæ Parochialis, ut notant *Barbos. ad Concil. sess.* 22. *decret. de observ. & evit. in celebr. Miss. num.* 35., *& in Summ. Apostol. decis. collect.* 634. *num.* 5, *& Maschat Instit. Canon. par.* 2. *tit.* 41. *num.* 4.; illisque prohibendi Campanarum sonitum ad Matutinum, ad Horas, & ad Missam, antequam pulsetur Campana majoris Ecclesiæ, præterquam in die Sabbathi Sancti, ad tradita per *Leuren. For. Benefic. part.* 1. *cap.* 2. §. 1. *quæst.* 438. *num.* 2., *Matthæuc. Offic. Cur. Eccles. cap.* 10. *num.* 1. *&* 2., *& Brasch. in Promptuar. Synodal. cap.* 38. *num.* 34.; & consentaneè definitum asserunt a Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium ad relationem SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI in *Taurinen. Funerum Conventualium* 28. *Septembris* 1742. *ad* 1. (*f*) *Dubium*, nimirum, *quod impediri non debeat Patribus Reformatis Conventus Sanctæ Mariæ Angelorum Publica celebratio Missarum, aliarumque Functionum Conventualium, etiam cum sonitu Campanarum, ante Missam Parochialem*..

Nec dissimilis fuit sensus hujus Sacræ Congregationis; dum in *Nullius Provinciæ Ravennaten.* 15 *Septembris* 1629. rescripsit: *Nequaquam prohiberi Regularibus Missas celebrare, & Campanam pulsare in suis Ecclesiis, ante celebrationem Missæ, & pulsationem Campanæ in Ecclesia Parochiali, ideoque Abbatem minimè hoc illis prohibere posse; sed tantum monere Populum, ut accedat ad Ecclesiam Parochialem ad ejusdem Sacri Concilii* (*g*) *præscriptum*; ut in *lib.* 14. *Decretorum pag.* 169.; & in una *Aquen. die* 9. *Junii* 1708. *ad decimum quartum Dubium*, quod erat = *An possint Patres Carmelitæ dare signum, & celebrare Missam in diebus Festis eodem tempore, vel antequam detur signum, & celebretur Missa Parochialis?* = responsum fuit = *Affirmative* =, ut in *lib.* 58. *decret. pag.* 199.; ac demum in *Comen. Funerum, & Functionum Conventualium* 19. *Decemb.* 1750. *ad VIII. Dub.* ita conceptum = *An Archipresbyter, & Presbyteri Cleri Secularis Dungi prohibere possint Patribus Reformatis celebrare Missas, aliasque Conventuales Functiones, etiam cum præventivo Campanarum sonitu, peragere ante, vel in actu celebrationis Missæ Parochialis?* = rescriptum fuit = *Negativè, & amplius* =, ut in *lib.* 100. *decret. pag.* 437. *terg.*

His omnibus denique addunt specialem Loci, & Provinciæ consuetudinem (*h*), & longævam observantiam, qua semper licuit Regularibus Divina peragere, Sacrasque Functiones celebrare in suis Ecclesiis, prævia etiam Campanarum pulsatione, quibuscumque Festis diebus, ante Missam Parochialem sine contradictione, aut aliquo impedimento; ut plurium Locorum Testes affirmant.

Quocirca definiendum erit ab EE. VV. =

I. An Religiosi Conventuales Bruneaturi moniti ab Episcopo debeant se abstinere a celebrandis Missis, aliisque peragendis Functionibus cum sonitu Campanarum ante Missam Parochialem, vel donec illa absolvatur? Et quatenus affirmative;

II. An, & quomodo sit providendum, quoties ab Episcopo moniti non se abstinuerint, in casu &c.

= Huc-

Hucusque Folium S. Congregationis Concilii habitæ die 28. Februar. 1761. In Folio autem altero Congregationis diei 8. Augusti ejusd. Anni (in qua Congñe proposita iterum fuit, ut paullò post dicam, Caussa eadem Squillacensis) sic additur. =

Parochus in Libello distributo post impressum Folium (*diei nempe 28. Februarii, quod supra retulimus*) defendere nitebatur, Religiosos cessare debere ab explendis dictis functionibus (*memoratis paullò ante in Dubio* I.), ubi præcedat monitio Episcopi, vigore (*i*) Epistolæ Encyclicæ S. M. Benedicti XIV., relatæ in ejus Bullar. Tom. I. Const. 42., ne Populus retrahatur ab interessendo expositioni Doctrinæ Christianæ, fieri solitæ, ut (*idem Parochus*) asserebat, tempore Missæ Parochialis.

= At verò, Parochi rationibus nihil obstantibus, Emi Patres in supradicta Congregatione diei 28. Febr. 1761. sic rescripserunt. =

Ad I. Negativè. = Ad II. Provisum in primo.

= Edita verò resolutioni huic non acquiescens Parochus petiit, obtinuitque novam Audientiam. = Proposito subinde in Congregatione, habita die 8. Augusti Anni ejusd. 1761., Dubio hoc:

An sit standum, vel recedendum a Decisis, in casu &c.?

Responsum prodiit:

In decisis, & (*k*) ampliùs.

= (*a*) Ac de Sinod. Diœces. Lib. 11. cap. 14. n. 8., & sequentib.

= (*b*) Et in eod. Opere de Syn. Diœc. cit. n. 8., & seqq.

= (*c*) Posse Episcopos sive in Synodo, sive extra Synodum monere, ac prohibere, ne in Ecclesiis, seu Oratoriis Secularibus celebretur Missa, quousque Parochialis Missa, & Instructio expletæ sint; compertum est ex Decretis pluribus. At verò id neutiquam possunt seu extra Synodum, seu in Synodo, quod attinet ad Ecclesias Regulares.

= Si namque id possent; derogare possent Apostolicis Privilegiis, Decretisque Sacrarum Congregationum, quibus Regularium libertas hac in parte munitur. Consuli de his Privilegiis, ac Decretis possunt Benedictus XIV. (cit. Lib. 11. c. 14. de Syn. Diœc. n. 1. 7. & sequentibus), Augustinus Barbosa (de Offic. & Potest. Paroch. Par. I. c. 11. n. 14. 15. 16., & 21.), Pitonius (Decis. ad Paroch. spectant. n. 219., ac 237.), Pignatellus (To. 8. cons. 42. n. 30.), Lucius Ferraris (v. *Missæ Sacr.* ar. 5. n. 30., & sequentib., & ar. 16. n. 9. 10. 11., ac v. *Parochus* ar. 3. a n. 3. ad 10.), & P. Ubaldus Giraldi (Jur. Pont. noviss. Par. I. sect. 500., To. I. p. 327. & seq.). De iisdem Privilegiis, Decretisque nos etiam in Annotationib. sequentibus acturi sumus.

= Jam verò *est prorsus absonum asserere* (ut verbis utar Ursayæ, disserentis de dispositione quadam Synodi Parmen. Episcopi Saladini, To. 4. Par. 2. discept. 6. n. 20.), *quod authoritas Episcoporum allegari possit adversus Oracula Sacrar. Congregationum, & ad destruendas Summor. Pontificum Constitutiones, ex firmatis per Rot. in Firmana ...., & admissis per S. Congregationem Concil. in Mantuana* &c. Quod etiam patebit ex Decretis ipsis afferendis in Notis sequen.

= Quinimò ne potest quidem Diœcesana, vel Provincialis Synodus Regularibus ea ipsa præcipere, quæ servare illi tenentur vi suæ Professionis, & Legum Ecclesiæ; *ex defectu* videlicet *jurisdictionis* (ut ibid. ait Ursaya n. 18.), *quam non habent Episcopi cum Regularibus; & consequenter illorum Synodi nunquam possunt Regulares exemptos comprehendere, ex animadversis per Pasqualig. Qu. Mor. Iurid. 109. per tot., & firmatis per Rot. dec. 83. n. 1. & seq. cor. Coccin., cum quibus processit hæc S. Congregatio* (Episc., & Regular.) *in Nullius Burgi S. Sepulchri* 25. *Febr.* 1701.

= Sed de his, quæ in duob. §§. præc. dicta sunt, dignissima sunt, quæ legantur, producta a Præsule Fagnano, Viro istarum rerum peritissimo, quippequi Annis quinquaginta, & eo amplius Romæ a Summis Pontificibus gravissimorum Ecclesiæ negotiorum fuit curia applicitus, multosque Annos variis SS. Congregationibus fuit a Secretis, & in his Sacræ Congregationi Tridentini interpreti (vid. ejusd. Comment. in C. *Quod super his* de major. & obed. a n. 25.). Qui ibidem testatur (cit. n. 25.), praxim esse laudatæ S. Congregationis Concilii in examine Synodalium Constitutionum, ut, si aliqua inter eas Constitutiones extet de Regularibus loquens, & utens verbo aliquo *auctoritativo*, e. g. *Statuimus*; verbum illud expungendum jubeat, etiam si in tali Synodali Constitutione sermo non sit, nisi de *instituendo* a Regularibus *vita ad præscriptum Regulæ, quam professi sunt*.

= Cujus etiam rei exemplum suppetit in Constitutionibus Synodi Midensis, de quibus disserit S. M. Benedictus XIV. (de Syn. Diœc. Lib. 11. c. 14. n. 1.). Etenim cum inter eas Constitutiones Constitutio *quinta Sæculares omnes adigeret ad audiendam Missam Parochialem Dominicis, aliisque solemnioribus festis Diebus, atque inibi Dei verbum auscultandum, Fideique rudimenta addiscenda; sexta autem* (Constitutio) *prohiberet Regularibus, ne monitionibus, atque hortationibus Plebem a Parochiali ad suas evocarent Ecclesias, ut prædictis diebus Missæ Sacrificio, ac Concioni in illis interessent*; Sac. Congregatio Concilii decrevit, *quintam, & sextam ita mitigandas, ut per eas monerentur quidem, non autem cogerentur Fideles, Missæ, & Concioni in Parochiali Ecclesia adesse*. Delendam consequenter S. Congregatio voluit prohibitionem illam, quæ Regularibus fiebat in *sexta*. Nam nisi ita esset; *quintam* tantùm Constitutionem *mitigandam* jussisset.

= Ex prædictis omnibus I. consequitur, quod, si in Synodali aliquo Statuto Regulares moneantur, ut a Missarum celebratione abstineant, donec absoluta fuerit Parochialis Missa; ea monitio irrita sit, quia Privilegiis, Decretisque contraria. Quod II., si id Regularibus præscribatur; multò magis præscriptio eadem irrita & nulla sit, tum nempe ob caussam modò dictam, tum etiam ob defectum jurisdictionis. Quod III., si id præcipiatur generatim Ecclesiis, in Diœcesi, vel Provincia constitutis, ac præcipiatur etiam verbis quantumcumque universalibus, & effrænibus, nempe „ *omnibus, & singulis* „ *quibuscumque* „ *qualibuscumque Ecclesiis* „; exclusæ semper censeri debeant Ecclesiæ Regularium. Siquidem, ut ajunt Jurisperiti, dispositio *commensuratur Agentis potestati*; & *verborum largo prolatio commensuratur organizantis potentiæ*; neque *exercitium* habitus *excedit metas* ipsius *habitus* (apud Fagn. in C. *A nobis*, primo, de sent. excomm. a n. 2. ad 7.). Vide etiam Decis. S. Rotæ in Vilnen. 5. Mar. 1751. sub n. 7. (supr. pag. 10. A.).

= Atque hinc rursus fit, ut Decretum S. Congregationis Concilii 25. Maji 1652. (apud Bened. XIV. de Syn. Diœc. Lib. 12. c. 7. n. 7.), quo fuit responsum, *Constitutiones Synodales disponentes, ut diebus festis Missæ celebrari non debeant in aliis Ecclesiis, nisi celebrata Missa in Ecclesia Parochiali, esse observandas*; fit, inquam, ut hoc Decretum intelligi omninò debeat de solis Ecclesiis Secularibus, circa quas id Synodi possunt statuere; nullimodè autem de Ecclesiis Regularibus, ut ex prædictis perspicuum est, ac nominatim ex Decretis aliis ejusd. S. Congregationis, quæ supra innuimus, & inferiùs producturi sumus.

= Neque aliter Decretum illud Benedictus ipse accepit. Nam sic ibi subjungit: *Uti... videri potest in nostra Institutione* 44. (scilicet in Edicto 3. Tomi III. Edictorum, sive Monitorum Pastoralium ab ipso promulgatorum, dum Archiepiscopus esset Bononien.; quæ postea latinè reddita, & unico Volumine comprehensa, *Institutionum* nomine vulgata sunt). In eo autem Edicto non agit ipse, nisi de Secularibus Ecclesiis, seu Oratoriis publicis; & affert verba perdocti Præsulis Braschii, referentis in suo *Promptuario Synodali* c. 107. n. 23. & 24. Decretum illud, aliaque similia, uti lata pro Ecclesiis, seu Oratoriis Secularibus. Ait siquidem Braschius (apud Benedictum ipsum ibidem). *Quod autem sancire possit Ordinarius, ne Missa ante Missam Parochialem diebus festis* IN ORATORIIS SECULARIBUS *celebretur; pluries decrevit S. Congregatio Concilii &c.* Atque in eumd. sensum Decreta eadem Bassius profert, disputans & ipse de Ecclesiis, seu Oratoriis Secularibus.

= (*d*) Et in Bullar. Edit. Mainard. To. 4. Par. 2. p. 376., ubi sanctissimus idem Pontifex Pius sic habet (in sua illa Const. *Etsi Mendicantium* XVII. Kalend. Jun. 1567. §. 8.): *Et insuper Sessionis* 22. *Decretum* (Concilii Tridentini), *quod Populum sæpe ad suas Ecclesias, saltem Dominicis, & majoribus festivis diebus, convenire debere monet, insequendo, volumus, quod Fratribus Mendicantium hujusmodi non solum prohiberi non possit, ne Missas, & alia Divina Officia faciant in eorum Ecclesiis; verum etiam... Missas, & Divina Officia hujusmodi, etiam in diebus Dominicis, vel festivis, etiam antequam Rector Parochialis Ecclesiæ celebraverit, celebrare, & facere, quando eis videbitur ...., ac etiam quicumque utriusque sexus Christifideles, totius Anni tempore, illas, & illa in Ecclesiis Fratrum hujusmodi audire possint* &c.

= Ac n. 22.: *Prohibemus insuper eisdem Ordinariis, ac aliis quibuscumque Personis, ne impediant ipsos Fratres, quando eis placuerit, tam in diebus Dominicis, seu festivis, aut aliis totius Anni temporibus, Campanas pulsare, & etiam tempore, quo ipsi celebraverint, Missas celebrare* &c.

= (*e*) Mirum sanè est, potuisse censeri, & evulgari, quod Privilegia ante dicta, a S. Pio V. concessa in cit. Const. edita die 16. Maji 1567., sublata fuerint per Const. Gregorii XIII., *In tanta*, 1. Maji 1573., per quam concessa a decessore Pio V. reducuntur ad terminos Juris communis, ac Tridentini Concilii (In cit. Bullar. Edit. Mainard. To. 4. Par. 3. p. 251. & seq.): quando rem omninò aliter se habere, ex Decretis Sac. Congregationum evidentissimum est.

= Quandoquidem S. Congregatio Episc. & Reg. Anno 1581., nempe octo circiter Annis post Datam Constitutionis, *In tanta*, ipso adhuc sedente Gregorio XIII., respondit pro Regularibus juxta Pii V. Constitutionem in hæc verba: *Non può il Vescovo prescriver a' Regolari l' hora di dir la Messa cantata* (ideoque liberum iis est, Missam etiam cantare ante Missam Parochialem vel ejus tempore), 1581. *S. Angelo* 2. *Agost.* Quæ verba exscripta a me sunt ex Regesto mss., per Nicolium confecto, & asservato in ejusd. S. Congr. Archivo inter alia Regesta: cui titulus = *Summa, sive Compendium Literar., & Decretor. EE. & RR. DD. S.R.E. Cardinalium, negotiis, & consultationib. Episcopor. & Regular. præpositor.* &c. (Part. 2. v. *Messa* n. 15.). Quod ipsum Decretum, simulque summam aliorum, quæ mox referam, exhibet Nicolius ipse (in Flosc. v. *Missa* n. 30.), & ex eo Pitonius (Decis. ad Paroch. spectan. n. 237.).

= Eademque S. Congregatio Anno 1593., Annis nempe viginti a Data Constitutionis ejusd. Gregorianæ, rescripsit itidem (ut in cit. Regesto, statim post Decretum paullò ante relatum, legitur n. 16.): *Nè* (può il Vescovo) *comandargli, che non dicano Messa avanti finita quella della Parochia; perchè i Regolari* PER I PRIVILEGII LORO *possono celebrar, e far celebrar nelle loro Chiese a quell' hora, che più loro torna commodo*, 1593. *Concordia* 30. *Giugn. Se non vi fosse in contrario Decreto* FATTO CON AUTORITA' APOSTOLICA, 1593. 9. *Agost.* Num quidquam illustrius, magisque decretorium desiderari potest, ut intelligatur, Regularium Privilegia, de quibus hic agimus, per Const. Gregorii XIII. sublata e medio haudquaquam fuisse?

= Præcedenti quoque Anno 1592. Sacra ead. Congr. responderat, *non teneri Regulares expectare tempus Missæ Parochialis, ut celebrent in suis Ecclesiis* (Gavant. Manual. Episc. v. *Regularium jura sub Episc.* n. 30., Barbos. de Off. & Potest. Paroch. Par. 1. c. 11. n. 21., & ex iis Piton. cit. Decis. n. 219.).

= Sacra pariter Congregatio Concilii Anno 1620., rogata a Parochis Civitatis, & Diœcesis Bononiensis *di determinare, se li Frati, che hanno Chiese non Curate dentro le loro Parochie, possano fare li infrascritti atti*; quorum quintus erat, *Celebrare la prima Messa nella loro Chiesa avanti quella del Curato*; ad hoc Quæsitum respondit: *Ad* 5. *Prohiberi non posse, quominus Missa in Ecclesiis Regularium celebretur ante Missam Parochialis Ecclesiæ*; ut P. Peyrinus refert ex eorumd. Dubiorum, ac Responsionum Folio typis vulgato (de Priv. Regul. in Const. 7. Pii V. §. 10. n. 11. p. 278.).

= Eodemque modo tum Anno 1629., tum Anno 1708., tum etiam aliàs Congregatio ipsa respondit, ut & altera Episcopor., & Regular.: quemadmodum videre licet in hoc Folio Causæ Squillacen., quod commentamur, ejusdemque Causæ Decisione, quam pariter supra retulimus, & in Annotationibus, quæ sequuntur.

= Utraque igitur Sac. Congregatione interprete, & judice, Constitutio S. Pii V., quoad hanc partem, per Constitutionem Gregorii XIII. revocata non est. Quod etiam annotant Authores plures: & inter eos agnoscit ipsemet Pignatellus (To. 8. cons. 42. n. 30.), etsi *perpetuus, & acerrimus defensor Iurisdictionis Parochorum Secularium*, ut eum vocat Ursaya (To. 4. Par. 2. discept. 6. n. 14.).

= Cur porrò revocata non fuerit; non est necesse Regularibus inquirere, quibus sufficit, quod revocata non sit. Ceterum ejus rei ratio in promptu est. Prætereo id, quod P. Peyrinus (de Priv. Reg. in Const. 7. Pii V. n. 2.) cum aliis ait, probatque, potissimùm ex Navarri verbis Scripto-

= ris coævi; quod nempe Gregoriana illa Constitutio, *In tantæ*, numquam fuerit sufficienter promulgata. Sed hoc, inquam, omisso (cum Benedictus XIV. in parte narrativa suæ Constitutionis, *Impositi*, contrarium enunciet in Chronol. P. Perus. Par. 2. p. 379. B. post med.); certè illa Gregorii Constitutio, ea tantùm Pianæ Constitutionis capita revocavit, quæ Juri communi, ac Tridentino Concilio adversarentur: sicut ibidem subjicit Peyrinus (n. 3.) cum aliis pluribus ibi citatis; memorans quoque declarationem S. Congregationis Concilii, quam affert alibi (ibid. n. 25. p. 280.). Adde Anacletum Reiffenstuel (qui *communem* allegat Doctorum sententiam, quorum aliquos memorat, iteratasque pluries S. Rotæ Decisiones, in Lib. 3. Decretal. Tit. 28. n. 57.); & Augustinum Matthæucci (Offic. Cur. Eccl. cap. 42. n. 3., ubi pariter S. Rotam, & alios nonnullos citat). Vide & supra ad d. 22. Jun. 1757. (Not. c. §. *Porrò Constitutionem*). Adversa autem non est Tridentini Decretis hæc Regularium libertas in celebratione Missarum, ut infra sumus declaraturi (Not. g.).

= Illud postremò animadvertere non omiserim, quod S. M. Urbanus VIII. (Const. *In plenitudinem* III. Id. Maji 1625.) *omnia, & singula*, in Constitutione illa Pii V., *Etsi Mendicantium*, aliisque Pontificiis Constitutionibus Ordini nostro concessa sive seorsim, sive conjunctim cum Regularibus aliis, omnia, inquam, & singula pro eodem nostro Ordine *confirmavit*, & *pro potiori cautela de novo concessit, seu innovavit*: quemadmodum videre est in Chronologia P. Perusini (Part. I. p. 269. B. post med., & seq. A.); ubi ex librariorum errore, post commemoratas Literas, de quibus loquimur „*Pii V. incipientes*, Etsi Mendicantium „ subditur, „*sub datum Romæ sexto Octobris* „ (p. 270. A. sub init.). Siquidem alia nulla Constitutio S. Pii V., quæ incipiat, *Etsi Mendicantium*, extat vel in Bullario Romano, vel in Bullario nostri Roderici; prætérquam illa, de qua sæpe meminimus, data *XVII. Kalendas Junii*, seu die sextadecima Maji. Atque hanc reapse fuisse ab Urbano VIII. confirmatam, Perusinus idem animadvertit alibi (Part. II. p. 139. A. sub fin. & B. post init.).

= Quamobrem etsi Constitutio eadem Pii V. per Gregorii Constitutionem penitùs abrogata mansisset; nihilominus eadem, ad nos quod attinet, vi illius Constitutionis Urbanæ vigeret adhuc quoad capita omnia, quibus per subsequentes alias Constitutiones Apostolicas derogatum non fuit; & consequenter quoad caput etiam illud, de quo sermo est. Nam quod huic capiti novissimè fuerit a Benedicto XIV. derogatum; id a vero prorsus abhorret, ut patebit infra (Not. *l.*).

= (*f*) Nempe *ad unicum Dubium*. Unico namque Dubio Causa illa Taurinensis continebatur. Dubio autem huic ab Emis PP. responsum fuit, *Ad Mentem* &c., uti plenè habetur in Epistola ad Rmum Archiepiscopum Taurinensem subinde missa; quam hic ad verbum subnecto, exscriptam ex ipsius S. Congregationis Episc. & Reg. Regesto Anni 1742., ubi eadem legitur inter Decisiones alias Congregationis habitæ die 28. Septembris illius Anni =

= „ All' Arcivescovo di Torino = Essendosi riferita in Sac. Congregazione dall' Emo Sig. Cardinale Rezzonico Ponente (*postea Clemente XIII. Pontifice Maximo*) la Causa vertente tra il Convento, e PP. Minori Osservanti Riformati di S. Francesco del luogo di Piobesi da una parte, ed il Priore D. Ignazio Bordoni Pievano del medesimo luogo dall' altra parte; questi Emi miei Signori, udita la di lei relazione, e considerate maturamente le ragioni di ambe le Parti, anno rescritto = *Ad Mentem* =. Qual Mente è, che si debba scrivere a V. S., conforme colla presente eseguisco, che non debba impedirsi alli sudetti PP. Riformati del Convento di S. Maria degli Angioli di Piobesi la celebrazione delle Messe, e delle altre Funzioni Conventuali, anche col suono della Campana, avanti la Messa Parocchiale; E che la sospensione dall' udire le Confessioni fatta da cotesta di lei Curia a tutti li Religiosi del sudetto Convento, che per l' avanti erano stati approvati, non può aver aussistenza. Glielo significo per sua Regola, e le prego da Dio vere prosperità.

= „ Roma 28. Settembre 1742.

= (*g*) Quod implicitè, & ex consequenti in Decretis aliis utriusque Sac. Congregationis, illud ipsum explicitè in hoc Decreto declaratur; Privilegium scilicet Regularium, de quo disserimus, neutiquam adversari Decreto Concilii Sess. XXII. (in *Decr. de obs. & evit. in celebr. Miss.*) de *monendo* scilicet per Episcopum *Populo, ut frequenter ad suas Parochias, saltem diebus Dominicis, & majoribus Festis, accedant*; neque Decreto Sessionis XXIV. (c. 4. de reformat.) de *monendo* per eumdem Episcopum *Populo frequenter, teneri unumquemque Parochiæ suæ interesse, ubi commodè id fieri potest, ad audiendum verbum Dei*.

= Ac re ipsa verbum, *teneri*, quod in relatis modò verbis Concilium adhibet, obligationem designat non ex positiva Lege Ecclesiastica, sed ex lege charitatis sibi, & aliis debitæ profluentem, quæ non afficit omnes, & semper, sive non est absoluta, sed hypothetica; sicuti docent, declarantque Suarez, Rodriguez, & alii (apud Bened. XIV. de Syn. Dioec. Lib. 11. c. 14. n. 13.).

= Nam quod spectat ad Ecclesiasticam Legem audiendi Dei verbum in Parochiali; cum hæc subsistere nequeat sine obligatione audiendi Missam Parochialem, ut animadvertit laudatus Pontifex (eod. n. 13. init.); cumque hæc altera obligatio audiendæ Parochialis Missæ Seculo illo XVI., quo Tridentinum Concilium est celebratum, jam nulla extaret, abolita videlicet per contrariam consuetudinem toto Christiano Orbe receptam; ut docet Benedictus idem (ib. n. 10.), allegans non non modò Navarrum (vita functum Anno 1586.), sed & Silvestrum (qui obiit Anno 1520.): ex his efficitur, ut nulla quoque jam esset eodem illo Seculo Lex, *si unquam fuit* (ut cum Zerola, Trullencho, & aliis loquitur Benedictus ibidem), *auscultandi proprium Parochum verbum facientem ad suum Populum*.

= Denique S. Synodus Decreto illi Sessionis XXIV. addidit limitantem clausulam, *ubi commodè id fieri potest*: quæ ipsa clausula multò magis in priori Decreto Sessionis XXII. subaudienda est.

= Ergo potuit S. Pius V. concedere Regularibus libertatem illam in celebrandis Missis, ac potuerunt Regulares, & possunt ea libertate uti, quin id ullatenus Tridentini Decretis adversum foret, & sit.

= Possunt nimirum celebrare Missas *tempore ipso* Mis-

= sæ

= sæ Parochialis, ut audiantur ab iis, qui *commodè* nequeunt, aut aliàs non tenentur, juxta præmissa, eo die festo Parœciæ suæ interesse.

= Possunt etiam Missas *ante* Parochialem Missam celebrare, ut audiantur tum ab iisdem Fidelibus ante dictis; tum etiam ab aliis, qui, cum soleant, aut velint eo die festo plures Missas audire, insuperque fortasse conscientiam expiare apud Confessarios Regulares (quos plerique Fidelium, maximè in Oppidis, & Pagis, & olim, & modò adire consueverunt); cumque commodè huic suæ pietati satisfacere nequeant post Missam Parochialem, quia post eam in Domum suam, aut aliò vocantur a domesticis curis; idcircò volunt illa pietatis opera in Regularium Ecclesiis anticipare, seque simul ibidem cœlesti Pane reficere; postmodum verò, adventante hora Missæ, & Instructionis Parochialis, in suam Parochiam se conferre.

= Quod si desides Fideles alii eo Regularium Privilegio abuti possunt, & sicut aliàs abusi sunt, sic pergunt abuti, itaut non modò Instructiones sibi utiles, verum etiam necessarias neque in Parochiis, neque alibi audiant; hoc sanè non Privilegii ejusdem, sed ipsorum hominum vitium, ac perversitas est. Quare inde non sequitur, quod Privilegium Tridentini præscripto contrarium fuerit, & sit, ideoque labefactandum, & abolendum. Quid enim tam æquum, tam justum, tam sanctum, quo malitia perversorum hominum abuti non possit, & abutatur?

= Illud quidem ex eo sensu legitimè sequitur, esse videlicet improbitatem istorum opportunis remediis corrigendam. Huc nempe vocatur ab eodem Tridentino Concilio, huc a Congregatione ejusdem interprete in encyclica Epistola infra laudanda, huc demum ab aliis hujus S. Sedis Literis, Decretisque, Pastoralis solicitudo Rmorum Ecclesiæ Præsulum; ut nempe per se, & per Diœcesis Parochos, Oves istas a salutis tramite devias diligenti indagine pervestigent, nulli parcentes labori; earumque morbis solicitè medeantur arguendo, obsecrando, increpandoque in omni patientia, & doctrina.

= Vidit hæc omnia vigilantissimus ille, idemque Juris prudentissimus Episcopus Amerinus Carolus Maria Fabj: qui propterea nihil conquestus de Privilegio Regularium, Parochos tantùm excitat, monet, urget; ipsisque in memoriam revocat *Opus bonum* (ut de Episcopatu Paulus inquit), quod assumpserunt, Opus videlicet plenum incommoditatis, plenum laboris, molestiarum, sudoris. *E perchè (sit is) talora trattasi di Persone, che sebbene ignoranti, non solo non curano di essere istruite, ma sfuggono d'intervenire alle pubbliche istruzioni; perciò ricordiamo a' Parochi l'esempio del buon Pastore Gesù Cristo Signor nostro, che* FATIGATUS AB ITINERE SEDEBAT SIC SUPRA FONTEM; *per andare in traccia di Pecorelle smarrite, e condurle all'Ovile fece lunghi, e penosi viaggi per Monti, e per Valli; il che dovrebbe servire di stimolo a tutt' i Parrochi d' infervorarsi coll'andare anch' essi a ritrovare queste Pecorelle erranti, che non vengono ad istruirsi ne' primi elementi della Fede; avendo sempre in vista, che un' attenta, e continuata fatica, e indefessa pazienza tutto supera, tutto vince, e che la Chiesa non è Orto di delizie, ma Vigna di lavoro* (Decr. Gen. Sac. Visit. An. 1786., in Append. ad Synod. Amerin. Episc. Gratian. Edit. 1792. p. 103. in fin. & seq.). Similia ipse in Edicto, quod mox citabimus, habet (in §. *Trovami*, & in §. *Sopra tutto*).

= Alia quoque certa, efficacia, præsentissima iis malis remedia sunt, quæ jam olim præscripsit S. Congregatio Concilii in sua Epistola encyclia super Doctrinæ Christianæ exercitio, ad Archiepiscopos data 19. Januar. 1619. (in cit. Append. Rmi Fabii p. 21.); pleniùs autem S. M. Benedictus XIV. (Inst. Eccl. 105., & in Epist. encycl. *Etsi minimè* 7. Febr. 1742. §. 2. & seq., & a §. 6. ad 12., ac §. 16., in Bullar. ejusd. Tom. I. Const. 42.), idemque Præsul Fabius in suo Edicto super Doctrina Christiana 10. Mar. 1786. (cit. Append. p. 13. & sequentib.).

= Potest adhæc Doctrinæ Christianæ explicatio peragi, ubi id fieri potest, pomeridiano tempore: quo tempore re ipsa peragitur tum Romæ, Neapoli, Bononiæ, Mediolani, ubi extat Concilii Provincialis I. Statutum, ut *a prandio convocentur Pueri* (apud Gavant. Man. Episc. v. *Doctr. Christ.* n. 8.), tum etiam in aliis Locis quamplurimis. Quem obvium morem respicit Decretum S. Congregationis Episc. & Reg., quod in Regesto citato (in Annot. *e* post init.) legitur in hæc verba (Par. I. v. *Parroco* n. 97.): *Prædicare in Festis tenetur Parochus vel per se, vel per alium; vel aliquam exhortationem facere, saltem Libros approbatos legendo: &* POST PRANDIUM *docere Doctrinam Christianam.* 1577. *Orbetello 9. Settembre.*

= Hæc igitur remedia præsto semper fuerunt & sunt, quin necesse unquam fuerit, vel sit, manus injicere in Privilegium Regularium, consultissimè, æquissimeque concessum, seu veriùs confirmatum a sanctissimo, sapientissimoque Pontifice, ac Divinæ Gloriæ, & Animarum salutis studiosissimo, fortissimoque Custode, Assertore, & Vindice Pio V.: qui etiam, quod ad hoc ipsum nominatim attinet Doctrinæ Christianæ opus, tantùm de eo anxius, & solicitus fuit, quantum ipsius Literæ commonstrant, hac de re datæ ad totius Orbis Antistites (Const. *Ex debito* 6. Oct. 1571., in Bull. Rom. Edit. Main. To. 4. Par. 3. p. 183. B. & seq., citat. a Gavant. in d. Man. Episc. v. *Doctrin. Christ.* n. 5.).

= Postremò si alicubi aliud nullum remedium fuisset, & esset; suppetebat certè, ac suppetit recursus ad Apostolicam Sedem: quæ in tali Casu dubio procul rescripsisset, ac rescriberet *alternativè*, ut videlicet Regulares illius Loci vel ipsimet in sua Ecclesia Instructionem peragerent; vel, si hoc nollent, expectarent finem Missæ Parochialis. Sic reapse in Casu hujusmodi circa alia, quæ in ante dicta sua Missa a Parocho sunt peragenda, pluries decrevit S. Congregatio Episc. & Reg., referente Pitonio (Decis. ad Paroch. spectan. n. 37.). Quod iteratum Decretum, exscriptum per nos ex Regesto (supra memorato in Annot. *e* post initium), ita habet (v. *Messa n.* 17.): *V. S. in nome di questa S. Congregazione* (non auctoritate propria) *faccia precetto al Priore, o altro Superiore di detto Convento, che se vuol celebrar, o far celebrar di quà avanti la Messa le Feste, prima che si dica nella Parochiale, denunzi al Popolo inter Missarum solemnia le Feste di Precetto, Vigilie, Scomuniche, e Matrimonii, secondo che gli verrà significato dal Parocho. Altrimenti aspetti che si dica prima la Messa nella Parocchiale.* 1642. *S. Ambrogio 9. Maggio.* 1643. *Minimi*

= *di*

= *di Mantova* 4. *Decembr.*
= En igitur ex his omnibus, quomodo simul con-
= sistant (ut declaratur in Decreto *Nullius Provin-*
= *ciæ Ravennaten.*, relato hic in Folio hujus Causæ
= Squillacen.) tum *Sacri Concilii præscriptum*, tum
= Regularium facultas *Missas celebrandi*, *&*
= *Campanas pulsandi* ante Ecclesiam Parochialem.
= Quam ob rem Sacra ead. Congregatio Concilii in
= suis Literis encycliis Anni 1619., de quibus supra
= meminimus, lamentatur, quod *plerique agrestium,*
= *& rudium jacent in tenebris*, non quidem caussa
= Privilegii Regularium, sed *socordia* (inquit), *&*
= *negligentia Pastorum*.
= (*b*) Ista additur ex abundanti, non autem quòd
= necessaria ipsis PP. Conventualibus esset. Quinimò
= etiam si viguisset pro Parocho consuetudo longæ-
= va, & immemorabilis quoque; hæc Parocho ei-
= dem nihil penitus profuisset neque in linea inter-
= pretativa, neque in linea præscriptiva.
= Non in linea interpretativa, ad interpretandum
= nempe vel Synodalia Statuta, siqua ibi fuissent,
= vel Constitutionem Gregorii XIII., de qua supra,
= vel Benedicti XIV. Literas encyclias, de quibus in-
= fra dicemus. Siquidem Dispositio, quæ non est
= ambigua, interpretationem non admittit, nec vo-
= luntatis conjecturam; sicuti fert tritum Doctorum
= proloquium cum Glossa in C. *Cum dilectus* de con-
= suet. (in v. *Nec Juri communi*), Ambiguum verò
= minimè est, quod nec Synodales Constitutiones
= possint, (Not. *c*), nec Gregorius, aut Benedictus
= voluerit (Not. *e*, *& l*), quicquam decernere Privi-
= legiis sæpe dictis contrarium. Nam quod illæ non
= possint, horum autem neuter voluerit tale quid-
= quam decernere; certa hæc sunt, & explorata,
= Sacris ipsis Congregationibus interpretibus, qua-
= rum interpretatio interpretationi consuetudinariæ
= locum nullum relinquit.
= Præterea quid, quæso, momenti habet ad inter-
= pretandas Leges pro Diœcesi generatim conditas, &
= Pontificias Literas editas pro Ecclesia universa-
= li, unius tantùm, alteriusve Cœnobii consuetudo?
= unius præsertim, vel alterius ex Cœnobiis mino-
= ribus, in quibus degere haud solent Religiosi sa-
= tis Legum periti? quando e contra, etiam si pro
= Parochis consuetudo in multis, magnisque Con-
= ventibus viguisset; ea ex dictis censenda foret er-
= ronea; vel certè inducta, & continuata ad vitan-
= das turbas, ad redimendas vexationes, ad amo-
= vendas Lites, Litiumque impensas, quibus esse im-
= pares solent Conventus potissimùm Mendicantium,
= & maximè nostri, præsertim si habenda res foret
= cum Parochis, vel Antistitibus censu, & auctori-
= tate pollentibus.
= Sed neque in linea præscriptiva, observantia ea-
= dem quidquam Parocho profuisset. Quandoqui-
= dem sicut non possunt e. g. Clerici renuntiare
= Privilegium Canonis Ordini Clericali concessum;
= sic non possunt Regularium Cœnobia vel verbis,
= vel factis renuntiare, & renuntiando alienare Pri-
= vilegia sua, quæ respectivæ suæ Religioni a S. Se-
= de concessa sunt (S. C. Conc. in Lauden. 2. Maji
= 1721., & S. C. Episc. & Reg. in Brictinorien. 6.
= Mart. 1717., apud Ursay. To. 4. Par. 2. discept.
= 6. n. 32. ac 34.; Rota apud eumd. ib. n. 33., &
= cor. Celso dec. 17. n. 3.; Fagnan. in C. *Quod super*
= *his* n. 17. & 18. de major. & obed.; Suar. de Leg.
= Lib. 8. c. 33. n. 2., & c. 35. n. 5. & 13.; Pignat.
= To. 10. cons. 107. n. 2.; Ferrar. v. *Privilegium*
= ar. 3. a n. 22. ad 25.; & apud eos Jura, aliiq.
= DD.).

= Quod si nequeunt a Regularibus Privilegia Apo-
= stolica sine ipsius Apostolicæ Sedis auctoritate per
= renunciationem alienari; consequenter Privilegia
= eadem ne usucapi quidem, seu præscribi possunt.
= Siquidem, alienatione prohibita, hoc ipso, saltem
= tacitè, censetur prohibita Usucapio (L. *Si fundum*
= 19. ff. de fund. dotal., & L. *Bonæ fidei* 48. ff. de
= acquir. rer. domin.). Etenim *Alienationis verbum*
= *etiam Usucapionem continet: vix est enim, ut non vi-*
= *deatur alienare, qui patitur usucapi* (argum. L.
= *Alienationis* 26. ff. de verb. signif.).
= Adde huc Jura, Rotam, & Doctores, ex qui-
= bus hoc idem probant Suaresius (cit. c. 35. n. 5.),
= &, qui res hasce in Romana Curia multos Annos
= tractavit, magnus ille S. Sedis Minister Prosper Fa-
= gnanus (cit. C. *Quod super his* n. 19.). Adde quo-
= que Decisionem Rotæ in Pacen. Præcedentiæ, quam
= dedimus supra (ad d. 27. Jun. 1755.): ubi n. 10.,
= aliis quoque Rotalibus Decisionibus allegatis, fir-
= matur, *nullos actus posse adduci ad constituendam*
= *consuetudinem, & observantiam, cujus initium, con-*
= *currente clausula Sublata, & Decreto irritanti* (qui-
= bus communita quoque est a S. Pio V. Constitu-
= tio sua, *Etsi Mendicantium*, sæpe laudata), *sta-*
= *tim remanet præpeditum*: itaut proinde ne actus
= quidem, per immemoriale tempus pacificè conti-
= nuati, sufficiant ad inducendam præscriptionem le-
= gitimam contra Privilegia illa Apostolica Decreto
= irritante vallata.
= Consonant ejusdem Sacri Auditorii Decisio in
= Cassanen. Parochialis 8. Mart. 1751. n. 9.; Deci-
= sio 240. n. 5. par. 4. divers.; Decisio 704. cor.
= Buratto n. 10.; & cit. Decisio 17. cor. Celso n.
= 3. & sequentib., ubi dicitur, quod *propter Decre-*
= *tum irritans, in Indultis Apostolicis* Regularium *ap-*
= *positum, infititur quidquid in contrarium gestum fue-*
= *rit, tam quoad titulum, quàm quoad possessionem*; quod-
= que ideò *cessabat* in ea Causa *quæcumque præscriptio*
= *per Episcopum prætensa*. Latiusque id ipsum firma-
= tur in Decisione 456. inter recent., præsertim n.
= 10.; & in Decis. 461., illius confirmatoria, per
= tot., par. 5. tom. 2.
= Tandem S. M. Clemens XI. (in Literis, *Apo-*
= *stolicæ libertati*, 13. Febr. 1703. apud Chronol. P.
= Perusin. Par. I. p. 492.), præmisso generali prin-
= cipio, *Lædi* scilicet *quodlibet honorabile Ecclesiæ*
= *Membrum in ipso Capite, ubi ea, quæ providè Ro-*
= *mani Pontifices Prædecessores constituerunt, everti, aut*
= *suo frustrari effectu* (quorumcumque proinde opera,
= & quomodocumque) *contingat*; mox duo subjungit.
= Nimirum I., *non licere cuiquam, Privilegia exem-*
= *ptionis Ordinibus Regularibus Mendicantibus per Apo-*
= *stolicam Sedem* concessa *immutare*; ut puta ipsorum
= *Ecclesias, vel Tabernaculum, Pyxidem &c. visitando, pro-*
= *hibendo, ne audiant Confessiones Personarum Sæcula-*
= *rium, neu annuncient Populo verbum Dei*: cujusmodi
= actus ob Casum, de quo in iis Literis agit, ibidem
= deinde percenset Pontifex; iisque actibus, ad rem
= præsentem quod spectat, addendus est ob eamdem e-
= xemptionis rationem actus ille, de quo hic disseri-
= mus, prohibendi videlicet, ne Regulares diebus festis
= Missas celebrent ante exitum Missæ Parochialis.
= Subjicit II. Pontifex, *nec posse quinimò Regulares*
= *ipsos, nisi de Romani pro tempore existentis Pontifi-*
= *cis licentia, eisdem Privilegiis renunciare*; seu verbis
= nempe, seu etiam factis, ut supra diximus, &
= constat quoque ex præjacto illo a Pontifice gene-
= rali principio, quod supra diximus (in §. *Tandem*).
= Quandoquidem a Regularibus quoque facto renun-
cian-

eiantibus Apostolico alicui Privilegio, *læderetur honorabile Ecclesiæ Membrum* (scilicet sus ipsorum *Religio*) *in ipso Capite*: quemadmodum læderetur in ipso Capite Clericalis Ordo a Clericis, qui facto renunciarent Privilegio Canonis.

Itaque subdit postea ibidem Summus Pontifex, consuetudinem, quæ ab Archiepiscopo allegabatur, quarumdam Diœcesum, in quibus nonnulli ex prædictis actibus in Regularium Ecclesiis ab Episcopis exercebantur, irritam, & nullam esse: cum *nonnisi* (inquit), *sed potiùs abusu contra jus, & auctoritatem Sedis Apostolicæ induci potuerit*.

Postremò hanc regulam Pontifex in iisdem suis Literis firmat, quod nimirum, dubitatæ aliqua emergente, *ad S. Sedem, tanquam ad Conditorem, judicium circa eadem Privilegia pertinet, ut unde jus prodiit, interpretatio quoque procedat*.

Quapropter constans illa Decisio S. Congregationis Concilii pro Regularibus contra Parochum in Causa Squillacen. innititur tantùm bono juri Regularium, hoc est, illis tantùm rationum momentis, de quibus in Annotationibus præcedentibus dictum est, & in sequenti Annotatione dicetur; nullimodè autem consuetudini, utpote quæ ob easdem rationes illas necessaria non est Regularibus; immò etiam si a tempore immemoriali viguisset consuetudo pro Parocho, ea tamen ipsum vi rationum earumdem nihil juvasset, ut supra est demonstratum.

Contrà verò si nostræ illæ rationes minimè subsisterent, & vera potiùs essent adversæ Partis principia; consuetudo nulla suffragari potuisset PP. Conventualibus Bruneaturi ad celebrandas Missas, aliasque functiones agendas ante finem Missæ Parochialis. Si enim, ut asserit Pars adversa, essent Privilegia hujusmodi Tridentino contraria, ideoque revocata a Gregorio XIII. per Constitutionem, *In tanta*, quæ & ipsa Decreto irritante munita est; atque essent Privilegia eadem Fidelium Animabus noxia; tueri Regulares nullo modo potuisset, ac posset consuetudo quælibet, etiam immemorabilis: quippe quæ foret nullius roboris vi prædicti Decreti irritantis; quinetiam ob nocumentum illud, quod consuetudo ipsa vitio suo Animabus afferret, non foret, nisi abusus, & corruptela secundùm notas Juris regulas, quas utriusque Juris tractatores, & Morales Theologi explicant, circa conditiones, quæ consuetudini necessaria sunt ad hoc, ut valeat, & legitima sit, ut sit nimirum veri nominis consuetudo.

Ex quo simul consequitur, quod qui contendat, illius Oppidi Mottæ Bruncaturi, illiusque Provinciæ consuetudinem, fundamentum fuisse Decisionis, quam commentamur, favore PP. Conventualium Oppidi ante dicti; cum hoc ipso is fateatur, consuetudinem illam fuisse ab Emis PP. uti legitimam agnitam, & approbatam; consequenter fateri cogitur, falsa esse adversariæ Partis principia paullò ante dicta (in §. præc.), vera autem nostra illa, quæ in superioribus Notis firmavimus, & firmabimus in sequenti.

(f) Si Epistola hæc Benedicti XIV. quicquam faceret contra Regularium Privilegia, de quibus loquimur; Emi PP., priusquam Caussam deciderent, rescripsissent) uti consueverunt semper in similibus casibus), ut a Parocho probaretur solitum, ab ipso adsertum, exponendi scilicet Doctrinam Christianam tempore Missæ Parochialis. Cum verò, nulla penitus ratione habita de hac Parochi objectione, contra eumdem responderint; cumque rursus, petita a Parocho nova Audientia (pro qua nova Caussæ propositione Parochus ipse dubio procul eamdem Caussam suam probationibus, & documentis, quoad potuit, omni ex parte vallavit), nihilominus Sac. Congregatio non modò perstiterit *in Decisis*, verùm etiam Caussam illam *ampliùs* non proponi mandaverit; consequenter censuit, Epistolam Benedicti XIV. omninò perperam a Parocho contra Regulares produci.

Neque verò existimari potest Sac. Congregatio adversus Parochum respondisse propter pacificam illam ejus Loci, & Provinciæ consuetudinem Regularibus faventem. Hoc intelligitur planè ex dictis in præcedenti Annotatione. Scilicet, ut prætercam, quod consuetudo illa Oppidi, & Provinciæ contra hanc Benedicti Epistolam fuisset hoc Anno 1761., consuetudo tantùm Annorum circiter novemdecim (cum data fuerit Epistola 7. Febr. 1742.): sed hoc, inquam, omisso, certè si in iis, quæ Benedictus in illa Epistola jubet circa rurales parvas Ecclesias, comprehensas voluisset Ecclesias Regularium, ipsorum Privilegiis derogando; cum hæc præceperit Pontifex, ut occurreret malis gravissimis Animarum, eò quòd nempe Patresfamilias cum suis liberis nunquam ferè *ullum de Mysteriis Fidei, de Præceptis, & de Sacramentis verbum acciperent*; efficeretur inde, quod consuetudo quæcumque Pontificiis iisdem jussionibus contraria, utpote fovens deploranda illa Animarum detrimenta, quibus mederi Benedictus voluerat, fuisset proculdubio, sicuti in ruralibus parvis Ecclesiis, in quibus erat inducta, sic pariter inducta in Ecclesiis Regularium, purus, inquam, fuisset, putusque abusus, & corruptela orta ex vitioso, & pravo Episcoporum silentio: quod planè silentium Episcopus, qui Anno 1761. in Squillacensi Cathedra sedebat, debuisset necessariò abrumpere, ut consuleret conscientiæ suæ; ac debuissent Regulares eidem, secundùm Benedicti Epistolam jubentis, parere, non obstante contrario illo pacifico abusu jamdiu vigente.

Ergo non ratione observantiæ Emi PP. sic responderunt; sed quia Regularium Ecclesiæ in ea Epistola nullatenus comprehenduntur. Ex quo fit, ut, manentibus adhuc in suo robore non modò post Constitutionem Gregorii XIII., sed & post hanc Benedicti Epistolam, antiquis illis Regularium Privilegiis; non solùm non indigeant isti consuetudine iisdem Privilegiis consona; sed imo, ubi etiam vigeret pro Parochis consuetudo Privilegiis ipsis contraria, quantumcumque longæva, nihil penitùs illa Regularibus noceret, ut in præc. Nota demonstratum est.

Sacræ porrò Congni Tridentini interpreti, pro Regularibus post editam quoque Benedicti Epistolam respondenti tum hoc Anno 1761. in ea Causa Squillacen., tum etiam Anno 1750. in Causa Comensi (relata pariter in Thesauro Resolutionum ejusdem S.C., & in suprascripto Folio ipsius Causæ Squillacensis), præcinuerat Sac. Congregatio altera Episcopor. & Regular. die 28. Septembr. 1742., hoc est septem duntaxat Mensibus post vulgatam a Benedicto XIV. suam illam Epistolam. Cum enim Archiepiscopalis Curia Taurinensis interdixisset nostratibus Loci Publei celebrationem Missæ ante Parochialem; iisdemque renuentibus, omnes illius Cœnobii Confessarios su-

suspendisset; Sac. Congregatio Episc. & Reg., Caussa plenè discussa, sub oculis ipsius Pontificis prædicta die decrevit, nec prohibitionem, nec suspensionem sustineri: uti videre licet in ejusd. S. C. Epistola, quam alibi descripsimus (Not. *f*).

Cum igitur habeatur Sacrarum Congregationum auctoritas, quæ Literarum Apostolicarum legitimæ sunt interpretes, ideoque rem totam ponunt extra controversiæ aleam; jam dicta Causa, & finita est.

Sed his etiam Decisionibus tantisper sepositis, perinde ac si nunquam prodiissent; nescio equidem, quomodo nonnulli in animum sibi potuerint inducere, quod in §. XIV., & XV. illius Epistolæ (in quibus ipsi suam fundant opinionem) fuerint a Benedicto XIV. Privilegia Regularium, de quibus agimus, labefactata. Etenim derogatio, nisi constet, admittenda non est, ut est in Jure vulgatum. Non constat autem in re præsenti.

Quod enim attinet ad §. XIV.; principio ibi nulla est vel minima Regularium mentio. At verò *Regularium Privilegiis non derogatur, nisi facta expressa eorum mentione*; quemadmodum Pignatellus docet, probatque (To. 10. cons. 107. a n. 1. ad 9.).

Adde, quod *Privilegia Regularia, ob multa, atque præclara in Ecclesiam Dei promerita, indulta* sunt: verba sunt locupletissimi Testis Clementis XI. Pontificis Maximi (in supr. cit. Liter. *Apostolicæ liberrati*, in Chronol. P. Perus. Par. I. pag. 492. B. init.). Quod ipsum est pariter exploratum ex Procemiis Apostolicarum Constitutionum, quibus Privilegia eadem Regularibus concessa fuerunt, vel confirmata; & nominatim, ad rem nostram quod spectat, ex Procemio Pianæ ipsius Constitutionis, *Etsi Mendicantium*, de qua sæpe meminimus. Jam verò Privilegia remuneratoria ne per clausulas quidem universales, & extrænes revocata censentur, nisi exprimantur; sicuti cum sententia communi tradit Lucius Ferraris (v. *Privilegium* ar. 3. n. 46.).

Hinc in Regesto S. Congregationis Episc. & Reg. alibi citato (Not. *e* post init.) hæc declaratio legitur (Par. II. v. *Regolari* n. 11.): *I Regolari non sono compresi sotto gl' ordini generali, se non si fa di loro espressa mentione*, 1617. *Napoli* 20. *Decembre*. Multoque minùs idcircò comprehenduntur in Dispositionibus illis, quæ non loquuntur *generatim*, sed de certo genere Personarum, vel Locorum, a Regularium Personis, Locisve diverso; quales sunt illæ *sitæ quandoque in Agro parvæ, humilesque Ecclesiæ*, de quibus loquitur Benedictus in illo §. XIV.

Quæ regula cum doctissimo eidem Pontifici perspectissima foret; idcircò multo aliter egit in subsequenti §. XV. Nam quia in hoc §. volebat Regulares Ecclesias comprehendere, propterea illas ratione illius regulæ disertissimè nominavit; & Ordinarios Locorum Pontificia in exemptos auctoritate non *munivit* quidem (ut minùs rectè ajunt nonnulli), sed pollicitus est, se muniturum, si foret necesse.

Secundò, utut hæc prætermittamus, saltim certè necessarium omninò esset, quod Paragraphus ille XIV. Privilegiis, de quibus sermo est, contrarius esset, & quidem manifestò. Siquidem si *contrarietas* inter novam Dispositionem, & Privilegium *non est manifesta, sed dubia; tunc certum esse debet, quod Privilegio non derogetur*: id quod laudatus Pignatellus docet, ostenditque loco citato (n. 10. & seq.).

Contrà autem in eo §. hæc solummodò Pontifex habet. *Sitæ*, inquit, *quandoque sunt in Agro parvæ, humilesque Ecclesiæ, aliæ Parochiali proximæ, aliæ verò longo intervallo disjunctæ, ad quas diebus festis Patresfamilias unà cum liberis accedunt, Sacerdotem Sacris operantem audituri; ex quo fit, ut suæ Parochiæ nunquam ferè intersint, nec ullum de Mysteriis Fidei, de Præceptis, & de Sacramentis verbum accipiant*.

Hanc ob caussam statuit, ut ab Episcopis, *quoad parvas* (ante dictas) *Ecclesias Parochiali proximas, expressa lege caveatur, nequis antea Sacrificium faciat, quàm Parochus Missam celebraverit, sermonem habuerit, cæterasque sui muneris partes absolverit... Quo verò ad parvas Ecclesias a Parochiali longè sepositas......; decernat Episcopus, gravibus etiam statutis pœnis, quod Sacerdotes ibi operantes, Christianæ Doctrinæ summam Populo tradant, Divinamque Legem annuncient*.

Quid hic, amabo, occurrit, quod non dicam manifestè, sed aliquatenus contrarium sit Privilegiis Regularium, ubi ne universim quidem de *Ecclesiis quibuscumque* fit sermo, sed solummodo de *parvis, humilibusque Ecclesiis*?

Atqui de his (regerunt) hic mentio fit non limitationis caussa; sed quia earumdem casus frequentior est: ceterum (inquiunt) apertissima est Legislatoris intentio comprehendendi Ecclesias quascumque Parochiali propinquas; cum in omnibus eadem ratio subsit, ne scilicet Populus distrahatur ab auditione Divini verbi.

Sed isti primò perperam sibi assumunt, quod frequentior sit casus parvarum, & humilium Ecclesiarum propinquarum Parochiali. Si namque Pontifex complecti illic volebat Ecclesias Regulares, propterea quod subesset in his eadem ratio illa, ne scilicet distraheretur Populus ab auditione Divini verbi; complecti consequenter volebat omnes Regulares Ecclesias, sive extra, sive intra Pagos, & Oppida propinquas Parochiali. Cumque ibi simul agat de parvis Ecclesiis a Parochiali longè sepositis; comprehendere consequenter volebat Regulares etiam Ecclesias longè a Parochiali distantes.

Jam vero quis ambigat, quin frequentior sit casus istarum simul omnium Regularium Ecclesiarum, quàm illarum Ecclesiarum humilium prope, vel longe a Parochiali sitarum? Nam quod spectat etiam ad Regulares Ecclesias a Parochiali longè distantes (quas esse infrequentiores, ex imperitia fortè opinari quis posset); sola quoque Religio nostra, vel in sola Hispania, *quamplures habet* (Ecclesias *in sylvis, & extra Urbem, Oppidave constitutas, & ab eis nimium distantes, & sequestratas* (apud Roderic. in Bullar. p. 546. B. post med.). Quid verò, si de tot aliis nostri Ordinis per Orbem Provinciis? quid si de tot aliis Religiosis Ordinibus ratio habeatur?

Quare Regulares potiùs Ecclesias nominasset Pontifex. Ac illas nominasset quoque, licèt earum casus æquè frequens foret; quandoquidem erant illæ speciali mentione dignæ, ut dictum est supra.

Patet igitur, satis leve illud effugium esse. Quod quidem effugium ipsemet præterea Benedictus explodit, dum ibi non dicit, *Sitæ frequenter sunt*; sed, *Sitæ quandoque sunt*.

Secundò etiam si fingatur, casum Regularium illarum Ecclesiarum esse minùs frequentem; tamen asserta illa rationis identitas est omninò sublesta. Ete-

nim ratio illa; ne Populus ab audiendo Dei verbo distrahatur, quam ipsi rationem assignant quoad Ecclesias Parochiali propinquas (de quibus solis de industria loquuntur, quando Pontifex simul agit de *longè sepositis*), ea, inquam, ratio, ut subsistat, intelligi omninò debet juxta rationem ab ipsomet Legislatore in sua Lege scriptam (supr. §. *Contrà autem*), videlicet ne Populus ab audiendo in Parochiali Ecclesia Dei verbo distractus, *nullum de Misteriis Fidei, de Præceptis, & de Sacramentis verbum accipiat*. Hæc enim est vera ratio Legislatoris quoad parvas Ecclesias tum propinquas, tum dissitas, & dispositionum ejusdem quoad utrasque parvas Ecclesias; quemadmodum ex ipsius verbis exploratissimum est.

Hæc autem ratio, ut notum est, non est eadem in Ecclesiis Regularium, in quibus vel Conciones in diebus festis, vel diversa pia Exercitia, & Instructiones aguntur. Atque ad ipsum Doctrinæ Christianæ opus, & ad nostrates nominatim quod attinet; certè sic narrat V. Innocentius XI. in sua Const. *Pietatis* (in Chronolog. P. Perus. Par. I. p. 259. A. sub fin.): *Cum itaque, sicut accepimus, dilecti Filii Fratres Ordinis Minor. S. Francisci de Observantia nuncupat., inter pia, quæ exercent, opera, etiam pueros, & adultos quoscumque per universum Christianum Orbem Catholicæ Fidei rudimenta, & Christianas omnes virtutes accuratè doceant* &c.

Ac etiam si militet in quibusdam, & credatur quoque militare in multis Regularium Ecclesiis ratio illa Legislatoris, quod scilicet audientes Missam in illis, *nullum verbum accipiant de Mysteriis Fidei* &c.; tamen cum non frustrà loquatur Pontifex de *parvis* tantummodò, *humilibusque Ecclesiis*; non debent provisiones ab ipso præscriptæ circa hujusmodi Ecclesias, in quarum plerisque, imo ferè in omnibus ea ratio vera est, extendi ad Ecclesias Regularium, in quarum saltem plerisque locum non habet. Adeundus Suaresius (de Leg. Lib. 6. c. 3. n. 21., ac de Censur. To. 5. disp. 31. sect. 1. Suspens. 2. §. *Ibi tamen*).

Confirmantur hæc I. ex eo, quod si Pontifex in eo §. XIV. Regulares quoque comprehendere voluisset; consequenter uti quoad *parvas, humilesque Ecclesias a Parochiali longè sepositas*, ita etiam quoad Regulares Ecclesias longè pariter a Parochiali dissitas Episcopus posset *decernere*, quod Regulares ejusmodi Ecclesiarum *Christianæ Doctrinæ summam Populo tradant, Divinamque Legem annuncient, gravibus etiam statutis pœnis*. Quis autem aliquando audivit, hoc fieri ab Episcopis posse?

II. Ex eo, quod non contentus Pontifex, initio illius §. XIV. *parvas, humilesque Ecclesias* nominare; verbum idem „*parvas*„ iterum, ac tertiùm in utraque sequenti provisione sua repetit (supr. §. *Contra*, & seq.). Repetitio autem ejusdem verbi indicat, id a Legislatore *cum mysterio factum*, ad præcavendum videlicet, nequis Legem interpretaretur ultra, vel citra limites a Legislatore ipso intentos: sicuti, post Glossam in Clem. I. de jurepatr. in v. *Diœcesanis*, Doctores admonent (Navarr. Cons. Par. I. Lib. 3. de Regular. cons. 6. n. 2. & cons. 62. n. 9., de Hæret. cons. 22. n. 3., de Apost. cons. 5. n. 11., & de Stat. Monach. cons. 6. n. 14.; Peyrin. de Off. Præl. Reg. To. 2. Qu. 4. in Const. 4. Clem. VIII. n. 9.); hoc est *ad evitandam malitiosam, & sophisticam interpretationem* (qualis est ista, quam refutamus), uti ajunt Castren., Jason, & alii apud Card. Tuschum (Pract. Conclus. To. 7. litt. S. concl. 895. n. 49.), & Gonzalez (ad Reg. 8. Cancell. Gloss. 6. n. 32.).

Atque hinc III. confirmantur supra dicta ex eo, quod tantus Pontifex, *parvas* solùm Ecclesias constanter nominans, iterans, repetens, ineptam, & captiosam Legem, si comprehendere voluisset Regulares Ecclesias, edidisset, contra regulas tum Canonici, tum Civilis Juris. Lex enim, quoad fieri (saltim facilè) potest, *nihil debet obscurum, vel ambiguum continere* (C. *Quoniam* de Const); sed debet esse *manifesta, ne aliquid per obscuritatem in captionem contineat* (C. *Erit autem Lex* dist. 4.); ne scilicet aliquis possit eam captiosè interpretari, sicut ibi explicat Glossa; vel ne per obscuram Constitutionem in laqueum incidamus (ex C. *De viduis* caus. 27. qu. 1.). Quibus de causis nihil est tam proprium Legis, sicuti claritas (in Auth. de testam. imperf. §. *Nos igitur*).

Confirmari etiam supradicta eadem possent tum collatione hujus §. XIV. cum Edicto 3. Tomi 3. Edictorum Pastoralium, quæ Benedictus idem vulgavit, dum Bononiensem Ecclesiam regeret, quæque in eadem illa Epistola, *Etsi minimè*, sub finem ipse commemorat; tum etiam aliis rationibus, quas missas facio, ne longior sim.

Superest nunc §. XV. agens de Ecclesiis aitis in Urbibus. In quo §. fit quidem de Regularibus mentio; sed aliud nihil statuitur, nisi ut, cum *sæpe contingat, in aliis (urbanis) Ecclesiis, ac præsertim Regularium, solemni ritu, magnaque Populi frequentia, festum aliquem diem celebrari ......*; Episcopus *ita studeat, solemnis diei celebritatem cum Doctrina Christiana componere, ne alteri altera sit impedimento*. *Quod si* (addit statim Pontifex in eodem §.) *Regulares, & exempti contradixerint, & sanctum hoc Doctrinæ opus, licèt ab Episcopis prius admoniti, suis functionibus perturbare præsumpserint; nostram Locorum Ordinariis auctoritatem, qua potimur in exemptos, pollicemur*, &c.

Nihilominus pergunt adversæ opinionis defensores perspicuis Legislatoris verbis vim manifestam inferre. Contendunt, quod si Pontifex hic prohibuit Regularibus, ne per celebrationem Festivitatis, semel, aut bis in Anno recurrentis, detrimento essent instructioni Fidelium; majori ratione debuit prohibere, ne eidem impedimento essent singulis diebus Dominicis, Festisque solemnibus per intempestivam Missarum celebrationem.

Quinetiam clausulam illam, *Quod si Regulares* &c., expressam, ut ipsi asserunt, per separatam orationem, per quam generatim interdicitur Regularibus, ne *sanctum hoc Doctrinæ opus* &c. *suis functionibus perturbare præsumant*; eam, inquam, clausulam referendam volunt ad præcedentem quoque Paragraphum XIV. (in quo, ut vidimus, Regulares item Ecclesias comprehensas putant), positamque ad corroborandas omnes utriusque Paragraphi dispositiones; ideoque *functionum* appellatione Missas etiam contineri.

At primum illud, quod ipsi contendunt, ex levi etiam consideratione verborum, quæ supra retulimus (§. *Superest*), sua sponte corruit. Nam illa Pontificis dispositio dumtaxat loquitur de casu minùs quidem frequenti, sed multò majoris periculi distractionis Populi ab audienda Do-

ctrin

etriæ explicatione. Loquitur enim de solo casu *celebrationis festi diei, solemni ritu, magnaque Populi frequentia*: in qua circumstantia longè & præsentius, & latiùs in Urbe patens, periculum extat distractionis illius propter pompæ celebritatem; quàm in Dominicis, & aliis festivis per Annum Diebus, eadem pompa non celebratis.

Nemo autem est, qui ignoret, legitimam non esse illationem hanc, videlicet: *Ita Legislator disposuit in casu minùs frequenti, in quo tamen majus subest periculum: ergo id ipsum dispositum voluit in casu frequentiori, sed in quo minus periculum est*. Ac multò minùs legitima est argumentandi ratio, quando Legislator non modò disponit in solo casu gravioris periculi; sed & expressè in sua Lege dicit, se id disponere ratione ipsius gravioris periculi, quod in casu illo subest; & ex consequenti palam edicit suis Subditis, declaratque, velle se sua Lege providere non cuicumque, seu frequentiori etiam casui, sed casui periculosiori.

Atque ita nimirum se gerit Benedictus XIV. in hoc §. XV. Siquidem ibi hanc rationem suæ dispositionis præmittit, quod nempe in casibus Festorum solemnium, quæ aguntur in aliis ejusdem Urbis Ecclesiis, eveniat, ut a toto, vel fermè toto Populo Catechismus negligatur, qualiscumque providentia adhibeatur a Parochis. Nam *si*, inquit, *in Ecclesia Parochiali* ob eam caussam *summo mane, aut statim a prandio Catechismus habeatur; aut nemo, aut pauci admodum sunt, qui eidem Catechismo intersint, quique præscriptas horas non canseatur. Sin verò captentur horæ Civitatis commodo magis appositæ; nos compertum est, Populum ad Ecclesiam confluere, in qua festus dies agitur, & celebritate pompæ illectum Doctrinam Christianam non sine gravi Animæ detrimento deserere*. En igitur dispositionis ratio, tota fundata in præsentissimo Animarum periculo, & quidem totius, vel ferè totius Populi, quod subest in iis casibus Festorum celebrium propter maximum illud ejusdem Populi illicium, & allectationem, pompæ videlicet celebritatem, qua ille se trahi sinit non sine gravi Animæ detrimento.

Hanc itaque ob caussam, ad amovendum scilicet in iisdem casibus illud tam certum, ac tam latè patens periculum; disponit Pontifex, ut in iisdem casibus Episcopus *ita studeat solemnis diei celebritatem cum Doctrina Christiana componere, ne alteri altera sit impedimento*.

Ergo cum hoc Pontifex non disponat, nisi de casibus illis multò periculosioribus, & quidem ob expressam in sua Lege rationem ipsius majoris periculi, quod in casibus iisdem habetur; evidentissimum est, illam adversæ Partis interpretationem omninò violentam, & commentitiam esse; nec posse dispositionem eamdem ad Dominicas, & festivos Dies alios trahi, nisi per argumentationem affirmativam a majori ad minus, quam ipsius Logicæ Facultatis Canones, & Jura omnia improbant (C. *Si Paulus* caus. 32. qu. 5.; C. *Si ergo* caus. 8. qu. 1.; C. *Imitare* caus. 6. qu. 1.; C. *Quolibet* dist. 40.; L. *Relegatorum*, §. *Solet*, ff. de interdict.; Gloss. in C. *Cum in cunctis* de elect., in v. *Multò fortiùs*, & Hostien. ibid. n. 4. vers. *Est hic arg.*).

Ut omittam id, quod cum aliis Doctorib. multis, a Tiraquello citatis (in L. *Si unquam*, v. *Libertis*, n. 2. & seqq.), docet, monstratque Suarez (de Leg. Lib. 6. c. 3. n. 1., & a n. 4. ad 13.); non posse nimirum, ubi non est una, & eadem ratio, dispositionem Legis, ob similitudinem rationis, paris videlicet, vel majoris, extendi ad casum, qui non comprehendatur sub aliqua significatione verborum Legislatoris; & consequenter in re nostra non posse dispositionem pro casu *diei festi celebrati solemni ritu, magnaque Populi frequentia*, extendi ad Dominicas infra Annum, aliosque Dies festos, eo ritu, eaque frequentia minimè celebratos; etiam si in his major vigeret ratio.

Quod verò spectat ad clausulam, *Quod si Regulares* &c.; cuique profectò legenti patet ad oculum, illam haudquaquam esse orationem separatam ab ante dicta illius §. XV. dispositione; sed imò huic esse immediatam, continuam, conjunctissimam. Postquam enim Pontifex mandat, ut Episcopus *ita studeat solemnis diei celebritatem* (hoc est, functiones solemnes illius diei) *cum Doctrina Christiana componere, ne alteri altera sit impedimento*; statim, immediatè, & e vestigio, claudens illum §. XV., addit: *Quod si Regulares, & exempti contradixerint* (Episcopo studenti componere functiones illas solemnes cum Doctrina Christiana in diversis horis), *& sanctum hoc Doctrinæ opus* &c. *suis functionibus* (ante dictis) *perturbare præsumpserint; nostram* &c. *pollicemur*.

Ex quibus nemo est, qui non videat, quàm immeritò contendatur, clausulam illam, *Quod si* &c., pertinere quoque ad præcedentem §. XIV.: quando clausula eadem continua est dispositioni hujus §. XV., qui insuper Paragraphus a præcedenti §. XIV. separatur a Legislatore per dictionem *Præterea*. Regula autem est, quod clausula in Lege posita ad finem unius articuli, qui a præcedente sit separatus per dictionem, *Præterea*, aut *Insuper*, aliamve similem dictionem importantem diversitatem; ea, inquam, clausula ad præcedentem articulum neutiquam referatur (Geminian. Cons. 44. in princ., ac n. 3. vers. *Deinde Papa*, & n. seq.; Mart. de Clausul. Par. 4. claus. 24. n. 4.; Card. Tusch. v. *Dictio* concl. 295.; Peyrin. de Priv. Reg. To. 2. in Const. 1. Gregor. XIII. §. 5. n. 2. in fin.; & apud eos alii DD.). Accedit huc, quod supra demonstratum jam fuit, præcedentem §. XIV. nihil minùs, quàm Ecclesias Regulares, respicere.

Ex quibus simul refutatum manet id, quod a Patronis contrariæ opinionis additur, *functionum* nomine in eadem clausula venire posse Missas quoque privatas. Cum enim, ut dictum est, clausula illa non referatur, nisi ad ea, quæ statim ante in eodem §. XV. dicuntur de casu Diei festi, celebrati solemni ritu, magnoque Populi concursu; consequenter illud *functionum* nomen, quod in ea clausula est, non refertur, nisi ad illam *solemnis Diei celebritatem*, quam statim ante Pontifex statuit ab Episcopo *componendam* esse *cum Doctrina Christiana*: significat nempe non functiones generatim quaslibet; sed functiones solemnes celebris Diei festi, de quo ibi sermo est. Imò ne censeri quidem potest, venire ibi eo *functionum* vocabulo Missam solemnem ejusdem celebritatis; quippe quæ in Solemnitatibus istiusmodi celebrari soleat extremo mane, quo tempore Parochiales Missæ celebratæ jampridem sunt.

Denique in confirmationem eorum, quæ de hoc §. XV. hucusque diximus, aptari huc etiam debent, quæ supra de §. XIV. ejusd. Pontificiæ Epistolæ allata sunt (§. *Ex eo*, & §. *Atque hinc*).

= Siquidem in hoc etiam §. XV. Pontifex, tum in illius principio, tum deinde, ubi rationem suæ dispositionis affert, tum mox ubi disponit; constanter loquitur de Festo solemni, & celebri; id quod utique non vacat *mysterio*, ut ibi dictum est. Quod si mysterio vacaret, adeo ut Pontificis mens fuisset complectendi quoque Dominicas, & alios festivos dies; exinde consequeretur, quod hic pariter ipse ineptam, ambiguam, captiosam Legem tulisset.

= Patent igitur ex iis omnibus, quæ in hac, & præcedentibus Annotationibus producta sunt, fundamenta Decisionum utriusque Sac. Congregationis pro Regularibus contra Parochos, superiùs relatarum: per quas vicissim Congregationum ipsarum Decisiones, fundamenta eadem magis magisque ineluctabilia fiunt.

= Patet simul proinde, quid sentiendum sit de Sac. Rotæ Decisione *in Anconitana*, iisdem fundamentis, ac Decisionibus dissona, quam exhibuimus alibi (ad d. 29. Febr. 1760.). Patet nempe, Decisione illa nihil obstante, Regularium Caussam incolumem, invictamque manere.

= Quandoquidem Decisiones Rotales, etsi cæteroquin magnum habeant auctoritatis pondus; tamen non sunt, nisi magistrales, & probabiles (Cardin. de Luca in Relat. Rom. Cur. Forens. disc. 32. n. 66, & seq.). Eademque Sacra Rota, sicut in pluribus Decisionibus suis ipsamet profitetur, non modò Pontificias Constitutiones, sed & *resolutiones Sacrar. Congregationum* clausis oculis sequitur, & ad illarum tenorem suas Decisiones reformat. Adi Emum de Luca (loc. cit. n. 67., & de Parochis disc. 6. n. 6.); Ursayam (To. 4. Par. 2. discept. 6. n. 21.); & nominatim circa Responsa S. Congregationis Concilii interpretis, Præsulem Fagnanum (in C. *Quoniam* de const., a n. 6., ac præsertim n. 38. 39. & 72.), necnon Augustinum Barbosam (Jur. Eccl. univ. Lib. I. c. 4. n. 81.). Vide & supra ad d. 13. Februar. 1761. n. II. ad calcem pag. 392. A.).

= Itaque nullus dubito, quin, si rursus Caussa illa Sacro Auditorio proponeretur, agnituri essent, *re maturiùs discussa*, sapientissimi juxta, ac æquissimi Patres illud ipsum, quod cùm aliàs, tum in *Romana Pecuniaria* 24. *Januar.* 1723. (§. 2.) pro sua summa honestissima ingenuitate professi sunt, quod videlicet *illa fundamenta, in quibus erecta fuit universa superioris Decisionis moles, undique labare comperirentur.*

= (*k*) Clausula hæc, *Et ampliùs*, quoties ponitur in Responsis Sacrar. Congregationum, significat, quod concors, & unanimis ille fuerit omnium EE. Cardinalium sensus; quodque, cum res clarè pateret, iidem Emi PP. voluerint, ut ea Caussa nunquam ampliùs proponeretur: quemadmodum inter alios admonet Emus Lambertini, post Benedictus XIV., in Edictis Pastoralibus supra laudatis (To. 3. Notif. 14., §. *Con tutti concordano* ad calc., p. 163.).

1761. 7. Mart. *Ordini nostro universo in honorem* B. PETRI A MOLIANO *Officium conceditur: eique per P. Ministrum Generalem Dies assignatur.*

DECRETUM

Ordinis Minorum Observantium, ac Reformatorum SANCTI FRANCISCI.

HUmillime Sac. Rituum Congregationi supplicante R. P. Fratre Clemente a Panormo Ministro Generali Ordinis Min. Observ., ac Reformat. S. Francisci pro concessione Officii, & Missæ de Com. Conf. non Pont. in honorem Beati Petri a Moliano pro universo Ordine prædicto, & Terra Moliani Diœcesis Firmanæ, cujus Sacrum Corpus Camerti requiescit in sequelam Casus excepti in vim temporia immemorabilis in Causa dicti Beati adprobati die 9. Augusti 1760.; Sacra Congregatio ad relationem mei infrascripti Secretarii loco Emi, & Rmi Domini Cardinalis Cavalchini Ponentis, audito R. P. D. Cajetano Forti Fidei Promotore, qui suam sententiam voce exposuit, petitum Officium, & Missam sub Ritu duplici minori ab omnibus utriusque sexus prædicti Ordinis, qui ad Horas Canonicas tenentur, tantùm (*a*), pro die non impedita, ac designanda (*b*) per Superiorem Generalem Ordinis, recitari, ac respective celebrari concessit, si Sanctissimo Domino Nostro placuerit. Die 3. Martii 1761.

Factaque deinde per me Secretarium de prædictis eidem Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua benignè annuit. Die 7. ejusdem Mensis, & Anni 1761.

D. F. Card. Tamburinus Præfect.

Loco ✠ Sigilli.

J. M. de Lerma Sacr. Rit. Congr. Secret.

= Subinde Rmus P. Minister Generalis suum Decretum edidit, quod subjicimus, assignationis Diei.

Cum nostras preces pro concessione Officii, & Missæ B. Petri a Moliano sub ritu duplici minori omnibus utriusque sexus nostræ curæ subjectis Sacra Rit. Congregatio susceperit, ac ejusdem Decretum Sanctissimus Dominus Noster Apostolica auctoritate firmaverit: Nos, cujus arbitrio in eod. Decreto dies assignanda relinquitur, consideratis considerandis, tertiamdecimam (*c*) Augusti, quæ erit secunda infra Oct. S. Claræ; primam verò (*d*) ex subsequentibus non impeditam, si alicubi tertiadecima impedita fuerit; pro Officio de Commun. Conf. non Pontif. primo loco, & Missa ejusdem Beati, vigore præsentium assignamus, & determinamus. = Datum ex Araceli die 28. Martii 1761.

Fr. Clemens de Panormo Minister Generalis.

= (*a*) Hæc taxativa dictio, *tantùm*, petitionem excludit Rmi P. Ministri Generalis pro Clero etiam *Terræ Moliani*. Neque enim solet alicujus Oppidi, vel Urbis Clero Officium quodquam concedi, nisi ipsomet Diœcesano Episcopo per suas Literas

= vel

vel supplicante, vel annuente. Non excludit verò dictio illa Personas, quæ Breviario nostri Ordinis vel tunc legitimè utebantur, juxta Rubricas Peculiares approbatas a S. M. Innocentio XII.; vel legitimè pariter impræsentiarum utuntur, juxta Apostolicas Literas Pii VI. Pontificis verè Optimi Maximi, Breviario hodierno præfixas, & Rubricas 149., ac 155. ex Peculiaribus novissimis ab eodem Sanctissimo per suas easdem Literas approbatis.

(b) Dum hic committitur Superioris Generalis arbitrio designatio Diei; subauditur clausula, *servatis Rubricis*, seu, *ad tramitem Rubricarum*. Quoties enim a Lege, Decreto &c. arbitrium cuiquam confertur; confertur arbitrium *boni Viri*, sive *ab Iure regulatum*, ut alias etiam dicebamus (supr. ad d. 12. Sept. 1757. Not. *e*). Derogatio quippe Jurium, utpote odiosa, semper exclusa censetur: adeout (nisi aliud clarè constet) ea semper sumenda interpretatio sit, quæ illam excludat; sicuti ex Jure utroque, & Jurisperitorum doctrina exploratissimum est. Quod maximè locum habet, ubi de Rubricis agitur; quemadmodum monent Liturgici.

Quapropter Officiorum assignationes, de mandante S. Sede, a Superioribus factæ, si factæ forsitan essent contra præscriptum cujuspiam ex Rubricis vel Generalibus, vel Peculiaribus; irritæ illæ, & nullæ eo ipso forent. Quandoquidem S. Sedes, dum ipsis assignationem commisit; nullam contra Rubricas potestatem contulit, ut dictum est: sed solummodo Ipsa, quia sibi non vacat perquirere, quænam sit natalitia dies illius, de quo concedit Officium; & utrum extet, annon, ea die in Calendario Ordinis, vel Provinciæ (si Provinciæ conceditur Officium) impedimentum legitimum secundùm Rubricas; demandat iccircò Superiori, ut, his præhabitis ab ipso perquisitionibus, Officio, quod conceditur, Diem designet. Quapropter, si contra Rubricam aliquam Superior Diem assignat; excedit ipse limites mandati, ideoque irrita omninò assignatio est. Quò spectant verba Rmi P. Ministri Gen. in suprascripto Decreto suo, *consideratis considerandis*; consideratis nempe iis, quæ mox dicemus (Not. seq. sub init.) considerari, servarique debuisse in assignatione Officii, de quo sermo est.

(c) Obiit B. Petrus a Moliano *octavo Kalendas Augusti*, id est, 25. Julii (Martyrol. Romano-Seraph. ad diem 13. August.). Hæc autem Dies occupatur in Calendario Romano, & nostro a Festo dupl. 2. Cl. S. Jacobi Apostoli. Quare cum Dies hæc B. Petri natalitia impediretur; assignanda Officio fuit prima Dies post illam in Calendario Ordinis non impedita, videlicet tertiadecima Augusti, secundùm Decreta, ad quorum normam conditæ sunt Rubricæ 102., & 114. inter Peculiares novissimas.

Verumtamen si ea Dies 25. Julii occupata non fuisset Festo illo S. Jacobi Apost., neque alio Festo vel altioris Ritus, vel Dignitatis insignis, vel exterioris Solemnitatis majoris; debuisset omninò Dies illa a P. Ministro Gen. assignari Festo ipsius Beati: etiam si Dies eadem occupata reperiretur ab antiquissimo tempore Festo alicujus Sancti; qui insuper unus esset e Sanctis illustrioribus Calendarii universalis Ecclesiæ, ac Martyr quoque esset, vel Fundator eximiæ alicujus Religionis, magnamque ubique terrarum venerationem haberet.

Etenim *proprietas*, seu peculiaritas Festi non cedit, nisi altiori Ritui, vel (in Ritus paritate) Dignitati insigni, aut majori Solemnitati prædictæ. Tantum verò abest, ut cedat Festis universalis Ecclesiæ (nisi videlicet ab iis vincatur qualitate aliqua ex tribus paullò ante commemoratis); ut e contra Festa hæc, qualiumcumque demum Sanctorum ea sint, ultimum inter Festa locum habeant in occupatione Diei. Explorata hæc omnia sunt ex Rubricis Peculiaribus novissimi Breviarii nostri (a n. 79. ad n. 83. inclus.): quarum præscriptiones, cum consonæ sint Sacræ Rituum Congregationis Decretis, debent idcircò ab aliis etiam Ecclesiasticis tum Secularibus, tum Regularibus vi Decretorum eorumdem servari, & re ipsa servantur, quemadmodum videre licet in Calendariis Basilicarum Urbis, ut de his tantùm dicamus.

Sic Basilicæ Patriarchales Lateranensis, Vaticana, Liberiana agunt Die 7. Maji de S. Benedicto II. PP. & Conf., ac Die 20. Septembr. de S. Agapito I. PP. & Conf., utroque Ritus dupl. min.; translatis e respectivis Dieb. Festis Ecclesiæ universalis ejusdem Ritus, nempe S. Stanislai Ep. & Mart., ac SS. Eustachii, & Soc. Mart.; ob eam scilicet rationem, quia priora duo Festa, Festa sunt peculiaria earumdem Ecclesiarum. Nam secus, præcisa, & seposita ratione ista, deberent Festa S. Stanislai, ac SS. Eustachii, & Soc., utpote Festa Martyrum, duobus illis prioribus anteponi propter dignitatem majorem, quam habet Martyr quilibet præ quolibet Confessore (cit. Rubr. Pec. 86. Brev. noviss.).

Pariter in Patriarchali Basilica S. Pauli extra muros fit sub Ritu dupl. min., Die quidem 8. Mart. de S. Veremundo Abb., Die 29. Apr. de S. Roberto Abb., ac Die 17. Sept. de S. Columba Virg. & Mart.; translatis Festis ejusd. Ritus S. Joannis de Deo, S. Petri Mart., & Impressionis Sac. Stigmatum S. P. N. Francisci: quæ omnia sunt Festa Calendarii universalis; ac primum insuper, Festum est Sancti Fundatoris Religionis illustris Fratrum Hospitalitatis; alterum Sancti Martyris per totam Ecclesiam celebris; tertium est Festum, licèt secundarium, beatissimi Patriarchæ nostri, & ex cit. Rubrica 86, cum sit Festum Confessoris, Festo Virginis, etiam Martyris, dignius est. Nihil autem dicimus de S. Juliano Martyre, de quo in eadem Basilica Officium recitatur Die 7. Augusti, translato Festo S. Cajetani Thienæi: quia etsi Festum S. Juliani non esset Festum peculiare illius Basilicæ, sed universale; tamen, cum Festum sit Sancti Martyris, adhuc Festo S. Cajetani Confessoris anteponi deberet.

In Basilica item Constantiniana SS. XII. Apostolorum (sicuti etiam apud nos) recitatur Die 19. Jun. de B. Michelina Ritu dupl. min., Die 19. Jul. de B. Joanne a Dukla eodem Ritu, ac Die 28. Sept. de B. Bernardino Feltriensi Ritu semidupl. (apud nos tamen dupl.); amotis Festis S. Julianæ Falconeriæ, S. Vincentii a Paulo, & S. Wenceslai Mart. Alia id generis exempla mittimus, ut brevitati studeamus.

Ac nequis fortè arbitraretur, Festa universalis Ecclesiæ, quæ hucusque memoravimus, in laudatis Basilicis ratione Solemnitatis transferri ad præscriptum Decretorum, expressum in cit. Rubricis Pecul. novissimis (n. 81.); quia videlicet ibi Festa illa universalia minorem habeant præ ante dictis aliis peculiaribus Festis exteriorem Solemnitatem: ideò de hac re, quamvis de ea nobis satis esset persuasum, nihilominus diligenter interrogandos duximus Viros quosdam peritissimos usuum Basilicarum earumdem. Qui responderunt, nullum omninò externæ Solemnitatis discrimen adhiberi a

Ba-

Basilicis ipsis in Festis, quæ in recensitis Diebus peragunt, & in Festis Ecclesiæ universalis, quæ ab iis Diebus in alios transferunt; sed eadem prorsus illic exteriori Solemnitate Festa utraque celebrari. Ut propterea, cum utrorumque Festorum idem sit Ritus, eadem penitùs externa Solemnitas; praxis illa Basilicarum non nisi in ratione supra dicta fundetur, in eo nempe quod priora Festa illa, Festa propria, seu peculiaria sint.

(*d*) Rectissimè P. Minister Generalis, sicut ipse Officio B. Petri, impedito in Die natalitio 25. Jul., assignavit primam Diem post illam in Calendario Ordinis non impeditam, nimirum 13. Augusti; ita pariter jussit, ut ubi in Provinciis, vel Cœnobiis Dies quoque ista 13. Augusti esset impedita, assignaretur eidem Officio *prima ex subsequentibus non impedita*. Siquidem assignatio Officii, in sua Die impediti, fieri semper debet in Die proximè post illam non impedita: quemadmodum ex Rubricis Gen., Decretisque Sac. Rit. Congregationis dictum est in Rubric. Pecul. 102., & 114. inter novissimas.

Quod quidem debet intelligi, salva facultate, quam ex quibusdam particularibus Decretis laudatæ Congregationis Sacror. Rituum, generatim in hujusmodi assignationibus adhiberi posse statuit Rubrica 103. inter novissimas ipsas, servatis tamen legibus in Rubrica eadem præscriptis. Harum prima est, ut protrahi tunc quidem possit assignatio Officii ultra primam Diem non impeditam, quando aliqua id suadeat ratio, quæ congrua ratio sit juxta mentem *Decretorum Sac. Rit. Congregationis*; minimè verò ob quamlibet rationem, quæ congrua videri possit Superioribus ipsis, a quibus peragendam esse in eo casu assignationem, mox ibidem statuitur. De qua re alibi nobis redibit sermo (ad d. 28. Mart. 1775., Not. in Resp. ad Dub. 12.).

1761. 28. Mart. *Indicitur Capitulum Generale habendum sequenti Anno 1762. in Italiæ Urbe postmodum designanda.*

FR. CLEMENS DE PANORMO

Lector Jubilatus, Catholicæ Majestatis in Regali Matritensi Congressu pro Immaculata Conceptione Theologus, Cleri Romani Examinator, totius Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis, Visitator, ac Reformator Apostolicus, & Servus

Universis Nobis in Christo Jesu dilectissimis Patribus, & Fratribus, atque Monialibus, tam Superioribus, quàm Subditis, cùm primam, tum secundam, & tertiam Regulam Beatissimi Patris nostri Francisci sub nostra obedientia profitentibus, salutem in Domino, qui solus est vera Salus.

Supremum, dilectissimi Fratres, totius nostri Ordinis Magistratum, nobis nihil tale merentibus, sed summa potiùs Dei Bonitate, & Clementia, in tanta præsertim optimorum Virorum copia, humeris nostris in Murciensi Capitulo Generali anni 1756. impositum, Seraphicæ nostræ Regulæ auctoritate, & vi, ex Leonis Constitutione incipiente, *Ite & vos*, ex aliis Ordinis Statutis Auctoritate Apostolica confirmatis, expleto sex annorum curriculo, aliquando tandem dimittere, atque ab illo Nos abdicare debemus. Equidem in tanto, ac tam difficili Munere obeundo, nihil eorum prætermittendum studuimus, quæ ad publicam tranquillitatem, & pacem, aut ad nostræ Familiæ sanctitatem, disciplinam, commoda, stabilitatemque conducerent. Si quid tamen inscienter in vos, amantissimi Fratres, peccavimus, id non nostræ erga vos malè animatæ voluntati, sed humanæ potiùs naturæ conditioni, onerique gravissimo, cui humeros supposuimus, tribuendum est. Cum ergo hoc simus alacri sane animo deposituri, sexennio, ut diximus, jam ad exitum properante, idcircò Generale Capitulum in Vigilia Pentecostes anni 1762., quæ erit die 29. Maji, in hac nostra Cismontana Familia, & intra Italiam, in Urbe tamen, quæ posthac opportuno tempore designabitur (*a*), bene juvante Domino, celebrandum vobis omnibus de more indicimus, atque denunciamus. Quò vero legitima, & canonica electio procedat, ad illud citamus, & vocamus Reverendissimos Patres, scilicet Petrum Joannetium de Molina Ex-Ministrum Generalem Ordinis, eumdemque Ex-Commissarium Generalem nostræ Ultramontanæ Familiæ: Commissarium Generalem Familiæ Ultramontanæ: Joannem Antonium a Sancta Cruce Ex-Vicè-Commissarium Generalem nostræ Cismontanæ: Commissarium Generalem Indiarum Occidentalium: Admodum RR. PP. Procuratorem Generalem Ordinis, Commissarium Generalem Curiæ, Procuratores Generales tam Reformatorum, quàm Discalceatorum, & Recollectorum, Definitores Generales utriusque Familiæ, Secretarios Generales Ordinis, Ministros Provinciales, & Custodes omnium Provinciarum, etiam Custodiarum a Provinciis independentium, Guardianos Sacri Montis Sion, & Magni Conventus nostri Parisiensis, cæterosque alios, qui jure, aut consuetudine votum, vel suffragium in Generali Capitulo ferre solent. Omnibus autem, & singulis citatis, & vocatis, salutaris obedientiæ merito, ac sub pœnis in nostris generalibus Sanctionibus contentis, injungimus, atque mandamus, ut opportuno tempore ad præfatum se Capitulum conferant, nisi æquam, legitimamque non accedendi causam, probatissimis testimoniis munitam, ac a nostro Definitorio Generali perpendendam, approbandamque, exhibuerint. Ita tamen Ministri Provinciales, Custodes, cæterique post ipsos recensiti ad Comitia accedent, ut ante Sabbatum post Festum Ascensionis Domini Nostri Jesu Christi Urbem, in qua habebuntur Comitia, nemini ingredi liceat, excepta Reverendissimi Definitorii Generalis Patribus, queis ante statutum tempus unà cum propriis sociis designatum Capituli Conventum adeundi optio relinquitur.

Et quoniam confusio, quæ utplurimùm ex nimia Religiosorum copia enascitur, quoad possumus, vitanda, ac submovenda a Nobis est; idcircò, Constitutionibus Ordinis Generalibus omni ex parte adhærentes, præcipimus sub pœna privationis suffragii, ut cujuscumque Provinciæ Minister, sive Pro-Minister, & Custos, unico tantum Religioso socio utrumque comitante, iter suscipiant, unum addendo, si opus fuerit, Tertiarium, sive Donatum, qui Syndici Apostolici vices gerat iis in expensis, quas fortasse necessitas fieri postulaverit. Atque hic, vel nobis tacentibus, insigne Religionis nostræ præsidium vobis ante oculos perpetuò obversabitur, summa scilicet illa paupertas, in quam tam ardens fuit S. P. N. Francisci studium, ut eam *amicam*, *sororem*, ac *sponsam* appellare in omni vita consueverit:

hinc

hinc paucis, iisque humilibus rebus contenti, omnia cupiditatum incitamenta vitare, & respuere debetis; ea morum gravitate, modestia, atque exemplo tum in itu, tum in reditu incedentes, quæ decet Servos Dei, & humillimos Seraphici Instituti Sectatores. Neque ad dictum Comitiorum Locum, & Urbem poterit aliquis quovis nomine, prætextu, aut causa, præter superiùs vocatos, accedere, sub Apostasiæ pœna, nisi particularem, expressamque a Nobis facultatem justis de causis obtinuerit. Hanc itidem pœnam ipso facto illi contrahent Vocales, qui aut vanæ curiositatis, aut negociorum expediendorum causa, sine nostra expressa licentia, a recto tramite Capitularis Conventus longo nimis spatio declinaverint. Volumusque interca, severeque præcipimus, ut, absentibus hac de causa Ministro, & Custode, nihil innovetur, donec ad proprias Provincias præfati Vocales redierint; irritum plane, atque inane ex tunc declarantes id totum, quod aliquis contra facere, aut moliri præsumpserit.

Ad Provinciarum Custodes, juxta veterem, ac laudatissimum Ordinis morem, & Constitutionum nostrarum præscripta, ea secum deferre documenta, quæ deferenda esse ex consuetudine constat, omninò spectabit. Inter quæ Conventuum, Fratrum, Monialium viventium, & a postremo Generali Capitulo defunctorum numerum secum afferent; sicuti & nomina eorum, qui magna sanctitatis opinione, & fama, vel signis celeberrimi hoc reliquerint concretum, & mortale corpus, ut in cœlestis Jerusalem Dominum triumphantes ascenderent. Nomina quoque, & virtutes describent eorum, qui miseris gentibus Christi Fidem, & amorem injicere, atque instillare conantur, iisque Terræ Sanctæ Locis, in quibus salutis nostræ Mysteria operatus est Christus, inserviunt. Authentica item documenta deferent sarum insignium rerum, quæ in propriis respectivè Provinciis a proximè superiori Generali Capitulo animadversione dignæ contigere; sicuti & Operum, quæ vel publici juris nuper facta sunt, vel, ut fiant, in promptu reperiuntur. Simili planè modo sub pœna privationis officii, aliarumque pœnarum, arbitrio Definitorii Generalis infligendarum, omnibus, & singulis Terræ Sanctæ Commissariis utriusque Familiæ, & cujuscumque Nationis injungimus, atque præcipimus, ut, ad legem Statutorum Ordinis, per eosdem Patres Custodes ad Nos deferantur computus eleemosynarum ad eam respectivè pertinentium, illarumque fidelis administrationis, per legitimas probationes, & documenta muniti, & confirmati.

Demum cum vos ipsi, dilectissimi Fratres mei, probè noscatis, quanta sit agendæ rei magnitudo, & cujus momenti illum Ordini Virum præficere, qui Pauperum Patriarchæ vestigia premat, & præter morum probitatem aliis quoque virtutibus, atque animi dotibus præditus sit, ut rectè, sancteque tam amplæ Familiæ præesse possit; idcircò, hisce Litteris, prout moris est, perlectis, ac publicatis, vos hortamur, ut juges ad Deum Patrem luminum preces effundatis, a quo uno secundus rerum nostrarum agendarum eventus sperandus est. Præsertim verò jubemus, ut a Paschate Dominicæ Resurrectionis anni ejusdem 1762. usque ad festum Pentecostes Diem, quinta cujusque Hebdomadæ feria Sacrum de Spiritu Sancto (*b*), nisi Festo solemni impediatur, decantetur, & a cunctis Sacerdotibus in Missis privatis Collecta de eodem recitetur. In Choro autem post matutinas, & vespertinas Horas, Missamque Conventualem, hymnus *Veni Creator* &c. quotidie recitandus erit cum versiculis, & orationibus de eodem Sancto Spiritu, de Immaculata Deiparæ Conceptione, deque Beatissimo P. N. Francisco. Præterea ab Ascensione Domini Nostri Jesu Christi solemnes per Ecclesias Supplicationes, & Litaniæ instituantur: inque ipsa Pentecostes Vigilia omnes Religiosi, & Moniales peccata sua confiteantur, cum nostram idcircò plenariam auctoritatem eos a casibus omnibus, & censuris nobis reservatis absolvendi Religiosis Confessariis tribuamus; Sacerdotes Sacrum Deo offerant; cæterique Fratres, & Moniales summo mane sacram devotissimè suscipiant Synaxim; pariterque, Missa de Spiritu Sancto solemni ritu decantata, fiat, ut supra, Processio. Omnium denique bonorum Auctorem Deum, amantissimi Fratres, enixè deprecamini, ut diu salvum, & incolumem conservet Pontificem Maximum Clementem XIII., qui Ecclesiam summa regit utilitate omnium, tum sapientia, & probitate sustentat. Vestras etiam adhibete preces pro sospitate Eminentissimi nostri Ordinis Protectoris, cæterorumque Purpuratorum Patrum, Episcoporum, eorumque, quibus nostra Familia jure Patrocinii, munificentiæ, ac multimoda beneficiorum copia adstringitur, pro pace, & concordia Regum, & Principum Christianorum, & postremo tandem loco pro Nobis, qui, cum paterno amore semper vos fuerimus prosecuti, tum nunc Seraphica benedictione vos amantissimè complectimur.

Datum Romæ ex Aracœli die 28. Martii 1761.

Fr. Clemens a Panormo
Minister Generalis.

De mandato Rmi in Christo Patris.
Fr. Vincentius Scutari Ex-Def.
Gen., & Secr. Gen. Ord.

= (*a*) Vid. infr. ad d. 31. Jul. Cur autem in bis
= Literis designata non fuerit; necesse non est hic
= referre. Consuli poterit, ubi opus fuerit, Rege-
= stum Curiæ Generalis PP. Discalceatorum, & Re-
= collectorum a pag. 150. ad 162., præsertim in
= pag. 156.
= (*b*) Legendæ Rubricæ Peculiares novissimæ Mis-
= salis Romano-Seraphici ad Numerum 3. Tituli
= IV.

= 1761. 11. April. = Quandoquidem hoc Anno
= 1761. die 7. Aprilis supremum diem obivit A. R.
= P. Joseph Torrubia Commissarius Gener. Curiæ,
= Vir pluribus pereruditis Operibus in lucem editis
= Literariæ Reipublicæ notus, qui fuit sequenti die
= 8. Apr. solemni funere elatus, conditusque Sepul-
= cro sito in Aracœlitana Capella, Deo in hono-
= rem S. Francisci Solani dicata; Rmus P. Minister
= Gen., datis suis Literis die 11. ejusdem Mensis,
= illi successorem dedit A. R. P. Joannem Alfaro
= Coronada, olim Custodem, tunc verò Exmini-
= strum immediatum Almæ Observ. Provinciæ An-
= gelorum, unum ex tribus ad idem Munus appro-
= batis in Capitulo Gen. Murcien. (supr. pag. 220.
= B.). Literas ipsas missas faeimus ob caussam,
= quam diximus alibi (ad d. 3. April. 1757.).

= 1761. 8. Maji. = Decreto hujus diei prohibiti fue-
= runt sequentes Libri. I *Essai sur la Tolerance Chré-*
= *tienne, divisée en deux parties*. II. *L'Oracle des An-*
ciens

ciens Fideles pour servir de suite, *& d' eclaireissement à la S. Bible*. III. Plagula sic inscripta: *Andachts-Uebung zu dem Leyden Christi des Herrn*. Id est: *Pietatis Exercitatio erga Passionem Christi Domini*. Quæ desinit in verbis: *Von tadten ist auferstanden. Ende*. Hoc est: *A mortuis resurrexit. Finis*, IV. Liber Joannis Jacobi Sprengen, cui titulus est: *Abhandlungen vom dem ursprunge und alterthum der mehrern und mindern stadt Basel, wieauch der Rauracbischen und Baselischen Kirche*. Id est: *Dissertationes de origine, & antiquitate majoris, & minoris Urbis Basileæ, atque etiam de Rauracensi, & Basileensi Ecclesia*. V. D. Josephi de Tobar *La invocacion de Nuestra Señora con el titulo de Madre Santissima de la Luz*.

1761. 9. Maji. *Jubentur omnes Ecclesiarum Præsules, omnesque Regularium Ordinum Superiores Generales curare, & efficere, ut bis saltem quotannis necessitates Sanctorum Palestinæ Locorum Populo proponantur, & commendentur*.

CLEMENS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

SAlvatoris, & Domini Nostri Jesu Christi, qui pro humani Generis redemptione seipsum exinanivit factus obediens usque ad mortem, vices, licèt immeriti, gerentes in Terris, inter multiplices, gravissimasque Apostolicæ Servitutis curas, in eam præcipuè Pastoralis sollicitudinis vigilantia incumbimus, ut tanti, & tam salubris Mysterii Monumenta, quæ In Civitate Hierusalem, & locis circumvicinis sunt, conserventur, & omni, qua fieri poterit, majori honorificentia recolantur.

Cum itaque aliàs fel. record. Urbano Papæ VIII. Prædecessori nostro exposito, quod Ecclesiæ, & alia Loca pia, in Civitate Hierusalem, & aliis locis Terræ Sanctæ existentia, ferè diruta erant, &, quæ adhuc ibi existebant, Monasteria ære alieno, ob impiam Turcarum, Hæreticorum, & Schismaticorum tyrannidem, & pro Sanctæ Fidei Catholicæ in eisdem locis conservatione contracto, admodum gravata reperiebantur; idem Urbanus Prædecessor Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Locorum Ordinariis, necnon omnibus, & singulis quorumvis Ordinum, Congregationum, & Institutorum Regularium Generalibus commiserit, & mandaverit, ut ad minùs duabus vicibus quolibet Anno Adventus, & Quadragesimæ temporibus, tam per verbi Domini Prædicatores in suis sacris Concionibus, quàm in sectionibus, & functionibus publicis necessitates eorumdem Sanctorum Monumentorum Populo proponi, & commendari curarent, & facerent, & aliàs, prout in ipsius Urbani Prædecessoris Litteris, desuper in simili forma Brevis die 3. Februarii 1634. expeditis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, uberiùs continetur:

Et, sicut pro parte dilecti Filii moderni Commissarii Terræ Sanctæ Nobis nuper expositum fuit, ipse, quò præfatæ Urbani Prædecessoris Litteræ, quæ a rec. mem. Innocentio X. (a), Clemente X. (b), Innocentio XI. (c), Alexandro VIII. (d), Innocentio XII. (e), Clemente XI. (f), Innocentio XIII. (g), Benedicto XIII. (h), Clemente XII. (i), & Benedicto XIV. (k) Romanis Pontificibus pariter Prædecessoribus Nostris confirmatæ fuerunt, exactiùs observentur, illas per Nos etiam confirmari, & innovari desideret:

Nos eorumdem Sanctorum Monumentorum conservationi, & manutentioni consulere volentes, prædictas Urbani Prædecessoris Litteras auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus pariter, & approbamus, illasque innovamus, & observari mandamus. Volumus autem, ut Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi præfati, in Relatione status Ecclesiarum suarum, quando visitabunt Limina Apostolorum, facienda, referant, se prædictis Urbani Prædecessoris Literis paruisse, contrariis non obstantibus quibuscumque.

Volumus insuper, ut earumdem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 9. Maji 1761. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Pro D. Card. Passioneo
Joannes Florius Substitutus.

(a) In Chronologia P. Perusin. Par. I. pag. 58..
(b) Ibid. p. 144.
(c) Ibid. p. 239. (d) Ibid. p. 325.
(e) Bullar. Roman. Edit Mainard. Tom. IX. p. 134. & 429.
(f) In eod. Bullar. Tom. X. Par. I. p. 28.
(g) Ibid. Tom. XI. Part. II. p. 231.
(h) In *Bullar. Peculiari Terræ Sanctæ* edito Ann. 1727. p. 115. ubi etiam mox referuntur (pag. 117.) Literæ encyclicæ, missæ a S.Congregatione Propagandæ Fidei præposita ad Archiepiscopos, Episcopos, & S. Sedis Apostolicæ Nuncios in executionem ejusdem Constitutionis Benedicti Pontificis.
(i) In cit. Bullar. Rom. Tom. XIII. pag. 198. sub fin. & seq.
(k) In Chronolog. P. Perusin. Part. II. p. 247. A. ante med., & p. 289.

1761. 9. Maji. = Postquam Summus Pontifex per Rescriptum diei 8. Martii 1761. revocaverat facultatem, Rmo P.Ministro Generali a se tributam die 13. Septembr. 1760., dividendi Provinciam Minor. Observ. S. Michaelis Archang. in Extremadura in Provincias duas; dedit paullò post, nempe die 9. Maji 1761., suas Apostolicas Literas, quibus confirmavit Decretum, a S. Congregatione Episcopor., & Regularium Anno 1760. die 3. Septembris latum, de servanda in ea Provincia Alternativa (de qua supr. ad d. 8. Aug. 1757., & 4. Dec. 1758.), *juxta modum* in Decreto ipso expressum. Has Literas prætermittimus ob rationem legendam ad cit. diem 8. Aug. 1757.

1761. 19. Maji. *Conceditur,*
ut in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum Missæ Privilegio gaudeant, æque ac si in Altari Privilegiato celebrarentur.

Decretum Sac. Congregationis Indulgentiis, & Sacris Reliquiis præpositæ.

CUm ex veteri more, & laudabili Ecclesiæ instituto die secunda Novembris (*a*) omnium Defunctorum memoria recoli, eorumque Animæ ab universis Christifidelibus orationibus, elæmosynis, aliisque piis operibus, & Ecclesiæ suffragiis, potissimùm verò acceptabili Sacrosanctæ Missæ Sacrificio juvari soleant; SS. D. N. Clemens PP. XIII. ex paterna sua charitate erga omnes Fideles tam vivos, quàm defunctos, Animabus eorum, qui ex hac mortali vita in gratia, & charitate Dei, nondùm tamèn omnibus mundanis sordibus expiatis, decesserunt, de inexhausto Catholicæ Ecclesiæ thesauro abundantiùs suffragari quàm maximè cupiens, ut celeriùs e Purgatorii pœnis liberatæ ad æternam Gloriam per Dei misericordiam pervenire valeant; de consilio Ven. S.R.E. Cardinalium Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis præpositorum, universali hoc Decreto, perpetuis futuris temporibus valituro, benignè concedit (*b*), ut Missa die prædicta Commemorationis Defunctorum, a quocumque Sacerdote Seculari, vel cujuslibet Ordinis, & Instituti Regularis celebranda, gaudeat Privilegio, ac si esset in Altari Privilegiato celebrata; decernendo tamen, ut nonnisi consuetam eleemosynam unusquisque Sacerdos pro dicta Missa licèt privilegiata accipiat, & in ea tantùm quantitate, quæ a Synodalibus Constitutionibus, seu a Loci consuetudine regulariter præfinita fuerit. Quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. = Dat. die 19. Maji 1761.

N. Card. Antonellus Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.
J. de Comitibus S.Congñis Indulg. Secr.

= (*a*) Nominatur hic dies 2. Novembris, quia passim, sive, ut ajunt, regulariter, Defunctorum omnium Commemoratio in ea die celebratur. Ceterùm dubitari non potest, quin locum habeat Privilegium idem, ubi, occurrente in die 2. Novembr. impedimento juxta Rubricas Pecul. novissimas tum Breviarii (n. 219. & duob. seq.), tum Missalis Romano-Seraphici (ad *Numerum* 2. *sub fin.* Tituli V.), agatur Commemoratio eadem in sequenti die proximè non impedita. Hanc diem siquidem, *tanquam propriam sedem*, Commemoratio illa *statim occupat; adeoque cum Privilegiis omnibus, quibus in propria die donatur*: quemadmodum scitè habet *Memoriale Rituum, sive Cæremoniale* PP. Capuccinorum (Tit. 35. cap. 2. §. 1. n. 3.). Adi Rubr. Pec. Missal. loc. cit.

= (*b*) Ex tota hujus Decreti serie quàm exploratissimum est, Concessionem hanc protendi nulla ratione posse ad diem nostri Officii, quod vocamus *generalissimum*, quamvis fiat ad instar Commemorationis omnium Defunctorum Ecclesiæ universalis, ejusdemque Commemorationis nonnullis Privilegiis gaudeat; multoque minùs protendi posse ad dies aliorum quatuor *Officiorum generalium* Ordinis.

= Sed tamen vidimus in cujusdam nostræ Provinciæ Calendario Privilegium idem ex alio titulo attributum Missis, quæ ibi in die prædicti Officii generalissimi celebrantur pro Defunctis omnibus ejusdem Provinciæ. Scilicet postquam in eo Calendario dicitur, *Hodie omnes Sacerd., juxta novis. & antiq. N. Almæ Provinc. Statuta, applic. Miss. pro omn. Def. N. Provinc. de Reg.* &c.; subjungitur: *Et sic omn. Altar. Ordin. sunt Privileg. Benedict. XIV. 24. Mart. 1741. Vid. Ferraris verb. Indulgent. art. 5. n. 78.*

= At verò in hoc Brevi Benedicti XIV., quod refertur etiam a P. Perusino (in sua Chronolog. Part. 2. p. 254. A.), Privilegium non conceditur, nisi Missis iis, quas *in* CUJUSCUMQUE *Presbyteri, vel Clerici, aut Laici tam de Observantia, quàm Reformatorum, Discalceatorum* &c., *die obitus, vel aliis diebus unusquisque Frater dictorum Ordinis, & Reformationum in Sacro Presbyteratus Ordine constitutus celebrare debet per* CONSTITUTIONES ORDINIS *hujusmodi*, AUCTORITATE APOSTOLICA CONFIRMATAS; non autem iis Missis, quæ pro omnibus simul, seu *collectivè*, ut vulgò dicimus, Provinciæ Fratribus quotannis in die aliqua celebrandæ sint vi Statutorum Provinciæ.

= Etenim non pro his, sed pro illis tantummodò Missis, quæ pro singularibus Fratribus, Tertiariis, & Monialibus, ex hac luce migrantibus, celebrari debent vi Constitutionum Ordinis, Auctoritate Apostolica confirmatarum, illiusmodi Privilegium petiit P. Procurator Generalis, sicuti ex ejusdem Brevis parte narrativa, cujus sunt verba, quæ paullò ante descripsimus, compertissimum est. Ex quo fit, ut Privilegium Pontifex his tantùm Missis concesserit. Quandoquidem ut dignoscatur concedentis intentio; spectanda in primis est supplicatio eidem porrecta: huic namque Princeps conformare se solet (C. *Intelligentia* de verb. signif., C. *Inter dilectas*, §. *Ceteri*, ubi Felinus, omnesque communiter Jurisperiti, de fide instrum.; Leg. *Si Præses* ff. de pœn.; Jason in Leg. *Gallus*, §. *Idem*, ff. de liber. & posthum., lect. 1.; Gutierez Pract. Quæst. Lib. 3. qu. 17. & 18. n. 42. & seq.; Miranda Manual. Præl. Regul. Tom. 2. quæst. 25. art. 26. conclus. 6.; Lezan. To. 2. v. *Leges Regul.* num. 38.). Maximè verò ubi agitur de iis, quæ sunt difficilis concessionis, proindeque arctè, restrictèque sunt interpretanda. In quibus numerari Privilegium, de quo sermo est, ignorat nemo in his rebus versatus.

= 1761. 24. Maji. = Fuit hac die proscriptus Liber: *Lettres Persanes*.

Chronol. Seraph.

1761. 30. Maji. *Responsa*
S. Congregationis Concilii interpretis in Causa.
NULLIUS, SEU SUBLACEN. FUNERUM.

PRecibus oblatis huic Sacræ Congregationi Patres Minores Reformati Terræ Sublaci conquesti sunt de Capitulo Collegiatæ, & Parochialis Ecclesiæ S. Andreæ ejusdem Loci, quod plura moliretur, ut Parochianos suos retraheret ab electione Sepulturæ in eorumdem Reformatorum Ecclesia ..... Capitulum ... speciale dedit mandatum, quo in actis declaratum est, ipsum obstitisse nunquam, nec obstare, quominùs sui Parochiani pro libitu Sepulturam eligant in Ecclesia (*a*) Reformatorum: neque Sepulturam in eadem Ecclesia eligentibus denegasse, aut denegare Animæ (*b*) commendationem in supremo vitæ discrimine, & consuetum Campanarum (*c*) sonitum post mortem .... Quoad reliquas igitur quæstio-

nes sex concordata fuerunt Dubia, quæ nunc proponuntur.

Et primo disserunt Patres Reformati, solum Parochum jus habere interveniendi ad Funera: & dum Cura habitualis residet penes Capitulum, vel Collegium, eum dumtaxat a Funeribus excludi non posse, qui actualem Curam pro Collegio exercet, ut firmant Barbos. de Parochis part. 3. cap. 26. n. 57. & 61., Card. Petra ad Const. 2. Clementis IV. n. 23. & 24. tom. 3. pag. 399.; & Rota in Ruben. Juris Tumulandi 27. Aprilis 1731. §. *Prætensio*, & §. *Idque* coram Sanctissimo Domino Nostro, & 6. Junii 1732. §. *Hanc vero* coram clar. mem. Card. Millino: ideoque non licere Capitulo, si ab Hæredibus non invitatur, interesse associationi Cadaverum, quæ tumulantur in ipsorum Ecclesia, sed Funerum pompam relinquendam esse arbitrio (*d*) Hæredum, ut sæpe definitum est tum a Sacris Congregationibus Episcoporum, & Regularium, ac Sacrorum Rituum, tum ab hac Sacra Congregatione in Materana Funerum 13. Novembris 1660. ad II. Dub. lib. 22. Decr. pag. 325., in Novarien. Funerum, & Jurisdictionis 25. Martii 1704. ad IX. Dub. lib. 54. Decr. pag. 93., in Cotronen. Juris Funerandi 3. Septembris 1707. ad I. Dub. lib. 57. Decr. pag. 332., & in Comen. Funerum 19. Decembris 1750. ad III. Dub. lib. 100. Decr. pag. 487.

Capitulum autem, non inficiando prædictam regulam, defendit, morem specialem non esse quoad Cadavera tumulanda in Ecclesiis Reformatorum, sed a tempore, cujus initii memoria non extat, ipsum consuevisse, etiam non invitatum, intervenire associationi Cadaverum suorum Parochianorum, etiam pauperum, in ætate adulta decedentium, quæ sive in ipsa Ecclesia Collegiata, sive in aliis quibuscumque Ecclesiis Oppidi sepeliuntur, ut plures affirmant Testes, & eorum tres cum omnibus fere requisitis Glossæ in cap. 1. verb. *memoria* de præscr. in 6. (*e*), quibus cæteroquin deest examen formale; & ideò immemorabilem consuetudinem, quæ præsumptionem inducit assignationis Emolumentorum Funeralium loco Decimarum, immutandam non esse, uti de jure non reprobatam, ad tradita per Passerin. de Stat. homin. Quæst. 187. art. 4. n. 184. tom. 2., & concordat Rescriptum hujus Sacræ Congregationis eandem immemorabilem præservans in Papien. Funerum 12. Decembris 1665. lib. 24. Decr. pag. 678.

Et eo magis servandam esse putat consuetudinem, quia, excepta Quarta Funerali de jure debita Ecclesiæ Parochiali pro Funeribus Parochianorum in alia Ecclesia peragendis, etiam sine interventu Capituli; ipsum, ubi ab Hæredibus non invitetur, nihil percipit, nullumque habet Emolumentum pro associatione Cadaverum, præter Candelam a singulis Capitularibus ad manus deferendam, ut testatur Vicarius Generalis in transmissa relatione. Hæc autem gratuita associatio prohiberi nequiret, etiam seposita (*f*) consuetudine, ut tenet Passerin. de Stat. homin. d. quæst. 187. art. 4. n. 189. in fin.

Contendunt insuper Patres Reformati, tollendum esse abusum, quod Capitulum, interveniens associationi Cadaverum tumulandorum in eorundem Patrum Ecclesia, Funus deserat in Ecclesia Sanctæ Mariæ ad Nives extra Portam Sublacensem: quodque alter ex Beneficiatis, qui loco Parochi Funus comitatur usque ad Ecclesiam tumulantem, Emolumentum exigat juliorum trium: & quod singulorum Canonicorum Emolumentum, quando Capitulum ex voluntate Hæredis progreditur usque ad dictam Ecclesiam tumulantem, prætendatur in juliis duobus, Præpositi autem, ac Hebdomadarii in juliis tribus. Quia defendunt, Synodum Diœcesanam præscribere cap. 28. num. 3., ut omnes Funus comitantes, Cadaver associent ad Ecclesiam tumulantem, & Exequiis intersint, sub pœna amissionis Eleemosynæ illius Funeris: & generaliter de jure cautum esse, quod Cadavera, sepelienda in Ecclesiis Regularium, a Parocho associentur usque ad limen Ecclesiæ tumulantis, juxta resolutiones hujus, & aliarum Sacrarum Urbis Congregationum, relatas per Lantusc. in Theatr. Regul. verb. *Exequiæ* n. 8., & in Supplement. verb. *Associatio* sub n. 5., & notant Panimoll. decis. 1. annot. 10. num. 18., & Rota coram Ratto decis. 84. num. 6.: Emolumenta autem Funerum associandorum ad Ecclesias Regulares, etiam extra Loci Mœnia existentes, majora esse non posse, quam in Funeribus explendis in Ecclesia Parochiali, tum respectu Parochi, ut præscribitur in Constit. 23. sa. me. Urbani VIII. (*g*), & in Constit. 58. sa. me. Clementis X. (*h*) Bullar. Cherub., & definivit hæc Sac. Congregatio in Hortana Funerum 3. Aprilis 1745. lib. 95. Decret. pag. 145., &, antiquioribus resolutionibus collectis, tradunt Lantusc. in dicto Supplem. ad Theatr. Regular. verb. *Associatio* pagin. 623. ad 626., & Matthæucc. Offic. Cur. Eccles. cap. 20. num. 6., tum respectu Capituli, & aliorum de Clero Sæculari, ut definivit Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium in Lucerina Funerum 22. Septembris 1702. relata per Ursaya Discept. Eccles. tom. 1. par. 2. discept. 28. num. 93.

Sed Capitulum iisdem, qui superius enunciati sunt, Testibus probat, immemorabilem consuetudinem associandi usque ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ ad Nives Cadavera Defunctorum, quæ sepeliuntur in Ecclesia Reformatorum, nisi aliter Hæredes præscribant, & in illa Exequias celebrandi cum recitatione Nocturni Defunctorum, post cujus absolutionem alter ex Beneficiatis loco Parochi semper consuevit Funus prosequi usque ad Ecclesiam Tumulantem: eandemque consuetudinem vigere quoad Cadavera sepelienda in Ecclesiis Capuccinorum, & Benedictinorum, extra Locum pariter existentibus, quarum respectu præmissa omnia absolvuntur in altera Ecclesia S. Sebastiani prope Mœnia Oppidi posita. Et hanc consuetudinem putat haud improbatam esse in jure; quum sæpe definitum sit, posse vigore consuetudinis, aut de consensu Hæredum, Cadavera Defunctorum deponi in alia Ecclesia, antequam transferantur ad Ecclesiam tumulantem, ut referunt Pignatell. consult. 48. n. 7. tom. 3., & Ursaya disceptat. 28. num. 33. & seq. tom. primo part. 2., & discept. 25. num. 25. tom. 5. part. 2.

Emolumenta verò pro associatione Cadaverum usque ad prædictas Regularium dissitas Ecclesias ab immemorabili pariter consueta fuisse præstari, contendit, in juliis tribus quoad Beneficiatum, loco Parochi accedentem, & quoad Præpositum, ac Hebdomadarium, & in juliis duobus quoad singulos Canonicos, ratione longioris itineris, ut deponunt auprædicti Testes; quamobrem reprobari non posse eleemosynam consuetam, quum non adsit taxa Synodalis aliter statuens, ut post Textum in cap. *Ad Apostolicam* 42. de Simon., præscribit Rituale Romanum titulo de Exequiis vers. *Caveant*. Nec afficere arbitratur generalem juris regulam præscribentem uniformem exactionem Emolumentorum pro

asso-

associatione Cadaverum sive ad Ecclesias Seculares, sive ad Ecclesias Regularium; quum intelligenda sit de majori emolumento prætenso in odium Regularium pro retrahendis Fidelibus ab electione Sepulturæ in eorum Ecclesia, ut explicat Piton. Disceptat. Eccles. 50. num. 22., non autem si exigatur majus emolumentum ratione longioris itineris, ut præscribit Statutum Cleri Romani de Mercede associationis Funer. Cap. 6. §. 11., & generaliter de jure tradunt Monacell. Tom. 4. supplement. ad tom. 2. n. 123., & Ursaya Discept. Eccles. 28. num. 63. & seq. Tom. 1. part. 2., & innuunt Rescripta hujus Sacræ Congregationis in Tusculana Funerum 24. Julii 1734. ad IV. Dubium lib. 84. Decretor. pag. 363., & in Auximana, seu Lauretana Funerum 24. Martii 1753. ad tertium Dubium lib. 103. Decret. pag. 95. Et quod major debeat esse eleemosyna Parochi, aut ejus Substituti, quam aliorum Funera comitantium, innuit Piton. d. Discept. Ecclesiast. 50. num. 22., & definivit hæc Sacra Congregatio in Faventina Quartæ Funeralis 18. Junii 1735. ad II. Dub. lib. 85. Decret. pag. 217.

Demum autumant Patres Reformati, pro Funeribus in eorum Ecclesia explendis prætendere non posse Canonicos Candelas majores, vel æquales illis, quæ dantur Regularibus, quum pondus Ceræ distribuendæ repositum sit in arbitrio Hæredum, ut definivit Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium in Placentina 16. Decembris 1661. ad II. Dubium, relata per Matthæucc. Offic. Cur. Cap. 20. sub n. 4., & hæc Sacra Congregatio in Novarien. Funerum, & Jurisdictionis 15. Martii 1704. ad III. Dub. lib. 54. Decret. pag. 93. (i), & in Comen. Funerum 19. Decembris 1750. ad IV. Dubium lib. 100. Decr. pag. 487. (k); nec licere Sacristæ Ecclesiæ Collegiatæ stipendium julii unius exigere ab Hæredibus pro singulis Cadaveribus tumulandis in Ecclesia Reformatorum, contra censuram Text. in Cap. 8. de Simon. vetantis aliquid exigi pro Sepultura. Capitulum verò reponit, sibi, cui præcedentia competit supra Regulares, æquales saltem, nisi majores, candelas deberi ex honestate, & congruentia, a quibus regulari debet Hæredum arbitrium, ad tradita per Pignatell. consultat. 48. num. 14. tom. 3., Ceccoper. Lucubrat. Canonic. tom. 2. lib. 4. tit. 14. num. 47. & 54., & Bass. de Sodalit. quæst. 5. sub n. 12., & stipendium julii unius deberi Sacristæ pro Funeribus ubicumque explendis, quando ad Sacra peragenda de mandato Hæredum ab eo invitantur omnes Sacerdotes Oppidi, ut referunt Testes, quod improbari nequit, tamquam correspectivum incommodo, & labori vocationis Sacerdotum, & extraordinariæ assistentiæ præstandæ multiplici Missarum celebrationi.

His autem perpensis, dignabuntur EE. VV. definire =

I. An Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ, & Parochialis S. Andreæ, etiam non invitatum ab Hæredibus Defunctorum, possit intervenire associationi Cadaverum propriorum Parochianorum in Ecclesia S. Francisci sepeliendorum; seu potiùs soli Præposito, & Parocho liceat intervenire?

II. An dictum Capitulum accedens ad Funus semper, & quandocumque teneatur associare Cadaver usque ad Januam Ecclesiæ S. Francisci; seu potiùs liceat illud associare usque ad Ecclesiam S. Mariæ ad Nives sitam extra Terram Sublaci, commissa ulteriori associatione alteri ex Beneficiatis dictæ Collegiatæ? Et quatenus affirmative ad secundam partem;

III. An dicto Beneficiato Stola induto, & associanti Cadaver unà cum Religiosis (l) ab Ecclesia S. Mariæ ad Nives usque ad Januam Ecclesiæ S. Francisci, liceat exigere ab Hæredibus Defunctorum emolumentum juliorum trium?

IV. An, Capitulo ex voluntate Hæredum associante Cadaver usque ad Januam Ecclesiæ S. Francisci, solvi debeat singulis Canonicis stipendium juliorum duorum; & Præposito [illegible] Hebdomadario stipendium juliorum trium?

V. An iisdem Præposito, & Canonicis in hisce associationibus Cadaverum distribui debeant candelæ æqualis ponderis, ac distribuuntur Religiosis?

VI. An occasione tumulationis alicujus Cadaveris in Ecclesia S. Francisci liceat Sacristæ Collegiatæ, & Parochialis Ecclesiæ exigere ab Hæredibus Defunctorum stipendium julii unius, in casu &c.?

= Sacra autem Congregatio, habita die 30. Maji
= 1761., ad hunc modum respondit =

Ad I. Affirmative ad primam partem.

Ad II. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad III., & IV. Affirmative juxta solitum.

Ad V. Non deberi minoris ponderis Canonicis.

Ad VI. Affirmative.

= (a) Adi P. Lucium Ferraris (v. *Sepultura* n.
= 131, & seq., & n. 142., & sequentib.); simul-
= que P. Joannem Michaelem Cavalieri (Oper. Li-
= turgic. Tom. 3. Cap. 17. Decr. 1. n. 1. & seq.).
= (b) Ex præscripto Ritualis Romani (Tit. *De*
= *modo juvandi morientes*). Vide Cavalerium (cit. To.
= 3. Cap. 19. Decr. 2. n. 1. & 7.).
= (c) Ex Decreto ejusd. S. Congregationis Conci-
= lii in una Nullius, seu Montis Cassini 26. Janua-
= rii 1726. in Resp. ad XV. (apud Ferrar. v. *Paro-*
= *chus* art. 3. n. 76. sub fin.); & ex Decretis aliis
= consonis Rituali Romano (Vid. Cavalier. cit. To.
= 3. Cap. 15. Decr. 1. n. 2. ac 3.; Decr. 5. n. uni-
= co; Decr. 7. num. 1. & seq.; Decr. 43. num. 3.).
= (d) Numerus, & qualitas Ecclesiasticorum ad
= Funus convocandorum relinquuntur Hæredum ar-
= bitrio, quia *eorum expensis accersuntur*, ut ait lauda-
= tus Jo. Michael Cavalieri (eod. Tom. 3. Cap. 25.
= Decr. 23. num. unico sub init.; qui ibid., ac
= Decr. 26. 27. 30. 31. & 44. latè de hoc universo ar-
= gumento disputat). Consuli quoque potest Lu-
= cius Ferraris (v. *Sepultura* n. 223. & duob. seq.,
= ac 260. & duob. seq.; necnon v. *Parochus* art. 3.
= n. 42. & sequentib., & n. 76. circa med.); ac P.
= Angelus a Lantusca (Theatr. Regul. v. *Exequiæ* n.
= 3.; & v. *Sepultura* n. 3., ubi affert Breve Alexan-
= dri VII., *Aliàs pro parte* 30 Apr. 1660., eique in-
= sertum Decretum Sac. Rit. Congregationis 14. Jan.
= 1640., quod etiam ibi refertur in Suppl v. *Asso-*
= *ciatio Cadav.* n. 4.).
= (e) Ad eamdem rem pertinent illa, quæ ex Va-
= nespen affert P. Ubaldus Giraldi (Exposit. Juris
= Pontific. noviss. Part. I. sect. 769. To. 2. p. 580.
= A. sub fin. & seq.).
= (f) *Seposita consuetudine*, prohiberi quidem non
= posset Capitulum a gratuita Cadaverum associa-
= tione. At hæc gratuita esse eo casu deberet non
= modò quoad Stipendium, verùm etiam quoad Ce-
= reos; quemadmodum de Regularibus loquens Ca-
= valerius docet (To. 3. Cap 15. Decr. 44. num. 1.
= post med.). *Possunt quidem Regulares* (ait is), *e-*
= *tiamsi non invitati, interesse funeri; non tamen hære-*
= *des cogi ad ... eisdem subministrandam consuetam e-*
= *leemosynam, aut quantitatem cereorum; sed quatenus*

= *intercsse vellnt, . . . gratis l.l præstare debent, Cereique* (consequenter propriis) *Cadaver associare* .

= (g) Const. *Cum sicut* 11. Mart. 1638. (apud Lantuac. Theatr. Reg. v. *Parochus* num. unico).

= (h) Const. *Alias pro parte* 13. Jan. 1672. (cit. Theatr Reg. in Suppl. v. *Associatio Cadaverum* n. 2. p. 623. & seqq.).

= (i) Vide Chronol. P. Perusin. (Par. I. p. 320. B. & seq.), & Bibliothecam P. Ferraris (v. *Parochus* art. 3. num. 74., qui ibid. n. 75. & 41. alia Decreta allegat).

= (k) In Thesaur. Resolution. S. C. Concil. (To. 18. pag. 50., ac To. 19. p. 9. & 108.); & in Par. II. Chronologiæ P. Perusini p. 456. A.). Legenda quoque sunt ea, quæ de isto Cereorum negocio P. Cavalerius adnotat (cit. To. 3. Cap. 15. Decr. 43. num. 1.).

= (l) *Und cum Religiosis*, & cum Capitulo, quoties Capitulum seu ex voluntate Hæredum, seu sponte sua ad Funus accedit: cum ex Responsione ad II. *Capitulum accedens ad Funus semper, & quandocumque teneatur associare Cadaver usque ad Januam Ecclesiæ S. Francisci*.

= 1761. 14. Jun. = Apostolicis Literis in forma Brevis hac die editis, quarum initium est, *Dum inter gravissima*, proscripsit Clemens Pontifex Versionem italicam Operis jam proscripti (supr. sub die 21. Nov. 1757.), cui titulus, *Exposition de la Doctrine Chrétienne &c.*, in quinque Volumina distributam: quorum I. inscribitur, *Esposizione del Simbolo*; II. *Esposizione dell'Orazione Domenicale*; III. *Esposizione del Decalogo*. IV. *Esposizione de' Sacramenti*; V. *Esposizione de' Comandamenti della Chiesa; colla giunta di un Trattato della Giustificazione*.

1761. 15. Jul. *Confirmantur Statuta, quibus Provinciarum omnium Discalceatarum Corpus posthac regatur*.

CLEMENS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

IN Supremo militantis Ecclesiæ Solio per ineffabilem Divinæ Clementiæ abundantiam constituti, ea, quæ pro salubri Religiosorum virorum sub suavi Christi jugo, arctiorique disciplinæ instituto vota sua Deo reddere, uberesque bonorum operum fructus, adspirante Superni favoris aura, proferre jugiter satagentium directione provide constituta, atque ordinata esse dicuntur, ut firma, atque inviolata persistant, Apostolici muniminis nostri, cum id a nobis petitur, præsidio libenter constabilimus. Cum itaque, sicut dilectus Filius Joannes Lutre Curatos Provinciæ S. Gabrielis, & Vice-Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Discalceatorum nuncupatorum Nobis nuper exponi fecit, ad petitionem ab unione, seu congerie Provinciarum ipsorum Fratrum Discalceatorum in Regnis Hispaniarum, Lusitaniæ, & Neapolis existentium in Capitulo Generali dicti Ordinis Murciæ Carthaginen. Diœcesis anno MDCCLVI. celebrato emissam, a Definitorio ejusdem Capituli commissum extiterit dilecto Filio Petro Joannetio de Molins præfati Ordinis tunc ex-Ministro Generali, & Commissario Generali Familiæ Ultramontanæ, ut pro condendis, compilandisque Statutis, quibus præfata Provinciarum congeries in posterum regi, & gubernari deberet, ex ipsis Fratribus aliquos in Compromissarios aliorum nomine eligeret, ac deputaret, qui hujusmodi Statuta conderent, ac compilarent; Compromissarii vero, sicut præmittitur, ab eodem Petro Joannetio electi, & deputati munus eis demandatum adimpleverint, Compilationemque hujusmodi Statutorum, approbante dicto Petro Joannetio, jam ediderint: Ipse vero Joannes illa, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ Confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos ipsius Joannis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, & a quibusvis Excommunicationis &c. ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Statuta præfata, sic, ut præfertur, condita, dummodo tamen sint in usu, ac licita, & honesta, & a Commissario Generali dicti Ordinis approbata, Sacris Canonibus, vel Concilii Tridentini Decretis, ac Constitutionibus Apostolicis, & dicti Ordinis non adversentur, nec monopoliis ansam præbeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus. Decernentes, easdem præsentes Literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & spectabit in futurum, inviolabiliter observari; sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xv. Julii MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Jo. Florius Pro-Secret.

= Tametsi Constitutiones, quæ per hoc Breve fuerunt in communi forma approbatæ, effectu deinde, ut audivimus, vacuæ remanserunt; nihilominus Breve ipsum referendum duximus, ut Posteri noverint facta priora (ex Can. *Fuerunt* dist. 7.); tum etiam propter alias quasdam ex iis caussis, quas affert P. Anacletus Reiffenstuel alibi laudatus (supr. ad init. Anni 1759. in Annot. §. *Itaque*).

1761. 31. Jul. *Locus proximi Capituli Generalis Mantuanum Cœnobium designatur.*

FR. CLEMENS DE PANORMO

Lector Jubilatus, Catholicæ Majestatis in Regali Matritensi Congressu pro Immaculata Conceptione Theologus, Cleri Romani Examinator, totius Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis, Visitator, ac Reformator Apostolicus, & Servus.

Universis, & singulis Patribus, & Fratribus totius Ordinis, tam Superioribus, quam Subditis, salutem, & pacem in Christo Iesu, qui unica salus, & pax est.

IN Encyclica nostra evulgata sub die 28. Martii currentis Anni 1761., qua vos, amantissimi Fratres, ad Generale Capitulum juxta Ordinis Statuta, consequente anno 1762. in pervigilio Pentecostes celebrandum, convocabamus, Conventum, hunc ad effectum, aliquibus justis de causis designare prætermisimus. At nunc, rebus, ut par erat, scitè perpensis, Cœnobium nostrum S. Francisci, quod Mantuæ est, unum ex omnibus delegimus. Hoc ergo ad Cœnobium pro dicti Generalis Capituli celebratione, omnes illos convocamus Fratres, ad quos vel de jure, vel de more accedere pertinet, quemadmodum in laudata superius Encyclica satis superque significavimus. Valête, Filii nostri dilectissimi, Deumque in Sacrificiis, ac precationibus vestris pro nostra sospitate jugiter exorare dignemini, dum interim Seraphicam vobis impartimur benedictionem.

Datum Romæ ex Aracœli die 31. Julii 1761.

Fr. Clemens de Panormo Minister Generalis.

De mandato Rmi in Christo Patris
Fr. Vincentius Scutari ex-Def. Gen., & Secr. Gen. Ord.

= 1761. 14. Aug. = Decreto hujus diei confixa, vetitaque fuerunt sequentia Opera. I. *Examen des principes, d'apres les quels on peut apprecier la Reclamation attribuée à l'Assemblée du Clergé.* II. *Vues philosophiques, ou Protestations, & Declarations sur les principaux objets des connoissances humaines: Par Mr. de Premontval.* III. Carmen gallicum inscriptum: *La France au Parlement.* IV. *Lettre d'un Philosophe, dans la quelle on prouve, que l'Atheisme, & le Dereglement des mœurs ne sauroient s'établir dans le systeme de la Necessité.*

1761. 31. Aug. *Declarantur, & præscribuntur nonnulla, quæ ab Regularibus, Ordinariisque Locorum circa Confessiones, Expositiones, Processiones, Indulgentias, Tertiarias, Sodalitates, & mendicationes, mutuaque utrorumque officia in Hibernia Regno servanda sunt.*

Decretum S. Congregationis Particularis de Propaganda Fide super rebus Hiberniæ, habitæ die 31. Augusti 1761.

CUm occasione cujusdam Decreti, vel Edicti R. P. D. Archi-Episcopi Dubliniensis Hiberniæ Primatis, graves a Regularibus querimoniæ ad Sacram Congr. fuerint delatæ tum quoad circumscriptam facultatem excipiendi Confessiones, tum quoad alia plura Ecclesiasticæ disciplinæ capita; eadem S. Congregatio, ad amputanda dissidia, quæ diutius dilata pacem illius Ecclesiæ labefactare possent, & latius propagata aliarum etiam Ecclesiarum tranquillitatem conturbare; sepositis omnibus, quæ ad peculiarem hanc Causam pertinent, sequentia ex integro Decreta, ab Ordinariis locorum Hiberniæ, & a Regularibus in ea Regione degentibus omnino servanda, edere, & promulgare censuit.

1. Liberum esse cuicumque Episcopo, Regulares prævio examine ad Confessiones audiendas admittere vel ad Annum, vel ad aliud tempus sibi bene visum: idque locum habere etiam quoad eos Regulares, qui ab Antecessore ad illimitatum quoque tempus probati jam fuerint. At Episcopum non posse Regularibus, a seipso semel simpliciter, & indefinite approbatis, revocare facultatem excipiendi Confessiones, nisi nova superveniente causa ad formam Constitutionis Clementis X. An. 1670., quæ incipit, *Superna*.

2. Ne propter frequentiorem SS. Sacramenti expositionem debita veneratio ipsa assuetudine minuatur; a Regularibus modum tenendum esse, ut expositio tanti Mysterii statis tantum diebus fiat, nempe in die Nativitatis Domini, in Dominica Paschatis, & Pentecostes, in die Ascensionis Domini, in Festo Corporis Christi, & in Dominica infra Octavam, in quinque Festis solemnioribus B. M. V., in Festo SS. Apostolorum Petri, & Pauli, in Festo S. Fundatoris sui Ordinis, & in die, qua celebratur memoria S. Patritii Hiberniæ Patroni, atque insuper in una cujusque Mensis Dominica, ut fit in Ecclesiis Parochialibus, prævia tamen licentia Episcopi singulis Annis obtinenda generaliter. Aliis vero diebus, ubi Festum occurrat magni concursus, aut extraordinariæ devotionis, hujusmodi facultatem singulis vicibus esse ab Ordinario specialiter obtinendam.

3. Idem quoque servandum in Processionibus, quæ fiunt cum delatione SS. Sacramenti, impetrata nimirum singulis vicibus Ordinarii facultate, exceptis tamen Processionibus fieri solitis in una cujusque Mensis Dominica, prout supra, in generali licentia comprehensa, tum etiam in Festo Corporis Christi, aut in Dominica infra Octavam, & in Feria V. Majoris Hebdomadæ, pro quibus nulla requiritur Ordinarii licentia. Cæteras etiam Processiones, quæ fiunt sine delatione SS. Sacramenti & intra Ambitum Ecclesiæ, seu Capellæ sui Ordinis, nulla Ordinarii licentia indigere declarat S. Congregatio; in quibus etiam liceat de more Confratribus aliqua insignia suæ Confraternitatis deferre, mode-

ste

ste tamen, & sobriis, ne nimium obstringant oculos Acatholicorum; atque etiam, ne quæ statuta sunt in ædificationem, vertantur in ludibrium, hujusmodi Processionum frequentiam moderandam, eadem S. Congregatio vehementer hortatur, & optat.

4. Indulgentias, authoritate Apostolica in perpetuum concessas Ordinibus Regularium favore Fidelium, denunciari a Regularibus posse in suis Ecclesiis, sive Capellis, Festo occurrente, sine licentia Episcopi. Sed quoniam inconvenientia inde sequi, sive propter excessum, sive propter abusum, posse queruntur Episcopi; S. Congregatio præcipit Superioribus Ordinum, ut infra Anni unius spatium Catalogum eisdem exhibeant Indulgentiarum ejusmodi, descripto earum numero, qualitate, ac die; quod si intra Annum neglexerint, Authoritate Apostolica suspendendas sciant.

5. Confessariorum sive Secularium, sive Regularium consilium, & praxim S. Congregatio plane improbat, qui pœnitentes ab aliis Confessariis adeundis avertunt, aut prohibent, eo præsertim quæsito colore, quod suum Sodalitati alicui nomen dederint, aut Tertiariorum Ordinem profitentur. In quo quidem ejusmodi Confessarios officio suo minime satisfacere, sed graviter deesse Sacra Congregatio declarat.

6. De Tertiariis omnino servanda esse, quæ præscribuntur in Constitutione Leonis X. in Concilio V. Lateranensi: neque ullo modo licere Regularibus eas admittere ad Habitum, nisi servatis servandis, & de licentia Ordinarii: aliter admissas, declaretur ab Episcopis, nec esse Tertiarias, nec ullis gaudere Privilegiis, aut Indulgentiis.

7. Novas Sodalitates erigi non posse sine expressa Ordinarii licentia; legitime vero erectas non licere quidem Ordinario eas supprimere, aut abolere, inconsulta Sede Apostolica; posse tamen easdem libere, quamvis in Ecclesiis, sive Capellis Regularium erectas, visitare, corrigere, & emendare, utpote subjectas moderationi, & correctioni Episcopi juxta Constitutionem Clementis VIII., quæ incipit *Quæcumque*; ac proinde tum circa ea, quæ respiciunt manutentionem, cultum, & ornamenta Altaris, seu Capellæ, Onera Missarum, ac Divinorum Officiorum ibidem celebrandorum, tum circa ea, quæ ad obligationem eorumdem Confratrum relationem habent, Ordinarium statuere, ac decernere posse, quidquid in Deo magis expedire judicaverit, juxta toties repetita Decreta S. Congregationis Concilii. In Visitatione Sodalitatum Episcopi districte prohibeant, ne pecuniæ, & reditus earumdem, etiamsi in Ecclesiis Regularium sint erectæ, & a Regularibus dirigantur, ab alio quopiam administrentur, quam ab ipsis Confratribus, qui quotannis Ordinario loci rationem reddere teneantur.

8. Prohiberi non posse, quominus Regulares Eleemosynam in Parochiis ruralibus quotannis petant ad Ostium Sacelli, adhibitis in adjutorium duobus ex principalioribus Parochianis. In cæteris cavendum omnino esse Regularibus, nequid instituant, foveant, exerceant, etiam pietatis colore, quod avaritiam, aut turpem quæstum redolere videatur, ne blasphemetur ab eis, qui ex adverso sunt, verbum Dei.

9. Denique cum occasione Decreti, seu Edicti R. P. D. Archi-Episcopi Dubliniensis scripta quædam exhibita fuerint, quæ neque Christianam charitatem, neque religiosam modestiam, neque debitam Episcopali Dignitati reverentiam præ se ferant; quamquam ea potius liberiori defensorum loquacitati tribuenda credantur, seriò monendos censet Sacra Congregatio Regulares omnes, ut instituti sui memores, in omnibus humilitatem, & subjectionem, tanquam suæ vocationis characterem, ac notam, & verbo, & exemplo manifestent; & siquid nimis onerosum, atque Privilegiis sui Ordinis adversum, aliquando patiantur, hoc Sacræ Congñi modeste, & cum minimo rumore fidenter aperiant; Episcopos quoque monendos ducit, ut Regulares, quos in eorum adjutorium Deus vocavit, paterna charitate semper excipiant, foveant, confirment, ne Vineæ Domini aliquando deficiant Operarii, qui sunt Divitiæ Ecclesiæ Dei.

Quam S. Congregationis Sententiam, per R. D. Marium Mareſcottum ejusdem S. Congregationis Secretarium SS. D. N. PP. Clementi XIII. relatam in Audientia habita die 20. Septembr. Anni currentis; Sanctitas Sua in omnibus benigne approbavit, atque in posterum omnino servari jussit.

Dat. Romæ ex Ædibus dictæ Sacræ Congr. die 21. Septembris An. 1761.

J. Card. Spinellus Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

M. Mareſcottus Secret.

1761. 21. Sept. *PP. Reformati, a quibus Sacras Missiones in Albania, & Macedonia viginti Annos fuisse cum laude peractas constet, adnumerantur iis, qui Secretarii Generales fuerunt; ea tamen lege, ut ultimum semper teneant locum inter Provinciæ Patres.*

CLEMENS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

INter animi nostri desideria illud potissimum cordi nostro inhæret, ut fructus, quos Sacer Minorum S. Francisci Ordo in Agro militantis Ecclesiæ afferre non desinit, non solum provisione nostra succrescant, verùm etiam, sublatis ab eis impedimentis, multimodis afferantur incrementis. Cum itaque, sicut Ven. Fratres nostri S. R. E. Cardinales negotiis Propagandæ Fidei præpositi Nobis nuper exponi fecerunt, Missiones Albaniæ, & Macedoniæ, quibus Fratres Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum inserviunt, idoneis utplurimum Operariis deficiant, eo quod Fratres Ordinis præfati ad illas accedentes post Duodennium completum ad proprias Provincias absque ullo laborum suorum præmio redire cogantur, ac proinde religiosi eorum labores aliquo honoris præmio decorari debere videantur: Nos ex commissæ Nobis cœlestis Dispensationis munere, illorum honorificentiæ consulere cupientes, ac Cardinalium præfatorum supplicationibus Nobis super hoc porrectis inclinati, Fratribus dicti Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum Sacras in Albaniæ, & Macedoniæ partibus Missiones peragentibus, qui per spatium viginti (*a*) annorum in præfatis Missionibus se laudabiliter gesserint, ejusque rei testimonia cæterorum Missionariorum, sive majoris illorum partis habuerint, ut omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, præeminentiis, favoribus, gratiis, & indultis, ac præceden-

ti-

stiis, quibus Fratres dicti Ordinis, qui Secretarii Generales fuerunt, dummodo tamen Patribus Provinciæ nullo modo præcedant, sed ultimum locum semper post ipsos obtineant, ac firma semper, atque intacta manente Regula, in quibusdam felic. record. Clementis Papæ IX. Prædecessoris nostri Literis (*b*) contenta, pro illis, qui post Duodennium tantùm expletum e Missionibus abscesserint, die X. Septembris MDCLXVIII. expeditis, incipien. *Crediti* &c., tam de jure, usu, & consuetudine, quam aliàs quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, gaudere possunt, ac poterunt in futurum, pari modo, & absque ulla differentia prorsus uti, frui, & gaudere libere, & licite possint, ac valeant in omnibus, & per omnia, perinde ac si Secretarii Generalis munere perfuncti fuissent, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus; cum hac conditione tamen, quod Missionarii præfati Ordinis Attestatum habeant Ordinariorum Locorum, ubi Sacras exercuerunt Missiones. Decernentes, easdem præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caussarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, ejusque Provinciarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XI. Septembris MDCCLXI. Pontificatus Nostri Anno Quarto. (*c*)

N. Card. Antonellus.

= (*a*) Vid. infr. ad d. 17. Febr. 1765.

= (*b*) Eas Literas habes in Chronologia P. Perusini (Par. I. pag. 529. B. seq.).

= (*c*) In Regesto Curiæ Generalis nostrorum PP. Reformatorum, ex quo Breve istud exscripsimus, Brevi eidem subscripta legitur annotatio sequens = *De speciali Mandato Rmi P. Clementis a Panormo Ministri Generalis publicatum fuit in Refectorio Conventus S. Petri in Monte Aureo die 3. Martii an. 1762. Ita est F. Joannes Dominicus a Valdaneo Procurator Generalis Missionum &c.*

1761. 12. Sept. *Nostratibus,*
aliisque in Hierosolymis, Bethleem, & Montana Judææ commorantibus Officium conceditur de S. Elisabetha Magni Præcursoris Matre.

Ordinis Minorum Observantium
S. FRANCISCI.

AD humillimas preces P. Procuratoris Gen. Ordinis Min. Observantium S. Francisci, Sacror. Rit. Congregationi porrectas, Sacra Congregatio ad relationem per me infrascriptum Secretarium factam benignè indulsit, ut a Religiosis ejusd. Ordinis, ac aliis commorantibus tantùm in Civitatibus Hierosolymæ, Bethleem, & Montanæ Judææ Officium, & Missa de Communi nec Virginum, nec Martyrum in honorem S. Elisabeth Viduæ, Matris S. Jo. Baptistæ Domini Præcursoris, sub ritu semiduplici recitari, & respectivè celebrari possint (*a*), & valeant.

Die 12. Septembris 1761.

Joseph M. Card. Feroni Præf.

Loco ✠ Sigilli.

J. M. de Lerma S. R. C. Secret.

= (*a*) Hoc proinde Officium, cum sit ex illis, de quibus agitur in Rubrica 27. ex Peculiaribus novissimis a SSmo PIO VI. approbatis; dispositioni subest sequentis Rubricæ 28. inter easdem novissimas.

1761. 27. Nov. *Rotalis*
Decisio coram R. P. D. Ratta in PACEN. PRÆCEDENTIÆ *super Actibus Turnariis: qua confirmatur, Præcedentiam deberi Minoritis nostris Discalceatis supra PP. Augustinenses, ac Trinitarios in Actibus Turnariis, in iis etiam, quos antea Minores Observantes expleverint.*

I. RElìgiosis Minoribus Discalceatis Ordinis Sancti Francisci arctioris Observantiæ Provinciæ S. Gabrielis, eorumque Conventui Civitatis Pacen. eandem in Actibus de Turno supra Eremitas Augustinianos, & Trinitarios competere præcedentiam, quam in aliis publicis, & commixtis Actibus, eis addixit res Judicata Rotalis omnimodæ exequutioni demandata, atque ideo procedendum esse ad legitimam editorum Judicatorum exequutionem, inelucTabilibus plane rationibus evicit Decisio, septem suffragantibus DD. 13. Aprilis (*a*) proximè præteriti coram Me evulgata. Etsi verò succumbentes admodum se se præbuerint sollicitos, ut contradicendi facultate donarentur; ea tamen donati, usi non sunt in hodierna Causæ repropositione, in qua proinde, ipsis silentibus, = *In decisis* = perstitum est.

II. Retento siquidem, quod Actus de Turno ii sint, qui ab una sejunctim ab altera Religiosa Familia alternatim explentur, quodque hos inter in articulis, aliàs per succumbentes exhibitis, recensentur Sermones de Lista, seu Conciones, quæ habentur in Cathedrali diebus Dominicis Adventus, Quadragesimæ, & infra Octavam Sanctissimi Corporis Christi, Disputationes, Circuli, Rogationes, par-

particulares Processiones, seu Supplicationes, quæ, instante aliqua indigentia, injungi solent intra dies tres, octo, vel novem, aliæque hujus generis Functiones; ac sine controversia firmo remanente, quod in hisce peragendis Turnariis Actibus, non secus ac in aliis communibus, seu commixtis, Præcedentiam supra Augustinianos, & Trinitarios obtineant Minores de Observantia; ineluctabile illico dimanat argumentum manifeste suadens, eandem in hisce peragendis Actibus supra Augustinianos, & Trinitarios Præcedentiam deberi Minoribus Discalceatis Strictioris Observantiæ, quippe qui ex Apostolicis Constitutionibus, & præcipue ex illa Clementis VIII. incipiente, *Ex injuncto*, in Bullar. *to* 91., in Præcedentiis supra alias Religiosas Familias, & specifice in Processionibus, in Funeribus, Concursibus, in Concionibus, certis loco, & tempore vicissim habendis, inque omnibus aliis Actibus publicis, & privatis, Minoribus Observantibus omnimodè pacificantur, veluti ratiocinatur præterita Decisio, quæ confirmatur, §. 4.

III. Eoque certiùs, quia hæc ipsissima controversia præcise super hujusmodi Turnariis Actibus ad normam earundem Apostolicarum Constitutionum, & signanter illius editæ a Clemente VIII. mox indicatæ, secundum Minores Discalceatos adversus Augustinianos definita solemniter est tum a Sacrorum Rituum Congregatione anno 1700. in Mexicana Præcedentiæ, resolutionem editam approbante duplici Apostolico Brevi, altero Innocentii XII., altero Clementis XI., tum a Sacro Tribunali ex duplici edita Decisione in Hispalen. Præcedentiæ decis. 1229. coram Lancetta, & in confirmatoria 12. Januarii 1722. coram clar. mem. Card. Corio. Specificæ autem, & individuæ hujusmodi Definitiones procul dubio operantur, ne in identifico casu diversum deceat proferre judicium; ut in terminis monuit Rot. dicta decis. 1229. num. 27. coram Lancetta, & ponderat Decisio, quæ confirmatur, §. 5., & 6.

IV. Quin amplius objici posset, quod Constitutiones Apostolicæ, & Definitiones, mox supra relatæ, loquantur, & procedant in iis Actibus, quibus Minores de Observantia non interfuerint, non autem in aliis, quos, pridem expletos ab illis, explere itidem seorsim intendant Minores Discalceati. Jam enim animadversum est, quod Constitutio Clementis VIII. expressè declaravit, Discalceatos frui debere eadem Præcedentia, qua gaudent Observantes = *In Concionibus certo tempore, & loco vicissim habendis, & in omnibus aliis Actibus publicis, & privatis* =. Quapropter quum Constitutio loquatur de Præcedentia Discalceatis debita in Concionibus certo tempore, & loco vicissim habendis, quæ inter Turnarios Actus in exhibitis per Succumbentes articulis recensitæ fuerunt, indeque subdat = *& in omnibus aliis Actibus publicis, & privatis* =; perspicuum est, quod ea generaliter, & indistinctè loquatur de Præcedentia Discalceatis debita in Actibus, quos antea vel expleverint, vel non expleverint Observantes; quippe quia dictiones illæ = *in omnibus aliis* =, utpote generales, & post speciem adjectæ, omnes alios Actus, nullo excluso, complectuntur, ut prosequitur Decisio, quæ revidetur, §. 7.

V. Definitiones verò tum Congregationis Sacrorum Rituum in Mexicana, tum Sac. Rotæ in Hispalen. Præcedentiæ, explicitè loquuntur de Præcedentia Discalceatis debita supra Augustinianos, & Trinitarios in Actibus, quibus interfuerit, vel non interfuerit Familia Observantiæ: Quumque prodierint ad sensum Clementinæ Constitutionis, manifeste confirmant, eam quoque Discalceatis dedisse Præcedentiam in omnibus, & singulis Actibus, sive antea illos expleverit, sive non expleverit Familia Observantium; nec posse modò pati intelligentiam diversam ab ea, quam habuit ex Definitionibus, authoritatem jamdiu adeptis rei Judicatæ; ut ponderat sæpedicta præterita Decisio §. 8. cor. Me.

Citra quod incongruum videri queat, quod postquam Turnarium Actum implevit Religiosus de Observantia, Seraphicum Ordinem S. Francisci repræsentans, eundem Actum impleat Discalceatus, qui ejusdem Seraphici Ordinis est, eundemque pariter repræsentat; dum ita unus, idemque Turnarius Actus iteraretur a Religiosis unius, ejusdemque Ordinis in exclusionem aliorum. Denuo namque perspectum est, Turnarium Actum adsignari non Ordini, sed Familiæ Religionis: Quapropter etsi Minor de Observantia, non secus ac Minor Discalceatus, ejusdem Seraphici Ordinis sit, eundemque æqualiter repræsentet; quum tamen negari non valeat, Familiam Discalceatorum diversam esse a Familia Observantium, nec Minorem Observantem repræsentare Familiam Discalceatorum, nec Discalceatum illam Observantium; plane sequitur, nedum incongruum non esse, sed omnino convenire, ut etiam postquam Turnarium Actum implevit Minor Observantiæ, propriam repræsentans Familiam, non autem illam Discalceatorum, eundem impleat Discalceatus, a quo ipsius Familia repræsentetur, ut præcisè respondit Rot. dec. 1229. n. 29. cor. Lancetta.

VI. Negari autem non poterat, Familiam Discalceatorum ab illa Observantium diversam esse: Licet enim Discalceati sub eadem militent Regula S. Francisci, & eidem subsint Generali Administro, cui subsunt Observantes; nihilominus Strictiorem Regulæ observantiam profitentur, subjiciuntur obedientiæ particularium Superiorum, habent Procuratorem Generalem ab illo Observantium diversum, necnon diversos Definitores, & a Secretis Generales, in innumeris propemodum sparsim Provinciis residentes, atque habitu utuntur diverso ab illo, quem induunt Observantes, itaut Familiam omnino ab illa Observantium diversam constituant, ut expendit Card. de Luc. de Regular. disc. 1. n. 81., & disc. 19. n. 16., & de Præemin. disc. 25. n. 8., atque etiam Rot. decis. 159. sub. n. 12. cor. Ratto.

VII. Hæcque adeò vera sunt, ut ipsimet Augustiniani, & Trinitarii in anteactis Causæ propositionibus non negaverint unquam, quod Actus Turnarius, etiam expletus per Minorem Observantem, expleri debeat a Discalceato; sed unicè substinuerunt, actum expleri a Discalceato non posse, nisi postquam illum expleverint ipsi: Hoc autem posito, quum tota quæstio ad illud unicè redigatur, an nempe Turnarius Actus sive pridem expletus, sive non expletus a Minore Observante, a Discalceato expleri debeat antea, an postquam ille expletus fuerit ab Augustiniano, vel Trinitario; ea facilè absolvitur. Quum enim Familiæ Discalceatorum, & Observantium, utcumque inter se diversæ, nihilominus, tanquam unam eandemque Sancti Francisci Regulam profitentes, eidemque Generali Ministro subjectæ, fuerint simul, & æque principaliter unitæ, eisdemque Præcedentiæ Privilegiis munitæ ex Apostolicis Constitutionibus, præsertim Clementis VIII.; statim ac non dubitatur, nec dubitari valet, quin Præcedentia in explendis Turnariis

Acti-

Actibus prælativè ad Augustinianos, & Trinitarios debeatur Minoribus de Observantia; dubitari itidem non valet, quin prælativè ad eosdem Augustinianos, & Trinitarios debeatur pariter Minoribus Discalceatis, tum quia bis competunt, & communia sunt Præcedentiæ Privilegia, Observantibus competentia; tum etiam quia non decet, duas distinctas Religiosas Familias, inter aese unitas ad unum eundemque Seraphicum Ordinem efformandum, tanquam duo membra unum Corpus constituentia, sejungi inter se, & ab Extraneis intermediis Ordinibus intersecari, ut ubeciùs ostendit Decisio, quæ confirmatur, §. 10., & plur. seqq.

VIII. Immeritò autem occasione petendi novam Audientiam recurrebant Succumbentes vel ad Breve, quo Innocentius X. Privilegium Discalceatorum redegit ad viam Juris, vel ad immemorabilem observantiam in Regnis Hispanis pro ipsorum Præcedentia vigentem: Quandoquidem Breve Innocentii X. redegit ad viam Juris peculiare Privilegium, quod Discalceati Villæ de Vinaros impetraverant ab Urbano VIII., Augustinianis, & Trinitariis minimè auditis: Nil autem id commune habet in subjecto themate, in quo res est non de illo peculiari Privilegio Urbani VIII., sed de altero generali Privilegio concesso a Clemente VIII. cunctis Religiosis Discalceatis Strictioris Observantiæ, tam intra, quàm extra Italiam ubique Locorum existentibus. Ad hoc autem non respicit ullo modo oppositum Breve Innocentii X., ut aliàs eidem objecto respondit Rot. in Hispalen. Præcedentiæ decis. 962. num. 4., & decis. 1014. num. 9. coram Emerix Jun., & decis. 285. num. 5. coram Molines.

IX. Asserta verò immemorabilis Consuetudo in Hispaniis nedum non subsistit, verùm etiam, si subsisteret, non relevaret: Non subsistit quidem, nam quæ allegabatur vigere in Civitate Malachen., Corduben., Granaten. &c., allegari non valet; quippe quia in hisce Locis Minores Discalceati invitari non solent ad peragendos Actus de Turno, ut ex ipsia Attestationibus, aliàs in oppositum prolatis, eruebatur, ac proinde, seposito illorum concursu, dari nequibat Præcedentia, nec Præcedentiæ disputatio, ut respondit Rota in Hispalen. Præcedentiæ 22. Januarii 1722. §. final. coram clar. mem. Card. Corio. In aliis verò Civitatibus tam longe est, ut Consuetudo vigeat erga Augustinianos, & Trinitarios, ut oppositum ostendant tum Resolutio Sac. Congregationis Rituum anni 1700. in Mexicana Præcedentiæ; tum Decisiones jandiu diversis temporibus editæ in Hispalen. Præcedentiæ coram Emerix, Caprara, Molines, Manuel, Lancetta, & Corio.

X. Quæ autem non subsistit, nec verificatur in aliis Hispanis Civitatibus Consuetudo, minùs aubsistit, aut verificatur in Civitate Pacen.: Quamvis enim ad illam probandam in Actibus Turnariis, de quibus agitur, formali examini subjecti fuerint nonnulli Testes præsidio concessæ Remissoriæ; tam longe tamen ae habuit, quod ab eis immemorabilis Consuetudo conclusa remanserit, ut nec concludi potuerit, statim ac iidem Testes, Artifices utplurimum, & illiterati, contestati sunt, deponere nequivisse de Turnariis Actibus, scilicet, Disputationibus, Concursibus &c. = *per non averli veduti* =.

XI. At prætereа etiamsi asserta Consuetudo subsisteret, & verificari potuisset, nihil tamen relevaret, obsistente in oppositum Constitutione Clementis VIII., insertam habente clausulam, *Sublata*, cum Decreto irritante, quibus vis omnis adempta remanet Consuetudini, quæ potius abusus, & corruptela reputaretur, quoties (*b*) approbata non ostendatur in contradicto Judicio absque rumore in contrarium, quod in hypothesi est impossibile, attentis tum pluribus Litibus sæpiùs actis, & signanter annis 1618., 1619., 1653., 1673., & 1686. usque ad hodierna tempora, tum etiam usu, quo perspectum est Augustinianos, & Trinitarios in Circulia, qui proculdubio inter Turnarios Actus recensentur, sedere post Observantes, & Discalceatos juxta relatam Capituli Cathedralis Attestationem præferentem hujusmodi praxim ab anno 1705. usque ad superiorem annum 1760. Quæ quidem procul dubio insuperabile præbuerunt obstaculum, ne immemorabilis Consuetudo subsistere possit, aut relevare, ut latè demonstrat præterita Decisio, quæ confirmatur, a §. 14. ad fin., ad quam DD. in reliquis omnimodam relationem habere professi sunt.

Et ita, recollectis Suffragiis etiam 5., 6., & 7., Altera &c.

= (*a*) In Decisione illa 13. April. ejusdem Anni
= 1761., post narratas initio Rotales alias Decisio-
= nes in Causa ista Pacensi eousque editas; subjun-
= gitur, quod *ad normam* Decisionis postremæ
= (quam nos supra exhibuimus ad d. 12. Febr.
= 1759.), editæ super Actibus generalibus in Re
= judicata comprehensis, *taxatæ subinde fuerunt ex-*
= *pensæ, ac Literæ Executoriales expeditæ*.
= Additur: *Quo verò ad alia duo* (Dubia nempe
= descripta in Decisione ipsa Anni 1759.), *quorum*
= *alterum Turnarios Actus, alterum Remissoriam*
= *respiciebat; in subsequuta Rota 16. ejusdem Men-*
= *sis, & Anni, ob irreptum suffragiorum dissensum,*
= *rescriptum fuit:* ITERUM PROPONATUR, ET VIDEANT
= QUINTUS, SEXTUS, ET SEPTIMUS. *Utroque hinc repro-*
= *posito Dubio in Rota 14. Maji ejusdem Anni* (1759.),
= *septem suffragantibus Dominis, responsum fuit,* ESSE
= CONCEDENDAM REMISSORIAM; *ut ex Decisione sub eum-*
= *dem ab eadem Emo Elephantutio evulgata; subinde*
= *approbata per aliam Decisionem 12. Januar. superio-*
= *ris Anni* (1760.), *edita coram Me, in ejus, in-*
= *terim ad Cardinalatum evecti, locum suffecto; dila-*
= *ta tantemporaneè iterum atque iterum resolutione al-*
= *terius Dubii Turnarios Actus involventis. Postquam*
= *autem Urbem advenit Processus* (super Consuetu-
= dine immemorabili, a PP. Augustinianis, ac Tri-
= nitariis asserta), *in vim concessæ* (iisdem Patri-
= bus) *Remissoriæ coram Judice subdelegato efforma-*
= *tus; repropositum Dubium respiciens Actus Turnarios*
= *scilicet* = AN SIT PROCEDENDUM AD LEGITIMAM (exe-
= cutionem nempe editorum Judicatorum) IN CASU?
= *Et, suffragantibus 5., 6., & 7.* = AFFIRMATIVA =
= *responsum est*. Hæc ibi.
= Subjiciuntur statim ibidem latiùs Responsi hu-
= jus rationes, quæ in hac præsenti Decisione bre-
= viùs repetuntur: qua de caussa prolixiorem il-
= lam diei 13. April. Decisionem omisimus.
= (*b*) In ante dicta Decisione 13. Aprilis sic di-
= citur (n. 16. sub fin.): *Et quamvis aliquando ad-*
= *mittatur contrarius usus adversus Constitutionem mu-*
= *nitam clausula,* SUBLATA, *& Decreto irritante; per-*
= *spectum tamen est, non aliter id procedere, nisi con-*
= *trarius usus pateat nedum per tempus, hominum me-*
= *moriam excedens, pacificè continuatus; verùm etiam*
= *in contradicto Judicio sine rumore in oppositum ap-*
= *probatus, qui Pontifici Legislatori innotuisse præsu-*
= *matur*. Nam, ut ibi subnectitur n. 18., *consuetudo*
= *immemorabilis ex solo rumore in oppositum vim am-*
= *mm*

= *non amittit*; ac *potiori admodum jure penitus eva-*
= *nescit*, si obsistant (ut obsistebant in Causa illa
= Pacen.) plures in oppositum Lites, Sententiæ, De-
= cisiones &c. favore PP. Discalceatorum.
= Adjungitur ibidem alia quoque conditio, dum
= post relata modò verba statim subnectitur: „ *qui*
„ (rumor) *Pontifici Legislatori Innotuisse præsumatur* „.
= Allegatur deinde Textus in Leg. *Cum de consue-*
= *tudine* 34. ff. de leg., Rot. decis. 71. o. 10. cor.
= Royas, & in Cracovien. Canonicatus 30. Januar.
= 1747. §. 4. cor. Illmo Clemente, atque in Hilde-
= simen. Canonicatus 16. Januar. 1751. §. 4. cor. bon.
= mem. Canilliac.

1761. 18. Dec. *Declaratur,*
quænam Legata annua Instituto nostro minimè
repugnent, ideoque per Executores
testamentarios implenda sint.

SAcra Congregatio EE. & RR. S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, sæpiùs declaravit, Fratres Minores de Observantia S. Francisci, quamvis, attenta dispositione Clementinæ, *Exivi de Paradiso*, & Constitutionum Nicolai III., & Clementis VIII., sint incapaces obtinendi, & possidendi Census perpetuos, ac bona (*a*) stabilia, posse tamen per viam puræ, & simplicis eleemosynæ recipere, quidquid ab Executoribus ultimarum voluntatum eis traditur pro celebratione Missarum, pro ornamento Ecclesiæ, aliisque necessariis procurandis, juxta Doctrinam D. Bonaventuræ relatam (*b*) in Constitutione S. M. Urbani VIII. incipien., *Sacrosanctum Apostolatus Ministerium*; atque in præfatis casibus dictos Executores ultimarum voluntatum curare (*c*) debere, ut hujusmodi piæ dispositiones adimpleantur, ne Testatorum Animæ debitis suffragiis defraudatæ remaneant. Quam quidem declarationem, illiusque tenorem in casu, de quo agitur, eadem Sac. Congregatio servari præcipit, committendo Ordinario Civitatis Castelli pro tempore existenti, ut (quatenus alius Executor non existat) prænarratam pii Testatoris dispositionem executioni demandet.

Romæ 18. Decembris 1761.

C. A Card. Cavalchini.

Loco ✠ Sigilli,

S. Bonaccorsi Secret.

= (*a*) Intelligi hoc I. debet de bonis immobili-
= bus a Clausura sejunctis. Horum siquidem (ex-
= ceptis Hospitiis, de quibus alibi) nos sumus
= penitus incapaces quoad simplicem etiam *usum*
= *facti*, etiam in persona Syndici, & Substituti
= (vid. infr. sub d. 23. Apr. 1762.)
= Sed & II. de stabilibus pariter bonis, quorum
= nos sumus capaces, illud est intelligendum,
= quod attinet quidem ad *possessionem juris*. Jus
= quippe nullum sive in re, sive ad rem nos ha-
= bemus, vel habere possumus ne quoad bona
= quidem vel immobilia, vel mobilia, quæ nobis
= vi nostræ Professionis permissa sunt.
= Itaque ex bonis istis nihil nos vel magnum,
= vel modicum possidemus (sumpta hac voce de
= *possessione juris*, quo sensu accipitur, dum abso-
= lutè, & sine additamento ponitur): sed habe-
= mus tantummodò *naturalem* eorum bonorum *pos-*
= *sessionem*, sive simplicem *usum facti*, ut puta
= Cœnobii, Ecclesiæ, Horti, Lampadum, Cali-
= cum, aliarumque rerum immobilium, & mobi-
= lium, quibus uti ex Instituto possumus, quod
= profitemur.
= *Jus* vero, *proprietas*, & *dominium* ipsarum *re-*
= *rum omnium mobilium*, & *immobilium*, *quibus Fra-*
= *tres uti possunt*, *nulla medio spectat ad Romanam*
= *Ecclesiam*: quemadmodum cum Nicolao III. (in
= Decretali *Exiit*, §. *Adhæc cum Fratres*, de verb.
= signif. in 6.), & Clemente V. (in Clem. *Exivi*,
= §. *Proinde cum Vir sanctus*, eod. tit.), inquiunt
= Martinus IV., & Paulus itidem IV. (vid. Con-
= stit. *Ex clementi* 1. Jul. 1555., §. 4., & §. 8.,
= utrobique circ. med., apud P. Wadding. Annal.
= Edit. Rom. Tom. XIX. p. 483. post med., &
= 486. sub init.)
= Ex hac porrò carentia, imò incapacitate no-
= stra cujuscumque juris *in bonis*, & *ad bona* tem-
= poralia quæcumque, visum fuit cuipiam in his
= rebus versato, illud planè consequi, quod vide-
= licet, rebus illis exceptis, quarum concessa no-
= bis, seu nostris Syndicis alienatio est (de qui-
= bus, deque forma, qua sunt alienanda, alibi for-
= tè redibit opportunior nobis dicendi locus), ex
= rebus aliis, quarum nobis, & Syndicis vetita
= est distractio, ne quantitas quidem modici va-
= loris in vim Canonis *Terrulas* alienari possit si-
= ne Beneplacito S. Sedis, cum Episcopi Diœcesa-
= ni licentia: quemadmodum eum Diœcesani li-
= centia alienari potest ab Regularibus possidenti-
= bus in communi (vid. supr. ad d. 8. Maji 1751.
= in Annot. ad respons. postrem. p. 19. & seq.)
= Nostrates enim (sic ille ratiocinabatur), qui
= ne communiter quidem proprii quidquam haben-
= tes, in alieno habitant, non in suo; alieno vi-
= vunt, non suo; alieno in reliquis utuntur, non
= suo, ut scitè inquit Marchantius (in Cap. IV.
= Regul. S. Franc. tit. 1. qu. 2. in fin.); conse-
= quenter ex ipsomet naturali Jure nec modici va-
= loris quantitatem de bonis distrahi vetitis aliena-
= re possunt sine expresso consensu Domini, ac
= Proprietarii, videlicet S. Sedis. Alienatio enim
= est juris in alterum translatio. Ad naturæ autem
= Legem pertinet, ut nemo quicquam vel magnum,
= vel modicum dare possit, quod ipse non habeat.
= Ex quo principio deprompta est Regula illa Ju-
= ris Canonici: *Nemo potest plus juris transferre in*
= *alium*, *quàm sibi competere dignoscatur* (C. *Nemo*
= 79. de Reg. Jur. in 6.). Tum etiam Regula
= huic consona Juris Civilis: *Nemo plus juris ad a-*
= *lium transferre potest*, *quàm ipse haberet* (L. *Ne-*
= *mo* 54. ff. tit. ultim.). Ex quo etiam conclude-
= bat, ne Syndicis quidem id licere: cum & ipsi
= circa bona eadem jus nullum habeant, ac tan-
= tum solummodò possint, quantum sibi a S. Se-
= de, cujus sunt Administri, expressè commissum,
= & concessum sit.
= Neque verò (addebat) memoratus Canon *Ter-*
= *rulas* Concilii Agathensis ad nos ullimodè perti-
= net. Siquidem Canon ille conditus a Particulari
= Concilio celebrato jam olim in Urbe Agatha
= (vulgò *Agde* in Occitanis), ineunte sexto Ec-
= clesiæ Seculo, Anno videlicet 506., atque ex-
= tensus postmodum ad Episcopos omnes; is Ca-
= non (ajebat) non egit dubio procul, nisi de Ec-
= clesiis possidentibus, seu bonorum jus, & pro-
= prietatem habentibus; minimè verò egit, aut a-
= gere potuit de Regularibus illis, qui nihil peni-

tus,

= tus, ne in communi quidem, possidentes, simplicem haberent *facti usum* bonorum ad Apostolicæ Sedis proprietatem spectantium. Nam neque extabant id temporis Regulares hujusmodi, post longa intervalla temporum instituti; neque poterat ea Synodus juribus Tertii, maximè verò S. Sedis Apostolicæ, derogare.

= Fuisse porrò facultatem illam, quæ Episcopis per eum Canonem quoad Ecclesiasticos possidentes tributa est, quoad istos etiam Regulares Paupertatis altissimæ professores tandem aliquando protensam; hoc sanè (inquiebat) nullibi legitur.

= Nos verò tametsi fateamur, rationibus istis haud leve pondus inesse; nihilominus cum non audeamus quicquam proferre sine maturiori examine; simul autem, urgentibus Typis, ad reliquam absolvendam partem hujus Voluminis properemus; rem idcircò universam in medio hic relinquimus, eamdem fortasse in Volumine altero, si Deo placuerit, resumpturi.

= (*b*) Non quòd illa S. Bonaventuræ doctrina Constitutioni ipsi Urbani VIII. inserta sit; sed quòd in Bullario tum antiquæ, tum recentis Editionis, post Constitutionem illam legatur unà cum Decretis aliis ad nos pariter pertinentibus.

= (*c*) Ne ex his verbis perperam intellectis falsa aliqua persuasio cujusquam animum subeat; in memoriam nostrorum revocandum censemus Statutum Ordinis, quod exhibet P. Amenus (de Delict. & Poen. Tit. 3. §. 3. n. 7.). In eo postquam dicitur, *Universis, & singulis Fratribus per S. Obedientiam præcipimus, ne per se, vel interpositam Personam, faciendam, vel ordinandam aliquam eleemosynam ad tempus, vel in perpetuum sibi, vel alteri ex Fratribus, vel Ordini, vel Conventui exhibendam suadeant, vel procurent*; sic statim adjungitur: *&, si ordinata fuerit, nullo modo exigatur a Fratribus, vel ab alio, nomine eorum in judicio, nec exigi, aut recipi possit, nisi per modum eleemosynæ: Contraveniens sit ipso facto excommunicatus, nec extra mortis articulum ab alio, quàm a Provinciali, absolvi possit, & omnibus Ordinis Officiis privatus, Carceribus mancipetur, Provincialis arbitrio.*

= Præiverant Statuto huic Statuta Salmanticensia An. 1553. (Cap. 6. §. *Inhibemus*), & Vallisoletana An. 1593. (Cap. 6. Tit. *De piis Legatis* &c. a princip. usq. ad §. *Instrumenta* sub med.). Similiterque præscribunt Statuta condita pro Ultramontana nostra Familia (Cap. 3. Tit. *De redditib. annuis* §. 1. & seq.). Cumque Statuta Ordinis sub culpæ reatu obligent, quoties aut quippiam jubent, ad quod Fratres vi Regulæ, vel aliàs vi Juris Divini, vel ex Jure humano sunt obligati; aut præcipiunt aliquid per S. Obedientiam, vel sub Censura: dubium nullum est, quin Statuta prædicta obligent sub reatu culpæ, & culpæ quidem lethalis. Consule P. Sanctorum (in Const. Cap. 12. Statut. 12. qu. 1.).

= Ad hæc Sac. Congregatio Ven. Fabricæ S. Petri (in Decr. *Cum sæpius* 14. Febr. 1633.), *de expresso ordine, & mandato* S. M. Urbani VIII., *prohibuit Fratibus supradictis* (Minoribus Observantibus) *sub pœna Excommunicationis ipso facto incurrenda, ne audeant, seu præsumant, nec quilibet eorum audeat, seu præsumat per se, nec per alios, Syndicos, Ministros, seu Procuratores, tam Sæculares, quàm Regulares, dictas annuas præstationes, seu Legata, nec judicialiter tam coram quocumque Judice Ecclesiastico, quàm Sæculari, Ordinario, vel Delegato, nec aliàs, nisi juxta formam dicti Decreti Congregationis Fratrum Minorum de Observantia S. Francisci Cismontanæ Familiæ a S. D. N. deputatæ* (edit. 14. Jun. 1628.), *ab hæredibus, seu quibusvis aliis eorum debitoribus petere* &c.

= Quod quidem Decretum, pariterque Decreta condita Anno 1628. tum in prædicta die 14. Junii, tum in die 9. Septembris a Sac. Congregatione Urbana, quæ in Decreto eodem commemoratur, debere a nostratibus, tanquam Leges, ubique terrarum servari; docet, probatque latè P. Augustinus Matthæucci (Schol. Paup. Tit. 3. cons. 2. n. 7., & cons. 1. n. 4.) Ac certè cum Decreta isthæc fundata sint in Regula nostra, & in Decretalibus Nicolai III., & Clementis V., ipsarumque sint declarativa; Observantes consequenter omnes ex identitate rationis obligant. Lege Suaresium (de Legib. Libr. 6. cap. 13 n. 16. ac sequentib., & cap. 4. n. 2.). Legendum quoque Rescriptum Pontificis Maximi Benedicti XIII., editum per Sac. Congregationem Concilii 15. Jul. 1724. pro Legatorum Reductionibus in toto Ordine: quod Rescriptum servandum semper jusserunt successores Pontifices, quoties facultatem concesserunt Reductionum hujusmodi. In eo namque Rescripto Pontifex, veluti certum, exploratumque habens, quod Decreta illa S. Congregationis Urbanæ, æque ac Apostolicæ Constitutiones ad tramites nostræ Professionis conditæ, in Ordine universo obligent; *demandat P. Generali, aliisque* Superioribus Ordinis, *ad quos pertinet, observantiam* uti *omnium, & singularum Constitutionum Apostolicarum*, ita etiam *signanter Decretorum Congregationis particularis habitæ anno* 1728., *quibus* &c.

= Decreta isthæc tum diei 14. Jun., tum diei 9. Septembris refert Præsul doctissimus Prosper Fagnanus, qui eidem S. Congregationi Urbanæ a Secretis fuit (in C. *Nimis prava*, a n. 46. ad 60., de excess. Prælat.): ubi etiam subjicit (n. 51.) Decretum supra relatum S. Congregationis Ven. Fabricæ S. Petri. Inveniuntur Decreta eadem cùm apud alios multos (*Petr.* Marcellin. de Luccia Dissertat. unic. de Legat. relictis FF. Minor., Piton. Discept. Eccl. Par. 1. discept. 2., Matthæucc. in Official. Cur. Eccl. Cap. 30., & in cit. Schol. Paupert. Tit. 3. cons. 1., Ferrar. v. *Votum* art. 2. n. 90. & sequentib.); tum etiam in Chronologia P. Perusini (Part. 1. pag. 379. & sequentib., ubi tamen Decreta desunt Congregationis Urbanæ edita die 14. Jun.).

= Ex iis Urbanæ Congregationis Decretis, si ritè perpendantur, intelligetur *forma*, quæ secundùm varietatem Legatorum servanda omninò est juxta præscriptum S. Congregationis Ven. Fabricæ Principis Apostolorum in suo superiori Decreto. Juverit quoque perlegere Decisionem Sac. Rotæ Romanæ in *Turritana Eleemosynarum, seu Legatorum* 10. Januar. 1695., sed simul & alteram diei 6. April. 1696., ac Votum insuper Emi Cardinalis Bellugæ (in cit. Par. 1. Chronol. P. Perusini a p. 383. in fin. ad 387., & p. 390. ac duab. seq.)

1762. 6. Jan. Thuringiæ *Provincia* S. Elisabeth *dividitur, erigiturque nova Provincia* S. Elisabeth Thuringiæ inferioris; *ac nonnulla ad utramque Provinciam pertinentia declarantur, & præscribuntur.*

FR. CLEMENS DE PANORMO

Lector Jubilatus, Catholicæ Majestatis in Regali Congressu Matritensi pro Immaculata Conceptione Theologus, ac totius Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis, Visitator, ac Reformator Apostolicus, & Servus

Dilecto Nobis in Christo R. P. Fr. Leonardo Lenders, nostræ Recollectorum Germaniæ Inferioris Provinciæ Lectori Jubilato, & Diffinitori, necnon & nostræ pariter S. Elisabeth in Thuringia Provinciæ Commissario, salutem, & Seraphicam Benedictionem.

EXposcit debitum Officii Nobis commissi, ut speciali vigilantia ad ea præsertim intendamus, quæ Provinciarum Nobis concreditarum quietem, & pacem conservare ubi reperitur, & ubi deest restituere, semotis quibuscumque obicibus, & conciliare possunt, ac valent. Nuper siquidem per quasdam nostras Litteras, die prima Aprilis Anni proxime elapsi datas, Ministrum Provincialem, Custodem, & quatuor Diffinitores in nostra Recollectorum S. Elisabeth Thuringiæ Provincia, ex certis causis tunc expressis, auctoritate Apostolica nominavimus, & instituimus. Publicatis autem in nostro Hammelburgensi Conventu hujusmodi Litteris, contra eas protestati sunt, & ad Nos recursum fecerunt quamplurimi ejusdem Provinciæ Vocales, prætendentes, Nos sinistre, & cum veritatis præjudicio, super Provinciæ statu, & gubernio informatos fuisse, ac proinde easdem Litteras, utpote sub, & obreptionis vitio laborantes, nullas, & irritas esse, ac declarari debere. Unde pro negotii hujusmodi examine, ac pro veritate detegenda, R. A. P. Franciscum Van den Venne Ordinis Nostri Diffinitorem Gen. deputavimus: qui auctoritate, a Nobis pariter sibi commissa, Paternitatem Vestram subdelegavit, quæ in d. Thuringiæ Provincia omnia, & singula ad hanc causam pertinentia examinavit, ac informationes, ab una, & alia respective Partibus receptas, ad Nos transmisit, suamque Nobis aperuit mentem super genuino Provinciæ statu, ac super iis, quæ justitia, & æquitas a Nobis exigere sibi videbantur.

Nos vero, omnibus rite, & mature visis, consideratis, ac perpensis, impossibile esse observavimus, quod Religiosi Inferioris, & Superioris dictæ Provinciæ Partium pacifice, & quiete simul convivere in futurum possint, sive memoratas nostras Litteras confirmemus, sive ad earumdem revocationem deveniamus. Quapropter ut in posterum nulla ulterius adsit discordiarum inter eos occasio, auctoritate Apostolica, a san. mem. Benedicto XIV. per suas Litteras incipien. *In specula*, die 6. Decembr. 1756. datas, Nobis benigne concessa, sequentes Conventus, videlicet, Limburgensem, cum Monialium Cœnobio ibidem existente, Wetzlariensem, Hadamariensem, Attendoriensem, Hachenburgensem, Monthaburanum, Mariævallensem, & Frisenhagensem, qui Residentia nuncupatur, cum Missione in Ockstatt, a præfata nostra S. Elisabeth Thuringiæ Provincia dismembramus, & separamus, ac ex ipsis novam Provinciam, *Recollectorum S. Elisabeth Inferioris Thuringiæ* appellandam, erigimus, & constituimus, ipsique novæ Provinciæ sic per Nos erectæ eosdem Conventus cum Residentia, Monasterio, & Missione recensitis perpetuò unimus, & incorporamus, cum jure ad Conventus Francofurtensem, Fridbergensem, Marpurgensem, & alios, siqui sint in dicta Parte inferiori, qui, mutatis temporum circumstantiis, in posterum recuperari possint. Dictamque novam Provinciam per Nos a memorata S. Elisabeth Thuringiæ Provincia extractam, dismembratam, separatam, erectam, & constitutam gubernari volumus, & decernimus per suum Provincialem, ac Custodem, & quatuor Diffinitores per Nos pro hac prima vice dumtaxat, ut infra, deputandos, & instituendos, & deinceps perpetuis futuris temporibus in suo Capitulo Provinciali eligendos, sub iisdem Legibus, & Constitutionibus, quibus regitur prædicta nostra Thuringiæ Provincia, cum omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, & honoribus, quibus aliæ ejusdem Ordinis, & Nationis Germano-Belgicæ Provinciæ de jure, & consuetudine gaudere solent.

Insuper auctoritate tam Ordinaria nostri Officii, quam Apostolica, Nobis, ut supra, expresse attributa, earumdem præsentium tenore, recensitas Litteras nostras, die prima Aprilis Anni proxime elapsi, ut supra, emanatas, revocamus, & revocatas per præsentes declaramus, ac proinde noviter nominamus, & instituimus in primum Provincialem dictæ novæ Provinciæ Recollectorum S. Elisabeth Thuringiæ Inferioris R. P. Fr. Modestum Alban Guardianum Emeritum, Ex-Custodem, quique in aliis nostris mox revocatis in Provincialem jam institutus fuerat: in Custodem vero R. P. Fr. Marcellum Molitor Lectorem Emeritum, & Guardianum duodecennalem: & in ejusdem Provinciæ Diffinitores RR. PP. Udalricum Wolf, Silvestrum Gerzner, Guidonem Brühl, & Antonium Emerici, Lectores Emeritos: eosque omnes sic institutos, & nominatos ad triennium, a diè executionis præsentium computandum, declaramus, cum omnibus, & singulis prærogativis, juribus, honoribus, ac privilegiis, quæ cæteris Provinciarum Ministris, Custodibus, & Diffinitoribus de jure, vel consuetudine respective conveniunt, & pertinent, perinde ac si in Capitulo Provinciali per Suffragia secreta rite, & canonice electi fuissent. Præcipientes omnibus, & singulis Patribus, Fratribus, & Monialibus prædictæ S. Elisabeth Thuringiæ Inferioris Provinciæ, cæterisque nostris Subditis, ad quos spectat, & spectare poterit, in virtute S. Obedientiæ, & sub pœna Excommunicationis majoris, aliisque contra refractarios, & rebelles latis, ipso facto incurrendis, ut præfatum P. Fr. Modestum Alban, a Nobis, ut supra, nominatum, & institutum, tamquam verum, & legitimum Provincialem memoratæ nostræ Thuringiæ Inferioris Provinciæ recipiant, & in his, quæ juria Ministri Provincialis sunt, ei prompte pareant, & obediant; ac similiter P. Fr. Marcellum Molitor, in Custodem; & PP. FF. Udalricum Wolf, Silvestrum Gerzner, Guidonem Brühl, & Antonium Emerici, in Diffinitores, tamquam rite, & legitime a Nobis institutos, & declaratos admittant, & recognoscant.

Præ-

Præterea declaramus, antiquam S Elisabeth Thuringiæ Provinciam dictum suum titulum, & nomen, suamque inter Ordinis nostri Provincias præcedentiam, prout usque nunc ea habuit, conservare, novamque Provinciam locum inter dd. Ordinis Provincias a die suæ erectionis habere respective debere. Utque hæ nostræ Litteræ pateutes debitum sortiantur effectum, te R. P. Leonardum Lenders Commissarium nostrum iterum, quatenus opus fuerit, instituimus, & institutum declaramus, Apostolica etiam, qua fungimur, auctoritate, tibique vices nostras concedimus, cum omnibus facultatibus necessariis, & opportunis, pro earum, & omnium in ipsis contentorum executione; cum facultate etiam præsidendi cum Voto Congregationi Diffinitoriali dictæ novæ Provinciæ, quanto citius fieri poterit, celebrandæ pro electionibus Guardianorum, & aliorum Officialium, necnon pro omnibus aliis, & singulis disponendis, utilitatem, & salubrius dictæ novæ Provinciæ gubernium concernentibus. Quod si ob aliquod impedimentum, qualecumque sit, præfatum munus, a Nobis tibi commissum, exequi non potueris; R. A. P. Ignatium Molitor, Lectorem Emeritum, & Nationis nostræ Germano-Belgicæ Ex-Commissarium Nationalem, eadem pariter auctoritate, cum iisdem omnino facultatibus tam concessis, quam inferius concedendis, tuo loco, Commissarium nostrum, ut supra, instituimus, & deputamus, ac institutum, & deputatum declaramus.

Si autem ante publicationem harum nostrarum Litterarum, vel ante earum executionem contingeret, aliquem, vel aliquos ex institutis per Nos in Ministrum, Custodem, & Diffinitores, vel viam universæ carnis ingressos fuisse, vel Officium sibi assignatum acceptare nolle, aut ob aliquod impedimentum non posse: earumdem præsentium tenore facultatem tibi, cæterisque a Nobis, ut supra, nominatis, qui Officium suum respective acceptassent, concedimus, & impertimur, ut ad electionem alterius, vel aliorum devenire possitis, & valeatis. Deinde omnibus, & singulis antiquæ indivisæ Provinciæ, undecumque oriundis, intra sex Mensium, a præsentium executione computandorum, spatium, libere eligendi sibi unam, vel aliam Provinciam, eidemque pro sui arbitrio sese aggregandi facultatem concedimus, & impertimur; iis tamen exceptis, qui Officium aliquod in una ex duabus Provinciis semel acceptaverint, ac per hoc eamdem elegisse sibi Provinciam censendi erunt; & exceptis pariter Novitiis, qui, peracta Professione, unum habebunt Mensem pro ea sibi eligenda, quam voluerint, e duabus Provinciis, non obstante quacumque electione, quam forsan Novitiatus tempore fecissent. Declarantes, quod, facta semel tali electione, quam intra sex Mensium spatium, vel modo jam explicato peragere tenebuntur Religiosi, ad eam, quam elegerint, Provinciam in perpetuum pertinebunt, nec de una ad aliam transire poterunt, nisi servatis legibus, pro transitu de una ad aliam Provinciam in Constitutionibus Ordinis, & Nationis stabilitis, & expressis. Tandem per S. Obedientiam, & sub pœna Excommunicationis majoris latæ sententiæ, aliisque contra inobedientes de jure taxatis, ipso facto, & absque alia declaratione incurrendis, præcipimus, & mandamus omnibus tam Superioribus, quam Subditis, jurisdictioni nostræ subjectis, ne ullo modo, sub quovis prætextu, aut quocumque motivo, directe, vel indirecte impedire, aut retardare audeant harum nostrarum Litterarum, omniumque in eis contentorum plenam, ac integram executionem; sed potius mandatis nostris prompte pareant, & obediant, prout eorum quemlibet dicta nostra Decreta concernent, aut concernere poterunt. Quibuscumque in contrarium non obstantibus. Dat. Romæ ex hoc nostro Araecœlitano Conventu die 6. Januarii Ann. 1762.

Fr. Clemens de Panormo
Minist. Gen., & Commiss. Apost.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Rñi in Christo Patris
Fr. Marcus Antonius Gravois Sec. Gen. Ord.

= Mox præterea idem P. Minister Generalis ad
= celebrationem Capituli antiquæ supradictæ Pro-
= vinciæ dedit die 9. ejusdem Mensis Januarii Li-
= teras, quas subnecto =

FR. CLEMENS DE PANORMO

Lector Jubilatus, &c. (*ut supr.*)

Dilecto Nobis in Christo R. P. Octaviano Köllner, nostræ Recollectorum Thuringiæ S. Elisabeth Provinciæ Guardiano Emerito, & Ex-Provinciali salutem, & Seraphicam Benedictionem.

EManarunt a Nobis nudius quartus Patentes Litteræ tenoris, qui sequitur, videlicet =

FR. CLEMENS DE PANORMO &c.

(*Inserantur hic integræ Literæ divisionis illarum Provinciarum, quas paullò ante retulimus. Deinde vero subjungitur*)

Cum autem ad præsens fieri debeant electiones Superiorum, ac Officialium hujusce nostræ S. Elisabeth Thuringiæ Provinciæ, te R. P. Fr. Octavianum Köllner, Commissarium, ac Præsidem per præsentes instituimus, ac deputamus, ut ejusdem Provinciæ Capitulum, quanto citius fieri poterit, cites, & convoces, videlicet Diffinitorii Patres, qui ad eamdem Provinciam spectant, vel eam, juxta insertarum mox Litterarum nostrarum tenorem, pro futuris temporibus sibi elegerint; necnon & Guardianos tredecim Conventuum, e quibus, cum suis Missionibus, juxta easdem nostras Litteras Provincia constituitur hodie, & coalescit: Declarantes, quod quicumque in dicto Capitulo vocem activam habebit, vel aliquod munus sibi in eo collatum admiserit, eo ipso antiquam eamdem Provinciam sibi elegisse censeri debeat. Similiter facultatem, & auctoritatem tibi concedimus hujusmodi Capitulum celebrandi, & in eo præsidendi cum Voto electivo, consultivo, & decisivo, necnon & RR. PP. Ministrum Provincialem, Custodem, Diffinitores, Guardianos, & Officiales quoscumque canonice electos, & institutos confirmandi, necnon omnia in dicto Capitulo peragendi, quæ ab hujusmodi Præsidibus, & Capitulis Provincialibus respective fieri possunt, & solent. Quod si ob aliquod

si

si ob aliquod impedimentum, qualecumque sit, commissum tibi per præsentes munus exercere nequeas; ad omnia præfata eo ipso subrogatus habeatur Pater antiquior e Provinciæ antiquæ partibus oriundus, vel qui, juxta præinsertas nostras Litteras, eamdem per hujusmodi Præsidis Officii acceptationem, vel quocumque alio modo sibi elegerit, cui eamdem omnino facultatem ex nunc pro tunc expresse concedimus, eumque in nostrum Commissarium, & in Præsidem memorati Capituli per præsentes instituimus, & institutum declaramus, ac uti talem haberi volumus. Præcipientes omnibus, & singulis Patribus, & Fratribus, Superioribus, & Subditis præmemoratæ nostræ Provinciæ S. Elisabeth Thuringiæ, in virtute S. Obedientiæ, & sub pœna Excommunicationis majoris latæ sententiæ ipso facto incurrendæ, necnon privationis perpetuæ Officiorum Ordinis, ut te, vel, in tui defectu, præfatum antiquiorem Patrem, nostrum Commissarium, & Capituli Præsidem, tamquam eorum Superiorem, & legitimum Prælatum relate ad ea, quæ Capitulum, ut supra, celebrandum concernunt, & non alias recipiant, & venerentur, cæterisque adamussim pareant, & obediant in his nostris Litteris expressis, & mandatis. Tandem declaramus, nostram intentionem, ac voluntatem fuisse, & ad præsens similiter esse, ut nostrarum Litterarum, die prima Aprilis anni proxime elapsi emanatarum, revocatio suum finalem effectum habere non debeat, nisi priùs Patres, qui ab eis appellarunt, præsentes nostras Litteras, & alias supra in eis insertas admiserint, & receperint, eisque paruerint, ac obediverint.

Dat. Romæ ex hoc nostro Aracœlitano Cônventu die 9. Januarii Ann. 1762.

Fr. Clemens de Panormo Min. Gen.,
& Commiss. Apost.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Rñi in Christo Patris
Fr. Marcus Antonius Gravois
Secr. Gen. Ord.

Vid. & infr. ad d. 29. Maji inter Acta Mantuani Capituli Gen. (Sess. XIV. init.), & ad 23. Maji 1764.

1762. 8. Jan. *Subrogatio in Discretorio Conventus S. Bonaventuræ, Sacri Recessus Romanæ Provinciæ PP. Reformatorum, nisi ea duobus Annis cum dimidio diuturnior sit, minimè impedit, quominus Subrogatus possit sine vacatione ulla in Discretum eligi.*

EMINENTISSIMI, REVERENDISSIMI SIGG.

IL Guardiano, e Discreti del Convento di S. Buonaventura rappresentano, come essendo vacato per morte di un suo Religioso un luogo nel Discretorio, fu surrogato un altro anziano, ed idoneo secondo la Costituzione della S. M. di Benedetto XIV. *Quas Apostolicæ*. Ora essendo durato nella surrogazione due anni, tre mesi, e mezzo, presentemente si domanda, se possa essere eletto senza dispensa, non avendo egli vacato un anno secondo la lodata Costituzione, e se li mesi tre, e mezzo si debbano computare per un anno. Che &c.

In Audientia Sanctissimi habita ab infrascripto Domino Secretario Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium sub die 8. Januarii 1762. Sanctitas Sua, attenta relatione P. Procuratoris Generalis, mandavit, quod subrogatio, de qua in precibus, & aliæ hujusmodi, quæ imposterum forsan contingere possint, non imputentur in Triennium, quatenus subrogationes prædictæ non excedant spatium sex mensium (*a*), & ideo non officiant, quominus subrogatus noviter non eligatur in Discretum juxta dispositionem Brevis (*b*) S. M. Benedicti XIV. = Romæ &c.

S. Bonaccorsi Secretarius.

(*a*) Sic in Regesto S. Congregationis Episcopor. & Regularium. Subaudiendum est autem „ *ultra Biennium* „. Quod non exprimitur I., quia ex supplici Libello intelligebatur. *Responsio* enim *habet implicitum tenorem interrogationis, a qua declarationem recipit*, ut alibi dictum est (sub d. 4. Febr. 1757. in Not., §. *Siquidem* I.). II. Quia propositi Dubii cardo situs in eo erat: *se li mesi tre, e mezzo si debbano computare per un anno*. Ad hoc igitur respondens Pontifex statuit, quod aliquot solummodò Mensium spatium, nisi sit majus semestri, non debeat (unà scilicet cum præcedenti Biennio, quod ex supplici Libello supponebatur) *in Triennium imputari*.

Sanè nisi in verbis illis „ *non imputentur in Triennium, quatenus non excedant spatium sex Mensium* „ subaudiretur „ *ultra Biennium* „; sequeretur primò vi argumenti a contrario sensu, quod Subrogatio e. c. septem, vel octo Mensium deberet Subrogato *in Triennium imputari*: id quod ab omni ratione alienum est.

Sequeretur etiam, quod Rescriptum idem pugnantia contineret. Siquidem statueret, Subrogationem, *de qua in precibus*, officere ne Subrogatus noviter in Discretum eligeretur: quandoquidem *Subrogatio* illa, *de qua in precibus*, *spatium sex Mensium* longo intervallo *excesserat*. Simul autem Subrogationem eamdem statueret non officere. Mandat siquidem Pontifex, quod Subrogatio, de qua in precibus, cum *aliis hujusmodi, non officiat, quominus subrogatus noviter non eligatur in Discretum*; sicuti Rescriptum ipsum perpendenti pespicuum est.

Denique id se *mandare* Summus Pontifex profitetur *juxta dispositionem Brevis S. M. Benedicti XIV*. At juxta Brevis hujus dispositionem vacare non debet qui per Menses, sed qui per Triennium Discreti Officio functus sit. Ergo si non contra, sed *juxta* dispositionem hanc Clemens Pontifex suum Rescriptum edidit; consequenter dum verbis illis „ *quatenus Subrogationes prædictæ non excedant spatium sex Mensium* „ statuit vacationi subjectos illos, quorum Subrogatio semestre spatium excedat; loquitur de Subrogationibus semestre tempus excedentibus ultra præcedens Biennium: adeout verbis illis nihil aliud agat, quàm decernere, quod ad vacationis necessitatem non requiratur Triennium re ipsa completum; sed satis sit Triennium moraliter sumptum, quod videlicet jam ad sui exitum properet, quale est spatium temporis, quod Biennium, & sex Menses superat.

= 1762. 17. Januar. = Ad hunc locum pertinent Apostolicæ Literæ supra positæ (pag. 384. & seq.), quibus Seraphici Ordinis Officium, & Missa propria Immaculatæ Conceptionis Deiparæ, ad Hispanos extenduntur, & Indos Catholico Regi subjectos: quemadmodum eo loco monuimus (Not. *b* pag. 386. B.).

= 1762. 1. Febr. = Decr. hujus die sequentia Opera fuerunt prohibita. I. Francisci Grisellini *Memorie anecdote spettanti alla vita, ed agli studj del sommo Filosofo, e Giureconsulto Frà Paolo Servita*. II. *Dictionnaire historique, litteraire, & critique, contenant une idée abrégée de la vie, & des ouvrages des hommes illustres en tout tems, & en tout Pays*. Tom. 6. in 8. III. *Examen des Critiques du Livre intitulé: De l' Esprit*.

1762. 10. Febr. *Præscribuntur Preces ad Sobolem Excellentissimo Marchioni de Cañete, Patrono Ordinis, a Deo Optimo Maximo impetrandam.*

FR. CLEMENS DE PANORMO

Lector Jubilatus, Catholicæ Majestatis in Regali Matritensi Congressu pro Immaculata Conceptione Theologus, Cleri Romani Examinator, ac totius Ordinis S.P.N. Francisci Minister Generalis, Visitator, ac Reformator Apostolicus, & Servus

Dilectis Nobis plurimum in Domino omnibus, & singulis Fratribus, & Monialibus totius nostri Ordinis, tam Superioribus, quam Subditis, curæ, ac jurisdictioni Nostræ subjectis, salutem, & Seraphicam Benedictionem.

DUm Excellentissimus D. D. Marchio de Fuente, & Sol de Cañete, Ordinis Nostri Patronatum gerens pro Capitulis Generalibus Cismontanæ Familiæ, & Congregationibus Generalibus Ultramontanæ, ad expensarum partem in futuro Capitulo Generali habendarum statutam Eleemosynam elapsis proxime diebus ad Nos mitteret; tum ut peculiares ad Deum effunderemus precationes pro Sobole, qua ejus Familia viduatur, suscipienda, a Nobis enixe est deprecatus. Cum adeo tam egregie de Ordine promerentibus omnimoda animi nostri significatione respondere æquum, rectumque sit: propterea laudatissimi D. D. Marchionis postulatis lubenti animo annuentes, vobis omnibus, Fratres amantissimi, mandamus, atque præcipimus, ut, hac nostra Encyclica statim perlecta, pro una vice dumtaxat, die Lunæ Responsorium, *Si quæris miracula* &c., ut dicunt, S. Antonii Thaumaturgi ad ejus Altare, vel Imaginem decantetur, sicuti die Veneris Antiphona, *Sancte Francisce, propera* &c., ad Altare S. P. N. Francisci, & tandem die Sabbati salutaris deprecatio, *Tota pulchra es, Maria* &c., ante Altare Sanctissimæ Mariæ sine labe originali Conceptæ, cujus insigni, aliorumque Sanctorum patrocinio optatam demum Sobolem Excellentissimæ Familiæ Deus reddat ad ejus gloriam, & honorem, Nostrique Ordinis bonum, ac adjumentum. Valete, ac pro Nobis etiam Deum Patrem luminum jugiter deprecamini; dum Seraphicam Benedictionem vobis peramanter impartimur.

Datum Romæ ex Aracœli die 10. Februarii Anno 1762.

Fr. Clemens de Panormo
Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Rmi in Christo Patris
Fr. Vincentius Scutari Ex-Def. Gen.,
& Secret. Gen. Ord.

1762. 16. Mart. *Eminentissimus Ignatius Cribellius proximi Generalis Capituli designatur Præses.*

CLEMENS PAPA XIII.

Dilecte Fili Noster, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

CUm, sicut Nobis nuper expositum fuit, Capitulum Generale Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci nuncupatorum mense Majo proxime venturo in Civitate Mantuana, benedicente Domino, celebrandum sit; Nos cupientes, ut Capitulum hujusmodi recte, ac feliciter ad Dei gloriam, dictique Ordinis utilitatem celebretur, Te, de cujus prudentia, integritate, ac Religionis zelo plurimum in Domino confidimus, in præfato Capitulo Generali, Nostro, & Sedis Apostolicæ nomine Præsidentem, cum auctoritate, facultatibus, jurisdictione, honoribus, ac oneribus, similibus Præsidentibus competentibus, & aliàs solitis ac consuetis, & cum facultate, quando tu Actibus capitularibus interesse non poteris, aliquem Prælatum Tibi benevisum in tui locum ad hujusmodi Præsidentis munus obeundum, cum auctoritate, & facultatibus Tibi per præsentes concessis, substituendi, Apostolica auctoritate tenore præsentium facimus, constituimus, & deputamus: Teque in Domino hortamur, & monemus, ut Capitulum hujusmodi fideliter regere, ac in illo omnia, quæ ad prosperum Fratrum prædictorum regimen, & gubernium pertinent, decerni, statui, ac ordinari cures, & facias. Mandantes propterea in virtute sanctæ Obedientiæ dilectis filiis eorumdem Fratrum Superioribus quocumque nomine nuncupatis, cæterisque Fratribus, & specialiter Vocalibus in præfato Capitulo congregatis, aliisque, ad quos spectat, ut Te in ejusdem Capituli Nostro, & dictæ Sedis nomine Præsidentem reverenter suscipiant, Tibique, & per Te substituendo dicto Prælato, in omnibus ad Præsidentis hujusmodi officium pertinentibus pareant, & obediant, atque assistant, ac tua, & ejusdem Personæ a Te substituendæ salubria monita, & mandata humiliter suscipiant, & efficaciter adimplere procurent. Non obstantibus &c. Quibus omnibus, & singulis, &c., specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 16. Martii 1762. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

= 1762. 17. Mart. = Decreto hujus diei vetitum fuit Opus, cui titulus est: *Le Provinciali, o Let-*

te-

= *tere scritte da Luigi di Montalto ad un Provincia-*
= *le de' suoi amici, colle annotazioni di Guglielmo*
= *Wendrock, tradotte nell' Italiana favella, con delle*
= *nuove annotazioni.*

1762. 20. Mart. *Decreta*
Reverendissimi P. Ministri Generalis, in Romano Cœnobio S. Isidori servanda.

FR. CLEMENS A PANORMO

Lector Jubilatus, Catholicæ Majestatis in Regali Matritensi Congressu pro Immaculata Conceptione Theologus, Cleri Romani Examinator, & totius Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Minister Generalis, Visitator, & Reformator Apostolicus, & Servus

Universis in Christo Jesu dilectissimis Patribus, ac Fratribus hujusce Nostri S. Isidori de Urbe Collegii salutem *&c.*

CUm pro debito Nostri Pastoralis Officii Monasticam Visitationem Apostolicam hujus Nostri Collegii perfecerimus, cunctis hoc in eodem commorantibus Patribus, ac Fratribus de more auditis; Collegii Statutis Domesticis, ac Nostri Ordinis Generalibus, necnon & Constitutionibus Apostolicis, & Apostolicæ Visitationis Decretis firmiter, & immutabiliter, prout decet, inhærentes; ad sartam, tectamque tuendam Regularis ejusdem disciplinæ observantiam, ac dictarum Legum, & Decretorum omnimodam exequutionem, sequentia vobis omnibus, Filii in Domino dilectissimi, animadvertenda, notanda, ordinanda, præcipienda, indicenda, ac mandanda censuimus, existimavimus, atque decrevimus.

1. Ut ad unguem observentur prædictæ Constitutiones Apostolicæ, Sacræ Congregationis de Propaganda Fide Resolutiones, Nostri Ordinis Generalia Statuta, ac hujus Nostri Collegii Municipalia, sive Domestica, necnon & Sac. Visitationis Apostolicæ Decreta, ac cetera Mandata, quæ a Ministris Generalibus Prædecessoribus Nostris, ac respective Procuratoribus Generalibus, in hujusmodi Visitationis actibus, pro bono, ac recto hujus Nostri Collegii gubernio ex certa scientia, ac matura deliberatione disposita, & ordinata fuere, atque intimata: super quibus P. Guardiani, & Discretorum conscientias oneramus.

2. Ad servandam vero Collegii pacem, quietem, & fraternam charitatem, quæ absque distributiva Officiorum justitia, & æquitate pari haberi nunquam poterit, specialiter, & stricte jubemus, ut Officiorum Alternativa, & Vicissitudo inter quatuor Provincias, videlicet Ultoniæ, Momoniæ, Conaciæ, & Lageniæ, ex quibus hujus Nostri Collegii Communitas coalescit, omnimodæ exequutioni demandetur, quemadmodum in Brevi san. mem. Clementis X. incipien. *Aliàs ad supplicationem* de die 12. Septembris 1675., & in Decretis prælaudatæ Visitationis Apostolicæ de die 10. Februarii 1678. latius continetur, & expresse jubetur.

3. Cum vero in eisdem num. 4. statuatur, ut præfata Alternativa observetur etiam in Vicario, & Sacrista, hoc modo, ut scilicet Vicarius debeat esse ex Provincia, ex qua erit Guardianus juxta Alternativam proxime instituendus, & Sacrista debeat esse ex Provincia, ex qua erat Guardianus proxime præcedens, ita ut Guardianus, Vicarius, & Sacrista debeant semper, servata Alternativa, esse ex tribus Provinciis distinctis, sub pœna numero præcedenti contenta; & Guardianus pro futuro triennio eligendus esse debeat ex parte Momoniæ, ac per consequens ex ea esse debeat Vicarius præsens; idcirco Nos, separantes, quemadmodum hujus nostri Decreti vigore separamus, a Vicariatus Officio R. P. Fr. Patritium Bryan Theologiæ Moralis, & Polemicæ Lectorem actualem, non quidem ob aliquod personale demeritum, sed ut præfata Alternativa, & Vicissitudo, Apostolicaque Decreta, ac Statuta Domestica nunc, & deinceps, sicuti disposita fuere, ac ordinata, ita exactius, ac inviolabiliter observentur; vigore præsentationis a Discretis PP. Nobis propositæ sub die 13. hujus, in Vicarium Collegii nominamus, & instituimus P. Fr. Jacobum Coleman ex Provincia Momoniæ pro tempore, & quoadusque Guardianus præsens duraverit. Subindeque præcipimus P. Guardiano, & Discretis, ut pro Officio Sacristæ unum seligant Religiosum habilem ex ea Provincia, ad quam juxta Vicissitudinem spectat, videlicet, Guardiani præteriti.

4. Et cum, ut a vobismetipsis accepimus, antiqua, & nunquam interrupta consuetudo, ingrediendi videlicet Discretorium octo ex Patribus qualificatis, ad augendam pacem, & rectum Collegii gubernium apprime conducat ideo, ut etiam; in posterum præfatus Discretorum Patrum numerus conservetur, Apostolica utentes authoritate benigne concedimus, & gratiose indulgemus; ea tamen adhibita lege, firmiter, & sub pœna nullitatis actus observanda, ut ex qualibet Provincia duo tantum Patres Discretorium ingrediantur, illi nimirum, qui majorem respective dignitatem, & graduationem habuerint, sive sint Lectores habituales, sive actuales. Eo casu, quo unus e duobus Discretis Patribus ad quamlibet Provinciam spectantibus defecerit, ex aliis assumatur, qui deficientis vices gerat, & suppleat pro tunc tantum, & quosdusque proprius, & legitimus accesserit.

5. Injungimus pariter, atque mandamus *&c.*, ut Cubicula quatuor, quæ principaliora existimantur, sive dicuntur, & alia quatuor, quæ minus principalia nuncupantur, pro dictis octo Discretis Patribus omnino designentur, secundum majorem, & minorem duorum uniuscujusque Provinciæ Discretorum Patrum dignitatem, antiquitatem, & gradum; hoc ordine, ut Provincia illa, quæ ratione majoris antiquitatis, dignitatis, & gradus sui principalis Discreti, primam Cellam occupat ex quatuor primi ordinis, primam pariter secundi ordinis habeat, & quæ secundam primi ordinis, secundam, & sic de singulis gradatim, & distributive secundum majorem, vel minorem, uti præmisimus, quatuor primorum Patrum Discretorum antiquitatem, dignitatem, & graduationem. Et cum Collegium jamdudum peculiares Cellas decreverit pro Officiis Guardianatus, & Vicariatus, præcipimus, ut qui ad talia Officia vocantur, & instituuntur, Cellam, quam inhabitant, aliis Discretis Patribus gradatim, & successive relinquant, & in his, quæ dictorum Officiorum sunt, commorari omnino teneantur.

6. Insuper *&c.* præcipimus per S. Obedientiam Fra-

Fratribus quæstnribus, nt quæ dietim a Benefactoribus eleemosynæ pecuniariæ obtinentur, omnino reponantur apud Syndicum, vel Tertiarium Substitutum, ab eodem de consensu P. Guardiani designandum; cui P. Guardianus suas diriget Syngraphas pro expensis a Collegio necessario faciendis. Idem præcipimus quoad stipendia Missarum, & eleemosynas pecuniarias quascumque sponte a Benefactoribus oblatas. Dictus verò Tertiarius Substitutus, uti præfertur, rationem semel in Mense de sic acceptis Syndico præfato (*a*) reddere omnino teneatur.

7. Et cum Nobis notuerit, viros Sæculares a Collegio, sive in Collegio ali pro servitio Infirmariæ, aliarumque Officinarum, mandamus, ut quantocius a Collegio expellantur, & pro eisdem Tertiarii, sive Religiosi Laici subrogentur.

8. Præterea eum pro comperto habeamus, Nostrum Conventum Capranicensem ita Fratribus spoliatum reperiri, ut de præsenti tantum tres habeat Sacerdotes, & ex iis unus adversæ valetudinis, qui certe non sufficiunt ad Dei laudes in Choro persolvendas, & illius Ecclesiæ servitium debite præstandum; cum aliunde ipsius directio, & regulatio a PP. Guardiano, & Discretis hujus nostri Collegii pendeat; idcireo eisdem jubemus, ut illico tres saltem Sacerdotes, & duos Laicos, quos idoneos esse noverint, illuc per Nos mittendos, designent.

9. Cum hujus Collegii scopus, & institutio, instructio sit studiosæ Juventutis in Scientiis cum Philosophicis, tum Theologicis (*b*), maximeque Dogmaticis, pro Vinea Domini in sacris Missionibus excolenda; ideo P. Guardiano serio præcipimus, ut possibili conatu, diligentia, sollicitudine, & assiduitate super studiis invigilet, ut Lectores, ac Studiosi, quæ ad lectiones, & litterarias Palæstras pertinent, ad amussim adimpleant, vestigia sequentes Majorum tot doctissimorum Virorum, qui in hoc Collegio floruere.

10. Tandem, cum ex majorum assidua vigilantia Generalium, & Domesticorum Statutorum observantia pendeat, necnon & istorum Nostrorum, aliorumque Decretorum in similibus Apostolicis Visitationibus editorum; injungimus P. Guardiano pro tempore, Discretorii congregationem (*c*), si non semel in Hebdomada, ut iteratis Decretis jam præceptum est, etiam sub pœna privationis ab Officio, saltem, & indispensabiliter semel in Mense, & in ea de œconomico Collegii statu, disciplina Juvenum, Studio, Choro, Refectorio, aliisque ad Regularem disciplinam spectantibus, necnon & de istarum Nostrarum, aliarumque Legum, ac Decretorum observantia, sermo erit habendus, ut, siqui irrepserint, abusus evellantur.

Hæc sunt, Filii dilectissimi, quæ ex Nostra Paterna Visitatione notanda censuimus, & collegimus animadvertenda; atque ad conscientiam Nostram exonerandam vobis omnibus indicimus, atque intimamus. Hæc sunt, Filii in Domino charissimi, quæ pro eo, quo vos prosequimur, amore in compendium redegimus, non novas condendo Leges, sed veteres sanctissimas in memoriam omnium vestrum revocando, ut in ea, qua vocati estis, vocatione, Deo opitulante, maneatis. Induite ergo vos, sicut electi, & sancti, viscera misericordiæ, benignitatem, modestiam, patientiam *&c.* Interim vero fervidas ad Deum O. M. preces fundite pro SS. D. N. Clementis XIII. incolumitate, Christianorum Principum pace, S. M. Ecclesiæ exaltatione, Hæresum extirpatione, Ordinis Nostri incremento, ac tandem pro Nobis, qui Seraphicam Benedictionem vobis amantissimis cordis visceribus elargimur. Valete. Datum Romæ ex Aracœli die 30. Martii 1762.

Fr. Clemens de Panormo
Minister Gen.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Rmi in Christo Patris
Fr. Petrus Alvarez Sec. Gen. Ord.

= (*a*) Nempe (ad Missas quod attinet) ultra rationem illam, quæ de Missarum earumdem eleemosynis, & celebratione ab iis, ad quos pertinet, omninò reddenda est coram PP. Discretis Mensibus singulis, ad præscriptum Bullæ Innocentianæ, *Nuper*, de celebrat. Missar. §. 28. (apud P. Ferrar. v. *Missæ Sacrif.* art. 2. n. 2.)

= (*b*) De tempore, quod in unoquoque Theologico Curriculo impendendum deinceps foret in ipso Collegio, idem Rmus Pater Decretum condiderat Anno 1758.: quod cum serò ad manus nostras pervenerit, hoc loco opportunè subnectimus. Est autem hujusmodi.

„ FR. CLEMENS A PANORMO

(*&c. ut supra*)

„ *Dilectis Nobis in Christo RR. PP. Guardiano, &*
„ *Discretis Collegii Nostri S. Isidori de Urbe Provin-*
„ *ciæ Hiberniæ Salutem, & Seraphicam*
„ *Benedictionem.*

„ Cum Nobis cordi omninò sit, ut rerum Di-
„ vinarum studia in omnibus Conventibus, &
„ Collegiis Jurisdictioni Nostræ subjectis, præsertim
„ verò in iis, in quibus Studia vigent generalia,
„ promoveantur, ac debita assiduitate, & maturi-
„ tate peragantur; probeque scientes, quatuor An-
„ norum spatium vix sufficere ad ea perlegenda,
„ quæ in sacris istis Disciplinis tradi solent, & de-
„ bent; in Elencho Tractatuum, & Quæstionum,
„ quas in Scholis Nostris legendas mandavimus,
„ Anno proxime elapso a Nobis edito, Quadrien-
„ nium pro quolibet Cursu Theologico assignavi-
„ mus.

„ Cum autem vos suppliciter a Nobis petieritis,
„ ut speciali quodam Decreto id, Statutis quoque
„ vestris Municipalibus conforme, praxique in cæ-
„ teris Nostris Collegiis observatæ omninò uniforme,
„ pro Nostro etiam S. Isidori de Urbe Collegio pa-
„ riformiter statuere dignaremur; votis vestris be-
„ nignè annuentes, hoc Nostro Decreto statuimus,
„ decernimus, & mandamus, ut in posterum nul-
„ lus Cursus Theologicus in dicto Nostro S. Isido-
„ ri de Urbe Collegio ante expletum integrum Qua-
„ driennium absolvatur, nullusque Theologus abso-
„ lutus censeatur, nisi per quatuor Annos in Theo-
„ logiæ Schola studio operam dederit. Hocque No-
„ strum Decretum tam præsentem, quam futuros
„ Theologicos Cursus comprehendere declaramus:
„ Mandantes, & in virtute Sanctæ Obedientiæ præ-
„ cipientes omnibus, & singulis sacræ Theologiæ
„ in dicto Collegio Studentibus, tam præsentibus,

„ quam futuris, ut huic Nostro Decreto ea, qua par est, filiali Obedientia obtemperent; vobisque, & futuris memorati Collegii Nostri Discretis PP. injungimus, ut pro munere vestro euretis, quatenus hoc Nostrum Decretum inviolabiliter observetur, plenumque effectum consequatur. Valete. Dat. Romæ ex hoc Araecœlitano Conventu die 7. Decembris 1758.

„ Fr. Clemens de Panormo
„ Minister Gen. &c.

„ Loco ✠ Sigilli.

„ *De mandato Rñi in Christo Patris*
„ Fr. Petrus Alvarez Secret. Gen. Ord.

= Ex hoc Decreto satis perspicuè confirmatur id, quod alibi diximus (ad d. 12. Sept. 1757. Not. *b.* post init.), Elenchum scilicet ejusd. P. Ministri Generalis, in hoc ipso Decreto commemoratum, effectu suo caruisse in Scholis Ultramontanæ nostræ Familiæ, ad quam pariter Familiam spectat Romanum istud S. Isidori Collegium.

= (*c*) Deest hic in Regesto verbum *habere*, vel *convocare*, aliudve hujusmodi.

1762. 6. Apt. *Approbantur, & conceduntur utrique Clero Vergaræ, aliorumque Locorum Diœceseos Calaguritanæ Lectiones II. Noct. propriæ cum Rubricis nonnullis Officii, & Missæ in honorem* B. MARTINI AB ASCENSIONE DE AGUIRRE *Minoritæ Discalceati, Martyris Japonensis.*

CLEMENS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

EManavit nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet „ In Festo Beati Martini de Aguirre in Secundo Nocturno Lectio iv. Martinus de Aguirre natione Cantaber, Vergaræ in Guipuscoa nobili Genere natus, primis literarum, & pietatis rudimentis domi imbutus est. Complutum deinde profectus, dum Philosophiæ, & Theologiæ studiis in illa Academia operam daret, Christianis virtutibus excolendis adeo incubuit, ut doctrina, & sanctitate morum opportuna sibi comparaverit adjumenta, quibus utilius Divinæ Gratiæ Instrumentum fieret. Inter Juventutis, carnisque suæ illecebras continentis morum elusit otium; & improborum consuetudinem declinans, ab ipsis etiam innoxiis juvenilibus ludis abstinuit; & quod a literarum studio supererat temporis, fundendis ad Deum precibus, piis legendis Libris, serendis de Deo, Divinisque rebus sermonibus, ac Templis visitandis impendens, altiora jecit Sanctitatis fundamenta. Ut festinantiùs in via Domini properaret, in ipso ætatis flore ad Religiosa Castra convolavit, Ordinem ingressus Sancti Francisci inter Fratres, quos Minores Excalceatos vocant, in Conventu Aunonensi. Lectio v. Professione emissa, & *ab Ascensione* nomine sibi imposito, ac Sacerdotio initiatus, per altas Christianæ perfectionis semitas nunquam interrupto cursu ad Deum semper contendit. Ardentissimum in eo fuit Divini honoris, ac Religionis studium, frequens oratio diu, noctuque ad plures horas protracta, quotidiana, ac devota Missæ celebratio: profunda, qua enituit, humilitate, viliora quæcumque exercere consuevit ministeria, effectus verus Divi Francisci Sectator. Alienæ salutis studiosissimus, verbo, & exemplo alios erudiens, visus tunc usque fuit in Evangelii Præconem ad vocationem gentium a Deo præordinatus. Visus est etiam Martyrio quodammodo prælusisse mirabili carnis suæ mortificatione: bellum sibi indicens, ciliciis continuo premebatur; nudis incedebat pedibus; pane, & aqua contentus vix quandoque veluti in delicias paucis utebatur herbis; & singulis noctibus semel bis, & tertio cruentis flagellis Corpus suum castigabat. Lectio vi. Ardenti, quo æstuabat, desiderio Martyrii pro Christo subeundi, sexto Religionis anno unà cum Sociis Hispali solvens, Mexicum primo, deinde Maniliam Philippinarum appulit; quibus in locis Philosophiam, & Theologiam edocuit. Postremo Japoniam pervenit, eo potissimum tempore, quo publicis Tyranni edictis fervebat in Operarios Evangelicos sæva Taycosamæ persecutio. Incredibile dictu est, quo animi ardore, pectoris constantia, firma in Deum fiducia, ardentique in proximum charitate prædicationis opus aggressus fuerit. Divini verbi armatus gladio, pertingente usque ad divisionem animæ, & spiritus, Evangelicæ veritatis vexillum cum Sociis erexit forti animo, spreto Tyranni jussu. Usaec comprehensus, aliisque Dei Servis adjunctus, auriculæ sinistræ parte abscissa per plures Japoniæ Urbes Nangasaquium usque perductus est. Ex hac Crucis via, non veritus cum Apostolo nec vincula, nec tribulationem, ab incepto sanctæ prædicationis opere, cujus Zelus cor ejus comederat, numquam destitit, imo & verbo, & efficacissimis literis commendavit tum Locumtenenti Gubernatoris Maniliæ, tum Patribus Provinciali, & Philippinarum Procuratori. Ibi ejus corpus annulis ferreis superimpositum fuit Cruci in altum elevatæ, ex qua pendens cæteros adhortatus est ad Martyrium. Binis lanceæ ictibus ab imis lateribus ad humeros usque transfixus, hymnis, & canticis Deum laudans, securus pervenit ad Palmam Martyrii Nonis Februarii Anno Millesimo quingentesimo nonagesimo septimo: quem Urbanus VIII. cum aliis Sociis Beatorum Martyrum numero adscripsit: & CLEMENS XIII. Pontifex Maximus has proprias Lectiones ejus in honorem decrevit, atque approbavit. = In Tertio Nocturno Hom. Sancti Augustini Episcopi in Evang. *Amen Amen dico vobis, nisi granum frumenti* &c., ut in Festo Sancti Laurentii Martyris die x. Augusti. Missa de Communi unius Martyris non Pontificis primo loco cum Oratione, & Evangelio prædictis. Si celebretur cum Octava, Lectiones Secundi, & Tertii Nocturni infra eam desumendæ sunt ex Octavario Romano cum Oratione propria. = Calaguritana. Cum Clerus, & Populus Villæ Vergaræ Diœcesis Calaguritanæ in Provincia Guipuscoa in Hispaniis, Sacrorum Rituum Congregationi humillimè supplicassent, quatenus approbare dignaretur suptascriptas Lectiones proprias Secundi Nocturni Beati Martini ab Ascensione de Aguirre

„ Mar-

„ Martyris Ordinis Minorum Excalceatorum S. Francisci recitandas ab utroque Clero Diœcesis Calaguritanæ; Sacra Congregatio ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Feroni Præfecti, & Ponentia, audito etiam R.P.D. Cajetano Forti Fidei Promotore, supradictas Lectiones approbando, indulsit, ut eædem Lectiones ab utroque Clero Seculari, & Regulari tum ejus Villæ Vergaræ, tum universæ Diœcesis Calaguritanæ die v. Februarii festo ejusdem Beati Martioi Martyris recitari possint, & valeant, si Sanctissimo Domino Nostro visum fuerit. Die ix. Februarii MDCCLXII. = Factaque deinde per me Secretarium de prædictis eidem Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua benignè annuit. Die xxvii. ejusdem Mensis, & Anni MDCCLXII. = Joseph Maria Card. Feroni Præfectus. = S. Burghesius Protonotarius Apostolicus, & Prosecretarius. = Loco ✠ Sigilli. =

Cum autem, sicut pro parte dilectorum Filiorum Cleri tam Secularis, quam Regularis, ac Universitatis, & Hominum Terræ, seu Loci, vel Villæ di Vergara Calaguritanæ Diœcesis Nobis subinde expositum fuit, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent: Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis &c. ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: Salva tamen semper in præmissis auctoritate præfatæ Congregationis Cardinalium. Decernentes, easdem præsentes Literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos &c.; ac irritum, & inane &c.. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vi. Aprilis MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

N. Card. Antonellus.

Loco ✠ Annuli Piscatoris.

= Unus hic fuit ex BB. Martyribus, quorum signus Festum die v. Februarii. Ludovicus Frois in historica horum Martyrum Relatione ætatis triginta Annorum illum perhibet fuisse. Alii plurimi de iisdem BB. Martyribus scripserunt, vel meminerunt, deque Tyranno Taicosama, ejusque persecutione. Ex iis multos percenset Arturus in Martyrologio (sub d. v. Febr. §. 2.).

1762. 20. Apr. *Indulgentiæ omnes Ecclesiis Ordinis concessæ ad Ecclesias præcipuarum trium Residentiarum Provinciæ Bulgariæ extenduntur.*

Bme Pater=Fr. Anacletus de Roma Procurat. Gen. Ordinis Minorum de Observantia, Orator obsequentissimus, ad pedes S.V. humiliter provolutus, omni eum animi demissione exponit, in Provincia Bulgariæ ejusdem Ordinis plurima reperiri Hospitia, seu Residentias, in quibus Religiosi degunt plus, minusve juxta multitudinem Catholicorum illis in locis habitantium, quorum ipsi Fratres Parochi sunt, quia illa Hospitia cum Ecclesiis adnexis, in medio Turcarum, vel Hæreticorum sita, olim eis concessa fuerunt, ut Animarum curam gererent.

Inter alias Residentias, principaliores sunt, una Butturestini in Valachia sub titulo S. Mariæ Gratiarum, & sub Dominio Portæ Othomanæ, ac Protectione Apostolicæ, & Augustissimæ Reginæ Hungaricæ, quæque a quinque, vel sex Religiosis incolitur. Altera est Carassovæ sub Dominio ejusdem Hungaricæ Majestatis, ad quam vocati fuerunt Religiosi a Regia Administratione Temesvariensi, & Episcopo Csanadiensi, ut Animarum Curam gererent tam in ipso Carassovæ loco, quàm in adjacentibus Pagis; quæ Cura a quatuor, vel quinque Religiosis continuo administratur. Tertia Residentia est Theresiopoli ejusdem Hungaricæ Reginæ: in ea siquidem commorantur quinque, vel sex, & etiam plures Religiosi, & multoties Clerici Studentes cum frequentatione Chori.

Ad prædicta Hospitia, seu Residentias, ultra Fideles, qui sunt illarum Oves, confluunt alii multi ex dissitis etiam Turcicis partibus ad subsidia spiritualia sibi quærenda, & a Religiosis administrantur. Cum autem in præfatis tribus Residentiis, quæ adnexam habent Animarum Curam, nullus sit Indulgentiarum Thesaurus, quo Fideles sub illis comprehensi, & ex aliis partibus confluentes spiritualiter refici possint; imo Religiosi illi non pauci, qui ad Animarum Curam in illis locis pro tempore existunt, nec Indulgentias a Summis Pontificibus universo Seraphico Ordini concessas lucrari possint, quia ad Hospitia, ut sunt illæ Residentiæ prædictæ Indulgentiæ non extenduntur: Hinc humilis Orator demississime supplicat, ut Sua Paterna Clementia dignetur S. V. Indulgentias, Ordini a S. Sede concessas, ad Ecclesias trium præfatorum Hospitiorum, seu Residentiarum extendere, ut Religiosi illi, & Fideles accedentes, a peccatis expiati, & pro felici sospitate S. V., ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione orantes, tanto spirituali bono gaudere possint, & valeant.

Quam gratiam si S. V. dignabitur concedere, iterum humillimus Orator supplicat, ut Rescriptum perinde valeat, ac si per Apostolicas Literas in forma Brevis, solitis muniti clausulis, prædicta gratia expedita fuisset: Sic enim poterit Orator gratiam extensionis Indulgentiarum Typis mandare, ac subinde unum exemplar fide dignum unicuique illorum trium Hospitiorum inter se valde distantium dirigere.

Quam gratiam Deus &c.

Ex Audientia Sanctissimi die 20. Aprilis 1762.= Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII.

Oratoris precibus inclinatus, omnes, & singulas Indulgentias, a Summis Pontificibus concessas Ordini Minorum Sancti Francisci, benignè extendit ad Ecclesias trium præfatorum Hospitiorum, itaut universi Christifideles ad illas statutis diebus ritè dispositi accedentes, easdem Indulgentias consequi possint, & valeant. Voluitque eadem Sanctitas Sua, hanc gratiam perpetuis futuris temporibus fore valituram absque ulla Brevis expeditione. = Dat. ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die, & Anno præfatæ Audientiæ.

Loco ✠ Sigilli.

J. de Comitibus S. Congreg. Indulg. Secretar.

= De Indulgentiis in Ecclesiis, vel Capellis Re= sidentiarum similium, vide supra (ad d. 11. Ja= nuarii 1751., 5. Sept. 1753., 8. April. 1755.).

1762. 21. Apr. *Conceditur Indulgentia Plenaria in Ecclesiis Ordinis tempore Capituli Generalis in Urbe Mantuæ mox celebrandi.*

CLEMENS PAPA XIII.

Universis Christifidelibus præsentes has inspecturis Salutem, et Apostolicam Benedictionem.

CUm, sicut accepimus, Capitulum Generale Fratrum Ordinis S. Francisci de Observantia nuncupatorum in Ecclesia, seu Conventu S. Francisci Fratrum Ordinis hujusmodi (a) die vigesima nona Mensis Maji, benedicente Domino, celebrandum sit; Nos &c. omnibus &c., qui præfatam, vel aliquam ex Ecclesiis Conventuum Fratrum Ordinis hujusmodi, ubicumque existentibus, die, quo inchoabitur Capitulum Generale hujusmodi, ac singulis diebus actualis illius celebrationis devote etc. (*ut in Chron. P. Petri Pér. II. p. 109. à post. init.*).

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 21. Aprilis 1762. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

N. Card. Antonellus.

= (a) In hujus Brevis Exemplia, quæ vidimus, = deest ex Librarii errore *Mantuanæ Civitatis* ex= pressio.

1762. 22. Apr. *Annuit Summus Pontifex, ut Rmus P. Petrus Joannes de Molina, non obstante præscriptæ vacationis defectu, possit iterum in Ministrum Generalem eligi.*

BMo Padre = Il Procuratore Generale de'Minor. Rif. di S. Francesco a Ripa, ed il Vice-Procuratore Gener. de'Minori Scalzi, e Recolletti della Famiglia Oltramontana, umiliss. Oratori della S. V., rivesentemente espongono, che assai probabilmente nel Capitolo Generale li PP. Vocali in caso di qualche disordine, o disparere rivolgeranno le loro mire alla degnissima Persona del Rmo P. Pier Giovanni di Molina Ex-Generale di tutto l'Ordine, per eleggerlo la seconda volta Ministro Generale, e togliere di mezzo ogni susurro con il di lui ottimo assai rispettato nell'Ordine.

Ma poichè non può egli essere nuovamente eletto Ministro Generale senza la dispensa della necessaria vacanza, così gli umiliss. Oratori supplicano istantemente la S. V. volersi degnare con suo Rescritto di accordare la detta dispensa, come molte volte si è fatto, acciò li Vocali possano eleggerlo Ministro Generale, e comandare al detto P. Rmo Molina, che accetti quando sovra di lui cada la elezione. Tale Grazia, siccome mira solo a togliere quelli ostacoli, che sul fatto potrebbero attraversare, e rendere dubbiosa la elezione di altri Candidati idonei, e degni, così li umiliss. Oratori nuovamente la implorano, e sperano dal Zelo, e Clemenza grande della S. V. Quam Deus &c.

Ex Audientia Sanctissimi die 22. Aprilis 1762. = Sanctissimus, attentis expositis, ex speciali gratia benigne annuit pro petita habilitatione ad effectum, de quo in precibus, contrariis quibuscumque non obstantibus; & gratia hujusmodi per præsens Rescriptum perinde valeat, ac si super ea Apostolicæ Litteræ in forma Brevis expeditæ fuissent.

C. Card. Rezzonico.

Regist.

Loco ✠ Sigilli.

D. Petrus Rovatti a Secretis.

1762. 22. Apr. *Conceditur Vice-Procuratori Gen. PP. Discalceator., & Recollector., ut, si Procurator Gen. proximo Generali Capitulo non interfuerit, Suffragium in eo habeat, quod iste haberet.*

BMo Padre = Frà Giovanni Lutre Vice-Procur. Gen. de'Minori Scalzi, e Recolletti della Famiglia Oltramontana, umiliss. Oratore della S. Vostra, riverentemente espone, siccome egli nella Curia Romana in vigore di Lettere Patenti supplisce già già da due Anni le veci del P. Procuratore Generale. Ma poichè dubita che il detto P. Procuratore Generale venga al Capitolo di Mantova; così prega umilmente la S. V. di volergli accordare il Voto nel detto Capitolo in qualità di Vice-Procuratore Generale, come in altre simili circostanze si è accordato dalla S. Sede, specialmente l'Anno 1726. (a) a favore del Vice-Commissario di Curia Minor Osservante Oltramontano, cui si diede il Voto, che competeva al suo Principale assente. Spera l'Oratore la grazia, sì perchè non è giusto che alla Famiglia Oltramontana manchi il Voto, che corrisponde al Procuratore Generale della medesima, come pure perchè con ciò non si accresce Voto veruno nel Capitolo Generale, giacchè l'Oratore ha Voto in esso Capitolo come Custode della propria Provincia di Estremadura. E della Grazia &c.

Ex Audientia Sanctissimi die 22. Aprilis 1762. = Sanctissimus benigne annuit pro gratia juxta petita, quatenus Procurator Generalis ad Capitulum non accedat.

C. Card. Rezzonico.

Loco ✠ Sigilli.

(a)

= (a) Io Chronologia P. Perusini (Part.II. pag. = 76. A.).

1762. 23. Apr. *Confirmat Pontifex Bonifacii VIII., Gregorii XV., & Innocentii X. Literas circa Judices Conservatores. Declarat, Superiores Regularium temporarios nullibi, nulloque casu deligi in Judices Conservatores posse. Denunciat, in Infidelium Regionibus nullo modo expedire Privilegii usum Conservatores Judices eligendi.*

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

CUm omnium quidem Ecclesiarum, tum earum præsertim, quæ in remotissimis Regionibus sunt constitutæ, decet Apostolicam Sedem curam gerere. Fideles enim illic degentes vel Ecclesiæ Corpori recèns inserti, vel undique Paganorum ritibus, & superstitionibus circumdati, ceu novarum plantarum instar foveantur, irrigentur, diligenterque custodiantur, periculum est ne paulatim arescant, in eisque fructum, quem optat, cælestis Paterfamilias non adinveniat. Hinc Romani Pontifices Prædecessores Nostri, quorum exemplum Nos quoque secuti sumus, in easdem Regiones Sæculares, & Regulares Clericos bene multos, qui in Agro Dominico operarentur, mittendos curarunt. Sed infensissimus humani generis inimicus, qui inter frumentum zizania superseminare solet, discordiarum semina inter eorum aliquos spargere adeo consuevit, ut non raro sui muneris obliti, ac Apostolicæ legationis immemores, pro eo, quod Gentibus, ac Populis sedentibus in tenebris, & regione umbræ mortis, Fidei lucem ingerere, & ad veritatis agnitionem perducere curent, ipsi inter se levissimis de rebus maximas contentiones ineant: quod interdum eo usque protenditur, ut eodem temporis, ac loci vestigio, quo Evangelium salutis afferunt, & pacem Christianam annunciant, quam Christus discipulis suis velut unicam hæreditatem testamento reliquit, eas ipsi turbas excitant, ut qui eis adhærent pro partium studio etiam ad arma concurrant, ac manus inter se non sine bonorum omnium gemitu conferant. Id vero eo acerbius ferimus, quo eorum dissidia Catholicæ Fidei propagationi summo esse impedimento propemodum videamus, atque in messe multa veros Operarios adhuc paucos doleamus.

Dissidiorum caussa ejusmodi est, quod dum e Regularibus nonnulli in vindicandis privilegiis toti occupantur, interim opus ministerii sui in consummationem Sanctorum, & in ædificationem Corporis Christi negligentes interdum, quod ore docent, ac verbis adstruunt, factis negare, ac manu destruere videantur.

Nuper siquidem, non sine intimo cordis nostri dolore, accepimus, in Regno Tunkini in Indiis Orientalibus Regulares nonnullos, qui eodem ad Christi Religionem propagandam missi sunt, sub obtentu conservandorum privilegiorum, quæ Regularibus eisdem ab Apostolica Sede concessa fuerunt, Conservatores Judices, ut vocant, præter ordinem, & contra Apostolicarum Constitutionum spiritum ac mentem tales sibi delegisse, quos nec ipsa instituti sui ratio pateretur; quique eo temeritatis pervenerunt, ut in Apostolicos Nostros Vicarios ibidem degentes, quorum auctoritatem, ut religiosos viros decet, revereri debuissent, maximo cum Christiani nominis apud Ethnicos ipsos dedecore, graviqua cum perturbatione illarum Ecclesiarum, excommunicationis, & suspensionis, & interdicti sententiam ferre non dubitaverint.

De quibus omnibus cum a Vicario Apostolico ad Nos essent delatæ querelæ, requiem non habuit caro nostra, sed videntes tumultum in Domo Dei, in qua ne contentiones quidem Apostolus patitur, pro Summi Pastoratus Officio duximus tanto malo validioribus remediis quantocius occurrendum. Ut vero cautius in re tanti momenti procederemus, Congregationem particularem nonnullorum S. R. E. Cardinalium, qui negociis Propagandæ Fidei præpositi sunt, ad rem totam examinandam instituimus. Qui quidem examen diligenter aggressi, primo Dubium illud = An potuerit eligi in Conservatorem Superior Regularis temporarius = pro rei gravitate minime censuere statim, ac protinus definiendum; sed, reservato examine, ac decisione ejusmodi dubii, inter cetera pro re nata declararunt, inhærendo Constitutionibus Apostolicis, & Decretis aliàs editis:

1. *Quod denegata Regularibus, vel dilata facultas excipiendi Confessiones, sufficiens causa non fuerit eligendi sibi Conservatorem.*

2. *Quod proinde qui illum ea de causa elegerint Conservatorem, in excommunicationem inciderint, ad formam* Cap. fin. de off. et potest. Jud. deleg. in 6., *speciatim confirmati in* Const. Gregorii XV., *quæ incipit:* Sanctissimus.

3. *Quod electus hujusmodi Conservator sub pœna suspensionis a divinis, ipso facto incurrenda, a Conservatoris nomine, & officio omnino abstinere se debeat, nullis, ac nullius valoris declaratis omnibus huc usque ab eo actis, & deinceps forsan agendis.*

4. *Demum, quod graviter moneantur Regulares omnes, ut in posterum, remotis partium studiis, & proprii Ordinis commodis, ad animarum salutem unice invigilent, ne tandem Sedes Apostolica, tot Episcoporum querelis fatigata, privilegia olim Regularibus concessa pro incremento Missionum, quæque nunc ad earumdem perniciem tendere cernuntur, revocare cogatur. Atque ad hunc effectum, nequis esse possit ignorantiæ locus, hujusmodi Decretorum exemplar Superioribus Generalibus respective intimetur, ut eorumdem observantiam, & executionem sollicite curent.*

Quæ quidem omnia cum essent a Nobis auctoritate Apostolica confirmata, hoc tamen temporis intervallo in Regionibus adeo dissitis discordiarum, & scandalorum incendium nec restingui, nec temperari potuit, imo multo etiam magis auctum, ac dilatatum est, adeo ut graves querimoniæ ad Nos usque pervenerint, negata etiam fuisse in summo vitæ discrimine Sacramenta nonnullis eorum, qui Judicis Conservatoris judicio, & censuris non obtemperassent. Quibus ex causis haud diutius differendam dubii huc usque suspensi decisionem rata dicta Congregatio, deductis hinc inde juribus, & re mature perpensa, ac præ oculis habitis Constitutionibus Apostolicis, tum & fere communi Juris Canonici peritorum consensu, ac præsertim resolutione Congregationis Episcoporum, ac Regularium negociis præpositæ, quæ ab Archiepiscopo Turritano

no consulta: *An Regulares unius Conventus, Monasterii, vel Domus aliquem Priorem, Guardianum, vel quemvis alium, quavis Regulari dignitate fulgentem, in suum Conservatorem eligere, vel deputare possint?* die 8. Octobr. Ann. 1617. rescripsit: *Non posse*: his, aliisque similibus Decretis inhærens, die 8. Martii currentis anni tandem in hunc modum propositum dubium resolvit: *Consulendum Sanctissimo, ut dignetur declarare, Superiores Regulares temporarios nullibi, & in nulla casu posse eligi in Conservatores: in partibus autem Infidelium expedire, ut Conservatores omnino non eligantur.*

Hoc Nobis relatum, exhibitumque Decretum jam satis agnovimus quoad utramque partem Apostolicis Constitutionibus consentaneum, & congruum. Jamdudum enim Prædecessores Nostri Bonifacius VIII. in Constitutione, quæ incipit: *Statutum*; Gregorius XV. in Constitutione, quæ incipit: *Sanctissimus in Christo Pater*; & Innocentius X. in Litteris in forma Brevis, quæ incipiunt: *Aliàs a Nobis*; animadvertentes, Regulares, aliosque, quibus ab Apostolica Sede generale, sive speciale privilegium concessum est, ut possint sibi Judices Conservatores eligere, sub ejusmodi privilegii prætextu, Episcoporum, aliorumque Judicum ordinariam, sive delegatam jurisdictionem perturbare, & electos Judices Conservatores suæ potestatis limites frequenter excedere; optimo sane consilio, dum privilegia ipsa sarta tecta esse voluerunt, certum tamen modum Judicum Conservatorum electioni, certosque fines eorumdem potestati imposuerunt, pœnis etiam adversus transgressores constitutis.

Horum igitur Summorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum vestigiis inhærentes, de consilio Congregationis particularis supra memoratæ nonnullorum S. R. E. Cardinalium, qui negotiis Propagandæ Fidei præpositi sunt, videlicet Ven. Fr. Nostri Josephi S. R. E. Cardinalis Spinelli Episcopi Ostiensis, & Sacri Collegii Decani, ac dilect. Filiorum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Stoppani, Galli, Antonelli, & Columnæ de Sciarra; Motu proprio, & ex certa scientia, & matura Nostra deliberatione, Nos in primis Constitutiones easdem Bonifacii VIII., & Gregorii XV., necnon Apostolicas Litteras in forma Brevis Innocentii X., quarum tenorem hic pro inserto haberi volumus, cum singulis declarationibus in eisdem contentis innovamus, & confirmamus; ac easdem Constitutiones, & Apostolicas Litteras plenum robur, & firmitatem habere volumus, & mandamus.

Præterea, quoniam in iisdem Constitutionibus cautum est, ut ii dumtaxat in Judices Conservatores eligi possint, qui Dignitatem, aut Personatum in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia obtinent, Nos eisdem Constitutionibus inhærentes statuimus, & declaramus, non licere quibuscumque in locis Regularibus cujuscumque Ordinis, Monasterii, vel Congregationis, Mendicantibus; vel non Mendicantibus, etiam Societatis Jesu, aliisque, quantumvis expresse, & speciatim nominare eos oportest, cæterisque, quibus ab Apostolica Sede concessum est, ut Judices Conservatores sibi deligere possint, vigore cujuscumque privilegii, cui, quatenus opus sit, expresse derogamus, Præpositos, Rectores, Provinciales, Definitores, Custodes, Priores, Præfectos, Vicarios, Visitatores, aliosque quoscumque Superiores Regulares non perpetuos, sed temporarios proprii, vel alterius Ordinis in Judices Conservatores eligere, quos hac in parte, & ad hunc effectum in Dignitate Ecclesiastica constitutos non esse, eorumdemque electionem, etiamsi fiat servata in reliquis forma Constitutionis Gregorii XV., ipso jure irritam prorsus fore declaramus.

Tandem inhærentes aliàs decretis in Congregatione generali de Propaganda Fide coram S. M. Urbano VIII. habita die 3. Februarii anni 1640., & prospectis etiam periculis, & scandalis, quæ ex electione Judicum Conservatorum in partibus Infidelium, plerumque in animarum perniciem, & publicæ tranquillitatis, atque Ecclesiasticæ pacis perturbationem emergunt; juxta Decretum præfatæ Congregationis, auctoritate Apostolica denunciamus, Regulares Mendicantes, & non Mendicantes, Monachos, & Clericos Regulares, cujuscumque Congregationis, & Ordinis, etiam Societatis Jesu, aliosque quamvis expresse, & speciatim nominare eos oporteat, privilegio sibi concesso eligendi Judices Conservatores, quousque in partibus Infidelium degunt, ac sacras Missiones exercent, nullo modo expedire *ut utantur*; sed omnes, & singulos in offensionibus, & causis, quæ ipsorum Ordines, ac privilegia tangunt, ut ad Nos, & ad Apostolicam Sedem recurrant, ut ab hac Ecclesia Ecclesiarum omnium Matre, & Magistra, cui nihil antiquius est, quam cuique sua jura servare, rectum judicium, ac remedium præstolentur.

Decernentes, præsentes Nostras Litteras, & in eis contenta quæcumque, licet Superiores quorumcumque Ordinum, etiam Generales, vel Priores itidem Generales, seu Missionum, aut Missionarii ipsi, vel ab eis deputati, aut alii quicumque in præmissis, ac circa præmissa interesse habentes, vel habere prætendentes, ad hæc vocati, citati, vel auditi, sive causæ, propter quas eædem præsentes emanarint, sufficienter adductæ, justificatæ, & verificatæ non fuerint, semper, & perpetuo validas, & efficaces existere, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus inviolabiliter observari: Sicque, & non aliàs per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, quavisque auctoritate fungentes, ac etiam S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, dictæque Sedis Nuntios, ac Vicarios Apostolicos, seu Visitatores, quibusvis facultatibus munitos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Sixti V. favore Ordinum Mendicantium, & Pii V., ac Gregorii XIII. incipien. *In supereminenti* favore Clericorum Regularium Societatis Jesu extra Europam existentium, ac quibusvis aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinum, & Institutorum quorumcumque, etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis, etiam Mare Magnum, vel aliàs quomodolibet nuncupatis, eisdem Ordinibus, & Institutis, eorumque Superioribus, & Prælatis, ac Personis, etiam Missionariis in limine quoque, & actu primævæ illorum expeditionis, ac subinde, & successive, etiam per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, ac Sedem Apostolicam prædictam, & per Nos pariter quomodolibet concessis, confirmatis, & iteratis vi-

ci-

cibus approbatis, & innovatis. Quibus, & aliis omnibus, quæ præsentibus quomodolibet obstare possent, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specifica, & expressa, ac individua, necnon de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio; seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorumque tenores pro plene, & sufficienter præsentibus expressis, & totaliter insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse, amplissime, & plenissime, necnon opportunè, & valide derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Ut autem præsentes Nostræ Litteræ ad omnium notitiam deducantur, neque aliquis earum ignorantiam prætendere, aut contra eas se excusare valeat; volumus, & mandamus, earum exemplar Superioribus Generalibus Ordinum, Congregationum, & Institutorum prædictorum, seu illorum Procuratoribus Generalibus in Urbe existentibus, e quibus Missionarii quicumque extiterint, a dicta Congregatione de Propaganda Fide tradi debere. Quodque post tradictionem hujusmodi omnes, & illos, quos concernunt, & concernent in futurum perinde arctent, & afficiant, ac si eorum cuilibet personaliter intimatæ fuissent.

Volumus etiam, quod earumdem præsentium Transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo dilecti Filii moderni, & pro tempore existentis dictæ Congregationi a Secretis munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra ubique Gentium, & Locorum adhibeatur, quæ iisdem præsentibus adhiberetur, si originaliter exhibitæ forent, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ Confirmationis, Mandati, Statuti, Declarationis, Decreti, Derogationis, & Voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit *&c.*

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Secundo, Nono Kalendas Maji, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

C. Card. Pro-Datarius.
N. Card. Antonellus.

Visa de Curia J. Manassei.

Loco ✠ Plumbi

L. Eugenius.
Registrata in Secretaria Brevium.

1762. 23. Apr. *Repugnant*
Instituto nostro annui reditus, in persona quoque Apostolici Syndici.

IN Audientia SSmi, habita ab infrascrito Dño Secretario Sac. Congregationis Episc. & Regular. sub die 23. Aprilis 1762., Sanctitas Sua, attentis voto Emi Guglielmi, ac relatione Episcopi Adjacensis, & P. Procuratoris Gen. Ordinis, benignè annuit; & propterea commisit eidem Episcopo, ut, veris existentibus narratis, petitam facultatem assignandi Census (*a*) in satisfactionem Piorum Legatorum cum liberatione Oratorum ab ulteriori onere imposterum quoad hoc, excepto tamen casu evictionis, vel inexigibilitatis eorumdem Censuum, ad quem ipsi Oratores omninò, & quandocumque teneantur, pro suo arbitrio, & conscientia impertiatur: Census verò pro Eleemosynis Missarum præstandis Patribus de Observantia, nullo modo (*b*) imponantur favore (*c*) Conventus, seu Syndici Apostolici (*d*) ejusdem Convent. Romæ &c.

S. Bonaccorsi Secretar.

(*a*) Cur gravati a Testatore necesse habuerint = S. Sedi supplicare, ut sibi liceret assignare Cen- = sus, vide apud Lucium Ferraris (v. *Mis. Sacrif.* = art. 2. n. 24.).

(*b*) Clausula hæc, cum sit universalis negativa, = ideoque effrænis; modum quemcumque, ac mi- = nimam etiam reditunm partem, omnemque = dispensationem excludit. Consule Fagnanum (in = C. *Nimis prava* n. 37. de excess. Prælat.)

= (*c*) Census enim, Loca Montium, aliique red- = ditus inter bona stabilia numerantur, eorumque = nomine veniunt (apud Ferrar. cit. n. 24.). Diser- = tissimè S. M. Clemens V. in celebri sua Decre- = tali, *Exivi de Paradiso*, edita in Concilio Vien- = nensi §. *Cumque annui* (inter Clementinas de = verb. signif.), *Cumque*, ait, *annui redditus inter* = *immobilia censeantur a Iure, ac hujusmodi redditus* = *obtinere paupertati, & mendicitati repugnet, nulla* = *dubitatio est, quod prædictis Fratribus redditus quos-* = *cumque, sicut & possessiones, vel* EARUM ETIAM USUM = *cum eis non reperiatur exceptus, recipere, vel ha-* = *bere, conditione considerata ipsorum, non licet.* = Præiverat S. M. Nicolaus III. in sua pariter notis- = sima Decretali, *Exiit*, §. *Ad hæc*, & §. *Præte-* = *rea loca* (de verb. signif. in 6.).

= Quas Decretales, Regulæ S. P. N. Francisci de- = clarativas, retinuerunt constanter, & inculcarunt = nostratibus tum successores Pontifices, tum Sa- = cræ Congregationes, tum noster Ordo, qui plu- = ries ad Generalia Comitia congregatus, illas, ve- = luti amussim, & normam, se semper fuisse se- = quutum, semperque se sequi firmissimè velle, = solemniter est protestatus (vid. supr. p. 202. B. = & seq. init.).

= (*d*) Istud namque Instituto nostro repugnat. = Legendum Decretum S. Congregationis Particula- = ris Urbanæ, conditum die 14. Junii 1628. (§. = *Cum nanuas redditus*, apud P. Matthæucc. Schol. = Paupert. Tit. 3. cons. 1. §. 7. n. 55. init. & in fin., = p. 353. & seq.), Decretum S. Congregationis R. = Fabricæ Principis Apostolor. in *Æsina Legati* 26. = Nov. 1692. (apud eumd. ibid. Tit. 3. cons. 3. = n. 5. p. 365. in fin. & seq.), atque alia, quæ = = ipse profert ibidem (a n. 1. ad 15.) cum Au- = ctoribus aliis, quorum nonnullos memoravimus = alibi (p. 301. A. ad calc. & B. init.). Quin- = etiam ne simplicem quidem administrationem, = aliamve curam habere Syndici possunt redituum, = cæterorumque bonorum stabilium, quæ nos, vel = Conventus nostros Ecclesiasve respiciant. Lege = Decretum S. Congregationis Concil. in *Alterien.* = *Legatorum* (supr. ad 12. Aug. 1758. p. 300. B. ac = seq.), & quæ ibi notavimus.

1762. 22. Maji. *Responsa*
Sac. Congregationis Concilii interpretis in Eugubina Jurium Parochialium.

POst auditum Episcopum (*sic habet Folium Congregationis diei 22. Maji 1762. post præmissa nonnulla ad factum spectantia*), Causa nunc proponitur septem collecta Capitibus.

Et primò contenditur de Quarta Funerali a Conven-

ventualibus præstanda, cujus nomine statuit san. mem. Benedictus XIII. in Constitutione *Romanus Pontifex* edita anno 1725., & relata post Concilium Romanum *Appendix. 6.* (a), quod Regulares, quocumque privilegio, aut consuetudine etiam immemorabili non obstante, solvere, & cum effectu tradere Parocho tenerentur pro Funeribus in eorum Ecclesia explendis quartam partem *omnium Intorticiorum, & Candelarum, quibus Defuncti Cadaver in itinere ad Ecclesiam tumulantem associabitur; necnon omnium Intorticiorum, & Candelarum, quæ in eadem Ecclesia circa Cadaver, vel etiam in Altaribus in die Funeris accenduntur*: exceptis tantum Candelis, *quas Sacerdotes, etiam Regulares, vel piarum Sodalitatum Confratres, Funus associantes, manualiter per viam accensas deferent*: ac exceptis etiam omnibus Intorticiis, Candelis, aliisque, de quibus in hac Constitutione mentio expressa facta non fuit, ut cavetur in altera ejusdem Summi Pontificis Constitutione *Pretiosus* (b) 77. §. 44. edita anno 1727.

Verùm in Funeribus illorum, qui Sepulturam eligunt, vel Sepulchrum habent gentilitium in Ecclesia Conventualium Costacciari, datur Parocho, ut Testes asserunt, pro Infantibus Candela trium unciarum, cum aliis quindecim minimi ponderis, quarum sexaginta libram pendunt, & Conventuales recipiunt binas Candelas pariter trium unciarum, quæ accenduntur in via, & in Exequiis, aliamque similem Candelam habent singulæ Confraternitates: pro Adultis verò Candelæ distribuuntur unciarum sex, eadem tamen servata methodo. Hanc autem Candelam, quæ Parocho datur, loco Quartæ Funeralis semper præstitam fuisse affirmant Conventuales, quod etiam indicari autumant ex veteri Conventus Libro, in quo enunciatur sub anno 1443. solutio Quartæ in uno Cereo pro quolibet Funere.

Et ideo disputant, majorem partem pro Quarta tradendam non esse Parocho, tribus adductis rationibus: primo quia Ecclesia Conventualium Costacciari, in qua omnes propemodum Functiones solemniores peraguntur, etiam Parochiales, Matrix saltem impropriè censenda est, cujus favore sublata non fuit a Constitutione Benedictina exemptio a solutione Quartæ ex immemorabili consuetudine acquisita, ut favore Ecclesiæ Cathedralis rescripsit hæc Sacra Congregatio *in S. Miniatis Quartæ Funeralis 12. Maji 1729. lib. 79. Decr. pag. 97.*: rursus quia consuetudo non allegatur pro omnimoda exemptione, sed tantum circa modum solvendi Quartam, ac proinde servanda est, non obstante Constitutione Benedictina, ut quoad Parochos inter se contendentes de modo solutionis mutuo faciendæ censuit hæc Sacra Congregatio *in Fabrianen. Quartæ Funeralis 9. Februarii 1732. ad I. & II. Dubium lib. 82. Decret. pag. 68.*: ac tandem, quia vigore immemorabilis consuetudinis præsumi valet specialis conventio inita in limine fundationis, quam non fuisse abrogatam in Constitutione Benedictina definivit hæc Sacra Congregatio *in Melphicten., seu Rapollen. Quartæ Funeralis 15. Maji, & 5. Julii 1749. lib. 99. Decret. pag. 203., & 286.*

Et quatenus nollet Parochus servare immemorabilem consuetudinem, excipiunt, saltem ab eo conferendam esse suam Candelam, ut de omnibus simul unitis Quartam accipiat, ad instar Quartæ legitimæ, quæ Matri debetur, in qua imputantur omnes largitiones a Filio procedentes, ut dixit *Rota in Majoricen. Quartæ Funeralis 22. Junii 1757. §. 3. coram bon. mem. Borral.*. & censuit hæc Sacra Congregatio *in Cremonen. Quartæ Funeralis 9. Januarii 1734.*, rescribendo = *Præfigatur ab Episcopo terminus duorum mensium Parochis ad declarandum, an velint stare Taxæ, & consuetudini, vel potius, facta collatione, consequi quartam partem quorumcumque emolumentorum Funeris, lib. 84. Decr. pag. 1.*

Animadvertendum tamen est, quod hæc Sacra Congregatio, ad probandam immemorabilem consuetudinem, demandavit formale Testium examen tum in casu exemptionis prætensæ a Cathedrali ratione Matricitatis *in Faventina Præeminentiarum, & Funerum 11. Aprilis superioris anni ad VII. Dub.*, tum in casu peculiaris controversiæ Parochorum circa modum solutionis *in Fabrianen. Quartæ Funeralis 7. Aprilis 1731. lib. 81. Decr. pag. 143.*, tum demum in casu majoris quantitatis a Parocho petitæ *in Assisien. Quartæ Funeralis 14. Februarii 1761.*; quodque in Causa *Cremonen.*, in qua collationem demandavit hæc Sacra Congregatio, specialis afferebatur Taxa Funerum præscribens quotam Parochi pinguiorem Quarta, & applicationem alterius Ceræ favore Ecclesiæ tumulantis; sed in Diœcesi Eugubina diversam legem vigere contendit Parochus, disserens, Ceram, quæ ipsi ab Hæredibus præstari solet in Funeribus, sive in Parochiali, sive in aliena Ecclesia Cadavera tumulentur, ultra Quartam deberi, juxta Taxam Synodalem a Cardinali Carpineo olim Episcopo Eugubino confectam anno 1638., quam adhuc in sua Diœcesi servari testatur Episcopus.

Alterum Dubium respicit modum ducendi Funera. Et Testes a Conventualibus producti asserunt, quod pro Funeribus eorum, qui tumulandi sunt in Ecclesia Conventualium, in ea conveniunt Parochus, Clerus Sæcularis, & Confraternitates invitatæ, atque ab ea inchoatur Processio funebris, & Exequiarum Officia in eadem Ecclesia celebrantur a Parocho. Nunc morem immutandum non esse disserunt Conventuales; cum expressè caveat *Rituale Rom. de Exequ., & Exequ. ordin.*, *quod constituto tempore, quo Corpus ad Ecclesiam deferendum est, convocetur Clerus, & alii qui funeri interesse debent, & in Parochialem, vel aliam Ecclesiam, juxta loci consuetudinem, ordine conveniant*; & quod Parochus ex consuetudine possit Officia Exequiarum absolvere in Regularium Ecclesia, definivit hæc Sacra Congregatio *in Tranen. Juris funerandi 21. Novembris 1750. ad VII. Dub. lib. Decr. 100. pag. 413.*

Tertio quæritur de jure cogendi Conventuales ad associationem Cadaverum: Et ipsi arbitrantur cogi non posse; quia sicuti liberum est Hæredibus eos, quos malunt, invitare, ita liberum esse debeat invitatis accedere, vel non, ut definivit Sacra Congregatio Rituum *in Senogallien. 22. Junii 1675. ad IV. Dubium, Ponente clar. mem. Card. Casanate*, rescribendo = *Regulares non posse cogi ad exeundum a propriis Ecclesiis ad effectum associandi Cadavera in eisdem sepelienda: Sed sufficere, quod illa expectent in Janua* =, iterumque *in Civitatis Castelli Juris Funerandi 16. Aprilis 1723.*, Ponente clar. mem. Card. Paulutio Sen., ad VI. Dub. *An iidem Conventuales cogi possint ad associanda Cadavera in eorum Ecclesia tumulanda, vel potius illa expectare possint in Janua dictæ propriæ Ecclesiæ?* rescripsit = *Negative quoad primam partem, & Affirmative quoad secundam* =, & post alios tradit *Matthæucc. Offic. Cur. Eccl. cap. 20. sub num. 1. ad Dub. II.*

Agitur quartò de numero Presbyterorum, aut Regu-

gularium, qui ad Funera sint invitandi. Et Conventuales defendunt, relinquendum esse arbitrio Hæredum, ut censuit hæc Sacra Congregatio *in Novarien. Funerum, & Iurisdictionis* 15. *Martii* 1704. *ad IX. Dub.*, quod erat = *An in Associatione Cadaverum sint per Hæredem Defuncti in æquali numero convocandi tot Sacerdotes Sæculares, quot convocantur Fratres Reformati*? Et responsum fuit = *Negative* =, *ut in lib.* 54. *Decret. pag.* 93. : & rursus *in Camen. Funerum* 19. *Decembris* 1750. *ad III. Dub.*, quod erat = *An eidem Associationi debeant Invitari tot Presbyteri Sæculares, quot vocantur Regulares; vel potius, invitato tantum Parocho actuali, debeat in reliquis ipsorum Funerum Pompa ob Hæredum arbitrio pendere*? = Et rescriptum fuit = *Arbitrio Hæredum, & amplius* =, ut in *lib.* 100. *Decr. pag.* 487.

Reliqua tria Dubia respiciunt Processiones, & Ecclesiasticas functiones in Ecclesia Conventualium haberi solitas, quas independenter a præfatis Regularibus in propria Parochiali Ecclesia explere in majori Hebdomada, cæterisque Solemnitatibus contendit Parochus: de quibus cum Testes referant antiquissimam Loci consuetudinem, ideo Conventuales defendunt, servandum esse solitum; cum in præeminentialibus controversiis longæva consuetudo servanda sit, licet esset Juri Communi contraria, ut dixit *Rota in decis.* 101. *num.* 17. & 18. *part.* 10. *Recent.*, & *in Nullius Putiniane Præeminentiarum super reservatis* 7. *Decembris* 1736. §. 2. *cor. clar. mem. Card. Calcarnino*; attento potissimum Monitorio a Conventualibus expedito coram A. C. anno 1606. super manutentione inchoandi Processiones ab eorum Ecclesia, quo videtur exclusa qualitas actus facultativi.

Dignabuntur itaque EE. VV. decernere =

I. *An, & quomodo PP. Minores Conventuales Terræ Cottocciari, pro Cadaveribus in eorum Ecclesia S. Francisci sepeliendis, debeant solvere Quartam Funeralem Archipresbytero Ecclesiæ Parochialis S. Marci ejusdem Loci*?

II. *An, & quomodo iidem PP. se gerere debeant occasione, qua vocantur ad Associationem Cadaverum, sive ista tumulentur in eorum Ecclesia, sive in dicta Parochiali S. Marci*?

III. *An dd. PP., occasione tumulationis Cadaverum in eorum Ecclesia, teneantur ad illorum Associationem; seu potius illa expectare possint in Janua dictæ propriæ Ecclesiæ*?

IV. *An pro Associatione Cadaverum ad præfatam Ecclesiam Parochialem, sive ad aliam, liceat Hæredibus Defunctorum invitare tot Regulares, quot invitantur Presbyteri Seculares, etiam reluctante Parocho; sicut & in reliquis, Funerum Pompa pendere debeat ab eorumdem Hæredum arbitrio*?

= Reliqua tria Dubia omittimus, quia casum valdè peculiarem, ac partium respiciunt. Ad præmissa autem quatuor Dubia Eminentissimi PP. supradicta die 22. Maji responderunt in hunc modum:

Ad I. Teneri in quarta parte omnium Cereorum, ad formam Constitutionis, *Romanus Pontifex*, & amplius.

Ad II. Servetur solitum, juxta mentem, & amplius.

Ad III. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam, & amplius.

Ad IV. Affirmative in omnibus, arbitrio Hæredum, & amplius. (*c*)

= (*a*) Constitutionem istam referunt quoque passim Auctores, & inter eos noster Lucius Ferraris = (v. *Quarta Funer.* n. 25.).

= (*b*) Hæc una est ex Constitutionibus Benedicti XIII., quas non modo cum *omnibus privilegiis, gratiis, favoribus &c.*, sed & cum *declarationibus in iisdem contentis*, Clemens XII. reduxit ad pristinos terminos Juris præexistentis (in sua Const. *Romanus Pontifex*, apud Chronologiam P. Perus. Par. II. p. 159. B. & seqq.).

= (*c*) Ex his Responsionibus, si eæ conferantur cum aliis editis super istiusmodi Dubiis, quæ in superiori *Eugubina* istius Folio, & in hoc nostro Opere alibi referuntur, intelligetur planè, quænam sit constans ipsius S. Congregationis sententia super iisdem nimis certè frequentium controversiarum capitibus.

= 1762. 24. Maji. = Prohibiti hac die fuerunt Libri sequentes. I. *L' Esprit, ou les principes du Droit Canonique*. II. *Lettre de Charles Goujù à ses Freres*. III. *Candido, o l' Ottimismo del Signor Dottor Ralph tradotto in Italiano*.

1762. 28. Maji. *Mandata S. Congregationis Episc. & Regul. circa Confugas, qui se in clausura Cœnobiorum recipiant*.

Sagona al Vescovo = Avendo li PP. Minori Osservanti Riformati del Convento di S. Giacomo di cotesta Città rappresentato alla S. Congregazione de' Vescovi, e Regolari, che per essersi da grande tempo ritirati per debiti tre Uomini Secolari nel di loro Convento, non possono godere la loro Religiosa quiete, supplicando perciò di opportuno provvedimento; questi Eminentissimi miei Signori, inerendo ai Decreti generali (*a*) della stessa S. Congregazione, altre volte emanati su tale materia, mi anno comandato di scrivere a V. S., come eseguisco colla presente, affinchè ordini al P. Guardiano del riferito Convento di mandare via (*b*), colle dovute forme negli accennati Decreti prescritte, li sudetti Debitori, proibendo a detto Guardiano di dare ricetto in avvenire (*c*) a simile Gente, altrimenti se ne farà risentimento contro di lui. Glielo significo, e Dio &c. = Roma 28. Maggio 1762.

(*a*) *Decreta generalia* non ea solùm vocantur, = quorum generalis reapse pro Locis omnibus præscriptio est; sed & Decreta illa, quæ licèt sint condita pro peculiaribus Locis, tamen cum condita sint in uno eodemque casu, & pro eo casu unum idemque præscribant, vim consequenter habent generalium Decretorum. Hoc posteriori sensu videntur hoc loco accipienda verba, *Inerendo ai Decreti generali*; non autem sensu priori. Etenim generale nullum, ne pro Italia quidem, reperire nobis Decretum licuit S. Congregationis Episcopor. & Regularium. Nam Literæ *Ejectionis* vocatæ, quæ Rmis Nunciis, & Episcopis concedi consueverunt ex certa constituta formula; eæ concessæ fuerunt, & conceduntur per S. Congregationem Ecclesiasticæ Immunitati præpositam, erectamque ab Urbano VIII. sub initia Pontificatus sui.

= Narrat quidem Jo. Baptista Scortia, *jussu Clementis VIII. anno* 1601. *promulgatum fuisse Edictum Congregationis super Regulares de non retinendis in Locis Ecclesiasticis, in Italia tamen, bannitis*. = &

= *& decoctoribus; idque Regularibus quidem sub pœna privationis Officiorum, ceteris vero Ecclesiasticis sub pœna Suspensionis* (in Opere inscripto, *Epitome, ac Theoremata in selectas Summor. Pontificum Constitutiones*, Theorem. 357. sub fin. p. 522. Edit. Lugdun. 1625.).

= Atqui (præterquam quod egisset Edictum illud de solis *bannitis, & decoctoribus*) narratio hæc non omnis dubitationis est expers. Peyrinus certè (de Offic. Prælat. Regul. To. 2. qu. 4. in Const. 4. Clement. VIII. n. 7.), post relatam hanc ipsam Scortiæ narrationem, additumque ex Auctoribus aliis, quod Edictum illud prodierit die 17. Aprilis, sic subjicit: *Sed ego Decretum non vidi. Solùm vidi quosdam Literas scriptas a Cardin. de Florentia Vicario Archiepiscopatus Genuensis*; quas ipse ibidem describit. Nos verò, qui consuluimus Regestum ipsum S. Congregationis Episc. & Regul. Anni 1601., invenimus quidem sub ea die 17. Aprilis Epistolam ad Vicarium Gen. Archiepiscopatus Genuensis perscriptam, quam Peyrinus commemorat; minimè vero generale illud pro Italia Edictum, de quo Scorsia, aliique meminerunt. Fortè putarunt Auctores isti, aut falsò ex aliis audiverunt, Epistolam illam, quæ ad Genuensem Vicarium Generalem data fuit, fuisse eodem exemplo a Sac. Congregatione ad alios etiam Locorum per Italiam Ordinarios missam; atque hinc de Edicto illo generali rumor increbuit.

= Utcumque sit; variæ dubio procul a laudata S. Congñe nonnullorum Pontificum jussu datæ fuerunt hac de re Literæ, non modò videlicet ad Genuensem Vicarium ante dictum, sed & ad Vicarium Generalem Archiepiscopatus Bononiensis, ad Nuncios Neapolitani Regni, & alios quosdam: quarum summa eadem est, quæque idcireò, cum constantem S. Sedis mentem in hoc negocio præse ferant, vim habent, ut supra diximus, generalium Decretorum.

= Eæ legi possunt apud Marium Italiam (de Immun. Lib. I. c. 5. n. 16., & §. 8. n. 1. & seq), Joannem M. Novarium (Lucerna Regular. v. *Receptatio* n.4.), Marcum Ant. Peregrinum (de Immun. C.11.n.14.), Laurentium da Peyrinis (loc.cit.n.5.), Prosperum Farinacium (de Immun.n.348.& seq.), Angelum a Lantusca (Theatr.Regul.v.*Bannitus* n.1.), Lucium Ferraris (eod.v.*Bannitus* n.22.).

= Doctores plures, veras, germanasque hujusmodi Epistolas agnoscentes, existimant, coarctatam per illas fuisse immunitatem Ecclesiæ, derogatumque celebri Constitutioni Gregorii XIV. (*Cum alias* 1591. IX. Kal. Jun., in Bullar. Rom. Edit. Mainard. To. V. Par. I. p. 271., & apud Ferrar. v. *Immunitas* art. 2. n. 89.): etsi porrò inter se circa amplitudinem derogationis hujus iidem dissideant. Adi Marium Italiam (d. §. 8. n. 1. & seq.), Farinacium, & Peregrinum (locis cit.), Peyrinum (loc. cit. n. 7.), Dianam (Oper. coordin. To. 9. tract. 1. resol. 62.), & Pignatellum (To. 6. cons. 4. n. 71.).

= At eruditissimè doctus Vir, qui in Bibliothecam P. Lucii Ferraris Scholia legalia edidit, *Sub fide*, inquit, *Auctoris, hæc ipsa Epistola* (quam nempe P. Lucius refert in cit. v. *Bannitus* n.22.) *impressa est in ceteris . . . Editionibus in eadem articulo* BANNITUS, *non excepta nostra prima, tum hac secunda Editione. Sed tandem aliquando animadversum fuit, hanc Epistolam immane quantum lædere localem immunitatem, atque ideò inquiri cœpit, an ea vera esset, necne? Et supposititia fuit deprehensa. In Regestis enim dictæ Sac. Congregationis non ipsa, sed hæc alia Epistola fuit reperta, quam ad corrigendum errorem, in quem nos traxit Auctor, e re duximus hic imprimere*. Sic ille in *Novissim. Addit.* ad verb. *Immunitas* art. 4. Quæ animadversio legitur quoque in postrema Bibliothecæ illius Editione, quæ dudum Romæ prodiit, excudente Michaele Angelo Barbiellini.

= Sed eruditus Scholiastes dubio procul fallitur. Etenim quod ad veritatem attinet illius Epistolæ (nam de læsione immunitatis dicam in Annotatione *c*); ea sanè Epistola, ad Rmum Nuncium Regni Neapolitani conscripta 13. August. 1613., de qua meminit etiam Farinacius (loc. cit. n. 351. & seq.), quamque exhibent quoque Joannes M. Novarius, & Angelus a Lantusca (locis cit.), lecta a me est in ejusdem S. Congñis Episc. & Regular. Regesto Anni 1613., folio quidem non 55. quod citari solet, sed 86. Neque ea solùm Epistola, sed & similes aliæ duæ, quas supra innui (utraque jussu Clementis VIII. Anno 1601. Mense Aprili data), lectæ a me sunt in ipsius S. Congregationis Regesto Anni 1601.: altera 11. Aprilis Nuncio itidem Neapolitano transmissa (quæ legitur quoque apud Farinacium loc.cit.n. 348., primis tamen verbis mutila, adscriptoque mendosè Anno 1601.); altera 17. Aprilis Genuam ad Vicarium Generalem perscripta. Priorem nempe illam offendimus in ejus Regesti folio 54. a tergo ad calcem, & seq.; hanc autem in eod. seq. folio 55.

= (*b*) Nempe ut missos faciat Debitores illos vel ex Cœnobio ipso, vel ex reliqua insuper, si opus foret, illius religiosi Loci immunitate, servatis *formis præscriptis*. Forma verò, quæ in priori casu servari debet ea est, ut Superior localis Confugam dimittat e Claustro, quin tamen impediat, ne ille consistat in exteriori Atrio, seu Platea Ecclesiæ, vel Conventus, & in ejusdem Gradibus; utque homini præstet ea charitatis officia, quæ ad præscriptum SS. Canonum passim Doctores explicant.

= Maximè verò illud cavendum, quod pluries a S. Congregatione Episc. & Reg. circa Confugas expellendos a tota (ut videtur) Cœnobiorum immunitate, in quam se receperant, Locorum Ordinariis inculcatum fuit; servarique pariter procul dubio debet a Regularibus circa Confugas dimittendos, vel jam dimissos e suorum Conventuum Claustris in exteriorem eorumdem Conventuum immunitatem. Scilicet in Regesto ipsius S. Congregationis alibi memorato (sub d. 28. Febr. 1761. Not. *c* §. *Quandoquidem*) sic Ordinariis respectivis præscribitur (Part. II. v. *Immunità* num. 14.): *Di cacciar via i delinquenti da Conventi in modo che non si facesso esponer a pericolo certo della vita, o di esser presi*: 1601. *Trani* 20. *Mar.*; *Genova* 6. *Giug.*

= In casu autem altero, si nempe talis sit Confuga, ut oporteat illum ex tota etiam exteriori respectivi Conventus, & Ecclesiæ immunitate depellere; instare Superior debet hac super re apud Ordinarium Loci, ut ipse, ubi necessariis ad id facultatibus fuerit instructus per *Ejectionis Literas* supra laudatas, ad ejectionem procedat iis modis, & formis, quæ olim per Sacram ipsam Congregationem Episc. & Regul., postea verò per S. Congregationem Immunitatis in iis Ejectionis Literis, præscribebantur, & præscribuntur. Qua etiam

ut

= ut putamus, de causa, hujus nimirum posterioris casus ratione, Mandata ista Guardiano denunçianda, non Prælato Generali Ordinis, sed Sagonensi Episcopo commissa sunt.

= (c) Non prohibetur Guardianus ab Emis Patribus universim, & absolutè (vi quidem *generalium Decretorum* illorum, quibus ipsi *inhærere* se dicunt) Confugas in Conventum recipere; sed recipere prohibetur *similes homines*, ejus videlicet qualitatis, cujus erant illi, qui sub Epistolæ initium memorantur (vid. supr. sub d. 6. Decembr. 1756. ad Const. *In specula* Not. *g* §. *Vox*). Prohibetur igitur recipere homines vel malis moribus, vel sibi ignotis, qui abuti solent, ideoque præsumuntur abusuri claustrali Confugio sua vivendi ratione, aut, plusquam par est, illic manendo, adeo ut Conventus proinde *Receptaculum* evadat. Siquidem *Receptaculum dicitur locus, in quem se improbi homines recipiunt*: quemadmodum ex Spiegellio, & Prato inquit Joannes Calvinus (Lexic. Juridic. v. *Receptator*).

= Atque hæc nimirum mens est illorum generalium Decretorum, ad quorum duntaxat præscriptum, & normam hæc Epistola data est. Vetant namque illa receptionem ejusmodi, qua foveantur delinquentes, & delicta contra justitiam, & bonum seu publicum, seu ipsorum religiosorum locorum; quæve sit ex alio capite cum abusione Confugii, ideoque contra mentem Sac. Canonum, & Apostolicæ Sedis. Siquidem in priscis illis Epistolis, de quibus supra facta mentio est (Not. *a* §. ult.), hæc præmittitur Epistolarum earumdem ratio; quod scilicet, *benchè Nostro Signore voglia, che sia osservata l' immunità Ecclesiastica, & che la Costitutione di Gregorio XIV. felic. memor. sia esseguita, come stà; non li piace però, che le Chiese, nè gl'altri luoghi sacri servano di asilo, nè di ricettaculo a tristi*.

= In hunc sensum propterea in iisdem Epistolis prohibendum, atque indicendum mandatur Superioribus localibus Regularium, nomine Sanctitatis Suæ, *che per l'avvenire non diano ricetto a sorte alcuna di condannati, nè banditi, ladri, o altre genti di mal affare, nè a falliti, e debitori, sotto pena della privatione dell' afficio, se si haverà notizia del ricetto, ancorchè non siano trovati questi tali ne i Monasteri* (occultati videlicet, vel extra Claustrum amandati ab Regularibus ipsis ad has declinandas pœnas), *& sotto altre pene anco maggiori ad arbitrio della Santità Sua*. Quandoquidem ratio in prooemio posita dispositionem totam regit, & moderatur, illamque coarctat, & limitat ad terminos rationis ipsius (Bald. Consil. 159. n. 4. vers. *Nisi dicamus*, Libr. 2.; Lapus Allegat. 101. n. 24.; aliique passim DD.).

= Clariùs autem in alia Epistola jussu Clementis VIII. ad Vicarium Generalem Archiepiscopi Bononiensis missa 7. Maji 1595., quam Farinacius refert (de Immun. n. 348.), sic habetur: *Se bene la Santità di Nostro Signore vuole, che l'immunità Ecclesiastica sia conservata illesa in tutti i luoghi, massime del suo Stato Ecclesiastico; Nondimeno ha molto per male, che li delinquenti, e i debitori fugitivi siano mantenuti da' Superiori, & oltre persone Ecclesiastiche nelle Chiese, Monasterii, Conventi, Case, e luoghi loro, in pregiuditio della giustitia, e contro la mente de' sacri Canoni, e della Chiesa Santa*.

= Subditur e vestigio, quod *havendo pertiò inteso Sua Beatitudine, che in cotesta* (Bononiensi Urbe), *& altre Città, si trovano trattenuti nelle Chiese, Monasterii, Case, & luoghi Ecclesiastici, persone facinorose, e debitori fugitivi, senza rispetto alcuno della Corte, e con danno del publico*; mandat Vicario Generali, ut, accitis Superioribus omnibus utriusque Cleri, iisdem præcipiat, *che debbano dentro a quello breve termine, che alla prudenza di lei parerà di prescriverli, haver licentiato, e mandato fuori delle Chiese, Monasterii, Conventi, Case, e luoghi loro, qualsivoglia persona ritiratavisi per paura, e sospetto della Corte; ordinando a ciascuno, che per l' avvenire debba guardarsi di non mantenere, ò trattenere simil genti in qual si voglia modo, perchè la Santità Sua è risoluta di non volerlo comportare, e di fare dimostratione contra transgressori con ogni severità*.

= Ubinam, quæso, in his Epistolis illa immunitatis læsio, illa Canonum, & Apostolicarum Constitutionum derogatio est, quam Auctores, quos supra innui, ac præsertim Lucii Ferraris Scholiastes, visi sibi sunt in iisdem videre? Rectissimè Joannes Baptista Cardinalis de Luca, Auditor Venerab. Innocentii XI., Venusii Patriæ suæ, totiusque Neapolitani Regni præclarissimum ornamentum, Vir in his rebus & doctrina, & experientia facilè princeps, vel certè nulli secundus, in Causa Urbevetana disceptata in S. Congregatione Immunitatis (Oper. Tom. XIV. Miscellan. disc. 12.), postquam ait n. 16., *Et tamen eadem Sac. Congregatio solet strictè inhibere Regularibus, ne hujusmodi facinorosos homines in eorum Conventibus, vel Domibus recipiant, ibique diu morari permittant, neque eis præbeant commoditates, cum ista sit confovere non solum in delictis jam patratis, sed etiam in causa delinquendi in futurum*; sic subjicit num. 18.: *Zelanter quidem, ac nervose immunitas tuenda est* IN IIS CASIBUS, *in quibus competat*, ET QUANDO CONGRUAT RATIO, CUI *antiquorum Canonum, & Apostolicarum Constitutionum* DISPOSITIO INNIXA EST; *non autem cum indiscreta irrationabili Zelo illam convertere in abusum de directo contra eorumdem Canonum, & Constitutionum sensum, ac rationem. Atque revera S. Congregatio hunc habet sensum, nimirumque discretè se gerit* &c.

= Huc etiam spectat alia Epistola S. Congregationis Episc. & Regular., Anno 1603. 27. Octobris data ad Rmum Episcopum Bertinorii in Romandiola, quam ex Regesto illius Anni acceptam subjicimus =

„ Bertinoro al Vescovo = La Sacra Congregazione, conforme anco alla Mente di Nostro Signore, vuole, che ella faccia intimare a tutti i Superiori de' Regolari di codesta Città, e Diocesi, che non diano ricetto nelle loro Chiese, e Conventi a sorte alcuna di Banditi, o contumaci della Corte, e se ve ne hanno di presente, li debbano subito licentiare, e mandarli via con effetto, sotto pena alli Superiori, o altri Regolari, che ci avessero mano, della privazione degl' Uffiej, e della voce attiva, e passiva in perpetuo, & altre pene ad arbitrio di quest' Illmi miei Signori; e non osservando quest' ordine, V. S. sarà contenta di pigliarne informazione, a di darne avviso, senza però metter le mani più oltre senza particolar nuovo ordine delle Signorie loro Illme.

= Eòdem pariter pertinent alia ejusdem S. Congregationis Decreta, quæ occurrunt in Regesto supra citato (Not. *b* §. *Mansmè*): ex quibus sa-

= tis fuerit hoc unum referre, editum die 8. Februar. 1605. in hæc verba (ib. Part.II. v. *Banditi*):

„ Sacra Congregatio *&c.* censuit, decrevit, ac mandavit, quod Guardianus, Vicarius, vel quivis alius Superior Conventus Fratrum Minor. Conventualium S. Francisci Castri Bononiensis, Dioecesis Imolensis, non possit, aut debeat Bannitos, criminosos, & delinquentes seu delatores in Conventu recipere, aut retinere, seu pati, quod recipiantur, aut retineantur, sub pœna privationis Officii, & inhabilitatis ad idem, & alia quæcumque Officia, vel Gradus suæ Religionis eo ipso incurrenda; & quod eamdem pœnam inhabilitatis subeat quilibet Fratrum, qui aliquem ex prædictis, etiam annuente Guardiano, seu Vicario, in aliqua Cella Conventus exceperit: 1605. Conventuali 8. Febr.

= In quo Decreto pro voce, *delatores*, ibi posita, ut putamus, ex Amanuensis errato, legendum videtur, *debitores*, ut aliàs habetur in ejusdem S. Congregationis Epistolis.

= Ceterum ubi agitur de Confugientibus, in quibus locum non habeat præsumptio illa, de qua supra diximus (sub init. Notæ huj.), minimè prohibet Ecclesia, quominus Regulares, si velint, & possint ut infra, eos in sua Claustra recipiant. Hinc in Epistola Sac. Congregationis Episcopor. & Regular. sæpe laudatæ, quæ Anno 1612. 28. Augusti ad Archiepiscopum Mediolanensem transmissa est, in hunc modum legitur (ex Regest. cit. in Annot. *b* §. *Maximè*, in eod. v. *Immunità* n. 10.) =

„ D' ordine espresso di Nostro Signore comandi a tutti li Superiori delle Religioni, & anco de' Conventi, dove sarà bisogno, che sotto qualsivoglia pretesto non tollerino che s'alloggi, massime la notte, nelli loro Monasterj persona alcuna malvivente, o sospetta di delitto, o di nemicizia, o d'altra pratica, o conversazione, a CHE NON SIA BEN CONOSCIUTA DA' SUPERIORI DI DETTI CONVENTI PER PERSONA QUIETA, E FUORA D' OGNI SOSPETTO.... sotto pena, trovandosi, che vi siano alloggiate simil sorte di persone..., d' esser loro privati di voce attiva, e passiva, e di maggiori ad arbitrio della Santità Sua. Con ordine che, in caso di contravenzione, ne pigli informazione, e la trasmetta.

= Excipiuntur hic planè cogniti, perspectique Superioribus *quieti* homines, *omnique vacui suspicione*, videlicet improbitatis: ut puta siquis plenè cognitæ Superioribus probitatis ex gravi egestate æs alienum contraxerit; aut aliud agens, quempiam fortuitò vulneraverit, *&c.* Cum enim supra dicta Lex prohibens, ne intra Cœnobia receptus Confugia tribuatur, fundetur *in præsumptione facti*, abusus nempe claustralis Confugii, ut animadvertimus supra; cessante propterea veritate ipsius *facti*, cessat Prohibitio ipsa (supr. sub d. 3. Octobr. 1760. in Not. §. *Siquidem Decretum*); ideoque Regularibus, si velint, fas est Confugientes illos intra Claustra admittere, vi scilicet Decretorum generalium; nisi id eis peculiari aliqua Lege, vel Præcepto interdictum sit, ut dicam paullò post.

= Quin Sacra eadem Congregatio ex aliis etiam Confugis, recipi vetitis intra Septa, nonnullos aliquando (ob circumstantias profecto Loci, vel Personarum) tolerari concessit, quousque videlicet illo non abuterentur Confugio. Etenim in eodem illo Regesto (in cit. v. *Immunità* n. 12.), posteaquam notatur, *Si riprendono aspramente i Regolari, che presumono ritener, massime lungo tempo, ne' loro Monasteri i Rei de' delitti eccettuati nella Bolla di Gregorio XIV.; 1604. Chieti 27. Lugl.* · *O i Debitori frandolenti*; 1601. *Bari* 2. *Apri.*: sic statim adjicitur: *Ma i Debitori non fraudolenti si ponono andar tolerando*; 1601. *Genova* 15. *Magg.*

= Secundùm hæc accipienda sunt verba, quæ habentur in §. *Injungit ulteriùs* Literarum Ejectionis Formulæ recentioris: quæ Formula, ut ex Regestis S. Congregationis Immunitatis intelligo (*Lib.IV. Decretor. Ann.*1719. — 1721. *R. P. D. Scipione de Riciis Secretario*, fol. 104. a terg.), ab eadem S. Congregatione, Ecclesiasticæ Immunitati præposita, condita, & approbata fuit, confirmante Sanctissimo; Anno 1719.

= *Injungit ulteriùs* (sic ibi legitur) *eadem Sanctitas Sua, ut Eminentia Vestra præcipiat Superioribus Ecclesiarum, Conventuum, & Monasteriorum ejusdem Civitatis, & Diœcesis, tam Sæcularibus, quàm Regularibus cujusvis Ordinis, Religionis, & Instituti, ut in futurum, quoties Confugiti in eorum Ecclesiis, Conventibus, ac Monasteriis abutantur, ut supra, Confugio Ecclesiastico, debeant statim id significare Tribunali Ecclesiastico Emæ Vestræ, ad quod respectivè pertinebit, ut E.V. valeat procedere ad eorumdem Ejectionem modo, & forma supra indicatis: & ad hoc, ut Ejectio ab E. V. demandata debitum sortiatur effectum, debebit tali casu eadem E. V. præcipere eisdem Superioribus, ne permittant Confugitis sic ejectis novum Confugium in eorum Claustris, & Conventibus, seu Monasteriis, sub pœna Suspensionis ab exercitio Ordinum, quos habent, & privationis Officiorum, ac Dignitatum, ac inhabilitatis ad obtinendum eadem Officia, & Dignitates, incurren. ipso facto; &, quatenus supra recensiti Superiores tam Sæculares, quàm Regulares contravenerint, poterit E. V. declarare eosdem incursos in præcitatas pœnas* &c. Hæc, ut ab omnibus intelligerentur, exscripsimus ex Litteris latino sermone ad Emum Archiepiscopum Electorem Coloniensem datis An. 1761. 21. Novembris: quæ eodem exemplo ad Ordinarios alios, ad Italos quidem italico idiomate, ad ceteros latino, ut supra, conscriptæ, mitti consueverunt, mutato tantùm, *Eminentiæ* titulo.

= Videri potest in relatis ejus Formulæ verbis (quod tamen inficiatur nonemo, vi præsertim contextus ejusdem Formulæ), Confugarum, qui Immunitate gaudent, commorationem intra Claustra, veluti licitam, indiscriminatim supponi; nec prohiberi, nisi postquam illi, Confugio abusi, inde fuerint ab Ordinario in vim, & ad normam hujusmodi Literarum ejecti. Verùm si ita est; hoc tamen certè nonnisi de Confugis, uti supra permissis, vel fortè toleratis, intelligendum est, ut Formula illa cum Decreto isto, quod commentamur, in *Saponen.*, cumque aliis Decretis, & Literis supra commemoratis concilietur. Jura enim Juribus sunt concordanda, quoad fieri potest, eorumdemque vitanda correctio est ex notissimo utriusque Juris principio.

= Quamvis porrò Sancta Apostolica Sedes (ut hoc tandem animadvertamus) patiatur Confugientes nonnullos, sicut ante diximus, in Septa Conventuum recipi; nunquam tamen illos, multoque minùs alios in Claustra eadem ab Regularibus esse recipiendos jussit. Hujus namque

= Præ-

Præcepti nullum nullibi vestigium est: quin contrà districtæ prohibitionis, quod attinet ad Confugas ultra illos permissos, plurima extant S.Sedis Mandata, ut in superioribus vidimus. Itaque Regularibus licet, Confugas omnes ad exteriorem sui Conventus, & Ecclesiæ Immunitatem rejicere: licetque Regularium Ordinum Superioribus in Comitiis, vel extra, præcipere hoc ipsum Religiosis subditis, sancita etiam in contra facientes pœna.

Sic in Constitutionibus Anni 1628. nostrorum PP. Reformatorum hæc Sanctio habetur (Cap. 3. §. *E quando*): *E quando si ricevesse alcun bandito dalla Corte, siano li Superiori privi de' loro uffizj, e, se sono Sudditi, siano privi per tre anni di voce attiva, e passiva*.

Atque in eorumdem Patrum Constitutionibus Anni 1642. (Cap. 3. n. 22.): *Chi ricevera Banditi, o Contumaci della Corte in Convento, li Superiori siano privi de' loro offizj, e li Sudditi di voto per tre anni, o castigati d'altre pene, quando la privazione non li convenisse*. In ambobus autem Statutis istis citantur in margine Statuta Reformationis antiquiora.

Statutum verò Generale Ordinis, aut Familiæ equidem hac super re nullum invenio. Itaque certò designare non possumus, quònam præcisè respexerint Literæ encycliæ Rmi P. Ministri Gen. Clementis Panhormitani, ubi statuunt (sups. ad d. 20. Jun. 1757. §. *Supprest*): *Eodemque jure partem illam Statutarlam volumus observari, qua Protribus præcipitur, ne intra Claustra inquisitis, & bannitis refugium concedatur; quemadmodum etiam nec illis, qui Principum pedagia, & gabellas fraudare consueverunt*.

Veri simillimum tamen putamus, respexisse ad Literas Ven. Innocentii XI., confirmantes Decretum a S. Congregatione Episc. & Reg. editum An. 1679. de *Secularibus quibuscumque non permittendis* intra *septa* nostrorum *Conventuum convivere, ac pernoctare ultra triduum tantùm piæ hospitalitatis titulo, sub pœna privationis Officiorum Ordinis immediatè incurrenda* (in Chronolog. P. Perus. Par. I. p. 254. A., & 213. B.). Cum enim hæ Literæ in Statutis Capituli Gen. Romani 1688. (n. 8. sub Tit. *Pro Famil. Ultram.*) districtè præcipiantur servandæ in Ultramontana Familia, ideoque etiam in Cismontana; eapropter *pars Statutaria* meritò nuncupantur. Fuit verò id expressè præceptum sub Titulo tantùm *Pro Familia Ultramontana*, propterea quòd orta jam antea fuerat in Familia illa opinionum dissensio, num Decretum, per eas Innocentii XI. Literas confirmatum, illam quoque Familiam obligaret (vid. in fin. Supplementa nostra, sub d. 25. Jan. 1686. p. XVI.).

Arbitramur autem, permissionem illam receptionis ad triduum, quæ habetur in eodem Decreto, ita P. Ministrum Generalem intellexisse, ut eam ad Seculares perfugas minimè pertinere censuerit: nominavisse autem eumdem solos *inquisitos, bannitos, & pedagiorum, gabellarumque frandatores*, non taxativè, ut Jurisperiti loquuntur, sed exemplariter; non excludendo nempe Confugientes ceteros, sed exprimendo nominatim prædictos, quorum perniciosior admissio est.

Ac jure quidem optimo judicavit Rmus Pater, permissionem illam non esse de Confugis intelligendam. Id namque postulabat, & postulat ratio, seu finalis caussa, propter quam Innocentianum Breve, Decretumque insertum sunt promulgata, *consulendi* nimirum *Religiosæ quieti, & tranquillitati Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia*. Cum enim isti ex incerta mendicatione tum ipsi vivant, tum quæ Templo Dei necessaria sunt, provideant, corrogatis ad utrosque usus ex pietate Fidelium eleemosynis; necesse propterea habent Secularium sibi potiùs benevolentiam conciliare, diligentissimeque cavere, ne illorum animi abalienentur.

Contrà verò, qualescumque sint Confugæ, certè Creditores, seu alii, qui ab illis vel in ære, vel in persona se læsos dolent, eorumdemque consanguinei, affines, amici graviter ferunt, eos fuisse a Fratribus intra suas Ædes receptos; ideoque tum privatis, publicisque sermonibus, ac dicteriis, tum factis, quibuscumque possunt, Fratribus ipsis, eorumque mendicitati incommodare, ac detrimenta inferre satagunt, suumque ulcisci dolorem. Prætereo caussas alias, propter quas, commorantibus illis intra Septa Cœnobiorum, præcipuè si non ita bonis moribus sunt, Religiosa quies, ac tranquillitas interturbatur. Omitto timores furtorum, quæ paupertati nostræ pergravia sunt, aliorumque inconvenientium, quæ si eveniant, & Reus fugam arripiat, inutile redditur Canonicum remedium dimissionis.

Denique illa *tridui* exceptio fit *piæ hospitalitatis titulo*. Pia verò hospitalitas illa non est, quæ Dei Templo, quæ mendicorum Fratrum sustentationi, quæ Religiosæ illorum quieti, tranquillitatique detrimenta importat.

In eumdem sensum Breve, Decretumque prædictum interpretatus Rmus P. Joseph Maria Fonseca Eborensis, in suis item Pastoralibus Literis, quas Commissarius Generalis hujus Cisalpinæ Familiæ renunciatus in celebribus Comitiis illis, quæ Anno 1732., præsidente in iis S. M. Clemente XII. Pontifice Maximo, in Aula Consistoriali Palatii Quirinalis habita sunt, ad Cismontanam eamdem Familiam dedit; inter alia, quæ in iis præscripsit, ad hunc modum statuit (in §. 1. vers. *Insuper*, in Chronolog. P. Perus. Part. II. p. 278. A. in fin. & B.): *Insuper, ne claustralis quies, ac solitudo, Sæcularium frequentia turbetur, quàm rarissimè Sæculares homines communi mensæ accumbere, rariùs autem in Conventibus noctes transigere permittant; perfugis verò* NONNISI IN EXTERIORIBUS *Ecclesiarum, vel Domorum* ATRIIS *receptum tribuant: utque sit in quolibet Conventu Janitor, ut sedula, & nunquam intermisso valvarum custodia religiosæ tranquillitati, & silentio plenius provideatur*.

Scimus P. Augustinum Matthæucci in suo *Officiali Curiæ Ecclesiasticæ* sic admonere (Cap. 24. n. 27.): *Fratres Minores de Observantia non extendant Decretum Sac. Congregationis Episcopor. relatum Cap. 16. n. 21.* (illud nempe ipsum a Ven. Innocentio XI. confirmatum) *ad Confugientes ad Conventus ad effectum gaudendi immunitate. Nam de istis dictum Decretum non intelligitur. Considerent, quinam per Gregorianam* (aliasque recentes Constitutiones Apostolicas, vel Concordata, quæ ab hac S. Sede cum nonnullis Serenissimis Regibus sancita sunt) *censeantur exclusi ab immunitatis beneficio; & qua ratione sit procedendum, ut ipso priventur. Si confugientes in Conventibus abutantur privilegio confugii, & protectione asyli, vel quia pa-*

cem

cem religiosam perturbant, aut impediunt Divina Officia, vel contra justitiam viatores aggrediuntur; recurrant ad Sac. Congregationem Immunitatis exponendo casum, & expectando provisionem. Excludere eos propria authoritate non possunt; & quatenus excludant, incurrunt Censuram reservatam, juxta dicta, & ex Extravaganti, SIXI DOMINICI, *Sixti IV. de pœnit. & remiss. Inter commun.* Hoc idem pressiùs inculcat alibi (ibid. Cap. 16. n. 22.).

At nisi doctus, idemque religiosissimus Auctor loquatur de tali e Claustro exclusione, ut simul excludatur Confuga ex tota Cœnobii ejusdem immunitate; profecto ipsius opinio sustineri non potest, quippe filia *indiscreti* illius *irrationabilis Zeli*, quem supra Eminentissimus de Luca carpebat. Nam quæ sit mens laudati Decreti, ideoque & Brevis Innocentiani; jam satis a nobis, nisi fallimur, paullò ante monstratum est.

Constitutiones autem Sixti IV., & Gregorii XIV., uti etiam illæ, quæ a Benedicto XIII., a Clemente XII., a Benedicto XIV. editæ sunt; cæ hoc unum (ad rem præsentem quod pertinet) statuunt, cavent, urgent, ut Confugientes, quousque Ecclesiastica auctoritate aliter declaratum, dispositumque fuerit, debeant ejus Loci immunitate, ad quam refugerunt, tutò gaudere, atque in ea ab Ecclesiasticis conservari, & manuteneri.

Illud verò Constitutiões ipsæ minimè statuunt, ut iidem debeant conservari in loco Loci, hoc est, in eo præciso universi respectivi Ambitus, seu Districtus immunis loco, quem sibi ipsi delegerint, ut puta intra Septa ipsa Cœnobii. Quod si ita esset; possent pariter illi eligere sibi Sacrarium, seu Sacristiam, Chorum, Cœnaculum, Culinam, Dormitorium, vinariam Cellam, aut penariam, aut etiam Cubiculum, quod sibi magis placeret, quin possent exinde a Cœnobitis repelli.

Quæ si absona sunt, absonum quoque est Perfugarum jus illud in interiorem Claustri immunitatem. Immò ne cogerentur Ecclesiastici illos admittere intra Ecclesiam, sive contiguas Ædes, de quibus Riccius (Synops. Decr. S. C. Immunit. v. *Domus quoad Immunit.*); hae, inquam, de caussa localis immunitas ab Ecclesia intra solos Templorum, & contiguarum Ædium parietes circumscripta minimè est.

Adde huc sententiam Ordinis relata Statuta Reformationis probantis. Qui omni dubio procul ea non approbasset, aut certè in tot Comitiis hucusque habitis illa e Corpore Statutorum eorumdem tandem aliquando expungenda jussisset, si quicquam in iis contineri judicavisset, quod gravissimo Immunitatis negotio adversaretur (nam quod ad postrema Reformationis ejusdem Statuta Anni 1642., accesserit præterea Confirmatio Apostolica Urbani VIII. in forma specifica; id quidem omninò mutare, videntur planè suadere rationes plures, quas alibi forsitan exponemus).

Adde sententiam Generalium Prælatorum, quos supra produximus, Virorum in Ecclesiasticis rebus & doctrina, & experientia, usuque præstantium. Quorum alter, Clemens nempe Panhormitanus, dum ad regimen totius Ordinis assumeretur, Examinator Synodalis erat Archidiœcesis Panhormitanæ, & Diœcesis Mazariensis, necnon S. Inquisitionis Siculæ Qualificator, & Consultor. Eborensis autem non modò fuerat jam olim utriusque Juris lauream adeptus, & in Academiis Eborensi, Conimbricensi, ac Romana versatus; verùm etiam cùm hujus Familiæ Moderator creatus est, tum *invictissimi* Lusitani Regis negotiia apud S. Sedem tractandis erat præpositus; tum ad Familiæ expedienda negotia Commissarii in Romana Curia Munere fungebatur, functus antea Procuratoris Generalis Officio. Eratque tunc insuper Sacrar. Congñum Indicis, & Rituum, ac S. Supremæ Inquisitionis Consultor, Episcoporum Examinator, Votans Consistorialis, ac Sac. Cæsareæ, & Catholicæ Majestatis Ecclesiasticus Consiliarius.

Adde consonam sententiam doctorum plurium Virorum, quos hic nos, ut timiditati nostræ in hoc momentoso negocio satisfaceremus, satis non habentes ea omnia, quæ hucusque latè protulimus, & Consuetudinem etiam, de qua mox dicam, diligenter consulendos censuimus: inter quos unus Rector ad Annos plurimos unius ex Romanis Parœciis; duo autem antiqui, expertissimique Ministri Sacrorum eorumdem Tribunalium, quæ supra laudavimus.

Adde insuper Consuetudinem, quæ, ubi Lex non resistit, sed de ipsius interpretatione quæritur, optima est ejusdem Legis interpres. Videmus in hac etiam Alma Urbe Confugas in Templorum, & Cœnobiorum circumjacentibus locis immunibus, Plateis, Atriis, Gradibus commorari, ibique noctu dormire, a cœli inclementia se tuentes storeis, tabulis, aliisve tegumentis.

Illud tamen sedulò, soliciteque animadvertendum, semperque præ oculis habendum est, quod videlicet Statuta, aliæque pro nostratibus præscriptiones supra descriptæ, cæteraque pariter, quæ hucusque diximus, intelligi omninò debeant juxta modum, quem alibi attigimus (sup. Not. *b* §. 1. post init., & seq.).

CA-

CAPITULUM GENERALE
OCTOGESIMUM QUINTUM
TOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM
IN CONVENTU S. P. N. FRANCISCI CIVITATIS MANTUÆ,

Præside Eminentissimo, ac Reverendissimo Domino

D. IGNATIO CRIBELLIO
S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI,

Apostolicæ Sedis, & Sanctissimi Domini Nostri Papæ in tota Romandiolæ Provincia de Latere Legato,

C E L E B R A T U M

ANNO 1762. DIE 29. MAJI IN SACRO PENTECOSTES FESTI PERVIGILIO.

Patres Rmi Definitorii Generalis, & plerique fere omnes Vocales Mantuam ingressi Civitatem, & in Loco Capitulari constituti, tum ad negotia Ordinis expedienda, tum ad novas faciendas electiones processerunt, prout sequitur.

SESSIO I. MATUTINA
Die 21. Maji 1762.

CUM constitisset in hac prima Sessione, nonnullos AA. RR. PP. Definitores Generales tum ex Cismontana, tum ex Ultramontana Familia adhuc non advenisse, nempe A. R. P. Cajetanum de Syracusis ex Cismontana; ex Ultramontana vero A. R. P. Claudinm Asson Provinciæ Observantis Francn-Parisiensis, A. R. P. Demetrium Lunderbursch Provinciæ S. Crucis Recollectorum, A. R. P. Franciscum Vanden-Venne Provinciæ Germaniæ Inferioris Recollectorum, A R. P. Petrum Josephum Clerch Magni Conventus Parisiensis Observantium Ex-Guardianum, & A. R. P. Andream Romèro Provinciæ Bæticæ Tertii Ordinis: Suffectus fuit ad subrogandum in Definitorio Generali pro absentia, & legitima vacatione P. Definitoris Generalis de Romèro P. Franciscus Thomas Maria de Cardèra Pro-Minister ejusdem Provinciæ Bæticæ Tertii Ordinis, exhibitis ejusdem Provinciæ Testimoniis, & a Rmo Discretorio Generali acceptatis. In locum autem A. R. P. Francisci Vanden-Venne, suum pariter adventum legitime excusantis, suffectus fuit auctoritate ejusdem Rmi Discretorii Generalis A.R.P Leonardus Lendera ipsiusmet Provinciæ Pro-Minister. Quoad vero alios, expectandos adhuc eos esse decretum est.

SESSIO II. MATUTINA
Die 22. Maji.

CUm absentes Definitores Generales, in antecedenti Sessione nominati, nondum comparuissent, PP. Rmi Definitorii fuerunt in voto, eos esse usque ad feriam secundam immediate sequentem expectandos, eademque die de integritate totius Definitorii determinandum. Interim vero ad alia, quæ de jure agenda erant, procedendum esse judicarunt, præsertim cum major pars Patrum Definitorii Generalis, numero scilicet 23., adesset.

Deputati proinde fuerunt Auditores Causarum.

PRO CISMONTANA FAMILIA OBSERVANTIUM,

PP. Ministri Provinciarum Tusciæ, & Terræ Laboris.

Pro Reformatis,

PP. Ministri Provinciarum Romanæ, & Ianuensis.

Pro Natione Ultramarina,

PP. Ministri Provinciarum Minoris Poloniæ, & Bavariæ.

PRO ULTRAMONTANA FAMILIA,

Quoad Provincias Observantes Hispaniarum,

PP. Minister Provincialis Divi Iacobi, & Custos Provinciæ Castellæ, cum Custode Provinciæ Sanctorum Angelorum.

Pro Discalceatis,

PP. Minister Provinciæ Sancti Ioannis Baptistæ, & Custos Provinciæ Divi Pauli, cum Ministro Provinciæ Pietatis.

Pro Provinciis Observantibus Nationis Gallicæ,

PP. Custos Provinciæ Aquitaniæ Recentioris, & Pro-Minister Provinciæ Sancti Ludovici.

Pro Recollectis ejusdem Nationis,

P. Pro-Minister Provinciæ Immaculatæ Conceptionis.

Pro Natione Germano-Belgica,

P. Minister Provinciæ Coloniæ.

Pro Tertio Ordine,

P. Custos Sancti Michaelis in Bætica.

Re

Revisores Computuum, seu rationum Terræ Sanctæ,

PRO FAMILIA CISMONTANA,

PP. Ministri Provinciæ Romanæ, & Januensis.
Pro Natione Ultramarina,
PP. Pro-Minister Provinciæ Bonæ Argentinæ, & Custos Austriæ.

PRO ULTRAMONTANA FAMILIA,

Quoad Provincias Hispaniarum,
PP. Custos Provinciæ Carthaginensis, Minister Provinciæ Cantabriæ, & Custos Provinciæ Sollitudinis.
Pro Natione Gallica,
PP. Guardianus Magni Conventus Parisiensis, & Minister Provinciæ Britannicæ.
Pro Natione Germano-Belgica,
PP. Minister Provinciæ S. Elisabeth Inferioris Thuringiæ, & Minister S. Joseph in Comitatu Flandriæ.

Ad colligendas autem, & lustrandas Scripturas Provinciarum, & computandos sumptus Terræ Sanctæ designati fuerunt iidem Patres Auditores Causarum.

Die 23. Maji.

CUm Emus, & Rmus Dñus D. Ignatius Cardinalis Cribellius delegatus specialiter fuisset a Smo Dño Nostro CLEMENTE XIII. ad præsidendum nostris hisce Generalibus Comitiis, Urbemque Mantuam jam antea fuisset ingressus; mane hujus diei, hora quarta ante meridiem, ad Locum Capitularem accessit, ibique a Rmo P. Ministro Generali, cæterisque Vocalibus ea, qua par erat, lætitia, & plausu exceptus, fusis de more precibus ante Aram majorem Ecclesiæ, Sacroque celebrato, ad Thronum in eadem Ecclesia paratum, ab omnibus Definitorii Patribus, aliisque Vocalibus sociatus, perrexit; ubi, lecto Brevi Apostolico commissæ sibi Delegationis, tam Rmus P. Minister Generalis, quam reliqui Vocales omnes debitam ei præstiterunt obedientiam. Tenor autem præfati Brevis est =

CLEMENS PP. XIII.
Dilecte Fili *&c.* (*ut sup. ad d. 18. Mart. ejusd. Ann.* 1762.).

SESSIO III. MATUTINA
Die 24. Maji.

ABsentibus adhuc Patribus Definitoribus Generalibus Claudio Ausson, & Demetrio Lunderbursch, & nondum comparentibus, suffecti fuerunt loco primi A. R. P. Augustinus Fournier Minister Aquitaniæ Antiquioris, & loco secundi A. R. P. Audomarus Riesers Minister S. Crucis in Saxonia.

P. Minister Bavariæ Reformatorum designatus pro revisione Causarum, & P. Custos Provinciæ Portugalliæ sese excusarunt ab hoc onere ob male affectam valetudinem; unde eorum loco suffecti fuerunt P. Minister Carniolæ Reformatorum, & P. Custos Algarbiorum.

Petentibus PP. Definitoribus Generalibus Familiæ Cismontanæ sibi concedi Suffragium perpetuum in propriis Provinciis, etiam post terminatum Definitoriatus Officium = Rescriptum fuit: *Supplicetur Sanctissimo ab Officialibus Curiæ juxta petita.*

Petentibus PP. Observantibus Minoris Poloniæ approbationem municipalium suorum Statutorum = *Designati fuerunt ad illa examinanda PP. Ministri Majoris Poloniæ, & Russiæ.*

Recogniti tandem fuerunt, ac legitimati Patres Vocales Cismontanæ Familiæ.

SESSIO IV. VESPERTINA
Die eadem 24. Maji.

REcogniti, ac legitimati fuere PP. Vocales Ultramontani.

SESSIO V. MATUTINA
Die 25. Maji.

VOcales nonnulli, qui antea absfuerant, ex utraque Familia Cismontana, & Ultramontana legitimati fuere.

Ad querelas Provinciæ Reformatorum Poloniæ Majoris ex una, & Novæ Provinciæ pariter Reformatorum Prussiæ ex altera parte, super detentione, & possessione nonnullorum Conventuum = Censuit Discretorium Generale, *deducta utriusque Partis jura esse examinanda cum voto a duobus Patribus in Capitulo Generali existentibus, concorditer per litigantes Partes nominandis.*

Recurrentibus PP. Aloysio Maria de Caprarola, & Petro Baptista de Roma, Lectoribus sexennalibus in Conventu S. Francisci Corneti Provinciæ Romanæ Observantis, pro aliqua præcedentia = Rescriptum fuit: *Serventur Statuta Ordinis.*

P. Minister Provinciæ S. Helenæ in Florida admissus est ad suffragandum ex speciali gratia pro hac vice tantum. Interdictum autem Provinciis Indiarum fuit, ne in posterum eligere audeant in Ministros Provinciales PP. illos, qui commorantur in Europa, & hoc sub pœna nullitatis.

Tertiariis Provinciæ S. Mariæ Gratiarum in Sardinia, qui postulabant concessionem Suffragiorum post mortem = Concessum fuit, *ut pro illis, qui per decem Annos ad minus Provinciæ inservierint, una Missa celebretur a singulis Sacerdotibus illius Conventus, in quo decesserint; & Exequiæ præsente Cadavere persolvantur cum Officio, & solemni Missa Defunctorum; in reliquis vero Provinciæ Conventibus Nocturnum, & una tantum Missa celebretur.*

Postulantibus Vocalibus Indiarum majora Privilegia = Rescriptum fuit: *Novis Privilegiis non esse locum, eos tamen juxta itineris labores esse honorandos.*

SESSIO VI. MATUTINA
Die 26. Maji.

DEsignati fuerunt a Patribus (*a*), & approbati a Definitorio Generali pro examine, & recognitione jurium in controversiis inter Provincias Reformatas Majoris Poloniæ, & Prussiæ, PP. Minister Provinciæ Reformatæ Minoris Poloniæ, & Custos Custodiæ Reformatæ Russiæ, prout in superiori Sessione.

Perlectæ, & admissæ fuerunt excusationes aliquarum Provinciarum de impotentia accedendi ad præ-

(*a*) Legendum videtur, *a Partibus*, Vid. Sess. præc. §. 2. in fin.

præsens Capitulum Generale.

Provinciæ Tertii Ordinis ad Capitulum Generale ex jure concurrentes postularunt: *Primo*, ut eis, atque pro eis declaretur præcedentia super omnes quascumque imposterum erigendas Provincias: *Secundo*, quod, si quando occurrat casus, cujus decisio non reperiatur in earum propriis Legibus, recurrere debeant, & possint ad Generalia Ordinis Statuta, quæ nec Regulæ Tertii Ordinis, nec Constitutionibus, aut laudabili earundem Provinciarum consuetudini minimè adversentur. = Rescriptum fuit: *Ad omnia juxta petita*.

Postulantibus Lectoribus Emeritis Provinciæ Reformatæ Calabriæ citerioris præcedentiam aliquam = Responsum fuit: *Serventur Statuta Ordinis, & Constitutiones Apostolicæ*.

SESSIO VII. MATUTINA.

Die 27. Maji.

Cum ad aures pervenisset Rm̃i Patris Petri Joannetii de Molina Ex-Ministri Generalis immediati, quod in manibus Em̃i, & Rm̃i Præsidis haberetur Sm̃i Dñi Nostri Papæ Rescriptum, quorumdam Patrum opera, non sua ostentum, quo Sanctitas Sua dignata fuerat ipsum habilitare ad hoc, ut iterum eligi posset in Generalem Ministrum, non obstante, quod, juxta Generalia Ordinis Statuta, ab eodem Officio duodecim annorum spatio non vacaverit; hinc prælaudatus Rm̃us Pater protestatus est in pleno Discretorio Generali, & exposuit, prout sequitur:

Rm̃i, & Adm. Reverendi Patres

Fr. Petrus Joannetius de Molina Ex-Minister Generalis Ordinis coram Rm̃is, & Adm. Reverendis Paternitatibus Vestris humiliter exponit, quod, intellecto bene in sero, quod Em̃us Dñus Cardinalis Præsidens notum fecit Rescriptum Sm̃i Dñi nostri, per quod Sanctitas sua dignata fuit eundem Supplicantem habilitare ad hoc, ut eligi possit in Ministrum Generalem, non ostante, quod vacaverit tantummodo sex annorum spatio, cum deberet vacare spatio duodecim annorum; ipse vero Exponens, quod non vidit usque modo præfatum Rescriptum, neque aliquam petitionem fecit, quinimmo sæpius sibi oblatam etiam a primoribus Romanæ Curiæ Purpuratis hanc habilitationem constanter recusavit, & renuit, cumque mutatus animo non sit: Hoc præsenti scripto declarat, se minime consentire prænotatæ, aut publicatæ habilitationi, quinimmo sponte, libere, & ex animo renuntiat cuicumque juri sibi ex ea provenienti ad hoc, ut possit eligi in Ministrum Generalem Ordinis in præsenti Capitulo, & deprecatur humiliter Paternitates Vestras Rm̃as, & Adm. Reverendas, quatenus hanc renuntiationem acceptare dignentur, & eam publicare omnibus Vocalibus, ut omnibus constet.

Ex hoc Conventu Capitulari Sancti Francisci Mantuæ hac die 27. Maji 1762.

Fr. Petrus Joannetius de Molina
Ex-Minister Generalis.

Supra positam Protestationem rejecit Discretorium Generale sequenti Rescripto =

Perlecta anteriori renuntiatione ab eodemmet Rm̃o Patre de Molina, ab omnibus Patribus Definitorii, & Discretorii Generalis responsum fuit, nullatenus debere admitti, sicut nec admissa fuit. Hac die 27. Maji 1762.

Ita est
Fr. Franciscus Thomas Maria de Cardèra
Definitor Generalis substit., & Secretar.
Discretorii Generalis.

Advenit A. R. P. Benedictus a Serpa Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum, & admissus fuit; Patresque Vocales, qui una cum ipso e Lusitania advenerant, fuerunt legitimati.

Postulante A. R. P. Petro Josepho Clerch Definitore Generali favorabile Rescriptum pro reintegratione expensarum itineris sui ad præsens Capitulum, a P. Ministro Provinciæ Gallicæ S. Bonaventuræ facienda; item, ut sibi servarentur Privilegia, & Exemptiones, quæ per Statuta Ordinis, & Constitutiones Apostolicas conceduntur Definitoribus Generalibus Ordinis = *Statutum fuit, indicatas pro itinere expensas esse a præfato Ministro reintegrandas; Oratori autem servanda esse Privilegia per Statuta Ordinis, & Apostolicas Sanctiones Definitoribus Generalibus concessa.*

Exponente A. R. P. Thaddæo Laplesse Definitore Generali recursum Provinciæ S. Antonii Recollectorum in Arthesia super Causa Monialium inobedientium, & quæ maximam molestiam ingerunt toti Provinciæ, eo vel maxime quod excutere velint jugum Superiorum Ordinis, ut Ordinarios adeant = Rescriptum fuit juxta sequentem tenorem: *Conceditur omnibus PP. Ministris, & Definitoriis omnium Provinciarum tam Observantium, quam Recollectorum in Gallia, & in Belgio, ut juxta ordinem, qui servari solet, renuntiare, & dimittere possint Monasteria Monialium, quæ molesta sunt quieti Ordinis.*

Provinciæ Discalceatorum S. Petri de Alcantara, & S. Paschalis in Regno Neapolis constituta postularunt: *Primo*, ut in consideratione haberentur quoad Definitoriatum Generalem Discalceatorum Hispaniarum, quibus Provinciæ illæ sunt aggregatæ. *Secundo*, quod, quando Procura Generalis Discalceatorum, & Recollectorum non sit collata alicui Patri ex ipsis duabus Provinciis Discalceatis Neapolis, possint habere Romæ in Conventu SS. Quadraginta duos Religiosos discretos, unum pro unaquaque Provincia, qui possint, & valeant propriarum respective Provinciarum negotia expedire. = Rescriptum fuit: *Quoad primum, competere memoratis Provinciis æquale jus ad Definitoriatum Generalem, & ad alia Ordinis Officia, quod competit reliquis Hispaniarum Provinciis Discalceatis. Ad secundum, satis provisum esse in Statutis Ordinis, & Sanctionibus Apostolicis.*

SESSIO VIII. VESPERTINA

Eadem die 27. Maji.

Coram Em̃o, & Rm̃o Præside lecta fuit Supplicatio, quam AA. RR. PP. Procurator Gen. Reformatorum, & Vice-Procurator Gen. Discalceatorum porrexerant Sm̃o Dño Nostro CLEMENTI PP. XIII. pro habilitatione Rm̃i P. Petri Joannetii de Molina ad Officium Ministri Generalis, de quo supra in antecedente Sessione; ac lectum pariter, & qua par erat reverentia acceptatum fuit ejusdem Sm̃i Dñi Nostri Rescriptum, memoratam continens habilitationem. Supplex porro libellus Summo Pontifici ab antedictis Patribus exhibitus, una cum Sanctitatis Suæ Rescripto, est hujusmodi:

Foris = Alla Santità di Nostro Signore CLEMENTE XIII. Il Procuratore Gen. de' Min. Riformati, a Vice-Procuratore Gen. de' Min. Scalzi, e Recolletti.

Intus = Beatissimo Padre &c. (*ut supr. ad d. 22. April.*).

Post hæc, facta Syndicatione in Superiores, & Officiales Generales Ordinis, perlectisque rescriptis Syndicationum hujusmodi ab universis Provinciis Ordinis transmissarum; repertum fuit, nedum nullam esse querelam adversus Rmos Superiores, & AA. RR. PP. Officiales Generales Curiæ, verum etiam ab omnibus plurimas ipsis referri debere gratias, eosdemque laudandos, atque æternam ipsis deprecandam a Deo Optimo Maximo retributionem.

Die 28. Maji.

PEracto Scrutinio Vocalium omnium tum Cismontanæ, tum Ultramontanæ Familiæ, qui in Mantuano hoc Capitulo aderant, coram Emo, ac Rmo Præside, cum probe innotuisset, majorem Vocalium partem Familiæ utriusque stare pro Rmo P. Petro Joannetio de Molina, minor pars acquievit, & majori sese accessuram promisit.

Die 29. Maji.

IN hoc Pentecostes Pervigilio hora duodecima matutina, Sacro ad implorandum lumen, & illapsum Spiritus Sancti religiosissime facto, omnes PP. Vocales, Templum ingressi, suis in locis consederunt. Accedente vero Emo, & Rmo Comitiorum Generalium Præside, delectisque de more Disquisitoribus, omnibusque Vocalibus præsentibus proprio nomine vocatis, claraque voce respondentibus, *Adsum*; post invocationem S. Spiritus, & brevem quidem, sed eruditam non minus, quam piam orationem, ab eodem Emo Præside habitam ad Electores, abdicatumque a Ministro Generali, petita admissorum, & omissorum venia, regimen; tandem ventum est ad præstanda pro electione Generalis Ministri Suffragia. Retectis deinde omnium Vocalium schedulis, constitit, in Rmum P. Petrum Joannetium de Molina eadem fere omnia Suffragia confluxisse; ideoque renuntiatus, declaratus, & publicatus fuit Minister Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum, rite, & canonice iterato electus, idem Rmus P. Petrus Joannetius de Molina; eamque electionem Emus, & Rmus Dnus firmam, ratamque habuit; concrematisque schedulis, solemnis e suggestu publicatio de more hisce verbis peracta est =

IN NOMINE DOMINI. AMEN.

H*ÆC est electio Rmi P. Ministri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum per PP. Vocales, in Ecclesia S. P. N. Francisci Mantuanæ Civitatis capitulariter, ac legitime congregatos, anno Domini millesimo septingentesimo sexagesimo secundo, die vero vigesima nona Mensis Maji, canonice, & rite celebrata: in qua quidem electione interfuerunt tercentum, & octo Suffragia, quorum Rmus P. Petrus Joannetius de Molina bis centum, & septuaginta novem habuit.*

Hic adnumerantur nomina Candidatorum, & quot reliquis ex Suffragiis singuli nacti sunt, a quibus percensendis, ut mos est, duximus supersedendum.

Et ego F. Columbinus de Senis Minister Tusciæ, unus ex Disquisitoribus, & Compromissariis, virtute Compromissi in me, & in Socios meos limitati, nomine omnium, qui in dictam electionem convenerunt, & consenserunt, præfatum Rmum P. Petrum Joannetium de Molina Ministrum Generalem canonice electum nomino, & sic electum denuntio. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Ita est, P. Martinus Falliæ Lector Jubilatus, Provinciæ Flandriæ FF. Minor. Recollector. Custos, in Disquisitorem assumptus.

Ita est, F. Petrus Otero Minister Provinciæ S. Jacobi, & Disquisitor.

Ita est, F. Petrus Josephus Clerch Definitor Generalis, & Disquisitor.

Ita est, F. Ludovicus Hoffman Custos Reformatæ Custodiæ Russiæ, & Disquisitor.

Ita est, F. Eustachius a Neapoli Observantis Provinciæ Terræ Laboris Minister, & Disquisitor.

Ita est, F. Columbinus de Senis Observantis Provinciæ Tusciæ Minister, Disquisitor, & Secretarius.

Tum patefactis Templi januis, ac *Te Deum* solemniter decantato, Vocales, cæterique Fratres omnes ad Aram maximam per solemnem Supplicationem properantes, manumque Rmi Patris quàm demississime osculantes, debitam ei obedientiam, ac reverentiam exhibuerunt, innumera spectante Populi multitudine, quæ ad idem Templum hac de causa sese contulerat.

Die 30. Maji.

COngregatis in mane Cismontanæ Familiæ Vocalibus, eisdemque de more suffragantibus, prodiit canonica electio Rmi P. Paschalis a Varisio, Reformatæ Provinciæ Mediolanensis Ministri, in Commissarium Generalem ejusdem Familiæ, quæ quidem electio publicata fuit, ut sequitur =

IN NOMINE DOMINI. AMEN.

H*Æc est electio Rmi P. Commissarii Generalis Ordinis Minorum totius Familiæ Cismontanæ per PP. Vocales, in Conventu S. P. N. Francisci Mantuanæ Civitatis capitulariter, & legitime congregatos, anno millesimo septingentesimo sexagesimo secundo, die trigesima Maji, canonice, & rite celebrata, Præsidente in ea Emo, & Rmo D. D. S. R. E. Cardinali Cribellio, specialiter a Smo D. N. CLEMENTE XIII. delegato: in qua quidem electione interfuerunt centum quinquaginta sex Vocales (unus tamen schedulam in alba dedit), ex quibus Suffragiis Rmus P. Paschalis a Varisio centum quadraginta & octo habuit.*

Et ego F. Columbinus de Senis, Minister Observantis Provinciæ Tusciæ, unus ex Disquisitoribus, & Compromissariis, virtute Compromissi in me, & in Socios meos limitati, nomine omnium, qui in dictam canonicam electionem convenerunt, & consenserunt, præfatum Rmum P. Paschalem a Varisio, in quem major pars votorum consensit, in Commissarium Generalem totius Familiæ Cismontanæ canonice electum nomino, & sic electum enuncio. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Ita est, F. Ludovicus Hoffman Custos Reformatæ Custodiæ Russiæ Reformatæ, & Disquisitor.

Ita est, F. Eustachius de Neapoli Observantis Provinciæ Terræ Laboris Minister, & Disquisitor.

Ita est, P. Columbinus de Senis Observantis Provinciæ Tusciæ Minister, & Secretarius.

Die

Die 31. Maji.

HOra matutina electio prodiit Procuratoris Generalis Ordinis, aliorumque Officialium Generalium in Curia Romana, prout sequitur =

IN NOMINE DOMINI. AMEN.

Hæc est electio Adm. R. P. Procuratoris Generalis Ordinis.

ADm. R. P. Petrus Font Lector Jubilatus, & iteratò Minister Provincialis Provinciæ Catalauniæ electus fuit Procurator Generalis Ordinis ad hoc munus obeundum post expletum biennium exercitii, quod ad præsens habet in Curia Romana A. R. P. Joannes Alfaro Coronada, qui ante Capitulum Generale erat Commissarius Generalis Curiæ, quique debet exercere munus Procuratoris Generalis usque ad prædictum tempus dicti biennii. Suffragati sunt in hac electione PP. Vocales Regularis Observantiæ Familiæ Ultramontanæ, & a Rmo P. Ministro Generali ejusdem electio fuit confirmata.

Electio Adm. R. P. Commissarii Generalis Curiæ.

SUffragantibus Vocalibus Cismontanæ Familiæ Observantium, A. R. P. Fr. Gregorius de Marzalia Lector Jubilatus, & Provinciæ Vallis Mazariæ Custos, pro Officio Commissarii Generalis Curiæ Romanæ rite, & canonice electus fuit, eademque electio a Rmo P. Generali confirmata.

Electio Adm. R. P. Procuratoris Generalis Reformatorum.

ADm. R. P. Carolus a Golleono Reformatæ Provinciæ Brixiæ Lector Emeritus, quondam a Secretis Rmi P. Ministri Generalis, & per integrum præteritum sexennium jam Procurator Generalis, in eodem Officio fuit iterum electus, & confirmatus, suffragantibus, & instantibus PP. Vocalibus Reformatis Cismontanæ Familiæ, eamdemque electionem, & confirmationem Rmus P. Minister Generalis firmam, ratamque habuit.

Electio Adm. R. P. Procuratoris Generalis Discalceator., & Recollector.

IN NOMINE DOMINI.

HÆC est electio A. R. P. Procuratoris Generalis Discalceatorum, & Recollectorum, per PP. Vocales, in hoc Conventu S. P. N. Francisci Civitatis Mantuæ capitulariter, & legitime congregatos, die trigesima prima Mensis Maji anno millesimo septingentesimo sexagesimo secundo canonice, & rite celebrata. In qua quidem electione A. R. P. Joannes Lutre Lector Sac. Theologiæ antiquus, & Custos Provinciæ Discalceatorum S. Gabrielis habuit vota sexaginta tria.

Et ego Fr. Marcus Antonius Gravois unus ex Disquisitoribus, & Compromissariis, virtute Compromissi in me, & in socios meos limitati, nomine omnium, qui in dictam electionem convenerunt, & consenserunt, præfatum A. R. P. Joannem Lutre Procuratorem Generalem Discalceator., & Recollector. canonice electum nomino, & sic electum enuntio. In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Ita est, Fr. Joannes a D. Clara Minister Provincialis Provinciæ Conceptionis in Lusitania Disquisitor, Compromissarius.

Ita est, Fr. Joannes Baptista Servera Minister Provinciæ S. Joannis Baptistæ Disquisitor, & Compromissarius.

Ita est, Fr. Marcus Antonius Gravois Secretarius Generalis Ordinis, Disquisitor, Compromissarius, & Secretarius.

Contigit in electione Procuratoris Generalis Ordinis, quod PP. Vocales Nationis Germano-Belgicæ, qui ad eamdem jus habebant, per oblivionem non fuerint vocati. Qui tamen accesserunt per sequentem declarationem, manu eorumdem Vocalium subscriptam, & approbatam ab Emo, & Rmo Præside, tenoris sequentis =

Rmo P. Petro Joannetio de Molina Ministro Generali totius Ordinis Sanctissimi Patris nostri Francisci, Inclytæ Nationis Germano-Belgicæ PP. Vocales Mantuæ in Capitulo Generali præsentes omnimodam reverentiam, & obedientiam.

CUM juxta declarationem, a Rma Paternitate Vestra A. R. P. Leonardo Lenders Definitori Generali Substituto factam, per meram oblivionem naturalem contigerit, PP. Vocales præfatæ Nationis Germano-Belgicæ ad electionem A. R. P. Procuratoris Generalis Curiæ Romanæ non fuisse vocatos; hinc libentissime hoc scripto declarant, sibi hac Rmæ Paternitatis Vestræ declaratione esse satisfactum; & insuper accedunt electioni præfati A. R. P. Procuratoris Generalis in persona P. Petri Font a reliquis Patribus Vocalibus factæ.

P. Audomarus Rieken Definit. Gener. Substitut. = F. Leonardus Lenders Defin. Gener. Substitut. = F. Sebaldus Mindeter Minister Provincialis Argentinæ. = F. Balthassar Clellen Minister Provinc. Coloniæ. = F. Valentinus Rosser Provinciæ Thuringiæ S. Elisabeth Minister Provinc. m. pp. = F. Jacobus Van-Maelsaecke Pro-Minister Provinciæ Comit. Flandr. S. Jos. = F. Modestus Alban Minister Provinciæ Thuringiæ Infer. S. Elisabeth m. pp. = F. Franciscus Pettit Provinciæ Hiberniæ Pro-Minister. = F. Ferdinandus Woldering Provinciæ Saxoniæ S. Crucis Custos m. pp. = F. Leonardus Hertlein Provinciæ Argentinæ Custos m. pp. = F. Joseph Nephen Provinciæ Coloniensis Custos m. pp. = F. Martinus Gallize Provinciæ Flandriæ Custos m. pp. = F. Winimatus Arnold Provinciæ Thuringiæ Custos m. pp. = F. Jacobus Van-Moock Provinciæ Germ. Infer. Custos m. pp. = F. Bertinus Ovner Custos Provinciæ Comit. Flandr. S. Joseph. = F. Marcellus Molitor Custos Provinciæ Thuringiæ Infer. m. pp.

Admissa fuit accessio Nationis Germano-Belgicæ ad præfatam electionem Procuratoris Generalis, approbante etiam Emo, ac Rmo D. D. Card. Præside Cribellio, cum declaratione, quod omissio supra expressa nullum unquam præjudicium adferat præfatæ inclytæ Nationi, illiusque Vocalibus.

Ita est,

F. Franciscus Thomas Maria de Cardena Definitor Gener., & Secret. Capituli Gener.

Die secunda Junii

Hora matutina peracta est electio Definitorum Generalium utriusque Familiæ.

PRO FAMILIA ULTRAMONTANA

A. R. P. F. Daniel Gricourt, Minister Provinciæ S. Antonii in Arthesia Recoll.

A. R. P. F. Marinus Barbè, Doctor Sorbonicus, & Mini-

Minister Provincial. Provinciæ Turonæ majoris, & Guardianus Magni Conventus Parisiensis Observ.

A. R. P. F. Antonius de Alcobu, Lector Iubilatus, Ex-Minister, & Custos Provinciæ Granatensis Regularis Observ.

A. R. P. F. Ioannes a S. Maria, & Lemn, Lector Iubilatus, Ex-Minister, & Custos Provinciæ Legionensis Tertii Ordinis.

A. R. P. F. Augustinus Fournier, Lector Sac. Theologiæ, & Minister Provinciæ Aquitaniæ Antiquioris Observ.

A. R. P. F. Ioannes Servera, Lector Sacræ Theologiæ, & Minister Provinciæ S. Ioannis Baptistæ Discalc.

A. R. P. F. Balthassar Clcili, Lector Iubilatus, & Minister Provinciæ Coloniensis Recollect.

A. R. P. F. Petrus Otèro Lector iubilatus, in Regia Salmantina Academia Doctor Theologus, & Regius Professor, & Minister Provinciæ S. Iacobi Regul. Observant.

A. R. P. F. Martinus Gallice, Lector Iubilatus, & Custos Provinciæ Flandriæ Recollect.

A. R. P. F. Antonius a Plagis, Theologus, Concionator, & Custos Provinciæ Arrabidorum Discalceat.

PRO FAMILIA CISMONTANA.

A. R. P. F. Ioseph Maria a Vedano, Lector Iubilatus, Ex-Provincialis, & Custos Provinciæ Mediolanen. Observ.

A. R. P. F. Bernardinus a Panormo, Lector Emeritus, & Ex-Provincialis, & Custos Provinciæ Vallis Mazariæ Reformat.

A. R. P. F. Syrus a S. Georgio, Lector Theologus, & Minister Provinciæ S. Didaci Reformat.

A. R. P. F. Venustianus Hichel, Lector Generalis, & Minister Provinciæ Bavariæ Reformat.

A. R. P. F. Cherubinus a Roma, Lector Iubilatus, & Minister Provinciæ Romanæ Observ.

A. R. P. F. Franciscus Przvlecki, Lector Iubilatus, Ex-Provincialis, & Pro-Minister Provinciæ Lithuaniæ Observ.

A. R. P. F. Thomas Hyacinthus ab Ascalo, Lector Theologus, & Minister Provinciæ Marchiæ Reformat.

A. R. P. F. Bonaventura ab Artano, Lector Iubilatus, & Minister Provinciæ S. Angeli Observ.

A. R. P. F. Dominicus Blasco a Taberuls, Lector Iubilatus, & Minister Provinciæ Calabriæ Observ.

Decimi Definitoris Generalis Cismontani electio justis de causis suspensa fuit, & remissa Oraculo S̃mi in Christo Patris, & D̃ni Nostri CLEMENTIS Papæ XIII.

Expletis electionibus omnibus, reassumptæ, & prosequutæ fuerunt Sessiones ad negotia Ordinis expedienda, prout sequitur =

SESSIO IX. VESPERTINA

Die 2. Iunii 1762.

Auctoritate R̃mi Generalis noviter electi nominati sunt Secretarii in novo Definitorio Generali: pro Familia Cismontana A. R. P. Cherubinus a Roma Provinciæ Romanæ Observantium Minister, & Definitor Gener.; pro Ultramontana A. R. P. Petrus Otèro Minister Provinciæ S. Jacobi, & Definitor Gener.

Ex Vocalibus pariter utriusque Familiæ Cismontanæ, ac Ultramontanæ, tam Observantium, quam Reformatorum, Discalceatorum &c. electi fuerunt qui Causas, Postulationes, Instantias, Capitulo Gener. exhibitas, tamquam totius Capituli Discreti discuterent, una cum novo Definitorio Generali, pro matura earumdem Causarum &c. decisione. Fuerunt autem sequentes =

PRO FAMILIA CISMONTANA OBSERVANTIUM

RR. PP. Minister Tusciæ = Minister Provinciæ Ianuæ = Minister Provinc. Vallis Neti = Minister Provinc. Principatus = Minister Provinc. Marchiæ = Ex-Custos immediatus Terræ Sanctæ = Custos Provinciæ Romanæ = Custos Provinciæ Marchiæ = Custos Provinciæ Ianuæ = Custos Provinciæ Tusciæ = Custos Provinciæ S. Angeli in Apulia.

Præses = *A. R. P. Cajetanus a Syracusis Ex-Definitor Gener., & in ejus absentia A. R. P. Bernardinus a Spalatro Ex-Definitor quoque Gener.*

REFORMATORUM

RR. PP. Minister Provinc. Brixiæ = Minister Provinc. Vallis Mazariæ = Minister Provinc. Carniolæ = Minister Provinc. Bononien. = Minister Provinc. S. Vigilii = Custos Provinc. Romanæ = Custos Provinc. Marchiæ = Custos Provinc. Bononien. = Custos Provinc. Brixiæ = Custos Provinc. Carniolæ = Custos Provinc. S. Vigilii = Custos Provinc. Bavariæ.

Præses = *A. R. P. Benedictus a Cavalesio Ex-Definitor Gener.*

PRO FAMILIA ULTRAMONTANA OBSERVANTIUM

RR. PP. Minister Provinc. Beticæ = Minister Provinc. Burgensis = Minister Provinc. Valentiæ = Custos Provinc. Aragoniæ.

EORUMDEM OBSERVANTIUM GALLORUM

RR. PP. Custos Provinc. S. Bonaventuræ = Custos Custodiæ Sabaudiæ = Custos Provinc. S. Ludovici.

LUSITANORUM

RR. PP. Minister Provinc. Algarbiorum = Minister Provinc. Solitudinis = Pro-Minister S. Antonii in Brasilia = Custos Custodiæ de Madèra.

DISCALCEATORUM

RR. PP. Custos Provinc. Conceptionis = Pro-Minister Philippinarum = Custodiæ S. Paschalis.

REGOLLECTORUM

RR. PP. Minister Provinc. Britanniæ = Custos Provinc. S. Antonii in Artesio.

NATIONIS GERMANO-BELGICÆ

RR. PP. Custos Provinc. Coloniensis = Minister Provinc. S. Elisabeth Superioris Thuringiæ = Minister Provinc. S. Elisabeth Thuringiæ Inferioris.

TERTII ORDINIS

R. P. Minister Provinc. Legionensis.

Præsides = *AA. RR. PP. Ignatius Dominguez, Emmanuel Martinez del Barrio, Florianus a S. Stephano, Franciscus Thomas de Cardèra Ex-Definitores Generales.*

Idem

Idem A. R. P. Franciscus Thomas de Cardèra, Ex-Definitor Generalis Substitutus, qui supra, pro Tertio Ordine, declarari postulavit: *Primo*, sibi ex jure competere Privilegia, quæ pro Definitoribus Gen. Substitutis taxantur in Statutis Ordinis: *Secundo*, non esse interruptum, seu interpolatum tempus suæ Lecturæ per absentiam a Provincia ad præsens Capitulum Generale. = Declaratum fuit, *ad utrumque juxta petita*.

SESSIO X. MATUTINA
Die 3. Junii.

IN Causa Reformatæ Provinciæ majoris Poloniæ, quæ petitur, ut sibi restituantur duo Conventus, videlicet Thoruno-Podgoriensis, & Ulatislaviensis, qui ad præsens possidentur a nova Provincia Reformata Prussiæ = *Juxta consultationem, & votum eorum Patrum, quibus examen, & recognitio hujus Causæ commissa fuit Sessione VI., decretum est, ut peculiaris de hac re a Capitulo Generali extendatur relatio, quæ consignetur Procuratori Generali Reformatorum, ad effectum illam transmittendi ad S. Congregationem, negotiis Episcoporum, & Regularium præpositam, ut dignetur eadem Sacra Congregatio illud decernere, quod opportunius in Domino videbitur expedire.* (a)

Audito favorabili voto PP. Auditorum, quibus Sessione 3. Statutorum municipalium Provinciæ Minoris Poloniæ Observantium commissa fuerat revisio = *Definitorium Generale eadem Statuta approbavit pro ipsa Provincia tantum.*

Supplicationi Custodiæ Reformatæ Virginis Dolorosæ Russiæ, ut erigatur eadem Custodia in Provinciam, = *Annuit Capitulum Generale, servatis tamen in hac erectione omnibus de jure servandis.*

Instantibus PP. Vocalibus Observantibus, & Reformatis Poloniæ per supplicem libellum, ut aliquo altiori gradu in Ordine decoraretur P. F. Josephus Solnik Definitor actualis Reformatæ Provinciæ Minoris Poloniæ = Respondit Capitulum Generale ad supplicem libellum = *Lectum: Cæterum Provincia Reformata Minoris Poloniæ, si velit, pro hac gratia supplicet Sanctissimo per Procuratorem Generalem.*

P. F. Felix Maria a Canneto Guardianus Conventus S. P. N. Francisci Mantuæ, & Sub-Provisor hujus Capituli Generalis per supplicem libellum institit, ut, attentis suis meritis, ac laboribus, admitteretur ad aliquem titulum honorificum, & præcedentiam. = Responsum est: *Non posse pro gratia indulgeri.*

Exposuit P. F. Bartholomæus Lobera, Provinciæ Majoricensis Alumnus, se in Academia Lulliana vigintiseptem annorum spatio Sacram Theologiam legisse, excepto uno dumtaxat anno, quo in Conventu Lucii Majoris sacras Literas est interpretatus; aliisque tribus annis pariter demptis, quibus Philosophiam in Conventu Palmæ adolescentes Religiosos edocuit. Quamobrem supplicavit, ut honores Lectoris bis Jubilati sibi decernerentur. = Rescriptum fuit: *Veris existentibus expositis, honores Lectoris bis Jubilati de jure omnino esse attribuendos.*

Pro-Minister S. Joseph Jucatanensis, Minister Provincialis, & Custos Provinciæ S. Helenæ in Florida exposuerunt, quod, cum ipsi sint in iisdem Provinciis Ex-Ministri, concedatur proinde sibi aliquod Privilegium ob Suffragium exhibitum in hoc Capitulo Generali Mantuano; signanter vero, quod titulus impertiatur dignioris Patris cum præcedentia, & voto in omnibus Definitoriis suarum respective Provinciarum; eademque gratia extendatur quoque omnibus Ex-Ministris Indiarum Occidentalium, qui ad suffragandum in hoc eodem Mantuano Capitulo convenerunt. = Decretum fuit: *Serventur Statuta Ordinis, ut in V. Sessione.*

Idem Pro-Minister S. Joseph Jucatanensis exposuit, quod, cum sua Provincia sit Ultramarina, a Conventu S. Evangelii de Mexico ducentis, & amplius Hispanicis leucis distans, magnum propterea detrimentum patitur in expensis ob conductionem, & reductionem PP. Visitatorum, qui ex Regno Mexicano illuc adducuntur, hinc enixius postulavit, quod, siquando P. Commissarius Generalis Novæ Hispaniæ non possit accedere personaliter ad visitandum per se ipsum, celebrandumque ejusdem Provinciæ Capitulum, possit, ac valeat Provinciæ Definitorium cum assensu, & consensu majoris partis proponere tres Patres ex ipsamet Provincia, ut præfatus Commissarius Gener. unum eligat in Visitatorem, cum facultate Provinciali Capitulo præsidendi. = Statutum fuit: *Esse indulgendum pro gratia: Hinc P. Commissarius Generalis Novæ Hispaniæ (reservato tamen sibi jure, ac facultate visitandi per se ipsum Provinciam, de qua agitur) non possit in posterum alium Visitatorem, aut Præsidem ad eam destinare, nisi unum ex tribus propositis ab illius Provinciæ Definitorio.*

Minister Provinciæ Cantabriæ ex consensu, & assensu Patrum omnium suæ Provinciæ supplicavit, ne imposterum ullus institui possit Prædicator Generalis, nisi prius vacaverit prædicationi Conventuali primæ in aliquo ex Conventibus principalioribus sex annorum spatio, & prædicationi secundæ totidem pariter annis, quod videtur congruere Decreto Capituli Gener. Romani an. 1700. = Responsum fuit: *Juxta petita.*

Pro-Minister Provinciæ Immaculatæ Conceptionis in Brasilia exposuit, sese exercuisse Lectoris S. Theologiæ munus per triennium completum; fuisse quoque per sexennium Procuratorem suæ Provinciæ in Civitate Lisbonensi, quod munus solo triennio computatur, & computari solet pro Guardiania Conventus S. Antonii Fluminis Januarii, qui, cum sit Conventus principalis, habilitat Pro-Ministros, qui suffragantur in Capitulo Gener. ad fruendum Privilegiis Patrum, pro quibus Orator supplicat. = Declaratum fuit, *Oratorem gaudere debere præeminentiis, aliis per Statuta Generalia Vocalibus Indiarum concessis.*

Vocales Provinciarum S. Gregorii Philippinarum, & S. Didaci in Mexico petierunt exemptiones Patribus Vocalibus Ultramarinis de Regulari Observantia jampridem concessas, cum eadem sit pro omnibus ratio. = Responsum fuit: *Serventur alias statuta.*

Custos Provinciæ Divi Antonii Bahjensis in Brasilia supplicavit, ut sibi concederetur æqualis præcedentia cum aliis Privilegiis, quibus PP. Ex-Provinciales suæ Provinciæ utuntur, & hoc ob Suffragium in hoc Capitulo Gener. præstitum. = Responsum fuit: *Serventur Municipalia Provinciæ Statuta.*

SBS.

(a) Vid. in fine Actorum hujus Capituli.

SESSIO XI. VESPERTINA

Eadem die 3. Junii.

DEcernit Capitulum Generale, ut per R.P. Amedeum a Taurino, Canonizationum Sanctorum Postulatorem Romæ existentem, fiat supplicatio nomine ipsius Capituli Generalis ad Sac. Rituum Congregationem pro concessione recitandi Lectiones Secundi Nocturni cum Oratione proprias in Officio, & Missa B.Gabrielis Ferretti ab Ancona. Injungit insuper præfato R. P. Amedeo, facultatemque concedit, eidem Sac. Congregationi pariter supplicandi in consimilibus casibus nomine Capituli Generalis ad sexennium, & usque ad futurum Generale Capitulum.

Instantibus quibusdam PP. Pro-Ministris, & Custodibus, qui in Capitulo Generali Vallisoletano ann. 1740. suffragati fuere, quatenus admittantur ad Privilegia, & Prærogativas concessas Pro-Ministris, & Custodibus Suffragatoribus Capituli Generalis Murciensis ann. 1756. = Decretum fuit: *Esse substinenda Privilegia, & Prærogativas in favorem Pro-Ministrorum, & Custodum in Capitulo Murciensi Suffragatorum. Eademque Privilegia, & Prærogativas esse extendendas ad Pro-Ministros etiam, & Custodes, qui in Capitulo Vallisoletano commemorato an. 1740. suffragati sunt.*

Provincia Argentinensis supplicavit, ne permittatur divisio attentata a PP. Provinciæ Thuringiæ S. Elisabeth Superioris. = Decretum fuit: *Nihil innovetur erga supplicantem Provinciam Argentinensem. Caveant præterea PP. Provinciarum Nationis Germano-Belgicæ a procurandis Conventibus aliarum Provinciarum contiguarum. Abstineant similiter ab Eleemosynarum quæstuationibus extra limites propriæ Provinciæ, sub pœnis arbitrio Ministri Generalis transgressoribus infligendis.*

A. R. P. Petrus Josephus Clerch Ex-Definitor Gener. immediatus dubium proposuit, an sibi competat Præcedentia in Conventu Parisiensi supra illius Conventus Ex-Guardianum? = Responsum fuit: *Præcedentiam juxta Generalia nostri Ordinis Statuta competere Ex-Definitoribus Gener. supra PP. Ex-Guardianos Magni Conventus Parisiensis, quemadmodum supra omnes Ex-Ministros Provinciæ: Et ita servandum sub pœnis in nostris Constitutionibus taxatis contra pacis perturbatores.*

Religiosi naturales Regni Navarræ in Hispania supplicarunt pro Alternativa in Provincia Burgensi Regularis Observantiæ. = Decretum fuit: *Esse deputandos a tribus Portionibus ejusdem Provinciæ Burgensis, videlicet Riojana, Burgensi, & Navarra, suos respective Compromissarios, qui ad firmandam pacem, & justitiam distributivam, una cum Patribus Definitorii Provinciæ, de postulata Alternativa seriò pertractent; quæque pertractata transmittant ad Rmum P. Ministrum Gener., ut opportuna provisio per ipsum sollicitari queat apud S. Sedem Apostolicam.*

P. Fr. Adrianus Faber, aliique ex Provincia S. Ludovici petierunt, ut abrogaretur Præcedentia Patris Roussin. = Responsum fuit: *P. Roussin expoliandum, & expoliatum esse Præcedentia, de qua in precibus; utpote contraria Generalibus Ordinis Constitutionibus, eique nulliter concessa.*

Simile Decretum sollicitavit P. Andreas Fabree contra P. Paulum Grante. = Responsum pariter fuit: *Irritam & nullam esse gratiam, de qua in precibus, utpote contrariam Constitutionibus Apostolicis, & Ordinis; eumdemque P. Paulum Grante expoliandum, & expoliatum esse Gradu ipsi nulliter concesso.*

Provincia Portugalliæ Observantium Statuta quædam Municipalia præsentavit ad obtinendam approbationem. = *Censuit Capitulum Gener., eadem Statuta remittenda esse Discretorio, & Definitorio Provinciæ: &, si major pars consenserit, nihilque in illis continetur, quod Generalibus Ordinis Constitutionibus adversetur, executioni mandentur.*

SESSIO XII. MATUTINA

Die 4. Junii.

EX parte Custodis regiminis Custodiæ Reformatæ Virginis Dolorosæ in Russia ulterior instantia proposita fuit, qua postulat, ut declarentur in Ministrum Provincialem, Custodem, & Definitores novæ Provinciæ erigendæ quidam in suis precibus nominati Patres. Et quærit, an novus Minister, expleto sui Officii tempore, præcedere debeat Ex-Custodibus regiminis antiquioribus? = Quoad primum, *Capitulum Generale remittendum esse censuit Oratorem arbitrio, & prudentiæ Rmi P. Commissarii Generalis juxta Generalia Ordinis Statuta.* Quoad secundum, *declaravit, competere in casu Præcedentiam Ex-Ministris: Et quod Ex-Custodes regiminis antiquiores immediate post Ex-Ministros cæteris quibuscumque præcedere debeant.*

Postulanti Provinciæ Bosnæ Argentinæ: *Primo*, quod in aliis Provinciis recipiantur eorum Juvenes ad studia peragenda, & ad Lecturas in illis habilitentur: *Secundo*, quod prohibeatur incorporatio ipsorum in aliis Provinciis: *Tertio*, quod, completo studiorum, vel Lecturæ cursu, nulli Ministro liceat in propria Provincia eos retinere; & præsertim P. Petrum a Salinis. = Fuit rescriptum: *Preces admittendas, servatis tamen Decretis Sac. Congregationis de Propaganda Fide, & sine præjudicio Filiorum illius Provinciæ, ubi Lectores Bosnenses ad Lecturas admissi fuerint.*

Minister Provincialis Terræ Laboris Observantium institit, ne imposterum tertii Lectores instituantur in Studiis secundæ Classis suæ Provinciæ. = Decretum fuit: *Servandas imposterum Constitutiones Ordinis, duos tantum Lectores in præfatis Studiis permittentes. Interim qui in hujusmodi Studiis tertii Lectores instituti reperiuntur, ad Lecturam ordinariam, data opportuna vocatione, sufficiantur.*

Contra Lectores Gener. Conventus Pisarum Præfectus Studiorum detulit, ipsos non observare vacationem a lectionibus, diebus in Elencho statutis. = Decretum fuit: *Satis jam aliàs provisum.*

Supplicarunt nonnulli PP. Observantis Provinciæ Principatus, ne fiant novitates in Provincia ad instantiam eorum, de quibus relatum est Oratoribus, quod fortè apud Capitulum Generale instabunt. = *Negotium hujusmodi remissum fuit zelo, & prudentiæ Rmi P. Commissarii Generalis in casu suppositi recursus, de quo nihil hactenus in Capitulo Generali.*

P. Fr. Vincentius Maria a Levinisno Sacerdos Observantis Provinciæ Tusciæ, & Chori Moderator per 20. annos in Conventu Liburni, supplicat, ut intuitu suorum laborum in præfato Chori Officio admittatur inter PP. Aggregatos, adinstar aliorum, qui aliàs hanc gratiam obtinuerunt, quamvis minori temporis spatio moderando illius Conventus Choro inservierint. = *Attenta consuetudine admittendi inter PP. Aggregatos, qui per diuturnum tempus Choristatus Officio functi sunt in Conventu, de quo in preci-*

P. Fr. Flaminius a Liburno Sacerdos Observantis Provinciæ Tusciæ ob assertos suos labores in servitio Terræ Sanctæ per 20. annos, intuitu quorum a Rmo P. Clemente a Panormo Ex-Ministro Generali immediato jam adnumeratus reperitur inter PP. Aggregatos, postulavit ultimum locum immediate post Ex-Definitores. = Responsum est: *Orator gaudeat impetratis*.

Instantibus PP. Vincentio ab Atena, & Ludovico da Fileto filiis Observantis Provinciæ Principatus, ut nulla & cassa declaretur Electio Commissarii Provincialis, facta per Definitorium Provinciæ, occasione discessus Ministri ad Capitulum Generale. = *Visis, & consideratis scripturis, & rationibus ab utraque parte in hoc negotio deductis, Capitulum Generale rescripsit: Imposito in hac Causa perpetuo silentio, de præteritis consulat unusquisque conscientiæ suæ.*

Guardianus, & Discreti Conventus Observantium Liburni conquesti sunt de expensis, & detrimentia Conventui obvenientibus a Fratribus euntibus, & redeuntibus a Terra Sancta, quibus P. Commissarius Terræ Sanctæ ibidem residens alimenta non subministrat. = *Decrevit Capitulum Generale, omnino observandum Statutum Romanum ann. 1750.* (*a*)

Lecto supplici libello R. P. Ministri Provincialis Provinciæ Observantis Tusciæ, quo postulat, non admitti, saltem in sua Provincia, ad prædicationem verbi Dei, nisi eos, qui vel Lectores Philosophiæ extiterint, vel in Concursu pro Philosophiæ Lectura probati fuerint. = Statutum est: *Quod, præter ea, quæ de Prædicatoribus decreta sunt in Generalibus Ordinis Constitutionibus, possit præfatus Minister Provincialis una cum suo Definitorio decernere, ne ad Dei verbum prædicandum admittantur, nisi qui vel Lectores Philosophiæ extiterint, vel ad hujusmodi Lecturam inclusivam in Concursu habuerint, vel ad ipsam inclusivam propè accesserint, ita ut unum, vel alterum votum ipsis ad inclusivam defuerit; vel tandem de quibus aliunde constiterit Provinciæ Definitorio, esse omnino habiles doctrina æque, ac moribus ad tale munus exercendum.*

Capitulum Generale renovat, & omnino observanda decernit, præsertim in Provincia Observanti S.P. Francisci Statuta Congregationis Generalis Assisiensis an. 1753. (*a*), & Capituli Generalis Murciensis 1756. (*b*), quoad Præcedentiam Secretarii Provincialis in propria Provincia supra PP. quoscumque habituales, etiamsi Ex-Pœnitentiarii fuerint Basilicæ S. Mariæ Angelorum de Portiuncula nuncupatæ. Declarat insuper, ipsis Ex-Pœnitentiariis competere Præcedentiam *supra PP. Ex-Definitores ex gratia*.

Provincia S. Joannis a Capistrano petiit: *Primo*, Præcedentiæ locum relate ad Provinciam Bosnæ Argentinæ: *Secundo*, ut ipsa habeat locum in Serie Provinciarum: *Tertio quærit*, an Lectores Jubilati de numero, qui multis retroactis annis Congregationes, & Capitula Provincialia frequentarunt (uti asseritur in supplici libello), remanere debeant in possessione quoad votum Consultivum? *Quarto*, an Lectores Sacræ Theologiæ tam Generales, quam Provinciales actu legentes, sive in proprio, sive in aliis Conventibus, habeant Præcedentiam supra Definitores habituales, & Ex-Custodes? *Quinto*, exorat tandem, ne attendantur scripta, quæ a privatis FF. deferri forsitan possent ad Capitulum Generale, præter ea, quæ a Custode Provinciæ allata sunt, propterea quod, facta syndicatione singulorum Conventuum, nihil sinistri sit repertum, quod palam, vel secreto deferri debeat. = Responsum Capituli Generalis fuit: *Ad primum, satis provisum, & observandum Breve Smi Dñi Nostri CLEMENTIS XIII. Ad secundum, novam S. Joannis a Capistrano Provinciam insertam jam, & numeratam reperiri in Serie Provinciarum Ordinis. Ad tertium, observanda esse Statuta Ordinis, & Decreta Rmi P. Clementis a Panormo Ex-Ministri Generalis immediati hac de re edita. Ad quartum, standum decisioni Capituli Vallisoletani 1740. Ad ultimum, in casu recursus, id fiet a Capitulo Generali, quod de jure erit faciendum, & quod opportunius in Domino videbitur expedire.*

Ad recursum quorundam FF. memoratæ superius Provinciæ S. Joannis a Capistrano, ad Capitulum Generale delatum contra PP. Ludovicum Hausner, & Matthæum Cusler, tamquam contra jus intrusos ad Lecturam Generalem, qua gaudent = Rescribi decretum est: *Lectum*.

Proposita fuere a R. P. Emerico a Buda Lect. Jub., & Definitore actuali ejusdem Provinciæ S. Joannis a Capistrano sequentia dubia: *Primum*: Num in Definitorio Provinciali actualis Custos, aliàs Ex-Definitor, Definitorem actualem, in eodem Capitulo electum, aliàs Lectorem Generalem, & post tres menses Jubilatum de non numero, præcedere debeat? *Secundum*: Num actualis Definitor, alias Jubilatus de non numero in Capitulo in Definitorem electus, ab alio Lectore de non numero, in Jubilatione quidem tribus mensibus seniore, ast nuper primò, ob unius Definitoris deficientiam, in Definitorem electo præcedere debeat? = *Ad primum: Declarat Capitulum Generale, præcedentiam convenire Custodi. Ad secundum: Definitori electo in Capitulo.*

Custos, & Definitorium Custodiæ S. Michaelis orarunt, ne mitterentur Visitatores ex remotioribus Provinciis. = Rescriptum fuit, *quod Custos, & Definitorium proponant imposterum Rmo P. Ministro, vel Commissario Generali tres Patres, qui habeant qualitates a Constitutionibus requisitas ad munus Visitatoris obeundum, vel ex Provincia viciniori, vel ex eadem Custodia, ut ex tribus propositis eum eligat, qui sibi magis placuerit.*

Definitorium Custodiæ (*d*) Immaculatæ Conceptionis de Azores supplicavit, ut Lectura Philosophiæ P. Josephi a Victoria bis ei computaretur ad Jubilationem, quia legit duobus completis trienniis. = Rescriptum fuit: *Serventur Statuta*.

Provincia Bætica Tertii Ordinis declarationem postulavit super Consessum debitum Commissariis Curiæ Granatensis, Hispalensis &c., quia nullus adhuc ipsis Sessionis ordo a Capitulis Generalibus determinatus est. Idem pariter postulavit de Magistris Scho-

(*a*) In Chronologia P. Perusini (Par. II. p. 438. B. ante med.),
(*b*) Sess. II. sub fin., supr. p. 218. init.
(*c*) Sess. XIV. circ. med., supr. p. 216. B. Vid. etiam Not. *c* ibid. ad calc.
(*d*) Custodia hæc, & Custodia S. Michaelis, de qua sermo est in præcedenti Statuto, una est eademque Custodia, et monuimus alibi (supr. p. 219. ad calc. Not. *b*).

Scholasticorum, qui priùs cursum Philosophicum expleverunt. = Responsum fuit: *Ad primum, Commissarius Curiarum Hispalensis, & Granatensis &c. sedere debet immediate post Prædicatores Generales. Ad secundum, Magister Scholasticorum, qui jam explevit cursum Philosophicum, sedebit immediate post Lectorem Philosophiæ actualem.*

Vocales Provinciæ Canariarum supplicarunt, ut ipsis concederetur jus subrogandi, & suffragandi in Definitoriis relatæ Provinciæ in casu, quo deficerent PP. antiquior, & immediatus. = Responsum fuit: *Serventur Statuta Ordinis.*

Minister Provincialis Aquitaniæ antiquioris petiit, ut Doctores suarum Universitatum gauderent aliqua Præcedentia. = Responsum fuit: *Si Doctores Universitatum Tolosanæ, & Burdigalensis sint simul Regentes Sacræ Theologiæ, præcedere debent Lectoribus ejusdem Facultatis, etiam primariis in omnibus locis: Si vero sint Doctores tantum, & non simul Regentes, observare debent inter sese antiquitatem Lecturæ, & Doctoratus.*

Idem Minister Provincialis Aquitaniæ antiquioris institit, ut Alumnis suæ Provinciæ præcipiantur observanda sequentia. *Primum*, quod serventur Statuta Barcinonensia. *Secundum*, quod in Conventibus Studiorum Theologiæ Guardianus sit Lector ejusdem Facultatis, propter examen Thesium, & similium. *Tertium*, quod omnes Provinciæ Religiosi sandaliis utantur. *Quartum*, quod manuteneatur Theologiæ Studium in Conventu Tolosano. = Responsum fuit: *Ad primum: Serventur Statuta Barcinonensia, & invigilent Provincialis, cæterique Prælati pro omnimoda hujus Decreti exequutione, abusibus & consuetudinibus in contrarium quibuscumque non obstantibus. Ad secundum: In Conventibus, in quibus adest Studium Theologicum, & non adest Regens, seu studiorum Præfectus, Guardianus omnino eligatur, qui sit Theologiæ Lector, eritque simul, & semel Præfectus studiorum. Ad tertium: Præcipitur omnibus Religiosis, ut sandaliis utantur tum ad servandam uniformitatem, tum ad alia inconvenientia vitanda. Ad quartum: Annullatur Decretum Congregationis habitæ in Conventu Velli Montis ann. 1760. de removendo Studio a Conventu Tolosano, præcipiendo quoque, ut in eo manuteneatur Sacræ Theologiæ Studium ob utilitatem, dictæque Provinciæ decorem.*

Examinata sunt, & recognita ratiocinia, & computi Eleemosynarum PP. Commissariorum Terræ Sanctæ Familiæ Cismontanæ. Et Capitulum Generale laudandam judicavit præfatorum Commissariorum operam ob fidelem ipsorum administrationem, computis, seu ratiociniis cum Eleemosynis piorum Fidelium apprime respondentibus.

Quoad computos, & ratiocinia PP. Commissariorum Terræ Sanctæ Ultramontanæ Familiæ, approbati fuerunt, & laudati iidem computi quantum ad Commissarium Generalem Matriti, & Vice-Commissarios Hispaniæ. In computis autem P. Vice-Commissarii Burgensis a Revisoribus quamplures repertæ sunt æquivocationes, de quibus Rmus P. Generalis providere dignabitur. Item computi reprobati fuere P. Commissarii Regni Portugalliæ; atque hac de causa per Rmum P. Ministrum Generalem providebitur de Revisoribus in ipso Portugalliæ Regno, qui eosdem computos diligenter examinent, & Rmæ Paternitati suæ quam citius reddant rationem.

SESSIO XIII. MATUTINA
Die 5. Junii.

Nomine Fratrum non Nationalium Provinciæ Observantium S. P. N. Francisci facta fuit instantia pro Alternativa cum Fratribus ejusdem Provinciæ Nationalibus, quoad Officia Ministri Provincialis, Custodis, & Definitorum. = *Generale Capitulum expedire censet tripartitionem Provinciæ, quoad memorata Officia, pro bono pacis, & justitiæ distributivæ faciendam; unam in favorem Fratrum exterorum, cujuscumque fuerint Nationis; duas vero pro Fratribus Nationalibus, concordatis tamen partibus, servatisque aliis omnibus de jure servandis, ad præfatam tripartitionem stabiliendam.*

P. F. Carolus Aurelius a Solerio Sacerdos Provinciæ Observantiæ S. P. N. Francisci postulat reservari sibi jus componendi Kalendaria, eaque typis mandandi pro celebratione Divinorum Officiorum in eadem Provincia pro singulis annis. = Decretum fuit, *ut provideatur in hoc negotio per Ministrum Provincialem una cum suo Definitorio, cum obligatione certiorandi Rmum Commissarium Generalem.*

A PP. Lectoribus Generalibus existentibus in Conventu S. P. N. Francisci Civitatis Perusii supplicatio facta est pro resolutione sequentium dubiorum. *Primum*, an Sacræ Theologiæ Lector, prævio concursu, institutus quarto loco in Studiis Generalibus, possit, & debeat incedere cum Lectoribus ordinariis, juxta antiquitatem habitus? *Secundum*, quid vero si idem quartus Lector absque prævia oppositione fuerit institutus? *Tertium*, quid tandem, si absque prævia oppositione non tantum, sed ad instantiam insuper Sæcularium? = Responsio Capituli Generalis ad dubia proposita: *Ad primum: Negative, sed deberi Præcedentiam Lectoribus ordinariis. Ad secundum, ut in prima responsione. Ad tertium: Non habere locum cum Præcedentia.*

Lectores Sacræ Theologiæ Generales in Conventu Esseckini Provinciæ S. Joannis a Capistrano Joannes Velikanovich, & Andreas Stoicsevich institerunt, ut ipsis computetur ad Jubilationem tempus unius anni, & septem mensium, quo Lectores sunt instituti, usque ad exhibitionem Literarum Patentalium Oratoribus factam. = *Capitulum Generale preces remisit pro informatione, & voto ad Ministrum Provincialem cum Definitorio; & deinde Rmus Pr. Commissarius Generalis, cui facienda erit relatio, opportune providebit.*

Guardianus Conventus S. Matthæi in Lamis Observantis Provinciæ S. Angeli in Apulia conquestus est de PP. Reformatis existentibus in Terra Serræ ejusdem Provinciæ, quod contra consuetudinem centum fere annorum prohibeant quæstuatoribus prædicti Conventus S. Matthæi, ne in districtu memoratæ Terræ Serræ congregent ex Eleemosynis frumentum, & alia ad victum necessaria. = Decretum fuit: *Esse alteram partem audiendam apud Rmum P. Commissarium Generalem: Interim supplicans Guardianus manuteneatur in sua possessione.*

Nonnullæ Provinciæ Reformatorum supplicarunt pro erectione studiorum S. Theologiæ Moralis, & Rhetoricæ in respectivis Provinciis. = *Preces a Capitulo Generali sunt remissæ Rmo P. Commissario Generali; qui pro sua prudentia, & zelo indicatæ supplicationi satisfaciat.*

Placuit Capitulo Generali, ne deinceps Prædicatores instituantur, & ad Dei verbum prædicandum nonnisi illi admittantur, de quorum habilitate tam in moribus, quam in doctrina constiterit per publi-

bli-

blicum examen, coram pleno Definitorio Provinciæ faciendum vel in Congregationibus, & Capitulis Provincialibus, vel alia quacumque de causa collegialiter congregato.

Ad legendam S. Theologiam in Provinciis præsertim Reformatorum nullo modo imposterum Lectores per privatum examen deputentur, sed prævia dumtaxat oppositione, seu, ut vocant, concursu, coram Definitorio habendo, quemadmodum de examine Prædicatorum paragrapho antecedenti statutum est.

Aliqui Religiosi Provinciæ S. Bernardini Recollectorum in Gallia petierunt, ut irritarentur Decreta Congregationis Provincialis celebratæ Aquissextiis in Provincia Provinciæ die 22. Novembris 1760. = Rescriptum fuit: *Relinqui hoc negotium resolvendum Rmo P. Ministro Generali, qui, perpensis rationibus a Parte adductis, & Decreto Regio eadem Decreta approbante, providebit secundùm Deum, prout melius videbitur expedire.*

Minister Provincialis ejusdem Provinciæ quasdam exposuit querelas in Reverendum Admodum P. Marcum Antonium Gravois Ex-Procuratorem Generalem Recollectorum, & Discalceatorum. = *Querelæ hujusmodi remissæ fuere ad Rmum P. Ministrum Generalem, qui, auditis Partibus, justitiam tribuet, aut componet prout de jure.*

Pro-Minister Provinciæ Portugalliæ, cum fuerit Guardianus per sexennium completum in duobus Conventibus ex principalioribus suæ Provinciæ, & Secretarius ulterius extiterit duobus annis ejusdem Provinciæ; supplicavit, ut ei concedantur Privilegia Pro-Ministris taxata per Statuta Ordinis. = Responsum fuit, *quod gaudeat Privilegiis a Constitutionibus taxatis Secretariæ Provinciæ expleto triennio.*

Lectores Philosophiæ pro Sæcularibus Provinciæ S. Jacobi supplicarunt, ut confirmetur Decretum, a Rmo P. Joanne de Soto quondam Ministro Generali, & a Definitorio illius Provinciæ emanatum, quo statuitur, ut hujusmodi Lectores, dum actu legunt, eisdem exemptionibus, & præcedentia fruantur, quibus Lectores Artium Religionis fruuntur. Item postquam duodecim annorum spatio Sæcularium Lecturam exercuerint, non solum titulum, & præcedentiam prædictam obtineant, sed etiam titulum, & præcedentiam Prædicatorum Generalium memoratæ Provinciæ. = *Decretum, de quo in precibus, plenissime confirmatur, idemque omnino exequutioni mandetur, Legisque vim habeat in Provincia S. Iacobi.*

Custos, & Procurator Provinciæ S. Crucis (a) in Hispaniola petiit, ut nullus imposterum ad Visitationem prædictæ Provinciæ, & Capituli Præsidentiam eligi possit a Commissario Generali, nisi unus ex tribus a Ministro Provinciali, & Definitorio præsentatis, quemadmodum a Capitulo Generali Murciensi jam fuerat statutum. = *Capitulum Generale Mantuanum præcedens Statutum Murciense iterum innovat, atque inviolabiliter servari mandat: quapropter, reservato jure P. Commissario Generali Peruano ad visitandam per se ipsum Provinciam, de qua agitur, illiusque Capitulis præsidendum, eidem Commissario Generali præcipitur, ne mittat imposterum Visitatorem, aut Præsidem præter propositos a Ministro Provinciali, & Definitorio illius Provinciæ, sub pœnis contra inobedientes taxatis.*

Custos Provinciæ S. Ludovici Observantium in Gallia institit pro confirmatione Decreti aliàs emanati, ut omnes Conventus prædictæ Provinciæ concurrere debeant ad solutionem debiti Conventus Massiliensis. = Præcipit Capitulum Generale, *ut ad solutionem debiti dicti Conventus Massiliensis prorsus concurrant Conventus omnes Provinciæ memoratæ S. Ludovici, præcipiendo PP. Guardianis sub pœna privationis Officiorum, quod de facto, & sine ulla excusatione obediant, singuli in ea quantitate contribuenda, a Definitorio Provinciali assignata.*

Custos Provincialis Custodiæ Immaculatæ Conceptionis Insularum de Azores supplicavit, ut ei concederetur prorogatio sui Officii ad sex menses, ad effectum perficiendi quædam opera jam incœpta. = Responsum fuit, *quod recurrat ad Ministrum Generalem.*

Abbatissa Conventus Conceptionis Villæ de Segùra Provinciæ Cantabriæ institit pro revocatione Decreti sui Ministri Provincialis super clausura cujusdam portæ, quæ, non obstante memorato Decreto, iterum aperta est. = *Confirmatur Decretum Rev. P. Ministri Provincialis Cantabriæ, latum super clausura portæ, quæ ducit ad hortum, utpote conforme Constitutionibus Apostolicis, & Ordinis.*

SESSIO XIV. VESPERTINA

Eadem die 5. Iunii.

Circa controversiam ortam inter Provincias divisas superioris, & inferioris Thuringiæ = Rescriptum fuit: *Manuteneatur divisio facta inter superiorem, & inferiorem, & a Partibus acceptata. Patribus præterea Provinciæ Thuringiæ superioris perpetuum imponitur silentium super acquisitione Conventus Wetzlariensis, aliorumque, Provinciæ Thuringiæ inferioris assignatorum. Tandem quoad alios articulos, in supplici libello expressos, videat, & provideat Rmus P. Minister Generalis.*

A. R. P. Procurator Generalis Ordinis repræsentavit, quod eleemosynæ Provinciarum non sunt sufficientes ad substentationem Procuratoris Curiæ Romæ. = *Attenta relatione facta ab A. R. P. Procuratore Generali, decernitur, ut imposterum pro substentatione Officialis Generalis Curiæ, ejusdemque expensis necessariis tribuat qualibet anno unaquæque Provincia Observantium ex Regnis Hispaniæ, Indiarum, & Portugalliæ, necnon ex pertinentibus Insulis, summam Realium trecentorum de Vellon, exceptis Provincia Legionensi Tertii Ordinis, & duabus Custodiis Insularum Portugalliæ, quæ tribuere debebunt solum centum Reales de Vellon pro qualibet.*

A. R. P. Definitor Generalis Joannes a S. Maria, & Lema Ex-Minister, & Custos Provinciæ Legionensis Tertii Ordinis supplicavit, quod siquando Prælatus Generalis opportunum duxerit decernere præfatæ Provinciæ Visitatorem, ad id munus deputare teneatur aliquem ejusdem Provinciæ alumnum, nisi necessitas, a ma-

(a) Eadem hæc Provincia est, ac Provincia *S. Crucis Caracarum*, vulgò *de Carachas*: quo nomine appel- = latur supra (p. 220. A.) in Actis Capituli Gen. Murcien. Sessione IV. ex iis, quæ habitæ sunt pro *Fa-* = *milia Cismontana* (videlicet pro Ultramontana illa, quæ ibi *Cismontana* dicitur), atque in Serie Pro- = vinciarum apud Chronologiam P. Perusini (Part. II. ad calc., p. LXII. B.).

jori parte Definitorii approbata, exigat, quod assumatur a vicinioribus Provinciis: Et hoc ipsum petiit, quantum ad electionem Præsidis Capituli Provincialis, si Rm̃us P. Generalis præsidere nequeat per se ipsum. = Rescriptum fuit: *Juxta petita, quoad utrumque postulatum.*

SESSIO XV. MATUTINA

Die 6. Junii.

CApitulum Generale, inhærendo mandatis Sm̃i in Christo Patris, & Dñi Nostri, Dñi Divina Providentia CLEMENTIS PP. XIII. eidem Capitulo communicatis per organum Em̃i, & Rm̃i Dñi Cardinalis Cribellii meritissimi Præsidis, statuit, & decrevit sequentia.

Primo: Quod abrogentur, annullentur, & auferantur omnino quinti Definitores, quacumque auctoritate electi in Provinciis Ordinis sine ulla Provinciarum utilitate, imo cum earumdem Provinciarum gravamine; præcipiendo, quod imposterum quinti hujusmodi Definitores nullatenus instituantur.

Secundo: Quod abrogentur pariter, annullentur, & illico auferantur quarti Lectores Theologiæ, & secundi Lectores Philosophiæ: Ac in Studiis omnibus Lectores reducantur ad illum præcise numerum, qui est in Statutis Generalibus expressus.

Tertio: Quod exactiùs observentur imposterum Constitutiones Apostolicæ Ven. Innocentii XI. in omnibus, quæ præcipiunt, & in iis præsertim, quæ altissimam Seraphicæ Regulæ respiciunt Paupertatem, a Seraphico Patriarcha suis Filiis adeo commendatam. Contra transgressores Capitulum Generale duplicat pœnas, ab Statutis Generalibus Ordinis in proprietarios, & Paupertatis violatores sancitas.

Quarto: Quod Superiores Locales provideant suis subditis de necessariis quoad victum, & vestitum, aliaque omnia, quæ ad suorum respectivè officiorum adimplementum necessaria sunt, ad effectum quod Decretum supra expressum exactiùs possit ab omnibus observari.

Quinto: Ne Superiores Locales sese excusare deinceps valeant ab administrandis suæ respectivæ Familiæ necessariis, curent Superiores Generales, & invigilent, ut in unoquoque Conventu is Fratrum numerus statuatur (minuendo etiam in Provinciis, quoties opus fuerit, Novitiorum receptionem), qui ex consuetis eleemosynis commodè substentari valeat.

Sexto: Tandem Rm̃us P. Minister Generalis noviter electus, post expleta hujus Capituli Generalis Acta, & antequam ex hac Familia Cismontana discedat, ad Almam Urbem, Romanamque Curiam dignabitur accedere, ut apud Sanctissimum, ac Sanctitatis Suæ auctoritate, & assensu, illa omnia decernere, ac statuere valeat, quæ pro communi Ordinis, Provinciarumque nostrarum bono videbuntur in Domino expedire.

Ad hæc cupiens Generale Capitulum ea scandala ab Ordine removere, quæ ex nimis opinandi licentia, in doctrinis præcipuè ad mores pertinentibus, oriri, & suscitari possent; renovat, ac confirmat eas omnes Constitutiones, quæ in aliis præcedentibus Generalibus Capitulis de doctrinis in nostris Scholis, & a Nostratibus seligendis decreta sunt. Et ad hunc effectum mandat, & præcipit Sac. Theologiæ Lectoribus, aliisque omnibus, quatenus doctrinas tutiores, & probabiliores semper doceant, & amplectantur.

SESSIO XVI. VESPERTINA

Eadem die 6. Junii.

ATtenta translatione Comitatus de Chinchon in favorem Serenissimi Principis ALOYSII BORBONII Hispaniarum Infantis, Definitorium Generale totius Ordinis, tam Cismontanæ, quam Ultramontanæ Familiæ, ipsum Serenissimum Principem declarat Patronum, & Protectorem Generalem nostri Ordinis universi, necnon & omnes ejus Successores in eodem Comitatu in perpetuum. Et Regiæ suæ Celsitudini humillimas refert, magnasque gratias, quod Religionem nostram charitativo prosequens affectu, eandem in Regale suum Patrocinium suscipere, ingentique hoc honore augere dignata sit. Omnes insuper memorati Definitorii Patres, cunctis consentientibus, & plaudentibus Generalis Capituli Vocalibus, unanimiter approbant conditiones omnes propositas, vel proponendas pro parte Serenissimi Infantis Patroni, & Protectoris nostri, nulla prorsus excepta. Supplicant proinde Rm̃um Patrem nostrum Ministrum Generalem, ut curet, quod necessariæ, ac opportunæ Scripturæ, sive Instrumenta ad placitum, & satisfactionem ejusdem Serenissimi Principis conficiantur; tribuentes, & conferentes eidem Rm̃o, nomine etiam totius Ordinis, ad hunc effectum omnes, & quascumque facultates. Ut vero tanti beneficii, Regiæque Serenissimi hujus Principis benignitatis erga Nos notitia ad omnes, & singulos Fratres, ac Moniales totius Nostri Ordinis quanto citius deferatur, mandat Definitorium Generale, ut hoc Decretum inter Acta Capituli Generalis reponatur, omnesque tam Superiores, quam Subditos hortatur, ut pro incolumitate tanti Principis, ejusque in Comitatu de Chinchon Successorum Deum Optimum Maximum exorare nunquam desistant.

Quia vero Serenissimus Princeps PHILIPPUS BORBONIUS pariter Hispaniarum Infans, Parmæ, ac Placentiæ Dux, & Comes olim de Chinchon, pro sua in Ordinem nostrum pietate, atque affectu multas, ingentesque eleemosynas pro expensis Capituli Generalis Murcien. elargiri dignatus est; hinc cupiens Definitorium Generale, totius etiam Ordinis nomine, eas, quas potest, Regiæ suæ Celsitudini debitas referre gratias, mandat proinde, atque decernit, quod efformentur, Ipsique consignentur Litteræ Patentales suffragiorum, quæ concedi consueverunt Patronis Ordinis nostri Generalibus, quæque promulgandæ erunt per omnes Provincias, & Conventus totius Ordinis, cùm laudatus Princeps Serenissimus, quem ad multos annos custodiat Altissimus, diutissimeque conservet, viam ingredietur universæ carnis.

Ad evitandas gravissimas expensas, quæ ex multiplicitate Vocalium, eorumque Sociorum, ad Capitula Generalia nostri Ordinis confluentium, hactenus expertæ sunt, & in dies experiuntur, decernit Definitorium Generale, supplicandum esse Sanctissimo per Rm̃um P. Ministrum Generalem pro eorumdem Vocalium diminutione, ita ut, præter Patres Rm̃i Definitorii, & Custodes Regiminis Custodiarum, ex unaquaque Provincia imposterum unus tantum Vocalis ad Generale Capitulum accedat Minister Provincialis, eoque sese excusante, &

legi-

legitime impedito, succedat ad suffragandum Custos, qui tantummodo secum Tertiarium deferat. Discreti autem Generales Ordinis unum tantum Socium vel Sacerdotem, vel Laicum cum Tertiario deinceps deferre possint.

PRO PROCURATORATU IN CASU VACANTIÆ QUALIFICATI, ET APPROBATI FUERUNT SEQUENTES

R. P. F. Antonius Albian Doctor in Sacra Theologia, Lector Iubilatus, & Minister Provinciæ Aragoniæ.

R. P. F. Michael Rodenas Lector Iubilatus, & Minister Provinciæ Valentiæ.

R. P. F. Joseph Maria Lector Iubilatus, & Custos Provinciæ Carthaginen.

PRO COMMISSARIATU CURIÆ

Adm. R. P. F. Franciscus Antonius a Mutilliana Lector Iubilatus, Provinciæ Bononiæ Ex-Minister, & Ex-Def. Gen. Ord.

Adm. R. P. F. Philippus a Podio-Myrteto Lector Iubilatus, Provinciæ Romanæ Ex-Minister, & Ex-Def. Gen. Ord.

R. P. Columbianus de Senis Lector Iubilatus, & iteratò Minister Provinciæ Tusciæ.

PRO PROCURATORATU REFORMATORUM

Adm. R. P. F. Silvester Amalphitanus Sac. Theologiæ Lector, Provinciæ Principatus Ex-Minister, & Ex-Def. Gen. Ord.

Adm. R. P. F. Benedictus a Cavalesia Sac. Theologiæ Lector Emeritus, & Ex-Def. Gen. Ord.

R. P. F. Clemens a Ianua Lector Emeritus, & Minister Provinciæ Ianuen.

PRO PROCURATORATU DISCALCEATORUM, ET RECOLLECTORUM

R. P. F. Ioseph a Puerto Llano Sac. Theologiæ Lector antiquus, Ex-Minister Provinciæ S. Ioseph Discalceator., & Commissarius Generalis delegatus in Ultramontanis Partibus.

R. P. F. Franciscus a S. Maria antiquus Sac. Theologiæ Lector, & Provinciæ S. Petri de Alcantara in Regno Neapolis iteratò Minister.

R. P. F. Blasius a S. Bernardino antiquus Sac. Theologiæ Lector, Ex-Minister. & Custos Provinciæ S. Pauli Discalceator.

IN GUARDIANUM HIERUSALEM, ET CUSTODEM TERRÆ SANCTÆ ELECTUS FUIT

R. P. F. Paulus de Placentia Sac. Theologiæ Lector, Ex-Diffinitor Provinciæ Bononien. Reformatorum, & iteratò Guardianus Conventus Placentini.

Inito calculo Conventuum, Monasteriorum, Fratrum, ac Sororum tam viventium, quam defunctorum Ordinis, utriusque Familiæ Cismontanæ, & Ultramontanæ, à tempore celebrati Capituli Generalis Murciensis 1756. usque ad præsens Capitulum Mantuanum; Numerus repertus est, prout sequitur.

IN CISMONTANA FAMILIA

Conventus Observantium	814
Reformatorum	687
Omnes	1501
Monasteria Sororum Observant.	106
Reformat.	41
Omnia	147
Fratres viventes Observantes	16115
Reformati	16505
Omnes	32620
Sorores viventes Observantium	3449
Reformatorum	1173
Omnes	4622
Fratres defuncti Observant.	2785
Reformat.	2432
Omnes	5217
Sorores defunctæ Observantium	252
Reformatorum	226
Omnes	478

Desunt ab hoc numero, ex Observantibus Provinciæ S. Antonii Venetiarum, Corsicæ, & Candiæ, quarum Vocales Capitulo non interfuerunt: & ex Reformatis, eadem de causa, Provinciæ Vallis Neti, & Corsicæ.

IN FAMILIA ULTRAMONTANA

Conventus Observantium	766
Discalceatorum	410
Omnes	1176
Monasteria Sororum	471
Fratres viventes	35259
Sorores viventes	13885
Fratres defuncti	5229
Sorores defunctæ	2153

Ab hoc calculo excluduntur Provinciæ omnes Galliæ, tam Observantium, quam Recollectorum: item Provinciæ S. Antonii de las Charcas, & S. Joseph de Jucatan, necnon Custodia Conceptionis de los Azores: Quarum Custodes suas respectivè notulas Capitolo Generali non præsentarunt.

CAPITULI GENERALIS, OMNIUMQUE IN EO ACTORUM SUBSCRIPTIONES.

ITA EST FR. PETRUS JOANNETIUS DE MOLINA MINISTER GENERALIS TOTIUS ORDINIS.

Ita est F. Clemens de Panormo Minister Generalis immediatus.

Ita est F. Paschalis a Varisio Commissarius Generalis.

Ita est F. Antonius Joannes de Molina Ex-Commissarius Generalis immediatus.

Ita est F. Joannes Antonius a S. Cruce Lector Iubilatus, & Discretus &c.

Ita est F. Joannes Alfaro Coronado Procurator Generalis Ordinis.

Ita est F. Gregorius a Marsalia Commissarius Gen. Curiæ.

Ita

Ita est F. Carolus a Golleono Procurat. Gen. Reformat.

Ita est F. Ioannes Lutre Procurat. Gen. Discalceat., & Recollect.

Ita est Fr. Anacletus de Roma Ex-Procurat. Gen. Ord. immediatus.

Ita est F. Franciscus Daniel Cricourt Definitor Generalis.

Ita est F. Marinus Barèe Definitor Generalis.

Ita est F. Antonius de Alcaba Definitor Generalis.

Ita est F. Ioannes a S. Maria, & Lema Definitor Generalis.

Ita est F. Augustinus Fournier Definitor Generalis.

Ita est F. Ioannes Baptista Servera Definitor Generalis.

Ita est F. Balthassar Clotten Definitor Generalis.

Ita est F. Martinus Falliez Definitor Generalis.

Ita est F. Antoninus a Plagis Definitor Generalis.

Ita est F. Joseph Maria de Vedano Definitor Gener.

Ita est F. Bernardinus a Panormo Definitor Generalis.

Ita est F. Syrus a S. Georgio Definitor Generalis.

Ita est F. Venustianus Hiebel Definitor Generalis.

Ita est F. Franciscus Przylecki Definitor Generalis.

Ita est F. Thomas Hyacinthus ab Ascula Definitor Generalis.

Ita est F. Bonaventura ab Arnuo Definitor Generalis.

Ita est F. Dominicus Blasco a Tabernis Definitor Generalis.

Ita est F. Cherubinus a Roma Definitor Generalis, & Capituli a Secretis pro Familia Cismontana.

Ita est F. Petrus Otero Definitor Generalis, & Capituli a Secretis pro Familia Ultramontana.

= Hic desinit Actorum Codex Capituli Generalis. Ad eadem verò Acta pertinent Literæ, quas ad Viceprocuratorem Gen. PP. Reformatorum super Causa Reformatæ Provinciæ Poloniæ Majoris (de qua supr. Sess. X. init.) Romam scripsit ex Comitiis ipsis, jussu Rmi Discretorii Generalis, P. Cherubinus a Roma Almæ hujus Observ. Provinciæ Romanæ Lector Jubilatus, & Minister, creatus Definitor Generalis ab eodem Capitulo, cui etiam pro Familia Cismontana a Secretis erat; Vir ingenio, doctrina, pietate in Deum, pietate in Beatissimam Matrem, ceterisque virtutibus spectatissimus; notus quoque literariæ Reipublicæ ob præclarum Opus Historicum Theologicum de Anno Jubilæi in tres Libros partitum, dicatumque Pontifici doctissimo Benedicto XIV. Anno 1750.; & ob Versionem, Explanationemque Regulæ Clarissarum, Librum planè Sanctimonialibus ipsis, earumque Confessariis, ac spiritus Moderatoribus utilissimum, atque adeo summopere necessarium, quem pretiosa morte præreptus non potuit perficere. Perfecit autem illustris alius Provinciæ ejusdem Alumnus, absolutissimum nempe illud observantiæ, disciplinæque Regularis, omniumque virtutum Exemplar, Caput pariter nobis carissimum, cujus jacturam sine dolore recordari non possumus, P. Petrus Romanus, insignis & ipse Lector Jubilatus ejusdem Provinciæ: qui ut uno eodemque tempore Muneribus multiplicibus, ex Obedientia susceptis, tum Provinciæ Custodis, tum Clericorum Magistri, tum Delegati Provincialis cumulatissimè satisfaceret; simul autem & Choro, aliisque communibus Actibus interesset, & privatas suas spirituales exercitationes non intermitteret, & præsto insuper de more esset Animabus, quas intra, & extra Cœnobium moderabatur, aliisque in exitu constitutis nihil frigore, aut æstu deterritus; brevi, pulmonario morbo correptus, Obedientiæ, & Charitatis Victima, immatura morte occubuit Anno 1788. die VIII. Maji; qua die S. Ecclesia Apparitionem recolit S. Michaelis Archangeli *constituti a Deo Principis super omnes Animas suscipiendas*, & celebrabat eo Anno Octavum diem Triumphalis Festi Ascensionis Salvatoris nostri Dei. Quum jampridem septemdecim ante Annis mortalitatem explesset P. Cherubinus, quem supra laudavimus, Anno scilicet 1771. die Martii XXV., fausta itidem die Annunciationi Bmæ Virginis sacra, adversus quam ipsius religio, & amor mirum in modum exarserat: cujus rei (ut mittam argumenta alia) indicio sunt incredibiles, assiduæ, amantissimæ curæ, quas pro cultu amplificando antiquissimæ, nobilissimæque Imaginis Magnæ ejusdem Dei Matris (ab *Indigentibus* nuncupatæ, vulgo *De' Bisognosi*), in Sanctuario sito supra Montem Carseolanum pietate Fidelium celebratæ, indefessus suscepit tum in constituendo illic Romanæ suæ Observantis Provinciæ ad ministeria Sacræ Ædis Hospitio, tum in Templo, Hospitioque servandis, instruendis, ornandis, ut quidquid studio, labore, industria corrogare subsidii posset, totum id in piissimos usus illos ad mortem usque conferret.

= Ergo Literæ ab hoc perscriptæ (ut ad rem redeamus) Discretorii Generalis nomine super Causa vertente Reformatas inter Provincias Poloniæ Majoris, & Prussiæ, hujusmodi sunt =

„ ADmodum Rev. Pater = De mandato Rmi Discretorii Generalis, in hac Mantuana Civitate ad Generalia Comitia celebranda Canonice congregati, significo Paternitati tuæ Adm. Rev., quatenus, instante P. Prominstro Reformatæ Provinciæ Majoris Poloniæ in vim cujusdam Decreti istius Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, quo eidem conceditur oris apertio, & remittitur ejusdem petitio ad Capitulum Generale; constitutis ad hanc controversiam examinandam Auditoribus, videlicet pro P. Prominstro Poloniæ Majoris P. Provinciali Poloniæ Minoris, & pro P. Ministro Provinciæ Prusso-Marianæ P. Custode Russiæ, qui Auditores fuerunt a Partibus specialiter electi, & a P. Ministro Generali adprobati ad effectum, ut, auditis Partibus, Discretorium Generale super Causæ meritis instructum redderent: iidem Auditores, Partibus interesse habentibus & scripto, & voce coram informantibus sæpius auditis, ac visis documentis omnibus, & rationibus hinc inde deductis, fuerunt in voto, *nihil penitus esse innovandum, & standum esse in decisis, & amplius*, ad normam Constitutionis Benedicti XIV. incip. *Quæcumque ad majorem* die 23. Julii 1751., hac super re editæ, & cujusdam Decreti Capituli Generalis Murciensis Anno 1756. celebrati Sess. 13. die 10. Junii, in quo Decreto ratam habet divisionem Reformatæ Provinciæ Marianæ in Prussia a Reformata Provincia Majoris Poloniæ in terminis, & statibus, & præcipit, nihil esse in posterum innovandum.

„ Porro cum hanc resolutionem ratam habuerit, & ut rationi, & æquitati consentaneam adprobaverit Rmum Discretorium Geneeale, mandat Paternitati tuæ Adm. Rev., ut ipsam referas ad Sacram Congregationem Episcop. & Regularium, omnemque operam, & sollicitudinem impendas, ut hac super controversia nihil innovetur, sustineatur præfata divisio Provinciarum in statu,

„ con-

„ conditionibus, & terminis, in quibus impræsen-
„ tiarum reperitur, & imponatur Partibus perpetu-
„ um Silentium. Siquidem rationes adductæ a P.Pro-
„ ministro Majoris Poloniæ ad laudatam divisionem
„ infirmandam, & ad repetendos duos Conventus, al-
„ terum Thorunii in Podgoria, Uladislaviensem alte-
„ rum, inventæ sunt omnino leves, arbitrariæ, &
„ insubsistentes. Bene vale, ac veris felicitatibus diu-
„ tinè perfruare.
„ Mantuæ ex Conventu S. Francisci die 6. Junii
„ 1762.

„ De mandato Capituli Generalis
„ Fr. Cherubinus a Roma Provinciæ Ro-
„ manæ Minister, & Capituli Generalis
„ a Secretis.

= Constitutionem, *Quæcumque*, S. M. Benedicti
= XIV., supra laudatam, habes in Chronologis P.
= Perusini (Part. II. p. 463. ad calc. & sequentib.).
= Statutum verò Capituli Murciensis legitur inter Acta
= ejusdem Capituli (supr. p. 216. A. §. *Novum*).
= Accepta hac Epistola, P. Viceprocurator Gen.
= exhibuit illam Emis Patribus, negotiis Episcopor.
= & Regularium præpositis, suæ adnexam Relatio-
= ni datæ 28. Junii ejusd. Ann. 1762.: in qua con-
= sequenter censuit, *imponendum esse huic controver-*
= *siæ, semel, & iterum judicatæ, perpetuum silen-*
= *tium*.
= Subinde in Regesto ipsius S. Congñis fuisse ab
= eadem rescriptum invenio in hæc verba = *Observ.*
= *Riform.: Fr. Benedictus Sokolnicki Pro-Minister Pro-*
= *vinciæ Major. Polon.: Provisum per Capitulum Ge-*
= *nerale, & Orator acquiescat*.
= Vid. & infr. ad 7. Septembr. 1764.

1762. 16. Jun. B. Seraphinæ Sfortiæ *amplificatur cultus Officii: denegatur autem Franciscanis Ordinibus elevatio Ritus*.

D E C R E T U M

Pisauren.

OFficium, & Missam Beatæ Seraphinæ Sfortiæ Monialis Professæ Monasterii SSmi Corporis Christi Pisauri Ordinis S. Claræ, cum Oratione, & Lectionibus Secundi Nocturni propriis, sub die 29. Novembris anni 1755. (*a*), ac die 2. Septembris 1758. (*b*) a Sac. Rituum Congregatione ad primam diem non impeditam, ab Ordinariis Locorum designandam, aliàs concessum, supplicante Rmo Archiepiscopo una cum Capitulo, Confalonerio, & Prioribus Urbinatibus, eadem Sac. Congregatio ad relationem Emi, & Rmi Domini Cardinalis Columnæ de Sciarra Ponentis benignè extendit ad ipsam Civitatem Urbini sub ritu duplici minori, ad Diœcesim vero sub ritu semiduplici, a Clero ejusdem Civitatis, ac Diœcesis recitandum.

Ad pias itidem preces Magni Comestabilis Columnæ præfata Sacra Congregatio concessit extensionem ejusdem Officii, & Missæ ad Oratoris propria, & Ecclesias principaliores Feudorum Familiæ Columnæ sub ritu semiduplici ad formam concessionis favore Familiæ Sfortiæ supradicto anno 1755. factæ.

Præterea, rogante Rmo Episcopo Pisaurensi pro elevatione ritus præfati Officii quoad Civitatem, & Diœcesim Pisauri, ipsa Sacra Congregatio indulsit, ut idem Officium, & Missa in posterum recitari, & respective celebrari possit, & valeat in enunciata Civitate sub ritu duplici majori, in Diœcesi vero Pisauren. sub ritu duplici minori.

Porrectis insuper iteratis humillimis precibus ex parte Ducis Philippi Sfortiæ Cesarini prædicta Sacra Congregatio respondit: Pro gratia elevationis ritus dicti Officii, & Missæ a semiduplici ad duplex minus quoad Oratoria propria, & Ecclesias principaliores Feudorum ipsius Ducis Oratoris; quo vero ad reliquas quascumque Ecclesias, & Oratoria sita intra fines eorumdem Feudorum, pro extensione ejusdem Officii, & Missæ sub ritu semiduplici.

Denique quoad elevationem ritus sæpedicti Officii, petitam ab universo Ordine S. Francisci tum Min. Observ., & Reformat., tum Conventual., & Tertii Ordinis, tum etiam Capuccinor. rescripsit, Relata. Si SSmo Dño Nostro placuerit. Die 8. Junii 1762.

Factaque deinde per me infrascriptum Secretarium de prædictis eidem SSmo Dño Nostro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit. Die 16. ejusdem Mensis, & Anni 1762.

Joseph Maria Card. Feroni Præfect.

Loco ✠ Sigilli.

S. Burghesius S. R. C. Secret.

(*a*) Vid. supr. p. 189. A. post med.
(*b*) Vid. p. 303. A. sub fin.

1762, 22. Jun. *PP. Exdefinitoribus Generalibus jus Suffragii in Provinciarum suarum majoribus, minoribusque Comitiis, ac Definitoriis perpetua lege conceditur*.

CLEMENS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

INjuncti Nobis per abundantiam Divinæ gratiæ Pastoralis Officii sollicitudo postulat, atque exigit, ut iis, per quæ Christifidelium sub suavi Religionis jugo Altissimo famulantium prospero statui consulitur, ejusdem Officii partes sedulo intendamus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Aliàs siquidem pro parte dilectorum filiorum Ex-Definitorum Generalium absolutorum Familiæ Cismontanæ Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci tam de Observantia, quam Reformatorum nuncupat., dilectis itidem filiis Discretorio Generali Familiæ, & Ordinis hujusmodi, in Civitate Mantuan. pro celebratione Capituli Generalis ipsius Ordinis in unum congregato, exposito, quod, si Ex-Definitoribus Generalibus pro tempore existentibus, absoluto Sexennio Muneris, sive Officii hujusmodi a Capitulis Generalibus aliàs sibi demandati, jus suffragandi in omnibus Capitulis, Congregationibus, & Definitoriis Provincialibus suarum respectivè Provinciarum concederetur, id in profectum, & utilitatem earumdem Provinciarum cederet; idem Discretorium rem maturè perpendens, de consensu dilecti Filii Nostri Ignatii S. R. E. Presbyteri Cardinalis Cribelli nuncupat. in eodem Capitulo, Nostro, & hujus S. Sedis nomine Præsidentis, suum edidit Decretum tenoris sequentis, videlicet =
„ Rmi, & Admodum Colendissimi Patres = Pro
„ parte Ex-Definitorum Generalium, tam Regularis
„ Ob-

„ Observantiæ, quam Reformatorum, Cismontanæ Familiæ reverenter exponitur Rmis Paternitatibus Vestris, multum expedire profectui, & utilitati Provinciarum ejusdem Familiæ, quod statuatur, ut hujusmodi Ex-Definitores Generales, absoluto Sexennio actualis Officii, jure gaudeant suffragandi in omnibus Capitulis, & Congregationibus Definitorialibus suarum respectivè Provinciarum: cum enim fuerint Supremi in Ordine Judices, & Superiorum Generalium Consultores, ac proinde constituant Supremum Senatum totius Ordinis ad discutienda, & definienda graviora Negotia, & Causas ejusdem Ordinis; consequitur, ut polleant doctrina, zelo, prudentia, atque singulari experientia, proptereaque eorum assistentia in præfatis Capitulis, & Congregationibus Definitorialibus lumen afferat, & juvamen pro justa, & salubriori resolutione Causarum, & Negotiorum, quæ in ipsis tractantur. Similibus enim ex causis fel. record. Urbanus VIII. concessit, atque decrevit, quod in Provinciis Ultramontanæ Familiæ semper adessent in Capitulis, & Definitorialibus functionibus duo Patres habituales, videlicet Pater dignior, & Provincialis immediatus, ut patet ex Literis Apostolicis incipien. = *Onerosa* = die XXIII. Julii MDCXXXIX., derogando contrariæ dispositioni san. mem. Gregorii XV.: quæ quidem rationes fortius militant pro solis Ex-Definitoribus Generalibus, ut Paternitatibus Vestris apertè constat. Quapropter humiliter supplicant, quatenus Paternitates Vestræ Rmæ decernere dignentur, supplicandum Sanctissimo, ut in Cismontana Familia Ex-Definitores Generales Ordinis gaudeant in perpetuum jure suffragandi in Capitulis Provincialibus, & Definitoriis propriæ Provinciæ: quo pacto etiam provisum erit decori præcipuorum Officialium Religionis. Et de gratia, quam Deus &c.

„ Assistente Emo D. D. Card. Præside, totum Discretorium Generale Ordinis censuit, expedire utilitati Provinciarum pro recto Gubernio ipsarum, petita concedere, ut in precibus; atque adeò supplicandum esse Sanctissimo pro Gratia. Datum Mantuæ in Comitiis Generalibus die XXIV. Maji MDCCLXII. = Ita est F. Benedictus Maria de Florentia Definitor Gener. Substitutus, Ex-Procur. Gener. Ord. = Fr. Venantius Tyzkouski Definitor Gener. = Fr. Silvester Maria ab Amalphi Definitor Gener. = Fr. Seraphinus a Censano Definitor Gener. = Fr. Philippus de Podio Myrteto Definitor Gener. = Fr. Bernardinus de Spalato Definitor Gener. = Fr. Franciscus Antonius a Mutiliana Definit. Gener. = Fr. Cajetanus Maria a Syracusis Definit. Gener. = Fr. Benedictus a Cavalesio Definit. Gener. = Fr. Joannes Franciscus de Rapallo Definit. Gener. = Fr. Carolus a Golleono Procurator Gener. Min. Reform. = Fr. Anacletus de Roma Procurator Gen. Ord. = Fr. Joannes Antonius a S. Cruce Lector Jubilatus, & Discretus. = Fr. Petrus Joannes de Molina Ex-Minister Gener. = Fr. Clemens de Panormo Minister Generalis. = I. Cardinalis Cribellus Præses Capituli. = De mandato Rmi Discretorii Generalis Fr. Franciscus Thomas Maria de Cardèra Secretarius. = Loco ✠ Sigilli. =

Cum autem, sicut dictum Discretorium Nobis subinde exponi fecit, ipsum hujusmodi Decretum, quò firmiùs subsistat, & servetur exactiùs, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideret; Nos ipsum Discretorium specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & illius singulares personas a quibusvis excommunicationis, *&c.* absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertum ejusdem Discretorii Generalis Decretum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos tam juris, quam facti etiam substantiales defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, & sanamus. Decernentes, easdem præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in futurum, plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Provinciarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earundem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXIX. Junii MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

N. Card. Antonellus.

= 1762. 13. Jul. = Hac die prodierunt duo Brevia Apostolica: quorum altero, incipiente, *In specula*, Rmus P. Petrus Joannetius, in nuperis Comitiis Minister Generalis creatus, constituitur Apostolicus Commissarius, Visitator, Reformatorque totius Ordinis: altero autem, cujus initium, *Cum sicut Nobis*, tribuitur eidem Facultas eligendi semel per se ipsum in unaquaque Provincia, ubi res id postulaverit, Ministrum, Definitores, ceterosque Officiales. Supervacaneum est Literas utrasque referre, quandoquidem eædem sunt, atque illæ, quas descripsimus alibi (sub d. 6. Decembr. 1756.), ubi etiam perlegi possunt Scholia, quæ ad prioris Brevia calcem adjecimus.

1762. 25. Jul. *Rmi P. Ministri Generalis Literæ, quibus Romanorum omnium Conventuum jurisdictioni suæ subjectorum Visitationem indicit.*

FR. PIETRO GIOVANNEZIO

DE MOLINA

Antico Lettore di S. Teologia, e nella Real Giunta della Goncezione Immacolata Teologo, Ministro Generale di tutto l'Ordine del P. N. S. Francesco, Riformatore, Gommissario Visitatore Apostolico, e Servo

Alli Dilettissimi Padri, e Fratelli tutti tanto Superiori, che Sudditi di qualunque grado, e condizione dimoranti in Roma, nommeno ne' Conventi della Regolare, che della più Stretta Osservanza, ed anche del Terz' Ordine soggetti alla nostra Giurisdizione, salute, e pace nel Signore N. Gesù Cristo, ch' è la vera salute, e pace sempiterna.

PER quanto Iddio Signore per sua infinita misericordia ci abbia comunicato un assai chiaro, e distinto lume de'nostri demeriti, e delli molti sbagli, e mancanze da Noi commesse la prima volta, che fummo indegnamente promossi al Ministeriato Generale di tutto l' Ordine del P. N. S. Francesco; ad ogni modo adorando i giudizj veramente impetscrutabili della Divina Providenza, che d' ogni creata cosa in numero, peso, e misura con ugual snavità, e fortezza dispone, e governa, ci è convenuto per la seconda volta piegar la cervice, e sottomettere le nostre debolissime spalle al pesantissimo giogo della medesima Carica. Di fatto terminato che ebbimo il corso del nostro primo Generalatn, e più d'un Triennio l'altro non men pesante Officio di Commissario Generale; con disegno di placare la Divina Giustizia col mezzo d'uoa salutare Penitenza, confortati dalla Divina Grazia, senza il di eui efficace ajuto nulla possiamo, ei eravamo ritirati nel Santuario di Villa Reale, ove riposa incorrotto il Sagro Deposito del Glorioso S.Pasquale Bayloo nostro special Protettore, ed Avvocato, sperando dalla Divina Glemenza per la di lui intercessione quegli ajuti da Noi mai meritati, ma indispensabilmente necessarj pel conseguimento del bramato fine. Ma costretti per l'autorità de'Superiori ad intervenire al Capitolo Generale ultimamente celebrato in Mantova, non ostante la nostra efficace resistenza, e rinunzia della voce passiva, ed altri forti mezzi da Noi adoperati per impedire la nostra Elezione, e facilitare quella d'altro Soggetto graduato, e di Noi più idoneo, e più meritevole, fummo per la secooda volta eletti al Ministeriato Generale con quasi tutto il pieno de'Voti del oumeroso Gapitolo.

Iu veggendo pertanto con voci sì limpide, e chiare manifestata la volontà del Signore di servirsi della oostra pochezza per governare l'eletto suó Gregge, abbiamo in Noi sperimentata nuova forza, e vigore; e quinci per corrispondere alle Divine chiamate, e santamente adempiere a' nostri doveri, ci siamo risoluti di tutte impiegare le eure del nostro spirito, e le forze anche corporali assai diminoite, ed isnervate per l'età avanzata, e per le precedenti fatiche pel bene comune di tutto l'Ordine, e pel vero spirituale profitto delle PP., e RR. VV. senza risparmiare sollecitudine, e fatica veruna, anche con evidente pericolo d'aceorciare il enrso di quel breve residuo di vita, che restare ci possa, con vero desiderio d'emendare quanto per Noi far si possa, i difetti, e le colpe del nostro anteriore Goveroo.

Quindi è, ehe comandando la nostra S. Regola a tutt'i Ministri di visitare, ed umilmente, e caritativamente ammonire, e correggere i sooi Fratelli = *Fratres, qui sunt Ministri, & Servi aliorum Fratrum, visitent, & moneant Fratres suos, & humiliter, & charitative corrigant eos* = cap. 10. = e coerentemente ad essa i Generali Statuti = *Ut quæ in Ordine, aut Fratribus corrigenda sunt, Prælatorum judicium non subterfugiant, admonemus Rmum P. Ministrum Gen., ut, quantum fieri commode possit, universum Ordinem intra Sexennium visitare, & in omnibus Capitulis Provintialibus interesse conetur* = cap. 7. Compilat. Ultramont. =

In adempimento di tali precetti, e per umilmente uniformarci alle santissime intenzioni del zelantissimo Sommo Pontefice felicemente regnante, abbiamo risoluto di comineiare la Santa Visita da questa Città Capitale del Mondo, e dai Gonventi esisteoti in essa sottoposti alla nostra Giurisdizione, riflettendo quanto importi allo stabilimento, e conservazione del buon ordine, ed osservanza della oostra S.Regola, de'Statuti, delle Gostituzioni, e di tutt'i punti della Disciplina Regolare negli altri Conventi, e Provincie, l'esempio di quei di Roma, li quali pee essere sotto gli occhi del Gapo visibile della Gattolica Ghiesa, dell'Emo Sig. Cardinal Protettore, e Correttore dell'Ordine, e degli Emi Sig. Cardinali, e Prelati, e per risiedere in essi li Superiori Generali delle Religioni, vengono riguardati come tanti esemplari, e specchi degli altri di fuori; oode ne siegue per necessaria conseguenza, che debbano questi fiorire particolarissimamente nell' esercizio delle virtudi proprie de'FF. Minori, e nella più esatta osservanza del nostro Serafico Istituto; altrimenti, attesa l'autorità, ch'essi godono dalla vaotaggiosa loro situazione, vengono a derivare le loro sregolatezze, inosservanze, ed abusi io tutti li Conventi della Religione stabiliti fuori di Roma.

Onde in virtù della presente notifichiamo alle PP., e RR. VV. questa nostra determinazione, intimando a tutti, ed a eadauno io particolare la nostra Visita Generale, ed Apostolica di tutti li sudetti Conventi, e Religiosi di qualunque Provincia del nostro Ordine Cismontani, ovvero Oltramontani dimoranti quì di Famiglia, o in qualsisia altra maniera, o impiego trattenuti, senza eccezione d'alcuno. E però comandiamo espressamente, che niun Religioso parta da Roma dopo la publicazione di queste nostre Lettere patenti senza nostra precisa licenza, che peraltro Noi non negheremo ogniqualvolta li PP. rispettivi Superiori ci faranno intendere la giusta causa, e necessità d' una tale partenza.

E perchè riuscirebbe inutile la Visita, se interrogando Noi con diligenza circa lo stato de' nostri Conventi, e de' Religiosi sì nello spirituale, che nel temporale, e sopra l'osservanza del nostro Serafico Instituto, come prescrivono i Sagri Canoni, essi non iscuoprissero la verità, come sono tenuti, eomandiamo a tutti, e singoli i Padri, e Frati per Santa Ubbidienza, e in virtù dello Spirito Santo di

di rispondere con sincerità, ed ischiettezza secondo la verità, e a tenore di quanto da Noi saranno interrogati, e richiesti.

Parimente imponiamo a tutti, e singoli collo stesso formale precetto di S. Ubbidienza, e sotto pena di Scomunica maggiore *latæ sententiæ*, che ciascheduno ci manifesti in iscritto tutte le cose, che ritiene per suo uso, di qualunque specie sieno, ed in qualunque luogo le conservino, ad effetto di riconoscere se sieno, o no conformi allo Stato, ed all'altissima Povertà da noi professata, ed in conseguenza permetterne l'uso, o proibirlo coll'applicarle alle rispettive Comunità, dichiarando a tutti la nostra espressa intenzione di negare la necessaria licenza di fare qualunque uso di quelle cose, che ci saranno nascoste, e taciute, e proibiamo a tutti li Superiori inferiori di concederla sotto qualsisia pretesto, o colore *sub pœna nullitatis*, ed altre da infligersi a nostro arbitrio secondo l'eccesso, e qualità della trasgressione.

Ordiniamo pertanto, che queste nostre Lettere siano lette, e publicate in tutti li Conventi a Noi soggetti di quest'Alma Città in piena Comunità de' Religiosi nella maniera consueta, e con l'ordine, che sarà da Noi prescritto, inviandole i PP. Guardiani per Messo fedele, e sicuro dall'uno all'altro Convento colla solita fede della publicazione in ognuno, e per ultimo facendole a Noi pervenire.

Finalmente, Padri, e Fratelli carissimi, vera allegrezza, e corona nostra, che Noi amismo con tutta la verità, e con ogni immaginabile paterna tenerezza, dovendo Noi venire a visitarvi non per altro fine, che per promuovere i vostri veri vantaggi, e spirituale profitto, vi preghiamo per le viscere di Gesù Cristo Redentore nostro di spogliarvi d'ogni privata passione, e di vestirvi d'uno spirito di vera Carità, e di santo zelo, acciocchè la Santa Visita Apostolica, che Noi siamo per intraprendere, riesca a maggior gloria di Dio, d'utile, e decoro della nostra S. Religione, e di spirituale profitto, e vantaggio de'nostri Religiosi fratelli: Locchè dal Dator d'ogni bene con piena fiducia sperando, a tutti con somma tenerezza, ed amore compartiamo la paterna, e Serafica Benedizione.

Dat. dal nostro Convento di S. Maria d'Araceli di Roma li 15. Luglio 1762.

Delle PP., e RR. VV.

Affezionatiss., e devotiss. Servo nel Signore
Fr. Pietro Giovannezio de Molina Min. Gen., Commiss. Visitat. Apostol.

Loco ✠ Sigilli.

Di ordine di S. P. Rña
Fr. Pierjacopo da Lojsnò Segr. Gen. dell' Ord.

= Decreta, quæ a P. Ministro Generali condita = fuere, peracta cujusque Cœnobii Visitatione, ne= cesse non est hic referre. Ea, ubi opus fuerit, = ex Regesto XXIV. Generalis Curiæ Observ. Ultra= montanæ (p. 28. in Fol. adnex.), aliisque respe= ctivis Regestis, & Archivis petenda sunt.

1762. 28. Jul. *Commendatur Superioribus Domuum Religiosarum, ut prinsquam Pauperibus eleemosyna ad illarum januas distribuatur, eos in Christiana Doctrina instruendos curent.*

Marco Antonio del Titolo di S. Maria della Pace della S. R. C. Prete Card. Colonna, della Santità di Nostro Signore Vicario Generale.

IN esecuzione dell'Editto pubblicato sotto li 14. Marzo 1742. dalla S. M. di Benedetto XIV. (*a*) sopra la Dottrina Cristiana, e Catechismi; si raccomanda a tutt' i Superiori de'Monasterj, Conventi, Collegj, ed altre Case Religiose, che prima di dare l'Elemosina a'Poveri nelle loro Porte, procurino, almeno due volte la Settimana, che da uno di loro se li faccia l'istruzione circa la Dottrina Cristiana, come altre volte è stato ordinato, e con frutto eseguito. Questo dì 28. Luglio 1762.

M. A. Card. Vicario.

Gasparo Arciprete Ori Segret.

= (*a*) Postquam nempe ediderat idem Pontifex Bene= dictus die 7. Februarii præcedentis suam Epistolam, = *Etsi minimè*: quæ extat in ipsius Bullario (Tom. = I. p. 67. & sequentib.), quamque alibi comme= moravimus (sub d. 28. Febr. 1761. Not. *i*). Vid. = & supr. p. 240.

1762. 3. Aug. *Confirmantur Decreta, quæ pro S. Crucis Provincia Hispaniolæ, seu Caracarum in postremis duobus Generalibus Capitulis edita sunt.*

CLEMENS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Didacus Emmanuel Pucheta Frater expresse Professus, ac Procurator, & Custos Provinciæ S. Crucis in Hispaniola in Indiis, Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod per Constitutiones municipales ejusdem Provinciæ auctoritate Apostolica nondum confirmatas, inter cætera expressum reperitur, = Visitatores, & Præsidentes Capitulorum Provincialium dictæ Provinciæ S. Crucis non solum debere esse filios ipsius Provinciæ, & in ea residentes; sed etiam a toto Definitorio Provinciali pro tempore existente tres dictæ Provinciæ Professores de eadem Provincia optime meritos proponendos esse Commissario Generali Peruano pro tempore itidem existenti, ut unum ex tribus ex dictis electis, & nominatis, & non alium eligat in Visitatorem Provinciæ, & in Præsidentem Capituli Provincialis inde celebrandi: Et casu, quo præsentatio Definitorii ob longam distantiam ad prædictum Commissarium Generalem non accesserit, seu ejus nominatio, aut resolutio infra sex ultimos menses triennii ad Provinciam non advenerit, Definitorium istius utatur jure suo eligendi per suffragia accreta, & proponente Præside, unum ex tribus antea præsentatis, seu nominatis =. Non obstante vero hac Statutaria Constitutione, nuper dilectus filius modernus Commissarius Generalis Peruanus hujusmodi in ejusdem Provinciæ Visitatorem, & ipsius Capi-

tuli

tuli Præsidentem elegerit alium sibi benevisum dicti Ordinis, & Provinciæ alumnum ab illis ei a Definitorio Provinciali propositis, & selectis; eaque de causa ipse Didacus Emmanuel Procurator, & Custos nomine Provinciæ præfatæ ad Definitorium Generale ipsius Ordinis in Capitulo Generali Mantuæ nuper habito congregatum habuit recursum, a quo die 3. Junii nuper elapsi rescriptum fuit, prout sequitur =

» Die 3. Junii 1762. (a). Servetur Statutum Murciense inviolabiliter, &, reservato jure P. Commissario Generali ad visitandum per semetipsum Provinciam, de qua agitur, & præsidendum ipsius Capitulo, præcipitur eidem, ne mittat Visitatorem, aut Præsidem alterius Provinciæ, præter propositos a Definitorio ejusdem Provinciæ sub pœnis contra inobedientes taxatis. = Ita est F. Petrus Otero Definitor Gen., & Definitorii Gen. Secretarius. Decretum vero editum in Capitulo Murciæ est tenoris sequentis, videlicet =

» Die 31. Junii 1756. Provincia S. Crucis de Carachas tria enixe postulat: Primum, ut Municipalia Provinciæ Statuta, jam a Reverendissimo Indiarum Commissario Generali approbata, in hoc Generali Capitulo solemnius confirmentur. Alterum est, ut ob Provinciæ inopiam, nimiamque a contiguis distantiam, Visitatores, & Capitulorum Præsides ex Alumnis eamdem Provinciam inhabitantibus a Superiore Generali semper assumantur. Postremum, ut præcipiatur, Provinciale Capitulum nonnisi intra quintamdecimam Januarii, & quintamdecimam Februarii celebratum iri. Rescriptum est a Discretorii, & Definitorii Generalis Patribus, approbari Municipalia dictæ Provinciæ Statuta: Visitatorem ex eadem Provincia in posterum assumendum, ut petitur: atque Capitulum futuris temporibus absolute celebrandum intra terminum in precibus expressum =.

Cum autem, sicut dictus Didacus Emmanuel Nobis nuper exponi fecit, quò Decreta hujusmodi firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi, & Provinciæ præfatæ in præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dictum Didacum Emmanuelem Procuratorem, & Custodem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis Excommunicationis &c. absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinserta Definitorii Generalis in Capitulis Generalibus dicti Ordinis Decreta auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, & sanamus. Decernentes, easdem præsentes Litteras semper firmas &c., suosque plenarios &c., ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in futurum, plenissime suffragari, & ab illis inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices &c., ac irritum &c. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Provinciæ, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis in contra-

Chronol. Seraph.

rium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter; & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die III. Augusti MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

N. Card. Antonellus

Loc. ✠ Sig. Annul. Piscat.

= (a) Vid. supr. d. 29. Maji inter Acta ejusd. Capituli Mantuani (Sess. XIII. ante fin., in §. *Custos, & Procurator*): ubi etiam in Nota Sessionem citavimus Capituli Murciensis.

1762. 13. Aug. *In*

PP. Discretis Romani Recessus S. Bonaventuræ necessaria non est Vox passiva.

SAcra Congo EE., & RR. S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, ad quam SS. Dñus Noster supplicem libellum remisit (a), attenta relatione (b) P. Procuratoris Generalis, censuit rescribendum, prout præsentis Decreti vigore benigne rescripsit = Vocem passivam non esse necessariam in iis Religiosis, qui Discretorium S. Bonaventuræ juxta Leges Recessus, & Constitutiones Apostolicas efformant =. Romæ 13. Augusti 1762.

= (a) Scilicet P. Guardiani. Nam in Regesto Decretorum ejusdem S. Congñis, ex quo Decretum ipsum exscripsimus, sic juxta Decretum idem ad Libri marginem legitur: *Osserv. Riform. Guardiano di S. Bonaventura di Roma*.

= Ratio autem, cur ille declarandum rogaverit, esset necne necessaria Vox passiva in Discretis prædictis, fuerunt potissimùm Literæ Innocentii XII. (*Alias pro parte* 22. Sept. 1695.), confirmantes Decretum iisdem insertum Rm̃i P. Bonaventuræ Poerii Ministri Generalis, postea Archiepiscopi Salernitani; in quibus dicitur: *Qui quidem* (Discreti) *in omnibus supra, & infra dictis Voce activa, & passiva debeant gaudere* (in Chronol. P. Perusini Part. I. p. 414. B. post init.). Exponebat insuper P. Guardianus in supplici suo Libello conditiones illas, quæ in Discretis iisdem requiruntur secundùm Literas Benedicti XIV. (*Quas Apostolicæ* 24. Mart. 1751. (in cit. Chronol. Part. II. p. 465. A.).

= (b) P. Procurator Gen. Carolus a Gollsono in sua Relatione, data die 9. Augusti, censuit *cum Rmo P. Ministro Generali* (sunt verba Relationis), *quem de mandato Em̃arum Vestrarum consului, declarandum esse, Vocem passivam neutiquam necessariam fore in iis Religiosis, qui Discretorium S. Bonaventuræ* &c. *efformant*.

= Perpendebat namque, *sæpissimè contingere in Ordine nostro, Religiosos Voce activa, non verò passiva gaudere*. Quod autem in Brevi Innocentiano legitur de utraque Discretorum Voce; id ajebat *privilegium esse, non conditionem*, SINE QUA NON *possit quis esse Discretus; quemadmodum antecedentia* (inquit), *& consequentia consideranti manifestè liquet*.

= Sanè verba præsertim, quæ ibi statim sequun-

tur, id apertè commonstraut. Etenim posteaquaio decernitur, ut Discreti *in omnibus &c. Voce activa, & passiva debeant gaudere*; e vestigio additur limitatio hæc: *servata tamen forma nostrarum Generalium Constitutionum, & Decretorum Apostolicorum tenore*.

= Quod autem pertinet ad conditiones necessarias in Discretis secundùm Benedicti XIV. Literas; supponitur in relato Decreto, Discretum, qui Voce passiva careat, instructum nihilominus esse qualitatibus illis, quæ respectivè in ipso requiruntur. Siquidem Decretum istud *declarativum* solummodò est, non autem *constitutivum*, quo videlicet novum Jus inducatur, ac præexistenti Juri derogetur, Benedictinæ videlicet Constitutioni.

= Nam si ita esset; Sacra Congo, contra quam consuevit, petitionis limites prætergressa fuisset. Neque enim derogatio postulabatur, sed declaratio.

= Adhæc si Apostolicæ Constitutioni illi ex speciali SSmi Auctoritate in Decreto isto derogaretur; satis hoc in Decreto ipso significatum fuisset. Tantum verò hoc abest, ut contrà ponatur in illo verbum „ *consult* „. Hoc autem verbum, itemque verbum „ *respondit* „, quibus Prudentes olim, & Senatus in consultationibus solebant rescribere, ea Juris declarationem indigitant, non derogationem (vid. Fagnan. in C. *Quoniam* n. 19. sub fin. & 26. de const.).

= Denique disertissimè in eodem Decreto dicitur: *qui Discretorium .... juxta Leges Recessus, & Constitutiones Apostolicas efformant*. Discretorium autem *juxta Leges Recessus, & Constitutiones Apostolicas* efformare non possunt, nisi qui conditiones respectivè habeant in Legibus, & Constitutionibus iisdem expressas.

= Quare vis, ac sententia Decreti hæc est, Vocem passivam non esse necessariam in iis Religiosis, qui præscriptis qualitatibus præditi Discretorium S. Bonaventuræ constituunt.

= Jam verò, ut ea, quæ hic, & supra (sub d. 8. Januar. ejusdem Anni) de Discretis Sacri Recessus dicuntur, simulque laudata Benedicti XIV. Constitutio pleniùs intelligantur; e re fuerit attexere ipsius S. Congregationis Decretum, quod Anno 1727. 26. Septembris circa eosdem Discretos prodiit secundùm decisiones Emi Laurentii Cozza, Magni illius Romanæ Observantis Provinciæ antea Alumni, ac totius Ordinis Ministri Generalis: qui ob *consummatam virtutem, Religionis Zelum, ac Volumina novem ab eo in lucem edita, doctrina sana, & omnigena eruditione conferta*, ab immortalis memoriæ Pontifice, nostrique Nominis amantissimo Benedicto XIII. die 9. Decembr. 1726. ad Sacram Purpuram evectus est (Allocut. in Consistorio ea die habita ab eod. Pontif.).

= Cumque Decretum illud diei 26. Septembris sit veluti accessorium, & appendix præcedentis Decreti diei 2. Maji; istud illi præmittendum ducimus, quandoquidem desunt ambo in Chronologia P. Perusini.

= Utrumque autem Benedictus XIV. in prædicta Constitutione sua §. *Deinde* laudat, & confirmat; eadem tamen moderans quoad vacationis triennium: primumque ex iis Decretis, editum scilicet 2. Maji, distinctiùs quoad Dubium 7. explicat, declaratque (in §. *Verùm*).

= Ea igitur Decreta, quæ ex ipsius S. Congnis Regesto Anni 1727. fuerunt a nobis exscripta, ad hunc modum se habent (inter Decreta Congnum habitarum die 2. Maji, & die 26. Sept.) =

„ In Causa Observantium Reformatorum Provinciæ Romanæ circa prætensam Confirmationem Distributionis Familiarum vertente inter P. Provincialem Provinciæ Romanæ, & PP. Reformatos, vulgò del Ritiro, proposita fuerunt infrascripta Dubia; nempe =

„ 1. An Minister Provincialis, & Diffinitorium, dubitans, an Distributio Familiarum, a P. Directore exhibita, œconomica sit, & discreta, teneatur eam confirmare, juxta Breve S. M. Innoc. XII.? Et quatenus negativè,

„ 2. An possit unum, aut alterum ex Religiosis in alio Conventu Recessus collocare, aut etiam Directori mandare, ut fiat ab eo? Et quatenus affirmativè,

„ 3. An teneatur causas aperire P. Directori dispositionis hujusmodi?

„ 4. An in Visitatione Conventuum Recessus, vel etiam quandocumque infra annum, possit Minister Provincialis rationabili ex causa transferre aliquem, vel aliquos Fratres ejusdem Recessus ab uno in alium ex eorum Conventibus, absque scientia, vel consensu P. Directoris?

„ 5. An P. Director præsentare, & nominare possit Ministro Provinciali, & Definitorio tum Vicarium S. Bonaventuræ Urbis, tum cæteros Officiales, uti sunt Examinatores, Lectores, Concionatores, & Pœnitentiarii, præsertim in Ecclesia S. Bonaventuræ?

„ 6. An sine consensu P. Directoris, & Discretorum debeant in Recessu admitti, & incorporari, servatis alias servandis, etiam ii, qui cum obedientialibus Ministri Generalis, vel Provincialis de Urbe, ad Recessum mittuntur?

„ 7. An Provincialis possit cognoscere de justitia expulsionis alicujus, factæ a Discretorio Recessus, & interim expulsum retinere; vel potius hæc spectent ad solum P. Generalem?

„ 8. Et an, expleto triennio, quilibet Discretus Conventus S. Bonaventuræ Urbis sit immutandus? & quatenus affirmativè, quanto tempore vacare debeat?

„ Sacra Congo EE. & Rmorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, visis Relationibus P. Procuratoris Gen. Ordinis, & P. Procuratoris Gen. Reformatorum, ac Partibus auditis, & informantibus, referente Emo Barberino Præfecto, ad superiùs adnotata Dubia sequentem in modum respondendum censuit: nimirum = Ad 1. P. Provincialem teneri confirmare Distributionem, nisi habeat justam causam, reservato recursu ad P. Generalem. = Ad 2. Negativè. = Ad 3. Provisum ut supra. = Ad 4. Negative, salvo recursu ad P. Generalem in casu dissensus. = Ad 5. Affirmativè. = Ad 6. Negativè. = Ad 7. Affirmativè, salvo recursu ad P. Generalem. = Ad 8. Ad Emum Cardinalem Cozza ad Mentem: Quæ est, quod, facto verbo cum Smo, provideatur pro vacatione Discretorum ad triennium. Et amplius hujusmodi Causam non proponi mandavit. Romæ 2. Maji 1727.

„ F. Card. Barberinus Præfect.
„ P. A. Archiepisc. Larissæ Secret.

= Su-

= Subinde in sequelam Responsi ad 8. Dubium, alterum prodiit Decretum, quod sequitur =

„ In Causa Observantium Reformatorum Provinciæ „ Romanæ, vertente inter P. Provincialem, & PP. „ Conventus Recessus D. Bonaventuræ de Urbe, „ sub die 2. Maji currentis anni 1727., ultra alia „ septem Dubia proposita ab Emo D. Card. Francisco Barberino Præfecto, & ab hac S. Congñe „ resoluta, ad octavum, nempe =

„ An, expleto triennio, quilibet Discretus Conventus S. Bonaventuræ Urbis sit immutandus? Et quatenus affirmativè, quanto tempore vacare debeat? =

„ Rescripsit = Ad Emum Cardinalem Cozza ad „ mentem: Quæ fuit, quod, facto verbo cum Smo, „ provideatur pro vacatione Discretorum ad triennium: Et amplius in omnibus.

„ Vigore itaque hujusmodi Rescripti, post habitum per eumdem Emum Cozza Oraculum Sanctitatis Suæ, proposita eidem fuerunt a Patribus „ collitigantibus Conventus Sacri Recessus D. Bonaventuræ decem sequentia Dubia circa integram „ vacationem triennalem Discretorum ipsius Recessus, nimirum =

„ 1. An per integrum triennium vacare debeant „ tam Discreti S. Bonaventuræ de Urbe, quàm „ aliorum extra Urbem Conventuum ad eumdem „ Recessum pertinentium?

„ 2. An Discreti debeant per Electionem fieri, quemadmodum eliguntur Definitores, a quibus tamen „ longe distant, cum Jurisdictione careant? & utrum eligendi essent a Discretorio S. Bonaventuræ, an a Definitorio S. Francisci ad Ripam? Quatenus autem respondeatur affirmativè, derogandum esset Statuto, quo cavetur, ne per Electionem fiant, sed ii sint Discreti, qui post Guardianum, & Vicarium, cæteris, ad ejusdem Conventus Familiam pertinentibus, antiquiores esse „ reperiuntur. Quatenus verò negativè respondeatur, nec fieri per Electionem debeant; quæritur, „ utrum antianitatis ordo sit adamussim servandus, „ ut ii succedant in Officio Discreti, qui, post „ Discretos immediatè præteritos, cæteris antiquiores comprehenduntur (1); an verò sit habenda „ ratio majoris idoneitatis?

„ 3. Qui nunc primùm Discretorium ingreditur, „ quantonam tempore possit in eo manuteneri? „ Cum enim Discreti Officium Jurisdictione careat, „ nihil disponunt Leges super ejus duratione.

„ 4. Qui solum per annum Discretus fuit in Conventu S. Bonaventuræ de Urbe, mox vero, alibi „ de Familia collocatus, discessit; utrum triennio „ integro vacare & ipse debeat, priusquam in eodem „ prædicto Conventu Discretus iterum esse possit?

„ 5. Utrum in triennali vacatione Vicarius, & „ Guardianus comprehendantur?

„ 6. Absoluto Guardianatu, vel Vicariatu unius, „ duorum, vel trium annorum, quantonam tempore vacare tenetur, priusquam aut Guardianus „ iterum, aut Vicarius, aut simplex Discretus fiat?

„ 7. Qui per annum, aut biennium, vel triennium, „ simplex Discretus fuit, utrum possit immediatè „ eligi in Guardianum, vel Vicarius deputari? nam „ & qui Definitor per triennium extitit, potest immediatè Custos esse, vel Provincialis.

„ 8. Utrum Discretis præcedentia debeatur? nam „ quatenus affirmativè, dispensandum esset super „ Bulla fel. mem. Urbani VIII.

„ 9. Cum Guardiano sufficiat annualis vacatio secundùm Statuta, idipsum dicendum videtur de „ Guardiano S. Bonaventuræ; multoque magis de „ Vicario; maximè verò de simplici Discreto, cujus Officium Jurisdictione caret, ut dictum est.

„ 10. Per istam vacantiam triennalem gravaretur „ Conventus S. Bonaventuræ. Multis quippe Religiosis habitualiter indispositis locus inibi concedendus est in Valetudinario; nec tamen possent „ iidem ipsi perpetuò manuteneri in Officio Discreti, sed alii de Conventibus extra Urbem advocandi, & superaddendi forent, ut Discreti fierent. „ Illis quoque Conventibus, ad quos transferre se „ non possent Religiosi habitualiter pariter indispositi, magno detrimento foret inopia Religiosorum.

„ RESPONSIONES AD PRÆDICTA DUBIA.

„ Ad 1. Tantum vacare per triennium integrum „ debere Discretos Recessus S. Bonaventuræ de Urbe: „ circa Discretos aliorum Conventuum nihil innovari per allatum Decretum S. Congregationis.

„ Ad 2. Discretos, exceptis Guardiano, qui fit per „ Electionem, & Vicario, qui proponitur in Diffinitorio Provinciæ, nequaquam fieri debere per „ Electionem, sed iis providendum, secundùm quod „ hactenus provisum est, per antianitatem simul, „ & idoneitatem.

„ Ad 3. Posse continuare usque ad triennium, sed „ non ultra.

„ Ad 4. Vacantiam triennalem non habere locum „ in eo casu.

„ Ad 5. Comprehendi etiam Guardianum, & Vicarium, cum ipsi sint primarii Discreti.

„ Ad 6. Vacantiam triennalem non habere locum „ post annum, vel biennium, ut in responsione ad „ 4.; locum tamen habere post triennium, sive in „ Officio Guardiani, aut Vicarii, sive simplicis „ Discreti, uniformiter, vel difformiter continuatum. Proinde

„ Ad 7. Decretum de triennali vacantia intelligendum esse, sive quis fuerit per continuatum triennium Guardianus, aut Vicarius, aut simplex Discretus; sive etiam fuerit per annum Guardianus, „ & per biennium Vicarius, aut simplex Discretus, „ vel vice versa, & quomodolibet commutata: adeo „ ut sub quocumque titulo exercuerit per triennium „ Officium Discreti, vacare debeat per triennium.

„ Ad 8. Circa præcedentiam Discretorum nihil innovandum, sed servanda esse Statuta Recessus, & „ Apostolicas Constitutiones.

„ Ad 9. Guardianum Recessus S. Bonaventuræ (ut „ & Vicarium, ipsosque adeo simplices Discretos) „ vacare debere per triennium, ut possit reeligi, vel „ quomodolibet iterum ingredi ejusdem Conventus „ Discretorium; idque propter peculiares prærogativas, quibus ipse fruitur super alios Guardianos, & „ Fratres cæterorum Conventuum, ac respectivè fruontur alii de Discretorio prædicto. Cæterum, ut „ possit eligi Guardianus in alio Conventu extra „ Urbem, satis esse vacantiam unius anni, juxta „ generales Ordinis Constitutiones, cum aliorum locorum Guardiani non fruantur peculiari ulla prærogativa, quæ cæteris Guardianis Ordinis non sit „ communis. Nihil enim (2), quominus in aliis „ Conventibus Vicarius fiat, vel Discretus.

„ Ad 10. Nullum incommodum sequi ex hujusmo-

= (1) Fortè, deprehenduntur.

= (2) Sic in Regesto S. Congñis.

„ di triennali vacantia, etiam si contingat, omnes „ Discretos simul cum Guardiano, & Vicario mutari, quod non de facili evenire potest: nam talis „ mutatio reduceretur ad quinque Sacerdotes, Guardianum videlicet, Vicarium, & tres alios Discretos simplices. His ergo quinque completo triennio „ discedentibus, ac totidem de novo advenientibus, „ nihil sanè detrimenti subiret Conventus S. Bonaventuræ; tot enim supervenirent, quot discederent. „ Sed neque Conventus extra Urbem, quia succurri eis posset per eosdem, qui discederent, seu „ qui Discretoriatus triennium compleverunt, & vacare tenentur. Ea namque munia Sacerdotalia, „ quæ Romæ hactenus exercuissent, bene poterunt „ in Conventibus extra Urbem, ubi de familia collocati fuerint, exercere. Quod si aliquis ipsorum, „ vel quivis alius indigeat Valetudinario propter habituales indispositiones; retineri quidem poterit, „ ut habitualiter infirmus, non tamen ut Discretus, „ maximè post completum triennium Discretoriatus.

„ Fr. L. Card. Cozza.

„ His igitur per præfatum Emum Barberinum in „ S. Congne perlectis, Ipsamet S. Congo Emorum, „ & Rmorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & „ consultationibus Episcopor. & Regularium præposita, censuit, & decrevit, supradicta (r) Dubia „ ab Emo Cardinali Cozza extensa, & subscripta „ circa Dubium octavum Causæ principalis alias in „ S. Congne sub die 2. Maji proximè præteriti proposita (a), esse exequenda, a quo etiam die eorumdem executionem incipere debere declaravit, & „ respectivè mandavit. Romæ 26. Septembris 1727.

„ F. Card. Barberinus Præfectus.

„ P.A. Archiepisc. Larissæ Secr.

1762. 3. Sept. *Concessiones peculiaribus Personis Ecclesiasticis, sive Secularibus, sive Regularibus impertitæ, effundendi Benedictionem Pontificiam super Populum revocantur, & abolentur omnes. Statuitur, ut hæc Facultas Patriarchis, Primatibus &c. eam petentibus concedatur, ac præservatur illa, quæ quibusdam Regularibus Ordinibus attributa est; certis tamen Facultati utrique adjectis legibus.*

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

INexhaustum Indulgentiarum Thesaurum, a Jesu Christo Domino Nostro Ecclesiæ relictum, Christiano Populo maxime salutarem, & summopere in pretio habendum esse, Catholicæ Ecclesiæ authoritas, & Summorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum gesta facillime suadent. Cumque per Divinæ Gratiæ abundantiam, nullis suffragantibus meritis, in Suprema Beati Petri Cathedra constitutis, modo ad Pastoralem sollicitudinem Nostram pertineat, per universum Domini Gregem vigili cura providere, ut omnia in eo honeste, & secundum ordinem fiant; veterem, & probatam Ecclesiæ consuetudinem circa Indulgentiarum dispensationem, quantum fieri potest, restituere, & servare, simulque Christifidelium utilitati occurrere studemus.

Inter cætera siquidem spiritualium gratiarum dona, quibus Summorum Pontificum liberalitate Christifideles cumulantur, potissimum locum habet Plenaria peccatorum Indulgentia, & remissio, quæ statis anni diebus conceditur, dum Romanus Pontifex solemni cæremonia Populo coram ipso congregato benedicit; & non raro, ipsius Summi Pontificis nomine, effundendæ Apostolicæ Benedictionis super Principes Viros absentes delegata fuit facultas: sed inde invaluit præter modum usus, etiam verbi Dei Præconibus indulgendi, ut similiter cum Plenaria Indulgentia Apostolicam Benedictionem non singulari alicui Personæ, vel Familiæ, sed universo ad Ecclesiam confluenti Populo impertiri valerent: nonnullos pariter, non sine aliquo Ecclesiasticæ disciplinæ discrimine, circa harum facultatum exercitium irrepsisse abusus deprehendimus.

Ut autem spiritualium gratiarum dona pie, sancte, atque incorrupte administrentur, quodque adeo salubriter institutum est, in perniciem non cedat abutentium: Præmissa omnia Congregationi Venerabil. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Indulgentiis, sacrisque Reliquiis præpositæ examinanda commisimus, quæ, exquisitis etiam Consultoribus, votum suum Nobis aperiret. Postquam igitur, quod eadem Congregatio, auditis Consultoribus, hac in re sentiret, percepimus; omnibus mature perpensis, justam rationem, congruosque limites in his præscribere volentes, de ipsius Congregationis consilio, Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine, omnia, & singula particularia indulta, & privilegia effundendi supra Populum Apostolicam Benedictionem, per Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, ac per Nos etiam, quibusvis particularibus Personis, sive Ecclesiasticis sæcularibus, sive cujusvis Ordinis, & Instituti Regularibus, ad certum tempus, seu ad eorum vitam, non tamen illa per Prædecessores prædictos aliquibus Ordinibus Regularibus attributa, quæ modo infrascripto salva esse volumus, respective concessa, & elargita, etiamsi eædem particulares Personæ ex quavis causa illa impetrarint, & in possessione indultorum, ac privilegiorum hujusmodi reperiantur; harum serie revocamus, ac de medio tollimus, & abolemus.

Porro ad submovendos quosvis abusus, qui in hac re vel suborti deprehenduntur, vel quandoque suboriri possent, & ad augendam erga Pastorea eminenti Episcopatus Dignitate pollentes Populorum devotionem, simulque Christifidelium utilitati de immenso, & inæstimabili Thesauro Ecclesiæ tradito consulere volentes; ipsarum tenore præsentium statuimus, quod deinceps Venerabilibus Fratribus Nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, necnon dilectis filiis Prælatis inferioribus Mitræ, & Pontificalium usum, Territoriumque separatum cum vera qualitate nullius Diœcesis habentibus, & activa in Clerum, & Populum jurisdictione gaudentibus, nunc, & pro tempore existentibus; Patriarchis videlicet, Primatibus Archiepiscopis, & Episcopis, duabus anni Solemnitatibus, nimirum Paschate Resurrectionis Domini, alioque Die festo solemni, eorum respective arbitrio designan-

= (r) Legendum videtur, *Decreta*. = (a) Credo, *propositæ*:

gnando; Prælatis vero, præmissis qualitatibus prædictis, & in propriis Territoriis degentibus, semel in anno, in uno ex diebus, quibus eorum singulis Pontificalium usus ab Apostolica Sede permittitur; Populo in Ecclesia congregato, Apostolica Summi Romani Pontificis pro tempore existentis Auctoritate, illiusque nomine, facultas solemniter benedicendi, cum elargitione Plenariæ Indulgentiæ, juxta Ritum, & Formulam inferiùs tradendam, concedi possit, & ipsorum unicuique, quandiu illi suis respective Ecclesiis præfuerint, gratisque, & Communionem cum Apostolica Sede habuerint, per Litteras Apostolicas in forma Brevis, gratis, ut in similibus mos est, concedatur. Ad quorum effectum ipsos Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & Episcopos, ac supra memoratos Prælatos, nunc, & pro tempore existentes, in Domino hortamur, ut pro Dignitatum eorum splendoris augmento, & fidelium Populorum ipsis creditorum congrua erga Divinam Justitiam satisfactione, a Nobis, & Successoribus Nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus, facultatem hujusmodi ultro ipsis oblatam postulent, & impetrare non prætermittant.

Quoniam vero eas facultates impertiendi Romani Pontificis nomine Apostolicam Benedictionem, aliquibus Regularibus Ordinibus concessas, præservare intendimus; harum serie declaramus, illas juxta Concessiones Apostolica Auctoritate factas, salvas, & illæsas esse debere. Districte tamen dilectis filiis eorumdem Ordinum Superioribus, & Professoribus, etiam speciali mentione dignis, facultate, & indulto hujusmodi gaudentibus, & qui in posterum gaudebunt, harum quoque serie præcipimus, & mandamus, quod in illius exercitio in omnibus Ritum, & Formam a fel. rec. Benedicto PP. XIV. per ejus Epistolam Encyclicam (a), sub die xix. Martii Anni Domini MDCCXLVIII. Pontificatus sui Anno octavo editam, præscriptam, servare; & insuper in dictis duabus Solemnitatibus, quatenus Episcopi in illis facultate hujusmodi utantur, ab effundenda Benedictione penitus abstinere respective debeant (b). Ac itidem, ad submovendam quamcumque dubii causam, declaramus etiam, per Benedictionem Apostolica Auctoritate, sive per ipsos Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & Episcopos, sive per Regulares quoslibet, ut præfertur, impendendam, nullam prorsus a censuris, & pœnis Ecclesiasticis, scienter, vel ignoranter incursis, absolutionem concedi, neque ab illis absolutio prætextu Benedictionis hujusmodi susceptæ prætendi possit.

Ritus verò, & Formula *&c.* (c)

Nulli ergo omnino hominum *&c.*

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo sexagesimo secundo, Tertio Nonas Septembris, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

= (a) Cui initium est, *Exemplis Prædecessorum*.
= Extat in ejusdem Benedicti Bullario (Tom. 2.
= p. 242. & seqq.). Eum quoque Ritum, & Pre-
= cum Formulam, quibus uti Regulares debent
= Privilegio hujusmodi condecorati, refert ex ea-
= dem Epistola, *Exemplis*, P. Lucius Ferraris (v. *Be-*
= *nedictio* art. 5. n. 44.).
= (b) Vid. insuper infr. ad d. 30. August. 1763.
= (c) Præscribuntur hic Ritus, & Formola, qui-
= bus a Patriarchis, Primatibus, aliisque Ecclesia-
= rum Præsulibus supra recensitis, impertienda Po-
= pulo, Summi Pontificis nomine, Benedictio est.

= 1762. 6., & 9. Sept. = Per Decreta, his diebus
= edita, prohibita fuerunt infrascripta Opera. Nem-
= pe die 6. Septembris I. *Supplementum ad Nova*
= *Acta Eruditorum Lipsiæ publicata ann.* 1752., *&*
= *ann.* 1753. *Tom. VIII.* II. Liber, tametsi ironi-
= cè, ut præ se fert, elaboratus, cui titulus est:
= *La petite Encyclopedie, ou Dictionnaire des Philoso-*
= *phes: Ouvrage posthume d'un de ces Messieurs:*
= *Ridiculum acri fortius, & melius plerumque secat*
= *res.* III. *Honni soit qui mal y pense: Ou Histoires*
= *des Filles celebres du XVIII. Siecle: Fabulæ nar-*
= *rare creduntur, historiæ sunt.* IV. *Histoire d'un*
= *Peuple nouveau, ou Decouverte d'un Isle a 43. de-*
= *gres 14. min. de latitude meridional par Da-*
= *vid Tompson Capitaine du Vaisseau le Boston a son*
= *retour de la Chine en 1756.: Ouvrage traduit de*
= *l'Anglois.* V. *Sanetti contra le opinioni di Michel*
= *Bajo, di Giansenio Iprense, del Belelli, del P. Ber-*
= *ti Agostiniano, del Viatore, del Rotigni, e del Mi-*
= *gliavacca.* Die autem 9. Sept. I. *Emile, ou de*
= *l'Education: Par Jean Jac. Rousseau Citoyen de Ge-*
= *neve.* II. *De la Nature: A Amsterdam chez E.*
= *Van-Harrevelt 1761.*

1762. 15. Sept. *In Alma*
Minorum Observantium Piceni Provincia Alternatio, ac Distributio Officiorum, & recipiendorum ad Ordinem præfinitur, in perpetuum illic, inviolateque servandæ.

FR. PETRUS JOANNETIUS
DE MOLINA

Sac. Theologiæ Lector, Catholicæ Majestatis in Regali Matritensi Congressu pro Immaculata Conceptione Theologus, ac totius Ordinis Fratrum Minorum S. P. N. Francisci iteratò Minister Generalis, Commissarius, Visitator Apostolicus, & in Domino Servus

Dilectis plurimùm in Christo Filiis Reverendo P. Ministro Provinciali Nostræ Observ. Provinciæ Marchiæ, ceterisque Patribus, ac Religiosis Subditis, quos omnes præsentes hæ Litteræ Nostræ respiciunt, Salutem, & Seraphicam Benedictionem.

CUm a Sac. Congregatione Episc., & Regular. sub die 23. Junii currentis Anni 1762. fuerint Nobis remissæ Scripturæ omnes, & Acta inde secuta in Causa Custodiarum Firmanæ, Anconitanæ, & Carpineæ istius Nostræ Observ. Provinciæ Marchiæ circa Conventuum divisionem, & peræquationem Suffragiorum, seu Guardianorum in casu &c., ad effectum, ut, auditis Definitorii Generalis Patribus, Nostram informationem, & votum super ejusdem Causæ meritis eidem S. Congñi exponeremus: duabus proinde Sessionibus habitis in Conventu Nostro Aracælitano, tertia nimirum, & nona Augusti, ac maturè perpensis, cognitis, & discussis laudatæ Controversiæ rationibus, & fundamentis; omnibus consentientibus præfati Definitorii Generalis Patribus, die 11. Augusti informationem, & votum dedimus tenoris sequentis =

Emi, ac Rmi Domini

De mandato Emarum Vestrarum die 23. Junii currentis Anni 1762. ad me remissis Scripturarum omnium fasciculis, & Actis Causæ Observ. Provinciæ Anconitanæ *pro nova informatione, & voto, audito Definitorio Generali*; ut imposito mihi oneri satisfacerem, vocari coram me jussi ejusdem

De-

Definitorii Generalis Patres Rmæ commorantea die 3. Augusti, quibus propositis Dubiis ejusdem Causæ ad istam Sac. Congregationem deductis, ut hoc super gravissimo negotio maturè procederent alteram Sessionem indixi die 9. Augusti, ut, bene ponderatis, ac cognitis ejusdem Controversiæ rationibus, & fundamentis, ultimam sententiam proferrent.

Itaque eadem die iisdem Definitorii Patribus insimul coram me congregatis, & hinc inde rationum momentis probe ventilatis, atque discussis, ad primi Dubii propositionem =

An, & quomodo sit locus divisioni Conventuum in Casu &c.?

Responderunt omnes, nemine discrepante: *Negative*.

Ad alterum vero Dubium =

An, & quomodo sit locus peræquationi Suffragiorum, seu Guardianorum in Casu &c.?

Omnium pariter concors, & firma sententia fuit, esse locum æqualitati Suffragiorum juxta modum: videlicet, quod Auctoritate Apostolica decernatur, & firmetur Alternativa ita, & taliter, quod Minister Provincialis, & unus Definitor assumantur ex una Custodia; Custos, & alter Definitor ex alia; & ex tertia reliqui duo Definitores: & in consequentiam in Capitulo Provinciali immediate futuro Minister Provincialis, & unus Definitor assumantur ex Custodia Firmana, Custos, & alter Definitor ex Custodia Carpinea, & duo Definitores ex Anconitana: & successivis temporibus proportionatè distribuantur per respectivas Custodias, ita ut, quæ hoc Triennio habet Ministrum, in immediatè sequenti habeat Custodem, ut supra, & tertio duos Definitores.

Quoad Guardianos autem fuerunt in sensu, quod sexdecim perpetuo assumantur per Patres Definitorii ex Custodia Anconitana; totidem ex Carpinea; & septendecim ex Firmana, utpote quæ plures habeat Conventus.

Quo verò ad reliqua Officia, Lectorum videlicet cum Philosophiæ, tum Theologiæ Provincialium, Secretarii Provinciæ, Præfecti Lanificii, Magistrorum Novitiorum, & Monialium Confessariorum; eadem æqualitas, & peræquatio servetur, quæ de Suffragiis, seu Guardianis supra dictum est.

Tandem quoad receptionem Novitiorum; assumantur Novitii Chorales, quantum fieri poterit, pro æquali numero ex unaquaque Custodia, supposita tamen Candidatorum idoneitate juxta Constitutiones Apostolicas, & Ordinis Statuta.

Utriusque Dubii resolutionem, a Patribus Definitorii Generalis captam, calculo meo comprobavi, eamque judico non minùs æquitati, & rationi consentaneam, sed etiam toti Provinciæ omnino utilem, & necessariam; siquidem, e medio sublata Conventuum divisione, tam violenta non consequitur Territoriorum confusio, nec cetera locum habere possunt inconvenientia, quæ a Parte Firmana in sua specie facti fuso calamo exaggerantur. Ex altera autem parte circa secundi Dubii resolutionem, stabilita inter tres Custodias perfecta Alternativa nedum circa Definitorii Patres, & Guardianorum æqualem numerum, sed circa pariter ejusdem Provinciæ Dignitates, & Officia omnia; nullus jure, ac merito de illato gravamine reclamare potest, nec ulla ex præfatis Custodiis rationabiliter timere potest imposterum grave aliquod, aut notabile præjudicium, prout hactenus ex inæquali Suffragiorum numero in gravissimum sui præjudicium accidisse probat, & conqueritur Custodia Carpinea.

Accedit tandem, quod Alternativa, enunciato modo statuenda in Picena Provincia, antiquis, & modernis exemplis omnino respondeat similium Alternativarum, quæ a Summis Pontificibus, Sac. Congregationibus, & Superioribus Generalibus Ordinis stabilitæ sunt in diversis Provinciis; quæ profecto salutares dispositiones, ut continua experientia didici, firmarunt inter Religiosos Fratres mutuam concordiam, & pacem, ac ipsis Provinciis veram utilitatem, & commodum attulerunt.

Hæc habui, quæ humillimè referrem Emiis Vestris Rmis, quarum Sac. Purpuram ea, qua decet, animi demissione exosculor.

Dat. ex Aracœli die 11. Augusti 1762.

EE. VV.

Humillimus, atque Devotiss. Servus, & Subditus
Fr. Petrus Joannes de Molina Minister
Gen. Totius Ordinis Minorum.

Quoniam verò eadem Sac. Congo, proposita Causa coram Emis Patribus, referente Emo Merlini Ponente, die 10. Septembris finalem protulit Sententiam, sequentib. verbis conceptam =

In Causa Ordinis Minor. Observantium S. Francisci Provinciæ Marchiæ, vertente inter Patres Custodiarum Anconitanæ, & Firmanæ ex una, & Patres Custodiæ Carpineæ, & nonnullos dictæ Custodiæ Anconitanæ partibus ex altera, proposita fuerunt infrascripta Dubia, videlicet =

I. *An, & quomodo sit locus divisioni Conventuum, in Casu &c.? Et quatenus Negative*,

II. *An, & quomodo sit locus peræquationi Suffragiorum, seu Guardianorum, in Casu &c.?*

Sacra Congregatio Emorum, & Rmorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regul. præposita, Partibus auditis, ac re mature perpensa, referente Emo Merlini Ponente, ad suprascripta Dubia sequentem in modum respondit. Nempe = Ad I. *Negative* (a).

Ad II. *Affirmative* (b) *pro peræquatione in omnibus juxta votum Patris Generalis, & ad eumdem pro executione*.

Romæ 10. Septembris 1762.

C.A.Card.Cavalchini.

Loco ✠ Sigilli.

S. Bonaccorsi Secret.

Nos præfatam Sententiam firmam, & ratam habentes, &, quatenus opus sit, vigore Nobis traditæ facultatis, ac Ordinaria Nostra, & Apostolica jurisdictione magis magisque corroborantes, districtè, ac cum salutaris Obedientiæ merito imponimus, & præcipimus, atque mandamus Definitorii Patribus, & Religiosis omnibus Subditis Nostris præfatæ Provinciæ Observantis Marchiæ Anconitanæ, ut laudata Sententia, ac dispositiones omnes in voto Nostro, ac informatione expressæ, & a Sac. Congregatione specialiter per latam Sententiam confirmatæ, in proximè celebranda Congregatione intermedia fideliter, & adamussim executioni mandentur, & deinceps exactè, ac religiosè observentur perpetuis futuris temporibus; declarantes nulla, & irrita quæcumque Acta, quæ contra præsentes determinationes, quovis colore, vel prætextu, a quopiam fieri, vel attentari possint, & valeant; ac insuper ipso facto contra transgressores infligentes Excommunicationis sententiam, aliasque pœnas contra Contuma-

msces, inobedientes, se rebelles latas in Pontificiis Constitutionibus, & Ordinis Legibus. Volumus autem, quod præsentes Nostræ, ut ad omnium notitiam perveniant, in tribus præcipuis præfatarum Custodiarum Conventibus coram tota Communitate capitulariter congregata publicè perlegantur; ac tandem, ne in desuetudinem abeant, aut oblivioni tradantur, ut in Provinciæ Regestis originaliter, & authenticè imposterum conserventur &c. Cæterum bene in Domino valete, Patres, Fratresque Dilectissimi, quibus omnibus peramanter Paternam, & Seraphicam Benedictionem impertimur.

Dat. Romæ ex Aracæli die 15. Septembris 1762.

Fr. Petrus Joannes de Molina Min. Gener.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Rmi in Christo Patris
Fr. Petrus Jacobus de Lojano Secr. Gen. Ord.

= (*a*) Promiscua igitur, uti antea, sic deinceps,
= vi hujus Responsi, omnium Provinciæ Fratrum in
= omnibus Provinciæ Conventibus collocatio est.
= Saluberrima definitio. Quinetiam quò longiùs
= Religiosus aberit de Terra sua, de Cognatione
= sua, & de Domo Patris sui; eò magis spiritalibus ejusdem utilitatibus, & profectibus erit
= consultum.
= Ex eodem Responso etiam fit, ut Guardiani,
= e Custodiis singulis (juxta sequens Responsum ad
= II. Dubium) assumendi, possint, ac debeant qui-
= buscumque Conventibus sive ejusdem, sive aliarum
= Custodiarum præfici, quorum videlicet bono publi-
= co illorum respectivè opera futura utilior videatur.
= Similiter de Lectoribus, de Novitiorum Magistris,
= de Confessariis Monialium, quoad Cathedras,
= Novitiatus Loca, Sanctimonialium Monasteria, di-
= cendum est.
= Fit quoque, ut in casibus, in quibus pro ne-
= cessitatibus alicujus Cœnobii a Cœnobiis aliis se-
= cundùm Leges sit contribuendum; non a solis
= Custodiæ Conventibus, sed ab omnibus pro rata
= portione conferendum subsidium sit. Qua supe-
= re extat quoque Decretum S. Congregationis Episc.
= & Regul., quod suo loco referemus.
= Atque, ut complectar brevi, denegata Conven-
= tuum divisione inter Custodias, debet unusquis-
= que Conventus in casibus omnibus tanquam
= Provinciæ Conventus duntaxat considerari, æquè
= ac si nulla omninò in Provincia esset multipli-
= citas Custodiarum.
= (*b*) Hoc Juris communis, aliarumque Legum est
= vulnus (ut Jurisperiti loquuntur), seu illorum
= derogatio, ac dispensatio est. Vid. supr. sub d.
= 22. Aug. 1757. (in Annot.). Quare Indultum
= istud ne hilum quidem ultra illa, quæ expressè
= concedit, protendi potest. Legenda ea, quæ pro-
= tulimus alibi (sub d. 6. Mart. 1756. in Not., Con-
= sect. 3. post med. & Consect. 6. sub fin., supr.
= p. 200. A. in fin. & B. init. ac p. 201. B. ante med.).
= Accedit ratio, sive finalis caussa Dispositionis
= ejusdem. Edita hæc fuit ad submovenda pericu-
= la, ne uni Custodiæ a duabus reliquis injuria fie-
= ret. Ad ista verò avertenda pericula, & timo-
= res, Sacra Congregatione judice, judicibus eum
= Rmo P. Ministro Generali universis Definitorii Ge-
= neralis Patribus, satis abunde fuerunt Alternatio,
= ac Distributio, quæ fuerunt indultæ. Explorata
= sunt hæc ex Relatione P. Ministri Generalis, su-
= perioribus ejusdem Literis inserta: quam Relatio-
= nem Sacra Congregatio, *Partibus auditis*, et *re*
= *maturè perpensa*, supremo judicio suo plenissimè
= comprobavit. Quare Dispositio eadem illis præ-
= cisè finibus, ac limitibus coarctatur, & circum-
= scribitur, quos caussa illa finalis postulat, quique
= in Dispositione ipsa designantur, & exprimuntur
= (vid. ad cit. d. 6. Mart. 1756. in Not., Consect.
= 7., p. 205. B.).
= Ergo, quod attinet ad cetera omnia non ex-
= pressa, omni dubio procul immota, atque inta-
= cta in eadem Provincia permanserunt, & perma-
= nent, quæ in Jure communi, quæ in Apostoli-
= cis, & Ordinis Constitutionibus præscribuntur.
= Quamobrem duobus Definitorii Patribus, juxta
= Concessionem istam ex unaquaque Custodia eli-
= gendis, nullum jus, facultas nulla peculiaris vel
= competit, vel permitti potest aut in præsentatio-
= ne, seu nominatione Guardianorum, aliorumve
= Officialium e sua Custodia assumendorum; aut
= in constituendis ejusdem Custodiæ Familiis Reli-
= giosorum; aut in distribuendis obedientialibus Li-
= teris suæ Custodiæ Fratribus; aut in alia parte
= ulla regiminis.
= Hæc namque omnia, quæ in Decreto, ac Lite-
= ris supra descriptis neutiquam conceduntur, Le-
= gibus, quas supra innui, S. Sedis, & Ordinis
= adversa sunt, quemadmodum alibi sumus dictu-
= ri: cum omnia illa secundùm earum Legum præ-
= scripta vel a Definitorii Patribus promiscuè, &
= in commune providenda sint, præhabitis ab uno-
= quoque eorum secretis diligentissimis perquisitio-
= nibus pro suscepti Honoris inevitabili, & ineffu-
= gibili Onere; vel respectivè ab ipsomet P. Mini-
= stro Provinciali, juxta earum qualitatem, sint
= peragenda.
= Hæc breviter de relato Indulto, simulque proin-
= de de similibus aliis animadvertenda censuimus,
= ne ex errore Alternationes, ac Distributiones hu-
= jusmodi in Provinciis, quibus eædem concessæ
= sunt, eò tandem aliquando pertingant, ut quæ
= nominantur Custodiæ, re vera totidem veluti Pro-
= vinciæ in Provincia sint, sub uno ferè umbrati-
= li, saltim in rebus gravibus, Provinciæ Capite: ex
= quo & violatio Legum gravissimarum, & Ani-
= marum pericula, maxime illorum, qui præsunt,
= & alia multa absona, ac non rarò quoque exitia-
= lia consequerentur.

= 1762. 17. Septembr. = Decretum a laudata S.
= Congñe Episc. & Regul. editum eadem die 10.
= Septembr., & a Smo die 17. approbatum, circa
= Religiosos Discalceatæ Provinciæ Insularum Phi-
= lippinarum, habes infra insertum Apostolicis Li-
= teris sub die 15. Novembris.

1762. 25. Sept. *S. Congregationis Tridentini interpretis Responsum in Causa* S. Angeli Lombardorum, seu Bisacien. Juris quæstuandi.

FRatres Minores Reformati Ordinis S. Francisci degentes in Civitate S. Angeli Lombardorum, primum anno 1755., & rursus anno 1759. conquesti sunt apud Episcopum Diœcesanum, quod Fratres Cappuccini Terræ Jesualdi Frequentinæ Diœcesis incepissent stipem quærere in Terra Morræ Bisaciensis Diœcesis, qui Locus ex Decreto Capituli Provincialis diei 10. Januarii 1640. assignatus fue-

fuerat eorundem Reformatorum Conventui pro colligendis eleemosynis ad substentationem Religiosorum necessariis. Episcopus, qui & Bisaciensi Diœcesi præest, Causæ cognitionem assumpsit, rejectaque auspicionis oppositione data a Cappuccinis, sententiam tulit die 24. Junii 1760., qua illis prohibuit eleemosynam quærere in Terra Morræ, tamquam existente extra districtum eorum Conventus duodecim milliaria ab illa distantis, & in ea declaravit, jus quæstuandi privativè competere Minoribus Reformatis S. Angeli Lombardorum. Provocarunt Cappuccini ad A. C.; sed Causa ad hanc Sacram Congregationem remissa est ex Decreto R. P. D. Auditoris SANCTISSIMI. Et Episcopus de more auditus sententiam suam longa oratione defendit.

Plures adducuntur Testes a Fratribus Reformatis, omnes affirmantes continuam eorumdem Reformatorum quasi possessionem juris quæstuandi in Terra Morræ, post fundationem eorum Conventus centum viginti retro annis sequutam, & spiritualem assistentiam ab eisdem præstitam pro cultura animarum degentium in circumjacentibus Oppidis vix idoneis supplere indigentiis ipsorum Conventus: illorumque sex super articulis interrogati in Curia Episcopali testati sunt, ante quinque, vel octo postremos annos nunquam consuevisse Cappuccinos ad prædictam Terram, duodecim milliaribus ab eorum Conventu distantem, accedere pro quærendis eleemosynis: alii autem a Gubernatore Locali examinati asseruerunt, consuevisse quidem Cappuccinos ante id tempus aliquoties accedere ad Terram Morræ, & stipem ostiatim quærere in Oppido, sed ab annis quinque, vel sex solum incepisse per Agros circumire pro colligendis frugibus tempore messis. Quare Fratres Reformati contendunt, nullo in pretio habendam esse recentem Cappuccinorum possessionem, quæ liti causam dedit, & adversus quam ipsi incontinenti reclamarunt anno 1755. in Curia Episcopali, cum acquiescentia, & recessu Cappuccinorum, quorum Guardianus precibus Episcopo oblatis petiit consignationem certæ quantitatis Frumenti a suo Territorio collecti, hac adducta ratione, quia *essendosi abboccato con questo R. P. Guardiano attuale di detti Riformati avanti del degnissimo suo Revmo Vicario Generale, sono rimasti, che in avvenire essi Cappuccini staranno nel di loro ristretto, e che fra tanto per questa volta si deliberi a favor de' medesimi Cappuccini l'anzidetto poco grano*.

Sublata autem recenti Cappuccinorum possessione, autumant Reformati, illis nullum competere jus quæstuandi in Terra Morræ, eisdemque merito interdictum fuisse accessum ad illam pro eleemosynis colligendis; cum exploratum sit, Mendicantes suos constitutos fines egredi non posse ad quærendas eleemosynas, & Loca aliis Conventibus assignata circumire, ad tradita per *Matthæucc. de Offic. Cur. Eccl. cap. 43. num. 1. & seq.*, *Lantusc. in Theatr. Regul. in Supplem. verb.* ELEEMOSYNA, *Card. de Luca de Regul. disc. 18. num. 2.*, *& Ursaya discept. Eccles. 9. num. 5. tom. 1. part. 2.*, *& discept. 27. n. 54. & seq. tom. 3. part. 1.* Inspecto potissimum, quod Conventus Cappuccinorum situs est in Diœcesi Frequentina, & Terra Morræ extat in Diœcesi Bisaciensi, quamobrem arbitrantur Reformati, Episcopum S. Angeli Lombardorum, uti Ordinarium Bisaciensem, prohibere valuisse, & debuisse stipis petitionem alienigenes, ne suis Diœcesanis eriperetur eleemosyna, ut notat *Card. de Luca de Regul. d. discurs. 28. n. 6. & 9.*

Disputant tamen Cappuccini, non recentem, sed antiquam esse suam possessionem petendi eleemosynam in Terra Morræ, & coævam fundationi ipsorum Conventus sequutæ anno 1581.; cum innumeri fere Testes vel examinati coram Gubernatore Locali, vel in juratis depositionibus subscripti affirment, nedum ipsos vidisse ab usu rationis, sed etiam audivisse a majoribus, qui ab aliis antiquioribus audiverant, quod Cappuccini Terræ Jesualdi semper consueverant eleemosynam quærere in Terra Morræ: & nonnulli declarant, eam non fuisse ibidem a Cappuccinis conquisitam ordinariè, sed extraordinariè, tempore præsertim messis, ipsisque Domum olim legatam fuisse pro Hospitio, in quod se reciperent, prout diu se receperunt, quousque eos excepit in commodiori Hospitio Familia Consilieri. Hos autem Testes, uti numero plures, & de affirmativa deponentes, censent Cappuccini, præferendos esse Testibus Reformatorum, qui de negativa deponunt, quique personalibus exceptionibus obnoxii prædicantur a Testibus reprobatoriis; præsertim cum illorum examen nullitate infectum asserant Cappuccini, uti factum sine ipsorum citatione, & post recusationem Judicis ex causa suspicionis.

Et ideo ab immemorabili hac possessione disputant Cappuccini ipsos dejiciendos non esse, cum illa demonstret, Terram Morræ comprehendi in ipsorum districtu, & intra fines pro conquirendis eleemosynis ipsis permissos. Nihilque disserunt obstare Diœcesis diversitatem; tum quia Diœcesis diversitas non præstat obicem juri colligendi eleemosynas competenti Mendicantibus ex inconcussa praxi Provinciæ Neapolitanæ, in qua siti sunt Conventus Collitigantium, ut testatur *Lucc. de jur. decis. Cappuccin. §. ultim. n. 18.*; tum quia Conventus etiam Reformatorum habet in suo districtu Loca extra Diœcesim S. Angeli Lombardorum, vigore decreti Capituli Provincialis anni 1640., & præsertim ipsam Terram Jesualdi, in qua jampridem aderat Cappuccinorum Conventus; tum demum quia Mendicantes eleemosynam quærere non prohibentur extra Diœcesim, in qua adest ipsorum Conventus, dummodo exhibeant Episcopo Loci, in quo cupiunt eleemosynas colligere, licentiam sui Superioris Conventualis, ut putat *Lucc. loco suprà citato §. 6. num. 31.*, ubi reprehendit *Fagnanum*, quod Diœcesani consensum ex mente hujus Sac. Congregationis requiri firmaverit in *Cap. Tuarum 15. n. 3. de privileg.*

Sed verior est sententia *Fagnani*, quia licet Sacra Congregatio die 14. Martii 1610. non videatur requisivisse consensum Ordinarii, rescribendo = *Fratres Tertii Ordinis S. Francisci, tamquam Mendicantes, nequaquam posse ab Episcopis prohiberi, quominus per se ipsos in Diœcesibus, ubi habent Conventus, eleemosynas quærant, sed tantum, si extra loca, ubi Monasteria existunt, quæritare voluerint, teneri suorum Superiorum licentiam Ordinario ostendere* =, ut in *lib. 12. Decret. pag. 36. t.*: nihilominus præfatum consensum requiri innuit in alia Causa *Polignanen. 24. Septembris* 1612., in qua responsum dedit his verbis = *Sacra &c., Partibus auditis, ad 1. Dub. respondit: Prædictos Fratres, tamquam Mendicantes, nequaquam esse prohibendos eleemosynas corrogare, dum tamen, ubi extra Diœcesim Polignanensem quæritare voluerint, suorum Superiorum licentiam ostendant Loci Ordinario, atque illius consensum obtineant. Cæterum nullibi esse permittendum, ut eleemosynas quærant per alios, quam sui Ordinis Fratres* =, ut in d. *lib. 12. Decretor. pag. 110.*

Di-

Dignabuntur itaque EE. VV. decernere:
An PP. Cappuccini Terræ Iesualdi jus competat quæstuandi in Terra Morræ, ejusque Districtu, in casu &c.?

= Hucusque ex Folio Congñis habitæ die 11. Se-
= ptembr. 1762.: in qua tamen Congñe Causa hæc
= non fuit proposita. In subsequenti autem Congñe
= diei 25. ejusdem Mensis Emi PP. ad suprascriptum
= Dubium responderunt: *Affirmativè*.
= Istiusmodi Controversiæ alibi infra redibunt.

1762. 4. & 20. Oct. *Promulgantur a P. Commissario Gen. per hanc Cismontanam Familiam Pastorales Literæ P. Ministri Gen., ad universum Ordinem datæ, quibus, dum suam nunciat Electionem, multa præscribit, quæ ad Seraphicæ Regulæ, quæ ad Disciplinæ Regularis custodiam, quæque ad studiorum rationem pertinent.*

FR. PASCHALIS A VARISIO

Ordinis Minorum S. P. N. FRANCISCI, Lector Emeritus, & in toto Cismontana Familia tam Observantium, quam Reformatorum, & Conceptionistarum Commissarius Generalis, & Servus.

QUum Rmus P. Fr. Petrus Joannetius de Molina, duodennali vixdum elapso curriculo, ex quo ad supremam totius Ordinis Seraphici Præfecturam jure optimo, maximoque cum omnium nostrum emolumento fuerat evectus, in postremis Generalibus Comitiis Mantuæ habitis, Deo bonorum omnium largitore volente, CLEMENTE XIII. Pontifice Maximo annuente, ac adprobante, Generalis Minister fuerit denuo peroptatus, expostulatus, atque unanimi ferè omnium Vocalium calculo electus; ut suam erga sibi commissum a Deo Gregem Pastoralem curam, vigilantiam, ac solicitudinem patefaceret, encyclicas Literas paterno amore, seraphico zelo, & plusquam humana sapientia undequaque refertas, ante suum ab Alma Urbe discessum, pro eximia sua humanitate, ac dignatione Nobis exhibuit, ut publici eas juris facientes, universis, & singulis Cismontanæ hujus Familiæ Patribus, Fratribusque regimini Nostro subjectis illas cómmunicaremus, indiceremusque; id quod præsentibus hisce Nostris continuè, religioseque perficimus. Audite ergo, Filii, vocem Patris vestri amantissimi, qui veræ, solidæque omnium vestrum felicitatis percupidus, quà precibus, quà adhortationibus, quà præceptis, quàve etiam minis ad exactam Regulæ nostræ, atque Ordinis Legum, & Apostolicarum Constitutionum observantiam alliciens, & urgens, vos hunc in modum alloquitur:

FR. PETRUS JOANNETIUS
DE MOLINA

Sacræ Theologiæ antiquus Lector, Catholicæ Majestatis in Regali Matritensi Congressu pro Immaculata Virginis Conceptione Theologus, & Totius Ordinis Fratrum Minorum iteratò Minister Generalis, Commissarius, Visitator Apostolicus, & humilis in Domino Servus

Dilectissimis in Christo universis Patribus, Fratribus, & Monialibus, Superioribus, ac Subditis, tam Primi, quam Secundi, & Tertii Ordinis, Curæ, & Iurisdictioni Nostræ subjectis salutem, & pacem in Christo IESU Domino nostro.

POstquam admirabilis suæ Providentiæ consilio Deus Optimus Maximus, *in cujus manu constitutæ sunt sortes hominum* (a), quique *suscitat de Terra inopem* (b), *humilemque in sublimi loco reponit* (c), Nos nihil tale cogitantes, immo palam renuentes verbo, & scripto coram omnibus Definitorii, & Discretorii Generalium Patribus, meritis licet imparibus, omnium fere tamen suffragiis Vocalium mirificè consentientibus, tot inter meritos, gravissimosque Patres, ad Supremum Ordinis nostri Gubernium secundò evehere dignatus est in ultimo Generali Capitulo 29. Maii anni currentis 1762. Mantuæ celebrato; vehementer adeo humiliati, & conturbati sumus, ut ex imo corde erumpentibus suspiriis cum Regio Propheta exclamare cœperimus, atque etiamnum exclamare pergamus: *Exaltatus autem humiliatus sum, & conturbatus* (d): Humiliatus quidem, quoniam pauperes, & inopes sapientia, ac prudentia, reliquisque virtutibus ad numerosissimum Gregem Nobis commissum sanctè, & immaculatè in Vinea Domini regendum Nos esse cognoscimus: Conturbatus autem, quod, cum in assiduis jam inde a Nostra juventute laboribus fuerimus, corporis, animique magna ex parte deperditis viribus, Nos ipsos impares experimur ad ferendum onus, *Angelicis etiam humeris formidandum* (e).

Neque verò miremini, Fratres, ac Filiï in Domino dilectissimi, Nostram, dum iterum electi sumus, humiliationem, & conturbationem. Nam cum in prima, qua jam functi sumus, suprema Ordinis Præfectura gravissimas trepidandi causas experti simus; tum vero ex hac novissima promotione Nostra in spiritus mœrore, & angustia cum prælaudato Regio Psalmista pronunciare cogimur: *In me transierunt iræ tuæ, & terrores tui conturbaverunt me* (f), *circumdederunt me sicut aqua tota die, circumdederunt me simul*. Atque iræ quidem Dei *Terribilis in consiliis super filios hominum* (g), *transfigentes cor meum, transierunt in me velut sagittæ pectori infixæ* (h); probe agnoscentes Judicium durissimum, quod comminatus est Supremus Judex vivorum, & mortuorum iis, qui præsunt (i); terribiles cruciatus, qui Potentibus, & Fortibus parati sunt (k); infirmi-

(a) Psal. 30. 16. (b) Psal. 112. 7. (c) Job. 5. 11. (d) Psal. 78. 16.
(e) Conc. Trident. (f) Psal. 47. 17. (g) Psal. 65. 3. (h) Psal. 37. 3.
(i) Sap. 6. 3. (k) Sap. 6. 7.

mitatem, & imbecillitatem propriam, quam confiteri non erubescimus; maximam Animarum multitudinem, pro quibus die, noctuque invigilare debemus, rationem pro illis summo, severissimoque Judici reddituri; artes etiam subtilissimas, quæ a subdolis, perversisque hominibus excogitantur in dies ad involvendam veritatem, pervertenda Superiorum Judicia, eorumque licèt rectissima mandata eludenda; sic ut passim derideatur Justi simplicitas, & hominum multorum in Religione viventium sapientia sit, *Cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, quæ falsa sunt vera ostendere, quæ vera sunt falsa demonstrare* (a). Contemptum præterea vidimus Legum plurium Religiosorum pectora pervasisse; recursum frequentiam contra Pontificias, & Ordinis sanctissimas Leges ad Viros extra Ordinem Potentes, mendaciis, apertisque calumniis adversus Superiores, & innocentes Fratres; æternarum rerum oblivionem, terrenarum amorem, fraternæ charitatis tepiditatem, fervorem vitiorum, & alia hujusmodi, quæ insuperabiles ferme efficiunt in Prælatis bene regendi difficultates. Atque hi profecto terrores Dei sunt, qui Nos maxime exagitant, & non sine ratione conturbant. Si enim, ut egregie super laudatum Psalmi locum scribit Sanctus Augustinus (b), *Terrores Dei conturbant infirmitatem fidelium, quia omne, quod accidere potest, etiamsi non accidat, prudenter timetur*: multo magis hanc nostram trepidationem justam, & rationabilem esse vos ipsi judicabitis, si recensita mala non tantum evenire posse, sed evenisse quoque, & usu quotidiano comprobari considerabitis. Quamobrem nobis reipsa contigisse experimur, quod prælaudatus S. Doctor subjungit: *Et aliquando terrores ipsi ita conturbant animum cogitantis circumpendentibus malis, ut sicut aqua undique circumfluere videantur, & simul circumdare metuentem*.

His ergo aquarum procellis undequaque circumdati, ac veluti in altitudine maris constituti extremum metuentes naufragium, ad Deum suspirare, & clamare non desistimus, illud sæpe repetentes (c): *Domine Deus salutis meæ, in die clamavi, & nocte coram Te*. Vosque, Fratres, & Filii dilectissimi, per Jesu Christi viscera oramus, & obtestamur, ut fervidas, & indesinentes preces ad Deum Patrem Omnipotentem, a quo quidquid bonum, perfectumque est, descendit, qui fortitudo nostra est, & firmamentum, mecum fundatis, quatenus pro immensa sua pietate, & clementia lumen suum Nobis, auxilium, vires, & latitudinem cordis velut arenam, quæ est in littore maris (d), elargiri dignetur ad vos juste, & cum omni charitate dirigendos, & gubernandos.

Curas itaque omnes, spes, & solicitudines nostras jactantes in Domino, qui potenti virtute sua nostras sanabit infirmitates, bonamque Nobis voluntatem, robur, & vires adjiciet ad populum, & hæreditatem suam salubriter, & immaculate dirigendam, dum vobis, Patres, Fratresque in Domino dilectissimi, secundam hanc canonicam electionem nostram in totius Ordinis S. P. N. Francisci Ministrum Generalem, & Servum his præsentibus Literis palam efficimus, vestrarum orationum, & spiritualium meritorum subsidium ad impositum Nobis gravissimum munus rite, sancteque obeundum tota animi contentione, & fiducia deposcimus. Ut vero cœlestis adjutorii, & gratiæ effici mereamur digni, & participes, vos etiam atque etiam monemus, & adhortamur, ut altissimæ vocationis vestræ memores, sanctitatem, pacem, ac reliquas Religiosas virtutes sectemini in omnibus: *Non enim vocavit vos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem* (e); ac propterea *Secundum eum, qui vocavit vos, sanctum, & ipsi in omni conversatione sancti sitis* (f): *Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus, & separavi vos a cæteris populis, ut essetis mei* (g): Nam *hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra*.

Dum autem vobis sanctimoniam vitæ, & pietatem enixe commendamus, non exteriorem tantum, & umbratilem sanctitatis speciem intelligimus, sed veram, solidam, atque perfectam, quæ vos intime, & constanter adhærere Deo faciat: denique veros amicos, & Dei servos constituat, per quam omnes vestræ sanctificentur cogitationes, opera, & verba, quæque vos ad altissimæ vocationis vestræ normam in sanctarum Legum exactissima observatione, sine qua nulla potest subsistere vera Religio, stabiliat, & confirmet.

Ad hanc certe Religiosæ vitæ sanctimoniam, in perfecta Legum observatione sitam, animum intendisse scimus Beatissimum Patrem nostrum Sanctum Franciscum, dum Regulam, Fratribus suis a se præscriptam, esse dixit ipsam S. Evangelii observantiam: *Regula*, inquit, *& vita Fratrum Minorum hæc est, scilicet Domini Nostri Jesu Christi Sanctum Evangelium observare, vivendo in obedientia, sine proprio, & in castitate* (h). Eandem præ oculis habuerunt Romani Pontifices, qui tot saluberrimas, sanctissimasque Leges ad tuendam Regulæ nostræ puritatem tulerunt: quorum vestigiis inhærens Smus Dnus Noster CLEMENS XIII., qui nunc feliciter regnat, atque incomparabili clementia Minoriticum Ordinem nostrum prosequi dignatur, præter gravissima mandata, quæ per organum Emi, & Rmi Dni Cardinalis Cribelli meritissimi Præsidis Capitulo Generali significari jussit, illud etiam addidit Pastoralis solicitudinis, & Pontificiæ benignitatis complementum, ut Almam Romanam Urbem coram conspectu suo accederet Minister Generalis recèns electus, ut eidem vivæ vocis Oraculo suam exprimeret Mentem, præscriberetque remedia, quæ ad restituendum Ordini candorem, ac Monasticam disciplinam conservandam necessaria viderentur, & opportuna.

Quamobrem, absolutis Gener. Comitiis, Romam pervenimus, atque ad Bmi Patris præsentiam, sacrorum pedum osculum, colloquiumque sæpius benigne admissi, ea omnia, quæ Sanctitas Sua tam Generali Capitulo, quam Nobis in privatis colloquiis mandare dignata est, in compendium redigere, distinctisque articulis, ut exequutioni adamussim mandentur, vobis proponere decrevimus.

Primò itaque abrogandos, annullandos, & auferendos esse jussit omnes quintos Definitores sub quovis colore, & prætextu, aut quavis authoritate institutos, & electos; præcipiendo pariter, quod imposterum tales quinti Definitores non instituantur.

(a) D. Greg. X. Moral. cap. 10. (b) August. in Psal. 87. (c) Psal. 87. (d) Regum 3. 4.
(e) Thes. 4. 7. (f) 1. Pet. 1. 15. (g) Levit. 24. 45. (h) Regu. 1.

tur. Hinc Summi Pontificis mandatis obtemperando, præsentium vigore abrogatos, & e medio sublatos declaramus præfatos omnes quintos Definitores, ita ut ab harum publicatione censeantur omnino ab Officio absoluti, ac privilegiis omnibus, & prærogativis spoliari, quibus Provinciarum Definitores, sive actuales, sive habituales, vel de jure, vel consuetudine gaudere consueverunt; illis exceptis, qui biennium exercitii adimpleverunt, qui gradum Ex-Definitorum conservabunt. Ac sub formali Obedientiæ præcepto mandamus, & præcipimus, ne deinceps tales quinti Definitores contra Ordinis Leges instituantur.

Secundò, quod prorsus e medio tollantur quarti Lectores S. Theologiæ, & secundi Philosophiæ; ac in omnibus Studiis cum Generalibus, tum etiam Provincialibus, reducantur Lectores ad præcisum numerum in Generalibus Statutis Ordinis constitutum. Quod ut promptæ exequutioni convenientius mandetur, sequentia decernimus, & præcipimus. Quod scilicet secundi Lectores Philosophiæ tam in Studiis Generalibus, quam Provincialibus, statim ac præsentes Literæ fuerint publicatæ, habeantur pro depositis, & ipso facto cessent ab exercitio Lecturæ: quod si extra suam Provinciam inveniantur, harum vigore per Ministros Provinciales remittantur ad propriam. Hi tamen Lectores, si in Concursu fuerint approbati, & inclusi, absque novo Concursu debeant in propria Provincia obtinere locum, in prima vacantia, tam in Studiis Provincialibus, quam Generalibus respective, in aliena vero Provincia juxta opportunitatem, & occurrentes rerum circumstantias, prudenti arbitrio Rmi P. Commissarii Generalis, si de Lectoribus Cismontanis, per Nos vero, si de Ultramontanis agatur.

Qui quartam Lecturam consequuti fuerint sine prævio Concursu, & Inclusiva in eo adepta, non solum privatos Lectura declaramus, sed etiam inhabiles imposterum pronunciamus ad docendam Theologiam, nisi per novum Concursum, ab ipsis prorsus faciendum, Inclusivam reportaverint. Secus vero qui prævio Concursu, & Inclusiva quartam Lecturam fuerint adepti: qui quidem quartam Lecturam relinquant, ut dictum est hactenus; absque novo tamen Concursu, in prima vacantia admittantur ad ordinariam Lecturam in propria pariter Provincia, vel etiam in aliena, non tamen in prima vacantia, sed data opportunitate, atque aliis perpensis circumstantiis per Rmum P. Commissarium Generalem, vel per Nos ipsus, quemadmodum de secundis Philosophiæ Lectoribus paragrapho antecedenti decretum est.

Lectores vero Sacræ Theologiæ Provinciales, si qui reperiantur, qui absque prævio Concursu, & Inclusiva ad Lecturam admissi sint, omnino deponantur, & qui tertii in hujusmodi Studiis sunt, quique prævio Concursu, & Inclusiva fuerunt in Lecturæ exercitio positi, hisce præsentibus Literis Nostris publicatis, cessent pariter a ministerio Lecturæ, cum jure tamen reassumendi Lectorum officium in similibus Provincialibus Lecturis, data vacantiæ opportunitate, quemadmodum supra de quartis Lectoribus Generalibus fuit sancitum. Cum Mens Sanctissimi sit, cui ea, qua decet, animi demissione, ac promptitudine Nostrum pariter Judicium subjicimus, quod in Studiis Generalibus primæ classis tres tantum retineantur S. Theologiæ Lectores, & duo in Studiis Provincialibus, duoque similiter in Studiis Generalibus secundæ classis.

Circa quos ultimos præsentium vigore præcipimus, & mandamus, quod ubi reperiuntur tres Lectores, hi censeantur depositi, & sublati absque ullo jure, ut deinceps restituantur, si absque prævio Concursu, & Approbatione fuerint ad actualem Lecturam adsumpti. Qui verò prævio Concursu, & Inclusiva tertiam Lecturam in hujusmodi Studiis obtinuerunt, permittimus quidem, ut eam prosequantur, hoc tamen pacto, quod, vacante Lectura ordinaria Generali in Studiis sive primæ, sive secundæ classis, unus ex tribus præfatis Lectoribus secundæ classis ad vacantem illam Lecturam promoveatur, quin alius de novo instituatur, vel introducatur, donec reducantur omnia Studia Generalia ad numerum Lectorum in nostris Legibus præfixum, quod nempe sint tres Lectores S. Theologiæ in Studiis primæ classis, & duo tantummodo in illis secundæ classis. Ad tollendas autem omnes æquivocationes, per Inclusivam intelligimus Approbationem per 48. puncta obtentam, vel ad minus 47. dummodo Definitorium unius puncti deficientiam suppleverit, relate ad Lecturam in propria Provincia.

Quod vero spectat ad Ultramontanam Familiam, tametsi nec quartos Theologiæ Lectores, nec secundos Philosophiæ invectos fuisse noverimus, nihilominus ad præscriptum ejusdem Familiæ Legum præcipimus, quod, paucis Studiis exceptis, in quibus Generalia Statuta tres Lectores Sacræ Theologiæ adesse volunt, reliqua omnia ad duos tantum Lectores Theologiæ reducantur, ea prorsus ratione, qua de Lectoribus secundæ classis Cismontanis supra decretum est. Et tandem omnino præcipimus sub nullitate actus, ne secundi Lectores Philosophiæ ullo umquam pacto, seu prætextu introducantur.

Tertio præcipimus, ut exactius imposterum observentur Apostolicæ Constitutiones Ven. Innocenti XI., & fel. rec. Innocentii XII., in ea signanter parte, quæ concernit altissimam Paupertatem, super omnes thesauros, & regna Mundi a Sanctissimo P. N. S. Francisco filiis suis summopere commendatam: quod sane Pontificum præceptum usque adeo necessarium, ac proficuum visum est Capitulo Generali, ut contra transgressores duplicaverit pœnas ab Ordinis nostri Legibus inflictas contra Proprietarios.

Utque Sanctissimorum Pontificum, quos laudavimus, hac in parte sensum, & mentem probe teneatis, consultius duximus eorum Oracula, ex Bullis literaliter excerpta, vobis ante oculos ponere, ne quis laxitates in re tanti momenti, & abusus ad conscientiæ latratus reprimendos, vigentesque sanctissimas Leges eludendas causari possit. Itaque Ven. mem. Innocentius XI. Constit. incip. *Solicitudo Pastoralis* 20. Novembris 1679. sequentibus verbis sanctissimæ Paupertatis observantiam commendat, & præcipit: „ Tenore præsentium declaramus, „ omnes, & singulos Fratres de corpore Observantiæ dicti Ordinis teneri in conscientia observare „ Regulam Fratrum Minorum S. Francisci, & præcepta ejus a fel. record. Nicolao III., & Clemente V. Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris exposita, & annumerata ...; ad incedendum „ sine calceamentis, hoc est, absque aliquo, quod „ pedem cooperiat, cujuscumque illud materiæ sit, „ nisi adsit vera necessitas a Prælato approbanda; „ ad non equitandum, nisi infirmitas, vel necessitas judicio Superioris probata excuset; ad vilitatem vestium juxta prædictas Constitutiones respective; ad non utendum pluribus vestimentis «

quam

quam illis, quæ Regula præscribit, nempe una tunica cum caputio, & alia sine caputio, chorda, & femoralibus: nam aliud quodvis vestimenti genus ultra prædicta, excepto mantello, ab Initio Religionis licito, ut indusia, sive camisiæ, andariola, tunicellæ, & similia, sunt contra Regulam, nisi adsit vera necessitas excusans a præcepto per Prælatum approbata. Ac demum teneri ad capitale præceptum Religionis Fratrum Minorum de non recipiendis denariis per se, vel per interpositam Personam; aliarum enim rerum necessariarum possunt Fratres Minores de corpore Observantiæ hujusmodi habere usum, licet non dominium; denariorum autem nec dominium, nec usum; & proinde quævis contrectatio pecuniæ, seu denariorum, quæ non sit pure naturalis, seu quæ sit quovis modo politica, cujuscumque Domini sint denarii, seu pecunia, Fratribus Minoribus Observantibus, seu de Observantia est omnino prohibita. Quia vero efficaciùs prædicta observandi medium est exemplum Prælatorum, sive Superiorum, ideo statuimus pariter, neminem eligi posse in Prælatum, sive Superiorem in Ordine prædicto, qui vitam communem Observantiæ non sequatur, hoc est, qui frequenter equitet, seu infirmitatem, qua ab obligatione pedibus incedendi excusetur, habeat; qui indusiis, seu camisiis, aut lineis utatur apud se, vel in lecto; qui calceatus incedat; qui jejunia Ecclesiæ, & Regulæ non observet; qui aliquando visus sit contrectare pecunias: nisi jam per triennium saltem emendatus sit.

„ Porro electio illius, qui in omnibus præmissis vitam communem non sequatur, irritanda sit a Prælato, sive a Superiore Generali, capta informatione extrajudiciali, prorsus conscientia, sine strepitu judicii, cum consilio tamen, & assensu trium Fratrum, qui Ministri Provinciales, vel saltem Definitores Provinciæ sint, vel fuerint.

„ Demum ut omnis occasio transgrediendi præceptum de non contrectandis denariis, seu pecuniis auferatur, omnibus, & singulis dicti Ordinis Prælatis, sive Superioribus in virtute S. Obedientiæ, & sub pœna privationis suorum Officiorum injungimus, ut nulli Religioso ejusdem Ordinis permittant administrationem fundorum, reddituum, aut quarumcumque aliarum rerum, & bonorum mobilium, vel immobilium, cujuscumque Domini illa sint, & signanter, ut nulli Religiosorum Ordinis hujusmodi permittatur administratio bonorum temporalium alicujus Monasterii Monialium, sub quovis prætextu, aut nomine, nempe Administratoris, Syndici, Factoris, Coloni, Superintendentis, Villici, aut alio quovis imaginabili . . . .

Hactenus laudatus Sm̃us Pontifex: quæ omnia repetit, ac etiam sub fortioribus clausulis, & terminis probat, & confirmat Innocentius XII. Constit. incip. *Alias a fel. record.* die 2. Julii 1693. Has ergo Sanctissimas Constitutiones in omnibus suis partibus, & præcipue in illa, quæ Minoriticam Paupertatem concernit, ab omnibus Religiosis subditis inviolabiliter observari jubemus, ac præcipimus sub pœnis in iisdem inflictis, & a Capitulo Generali contra transgressores determinatis; atque omnes per Jesu Christi viscera monemus, & adhortamur, ut sæpius ad mentem revocent Sanctissimi Patris N. Francisci saluberrimum monitum. Ait enim „ Hæc est illa celsitudo altissimæ Paupertatis, quæ vos carissimos Fratres meos hæredes, & reges regni Cœlorum instituit, pauperes rebus fecit, virtutibus sublimavit: Hæc sit portio vestra, quæ perducit in Terram viventium, cui, dilectissimi Fratres, totaliter inhærentes, nihil aliud pro nomine Domini Nostri Jesu Christi in perpetuum sub Cœlo habere velitis (*a*) „. Quibus quidem dulcissimis verbis Religiosi quicumque, Seraphicam Regulam professi, ad ferventissimum sanctæ Paupertatis amorem excitari, inflammarique deberent.

Quartò, ut Superiores Locales provideant suis Subditis de necessariis omnibus quoad victum, & vestitum, & rebus aliis, quæ ad suorum respective Officiorum exercitium requiruntur: quæ profecto saluberrima dispositio legitimum est enuntiatæ Paupertatis consectarium: vix enim Religiosi subditi Regulæ puritatem, in iis præsertim, quæ sanctæ Paupertatis rigorem concernunt, observare possunt, nisi res omnes ad usum necessarias a propriis Superioribus consequantur. Cumque ex longo usu, & experientia didicerimus, plerasque contra sanctam Paupertatem transgressiones, illicitos ad Sæculares Personas recursus, pecuniarum contrectationes, & vetitos usus, in Religionem fuisse invectos ex hac Superiorum oscitantia subministrandi Religiosis subditis necessaria. Ipsorum Superiorum conscientiam oneramus, ac iisdem sub privatione suorum Officiorum, aliisque gravioribus pœnis mandamus, & præcipimus, ut gravissimum hoc Summi Pontificis mandatum indispensabiliter executioni mandare non prætermittant.

Quintò tandem, ne Superiores Locales sese excusare deinceps valeant ab administrandis suæ Familiæ necessariis, curent Superiores Generales, ut in unoquoque Conventu is Fratrum numerus statuatur (imminuendo etiam in Provinciis, quatenus opus fuerit, Novitiorum numerum), qui ex consuetis eleemosynis commodè substentari queant. Cumque hæc una sit ex gravissimis causis, ex qua tamquam infecta radice nedum adversus sanctam Paupertatem, verum etiam adversus reliquas virtutes omnes innumera mala proveniunt, Sm̃i Pontificis feliciter Regnantis, & aliorum Prædecessorum, qui hunc abusum Apostolicis Constitutionibus damnarunt, menti inhærendo, firmiter præcipimus Provinciarum Ministris, ne Religiosorum numerum in propriis respective Conventibus supra consuetas eleemosynas, quas pii Benefactores ad alendos Pauperes Religiosos elargiri solent, excrescere permittant. Ad quem etiam effectum attentus esse desideramus Ordinis Nostri Generales Procuratores in Romana Curia commorantes, quatenus eum tantum procurent, & indulgeant Novitiorum numerum, qui singulis respective Provinciis sit præcise necessarius, & qui commode ali, & substentari queat secundum eam, quam Domino promisimus, sanctam, & arctissimam Paupertatem.

Hæc igitur sunt gravissima non minus, quam saluberrima Oracula, quæ ex mente Sm̃i Pontificis vobis, Fratres in Domino dilectissimi, ea, qua possumus, animi contentione pro eorumdem observantia commendamus. His autem perpauca quædam Nos ipsi superaddimus, quæ magis necessaria, & opportuna videntur ad Religiosum Seraphicæ vitæ In-

(*a*) In Reg. 6.

Institutum immaculatè custodiendum, *sicut decet Servos Dei* (a). Et ne novas Leges condendo, super vires vestras tenues, & Imbecilles graviorem sarcinam efficiamus, antiquas omnes Ordinationes ratas habemus, & confirmamus, quas alterius Ministeriatus Generalis Nostri tempore per varias encyclicas Literas Nostras ad universum Ordinem expeditas Religiosis subditis præcepimus, & ea signanter, quæ sanctum Viæ Crucis exercitium, & Recessuum Conventus concernunt. Quoniam vero, secundùm Spiritus Sancti cœleste Oraculum, *multam malitiam docuit otiositas* (a); &, *qui sectatur otium stultissimus est* (b); *Fratres illi, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter, & devotè, ita quod, excluso otio animæ inimico, sanctæ orationis, & devotionis spiritum non extinguant, cui debent cætera temporalia deservire* (c). Cumque Seraphicus Pater filios suos ad otii fugam providè adhortans, caverit etiam perquam solicitè, ne laboris distractio Orationis, & Devotionis spiritum extingueret, aliam quoque insinuavit otii fugiendi rationem, laboritium videlicet spirituale, quod in jugi Sanctæ Orationis exercitio consistit, cum Religiosum Virum Divino mancipatum obsequio oporteat *semper orare, & non deficere* (d): propterea, Patres, Fratresque in Domino dilectissimi, ad Legum Nostrarum normam, vobis etiam atque etiam commendamus solicitudinem, & diligentiam ad Divinas Laudes in Choro persolvendas, assiduitatem ad mentales Orationes, atque ad alia omnia veræ devotionis, & pietatis exercitia, quæ apud Nostrates magno Religiosæ perfectionis profectu fieri laudabiliter consueverunt. Ac prætec ista cupimus, & injungimus Ministris Provincialibus, ut in suis respectivè Provinciis aliquos deligant Religiosos bene moratos, & doctos, qui alios per plenæ Communitatis actus statis diebus quolibet anno instruant, iisque dent spiritualia Exercitia per practicas meditationes, quemadmodum in aliquibus Provinciis non sine ingenti fructu, & maxima animi Nostri lætitia fieri intelleximus. Quod si hisce in rebus oscitantia invecta sit ac damnabilis tepiditas, non aliunde id mali genus derivasse credimus, quam ex frequenti, eaque periculosa extra Conventum vagandi licentia, & consuetudine. Similes quippe divagationes, ultraquamquod Statum Religiosum omnino dedeceant, bonos etiam, sanctosque mores corrumpunt, & mundanu pulvere faciunt Religiosorum corda sordescere. Quare aeriò monitos volumus Conventuum Superiores, ut Subditos suos intra Claustra contineant, nec eos, exceptis necessitatis casibus, & ad honestam animi alleviationem moderatè captandam, sæcularium, & otiosorum hominum more vagari sinant, vel permittant.

Quoniam vero vix ulla in Ordine nostro adinvenitur Provincia, in qua plures non sint Religiosi Viri morum probitate, prudentia, & doctrina præstantes, qui, prævalentibus contrariis Præpotentium factionibus, negliguntur, & per fas, nefasque ab Ordinis Gradibus, & Dignitatibus consequendis arcentur; atque hinc lamentationes, querelæ, & ad Tribunalia extra Religionem, Potentesque Sæculares Personas continui recursus existunt: huic malo, quod Religiosam pacem evertit fundìùs, & emeritorum Religiosorum patientiam plus æquo exercet, opportuno remedio occurrere volentes præcipimus, ut deinceps, sepositis partium studiis, in omnibus electionibus Justitia distributiva, a nostris Legibus sub gravissimis verborum formulis inculcata, indispensabiliter servetur. Cessent inter vos contentiones, & schismata, ac omnino tollantur irregulares recursus, quos sub gravissimis pœnis vetat, & damnat Benedictina Constitutio incip. *Sacrosancti Apostolatus*. 2. Augusti 1748., nec amplius in Claustris monstruosa illa resonent verba: *ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ* (a). Ac tandem sub nullitatis pœna mandamus, & præcipimus, ne in Congregationibus, & Capitulis Provincialibus, vel in Officio confirmentur, vel ad alias Dignitates prumoveantur Guardiani, nisi exactissimum reddiderint, ut Statuta decernunt, Missarum computum; ac prævia discussione, & examine authenticè non constiterit de eorum fideli administratione eleemosynarum, & rerum omnium ad Conventum pertinentium. Quod si in hac parte fraudibus, & dolis intervenientibus deficientes fuerint reperti; ipso facto ab Officio deponantur, aliisque pœnis mulctentur, prout delicti gravitas exegerit, & excessus.

Reliquum est, ut Studiorum, quorum recta institutio mirum in modum conferre semper consuevit ad Ordinis splendorem, decus, & ornamentum, quæque propterea meliori, qua fieri potest, methodo pertractari omnino oportet, normam, regulamque tradamus. Præcipimus igitur, ut in omnibus Provinciis aliqui assignentur a Ministris Provincialibus Conventus, in quibus non solum Grammatices, verum etiam Rhetorices, & elegantioris Latini sermonis rudimentis, præceptisque, antequam ad studia promoveantur Philosophica, Juvenes illi imbuantur, qui in recensitis artibus non satis videbuntur exculti. Horum vero Magistri ope optimorum librorum, eorum maxime, qui rectam tradunt concionandi rationem, idoneos, atque aptos ad verbi Dei disseminandi munus omni, qua poterunt, diligentia, & industria reddere eos curent. Atque in eo sese exercentes illud semper præ oculis habeant, ut ineptas, vanasque fabulas rejiciant, ab inutilibus quæstionibus in Suggestu agitandis abstineant, nec affectent fucatum dicendi genus, sed simplex, probatumque usurpent, cum Evangelica, sanaque doctrina, memores moniti, quod Evangelii prædicatoribus dedit Seraphicus Patriarcha S. Franciscus illis verbis: *Moneo quoque, & exhortor eosdem Fratres, ut in prædicatione, quam faciunt, sint examinata, & casta eorum eloquia, ad utilitatem, & ædificationem populi, annuntiando eis vitia, & virtutes, pœnam, & gloriam cum brevitate sermonis* (a).

Illi autem, qui ad Philosophiæ magisterium delecti fuerint, vanas, & inutiles quæstiones, quæ vel nihil conferunt ad bonos informandos Juvenum mores, vel Sacræ perdiscendæ Theologiæ nullo modo inserviunt, cui uni, tamquam pedissequa famulari debet Religiosorum hominum Philosophia, missas faciant: Nec toti sint in explicandis, multoque minus adoptandis Recentiorum systematibus, in quibus nulla fere elucet utilitas; sed veterum, atque ultimi temporis Philosophorum sententias breviter indicando, ea seligant Philosophicæ doctrinæ dogma-

ta

(a) In Regul. 5. (b) Eccl. 33. 29. (c) Prov. 12. 11. (d) In Reg. 5.
(e) Luc. 18. 1. (f) 1. Cor. 1. 12. (g) In Regul. 9.

ta, quæ certa sunt, plana, & perspicua, quæque adolescentibus præsidio esse possunt ad sublimiores Disciplinas capessendas. Quam in rem maximo esse poterit adjumento methodus, quam in sua Philosophia Sensuum Mechanica adhibuit Cl. P. Fortunatus a Brixia.

Quod spectat ad rationem pertractandæ Theologiæ, illiusque tradendæ nostri Ordinis alumnis, noverint Lectores, Theologicam Facultatem ad normam Fidei Catholicæ, Sanctorum Patrum doctrinæ, Ecclesiæque Sanctionum exigendam esse. Quapropter Fidei Orthodoxæ Dogmata omni argumentorum genere, præsertim vero ex Scripturarum Oraculis, Apostolicis traditionibus, Patrum scriptis, Conciliorum, & Pontificum Romanorum decretis, contra Heterodoxos propugnare studeant quàm diligentissime. Scholasticas vero quæstiones, quæ jamdiu in Scholis nostris pertractari consueverunt, non sine fructu, & utilitate agitent: in quarum tractatione ex Ordine nostro Doctores eximios sequantur, qui in Scholastica Theologia floruerunt, quorum doctrinæ Nostrates adhærere prorsus convenit. Criticas tandem, & Historicas controversias, quibus ingenium exerceri studiosorum, & eruditio non modica comparari potest, ad examen disputando revocent; dummodo tamen hujusmodi res consectando, solidam, veramque Theologiam in Scholis tradere non omittant, quam omnibus Lectoribus summopere curæ esse volumus, & jubemus.

Illis tandem, qui ad tradendam Morum Doctrinam sunt instituti, in virtute sanctæ Obedientiæ, totius Capituli generalis gravissimo decreto inhærendo, mandamus, & præcipimus, ut tutiores, & probabiliores doceant, & sectentur doctrinas. Quod si eorum aliquis vel in Scholis, vel in publicis Lectionibus, quæ secundùm Provinciarum morem habentur coram tota Communitate de Morali Theologia, vel in administratione Sacramenti Pœnitentiæ ausus fuerit ad usum revocare minus probabiles, laxas, & periculosas doctrinas, a Ministris Provincialibus, quorum conscientia onerata remanet, pro prima vice serio corrigatur; nisi vero ad cor revertatur, & resipiscat, Lectorum Officio, ac Ministerio excipiendi Sacramentales Confessiones omninò, & indispensabiliter privetur. Ad quæcumque autem hactenus recensita studia, præsertim Moralia, & Theologica rite instituenda, Seraphici Doctoris D. Bonaventuræ, & Subtilium Principis Joannis Scoti probabiliores, tutas, & solidas doctrinas, secundùm Legum nostrarum præscriptum, Lectores illustrare, & sequi non prætermittent.

Demum, cum Pastoralis muneris solicitudo etiam ad revocandas Oves, quæ perierant, sese debeat extendere, exemplo Evangelici illius Pastoris, qui habens centum Oves, *Si perdiderit unam ex illis ... dimittit nonaginta novem in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inveniat eam* (a): Religiosos omnes Apostatas, qui, tanquam Oves deperditæ, extorres, & profugi extra Ovile vagantur, gemitibus inenarrabilibus, ac vocibus paterno amore plenissimis per Jesu Christi viscera oramus, obtestamurque, ut ad Religionis gremium sponte revertantur. Eos enim super humeros nostros imponemus non minori charitate, quam gaudio; eorumque infirmitatibus ex corde compatientes, promeritas pœnas omnes condonamus, si Ordinis Superioribus vel propriarum Provinciarum, vel alterius vicinioris cujuscumque Provinciæ sese sponte præsentaverint intra spatium octo mensium ab harum publicatione, in qualibet respectiva Provincia computandorum. Quibus tamen elapsis, nulli præsens suffragabitur indultum; quemadmodum nec illis, qui spe condonationis hujusmodi consequendæ in gravissimum Apostasiæ crimen fuerint prolapsi; quinimmo tam contra ipsos, quam contra alios quoscumque Apostatas rebelles, & contumaces, pœnas omnes a nostris Legibus præscriptas infligere non prætermittemus. Ad quem finem securius assequendum, Ministris Provincialibus, aliisque omnibus Superioribus Localibus, sub pœna privationis Officiorum mandamus, & præcipimus, ut Apostatas in propriis respective districtibus vagantes omnino coerceant, atque extra Conventus eos impune grassari nullo unquam pacto sinant, atque permittant. Atque etiam ultimo præcipimus, ut intra spatium 15. dierum ab harum Literarum promulgatione Religiosi omnes, qui in alienis Provinciis commorantur, ad proprias redeant, iis tamen exceptis, qui ex Superiorum facultate in Conventibus Recessus de familia sunt constituti, quique Lectorum, aut Concionatorum Officio defunguntur, aut in cæteris Provinciis collocati sunt ad absolvenda studia sive Philosophica, sive Theologica.

Hæc itaque sunt, Patres, Fratresque in Domino dilectissimi, *gaudium, & corona mea* (b), quæ pro summo, paternoque amore, quo vos omnes prosequor, in compendium redegimus non utique eo consilio, ut vobis imponere jugum gravissimum videamur, cui substinendo humeri vestri pares non sint; sed ad præcipuas dumtaxat, easque magis necessarias Ordinis Leges, ac Seraphicæ Regulæ præcepta magis, ac magis illustranda, ac ad vestram pietatem, & spiritum excitandum in Regulæ, quam professi sumus, exactissima observantia. Ergo si *spiritu vivimus, spiritu & ambulemus, non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes* (c). Sed *induite vos, sicut electi Dei, sancti, & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes invicem, si quis adversus aliquem habet querelam, sicut & Dominus donavit vobis, ita & vos. Super omnia autem hæc charitatem habete, quod est vinculum perfectionis* (d). Interea vero crebras, & fervidas ad Deum preces fundite pro longæva, ac prospera Sm̃i Dñi Nostri CLEMENTIS XIII. de Religione nostra infinitis propemodum titulis optime meriti incolumitate, pro felici Catholicæ Ecclesiæ incremento, pro Christianorum Principum pace, & concordia, pro totius Ordinis nostri conservatione, & augmento, pro Em̃o Cardinali Protectore nostro vigilantissimo, ac pro Nobis tandem, qui vobis omnibus peramanter impertimur Seraphicam, & Paternam Benedictionem. Datum Romæ ex Aracœli die 4. Octobris 1762.

Fr. Petrus Joannetius de Molina
Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Rm̃i in Christo Patris
Fr. Petrus Jacobus de Lojano Secret. Gen. Ord.

Dum

(a) Luc. 15. 4. (b) Ad Philipp. 4. 1. (c) Ad Gal. 5. 25. (d) Ad Coloss. 3. 12. 13. 14.

Dum autem hæc tam salubria,tamque sancta Rmi P. N. Ministri Generalis sensa in Literis mox relatis expressa Vobis aperimus; quæ circa Nostram quoque imbecillitatem Divini Numinis magnalia declarata sunt, hac ipsa occasione Vobis commemorare haud prætermittimus; tametsi omnibus, atque singulis jampridem comperta esse omninè dubitemus. Nostis siquidem, Patres, Fratresque mei in Domino dilectissimi, in jam memorato Capitulo Generali Mantuæ celebrato, Deo, qui ludit in Orbe terrarum, quique infirma eligit, ut fortia quæque confundat, ita planè disponente, ipsomet sacro Pentecostes die obtigisse, ut Nos in Commissarium Generalem hujusce Cismontanæ Familiæ, præter Nostram, & omnium expectationem, ritè, atque canonicè omnibus ferè suffragiis eligeremur. Quam ipsam propterea electionem Nostram Vobis significari, Muneris Nostri ratio omnino exigebat, ut quem habeat hæc Cismontana Familia non tam Superiorem, quam Administrum, & Servum unusquisque intelligat. Superest modò, ut quæ a prælaudato Rmo P. N. Ministro Generali Vobis injunguntur, fidelissimè adimpleatis; Nostram deinceps Mentem quoad reliqua, quæ Vos propiùs respiciunt, quæque a Vobis fieri, & observari cupimus, per novas Literas propediem expediendas habituri. Interim verò maximam concrediti a Deo muneris difficultatem probè intelligentes, Nostræque infirmitatis optimè conscii, rogamus Vos omnes, & obtestamur, ut ferventissimas vestras preces ad Deum luminum Patrem pro Nobis jugiter effundatis, ut Nos interiùs ita colluatret, dirigat, atque inflammet, ut quæ majorem ipsius Gloriam, verum Familiæ Nostræ decus, vestrique omnium solidam felicitatem spectant, pervidere, statuere, ac magis magisque confirmare nullo non tempore valeamus. Nos autem Supernam Vobis Benedictionem, & Cœlestis Gratiæ abundantiam quotidie precamur.

Dat. Romæ ex Nostro Cœnobio Araecœlitano die 20. Octobr. 1762.

Fr. Paschalis a Varisio Commissarius Gener.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Rmi in Christo Patris
Fr. Carolus Antonius a Samoclevo
Secret. Gener.

1762. 17. Oct. *De Jurisdictione, ac Prærogativis P. Procuratoris Gen. Discalceatæ Familiæ, & Recollectæ in Romano Cœnobio SS. XL. Martyrum, simulque de Viceprocuratore Gen., nonnulla declarantur, & præscribuntur.*

FR. PETRUS JOANNETIUS

DE MOLINA

Sacræ Theologiæ antiquus Lector, Catholicæ Majestatis in Regali Matritensi Congressu pro Immaculata Virginis Conceptione Theologus, & totius Ordinis Fratrum Minorum iteratò Minister Generalis, Commissarius, Visitator Apostolicus, & Servus

Dilectis Nobis plurimùm in Christo Adm. R. P. Procuratori Generali Discalceatorum, & Recollectorum, Guardiano Regii nostri Conventus S. Paschalis Baylon, & SS. XL. Martyrum Urbis, cæterisque Patribus & Fratribus ejusdem Conventus præsentibus, & futuris Salutem in Domino.

CUm inter multiplices, in quibus versamur, solicitudines in moderando universo Minorum Ordine, ultimum locum minime habere possit in animo nostro præfatus Conventus, quem pluribus justis de causis particulari prosequimur affectu dilectionis, libenter ea decernimus, declaramus, atque providemus, quæ illius prosperum gubernium, pacem, & Regularem observantiam fovere, & augere posse speramus in Domino.

Exposito igitur Nobis voce, atque scripto per PP.Adm. RR., & respective Rev., Joannem a Lutre Procuratorem Generalem, Marcum Antonium Gravois ex-Procuratorem Generalem, & Agentem pro Natione Gallica, & Josephum Masson Guardianum prædicti nostri Conventus, quantum conferre posset bono, paci, & Regulari observantiæ ejusdem Conventus, si ea, quæ infra exprimemus, explicare, & decernere dignaremur: Nos eorumdem votis, & supplicationi favorabiliter annuentes, matura consultatione, & deliberatione præhabitis, præsentium tenore:

I. Approbamus, & confirmamus Litteras Patentes pro gubernio nostri Conventus S. Paschalis Baylun, & SS.40. Martyrum de Urbe, necnon & pro bono regimine nostræ Procurationis Generalis Discalceat., & Recollect., a Nobis respective olim sub diebus 16., & 20. Junii 1750. (a) datas; & consequenter declaramus, Procuratori Generali nostrorum Discalceator., & Recollector. moderno, & pro tempore existenti in memorato Conventu, competere super Guardianum, omnesque Religiosos ibi commorantes, tam præcedentiam, quam cæteras honorificas prærogativas, sive in Refectorio, sive in Choro, sive alibi Superioribus quocumque modo debitas in thurificatione, Candelarum distributione, Cinerum impositione, ministratione ad Mensam, & aliis hujusmodi; necnon celebratione Missæ Conventualis Feria V. in Cœna Domini, si illam celebrare, & functionem peragere opportunum judicaverit.

II. Declaramus tamen, eumdem Procuratorem Generalem ingerere se non debere negotiis, gubernium Conventus respicientibus, nec recursum Religiosorum admittere, nisi, prout habetur in secundò

dò memoratis Patentibus Litteris, quando tale fuerit negotium, ut tempus non adsit recurrendi ad Ministrum Provincialem. Nullus Religiosus præfati Conventus extra Guardianiæ limites se transferre valeat sine Litteris obedientialibus Procuratoris Generalis; nec ullus pariter possit vel pro Sacris Ordinibus recipiendis, vel pro approbatione ad Conciones, aut ad Confessiones Emo Urbis Vicario, vel aliis se præsentare absque Patentibus ejusdem Litteris.

III. Omnes Religiosi forenses tam in Choro, & Refectorio, quam alibi pro Superiore habeant, & recognoscant, primo Procuratorem Generalem, si præsens fuerit; eo autem absente, Secretarium Generalem Curiæ; eo pariter deficiente, Agentem Generalem in Curia existentem; &, his omnibus absentibus, P. Guardianum, & postea Præsidentem Conventus. Unde curabit Procurator Generalis, ut quilibet forenses Guardiano Conventus, vel, eo absente, Præsidi se præsentent, eosque monebit, ut dictos Guardianum, & Præsidentem, in rebus ad Regularem Disciplinam pertinentibus, in Superiores respective agnoscant, cum præsens non aderit aliquis e recensitis Curiæ Officialibus.

IV. Si e Curia Romana discedat Procurator Generalis, vel ob aliquod motivum Officium Procuratoris Generalis exercere nequeat; Vice-Procuratorem Generalem pro sui beneplacito, & arbitrio deputabit. Vacante vero ob mortem Procuratoris Generalis Officio; ipse Secretarius Curiæ, si adsit ex ea Natione, ad quam, juxta alternativam, Secretarius pertinet, si vero non adsit, Agens Generalis alterius Nationis, ipso facto Vice-Procurator Generalis existat, usquedum Procurator Generalis de novo institutus ad Curiam accesserit, vel alium in Vice-Procuratorem Generalem deputaverit.

V. Isti autem Vice-Procuratores Generales eamdam omnino authoritatem, & jurisdictionem habeant, ac Procurator Generalis; minime vero præcedentiam, nec alias prærogativas honorificas, quæ tunc temporis P. Guardiano debentur, sicuti & ei in tali circumstantia debetur celebratio Missæ Conventualis, & Functio peragenda Feria V. in Cœna Domini.

Quæ omnia per Nos declarata, mandata, & decreta fuisse dicimus, & pronuntiamus non modo Suprema Nostra Auctoritate, qua intra Ordinem gaudemus; verum etiam Apostolica, qua fungimur. Ac propterea in virtute Spiritus Sancti præcipimus omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, quatenus adamussim ea observari, & debitæ executioni mandari curent, & respective mandent opportunis Juris, & facti remediis. Id insuper jubentes, & hortantes in Domino, ut memores testamenti pacis, quod Dominus Noster JESUS CHRISTUS nobis mandavit, cum dixit, *Pacem relinquo vobis, Pacem meam do vobis*, in id tota animi contentione intendant, Superiores præsertim, ut contenti quisque sua sorte, mutuo se honore præveniant respective, & communi bono, atque observantiæ Regulari sincere, & ex animo prospiciant, uti vehementer desideramus. Tandem omnibus vobis Seraphicam Benedictionem peramanter impertimur.

Dat. ex hoc nostro Conv. S.Mariæ ad Aramcœli Urbis hac die 17. Octobr. 1762.

Fr. Petrus Joannes de Molina Minister Gen.
De mandato Rmi in Christo Patris
Fr. Christophorus Sanchez Secret. Gen. Ord.

= (*a*) Utrasque Literas editas Anno 1750., alteras die 16., alteras die 20. Junii, quæ hic a P. Ministro Generali approbantur, & confirmantur, exhibet Libellus Romæ impressus Typis Pauli Junchii, cui titulus est: *Series, sive Compectus Rerum, quæ pertinent ad Munus Procuratoris Gen. Discalceator.*, *& Recollector.* &c. (a p. 56. ad 66., & a p. 73. ad 76.). Priores Litteras diei 16. Junii refert quoque P. Perusinus (in sua Chronol. Part. II. p. 443. & seqq.).

1762. 15. Nov. *Decretum*
S. Congregationis Episc. & Regular., a Clemente Pontifice confirmatum, circa transitum, & adscriptionem Fratrum Discalceatæ Provinciæ S. Gregorii Philippinarum in Provincias alias, Apostolicis suis Litteris ab eodem Pontifice etiam atque etiam roboratur.

CLEMENS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

NUper pro parte dilecti Filii Francisci Migenez Fratris expresse professi, ac Prominìstri, & Procuratoris Provinciæ S. Gregorii Insularum Philippinarum Ordinis S. Francisci Discalceatorum, Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum exposito, quod licet in diversis Ordinis præfati Capitulis Generalibus, & signanter in Vallisoletano 1593., & Romano 1600. respective annis habitis, decretum fuerit pro Indiarum Provinciis, nullum posse permitti transitum de una Provincia ad aliam absque consensu utriusque Provinciæ Ministri Provincialis pro tempore existentis, sub pœna privationis Officii Ministro Provinciali recipienti, & inhabilitatis ad Officia quæcumque Fratri ita recepto; prout etiam, si Religiosi, ad aliquam Indiarum Provinciam transfretantes, ad aliam dicti Ordinis minime assignatam, præscriptamque sese converterent, Apostasiæ pœna plecti, & statim ad Provinciam ipsam, ad quam destinati fuerant, remitti jubentur sub pœna privationis ab Officio respective Ministris Provincialibus, aut Guardianis tunc existentibus contrafacientibus: nihilominus non raro accidere soleat, quod Religiosi, primò dictæ Provinciæ filii, vel antequam ad ipsam S. Gregorii Provinciam transfretent, vel postquam in illa per paucos annos manserint, solicitent incorporari, & de facto in aliis tum Europæ, tum Indiarum Ordinis hujusmodi Provinciis incorporentur: Et in eadem expositione subjuncto, quod totum id in grave memoratæ S. Gregorii Provinciæ cedebat detrimentum, quæ utpote unica, & sola in ultimis illis Orientalium Indiarum, seu potius vastissimi Oceani extremitatibus consistens, & non aliis Fratribus composita, quam illis, qui ex Hispaniarum ipsius Ordinis Provinciis illuc mittuntur, amplificatione potius, quam paucitate filiorum Religiosorum indigebat; hinc si Fratres, Provinciæ hujusmodi jam adscripti, ad alias dicti Ordinis desciscant Provincias, verendum profecto est, ne successu temporis illa amittatur; in iis enim Regionibus vix unus ex natis reperitur, qui in dicto Ordine recipi possit, idoneusque sit ad strictioris Observantiæ Institutum amplexandum: ad hæc hujusmodi Provinciæ Fratres

tres in id præcipue incumbunt, ut nedum in ipsis Philippinis Insulis, ubi adhuc Barbarorum multitudo viget in Montanis, sed & Sinarum, Cochinchinæ, aliorumque finitimorum Regnorum Gentes ad Catholicam Fidem reducant, non paucis propterea Provincia ipsa S. Gregorii indigebat Operariis; hinc si per incorporationem hujusmodi filiorum dictæ Provinciæ in aliis dicti Ordinis Provinciis, quis ipsa filiis expolietur; procedesse cessabunt ejusdem Provinciæ Missiones: ac insuper, quoad illos, qui a sæpe dicta Provincia negotiorum caussa aliò ablegabantur, ea urgebat ratio, quod, ut de negotiis sibi commissis, quemadmodum par est, rationem reddere queant, ad ipsammet Provinciam redire debent; aliàs enim, si, expeditis commissionibus, per incorporationem illorum in aliis Provinciis dicti Ordinis a jurisdictione sui Ministri Provincialis illos mittentis eximerentur, illos quoque exemptos esse contingeret a debita rationum redditione: Ideoque ad removenda tam gravia damna, quæ Provincia prædicta ex suorum filiorum inconstantia quotidie lugere cogebatur, pro parte ejusdem Francisci Prominustri, & Procuratoris eidem Congregationi Cardinalium supplicato, ut declarare dignaretur, quod nullus, sive Prominister, Custos, Commissarius Missionum, aut Procurator missus, seu missi, aut mittendus, vel mittendi a Provincia prædicta S. Gregorii in Europam, aut ad Indias Occidentales, sive quivis alius ejusdem Ordinis Professor illinc quacumque ex causa veniens, aut illuc pergens, a quolibet dicti Ordinis Superiore quacumque auctoritate fungente, absque consensu, & expressa licentia Ministri, & Definitorii Provincialis pro tempore existentis ejusdem S. Gregorii Provinciæ, in alia quantumvis privilegiatis ipsius Ordinis Provinciis incorporari possit sub pœna nullitatis incorporationis, quæ sine prædictis licentia, & consensu quandocumque, & quomodocumque pro tempore facienda venerit, ipso facto absque ulla alia declaratione incurrendæ; ita ut incorporatio hujusmodi, sic absque licentia, & consensu prædictis peracta, nulla sit eo ipso, ac nemini suffragetur, nullumque habeat, & habere prætendatur effectum; firmis etiam remanentibus aliis pœnis in memorati Ordinis Statutis contentis, & expressis: quibuscumque gratiis, privilegiis, & indultis cuivis personæ concessis, ac concedendis non obstantibus: Emanavit ab eadem Cardinalium Congregatione Decretum tenoris sequentis, videlicet:

„ S. Congregatio EE. & RR. S. R. E. Cardinalium „ negotiis, & consultationibus Episcoporum, & „ Regularium præposita, referente Emo de Rubeis „ Ponente, ac attenta relatione P. Procuratoris Ge„ neralis, censuit rescribendum, prout præsentis „ Decreti vigore rescripsit, ac decrevit: firma re„ manente prohibitione Religiosis Discalceatis Pro„ vinciæ Insularum Philippinarum transeundi, & „ sese incorporandi intra decennium in alia Provin„ cia absque consenso utriusque Provinciæ sub pœ„ nis contentis in Constitutionibus Apostolicis, ac „ in Statutis Generalibus Ordinis; consulendum „ Sanctissimo pro approbatione declarationis, quod „ transitus, & incorporationes hujusmodi absque „ consensu utriusque Provinciæ intra decennium „ ipso facto, & sine ope ullius declarationis sint „ nullæ, irritæ, ac nullius efficaciæ ad omnes ef„ fectus. Romæ 10. Septembris 1762.

„ Et facta de præmissis relatione ab infrascripto „ Domino Secretario sub die 17. ejusdem Mensis, „ & Anni, Sanctitas Sua benigne annuit, & enun„ tiatum Decretum S. C. approbavit, & confirma„ vit. Romæ &c.

Chronol. Seraph.

„ C. A. Card. Cavalchini

„ Loco ✠ Sigilli.

„ S. Bonaccorsi Secr.

Cum autem, sicut dictus Franciscus Prominister, & Procurator Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret; Nos ipsius Francisci Prominustri, & Procuratoris votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis Excommunicationis, *&c.* absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis authoritate præfatæ Congregationis Cardinalium. Decernentes, easdem præsentes Litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices *&c.*; ac irritum, & inane *&c.* Quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 15. Novembris 1762. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

N. Card. Antonellus.

Loc. ✠ Sig. Annuli Piscat.

1762. 4. Dec. *S. Congreg.*
Concilii interpretis Responsa in Causa
CIVITATIS CASTELLANÆ FUNERUM.

IN Diœcesana Synodo Civitatis Castellanæ celebrata anno 1756. sancitum est (*a*), sub pœna nullitatis actus, & excommunicationis reservatæ Sedi Apostolicæ, ut *nemo cujusvis gradus, & conditionis, etiam Regularis, inducat aliquem ad Sepulturam eligendam, vel promittendam in propria Ecclesia, sive electam non commutandam*; & ne suspicio orietur dolosæ suggestionis, solis Parochis permittitur interrogare Infirmum, quo tumulo condi velit, adempta *cæteris omnibus, etiam Confessariis Regularibus*, hujusmodi interrogandi facultate, sine tamen ullius pœnæ comminatione.

Hujus Synodalis Sanctionis observantiam specialiter imperavit Episcopus in Terra Capratolæ, novo in id publicato Edicto die 1. Januarii labentis anni, quo denunciavit, cuicumque Personæ cujusvis gradus, & conditionis, etiam Regulari, a Sacris Canonibus, & Apostolicis Constitutionibus vetitum esse, sub pœna nullitatis actus, & censurarum, *che non induca, suggerisca, persuada, o consigli l'elezione della Sepoltura nelle proprie Chiese, nè per se stessi, nè per mezzo di altri*; & rursus ad memoriam revocavit, soli Parocho datam esse facultatem ge-

neraliter interrogandi Infirmos, qua in Ecclesia sepeliri veliat, *di modo che si proibisce ai far nulli interrogazioni a qualunque altra Persona, a' Confessori, agli Ecclesiastici, alli Terziarii, e Terziarie di qualivoglia Ordine, a Donne, ed agli Uomini*, adjuncta pœna sc. 10. Parochiali Ecclesiæ applicanda.

Adversus Edictum Episcopi reclamarunt in hac Sacra Congregatione PP. Minores de Observantia Terræ Caprarolæ, postulantes in oblatis precibus, ut Edicti rigor mitigaretur, *con accordare a chiunque, specialmente a proprii Parenti, e Domestici l' ultimo pietoso affiero d' interrogare semplicemente l' Infermo sulla elezione della Sepoltura*. Fuit super his precibus, ut moris est, auditus Episcopus, qui pacem reddere cupiens Ecclesiasticis dissidentibus, die 15. Julii præteriti concordiam approbavit propositam ab Archipresbytero Caprarolæ, & a Guardiano Observantium sub reservatione placiti Superiorum Ordinis, ac utrumque revocavit Edictum relative ad eandem concordiam.

Ejusdem concordiæ capita tria sunt: primum, ut vetitum sit sub pœna censurarum cuicumque Personæ Ecclesiasticæ Sæculari, aut Regulari, aliquem inducere ad eligendam Sepulturam in propria Ecclesia, aut electam non immutandam, cum promissione irrevocabili, juramento, vel voto: secundum, ut non solum Parocho, sed etiam aliis licitum sit, Fideles interrogare in genere super electione Sepulturæ, non tamen cum suggestione expressa, vel palliata, sub pœna nullitatis electionis, atque restitutionis Cadaverum, & emolumentorum, aliisque arbitrariis, etiam corporalibus: tertium, ut nemo, qui Sepulturam elegit, possit a quocumque interrogari super electione Sepulturæ, præterquam semel a Parocho, sed nihilominus ei liceat usque ad ultimum vitæ spiritum ab electione facta recedere, vel aliam Sepulturam pro libitu eligere.

Cum tamen, mutato consilio, Fratres Observantes (*b*) litem prosequi maluerint (*1*); Episcopus relationem transmisit, qua suam defendit Synodum nedum censura Sacrorum Canonum *in Cap. 1. de Sepult. in 6., & in Clem. Cupientes §. fin. de pœnis*, sed etiam exemplo Synodi Montis Falisci celebratæ anno 1710. ab Episcopo Bonaventura, ubi sancitum fuit, quod *liceat Parocho tantum interrogare, quo quis condi velit tumulo, ut absit omnis susurratio, & dolosa suggestio: cæteris Confessariis etiam simplicem interrogationem in virtute sanctæ Obedientiæ prohibemus*; idque putat consentaneum esse Sacris Canonibus, juxta opinionem *Barbos. de Paroch. part. 3. cap. 26. num. 38.*, qui docet, etiam Parochum in genere tantum, non autem in specie (*e*) posse infirmum interrogare super electione Sepulturæ. Et hujus Legis observantiam in Terra Caprarolæ specialiter imperasse narrat ob querimonias Parochi de suggestiva inductione Tertiariorum sæpe factam a PP. Observantibus ad eligendum Sepulturam in eorum Ecclesia.

. . . .

Causa nunc proponitur, tribus collecta capitibus. Et primo disserunt Fratres Observantes, prohibitionem *Cap. 1. de Sepult. in 6., & Clem. Cupientes §. sanè de pœn.*, non quibuscumque Personis directam esse, sed Ecclesiasticis solum, ibi = *Universis Religiosis, & Sæcularibus Clericis* =, & prohibitam eis fuisse non simplicem inductionem ad eligendum Sepulturam in suis Ecclesiis, sed inductionem ad promittendam electionem irrevocabilem, ibi = *Ne aliquos ad vovendum, jurandum, vel fide interposita, seu aliàs promittendum inducant, ut apud eorum Ecclesias Sepulturam eligant, vel jam electam ulterius non immutent* =. Ideoque arbitrantur, sub earundem Decretalium censura minime comprehendi eos Ecclesiasticos, qui alios inducunt ad eligendam Sepulturam in propria Ecclesia sine promissione irrevocabili, quam solum eliminare voluerunt Summi Pontifices ad conservandam cuique libertatem suæ voluntatis, ut præter Scriptores Regulares tradunt *Gloss. in dicto Cap. 1. in prim. not., & in verb.* PRÆDICTOS *de Sepult.*, *Monacell. Formul. legal. tom. 3. tit. 1. form. 38. n. 10., & Card. Petra ad Constit. 2. Honorii III. sect. unic. n. 45. tom. 2. pag. 396.*; minusque comprehendi Laicos, etiam inducentes (*f*) ad promissionem irrevocabilem electionis, quia Canones de illis non loquuntur, ut notant *Monacell. dicto tom. 3. tit. 1. form. 38. num. 11., & Ventrigl. in Prax. adnot. 52. §. unic. num. 42.*; & quia in eis cessat ratio prohibitionis ob cupiditatem lucri temporalis, cum non habeant Ecclesiam; qua de re nec etiam Ecclesiasticos comprehendi, qui alios inducant ad promissionem irrevocabilem eligendi Sepulturam non in sua, sed in aliena Ecclesia, putant *Donat. Prax. Rer. Regul. tit. 3. tract. 9. de Sepult. num. 4., Pasqualig. Decis. moral. 373. num. 5., Passerin. de Stat. hom. quæst. 187. num. 419.*

Inferunt propterea, substineri non posse Constitutionem Synodalem, & Edictum Synodo innixum, quibus prohibetur non inductio ad promissionem irrevocabilem, sed inductio ad electionem Sepulturæ, vel ad simplicem promissionem, quæ potest esse revocabilis; cum nequeat Episcopus in Synodo statuere contra jus, ad *Textum in Cap. Quod super his 9. de major., & obed., ubi Fagnan. n. 26.*: multoque minus substineri eam prohibitionem contra Laicos, quos in Synodo subjici non posse censuræ dictarum Decretalium, expresse firmat *Monacell. dicto tom. 3. tit. 1. form. 38. num. 11.* Et exorbitantem putant privativam datam Parocho interrogandi Infirmos super electione Sepulturæ, ad tollendam suspicionem suggestionis; quia (præcisive etiam a probabili metu desertionis Infirmi, ubi Parochus comperiat, per eum eligi Sepulturam extra Parochiam, ut testatur sibi accidisse Andreas Magrelli) si ad simplicem electionem Sepulturæ referatur suggestio, prohiberi non poterunt actus de suggestione suspecti, cum non sit prohibita ipsa suggestio, juxta firmata per *Pasqualig. Decis. Moral. 377. num. 3. & 4.*: sin autem referatur ad promissionem irrevocabilem, Parocho non minùs, quàm aliis prohiberi debuisset, cum non favore Parochi, sed favore libertatis Morientium prohibita sit inductio, ut tenet *Monacell. Tom. 4. in Appendic. ad Tom. 3. num. 60., & 61.*

Hæc quoad primum, & secundum Dubium; quoad tertium autem disputant, nedum Tertiarios Claustrales, sed etiam Tertiarias in propriis Domibus commorantes, quæ castitatem voverunt, & habitum re-

= (1) D. Petrus Constantius in sua Scriptura *Facti*, quam adversus DD. Archipresbyterum, & Canonicos
= illius temporis Collegiatæ Ecclesiæ Caprarolensis S. Congñi obtulit, *Verumtamen*, ait, *quum, attentè rimato*
= *oblatæ Concordiæ tenore, plura comperta sint non minùs invisa Apostolicis Constitutionibus . . ., tatius putatum est*
= *universas præcidere ambages, adeundo Oraculum Amplissimi hujus Ordinis*.

regularem deferunt, sepeliendos esse in Ecclesiis Ordinis, juxta Constitutionem, *Dum inter mentis*, 24. *Bullar. Mainard., san. mem. Leonis X., de qua Barbos. in Summ. Apostolic. Decis. collect.* 700. *n.* 8, *& de Paroch. part.* 3. *cap.* 26. *num.* 69., *& Passerin. de Stat. Hom. quæst.* 187. *art.* 4. *obser.* 10. *num.* 241.: & ita pro Tertiariis habentibus requisita dictæ Constitutionis Leonis X. definitum fuisse a Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium *In Nepesina* 11. *Decembris* 1615., refert *Bordon. Variar. Resol.* 51. *num.* 209. *part.* 2.; & rursus die 20. Decembris 1616., testatur *Tambur. de Iur. Abbatis. disp.* 7. *quæst.* 3. *num.* 7. (*a*), ubi inter alias conditiones requiritur, quod in Ecclesia Ordinis adsit communis Sepultura pro Tertiariis.

Num verò concurrant prædicta requisita, & Constitutio Synodalis dicenda sit potiùs contra, quàm præter jus, exponendum erit ab EE. VV., quæ rogantur definire =

I. *An liceat Confessariis, & quibusvis aliis Ecclesiasticis Personis Sæcularibus, & Regularibus interrogare, qua quis in Ecclesia tumulari velit, & respective suggerere, & adhortari, ut Sepulturam eligat apud proprias Ecclesias; seu potius substineatur Edictum Rmi Ordinarii?*

II. *An liceat Laicis cujuscumque qualitatis, & conditionis, non tantum interrogare, ut supra, sed etiam suggerere, adhortari, & quocumque modo aliquem inducere ad eligendam Sepulturam apud unam, vel alteram Ecclesiam; seu potius substineatur Edictum Rmi Ordinarii?*

III. *An Tertiarii claustraliter viventes, & Tertiariæ voventes Castitatem, & induentes habitum talarem, ac degentes extra Claustra, debeant sepeliri in Ecclesia S. Mariæ PP. Minorum Observantium, in casu &c.?*

= Hucusque ex Folio Congregationis diei 20. Novembris 1762.: qua tamen die Causa non fuit proposita. Ea deinde proposita in Congregatione habita die 4. insequentis Decembris, responsum fuit ab Eñis Patribus =

Ad I., & II. Dilata, & ad Eñum Præfectum ad mentem. (*b*)

Ad III. Affirmative ad formam Decretorum Anni 1616., & amplius.

= (*a*) Hæc sunt Synodi verba (Tit. III. cap. 9. §. 23.): *Sub pœna Excommunicationis latæ sententiæ, & Sedi Apostolicæ reservatæ*, NEMO *cujusvis gradus, & conditionis*, ETIAM REGULARIS, INDUCAT *aliquem ad Sepulturam eligendam, vel promittendum in propria Ecclesia, sive electam non commutandam: prætereaque sic electa effectum non habeat, & defunctus sepeliatur, ubi de jure sepeliri debet. Parochis tantum* (§. 24.) *permittimus interrogare infirmum, quo condi velit tumulo; cæteris omnibus, etiam Confessariis Regularibus, ut absit omnis suspicio dolosæ suggestionis, districtè* PROHIBEMUS.

= De Synodali ista Constitutione *Regulares conqueri non potuerunt, tum quia delata ad ipsorum notitiam opportuna publicatione non extitit, tum quia etiam a Parochis per Diœcesim diffusis nec unus fuit de ejus executione sollicitus*: sicuti narrabat Procurator D. Petrus Constantius in sua Scriptura *Facti*, quam in Causa, de qua disseritur in Folio hic supra relato, contra DD. Archipresbyterum, & Canonicos ejus temporis Sacræ Congregationi exhibuit.

= At verò, excitata controversia ista propter Edictum a Rmo Episcopo hoc Anno 1762. die 1. Januarii promulgatum, e re sanè fuisset ad præcavendas in posterum similium dissidiorum causas, præter alia Dubia, hoc primum omnium concordare, & Sac. Congregationi definiendum proponere (cum non soleant SS. Congregationes, nisi propositis Dubiis, respondere): *An scilicet jure potuerit Diœcesana Synodus in casu iis uti auctoritativis formulis circa Regulares exemptos?* Recolenda sunt ea, quæ animadvertimus alibi (sub d. 28. Febr. 1761. Not. *c*). Consuli quoque potest Prosper Fagnanus, casus enumerans, in quibus Regulares etiam exempti, Ordinarii jurisdictioni subduntur: inter quos casus iste, de quo sermo est, minimè reperitur (in C. *Grave*, a num. 34. usque in fin., de Offic. Ordinar.). Quem pariter Fagnani locum quoad casus prædictos laudat S. M. Benedictus XIV. (de Synod. Diœc. Lib. 9. cap. 15. n. 4).

= Itaque non ambigimus, quin Dubio illi, si fuisset propositum, *negativè* ab Eñis PP. responsum fuisset. Qui id ipsum sensissent, illasque jurisdictionales formulas delendas jussissent, si Regulares initio, Synodali eadem Constitutione ad sui notitiam opportuna publicatione delata, adversus illam reclamavissent. Quandoquidem Sacra Congregatio *non consuevit revidere, & approbare, nisi Synodos Provinciales, ex Constit. Sixti V.; Diœcesanas* autem *non solet recognoscere, nisi adversum earumdem Decreta ab aliquo fuerit appellatum* (Respons. ejusd. S. C. 17. Jun. 1645., & Eñi Cardinalis Carafa Præfecti Ann. 1586., apud Bened. XIV. cit. Oper. de Syn. Lib. 13. cap. 3. num. 6. & 7.).

= Imitanda certè ab Rñis Episcopis, quo eminent studio Divinæ Gloriæ, custodiæ Legum, pacisque, & concordiæ constantia inter utrumque Clerum, cautio illa, & circumspectio Eñorum S. R. E. Cardinalium, Urbis Vicariorum, in Statutis Cleri Romani, per ipsos editis pro ea, qua præditi erant, & sunt, prærogativa indicendi, celebrandique pro libito Romani Cleri Synodum Diœcesanam (ex Const. Pauli III. 36. §. 10. apud Card. Petra Tom. 5. in Const. 1. Pauli II. n. 64. p. 185. B., & Bened. XIV. loc. cit. Lib. 2. cap. 3. n. 3.). Qui in suis illis Statutis tum antiquis, tum recentibus, licèt per Summum Pontificem approbatis, tamen agentes de hac ipsa re quoad Regulares quoque, nullum jurisdictionis verbum adhibent, sed solummodo admonitionis, seu denunciationis Sanctionum Ecclesiæ; multoque minus istarum prohibitionem ampliant ad ea, quæ in Sanctionibus ipsis neutiquam continentur.

= Siquidem in Statutis antiquis, quia & in voce *quicumque*, & in Bonifaciana Constitutione, atque etiam in Clementina, quæ ibi simul citatur in margine, Regulares etiam comprehendebantur; ideò duntaxat admonendo dicitur: SINT *autem* MEMORES *non solum Parochi, sed etiam alii* QUICUMQUE BONIFACIANÆ CONSTITUTIONIS, *qua sub gravissimis censuris, & pœnis cavetur, ne quis inducat aliquem ad vovendum, jurandum, vel aliàs promittendum de eligendis Sepulturis apud eorum Ecclesias, vel electis non mutandis* (Cap. 3. §. 27.).

= Recentia itidem Statuta, Anno 1707., ac postremùm Anno 1737. promulgata, in quibus Regulares quoque nominatim exprimuntur, SCIANT *Regulares*, inquiunt, *& Clerici Sæculares quicum-*

 = *que*,

= *que, se se incursures pœnas a Sac. Canonibus inflictas, præsertim excommunicationis Sedi Apostolicæ reservatæ, si aliquem ad vovendum, jurandum, seu fide interposita, vel alids promittendum inducant, ut sepulturam apud eorum Ecclesias eligant, vel jam electam ulterius non immutent* (cit. §. 27. in *Addit.*).

= Nempe illam ipsam loquendi formulam ea Statuta adhibent, quam in Synodalibus Constitutionibus adhibendam esse circa Regulares exemptos, pluries censuit Sacra Concilii Congregatio, dum *justas agnoscens Regularium querelas, verbum*, PRÆCIPIMUS, *seu* STATUIMUS, *nedum a Diœcesanæ, verùm etiam a Provincialis Synodi Constitutionibus jussit expungi, & Decretum in hunc modum reformari*: INTELLIGANT SECULARES, SE TENERI &c.: quemadmodum docet Benedictus XIV. (Lib. 9. de Syn. Diœc. cap. 17. n. 1.), allegans Fagnanum, alibi a nobis laudatum (sub d. 28. Febr. 1761. Not. *c*. §. *Sed de his*), & Matthæuccium nostrum (Official. Cur. Eccl. Cap. ult. n. 3. & seq.).

= (*b*) Hoc est, Apostolicus eorumdem Syndicus. Solent enim in Causis loco Actoris nominari illi, quorum res agitur. Ceterùm nostrates, ut est in Clementina *Exivi* de verb. signif. (§. *Proinde cum Vir sanctus* ante fin.), *nullo modo debent se talibus curis, & litigiosis actibus immiscere, ut & testimonium habeant ab his, qui foris sunt, & puritati satisfaciant Voti sui, & evitetur per hoc scandalum proximorum*.

= Qua ipsa de caussa S. Sedes Apostolica Prælatis nostris facultatem concessit, *ut possint nominare speciales Personas, quæ non sint de Ordine nostro*; utque isti *sint veri, & legitimi* non solùm *Administratores, & Œconomi*, sed simul etiam *Syndici, & Actores*, qui *generaliter in omnibus Causis pro rebus, & locis hujusmodi ad ipsam Ecclesiam* (Romanam) *spectantibus, ipsorum Fratrum usui concessis*, NECNON PRO IMMUNITATIBUS, ET LIBERTATIBUS, JURIBUS, ET PRIVILEGIIS, AC INDULGENTIIS &c. *plenam, generalem, & liberam habeant auctoritatem* &c. *in judicio, & extra illud*. Nempe propter eam rationem *præsertim, ut, exclusis quibuscumque sollicitudinibus, liberiùs, & quietiùs Divinis possint vacare obsequiis Fratres Minores Regularis Observantiæ hujusmodi, & Animarum saluti perampliùs proficere* (Const. *Ex clementi* S. M. Pauli IV. 1. Jul. 1555. §. VIII. post med. & sub fin.).

= Syndicus enim, propriè sumpto hoc nomine, est ille, qui constituitur ad alicujus Universitatis, Collegii, Capituli tractanda negotia, potissimùm verò ad illius Causas, & Lites in Judicio persequendas, tanquam ejusdem Communitatis Actor (C. *Sicut studii*, ibique Glossa in v. *Generaliter*, & ibid. Abbas n. 2., de Syndico; ac L. *Neque societas* 1. §. 1., & ibi Glossa in v. *Syndicum*, ff. Quod cujuscumque Universitatis &c.). Itaque Syndici Officium, & Officium Administratoris, seu Œconomi inter se non differunt, nisi quia illud, propriè acceptum, judicialia *potissimùm* negocia, ut dictum est; istud verò, si propriè item sumatur, administrationem pecuniæ, & alia extrajudicialia negotia *potissimùm* respicit.

= Nostri autem Syndici, etiamsi a nobis post Apostolicas, & Ordinis Constitutiones unico hoc *Syndicorum* vocabulo appellentur, ambo tamen Officia illa propriè sumpta eodem tempore gerunt. Sunt enim ab Apostolica Sede (ut ex relatis verbis Paulinæ Constitutionis patet) ad utrumque Officium illud, ad utraque illa negocia, ideoque ad temporales omnes curas, & sollicitudines, æquè principaliter destinati; ut iis omnibus Fratres exonerati penitus, solutique, Deo soli, procurandæque saluti Animarum vacent.

(*d*) Quàm cautè sint legendi, qui multa scripserunt Volumina, nec potuerunt idcircò ad omnia maturitate debita animum advertere; vel ex hac ipsa Augustini Barbosæ opinione potest intelligi. Doctus hic Author, Parochos admonens, prohibitionem Bonifacii VIII. in Cap. 1. de sepultur. in 6., quod incipit *Animarum*, in hunc modum refert (in cit. Par. III. de Paroch. cap. 26. n. 38.): *Caveat quàm maximè Parochus, ne aliquem* INDUCAT AD PROMITTENDUM, *aut jurandum, se accepturum Sepulturam in sua Ecclesia, aut, quam jam antea accepisset, non mutaturum; quia id prohibitum est in cap. 1. de sepult. lib. 6.* Hoc posito principio, ex eo subinde sic colligit: *Unde si Parochus, dum vadit ad Infirmum communicandum, ipsum interrogat non in genere, in qua Ecclesia vult sepeliri, sed in specie dicendo, Vis sepeliri in Parochia, vel in alia Ecclesia, ipsum specialiter nominando, non valet hæc electio tanquam facta ad suggestionem*.

= Barbosam Marchettus, & ante eum alii, quos ipse allegat, aliique deinceps nonnulli, unus post alium, ut in Re præsertim legali usuvenire solet, sequuti sunt, negligentes plerique originarios Legum fontes, rivulos autem consectantes. Interim ob eorum auctoritatem pluribi subnatæ controversiæ sunt: ac recordamur, aliquot nos ante annis interrogatos fuisse circa dissidium ortum in quodam Piceni Loco, contendentibus nonnullis, commisisse in illud Caput *Animarum* de Sepultur., & in Clementinam *Cupientes* de pœnis Tertiarium quemdam Cœnobii nostri, eò quòd ex Patre sub percontatus fuisset, vellet ne in nostra Ecclesia tumulari; ac proinde nullam simul fuisse electionem ab illo factam Sepulturæ in ea nostra Ecclesia.

= Atqui opinionem illam perspicuè ejus Capitis Textus explodit. Sic ille habet: *Animarum periculis, & scandalis, quæ frequenter ex his proveniunt, obviare volentes, universis Religiosis, & secularibus Clericis, cujuscumque status, vel conditionis existant, in virtute S. Obedientiæ, ac sub interminatione maledictionis æternæ districtissime prohibemus, ne aliquos ad vovendum, jurandum, vel fide interposita, seu* ALIAS PROMITTENDUM *inducant, ut apud eorum Ecclesias sepulturam eligant, vel jam electam ulteriùs non immutent. Nos enim (si secus actum fuerit) electionem talem decernimus nullius penitus existere firmitatis. Statuentes, ut hi, qui sic elegerint, nec apud sic electas Ecclesias ullatenus sepeliri, nec alibi (ne contra votum, juramentum, aut* PROMISSUM HUJUSMODI *a se factum materiam habeant veniendi) possint eligere sepulturam: sed, contradictione quacumque cessante, sepeliantur omnino apud illas Ecclesias, apud quas sepeliendi de jure fuissent, si aliàs, sepultura non electa, forsitan decessissent. Si verò iidem Religiosi, vel Clerici prædictos in suis Ecclesiis, vel cœmeteriis præsumpserint sepelire, ad restitutionem tam sepulturam corporum (si petantur), quam etiam omnium, quæ occasione sepulturæ illorum pervenerint quomodolibet ad eosdem, intra decendium integraliter faciendam ipsos obligatos esse censemus. Quod nisi fecerint, Ecclesiæ ipsæ, apud quas sepulti fuerint, necnon & cœmeteria earumdem, ex tunc eo ipso sint, & tamdiu maneant ecclesiastico supposita interdicto, donec ab eis facta fuerit restitutio plenaria omnium prædictorum*.

= Non

Non agit Textus, ut quisque videt, de *inductione ad promittendum* generatim; sed de *inductione ad vovendum, jurandum, vel fide interposita, seu* ALIAS *promittendam*. Quæ ipsissima verba in Clementina paullò ante laudata eodem ordine repetuntur.

Sanè (ait Clemens V. in cit. C. *Cupientes* inter Clementinas de pœnis §. *Sanè*) *temerarios violatores Constitutionis illius, quæ Religiosis, & Clericis secularibus prohibet, ne aliquos ad vovendum, jurandum, vel fide interposita, seu* ALIAS PROMITTENDUM *inducant, ut sepulturam apud eorum Ecclesias eligant, vel jam electam ulterius non immutent, similem* (Excommunicationis) *sententiam* (*pœna in dicta Constitutione contenta in suo perdurante robore*) *incurrere volumus ipso facto, ab alio, quàm a Sede Apostolica* (*præterquam in mortis articulo*) *nullatenus absolvendos, nullis privilegiis, aut statutis, cujuscumque tenoris existant, super his valituris.*

Jam verò vox limitans, *aliàs*, quæ additur ab utroque Pontifice, designat promittendi modos naturæ, & conditionis ejusdem, cujus sunt modi illi, qui in verbis præcedentibus exprimuntur (ex Jurib. & Doctorib. apud Mart. de Claust. Pact. 4. claus. 1. n. 7., Thomam Grammaticum Jurisconsult. Neapolit. Consil. 6. n. 17., Rot. Decis. 650. n. 9. Part. 18., & Decis. 405. n. 4. Tom. 2. Vid. & supr. sub d. 6. Decembr. 1756. Not. *g* ad Breve, *In Specula*, §. *Vox*). Designat consequenter modos immutabiliter promittendi: cujusmodi sunt modi ibidem statim ante enumerati, videlicet *votum, juramentum, interpositio fidei.*

Hinc infra in suo illo Capite *Animarum* Bonifacius Pontifex subjicit: *Ne contra votum, juramentum, aut* PROMISSUM HUJUSMODI *a se factum materiam habeant veniendi.* Non dicit „*promissum*„; sed „*promissum hujusmodi*„ luculenter significans, mentem suam non esse sic disponendi de promisso quocumque, sed de certa promittendi ratione, nimirum irrevocabili. Exploratum namque est, dictionem, *hujusmodi*, dictionem esse coercentem, & limitantem significationem vocabuli, cui adjuncta est (Rot. Decis. 194. n. 34. & seq. Part. 1. Recent., Federicus Senen. Consil. 25. n. 4. vers. *Respondeo ista Consultatio*, aliique plurimi).

Itaque Glossa ibi (in v. *Animarum*), distinguens inductionem ad eligendum, & inductionem ad promittendum modo prædicto; hanc, non illam in eo Capite docet puniri. *Sed quid* (inquit), *si induxerunt solùm ad eligendum, utrum puniantur ista pœna? Respondet, quod non: nam licèt per votum, juramentum, vel promissionem* (nimirum irrevocabilem, ut ex verbis patet, quæ statim sequuntur) *tollatur libera facultas, non tamen per electionem* (etsi factam per inductionem): *quia licèt elegerit quis sepulturam in uno loco, potest postea eligere in alio.*

Ac jure id quidem. Nam qui ad cujusquam suggestionem, vel ad suasiones etiam, hortationes, obsecrationes respondet, se velle in ea Ecclesia tumulari; is per verba isthæc animum tantùm, seu propositum significat tumulationis in Ecclesia illa: nondum tamen per verba eadem admittitur obligatio, nisi major aliqua expressio, quæ addita fuerit, aut qualitas circumstantiarum promissionem veram, hoc est, firmam, & irrevocabilem præ se ferat: quemadmodum de Viro Puellæ dicenti „ *Volo contrahere tecum* „ *Placet mihi te ducere* „ tradit cum Gobato, Lacroixio, & aliis P. Lucius Ferraris (v. *Sponsalia* n. 38. post med.). Quod ipsum de respondente „ *Volo Religionem ingredi* „ etiam si ad suggestionem, hortamenta, preces ita respondeat, dicendum proculdubio est.

Tandem, ut omittam causam finalem illius Capitis, quæ nempe non alia fuit, nisi ut ad præscriptum Sacror. Canonum incolumis maneret Fidelibus ad mortem usque libertas illa Sepulturam eligendi, utpote pars ultimæ voluntatis, atque hinc occurreretur Animarum periculis, simulque scandalis, quæ frequenter ex his periculis Animarum consequebantur (ex Gloss. in cit. Cap. 1. in princ., in Addit. incipien. *Et sit ratio*; Thesaur. de Pœn. Part. II. cap. 3. vers. *Rationem hujus*; Pasqualig. Decis. Mor. 373. n. 4.; Donat. Prax. Regular. Tom. 3. Tract. 9. qu. 27. n. 3.; Samuel de Sepult. Tract. 1. disp. 2. contr. 1. concl. 8. n. 20.; Passerin. de Stat. Homin. Quæst. 187. art. 4. inspect. 4. cap. 9. n. 424.; Rot. Decis. 333. n. 6. Part. 1. divers.): sed ut hæc, inquam, & alia prætermittam, satis fuerit audire Rubricam illius Capitis, summarium scilicet eidem præfixum, breviter complectens, ac docens, quid in toto illo Capite prohibeatur, & sanciatur. Ecce Rubricam integram: *Hìc prohibetur* PACTUM *de Sepultura eligenda. Non obstante* PACTO *de Sepultura eligenda, vel electa non mutanda, sepeliendus est quis, ubi aliàs erat de jure sepeliendus: & aliàs sepultus cum omnibus Sepulturæ obventibus restituendus est: aliàs pœna incurritur hìc contenta.*

Num locupletior Testis, majorisque auctoritatis desiderari potest, ut pro certissimo, compertissimoque habeatur, sermonem non esse in eo Capite de promissione etiam revocabili, quæ non tollit, quin possit idem ille promittens deinceps dicere, se mutasse consilium; sed agi de promisso irrevocabili, agi de *pacto*, quod, quamvis nudum, tamen Jure ipso naturæ nequit sine peccato non observari? (ex C. *Antigonus* 1. extr. de pact., C. *Qualiter* 3. eod. tit., C. *Prædicandum* caus. 22. qu. 1., L. *Hoc Edicto* ff. de pecun. constit., aliisque locis utriusq. Juris).

Rubricæ siquidem Decretalium authenticæ sunt, ut constat ex Decretalium earumdem Procemio in v. *Utatur*, annotantque Doctores (Vincent., & post eum Archid. in C. *Quis nesciat* n. 1. dist. 9., & Speculat. in Tit. de Disputat. & Allegat. Advocat. §. fin. n. 15.): adeout proinde sicut Decretales ipsæ, sic earum Rubricæ ad decretoriam allegari possint Causarum decisionem (ex iisd., & Bellam., qui alios citat, in C. *Firmiter*, in quæst. 1., de Summ. Trin. & Fid. Cathol.).

Ea ipsa consequenter mens est Paragraphi *Sanè*, quem supra descripsimus, Clementinæ *Cupientes*. Quandoquidem in eo Paragrapho Clemens V. nihil aliud addit ad Decretalem sæpe dictam Bonifacii VIII., nisi quod (sicuti habet Paragraphi ejusdem Rubrica) *Excommunicat violatores Decretalis 1. de sepult. lib. 6.* (nempe Bonifaciani Capitis, *Animarum*), *& absolutiones Papæ reservat.*

(*c*) Duo sunt in hoc controversiæ genere sedulò distinguenda. Aliud est, inducentem per suggestionem, suasiones, rogatus, committere in Decretales Bonifacii VIII., & Clementis V., & consequenter incidere eumdem in Excommunicationem reservatam, irritam esse Sepulturæ electionem, restituendum esse Cadaver cum emolu-

men-

mentis omnibus sub pœna Interdicti Ecclesiæ: aliud verò est, ab eo, qui sic inducit, rem patrari minimè licitam. Si hoc secundum solummodò Barbosa doceret; nihil sanè doceret, quod rejicere quis jure posset. Sed Author præterea docet & illud primum, quod utique sustineri non potest.

Illud autem primum nos supra tantummodò oppugnavimus: illud solùm oppugnat, aut illud unum saltem oppugnare potest, ac debet cætera Doctorum cohors, qui tradunt non prohiberi suggestionem, consilium, hortationes, suasiones, preces (Navarr. Manual. C. 27. n. 103., Suarez de Censur. disp. 22. sect. 4. n. 25., Portell. Dub. Regul. v. *Sepultura* n. 6., Monacell. Formular. Tom. 3. tit. 1. form. 38. n. 10., Donat. Prax. Regul. tract. 9. de Sepult. qu. 27. n. 3., Lezan. Summ. Quæst. Regul. Tom. 2. p. 604. n. 7., Card. Petra ad Const. 2. Honorii III. n. 45., Engel in Jus Canon. Lib. 3. tit. 28. n. 14., Manein. Pract. visitandi infirmos Part. 1. pract. 5. dub. 3., Samuel de Sepult. tract. 1. disp. 2. contr. 1. concl. 8. a n. 16., Passerin. de Stat. Homin. Quæst. 187. art. 4. inspect. 4. c. 9. a n. 420., & præsertim n. 424., Bordon. Resol. Var. resol. 51. part. 2. n. 181., Pasqualig. Decis. Mor. dec. 373. n. 4.).

Nam quod porrò attinet ad illud alterum, quod supra diximus, ecquis probabit in venerabilibus Ecclesiasticis Viris, in Viris vocatis in sortem Domini, qui debent esse Petra salis in Populis, Exemplum bonorum operum, Lux eorum, qui in Domo sunt, illas veluti aggressiones Fidelium, & invasiones Funerum; vilium Artificum instar, quorum alii aliis opificia præripere satagunt, & prehensare homines, ut sibi committant? Nemo certè sanæ, & incorruptæ mentis dubitet, quin immane quantum abhorreat a Sacrorum Canonum scitis ista agendi ratio, quæ Ecclesiasticam dedecet gravitatem, Dignitatem sublimem ad humilia dejicit, Fidelibus stomachum commovet, contemptum parit Ecclesiastici nominis, mutuam Cleri pacem, & concordiam turbat, oblocutiones excitat, Lites movet, dispendia affert, aliorumque malorum fons uberrimus, & origo est. Legi quoque potest Epistola S. Bonaventuræ (in Chronolog. P. Michael. Angel. Neapolit. pag. 29. B. circa med., & p. 30. B. post init.).

Neque verò indigentia sua, suæve Ecclesiæ huic malè facto justam prætexere excusationem potest. Illud animo est identidem revolvendum, quod ait Regius Psaltes: *Non vidi justum derelictum* (Psalm. 36. v. 25.). Recogitanda quoque egregia illa animadversio Venerabilis Bedæ, quod *qui terrenis affectibus pro Christi discipulatu renuntiaverit, quò plus in ejus amore profecerit, eò plures inveniet, qui se interno suscipere affectu, & suis gaudeant sustentare substantiis* (Homil. in Natal. S. Benedict.). Recolenda simul sunt cetera, quæ alibi notata sunt (sub d. 1. Apr. 1758. in Not., §. *Sed hæc*, & sequ. p. 296. A.). Itaque non debent Ecclesiastici præsertim timere, ne sibi propter Regnum Dei militantibus, multoque minùs ne Templo Dei necessaria desint: debent quinimmo persuasissimum illud habere, ac firmissimè credere, sibi, suæque Ecclesiæ, Magni Patrisfamilias amantissima, & providentissima cura, quò minùs ista requirant, eò magis posse suppetere.

Quoniam verò si dum alii Ecclesiasticorum quiescunt, alii suggestionibus, hortatibus, aliisque modis id generis intercipiunt, & ad Ecclesias suas attrahunt Funera; mala illa, quæ prædiximus, non modò subsistunt, verùm etiam ingravescunt: in Locis idcircò, ubi absonæ artes istæ adhibeantur, aliud nullum remedium superest, quàm curam, & solicitudinem adhibere, ut interrogationes in specie, suasiones, adhortationes, preces, universim omnibus tum non exemptis, tum exemptis per eos, ad quos respectivè pertinet, severè, ac penitùs eodem tempore interdicantur. Sic factum magno cum fructu in Caussa, de qua supra agitur, Civitatis Castellanæ, in capite secundo Concordiæ, quam paullò post referemus (Not. *h*).

(*f*) In Statutis Cleri Romani (post §. *Sciant*, relatum supr. in Not. *a*) Laicis etiam, in Urbe, ejusque Districtu sic inducentibus, mandante S. M. Clemente XI., Excommunicatio inflicta est, reservata tamen non Summo Pontifici, sed Emo Urbis Vicario. *Pari* (sic ibi statuitur), *ac majori ratione Seculares quicumque, & Confratres Societatum Secularium quarumcumque, similiter* (uti nempe in cit. §. *Sciant*) *inducentes quemquam ad eligendam Sepulturam in propriis Confraternitatum Ecclesiis, vel Sepulchris, vel ut jam electam non mutent, ipso facto incurrant in Excommunicationem* (*& hoc facto verbo cum Sanctissimo*) *Nobis, & Emis Vicariis pro tempore reservatam, a qua non possint absolvi, nisi facta restitutione cadaveris, & omnium emolumentorum, ultra alios pœnas nostro, nostrorumque Successorum arbitrio infligendas, edict. Clem. XI. 22. Aug. 1708. in append. n. 5.* Hactenus ibi.

(*g*) Decretum idem, præter Ascanium Tamburinum, refert Julius Lavorius (Elucubrat. Var. Tit. 2. c. 11. n. 103.), Hieronymus Nicolius (in Floscul. v. *Tertiariæ* a n. 2. ad 8.), Lucius Ferraris (v. *Tertiar.* n. 3.).

(*h*) Subinde ad instantiam D. Petri Constantii supra memorati, citato Procuratore Archipresbyteri, & Canonicorum Collegiatæ Ecclesiæ Caprarolensis, Emus Ferdinandus M. de Rubeis, tunc Præfectus S. Congregationis Concilii, sequenti Anno 1763. per suum Decretum 14. Junii latum, petente eodem Constantio, *Mentem* aperuit S. Congregationis in hæc verba: *Nos aperiendo Mentem S. Congregationis, & in executionem Rescripti respectivè editi die 4. Decembris proximè præteriti, Injungimus Reverendissimo Episcopo Civitatis Castellanæ, ut præfixo termino unius Mensis Archipresbytero, & Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ Terræ Caprarolæ ad stipulandum Instrumentum Concordiæ cum* MODERATIONIBUS, ET CAPITULIS PER DICTUM REVERENDISSIMUM EPISCOPUM ALIAS PROPOSITIS, *eoque elapso procedat ad stipulationem ex Officio ejusdem S. Congregationis cum intimatione &c.*

Stipulaturus igitur Rmus Episcopus, in vim commissionis hujus, & mandati S. Congñis, Instrumentum Concordiæ, moderationes, & capitula continens jam antea per eumdem Episcopum ipsi S. Congñi proposita, & ab Emis Patribus approbata; cum citandos curasset DD. Archipresbyterum, & Canonicos, atque hi, elapso quoque sex circiter Mensium spatio, non comparuissent, ob eam profectò caussam, quòd sibi minimè placeret aliqua ex prædictis *moderationibus, & capitulis*, quæ tamen Religiosi, ut videtur, libenter recipiebant: tandem Rmus Præsul proximo

= mo Anno 1764., ineunte Januario, *ex Officio ejusdem S. Congregationis* Concordiam promulgavit, quæ sic se habet =

„SANTE LANUCCI

„ per la grazia di Dio, e della S. Sede Apostolica Vescovo di Civita Castellena, ed Orte, e del Soglio Pontificio Assistente.

„ Essendo stato a Noi rimesso dalla Sagra Congregazione del Concilio di stipulare anche ex Officio della medesima Sagra Congregaàione la Concordia eltre volte trattata oella *Causa Funeris* vertente tra li Signori Arciprete, e Canonici della Collegiata, e Perochiale Chiesa di S. Michele Arcangiolo della Terra di Caprarola di questa Nostra Diocesi de una parte, e li RR. PP. Minori Osservanti del Ven. Convento della Madonna Santissima delle Consolazione di detta Terra dall' eltre parte, ed essendo stati citati li detti Signori Arciprete, e Canonici ad istanza di detti RR. PP. per la stipulaeione di detta Coocordie, nè essendo li medesimi comparsi; l'ebbiamo Noi ex Officio, come sopra, stipuleta, e stabilita nel modo seguente, cioè =

„ *Primo* = Che non sie lecito e verun Ecclesiestico, tanto Secolare, che Regolare, indurre Persone ad eleggere la Sepolture nella propria Chiesa, con promissione irrevoeabile, giuramento, e Voto, ed a non immutare la già eletta nell' anteidetta maniera, e forma, sotto pena della Seomunica ipso facto de incorrersi.

„ *Secondo* = Che sia permesso al Paroco, ed a chi che sia d'interrogere in genere per l' elezione della Sepoltura, ma che non sia lecito all'incontro nè al Paroco, nè ad altri Ecclesiastici, sì Secolari, che Regolari, come ad altri di qualsivoglia grado, e condizione, ioterrogare con suggestione, tanto esprese, che palliate, sotto pena di nullità della Sepoltura, restituzione di Cadavere, e degli emolumenti funerali, ed altre ad arbitrio, anche corporali.

„ *Terzo finalmente* = Che interrogata la Persona di chi che sie circa l'elezione della Sepoltura, ed avendola eletta, non possa più interrogarsi, che dal solo Paroco ex Officio per una sola volta, per togliere gl' incoavenienti; ma bensì sia in arbitrio della Persona, che averà eletta la Sepoltura, di mutarla, ed eleggerla e auo piacere sino ell'ultimo di aue vita.

„ Avvertino tutti di obedire quanto sopra, poichè contro li Trasgressori saremo per procedere all'esecuzione delle sudette pene, e il presente, publicato, ed affisso che sia nelle detta Chiesa Collegiata, o Parochiale oelle forme solite, vogliamo, che astringa ciascuno all'osservanza, come gli fosse stato personalmente intimato. = Dato in Civita Castellana dal Palazzo Vescovile questo dì 7. Gennaro 1764.

„ Loco ✠ Sigilli.

„ Sante Vescovo di Civita Castellane, ed Orte.
„ Francesco Giannoni Canc. Vic.

1762. 20. Dec. *Nihil innovandum statuitur in Constitutionibus Collegii Pachucani.*

CLEMENS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Lutre Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Excalceatorum, & Recollectorum nuncupatorum, quod aliàs fel. record. Benedictus Papa XIII. Prædecessor Noster per quasdam suas in simili forma Brevis die 3. Aprilis 1727., iocipientes = *Nuper pro parte* &c. = expeditas Litteras (*a*) omnibus, & singulis Ministris Provincialibus Provinciarum Familiæ Ultramontanæ, & Indierum tam Orientalium, quem Occidentelium ejusdem Ordinis S. Francisci de Observantie Excalceatorum, & Recollectorum, facultatem concessit, ut ipsi in unaquaque ex memoratis Provinciis unum Collegium, seu Seminarium Missionariurum in altero ex Conventibus uniuscujusque Provinciæ sibi beneviso erigere valerent; Provincie vero S. Didaci de Mexico eorumdem Fratrum, seu tunc existens Minister Provincialis ad erectionem hujusmodi Collegii, seu Seminarii processit in Conventu S. Francisci de Pachuca nuncupato, Conventum præfatum in Missionariorum Seminarium, seu Collegium immutando, particularibus pro illius spirituali, ac temporali regimine & gubernio, tunc etiam, & pro tempore conditis Statutis, & Constitutionibus. Deinde rec. mem. Clemens PP. XII. Prædecessor itidem Noster per elias suas, quarum initium est = *Emanavit nuper a Congregatione* &c. = die 23. Julii Anni 1733. in pari forma Brevis expeditas Literas confirmavit Decretum, quo idem sic erectum Collegium, sive Seminarium Missionum deputatum fuit pro conversione Infidelium, & signanter existentium in Montibus de Ciunapan nuncupatis, locisque conterminis, in quibus eo usque nulla alia Missio fundata reperiebatur, cum potestate Sacras Missiones in prædicto Monte, & locis conterminis engeodi ab eodem Collegio dependentes; districte prohibendo omoibus ipsius Provinciæ S. Didaci Fratribus, ne Fratres prædicti noo solum ad alias Provincias, & Collegie Missionum ejusdem Ordinis S. Francisci de Observantia, verum etiam ad Missiones Provinciæ S. Gregorii in Insulis Philippinis memorati Ordinis S. Francisci Excalceatorum nuocupatorum absque licentie tunc, & pro tempore existentium S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum transire possent, & eliàs prout in dictis tam Benedicti, quam Clementis Prædecessorum præfatorum Literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur. Nuper vero dilectus quoque filius Bartholomæus de Toleto Frater expresse professus, ac Minister Provincialis tunc existens memoratæ Provinciæ S. Didaci, prætendens, quod aliquæ fierent reformationes in Coostitutionibus, seu Statutis memorati Collegii aub prætextu melioris illius regiminis, exactiorisque Alumnorum in eo existentium disciplinæ, ad prædictam Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregationem negotiis Propagandæ Fidei præpositorum recursum habuit, & ab eadem Cardi-

dioalinm Coogregatione die 10. Septembris nuper elapsi editum fuit Decretum tenoris sequentis, videlicet =

„ Relato per Emum, & Rmum D. Cardinalem „ Ganganelli (c) Ponentem supplici Libello P. Bartholomæi de Toleto Ministri Provincialis Minorum Discalceatorum Provinciæ S. Didaci de Mexico, in quo proposuit nonnullas reformationes „ per Sanctam Sedem Apostolicam faciendas in „ Constitutionibus, seu Regulis Collegii Pachucani, quæ ad bonum ejusdem regimen, atque exactiorem Alumnorum disciplinam sibi opportunæ videbantur; Sacra Congregatio, auditis primum, quos oportuit, & re mature deliberata, „ censuit, nihil esse innovandum.

„ Datum Romæ ex Ædibus dictæ S. Congregationis die, & anno, quibus supra.

„ J. Card. Spinellus Præfectus.

„ Loco ✠ Sigilli.

„ M. Marefuscus Secret.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Joannes Procurator Generalis ad præcavendos ulteriores dicti Bartholomæi, & aliorum quorumcumque recursus, ex quibus potiusquam in dictum Collegium, ejusque disciplinam reformatio inducatur, jurgia, lites, atque discordiæ timeri possunt, pro sui Muneris officio pacem, tranquillitatemque super his, aliisque ad dictum Collegium, seu Seminarium attinentibus, firmare exoptans, ne illius Alumnos, qui suum Ministerium implere exacte deprehenduntur, his de causis ab eorum proposito retrahi contingat; Decretum præfatum per Nos confirmari summopere desideret; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere, de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur ipsum Joannem Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis Excommunicationis, &c. absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertum Decretum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos tam Juris, quam Facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, & sanamus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium. Decernentes, easdem præsentes Litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in futurum, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices, Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xx. Decembris MDCCLXII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

N. Card. Antonellus.

Loco ✠ Sigilli Annuli Piscat.

= (a) In Chronologia P. Perusini Part. II. p. 85. = B. & seq.

= (b) Ibidem p. 188. B. seq.

= (c) Deinde Anno 1769. Pontificem Maximum = Clementem XIV.

1763. 5. Jan. *Confirmatur Decretum postremi Capituli Mantuani, quo Suffragatorum, Sociorumque in Capitulis Generalibus numerus imminuitur.*

CLEMENS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Quæcumque ad majorem Regularis disciplinæ observantiam, & Religiosorum Ordinum commodum, & incrementum, necnon pacem, concordiamque inter quosque Christifideles sub suavi Religionis jugo mancipatos confirmandam, procurandamque, in Domino conspicimus profutura, eadem quo salubrius promoveantur, & promota felicius statuantur, ac statuta perennius persistant, supremas Apostolicæ Procurationis nostræ partes libenti animo interponere non dedignamur. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Petrus Joannetius de Molina Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod, licet transactis temporibus a tunc existentibus Superioribus Generalibus ipsius Ordinis pluries animo perpensa fuerint incommoda, dissidia, dissensiones, jurgia, ac discordiæ, quæ manifeste oriebantur, necnon magni momenti sumptus, quos Ordo ipse, & illius Provinciæ omnes facere cogebantur, ex magno Vocalium numero, qui ad Comitia Generalia dicti Ordinis pro ferendis eorum respective suffragiis confluebant, ascendentium ad trecentos quinquaginta Vocales, quando omnes adventabant, licet id raro accideret, quippe quia aliqui ex illis in itinere in morbum incidebant, aut ab hac luce migrabant, seu antequam convaluissent, tempore debito ad Comitia Generalia accedere nequibant, de præsenti vero illorum numerus ad trecentos ascendit, & frequenter excedit, prout in Capitulo Generali in Alma Urbe nostra Anno MDCCL. habito trecenti, ac decem, & novem Vocales numerati fuerunt, ac ad nuperum Capitulum Generale, in proxime elapso Anno Mantuæ celebratum, trecenti, & octo Vocales accesserunt, præter, & ultra alios Socios, & Tertiarios, qui ad quamplurimos Officiales, aliosque inservientes, in præmissis necessarios, conjuncti, magnam confusionem, non sine gravi, tum in Spiritualibus, tum in Temporalibus, tam totius Ordinis in generali, quam illius Provinciarum in particulari, detrimento, afferre solent; nihilominus nullum remedium attulerint. Præmissa autem omnia dilecti filii moderni Definitorium, seu Discretorium Generale utriusque Familiæ Cismontanæ, & Ultramontanæ nuncupat. memorati Ordinis, in dicto Capitulo Generali ultimo loco habito canonice electi, mature perpenderunt, & quo hisce incommodis consulerent, & sumptus, quos Ordo prædictus pro celebratione Comitiorum Generalium de necessitate subire oportet, evitare valerent, eo magis, quod ære alieno pro celebratione dicti Capituli Generalis quatuor millium Scutorum monetæ Romanæ gra-

va-

vatus remanet, in unum congregati suum pro diminutione Vocalium, eorumque Sociorum, qui ad Comitia Generalia ipsius Ordinis pro tempore habenda accedere debebunt, Decretum ediderunt tenoris sequentis, videlicet =

» Ad evitandas gravissimas expensas, aliaque incommoda, quæ ex multiplicitate Vocalium, eorumque Sociorum ad Capitula Generalia nostri Ordinis confluentium hactenus experti sumus, & in dies experimur, decernit Definitorium Generale, supplicandum esse Sanctissimo pro ipsorum diminutione, ita quod (præter Patres Rm̃i Definitorii, & Custodes Regiminis Custodiarum) ex unaquaque Provincia in posterum unus tantum Vocalis accedat, Minister nempe Provincialis, si possit; &, illo sese excusante, vel legitime impedito, Custos, qui tantummodo secum Tertiarium deferat: Discreti autem Generales unum Socium vel Sacerdotem, vel Laicum, cum Tertiario. Atque hoc Decretum idem Definitorium Generale mandat Capitularibus Actis esse inserendum. Dat. Mantuæ in Capitulo Generali die vt. Junii MDCCLXII. = Fr. Petrus Joannes de Molina Minister Generalis. = Ita est Fr. Clemens de Panormo Minister Generalis immediatus. = Ita est Fr. Paschalis a Varisio Commissarius Generalis. = Ita est Fr. Antonius Joannes de Molina Ex-Commissarius Generalis immediatus. = Ita est Fr. Joannes Antonius a S. Cruce Discretus perpetuus. = Ita est Fr. Joannes Alfaro Coronada Procurator Generalis Ordinis. = Ita est Fr. Gregorius a Marsalia Commissarius Generalis Curiæ. = Ita est Fr. Carolus a Gollcono Procurator Generalis Reformatorum. = Ita est Fr. Joannes Lutre Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum. = Ita est Fr. Anacletus a Roma Ex-Procurator Generalis Ordinis. = Ita est Fr. Franciscus Daniel Gricourt Definitor Generalis. = Ita est Fr. Marinus Barbè Definitor Generalis. = Ita est Fr. Antonius de Alcoba Definitor Generalis. = Ita est Fr. Joannes a S. Maria, & Lema Definitor Generalis. = Ita est Fr. Augustinus Fournier Definitor Generalis. = Ita est Fr. Joannes Baptista Servera Definitor Generalis. = Ita est Fr. Petrus Otero Definitor Generalis. = Ita est Fr. Joseph Maria de Vedano Definitor Generalis. = Ita est Fr. Bernardinus a Panormo Definitor Generalis. = Ita est Fr. Syrus a S. Georgio Definitor Generalis. = Ita est Fr. Venustianus Hiebel Definitor Generalis. = Ita est Fr. Franciscus Przylecki Definitor Generalis. = Ita est Fr. Thomas Hyacinthus ab Asculo Definitor Generalis. = Ita est Fr. Bonaventura ab Arsano Definitor Generalis. = Ita est Fr. Dominicus Blaseo a Tabernis Definitor Generalis. = Ita est Fr. Cherubinus a Roma Definitor Generalis. = Concordat cum Originali existente in hoc Archivio Aracœlitano generali. Fr. Fortunatus de Roma Lector Jubilatus, & Archivii Custos. Loco ✠ Signi.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Petrus Joannetius Minister Generalis, nomine etiam dicti Definitorii, seu Discretorii Generalis, quò unanimi consensu confectum Decretum firmius subsistat, & servetur exactius, suumque sortiatur effectum (non obstante quod in Sext. Decret. lib. 5. tit. 12. *De Verborum significatione* Cap. 3. *Exiit qui seminat*, ubi fel. rec. Nicolaus PP. III. Prædecessor noster exposuit Regulam ejusdem S. Francisci, hæc verba habeantur = *Insuper dubitantibus Fratribus prædicti Ordinis, an pro eo, quod in Regula dicitur, ut, decedente Generali Ministro, a Provincialibus Ministris, & Custodibus in Capitulo Pentecostes fiat electio Successoris, omnium Custodum multitudinem oporteat ad Generale Capitulum convenire; aut (ut omnia cum majori tranquillitate tractentur) sufficere possit, ut aliqui de singulis Provinciis, qui vocem habeant aliorum, intersint: Taliter respondemus, ut scilicet singularum Provinciarum Custodes unum ex se constituant, quem cum suo Provinciali Ministro pro se ipsis ad Capitulum dirigant, voces, aut vices suas committentes eidem. Quod etiam constituerint per se ipsos, statutum hujusmodi duximus approbandum. Quod idem Prædecessor noster Gregorius IX. in casu hujusmodi dicitur respondisse* = hactenus dictus Nicolaus, (a) qui ann. MCCLXXVII hanc reductionem Vocalium fecit, quando idem Ordo triginta solum numerabat Provincias, & S. Bonaventura dicti Ordinis regimen explere pergebat, & ipsamet dispositio in ipso Ordine vigebat: Et subinde rec. mem. Leo PP. X. Prædecessor itidem noster in sua Constitutione incipien. *Ite & vos in vineam meam*, &c. dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo decimo septimo, quarto Kal. Junii, Pontificatus sui Anno quinto, paragrapho sexto = *Electio verò Successoris* (nempe Ministri Generalis) *fieri debeat a solis Ministris Provincialibus, & Custodibus reformatis, tam Cismontanis, quam Ultramontanis, in Capitulo Generali sæpe dicti Ordinis in Festo Pentecostes, in loco, quem Minister Generalis cum Capitulo Generali proximè præcedenti duxerint assignandum, ad quod Capitulum omnes Ministri, & Custodes, sive Vocales tam Cismontani, quam Ultramontani, accedere teneantur*), Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos piis ejusdem Petri Joannetii Ministri Generalis, ac Discretorii, seu Definitorii Generalis hujusmodi votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, ac eorum singulares personas a quibusvis Excommunicationis, *&c.* absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, audito etiam dilecti Filii nostri Hieronymi S. R. E. Diaconi Cardinalis, Columnæ nuncupati, dicti Ordinis apud Nos, & Apostolicam Sedem Protectoris voto, qui omnes ipsius Ordinis Superiores in Alma Urbe nostra prædicta degentes, vulgo, ut dicitur, *Officiales Curiæ* nuncupatos, confirmationi supradicti Decreti assentientes esse comperit; præinsertum Decretum Discretorii, seu Definitorii Generalis hujusmodi, ac omnia, & singula in eo contenta, & expressa, non obstante dicti Leonis Prædecessoris Constitutione, quam, quoad declarationem, & assignationem Vocalium ad Capitula Generalia factam dumtaxat, Authoritate Apostolica revocamus, cassamus, & annullamus, in reliquis verò, firmis remanentibus omnibus in ea contentis, & expressis, illam observari debere volumus, & declaramus, Auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos juris, & facti, etiam substantiales, defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, & sanamus. Decernentes, easdem præsentes Litteras semper validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & De-

Chronol. Seraph.   P p p

= (a) In hac periodo, historica menda quædam occurrunt. Sed rei principalia substantiam minimè tangunt.

Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantis, quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de Jure quæsito non tollendo, ac Gregorii, Nicolai, & Leonis, aliorumque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Constitutionibus, & Ordinationibus, ac Ordinis hujusmodi, & illius Provinciarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ, vel Procuratoris Generalis dicti Ordinis munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die V. Januarii MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

N. Card. Antonellus.

1763. 11. Jan. *P. Commissario Generali Facultas tribuitur eligendi semel per semet ipsum in Provinciis singulis Cismontanæ Familiæ, ubi necessitas, vel utilitas earumdem id postulaverit, Ministrum, Definitores, aliosque Officiales; si tunc tamen P. Minister Generalis e Familia absit.*

CLEMENS PAPA XIII.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam Benedictionem.

CUm, sicut Nobis nuper exponi fecisti, in Capitulis Provinciarum Familiæ Cismontanæ Ordinis Fratrum Minorum S. FRANCISCI tam de Observantia, quam Reformatorum, & Excalceatorum nuncupatorum, cujus tu Commissarius Generalis existis, quando Ministrorum Provincialium, & Definitorum fit electio, interdum eveniat, ut dum Præses Capituli bono Provinciæ regimini, & reformationi maxime invigilat, indigni, seu minus idonei, aut minus digni, & ad reformationem omnino inepti, vocem, sive suffragium habentes, malitia temporum sic ferente, eligantur, ac confirmandi proponantur: Nos igitur præmissis obviam ire, ac felici, prosperoque Provinciarum prefatarum statui, atque regimini, quantum Nobis ex alto conceditur, providere, teque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis Excommunicationis, &c. absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; tibi, de cujus fide, prudentia, integritate, vigilantia, ac Religionis zelo plurimum in Domino confidimus, ut in eisdem Capitulis Provincialibus Familiæ Cismontanæ præfatæ, quando necessitas, bonumque dictarum Provinciarum regimen, sive utilitas id exegerit, tu solus juxta datam tibi a Domino prudentiam Ministros Provinciales, Definitores, aliosque Officiales una vice in qualibet Provincia, in qua Capitulum Provinciale habendum, celebrandumque erit, ante celebrationem Capituli Generalis dicti Ordinis, si contingat eo tempore dilectum etiam Filium Petrum Joannetium de Molins Ministrum Generalem ejusdem Ordinis, cui similem facultatem per alias nostras in simili forma Brevis die XIII. Julii anni proximè præteriti expeditas Literas concessimus, a dicta Familia Cismontana abesse, nominare, & deputare libere, & licite possis, & valeas, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus; quam etiam facultatem tuo arbitrio vel augendam, vel minuendam tuis Commissariis Visitatoribus delegandis juxta rerum, & locorum exigentiam in iis Provinciis, ad quas accedere nequiveris, tribuere, & subdelegare possis, dicta auctoritate impertimur. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, Ordinis, & Provinciarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XI. Januarii MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Loco ✠ Sigilli.

N. Card. Antonellus.

1763. 12. Jan. *Creentur idem Apostolicus Commissarius, Visitator, ac Reformator Cismontanæ Familiæ, Ministro tamen Generali absente.*

CLEMENS PAPA XIII.

Dilecte Fili, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

IN specula Supremæ Dignitatis Divina dispositione meritis licet imparibus constituti, inter multiplices rerum, negotiorumque, quibus obruimur, curas, ad ea etiam ex debito Pastoralis Officii Nobis commissi sollicite advigilare debemus, per quæ Religiosa Loca, illorumque Personæ Divinis mancipatæ obsequiis in pacis, & quietis tranquillitate, ac Regularis vitæ, Ecclesiasticæque disciplinæ norma, coadjuvante Domino, perenniter conservari valeant, & quæ his contraria esse noscuntur, per Nostræ providentiæ studium penitus evellantur, prout, Personarum, rerum, & Locorum qualitate pensata, conspicimus in Domino salubriter expedire. Cum itaque, sicut accepimus, tu ad demandatum tibi a Capitulo Generali Ordinis Fratrum Mi-

Minorum S. FRANCISCI de Observantia nuncupatorum Commissarii Generalis Familiæ Cismontanæ munus rite, atque obeundum, iter instituere intendas, ac Provincias dicti Ordinis tam de Observantia, quam Reformatorum, & Excalceatorum Familiæ præfatæ per te ipsum visitare paratus sis: Hinc est, quod Nos, ut majora Apostolicæ nostræ Charitatis erga dictum Ordinem, & te ipsum argumenta declaremus, atque ad omnia hac in Visitatione, vel extra eam opportune, salubriterque peragenda, tibi fortasse necessaria Apostolicæ auctoritatis documenta præstemus, ac de tua fide, prudentia, integritate, dexteritate, vigilantia, doctrina, rerumque agendarum peritia, ac Religionis zelo plurimum in Domino confisi, teque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, *&c.* absolventes, & absolutum fore censentes, motu proprio, ac ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine te Commissarium Apostolicum, & Visitatorem, Reformatoremque Familiæ Cismontanæ dicti Ordinis, durante absentia dilecti quoque filii Petri Joannetii de Molina Ministri Generalis ipsius Ordinis, creamus, facimus, constituimus, deputamus, & delegamus, ac tibi, præter, & ultra facultates solitas, & consuetas ratione muneris Commissarii Generalis dictæ Familiæ Cismontanæ præfatæ competentes, concedimus, & impertimur, ut in Visitatione Provinciarum, & Conventuum ipsius Familiæ per te, seu Commissarios Visitatores a te deputandos peragenda, seu illa peracta, ac etiam extra Visitationem præfatam, quoscumque Conventus cujuscumque Provinciæ Familiæ Cismontanæ præfatæ pro Studiis Generalibus præscriptos, & assignatos, juxta datam tibi a Domino prudentiam, & ut res postulaverit, de alio in alium Conventum tibi opportuniorem visum Studia Generalia hujusmodi permutes, transferas, statuas, & præscribas, novosque in Provinciis prædictis, in quibus Conventus Studiorum hujusmodi nondum assignati, & fundati fuerint, tuo arbitrio assignes, fundes, & deputes; necnon facultatem Novitios supernumerarios in dictis Provinciis, in quibus tamen necessitas id exegerit, recipiendi, & admittendi concedas; ac quæcumque Capitula Provincialia, quæ forsan contra Constitutiones Ordinis prædicti auctoritate Apostolica confirmatas peracta fuisse compereris, confirmes, atque convalides, omnesque, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper intervenerint, suppleas, & sanes; ac quamcumque Provinciam vigore cujuscumque facultatis inter se divisam, & separatam de novo unias, & incorpores, aliasque dividas, ac separes; ac Guardianos haud habiles quavis authoritate electos amoveas, & alios de novo eligas, & ultra triennium dispensare possis, & confirmes; aliaque similia, utilitatem, bonumque regimen, & gubernium Provinciarum præfatarum, illarumque Conventuum concernentia, quæ per Constitutiones Ordinis, & Apostolicas præscripta, & per te ipsum peragenda prohibita, vetitaque sunt, libere, & licite peragere possis, & valeas. Decernentes, easdem præsentes Literas, & in eis contenta quæcumque firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac tibi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, illiusque Provinciarum, & Conventuum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, clausulis, decretisque roboratis, Statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis eisdem Ordini, & Conventibus in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xii Januarii MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Loco ✠ Sigilli.

N. Card. Antonellus.

= Hæc duo Brevia referenda censuimus, quan-
= doquidem neque in Chronologia P. Perusini, ne-
= que in hac nostra extabant Brevia hujusmodi
= pro Rmis Familiæ Commissariis edita. Nam Com-
= missarii decessores per Pontificia Rescripta Facul-
= tates easdem obtinuerunt. Vid. supr. ad 25. Sept.
= 1753., & 16. Jul. 1756., p. 528. B. post med.,
= & p. 221. A. sub fin.

1763. 27. Jan. *Instructio*

a S. Congne Propagandæ Fidei condita, confirmante SSmo: qua declaratur, Tertiarias collegialiter sine Votis solemnibus, & Clausuræ lege viventes nullis Privilegiis frui, ideoque Ordinarii jurisdictioni subesse: degentes autem in suis Domibus, si præscriptas conditiones habeant, gaudere tantùm spiritualibus Gratiis Ordini suo concessis, & in ejusdem Ecclesiis, si communis ibi earum Tumulus extet, sepeliendas esse; examen verò conditionum illarum, concessionemque licentiæ eas ad Habitum admittendi, ad Loci Ordinarium pertinere.

CUm diuturna experientia Emi PP. non sine gravi mœrore edocti sint, non levia inter Ordinarios locorum, & Superiores Regularium de Tertiariis, earumque exemptione, ac juribus in dies oriri dissidia, ea potissimum causa, quod Pontificum Constitutiones omnes hac de re non satis sint notæ, ac privilegia a Sede Apostolica Tertio Ordini concessa non probe intelligantur: ne malum hoc diutius perseveret, in locis præsertim Missionum, in quibus pacis, & concordiæ vinculum inter Clerum Secularem, & Regularem maxime conservatum oportuit ad cavendum a fidelium scandalis, ab infide-

lium blasphemiis, & ab hæreticorum, schismsticorumque csluinniis, iidem Emi PP. in Congregstione generali, habita die 2. Augusti 1762., provide decreverunt, Instructionem aliqusm esse adomandam, in qua exerta veterum Decretorum summa, & norms in csusis occurrentibus ab omnibus servanda continastur.

Pro cujus Decreti exequutione, ut ordine procedatur, primò illud præ oculis habeodum, hic non agi de Tertiariis, quæ latini Ritus non sint; hujusmodi enim Mulieres a Missionariis Latinis cujusvis Ordinis, aut Instituti, minimè licerè sd habitum Tertii Ordinis suscipiendum admittere; quinimo & admissæ siquæ fuerint, ab iisdem Missionariis curandum esse, ut quantocius susceptum hsbitum deponant sub pœnis Apostolicæ Sedis arbitrio subeundis, jam declaravit Sac. Congregatio, Decreto edito in Congregst. Gen. sub die 9. Maji 1757., & a san. mem. Benedieto XIV. approbato, quod sic se hsbet =

„ Refereote Emo, & Rmo Dño Dño Cardinali „ Tamburino Ponente *&c.* (*supr. ad est. d. 9. Maji 1757.*).

Cum igitur ad unius Latini Ritus Mulieres, Regularium eircumscripta facultas intelligatur, pronum est, hsbitum Tertii Ordinia professas, duas in classes referre: alteram earum, quæ simul collegialiter vivunt, alteram verò earum, quæ seorsum suis in domibus degunt.

Quoad primas explorsta res est, privilegiis Tertii Ordinis minimè frui (*a*), etism illas, quæ Votum simplex Cstitatis emiserint, nisi Vota solemnia nuncuparint, & Clsusuram sancte, religioseque custodiant. Quamvis enim ejusmodi privilegiis olim fruerentur vigore Constitutionum Laonis X., quarum altera incipit, *Dum intra*, 19. *Decembr.* 1516., altera incipit, *Nuper*, 1. *Martii* 1518.; ea tamen privilegis disertè revocata leguntur a san. mem. Pio V. Constitutione, quæ incipit, *Cura Pastoralis Officii*, 29. *Maji* 1566., in qua districtiùs cautum est, ne Tertiariis, quæ Vota solemnia non emittunt, & Clausuræ lege obstrictæ non sunt, usqusm collegialiter vivere liceat: quod etiam a Gregor. XIII. plsnè confirmstum est Constitutione, quæ incipit, *Deo sacris Virginibus*, 30. *Decembr.* 1572.

Fatendum quidem est, his non obstantibus, & hactenus fuisse, & adhuc esse Conservatoria quædam, ubi Tertiariæ collegialiter vivunt, etiamsi nec solemnia Vota emittsnt, nec Clausuræ lege teneantur; at, cum ea ab Apostolica Sede tolerata, non approbats esse intelligantur, ut religiosæ Domus csnonicè erectæ haberi non possunt, sed potiùs ut domicilia fundata contra mentem Sedis Apostolicæ, & contra Decreta Pontificum Pii V., & Gregorii XIII., ideoque certis privilegiis, quæ nonnisi clausis Tertii Ordinis Monasteriis propria sunt, carere omnino necesse est. Quomodo enim Apostolicæ Sedis indultis, & gratiis frui possent, quæ contra ejusdem Apostolicæ Sedis mentem sine Clausura, & Votis solemnibus, adhuc tamen collegialiter vivunt? Sequitur ergo, hujusmodi Tertiarias jurisdictioni Ordinarii integrè, solidequa subjectas manere.

Quod hucusque deductum est juxta Doctorum omnium sensum, luculentissimè docuit san. mem. Benedictus XIV. *Institut. Can.* 105. *num.* 76., ac constanti stylo rescripsere Sacræ Urbis Congñes, quarum celebriora duo sfferre Decreta abs re non erit.

Primum nempe Sacræ Congñis Concilii in una *Landen. die* 27. *Maji* 1677. In qua quidam Causa, cum de Tertisriis Oppidi Cottonei, Vota quædam simplicia Castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ emittentibus, sine solemnitate tamen, & sine Clausura, ageretur; proposito Dubio: „ An Mu„ lieres hujusmodi subsint visitationi, & correctio„ ni Episcopi: Sacra Congregatio, audito Procu„ ratore Generali Pstrum Reformatorum S. Fran„ cisci, sub quorum cura vivebant, respondendum „ censuit = Affirmstive „.

Alterum verò est Sacræ Congñis Concilii in una *Lunen. Sarzanen. die* 30. *Januarii* 1723. In qua quidem cum de Mulierum, assumpto habitu Tertii Ordinis Sancti Francisci, collegialiter in Conservatorio Massæ viventium, exemptione disceptaretur; Sacra Congregatio de more rescripsit: „ Conserva„ torium esse subjectum omnimodæ jurisdictioni „ Episcopi, citra tamen approbationem Sacræ Con„ gñis quoad dictum Conservatorium „. In quo quidem Decreto, eodem temporis, ac loci vestigio, quo ejusmodi Mulieres subjectæ declsrantur omnimodæ jurisdictioni Episcopi, ne probari sub ea forma viderentur hujusmodi Conservatoris, verbis adjectis, *citra approbationem*, solertissimè cautum est: adeò Sacræ Congñia mens ab ejusmodi Collegiis sine Votorum solemnitate, & sine Clausuræ lege fundatis vel ipsa specie probandis aliena est.

Disciplinam hanc aliqusntulum immutsvit Benedictus XIII. nonnullis Constitutionibus editis, nimirum ea, quæ incipit, *Paterna*, 10. *Decemb.* 1725., altera, quæ incipit, *Exponi Nobis*, 30. *Septembr.* 1729., tertia denique, quæ incipit, *Pretiosus*, 26. *Maji* 1727.: quarum dispositione Tertiariæ, quæ sine solemnibus Votis, & sine Clausuræ lege collegialiter viverent, a jurisdictione Episcoporum subductæ in jurisdictionem, & curam Superiorum Ordinis reliarunt. At, vix defuncto laudato Pontifice, ejus Successor Clemens XII. Constitutione, quæ incipit, *Romanus Pontifex*, 30. *Martii* 1732., sublatis iterum ejusmodi gratiis, & privilegiis, pristinam de Tertiariis Ordinario subjectis disciplinam restituit. In es quippe sic expressè hsbetur: „ Sta„ tuimus, & decernimus, de omnibus, & singu„ lis prædictis Literis, & Constitutionibus, quæ ab „ eodem Antecessore Nostro Benedicto prodierunt, „ necnon de omnibus privilegiis, grstiis, favori„ bus, indultis, exemptionibus, facultatibus, & de„ clarationibus, in iisdem contentis, eam deinceps „ decisionem, ac judicium, etiam in foro conscien„ tiæ, habendum, quod sive ex jure communi, si„ ve ex Concilio, sive ex Decretis, & Constitutioni„ bus Apostolicis, sive ex aliis legitimè habestur, an„ tequam eædem Literæ, & declarationes ab eo„ dem Benedicto concessæ fuissent, perinde scili„ cet, ac si illæ non emanassent; sd quam dispo„ sitionem, ejusque pristinum statum, ac termi„ num omnis superiùs enunciats omnino reduci„ mus, & reducta esse volumus; ita ut in poste„ rum supra dicti Ordines Regulares earumdem „ Literarum, & Constitutionum usu, commodo, „ & effectu penitus carere debere intelligantur „. Ex quibus sanè verbia colligit Benedictus XIV. *Inst. Can.* 205. *num.* 76.: „ Redit in pristinum Ordina„ riorum jurisdictio supra Tertisrias collegialiter „ sine Votorum solemnitate, & sine Clausuræ le„ ge viventes; eademque de causa ut nobis subje„ ctas eas liberc visitavimus „.

Gradum nunc fsciendo ad alteram Tertiariarum classem, quæ seorsim suis in domibus degunt, ma-

majoribus privilegiis olim gavisas eas fuisse compertum est: inter quæ præcipua numerantur; 1. privilegium Fori, quod tamen locum non habet in locis Missionis, ubi vix Religio toleratur; 2. ut Patribus illius Ordinis, cujus Regulam profitentur, sua peccata in Sacramento Pœnitentiæ aperire liceret, quamquam ab Ordinario non approbatis; 3. ut Communionem Paschalem in eorumdem Regularium Ecclesia recipientes, Præcepto Ecclesiæ satisfacerent; 4. ut ab iis etiam Viaticum, atque Extremam Unctionem in exitu vitæ possent percipere. Hæc tamen omnia successivis temporibus a Summis Pontificibus, atque a Sacris Cardinalium Congñibus, pluribus editis Constitutionibus, & Decretis, penitus sublata, atque ad terminos juris communis redacta sunt, ut latè Fagnanus in *Cap. Omnis, num. 64., de Pœnit. & Remiss.* ex S. Congñis rescripto refert his verbis: „ Cum Fratres Mona-
„ sterii S. Dominici de Lugo Imolen. Diœcesis
„ declarari postulassent, an ipsis liceret, præser-
„ tim ex suis privilegiis, audire Confessiones Vi-
„ rorum, & Mulierum professorum Tertii Ordinis
„ S. Dominici, eisque in Paschate Sacramentum
„ Eucharistiæ ministrare, Viaticum præbere, atque
„ Extremam Unctionem ministrare? Sacra Congre-
„ gatio consideravit, præsupposito, quod hujusmo-
„ di professi eodem jure censeantur cum aliis pro-
„ fessis Tertii Ordinis S. Francisci, de quibus in
„ Gloss. in Clem. *Cum ex eo, de sent. excomm.*,
„ eorum non esse aliquam Religionem, sed mo-
„ dum quemdam vivendi approbatum a Sede Apo-
„ stolica, nec dici plene translatos ad Ordinem,
„ ita ut desinant esse de Seculo; Card. in Clem.
„ *Per litteras num. 9. de Præb.* Quod cum ita sit,
„ non magis horum, quam aliorum Secularium
„ Confessiones prædictos Religiosos audire posse,
„ juxta C. 15. Sess. 23. ubi privilegiis quibuscum-
„ que derogatum est, & amplior derogatio habe-
„ tur in Bulla Pii IV. revocatoria omnium privi-
„ legiorum sub quibusvis formulis, in his, quæ
„ Sacro Tridentino Concilio sunt contraria; ex quo
„ sequitur, tales Religiosos non esse proprios Sa-
„ cerdotes horum professorum; ac proinde non
„ posse eisdem Sacramentum Pœnitentiæ, vel Eu-
„ charistiæ in Paschate ministrare, juxta Cap. *Om-
„ nis utriusque sexus, de Pœnit. & Remiss.*; idem-
„ que juris esse de Viatico, siquidem præcedente
„ Confessione exhiberi debet, C. 7. de præpar.,
„ quæ adhibenda est &c. Sess. 13. in Decreto de San-
„ ctissimo Eucharistiæ Sacramento. De Extrema
„ Unctione non esse judicium Congñis, sed ta-
„ men constare, ejus administrationem, sicut alio-
„ rum Sacramentorum, pertinere ad Parochum,
„ de cujus Parochia dicuntur esse tales professi,
„ nisi speciali privilegio sint exempti „.

Latiùs hoc ipsum Benedictus XIV. ex Pontificum Constitutionibus inter se collatis, & S. Congñis Decretis deducit *Inst. Can.* 105. *num.* 67. & *seq.* his verbis: „ Si Leonis X. Constitutio vim totam,
„ & integram obtineat, hæ Tertiariæ, privatim vi-
„ tam agentes, Episcopi Jurisdictione prorsus im-
„ munes esse deberent: eos sibi Confessarios deli-
„ gere possent, qui ad Monialium Confessiones;
„ non verò Secularium excipiendas probantur: ad
„ Parochiam accedere non tenerentur, ut Paschali
„ Præcepto satisfacerent: tandem a Præfectis suis
„ Regularibus Extremam Unctionem percipere, &
„ post mortem in Ecclesia sui Ordinis sepeliri jure
„ possent. Sed aliter se res habet: nam Leonis X.
„ Constitutio ad certos quosdam limites redacta
„ fuit a Summis Pontificibus, qui deinde Sedem
„ Apostolicam tenuerunt. Cum hæ Mulieres revo-
„ ra non habeantur Regulares, eò quod tribus Vo-
„ tis solemnibus non adstringantur, ideo non cen-
„ sentur immunes ullo modo ab Episcopi faculta-
„ te.... Insuper de his Mulieribus Tertiariis hæc
„ Sac. Congregatio Concilii decrevit Sacra Congre-
„ gatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum
„ sæpiùs respondit, minimè posse Sacerdotes Re-
„ gulares Mulierum Tertii Ordinis, quas de Pœni-
„ tentia, vel *Pinzocheras* vocant, Confessiones Sa-
„ cramentales audire, nisi fuerint ab Ordinario ap-
„ probati ad Confessiones Personarum secularium
„ audiendas, quemadmodum nec posse illis Sacro-
„ sanctum Eucharistiæ Sacramentum administrare
„ in die Paschatis Resurrectionis Sñi Dñi Nostri
„ Jesu Christi. Item ex Epistola Sac. Congñis, pro
„ Causis Episcoporum, & Regularium constitutæ,
„ ad Episcopum Mutinensem die 17. Junii ann.
„ 1639. hæc in ipsas Tertiarias sancita deprehen-
„ duntur: Circa Tertiariam similiter censuerunt
„ (nempe Cardinales Sacræ Congñis), permissum
„ haud fuisse Fratribus ejusdem Monasterii ob quod-
„ cumque privilegium Ordinis administrare ipsi Sa-
„ cramentum Divinæ Eucharistiæ, & Extremæ Un-
„ ctionis, neque ejus cadaver domo efferre indica-
„ ta funebri pompa sine Parocho, aut sine ipsius li-
„ centia: nam hæc revera ad Parochos pertinent,
„ qui debent assidue, sed hoc præsertim tempore,
„ cognoscere, juvare, accuratoque studio fideles
„ sibi traditos instituere: Accedit, quod Tertiaria,
„ licet nuncupatis Votis, Claustro non tenebatur,
„ sed domi suæ intra Parochi ejusdem ditionem
„ habitabat „.

Possunt tamen earum cadavera sepeliri in Ecclesiis sui Ordinis, si locus Tertiariis designatus seorsum existat; sin minus, in Parochiali Ecclesia ut cæterarum cadavera, sepelienda sunt.

Lucrantur etiam Indulgentias, gaudentque aliis spiritualibus gratiis Ordini adnexis, quem profitentur, statim ac ad habitum Tertii Ordinis, ac ad Votum simplex Castitatis a Superioribus Regularibus admittuntur, quibus hanc facultatem ex Apostolicæ Sedis indulto reservari compertum est.

Non tamen ad omne Mulierum genus hæc facultas extenditur; sed ad eas duntaxat, quæ conditiones a Sacris Congñibus rite præscriptas habuerint: nimirum, ut honestis, probisque moribus fulgeant, ut annos quadraginta saltem attingant, ut necessaria ad congruam vitæ sustentationem bona possideant, ut nonnisi cum consanguineis, vel affinibus in primo gradu cohabitent.

Hujusmodi autem conditionum examen, & judicium non ad Superiores ipsos Regulares, sed ad locorum Ordinarios pertinere, Summi Pontifices decreverunt; adeo ut rectè subjiciat Benedictus XIV. *loc. cit.*: „ Quare si, quod proprium est, unicuique tribuatur, ad Præfectum Regularem spectat, Religiosum habitum his Mulieribus impertiri; ad Episcopum verò facultatem tradere, & præscriptas conditiones accurato examine cognoscere „.

Hæc omnia, quæ exertè tradit Benedictus XIV. *cit. Instit.* 105., Sacræ Congñis Episcoporum, & Regularium negotiis præpositæ Decreto, edito sub die 20. Decembr. 1616., disertissimè sanciuntur. Sic enim §. 5.: „ Præterea si contingat, aliquas ex
„ prædictis Tertiariis sine sepulturæ electione dece-
„ dere, eas sic decedentes ita demum in Ecclesiis

Or-

„ Ordinia, enjus habitum assumpserunt, sepeliri
„ debeant, ai in ipsis earum communis sepultura
„ reperiatur ; sin minus , in Eeclesiis Paro-
„ chialibus sepeliendas esse decernit : Superiori-
„ bus autem Regularibus , sufficienti facultate ad
„ id a S. Sede Apostolica suffultis (Cappuceinis ex-
„ ceptia), libere Mulieres ad hujusmodi habitum
„ recipere, atque ad ipsos vestiendi eas officium
„ pertinere; non autem ad habitum admittendas,
„ & recipiendas esse, nisi probatæ vitæ, ac bonis
„ moribus præditas, ac in ætate saltem quadragin-
„ ta annorum constitutas, quæ de proprio habeant,
„ unde sufficienter vivere possint, & non cum aliis
„ viris, quàm cunsanguineis, vel affinibus, in pri-
„ mo tantùm gradu sibi conjunctis, cohabitent,
„ & ab Ordinario loci licentia priùs impetrata, qui
„ non aliter eam concedat, nisi de prædictis præ-
„ vio examine diligenti sibi constiterit „.

Universa hæc iterum a Sac. Congñe Concilii confirmata sunt; nam Episcopo Mazaræ quærenti anno 1727. „ Quænam sint conditiones requisitæ, ut Re-
„ gulares, habentes facultatem dandi habitum suæ
„ Religionis Mulieribus, non collegialiter viventi-
„ bus, dictum habitum dare possint, & an examen
„ dictarum facultatum pertineat ad Episcopum? „
Sacra Congregatio Cuncilii respondit „ Examen
„ facultatum concedendi habitum pertinere ad Sedem
„ Apostolicam; examen conditionum quoad Mu-
„ lieres vestiendas, & licentiam vestiandi pertinere
„ ad Ordinarium; & conditiones vestiendarum esse
„ expressas in Decretis generalibus aliàs editis, &
„ hæc decreta esse omnino servanda „.

Ad normam hujusce Decreti subjecta hac formula Episcopi uti consuevere, qua Mulieri facultatem assumendi habitum Tertii Ordinis concedere testificantur =

„ Dilectæ Nobis in Christo N. salutem, & bene-
„ dictionem in Domino. Ut tu, quæ bonis mori-
„ bus imbuta, bonæque frugis, ac laudabilis vitæ
„ existis, in ætate annorum quadraginta constituta,
„ propria bona, ex quorum fructibus honestè vi-
„ vere vales, possidea, & non cum aliis viria,
„ quàm cum tuis consanguineis, vel affinibus, in
„ primo gradu constitutis, habitas, prout hæc om-
„ nia Nobia prævia informatione constare fecisti,
„ habitum Tertii Ordinis S. N., quem postulasti,
„ suscipere possis per R. P. N. Ordinis Provincia-
„ lem, illum tibi conferendi licentiam, & faculta-
„ tem concedimus, & impertimur. In quorum
„ &c. Datum &c.

„ N. Episcopus N.

Ex quibus omnibus consequitur, quàm rectè Sac. Congregatio de Propaganda Fide in Congñe Particulari, habita die 31. Augusti (*b*) 1761., per modum Decreti Generalia servandi in toto Regno Hiberniæ, inter alia rescripserit pro Tertiariis, nullo modo licere Regularibus admittere ad habitum, nisi servatis servandis, & de licentia Ordinarii; aliter admissas declaretur ab Episcopis nec esse Tertiarias, nec ullis gaudere privilegiis, aut indulgentiis.

Etiamsi verò ejusmodi casus occurrere aliquando possit, in quo potiùs expedire videatur, adolescentulam aliquam habitu Tertii Ordinia ante præfixam ætatem, quodam veluti tegumento securitatis assumpto, a periculis liberare, quàm medias inter insidias inermem relinquere; non ideo sequitur, fas esse Superioribus Regularibus sine licentia Episcopi, vel Vicarii Apostolici Puellas ad habitum suscipiendum admittere: consulant ipsi potiùs in hujusmodi casibus loci Ordinarium, qui se facilem pro sui prudentia, atque adeò conscientia, motus ipsius periculi gravitate, præbebit. Nec expedit semper in adolescentulis Votum Castitatis cum habitus susceptione conjungi, quin potius ad ætatem provectiorem quandoque differri; ab ea quippe longiùs abesse solent illa sive pericula, sive scandala, quæ, ferventiori, quàm prudentiori zelo agitante, possunt oriri.

Hæc habet Sacra Coñgo, quò dissidia, ac jurgia hisce de rebus in posterum tollantur, iisque sublatis, unitas spiritus, & vinculum pacis inter Operarios Vineæ Domini conservetur: & ut maxima, quæ in Terris a Domino relicta est, Potestate roborentur, SS. D. N. P. CLEMENTI XIII. feliciter regnanti legenda, consideranda, probanda curavit; & idem SS. Dñus hæc omnia, lecta, considerata, probata, auctoritate Apostolica confirmavit.

Confidit in Domino Jesu Sac. Congregatio, hinc Superioribus Regularibus ad normam Instructionis hujusce ambulantibus, inde locorum Ordinariis, & Vicariis Apostolicis ad aliorum jura servanda solicitis, collatis utrinque studiis, illud concordiæ gluten coaliturum, quo, qui ex adverso sunt, nihil habentes malum dicere de eis, vereantur magis, & Domus Dei, quæ est Ecclesia, ipsa unitate terribilis, ut Castrorum Acies ordinata, Fideles lætitia, Infideles, Hæreticos, Schismaticos rubore suffundat.

Quam Sac. Congñis Instructionem, SS. D. N. CLEMENTI XIII. per me infrascriptum Secretarium ejusdem Sac. Congñis relatam in Audientia habita die 16. Januarii Anni 1763., Sanctitas Sua benignè in omnibus adprobavit, & omnino servari mandavit.

Datum ex Ædibus S. Congregat. die 17. Mensis, & Anni, quibus supra.

M. Marefuscus Secretarius.

= (*a*) Fusè, eruditeque de hoc argumento disse-
= ruit in sua Chronologia P. Carolus M. Perusinus,
= oppositamque sententiam adnisus est confirmare
= (Part. II. a p. 136. B. ad 142. A. vid. etiam ibid.
= in Indic. sub T v. *Tertiariæ* post init.). At verò
= opinio illa post evulgatam saltim Instructionem
= istam, quam Summus Pontifex confirmavit, &
= *omnino servari mandavit*, sustineri ampliùs nulla
= ratione potest.

= (*b*) Vid. sup. ad eumd. Ann. 1761. sub ea die
= 31. August.

= 1763. ead. d. 17. Jan. = Hac die prohibiti fue-
= runt Libri sequentes. I. *Le Voyageur philosophe*
= *dans un Pais inconnu aux habitans de la Terre.*
= *Multa incredibilia vera. Multa credibilia falsa. Par*
= *Mr. de Listonai.* II. *Nova Acta Eruditorum Li-*
= *psiæ publicata anno* 1752., *& anno* 1753. III. Ste-
= phani Coleti, *Energumenos dignoscendi, & liberan-*
= *di, tum maleficia qualibet dissolvendi, necnon bene-*
= *dictiones utiliter conficiendi super ægros, compendia-*
= *ria, & facillima ratis*. IV. Itemque anonyma
= quæstiuncula, ex ante dicto Opusculo desumpta,
= de liberandis energumenis, *seclusa licentia Ordina-*
= *rii*. Cujus initium: *Ad majorem Dei Gloriam*; fi-
= nis autem: *Loquere quod minime ignoras, & recte*
= *loqueris: Venetiis* 1761. *Typis Antonii Zatta: Su-*
= *periorum permissu.*

1763. 22. Jan. *S. Congr. Concilii interpretis Decisio im Causa.*
ASSISIEN. QUARTÆ FUNERALIS.

IN Congregatione (*tic in Folio prædictæ diei 22. Jan. 1763.*) habita die 14. Februarii 1761. proposita fuit hæc Causa, in qua disceptatur de quarta funerali Parochis tradenda ab Ecclesiis Regularium Civitatis Assisii; & cum Testes hinc inde producerentur ad probandam assertam consuetudinem; EE. PP. rescripserunt = *Dilata, & examinentur Testes formiter* = . Quamobrem suppositi fuerunt formali examini septem Testes a Parochis, novem a Regularibus inducti, qui omnes in genere conveniunt, quartam funeralem in Civitate Assisii ex consuetudine deberi in medietate Ceræ; sed circa species Ceræ, traditioni quartæ obnoxias, discordes sunt.

Nam juxta morem nunc vigentem in Civitate Assisii, Cera inserviens associationi Cadaverum extinguitur post ingressum in Ecclesiam, & iterum accenditur in Exequiis; sed ante, & post Exequias solum ardent aliqui Cerei ex eadem Cera, vel ex alia separatim transmissa ab hæredibus ad hunc præcipuum effectum. De his autem Cereis circa Feretrum ardentibus ante, & post Exequias, sicut etiam de Candelis accensis in Altaribus, nullam portionem Parochis dari consuevisse, affirmant aliqui Testes Religiosorum, casusque referunt, in quibus Parochi nullam earumdem specierum portionem habuerunt.

Quintus autem Testis, qui est Religiosus Strictioris Observantiæ, quamdam enunciat adnotationem in libercula per ipsum retento exaratam, quod in sua Ecclesia, post absolutas Exequias, dividi soleat Cera cum Parocho Defuncti; non tamen ea, quæ associationi inserviit, & accensa mansit usque ad Exequias, si tempore Exequiarum extinguatur: Neque Cera separatim transmissa, licet accensa fuerit in Exequiis: Neque demum Altarium Candelæ. Sed ignorat, an ejusdem adnotationis vigeat observantia: & refert, suo tempore bis negatam, & bis etiam traditam Parocho medietatem Ceræ accensæ ante Exequias, subrogatis post Exequias Cereis Ecclesiæ tumulantia, ut etiam vidisse testatur septimus Testis.

Et aliam dividendi normam profert pro Ecclesia Patriarchali S. Francisci nonus Testis, hodiernus illius Sacrista, quam desumit a publica voce, & fama, & a Libro Consiliorum sui Conventus, quod Cera accensa ante, & post Exequias dividatur cum Parocho, quando associationi Cadaveris inservierit, non autem si separatim fuerit transmissa ab Hæredibus. Et licèt reliqui Testes enuncient aliquos Casus non sequutæ hujus Ceræ divisionis; attamen quandoque divisam fuisse hujusmodi Ceram, testantur secondus, tertius, & nonus Testes, referentes, post Exequias fuisse subrogatam Ceram Sacrarii, & aliquando omissam divisionem ob exiguam quantitatem ejusdem Ceræ residualis.

Hanc vero specierum distinctionem, opinantur Fratres Minores Conventuales, originem habuisse ab antiquissima Sentententia lata anno 1375. a Cardinali S. Eustachii, uti Delegato Apostolico, in Causa appellationis ab iisdem Fratribus interpositæ adversus mandatum Episcopi Assisiensis. Siquidem in articolis tunc productis ab iisdem Fratribus allegatur consuetudo in funeribus vigens, quod cum Defuncti Cadavere *portata fuerunt, & portantur ad ipsam Ecclesiam B. Francisci diversa Funeralia, Panes, Vinum, Carnes, Cerei, Panni, Equi, Armaturæ, & alia, secundum diversitatem, & qualitatem status illorum, qui in dicta Ecclesia, vel in ejus Cœmeterio elegerunt, vel eligunt sepeliri*: quodque ipsa Funeralia, & legata, dictis Fratribus, vel Ecclesiæ data, & relicta, semper illis acquisita fuerunt pleno jure, *excepta medietate Ceræ, quæ portata fuerit, & portatur cum dictis Corporibus dumtaxat*, quæ dari consuevit respectivis Parochis Defunctorum pro omni Canonica portione, & quarta funerali, etiam relative ad quasdam assertas conventiones ab Episcopo Assisiensi generice confirmatas anno 1349. Et Cardinalis S. Eustachii in sua Sententia Fratres absolvit ab impetitis per Episcopum, & Parochos Assisii quoad cetera funeralia, *salvo jure prædictis percipiendi, prout ad unumquemque eorum pertinet, dictam medietatem Ceræ funeralium, prout hactenus percipere consueverunt*.

Contendunt namque, quod cum juxta prædictos articulos consuetudo vigeret, tradendi quartam funeralem in sola medietate Ceræ, quæ ad Ecclesiam deferebatur cum Defuncti Cadavere, Sententia Cardinalis S. Eustachii de sola eadem Cera intelligenda sit, nec comprehendat Ceram separate transmissam, ut ardeat ante, & post Exequias, neque Candelas Altarium; præsertim attenta observantia, ut supra a Testibus enunciata, & adminiculata Libris Conventus. Quocirca disputant, vel sequendam esse consuetudinem, vel tradendam esse Parochis portionem totius Ceræ, in sola tamen quarta parte: præfixo eisdem termino ad eligendum alterutrum divisionis modum, ut sequendo censuram Constitutionis *Romanus Pontifex 6. post Concilium Romanum*. & alterius Constitutionis *Pretiosus* 177. §. 44. san. mem. Benedicti XIII., definivit hæc Sacra Congregatio *in Cremonen. Quartæ Funeralis 9. Januarii* 1734 *lib.* 84. *Decret. pag.* 1.

Excipitur tamen Parochorum nomine, certam esse consuetudinem tradendi quartam funeralem in medietate Ceræ, sed æque certam non esse illius specierum distinctionem. Cum Conventualium assertio, in articulis anni 1375. emissa, quod Parocho deberetur mediatas Ceræ, *quæ portata fuerit, & portatur cum dictis Corporibus dumtaxat*, intelligenda non sit ad exclusionem Ceræ cum Cadavere non delatæ, & separatim transmissæ funeris contemplatione, sed potiùs intelligenda sit ad exclusionem aliarum specierum, quas una cum Cera in funeribus consuevisse deferri iidem articuli enunciabant, & Episcopus, ac Parochi Assisienses æque partiendas esse contendebant. Præterea hujusmodi assertio de Cera, quæ *portatur cum dictis Corporibus dumtaxat*, Parochis non videtur restringenda ad solam Ceram accensam in associatione Cadaveris; cum præter Intorticia accensa in Supplicatione funebri, regulariter deferatur cum Cadavere alia Cera extincta, ut ardeat in Altaribus, & circa Feretrum. Atque demum putant, restrictionem hujusmodi assertionis, quæcumque sit, in pretio habendam non esse, cum eam sequutus non fuerit Cardinalis S. Eustachii in sua Sententia, in qua indistincte reservavit Parochis jus consequendi *medietatem Ceræ Funeralium*, quo nomine comprehenditur nedum Cera delata cum funere, sed etiam illa, quæ datur contemplatione funeris, ut accendatur in Altaribus, vel circa Feretrum, tam in Officio funebri, quam ante, vel post, ut explicat *Monacell. Form. leg. tom. 2. in add. ad decis. 51. num. 4.*

Mi-

Minusque relevare autumant Parochi Testium depositiones; cum illorum secundus, tertius, quintus, & nonus expresse referant, quartam funeralem aliquando fuisse traditam etiam de Cera accensa ante, vel post Exequias, ut superius notatum est, ideoque inducta videri non possit legitima consuetudo, quæ pluries interrupta probatur ab ipsis Testibus Regularium; eo magis quia Testes Parochorum deponunt, quartam dari consuevisse de his etiam Cereis accensis ante, & post Exequias, solumque a Regularibus denegatam aliquoties paucis abhinc annis, sed plerumque datam fuisse, & sæpe etiam neglectam ob reliquæ Ceræ exiguitatem.

Nec deferendum esse arbitrantur depositionibus quinti, & noni ex Testibus Regularium; quia ad invicem colliduntur. Quintus enim eximit ab onere quartæ Ceram extinctam in Exequiis, licet associationi Cadaveris inservierit; nonus autem, cum quo concordat etiam primus Testis, affirmat, Ceram associationis nunquam extingui consuevisse in Exequiis, & ex ea quartam deberi, etiamsi accensa fuerit ante, & post Exequias.

Et licèt concordes sint iidem Testes quintus, & nonus circa quartam non dandam de Candelis Altarium, & de Cera separatim transmissa, nihilominus irrelevans videtur Parochis illorum depositio, tum quia quisque deponit de usu propriæ Ecclesiæ, tum quia recentissimus est usus tradendi aliquando Ceram separatam, ut ipsi Testes Regularium secundus, tertius, quartus, quintus, septimus, & nonus evincunt: & Candelæ pro Altaribus non semper, & ubique, sed aliquoties, & in aliquibus tantum Ecclesiis datæ fuerunt, ut colligitur ex prædictis Testibus primo, secundo, quinto, septimo, & nono, qui insuper addit, durante suo munere Sacristæ, quod exercet ab anno 1750., nunquam illas datas fuisse in Ecclesia S. Francisci.

Quocirca contendunt Parochi, neque probatam esse consuetudinem a Testibus Religiosis favore propriæ Ecclesiæ deponentibus, neque legitimam consuetudinem inducere potuisse recentes transmissiones hujus Ceræ accendendæ in Altaribus, & extra tempus Exequiarum, aliquoties secutas, cujus portionem hatenus non datam referunt plerique Testes, quia ignorarunt hujusmodi Ceræ existentiam; præsertim cum Parochorum Testes primus, & secundus referant, traditam fuisse quartam etiam de Candelis Altarium a Cappuccinis, & a Fratribus Strictioris Observantiæ, quando in eorum Ecclesia eædem Candelæ accensæ fuerunt. Et ideo censent, ipsis dandam esse integram medietatem totius Ceræ, funeribus quocumque modo inservientis, vigore consuetudinis, quæ in genere probata afficit omnes species traditioni quartæ obnoxias, nisi quoad singulas species concludenter probetur exemptio.

Dignabuntur itaque EE. VV. definire =

I. *An Basilica Patriarchalis S. Francisci, & Ecclesia S. Antonii Civitatis Assisii vigore consuetudinis persolvere debeant Ecclesiis Parochialibus ejusdem Civitatis quartam funeralem in medietate Cereorum deferendorum occasione Associationis Cadaverum, & ardentium in funeribus explendis in Ecclesiis Sepelientibus? Et quatenus Negative,*

II. *An, & de quibus Cereis, & in qua quantitate sit præstanda dicta quarta funeralis in casu &c.?*

= Ad hæc Quæsita in eadem prædicta Congregatione = diei 22. Januar. 1763. Emi PP. sic responderunt =

Ad I. Quartam funeralem præstandam esse in medietate omnium Cereorum; & Candelarum juxta Constitutionem Benedictinam subjectarum præstationi Quartæ, & amplius. Ad II. Provisum in antecedenti, & amplius.

1763. ead. d. 22. Jan. *Significatur de obitu Emi Protectoris* HIERONYMI COLUMNENSIS *per hanc Cisalpinam Familiam: utque publicè, privatèque ad Legum normam ipsi parentetur, injungitur.*

FR. PASCHALIS A VARISIO

Ordinis Minorum S. P. N. FRANCISCI Lector Emeritus, & in tota Cismontana Familia tam Observantium, quam Reformatorum, & Conceptionistarum Commissarius Generalis, Visitator, ac Reformator Apostolicus, & Servus

Dilectis in Christo universis Patribus, Fratribus, Monialibus, Superioribus, ac Subditis, curæ, & Iurisdictioni Nostræ subjectis, salutem, plenamque in Spiritu Sancto Consolationem.

TRistissimum nuncium hæ literæ vobis adferunt. Eminentissimus ac Reverendissimus Princeps Hieronymus Columna S. R. E. Cardinalis Camerarius, ac universi Seraphici Ordinis nostri apud Sanctam Sedem Protector Amantissimus multiplici, difficilique morbo, qui renibus, atque intestinis pertinaciter inhærens, omnem Medicorum artem elusit, quarto abhinc die, in medio penè vitæ cursu, rebus humanis ereptus est. Jacturam tantam, tamque inopinatam, quæ ipsa regiminis nostri exordia funestavit, non Nostri tantum mœstitia, sed squallor universi Sodalitii planè consequatur oportet. Amisimus quippe Patronum (a) summa Generis claritate, Familiæ potentia, auctoritate, & gratia verè magnum. Ille a teneris usque annis, omnibus benevolentiæ documentis homines nostros pro egregia in Sanctissimum Parentem Franciscum pietate prosequutus est: opes nobilissimæ Domus suæ Minoritis in auxilium, fortunas in præsidium, beneficia in obsequium conferri magnopere gaudebat. Protector denique, a Benedicto XIV. toti Ordini nostro veluti dono datus, meministis, quàm integerrime ad exactam Innocentianæ Sanctionis normam, quam strènue, fortiterque ad jura nostratum defendenda, aliquando opus erat, operam, studiumque navavit. Sane quod per tria ferme lustra, quo tempore rebus nostris patrocinatus est, multa quidem ornamenta, & commoda Sodalitio nostro accesserint, nihil autem veteris splendoris, nihil prærogativarum, quæ antea tam crebro, tam acriter impugnabantur, defecerit, id omne Hieronymo Columnæ Cardinali Amplissimo acceptum referre debemus. Quot ille prævidentia sua impendentes nobis procellas dissipavit! quot injurias propulsavit! quam bene semper de Republica Franciscana meritus est! Vastissimam hanc Familiam, cum eadem nihil quandoque sentiret, nihilque optimus Cardinalis agere videretur, sua nominis magnitudine, atque auctoritate tantum ipse continenter juvabat in Aula, tantum tuebatur in Curia, quantum officiis alii Optimates impensis, curisque innumeris vix, ac ne vix quidem nobis proficere potuissent.

Nec minus internæ Ordinis hujus, cujus erat a Patrocinio, politiæ, regularisque disciplinæ quà restituendæ, quà conservandæ studuit. In quo quidem privatorum commoda numquam communi bono anteposuit; numquam Moderatorum, ac Magistratuum potestatem labefactavit; Candidatorum electiones integras, salvæque suffragiorum semper libertati reliquit; illud frequenter sermone usurpando, se non ad turbandam privatis studiis suis Minoriticam Societatem, sed in adversis protegendam, in prosperis cohonestandam fuisse designatum.

Quum itaque adeo insigni, præclarissimoque Protectore orbati fuerimus, est profecto, ut Familia nostra Universa non tam sterili luctu, & mœrore vicem lamentari suam, quam grati, religiosique animi declaratione piissimis illis manibus justa persolvere videatur. Quare publica indicimus vobis parentalia, christianoque ritu piacula illi fortasse non necessaria, sed tamen debita: atque in unoquoque Cœnobio tres consequentes (*b*) dies Sacro solemni, & Officio, ut vocant, defunctorum alternatim peragendo, a Fratribus cunctis exequias celebrari; a Sacerdotibus vero seorsim Sacrificia, a Clericis, Laicisque, & Monialibus quibusvis jurisdictioni nostræ subjectis statas (*c*) pro modo suo preces, tanti Patroni animæ omnino rependi ad præscriptum (*d*) Constitutionum nostrarum præcipimus, & mandamus. Reliquum est, ut a Deo suppliciter petatis diuturnam CLEMENTIS XIII. Summi Pontificis incolumitatem, a quo hoc vobis expectandum est, ut pro ea Charitate, ac Clementia, qua & omnes, & nos quidem semper complexus est humanissime, cum Ordini nostro concedat S. R. E. Cardinalem Protectorem, qui damnum, quod multo gravissimum fecimus in Obitu Principis Eminentissimi Hieronymi Columnæ, non extenuaturus modo sit beneficentia sua, sed plane obliteraturus. Valete. Seraphicam Vobis amantissime impertimur Benedictionem.

Dat. Romæ ex nostro Aracælitano Cœnobio XI. Kal. Februarii 1763.

Fr. Paschalis a Varisio Commissarius Generalis.

De mandato Rmi in Christo Patris
Fr. Jacobus Antonius Tusculanus
Secretarius Generalis.

(*a*) Eximias multas præstantissimi hujus Protectoris laudes paucis complexus fuit P. Carolus Maria Perusinus (in sua Chronolog. Par. II. ad calc. pag. VI. n. XXXVI.).

(*b*) Videlicet *non impeditos*. Hæc namque clausula subauditur de Jure. Qui porrò sint dies non impediti pro Missa prima solemni de Requiem, cùm primùm Literæ obitum nunciantes perveniunt, qui verò pro duabus reliquis hìc præscriptis; quibus insuper diebus Missæ privatæ, quæ mox cuique Sacerdoti in his Litteris demandantur, celebrari nequeant de Requiem, sed suppleri debeant per Missas de die; de his, inquam, omnibus consulendi sunt Gavantus cum Merato (in Rubr. Missal. Tit. V.), Jo. Michael Cavalieri (Tom. III. Cap. 3. Decr. 6. & seq., & Cap. 9.), ac Lucius Ferraris (v. *Miss. Sacrific.* art. 14. & 17.).

(*c*) Nempe assignatas ipsis per Constitutiones Ordinis juxta rationem & qualitatem respectivi sui status.

(*d*) Constitutiones Ordinis Cardinales Protectores, & Generales Ministros in Suffragiis post obitum pares faciunt: etsi ceteroquin non eadem omnes Suffragia imperent. Constitutiones Farineriæ, quæ potius *S. Bonaventuræ* Statuta sunt appellandæ, ut P. Michaeli Angelo Neapolitano est observatum (in sua Chronolog. p. 63. B. post med.), *Ordinamus*, inquiunt Cap. XII., *ut pro Cardinali, qui in Ordinis regimine decesserit, a quolibet Sacerdote Ordinis tres Missæ celebrentur, & a quolibet Clerico unum Psalterium* (hoc est, omnes 150. Psalmi, triplus numerus Psalmorum, quos Clericis ipsis pro aliis Defunctis quibusdam Constitutiones eædem supra, & infra quotannis præscribunt *& a quolibet Laico* 300. *Pater &c.* (recitentur): *& idem fiat pro Generali Ministro in Officio decedente* (apud eumd. Mich. Ang. ib. p. 85. A. circ. med.).

Constitutiones Vallisoletanæ publicatæ Anno 1594., quæ licèt conditæ pro hac nostra Cismontana Familia, tamen cum conditæ fuerint, mandante Capitulo Gen. Vallisoletano habito An. 1593., a P. Ministro Gen. Bonaventura Calatahieronensi, alicubi pro universo quoque Ordine statuunt; eæ, inquam, sic habent (Cap. 8. Tit. *De Tabell. Patr.* &c., in ead. Chronol. p. 466. A. post med.): *Ubi primùm de eorum* (qui hic paullò post recensentur) *obitu nunciatum fuerit, mox tribus continuis diebus, ex præcepto Ecclesiæ non impeditis, in omni Conventu; pro Generalibus* (Ministris), *& Protectoribus quidem in universa Familia* (in universo scilicet Ordine); *pro Commissario Generali in ea* (Familia), *quam moderatus est; pro Ministris autem Provincialibus, & Patribus Ordinis in propria cujusque Provincia; solemnis Missa decantetur, accensis* &c. (præscribitur hic pompa *Tumbæ, seu Cenotaphii*); *ac præterea, ut singuli Sacerdotes illis ipsis diebus pro eisdem celebrent, aut saltem unam* (assignatam scilicet in Missali pro qualitate Defuncti) *Orationem dicant; Clerici autem Defunctorum Officium, Laici verò centies Orationem Dominicam, cum Salutatione Angelica, & pia precatiuncula illa* REQUIEM ÆTERNAM *&c., singulis eisdem diebus recitent*; ideoque Clerici tria in totum integra Defunctorum Officia, Laici trecentas Orationes Dominicas &c.

Segovienses verò Transmontanæ Familiæ Constitutiones (Cap. 9., in ead. Chronol. p. 657. A. in fin.), inhærentes Statuto XII. S. Bonaventuræ, quod supra descripsimus, *Ordinamus*, ajunt, *ut pro Cardinali, qui in Ordinis regimine decesserit, a quolibet Sacerdote Ordinis tres Missæ dicantur, & a quolibet Laico trecenta Pater noster: & idem fiat pro Generali Ministro, & pro Commissario Generali in Officio decedente*. Quo loco in cit. Chronologia ex errato, ut patet, Typographi, ac subinde etiam apud Orbem Seraphicum, prætermissa sunt verba: *& a quolibet Clerico unum Psalterium*. Vid. infr. ad d. 21. Februar.

Postremò Capitulum Gen. Romanum, habitum An. 1651., in Tit. *Pro utraque Familia* normam tradens Suffragiorum hujusmodi, *Si Minister Generalis*, inquit (Cap. III. §. IX. n. 1.), *in Officio obierit, singuli Sacerdotes Religionis dicant pro ipso duas Missas, & omnes Conventus unum solemnem cum Officio magno Defunctorum; & singuli Clerici, Moniales, & Laici tres Coronas Virginis, & duas Stationes* (in Chronolog. P. Perus. Part. I. p. 74. B.). Quæ ipsa verba in Statutis ejus Capituli emendatis leguntur. Quo loco illud obiter juve-

Chronol. Seraph.

= rit animadvertisse, quod nempe P. Gandentius
= Kercknve (In Statut. Germanobelgic. Cap. 9.
= n. 6.), hac eadem Constitutione relata, statim
= adjungat : *seu bis Psalmos Pœnitentiales recitent*,
= Quæ verba quoniam in Constitutionibus illis An-
= ni 1651., in correctis etiam & emendatis, desunt;
= addita idcircò ab Auctore ipso putanda sunt ad
= explicandum, quid ibi *Stationum* nomen signi-
= ficet. Atqui nescimus, quo fundamento inter-
= pretatio isthæc nitatur: cùm *Stationis* nomen
= pro Pœnitentialibus Psalmis usurpatum minimè
= inveniamus; & ex aliis Monumentis Ordinis non
= immeritò colligatur, intelligendam ibi Stationem
= SS. Sacramenti, de qua passim nostri Scriptores
= agunt, & inter alios P. Lucius Ferraris (v. *In-*
= *dulgentia* art. 5. n. 1. & seqq.).

= Ceterum quod in Constitutione illa Anni 1651.
= de Ministro Generali statuitur, videri posset im-
= plicitè statui de Cardinali etiam Protectore. Si-
= quidem Statuta omnia, ut vidimus, illos in hac
= parte æquales faciunt. Veruntamen cum facile
= fuisset addere, ea ipsa servanda esse in obitu
= Protectoris, cumque correctio Jurium, quoad
= fieri possit, devitanda sit; videtur potius Capi-
= tulum Generale eo loco Suffragia Protectoris,
= sicuti & illa Pontificis, Statutorum cujusque Fa-
= miliæ dispositionibus reliquisse.

= Certè in his Literis encycliis, quas commenta-
= mur, præscriptio illa *Sacri solemnis* per *tres conse-*
= *quentes dies* ex Neapolitanis, & Vallisoletanis Con-
= stitutionibus supra commemoratis desumpta est:
= addito in singulis iisdem diebus a Rm̃o P. Com-
= missario Generali *Officio Defunctorum alternatim*
= *peragendo* (hoc est in Choro) pro sua illa, qua
= in hac Familia potiebatur, Potestate suprema
= seu jubendi, seu Statuta interpretandi; seu nempe
= quòd egregiis erga nos defuncti Cardinalis pro-
= meritis ea insuper Officiorum Suffragia deberi
= censuerit, volueritque persolvi; seu potiùs quòd
= fuerit interpretatus, in Neapolitanis illis, & Val-
= lisoletanis Statutis cum *Sacro solemni*, quod im-
= peratur, Officium simul subaudiri.

= Quæ omnia faciunt, ut credamus, secundùm eas-
= dem illas Neapolitanas, & Vallisoletanas Constitu-
= tiones ea pariter præcipi, quæ in iisdem P. Commis-
= sarii Generalis Literis mox sequuntur, scilicet Sacer-
= dotibus Sacrificia, Clericis, Laicis, Monialibus re-
= spectivas Preces: præsertim cum & „ *Exequias ce-*
= *lebrari* „ & „ *a Sacerdotibus Sacrificia* „ atque a reli-
= quis „ *statas Preces rependi* „; hæc, inquam, verba
= æquè regantur omnia a subsequenti clausula illa „
= AD PRÆSCRIPTUM CONSTITUTIONUM NOSTRARUM *præcipi-*
= *mus, & mandamus* „; quemadmodum constat vel ex
= grammatica ipsa verborum structura; & constat
= quoque ex legali illo principio, quod clausula
= nimirum in fine posita referatur æquè ad præce-
= dentia omnia.

= Ergo si Sacerdotibus Sacrificia, si aliis statæ
= Preces in his Literis præscribuntur secundùm
= Neapolitanas, & Vallisoletanas Constitutiones il-
= las; præscriptiones istæ consequenter huc redeunt:
= ut videlicet Sacerdotes singulis iis diebus pro
= Defuncti Anima celebrent, vel certè assignatam
= in Missali Orationem dicant: ut Clerici diebus
= pariter singulis integrum recitent Defunctorum
= Officium, ideoque tria, ultra illud, quod supra
= publicè in Choro persolvendum præcipitur: ut
= Laici singulis item diebus centum *Pater*, *Ave*,
= & *Requiem* dicant, ac proinde in totum tercen-
= tum: ac demum ut Moniales itidem, prout eæ vel
= Chorales sunt, vel Conversæ, respectivas easdem
= Preces persolvant.

= Optandum vehementer foret, ut simili clarita-
= te, & perspicuitate in istiusmodi Literis Suffra-
= gia cuique Cœtui nominatim injungerentur ad
= perplexitates, confusiones, imminutionesque in-
= terdum Suffragiorum vitandas; in inferioribus
= præsertim Cœnobiis, ubi & desunt sæpe Libri
= ad has res opportuni, & desunt quandoque alii
= ejusdem Cœtus provectiores, ex quibus possit
= saltem resciri, quid antea factum fuerit in alio
= ex ejusmodi casibus, qui non ita esse frequen-
= tes solent. Qua nos de caussa nonnulla de hoc
= rerum genere, quantum superiorum Literarum
= institutum patiebatur, hic esse adnotanda cen-
= suimus.

1763. 28. JAN. *Em̃us*
Aloysius M. Torregiani Protector Ordinis
renunciatur.

Dilecto Filio Nostro Aloysio Mariæ S. Romanæ
Ecclesiæ Diacono Cardinali Torregiani
nuncupat.

CLEMENS PAPA XIII.

Dilecte Fili Noster, Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

CUm per obitum bonæ mem. Hieronymi S. R. E. Card. Columna nuncupat., dum vixit, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris, Ordo hujusmodi Protectore destitutus remanserit: Nos eidem Ordini de idoneo Protectore providere volentes, ac de tuæ circumspectionis singulari prudentia, doctrina, integritate, & Religionis zelo plurimum in Domino confisi, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, te, ex cujus Protectione ob tuas eximias virtutes Ordinem hujusmodi plurimum commodi, & ornamenti suscepturum esse confidimus, præfati Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, illiusque Religiosorum, & Domorum, ac Locorum Regularium quorumcumque apud Sedem Apostolicam præfatam Protectorem, cum omnibus honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, servata tamen forma Constitutionis fel. record. Innocentii PP. XII. Prædecessoris Nostri super moderatione facultatum Protectorum Ordinum Regularium editæ, ad tui vitam Auctoritate Apostolica tenore præsentium facimus, & deputamus. Mandantes propterea dilectis Filiis Superioribus, ac aliis Religiosis quibuscumque dicti Ordinis in virtute S. Obedientiæ, ut te in eorum Protectorem juxta tenorem præsentium recipientes, ea, qua debent, reverentia prosequantur. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Cæterum te in Domino hortamur, ut hujusmodi Protectoris munus ita obire studeas, ut apud Deum bonorum Operum retributorem æternum præmium, & a Sede præfata condignam laudem valeas promereri.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 28. Januarii 1763. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Loco ✠ Sigilli.

N. Card. Antonellus.

= Em̃us

= Eñus hic Protector a Clemente XIII. datus Ordini fuit, nemine prorsus petente. Cum SSmus Dñus Basilicam peteret XII. Apostolorum, interfuturus Pontificiæ Capellæ (quam Benedictus XIII. immortalis memoriæ Pontifex in Cardinalium Funere primos instituit), pro defuncto Cardinali Columna illic habendæ; ac secum essent in Curru Aloysius Maria Torregiani, & Carolus Rezzonico suus ex Fratre Nepos, Viri Pietate non minùs, quàm Purpura eminentissimi; obtulit ipse Turrigianio Dignitatem Camerarii S. Romanæ Ecclesiæ, qua defunctus Columna potiebatur. At ille caussatus, ætate se esse devexa, habere autem, unde vivere decenter posset, satis sibi superque esse honorem inserviendi Sanctitati Suæ in Munere a Secretis Pontificiæ Ditionis, aliud Munus nullum, nullum alium velle honoris Locum; oblatum sibi Magistratum modestè repudiavit. Hic Pontifex subridens „ *Quoniam*, inquit, *pulpam rejicis, os corrodes*, *Protectione scilicet Minoritarum, quam pariter Defunctus gerebat*: osseum videlicet hoc Munus appellans, propterea quòd, præter curas, & solicitudines in pauperibus Religiosis tuendis, juvandisque, nihil præterea afferret temporariæ utilitatis. Mirum! Qui amplissimam recusaverat Camerarii Dignitatem; is inflexo ad hæc verba capite, libentissimè annuit, gratiisque actis Sanctitati Suæ, Protectionem Ordinis maxima cum animi voluptate recepit.

= Quænam esset hoc super negocio mens Pontificia; erat planè universis ignotum. Interim P. Procurator Generalis, qui jurisdictionis P. Ministri Generalis in rebus aliis se præbuerat pro suo Officiu vehementer solicitum; cum nosset, plures Eñios Patres ob eximiam suam in nostrum Ordinem benevolentiam Munus istud optare; petita Audientia, supplicem hunc, qui sequitur, Summo Pontifici Libellum exhibuit =

„ Bñio Padre = Il Procuratore Generale dell' Ordine di S. Francesco, umiliss. Servo, e Oratore di V. S., rivereotissimameote espone, qualmente vacando il Protettore del suo Ordine per la morte seguita del fu Eñio Cardinale Girolamo Colonna, a perciò essendo tenuto il P. Generale, secondo la Regola del Serafico Instituto, a pregare V. S. d' un Protettore; ed altresì non ne pntendo per adesso far le sue preghiere, attesa la di lui assenza in Spagna: Perciò il suddetto Procuratore ricorre a V. S. umilmente supplicandola a degnarsi di accordare al di lui Padre Generale il tempo, che ne richiede, per umiliare ai Piedi della S. V. la dovuta riverente Supplica, e tralasciare frattanto di far Protettore, siccome ciò è stato sempre sin dal primo Protettore, che fu fatto, per consuetudine costanto in appresso stabilita, che essendo stato eletto dalla santa memoria d' Urbano IV. il Cardinale Anchero Pantaleone senza che venisse dal Generale richiesto, fu poi cntesta elezione rivocata ad istanza di S. Bonaventura allora Generale, ed eletto Protettore il Cardinal Giovanni Orsino Gaetano dal Santo Generale dimandato; anzi fu di poi la suddetta consuetudine fissata, e confermata per Breve dalla santa memoria di Gregorio XI. fin dai venti di Giugno mille trecento settanta tre a tenore del Capitolo 12. della Regola di S. Francesco. Onde supplica l' Oratore V. S. di quanto da lui viene ossequiosamente esposto. Che della Grazia &c.

= Verùm, hoc Libello perlecto, respondit Pontifex: *Istud ad Nos pertinet*: iterataque hac voce, P. Procuratorem dimisit. Ac recissimè dubio procul dictum id fuit; levioresque rationes erant in supplici Libello isto productæ, quàm ut facere possent, ne Summus Pontifex Protectorem, siquem vellet (ut voluit) ipse statim crearet; contra quàm tunc temporis, præter P. Procuratorem Gen.', nonnulli etiam ex Cismontanis Patribus, re nondum bene perpensa, opinabantur.

= Nam Regula nostra, dum Cap. XII. *per Obedientiam injungit Ministris, ut petant a Domino Papa unum* (indefinitè videlicet, ut infra notabitur) *de S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus*; ea non alium certè finem sibi habet propositum (quemadmodum ex eo ipso loco evidentissimum est), nisi ut *Fraternitas ista semper* habeat *unum de S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus*, *qui sit Gubernator*, *Protector*, *& Corrector Fraternitatis* ejusdem. Ad hunc autem finem perinde est, sive a Domino Papa Cardinalis iste detur a Ministris petitus, sive detur suapte sponte ipsius Pontificis. Quare dum præcipit, ut petatur; id præcipit, posito quod sponte non detur. Quod si sponte detur; cessat consequenter totum illud petendi Præceptum: sicuti Jura statuunt de dispositionibus vel expressam, vel implicitam habentibus conditionem adnexam. Quorsum namque id petas, quod ille, ad quem dare pertinet, nolit ut petas, sed malit ipse tibi ultrò concedere?

= Itaque petitionem illam non imperat Regula, nisi propter assiduas, gravissimasque occupationes Summorum Pontificum in regimine universalis Ecclesiæ, ne ob eas contingat, ut, Pontifice a Fratribus non rogato, Sodalitas ista sine Cardinali Gubernatore, Protectore, & Correctore suo aliquandiu vivat: neutiquam verò petitionem imperat ad limitandam, vel retardandam ullo modo, ulla ex parte vel minima, Pontificiam Potestatem.

= Hoc enimverò a spiritu Seraphici Institutoris immane quantum abhorruit. Quæ res nisi esset certissima, ex eo vel unico argumento pateret, quod Vir sanctus Protectoris postulationem ob illam expressè caussam jubeat, *ut* videlicet *semper subditi*, *& subjecti Pedibus ejusdem S. Romanæ Ecclesiæ*, *paupertatem*, *& humilitatem* &c. *observemus*: Qui autem *humilitatis* caussa *sub Pedibus est*; nihil utique sibi arrogat erga Caput, nihilque mutit, nec se immiscet actibus, & functionibus Capitis. Alianum ququue id fuit a mente Honorii III. Regulam approbantis. Quandoquidem Summa illa Potestas, quæ, in ipso residens, Regulam confirmabat, eadem illa in tota plenitudine sua futura erat in Pontificibus Successoribus. Quamobrem velle ipse non potuit istis manus ligare, ac *Ministris* facultatem ullam tribuere, quæ Supremam Potestatem illam ullatenus circumscriberet, vel remoraretur. Adde, quod Regula ipsa, quam confirmabat, omnem ejus generis facultatem excluderet, ut dictum est.

= Ancherus porrò Cardinalis non fuit is ab Urbano Patruo suo Protector *electus*; sed *oblatus* tantummodò S. Bonaventuræ tunc Ministro Generali, Protectorem petenti. Neque oblatio ista effectu caruit, propiereaquòd *non fuisset Ancherus a Ministro Generali postulatus*; sed quia, exponente eodem Sancto Ministro *Patrum omnium in Comitiis* (Pisa-

sanis) *congregatorum vota*, *ut sibi concederetur Ioannes Caetanus Ursinus*, Vir ille in omnibus Monumentis Ordinis celebratissimus, postea Nicolaus hoc nomine III. Regulæ declarator, *cui adhuc puerulo non sine mysterio S. Franciscus suum Institutum commendaverat*; piissimis hisce, humillimisque Ministri Generalis, & Patrum omnium Vocalium votis, & precibus Urbanus Pontifex benignè annuit. Lege Waddingum (ad Ann. 1263. n. XVI. Tom. 4. Edit. Rom. p. 219.).

= Quod verò Gregorius XI. (in suis Literis Anno 1373. XII. Kalendas Julii datis) *Ministro Generali*, *& aliis de Capitulo Generali* (Tolosano), *ad quos*, inquit, *spectat* (scilicet præ Capitularibus aliis) *nominare præfati Ordinis Protectorem*, *& pro ipso eidem Ordini dando nostro Apostolatui supplicare*, mandandum præcipit, *ut illum in Protectorem nominent*, *quem putaverint pro bono statu jam dicti Ordinis meliorem*: ista, inquam, Gregorii verba eodem modo, quem supra diximus, intelligenda sunt.

= Nam spectat utique ad Ministros (non autem ad Custodes, qui pridem & ipsi suffragabantur in Comitiis Generalibus), ac spectat utique Ministrorum omnium nomine ad P. Ministrum Generalem, Protectorem petere, & nominare: at hoc spectat quidem ad eos, si Summus Pontifex velit (uti volebat Gregorius), ut ipsi petant, & nominent: secus autem, si velit Pontifex ipsemet nominare.

= Itaque Protectores nonnullos fuisse ab Ordine postulatos haudquaquam legimus: ac licèt plerumque ex Summorum Pontificum indulgentia dati sint illi, qui ab Ordine postulati sunt; videmus nihilominus in Apostolicis Literis, Protectores hujusmodi deputantibus, æquè ac in Literis istis Clementis XIII., quas ante retulimus, appositas clausulas Motus proprii, non autem eas, quæ in Literis, *ad supplicationem* editis, poni consueverunt. Neque clausulas illas in recentibus tantùm istiusmodi Literis, sed & in aliis vetustioribus legimus. Sic Ven. Innocentius XI. (in Brevi, *Cum venerabilis*, 9. Nov. 1678.) constituens Eñum Alderanum Cybo Ordinis Protectorem, *Motu proprio*, inquit, *ac ex certa scientia*, *& matura deliberatione Nostris*, *deque Apostolicæ Potestatis plenitudine*, *te præfati Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia*, *illiusque Religiosorum*, *& Domorum*, *ac Locorum Regularium quorumcumque apud Nos*, *& Sedem prædictam* (Apostolicam) *Protectorem*, *cum omnibus facultatibus &c.*, *ad tui vitam tenore præsentium facimus*, *& deputamus*. Quibus clausulis in Protectoribus designandis confirmarunt, confirmantque Pontifices ea omnia, quæ supra notata sunt.

= Hinc dudum, cum Superior Generalis cujusdam Ordinis, cujus Regula, æquè ac nostra, *petendi unum de S. R. E. Cardinalibus Protectorem* Præceptum continet; cum is, inquam, Libellum supplicem obtulisset SSm̃o Dño Nostro Pio Papæ VI., ut suo Ordini dignaretur certum quemdam Eñum Cardinalem, quem nominabat, Protectorem tribuere; jussit Sanctitas Sua reformandas Preces, atque unum indefinitè Cardinalem petendum. Optimo id quidem jure. Neque enim Regula illa præcipit, ut unus petatur nominatim, seu qui Superioribus videatur petendus; nam secus, si peteretur unus indefinitè, Præcepto Regulæ non satisfieret, ac reus esset Generalis Superior violati Præcepti, id quod somniaverit nemo: sed mandat illa solummodò, sicut & nostra, ut a Superioribus (nisi præveniat nempe petitionem Pontifex, uti dictum est supra) postuletur *unus de S. R. E. Cardinalibus*, vagè nimirum, & indefinitè, Supremo deinde Pontificio judicio definiendus, & assignandus.

= Hæc nos oportuit admonere ad normam, & regulam Posterorum. Quantus porrò fuerit Protector iste, quàm diligens, quàm beneficus, quanta in obeundo hoc Munere integritate; aliqua ex parte alibi apparebit (ad Ann. 1777.). Sufficiat hoc loco illud commemorare, quod ipse PP. Commissario Generali Familiæ, & Commissario Generali Curiæ, in ejus Domum ad obsequii, & gratulationis officia, ut par erat, profectis, inter alia dixit, se videlicet *tam libenter insignis hujus Instituti Protectionem suscepisse*, *quàm Purpuram in S. Ecclesia susceperat*. Quibus consona dixit in Allocutione, quam die 7. Februarii in hac Aracœlitana Bibliotheca, Aulæis antea exornata, e Solio ad extremum Bibliothecæ parietem contra Januam erecto, ad Patres, Fratresque maximo numero adstantes habuit, plenam amoris, & egregiæ in nostrum Ordinem voluntatis.

1760. 1. Feb. *Patribus*,
qui suffragati fuere in Mantuanis Comitiis, *nonnullæ a Pontifice spirituales gratiæ impertiuntur*.

FR. PETRUS JOANNETIUS
DE MOLINA

S. Theologiæ antiquus Lector, Catholicæ Majestatis in Regali Matritensi Congressu pro Immaculata Virginis Conceptione Theologus, & totius Ordinis FF. Minor. S. P. N. Francisci iteratò Minister Gen., Commissarius, Visitator Apostolicus, & humilis in Domino Servus

Plurimum in Domino dilectis Filiis PP. Vocalibus omnibus, *qui in Capitulo Gen. Mantuæ novissime celebrato suffragium tulerunt*, *salutem in Domino sempiternam*.

ABsolutis in Civitate Mantuana Generalibus Comitiis, Prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes; ut PP. Vocalium ad Dei gloriam, & Religionis augmentum gravissimos exantlatos labores spiritualibus donis compensare possemus; SSm̃o D. N. PP. Clementi XIII. feliciter regnanti supplicem Libellum obtulimus tenoris sequentis =

„ Beatissime Pater = Minister Generalis Ordinis Minorum S. Francisci, ad S. V. Pedes humiliter provolutus, Eandem debita veneratione, & obsequio exorat, quatenus concedere dignetur ipsi Oratori, P. Commissario Gener. Cismontanæ Familiæ, P. Procuratori Gener. Ordinis, Curiæ Officialibus, Generalibus Definitoribus, Secretariis Gener., & tandem omnibus aliis Vocalibus, qui Generali Capitulo Mantuæ novissimè celebrato intervenerunt, gratiam, & indultum personale Altaris Privilegiati pro tot vicibus in Hebdomada, quæ S. V. congruere videbuntur: ac prætcrea facultatem benedicendi, & distribuendi cer-

„ tum

„ tum Numismatum, ac Crucifixorum numerum, „ cum applicatione Plenariæ Indulgentiæ in mortis articulo, & distribuendi pariter similem Coronarum numerum eum applicatione solitæ Indulgentiæ S. Birgittæ: & tandem Indulgentiam „ Plenariam in articulo mortis pro omnibus, & „ singulis supradictis, & pro eorum Consanguineis, „ & Affinibus usque ad tertium gradum inclusive, „ & pro quinquaginta aliis Personis, prout S. V. „ magis in Domino expedire videbitur. Quam „ gratiam Deus &c.

Smus autem Pontifex pro ea pietate, & clementia, qua universum Ordinem nostrum prosequitur, precibus nostris benigne annuens, sequens tulit Decretum =

„ *Ex Audientia Sanctissimi die 15. Decembris 1761.*

„ SAnctissimus, petitis benigne annuendo, concessit P. Ministro Generali facultatem benedicendi sexcenta sacra Numismata, seu Imagines Smi Domini Nostri Jesu Christi Crucifixi, ex ære tamen, aliove metallo confecta, confectasque, eum applicatione Indulgentiæ Plenariæ in articulo mortis; totidemque Coronas precatorias, eum applicatione Indulgentiæ D. Birgittæ nuncupatæ: Patri autem Commissario Gener. Cismontanæ Familiæ quingenta sacra Numismata, totidemque Coronas precatorias, ut supra: P. Procuratori Gener. Ordinis trecenta sacra Numismata, totidemque Coronas precatorias, ut supra: Officialibus Curiæ, Definitoribus Gener., Secretariis Gener., cæterisque omnibus Vocalibus ducenta utriusque speciei pro quolibet, ut supra: arbitrio uniuscujusque distribuenda, & ab unoquoque respective lucrandæ in forma consueta, & ab Apostolica Sede præscripta. Item annuit pro Indulto personali Altaris Privilegiati, nempe Ministro Gener., ac Commissario Gener. Cismontanæ Familiæ duabus vicibus in qualibet hebdomada: Procuratori Gener. vero, aliisque omnibus, & singulis, ut supra enunciatis, una vice in qualibet hebdomada: dummodo intuitu Indulti hujusmodi nihil percipiant præter consuetam manualem eleemosynam. Denique prædictis omnibus Indulgentiam Plenariam ab ipsis, eorumque Consanguineis, & Affinibus, usque ad tertium inclusive gradum, & ab aliis quinquaginta personis ab unoquoque eorum designandis, in eorum mortis articulo lucrandam „ in forma consueta ab Apostolica Sede præscripta.

„ C. Card. Rezzonico.

„ Loco ✠ Sigilli.

Hos igitur Pontificiæ Munificentiæ spirituales favores, & gratias dum Vobis per præsentes palam efficimus; cum salutaris Obedientiæ merito pietatem vestram, & gratitudinem accendere, ac excitare etiam atque etiam intendimus, quatenus pro suscepti beneficii magnitudine continuas, & fervidas preces ad Deum fundere non desinatis pro ejusdem Pontificis Opt. Max. Catholicæ universalis Ecclesiæ felici Gubernio, ac longæva incolumitate, & pro Nobis etiam, qui vestras non minus spirituales, quam etiam temporales felicitates sincero cordis animo promovere cupientes, peramanter Vobis omnibus Paternam, & Seraphicam Benedictionem impartimur.

Dat. ex nostro Conventu S. P. N. Francisci Matriti 1. Februarii 1763.

Fr. Petrus Joannetius de Molina
Minister Generalis.

De mandato Rmi in Christo Patris
F. Hieronymus Ruano Secret. Gen. Ord.

= Hæ Literæ missæ, ut videtur, fuerunt per solam Ultramontanam Familiam. Aliæ namque his = similes, die 4. ejusdem Februarii datæ, transmissæ fuerunt a Rmo P. Commissario Gen. per hanc = Familiam Cismontanam. Utræque ad verbum ferè conveniunt: nisi quod Literis P. Commissarii = Gen., post Pontificium Rescriptum, insertus legitur *Tenor pro prædictis Indulgentiis acquirendis præscriptus*. Tenor autem iste desumitur ex Formula ibi subjecta S. M. Benedicti XIII.: qua id de = causa, ignoramus. Nam extabat posterior Formula reformata, jussu Benedicti XIV. edita, = quam videre licet in Bibliotheca P. Lucii Ferraris = (v. *Indulgentia* art. 6. n. 12.)

1763. 11. Febr. *Ejusdem Rmi P. Ministri Gen. Literæ, quibus laudatissimo Protectori Hieronymo Columna defuncto piacularia Sacrificia, Precesque statutas rependendas jubet.*

FR. PETRUS JOANNETIUS DE MOLINA

(ETC. UT SUPRA)

Dilectis Nobis plurimum in Christo PP., ac FF. universis, tam Superioribus, quam Subditis, jurisdictioni nostræ subjectis, salutem in Domino sempiternam.

EX indispensabili Muneris Nostri debito vobis, PP., Fratresque in Domino charissimi, cogimur per præsentes hasce Nostras Encyclicas eam sane lugubrem, funestissimamque deferre notitiam, quæ quum primum ad Nos delata, animum Nostrum inexplicabilis doloris amaritudine confecerit, impræsentiarum pariter erumpentibus ex imo corde suspiriis, crebrisque lacrymis ex oculis depluentibus, cor Nostrum mirum in modum exulcerat, angit, & premit, quin concepto dolori possimus modum imponere. Enimvero in viridi, florentique ætate lethali morbo correptus Emus, & Rmus Princeps D.D. Hieronymus Cardinalis Columna inclytus Romanæ Ecclesiæ Camerarius, ac totius Ordinis Nostri sexdecim annorum spatio vigilantissimus Protector, ingravescente infirmitate, brevi dierum spatio e-vivis sublatus naturæ debitum solvit die 18. Januarii proxime præteriti, suique apud omnes, signanter vero apud FF. Minores, quos intimo, paternoque, amore, ac benignitate semper est prosequutus, desiderium nullo unquam tempore obliterandum reliquit. Et quamvis ex iis, quæ in vitæ discrimine constitutus, omnium ædificatione præclarissima edidit veræ pietatis, & sinceræ compunctionis specimina, præcipue vero ex imperturbabili illa in Divina Voluntate conformitate, qua nedum impavidis oculis pro-

ximam

ximam mortem aspexit, sed ipsam præterea expansis ulnis est amplexatus, ut neutiquam repugnanti animo gratum sui ipsius, vitæ, & mortis Supremo Domino Sacrificium offerret; piam satis, & firmam Nobis spem, & fiduciam reliquerit, ejus mortem pretiosam fuisse in conspectu Domini, ac extremo, luctuosoque casu, more justorum, præoccupatum, piam ejusdem Animam ex Divinæ Misericordiæ peculiari beneficio in Electorum refrigerio esse constitutam; tamen, cum Supremus Vivorum, & Mortuorum Judex se etiam in lucernis scrutaturum Jerusalem aperte protestetur; ut pro acceptis (a) infinitis propemodum, ac innumeris beneficiis, quibus Ordinem nostrum pientissimus Protector cumulavit, ac pro eximiis vigilantia, & zelo, quibus Seraphicæ Religionis veras utilitates, & commoda promovere non destitit, mutuas rependamus vices, & filialem, ac debitam gratitudinem exhibeamus: præsentium tenore vobis omnibus mandamus, atque præcipimus, ut, nulla mora interposita, nedum pro Anima ejusdem olim Amantissimi Protectoris Nostri, cujus memoria apud nos semper in benedictione erit, Suffragia persolvatis in Ordinis Statutis pro hac Cismontana Familia sequentibus verbis, cap. 3. §. 10. n. 3. (b), decreta: *Pro Cardinali Protectore, qui in Ordinis regimine decesserit, a quolibet Sacerdote Ordinis tres Missæ celebrentur, & a quolibet Clerico unum Psalterium, & a quovis Laico tercentum Pater noster dicantur*: Sed præterea vobis omnibus copiosissimum Sanctæ Obedientiæ meritum impartimur, ut fervidas alias supererogatorias preces, & orationes ad Deum fundere non desinatis, ut ejusdem olim Benemerentissimi Protectoris nostri Anima, statim transeat ad celebritatem Angelorum, quæ humano corpore circumdata, custodiendo, protegendo, ac defendendo Ordinem nostrum suæ curæ, ac vigilantiæ ex Apostolicæ Sedis benignitate commissum, Tutelaris, ac Custodis Angeli Officium exercuit. Interim vero plurimum in Domino valete, PP., Fratresque in Christo dilectissimi, ac Cœlestium Luminum Patrem indesinenter orate, ut Minoritico Gregi de novo, optimoque Protectore pro sua pietate, & clementia providere non dedignetur.

Dat. ex Nostro Conventu S. P. N. Francisci Matriti hac die 21. Februarii 1763.

Fr. Petrus Jo. de Molina
Minister Gen.

De mandato Rmi in Christo Patris
Fr. Hieronymus Ruano Secret.
Gen. Ordinis.

= (a) Vid. supr. 22. Januar.
= (b) Citatur hic Collectio Statutorum Ultramontanæ Familiæ Rmi P. Joannis de Soto, quæ approbatione authentica destituitur. Sed tamen verba Collectionis ejusdem, quæ hic referuntur, desumpta sunt ex Segoviensibus, quæ ibi reapse in margine e regione citantur. Vid. supr. sub cit. d. 22. Januar. Not. d §. *Segovienses*.

1763. 19. Febr. *Oratio propria in Officio B. Angeli a Clavasio, & Lectiones propriæ II. Noct. in Officio ejusdem, ac B. Benedicti a S. Philadelphio conceduntur.*

DECRETUM
Ordinis Minorum S. Francisci.

Smus Dñus Noster Clemens pp. xiii. ad humillimas preces P. Fr. Leopoldi a Roma Sacerdotis Professi Ordinis Minor. de Observantia Reformator. S. Francisci, & Postulatoris Generalis Causarum Servorum Dei, & Beatorum sui Ordinis, tam suprascriptas Lectiones Secundi Nocturni proprias cum Oratione pro Officio, & Missa B. Angeli a Clavasio; quam alias supra relatas Lectiones Secundi Nocturni itidem proprias, una cum Oratione jam a San. Mem. Benedicto XIV. (a) adprobata, pro Officio, & Missa Beati Benedicti a S. Philadelphio; ab Emo, & Rmo D. Card. Feroni Sac. Rituum Congñis Præfecto, una cum R. P. D. Cajetano Forti Fidei Promotore, meque infrascripto Secretario, de ejusdem Sanctitatis Suæ mandato accurate revisas, benigne adprobavit, easque in Officio, & Missa Diei festi prædictorum Beatorum ab iis, qui ex Indulto (b) Apostolico hactenus recitarunt eorum Officium de Communi, imposterum recitari, ac imprimi posse concessit. Die 19. Februarii 1763.

Joseph Maria Card. Feroni Præf.

Loco ✠ Sigilli.

S. Burghesius S. R. C. Secr.

= (a) Decreto scilicet 31. Julii 1743.
= (b) Indultum Officii B. Angeli a Clavasio habes supra (pag. 105. B.). Officium autem B. Benedicti a S. Philadelphio de Communi cum Oratione propria concessum fuit per Decretum, in præced. Notis citatum, in universo Ordine, in Urbe Panormitana, & in Oppido S. Philadelphii. Nunc autem in priori Officio Oratio, & Lectiones II. Noct. propriæ conceduntur: in Officio altero Lectiones tantùm II. Noct. propriæ, cum jam ante viginti Annos Officium idem propriam Orationem haberet.

1763. 3. Mart. *Epistola encyclica Rmi P. Commissarii Gener., in qua de propriis singulorum officiis plurima præscribuntur.*

FR. PASCHALIS
A VARISIO

Ordinis Minorum S. P. N. FRANCISCI Lector Emeritus, & in hac Cismontana Familia tam Observantium, quam Reformatorum, & Conceptionistarum Commissarius Generalis, Visitator, ac Reformator Apostolicus, & Servus

Universis in Christo Jesu Dilectissimis Patribus, Fratribusque, tam Superioribus, quam Subditis, jurisdictioni nostræ subjectis, Salutem, ac Pacem, & a Domino Sempiternam Benedictionem.

I. EXpleturi tandem serius licet, quam optabamus, non torpore, aut incuria, sed rerum agendarum insuperabili occursu intercedente, id

id quod aliàs polliciti sumus, quum sapientissimas Rmi Patris Ministri Generalis universi Minoritici Ordinis Encyclicas Literas vobis communicavimus; animum nostrum ad ea præscribenda modo convertimus, quæ vos propius respiciunt, quæque ut exacte adimpleatis, nedum cupimus, verum etiam mandamus atque præcipimus; utpote qui non ignoramus, earum omnium culparum, ac transgressionum, quas a Nobis inultas nimia conniventia tolerari forte contigerit, strictissimam Supremo Judici rationem in die iræ atque vindictæ certo certius esse Nos reddituros. Propositum autem est Nobis non novas leges condere, non nova onera imponere: sed ea duntaxat, quæ Deo semel vovistis, quæque in id rei per Apostolicas, & Ordinis Constitutiones jam dudum fuere sancita, commemorare, atque ad illarum omnimodam observantiam quà præceptis, quàve minis, pœnarumque metu vos excitare, ac perurgere, ut quoquo demum modo quemlibet in officio continere possimus. Nec mirum plane vobis id videatur. Iis namque temporibus, proh nimium infaustis, nec satis unquam lugendis, hujusce Cismontanæ Familiæ Gubernium Nos suscepisse cognoscimus, ac ingemiscimus, quum, Regularis observantiæ, pietatis, charitatisque fervore plus æquo refrigescente, transgressiones, & corruptelæ adeo undequaque invalescunt, ut prolapsionem, atque ruinam proxime secuturam, valde sit metuendum. Id quod ex abusibus, quos tum Nos ipsi sub primis hisce Regiminis nostri principiis nimiom serpere deprehendimus, ac fere impune grassari, tum ex aliorum relationibus, fide dignis, didicimus, haud immerito inferri posse censemus. Quapropter tot ingruentibus malis pro nostris viribus occurrere satagentes, ne silentio nostro alienorum criminum reos Nos efficiamus, quæ vestri sunt propria officii vos commonere decrevimus, ut omnibus, atque singulis, Superioribus non minus, quam Subditis, quid agere, quid cavere debeant, innotescat.

II. Præ primis itaque Superiores omnes tam Locales, quam Provinciales sedulo invigilent, ut Divina Officia reverenter, devote, ac attente diu, noctuque peragantur; atque uniformitas in Sacris Ritibus exercendis ad præscriptum Cæremonialis Romani, Ordinisque nostri servetur. Quod ut obtineatur facilius, in unoquoque Conventu Religiosum aliquem in iis bene versatum constituent, cui Clericos, ac Sacerdotes minus expertos ea in re instruendi statis cujusque diei horis onus incumbat. Inter hæc autem potissimum studeant, ut incruentum Missæ Sacrificium cum omni timore, tremore, ac reverentia ab omnibus celebretur. Qua in re quorumdam Sacerdotum damnabilem irreverentiam æquo animo ferre omnino non possumus, qui adeo oscitanter, indevote, ac festinanter Sacrosancta illa mysteria pertractant, exteriores actus cum sacrorum verborum recitatione adeo simultanee, ac inconcinne componunt, immo vero confundunt, id utrumque tanta præcipitantia perficiunt, tam brevi denique temporis intervallo rem totam persolvunt, ut admirationem, & scandalum piis adstantibus procreent. Jure proin, ac merito, dum id generis Sacerdotem Christum Dominum immolantem spectamus, iis Tertulliani verbis licet pervestigare: *Sacrificat, an insultat?* Volumus itaque, ut quotquot in ea re sunt culpabiles, ac serio moniti constantis emendationis argumenta non exhibent, pœnæ suspensionis perpetuæ, necnon inhabilitatis ad omnia Religionis officia, aliisque cum suspensione connexis ad aliorum exemplum irremissibiliter subjiciantur. Quia enim ferat, illud ipsum Sacrificium, quod ad excellentius obsequium Deo præstandum est institutum, in ipsiusmet Divini Numinis offensam, atque contemptum ab hujusmodi Sacerdotibus impie converti? Caveant igitur Superiores, ne hoc in negotio sint desides, ne quicquam dissimulent, ne indulgeant. Justus quippe Judex omnium irreverentiarum, atque defectuum, quos, cum deberent, ac possent, non præpedierint, severissimam rationem ab ipsis exquiret. Sacerdotes autem omnes sint memores subitaneæ mortis, ac improvisæ, qua Sacerdotes ejusmodi ob Missæ Sacrificium adeo indevote, ac præcipitanter peractum justo Dei judicio sæpissime percelluntur.

III. Ad hæc ut in Choro omnes, & singuli, iis tantum exceptis, qui vel ratione studiorum, vel ob veram, minimeque simulatam infirmitatem, aliave de causa per Constitutiones Ordinis approbata, sunt exempti, diurnis, nocturnisque horis intersint; ibique cum gravitate, & decore, cum compositione, & modestia, debitas interjicientes pausas, Divinas laudes persolvant; iidem Superiores pervigilem curam gerant. Nec minori plane solicitudine adlaborare illos oportet, ut quotquot legitime non sunt impediti, Orationi mentali, sublata quavis dispensandi facultate, temporibus per Statuta respective præscriptis adsistant; nec, nisi urgente causa gravissima, illius exercitium aut prætermittere prorsus, aut dimidiare unquam præsumant.

IV. Quò vero spiritus devotionis magis magisque in Religiosorum cordibus accendatur; præcipimus, ut quolibet anno spiritualia octo, vel decem dierum Exercitia, non sine notabili animarum fructu in nostra Religione usitata, nec nisi magno cum detrimento in quibusdam Provinciis exoleta, ubique, & ab omnibus, etiam a Provinciæ Patribus, peragantur; designato in id rei a Guardianis Directore pio æque, ac docto, quem iidem, præhabita Ministri Provincialis licentia, aliunde advocabunt, ubi neminem satis aptum in propriis respective Conventibus reperiri contingat. Præfati vero Provinciales Ministri quotannis, dum facultatem celebrandi Capitulum, aut Congregationes expostulabunt, de servata hujusmodi Lege per authenticum testimonium, sine quo prædicta facultas minime concedetur, Nos certiores efficere non prætermittant.

V. Ad ulteriora gradum facientes, Evangelicæ potissimum Paupertatis, quæ Ordinis nostri prærogativa est singularis, ac firmissimum fundamentum, plenam atque integram observantiam injungimus. Hanc siquidem Patriarcha noster Sanctissimus tanquam sponsam charissimam prædilexit, nobisque veluti portionem nostram plurimum commendatam reliquit. Quocirca ut exactius a nobis, religiosiusque custodiretur, eandem pluribus communivit præceptis; ac non uno in loco mandavit, ut *Fratres nec per se, nec per interpositam personam pecuniam recipiant; ut nihil sibi prorsus approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem; ut non nisi duas tunicas habeant; ut nullo modo calceamentis utantur; ut induantur vilibus vestimentis; ut nisi in manifesta necessitate non equitent* &c. Quæ plane præcepta sicuti ab omnibus inviolabiliter, ac religiose sunt custodienda: ita Superiores omnes tam Locales,

les, quam Provinciales debent eadem summo studio, ac zelo sarta tecta servare, eorumque prævaricatores corripere, ac debitis etiam pœnis mulctare.

VI. Si quis itaque Fratrum (quod Deus procul avertat) propriæ immemor Professionis pecuniam vel per se, vel per interpositam personam recipere, tenere, aut contrectare unquam præsumeret, omnino jubemus, ut Ministri Provinciales, omni postposita miseratione paterna, Judicis auctoritate utentes adversus ipsum Processum instituant, pœnasque a nostris Legibus constitutas absque ulla prorsus remissione eidem infligant. Cumque S.P.N. FRANCISCUS expresse moneat, ut *omnes Fratres teneant eum pro falso Fratre, & Fure, & Latrone, & loculos habente, nisi vere pœnituerit*; si quos idcirco Religiosos hujusce criminis reos, aut proprietarios infeliciter ex hac vita decessisse constiterit, ne eorum quidem cadaveribus parcendum esse existimamus; quinimmo ad Legum nostrarum præscriptum tum quibusvis suffragiis, tum sepultura Ecclesiastica, ut cæteri omnes salubriter absterreantur, omnino privandos esse decernimus.

VII. Ne vero Subditis ulla prævaricandi præbeatur occasio, Superiores omnino curent, eisdem, quæ ad vestitum, ad victum, atque ad propria munia rite obeunda necessaria sunt, ministrare. Sint autem omnes, cujuscunque gradus, aut conditionis existant, tam quoad quantitatem, quam quoad qualitatem, victu communi contenti, nullaque ratione ulla vel minima singularitas permittatur; juxta ac Apostolicæ, & Religionis Constitutiones præscribunt, quarum integram observantiam hac in parte majori qua possumus auctoritate, & efficacia Superioribus inculcamus, eorumque conscientiam, qualibet dispensandi facultate sublata, oneratam relinquimus. Quibus etiam solicite commendamus, ut quæ, ad honestam suorum Subditorum sustentationem pertinent, paterna charitate satagant providere, ne vetitis, illicitisque recursibus ullus aditus pateat.

VIII. Communitates quoque tam pro majoribus vestimentis, quam pro minoribus pannis, aliisque necessitatibus Religiosorum sublevandis requisitæ, ubi nondum existunt, illico erigi, ubi vero jam extant, optime conservari, ac manuteneri præcipimus: adeout de omnibus necessariis, ac Seraphico Statui convenientibus, ubique locorum Subditis a Superioribus provideatur. Subditi autem omnia, quæcunque habent, vestimenta lanea, sive linea ad prædictas Communitates, nulla re prorsus sibi retenta, sub pœna proprietatis teneantur deferre. Quæ num rite observentur, Provinciales Ministri, ac Visitatores a Nobis deputati, in suis respective Conventuum Visitationibus diligenter inquirant, ac quaslibet Subditorum proprietates eliminantes, in Superiores etiam Locales animadvertant, pœna quoque Suspensionis officii, si opus fuerit, illos punientes, qui præfatas Communitates non instituerint, aut de rebus ad Fratrum usum necessariis eas non satis instruxerint.

IX. Secluso veræ necessitatis casu, Ministrorum Provincialium judicio probandæ, nemini liceat nisi pallium, duasque tunicas adhibere, quas ejusdem prorsus coloris, ac qualitatis esse mandamus: adeo ut omnes, ac singuli in unaquaque respective Provincia eodem plene modo, eodemque panno vestiantur. Sudariola linea, & cujusvis generis calceamenta, præterquam justa necessitate impellente a Superioribus æstimanda, omnibus vetita esse monemus, atque decernimus. Neque minus Nobis est cordi præceptum illud in Regula expressum, quod *Fratres non debeant equitare, nisi manifesta necessitate, vel infirmitate cogantur*. Quare sicut Nos ipsi, quum aut Visitationis instituendæ ratione, aut alia quavis ex causa iter aggredi oportebit, nec currus, nec rhedas, nec equos, nisi infirmitas, aut necessitas urgeat, ullatenus admittemus; ita ne alii quicunque iisdem utantur, sed pedestres, ac humiles semper incedant, expresse mandamus. Id quod vel maxime Visitatoribus a Nobis designandis indicimus, quos idcirco ex Provinciis proximioribus utplurimum desumemus, necnon verbi Dei Concionatoribus, quos si aliter se gessisse constiterit (certo autem certius constabit) concionandi facultate omnino privandos esse statuimus. Gravioribus vero pœnis eorum impudentia a Ministris Provincialibus, ac Visitatoribus est coercenda, qui aut curiositatis explendæ, aut solius recreationis captandæ gratia aliquo ex prædictis modis in Regula vetitis circumire, ac vagari non erubescunt.

X. Quoniam vero ex optima Juvenum receptione, atque ex recta eorundem educatione Ordinis nostri decor, ac firmitas plurimum pendent, ea omnia adamussim servari jubemus, quæ in hoc tam gravi negotio a Summis Pontificibus, ab Ordinis Constitutionibus, atque a Prædecessoribus nostris salubriter, ac sapienter fuere præscripta. Queis inhærentes Provinciales Ministri, aliique Definitorii Patres spiritum vocationis, naturæ dotes, ingeniique indolem, ac perspicaciam, in recipiendis Juvenibus quam diligenter explorent, atque perpendant: rejectisque ignotis, segnibus, vilibus, indevotis, nulloque cœlesti ductu ad hanc vitam vocatis, non nisi illos recipiant, quos bene moratos, talique corporis valetudine, ac ingenii acie donatos inveniant, ut tam in pietate, quam in literis proficiendi spem bonam præseferant. Nec vano uspiam multiplicandi gentem ambitu ludificari se sinant; intelligantque, Divinam maledictionem se esse incursuros, si ipsorum culpa ac vitio contingat, ut Sancta nostra Religio discolos, & inquietos, ignorantes, & otiosos, qui ei futuri sint oneri, probro atque dedecori, suo in sinu alere, & sustinere cogatur. *Utinam*, ajebat Seraphicus Pater, *in mea Religione essent tam rari Fratres, ut qui videret unum, tanquam de novo spectaculo miraretur!*

XI. Receptis porro cum delectu Juvenibus, atque ad habitum Religionis admissis, seligantur in Magistros viri probi, exemplares, docti, atque prudentes, qui viam perfectionis eisdem ostendant, in Oratione mentali sedulo exerceant, ac per sensuum, & carnis mortificationes spiritum humilitatis, puritatisque cordis acquirendæ, ac conservandæ rationem edoceant. In detegenda potissimum illorum indole, ac internis animi adfectionibus explorandis solerter invigilent: quumque aliquos ad malum, & vitia nimium pronos invenerint, quin ullum seriæ emendationis argumentum exhibeant, ut proin juste sit metuendum, graves, atque molestos Religioni esse futuros, coram tota Communitate Fratrum illorum pravas inclinationes, ac defectus exponant, ut quisque, suffragandi tempore adventante, conscientiæ suæ, ac Provinciæ bono possit consulere.

XII. Expleto autem Novitiatus anno, qui Professionem emittunt, in Recollectionis, sive Professorii Conventibus collocentur, ibique sub Discipli-

na

na Magistri, iisdem præditi qualitatibus, queis Novitiorum Magistros esse oportet instructos, in doctrina Spiritus diligentissime instituantur, ut & veterem hominem expoliare, & novum induere, & initum cum Deo pactum, omniaque Regulæ nostræ præcepta ad apicem observare perdiscant. Quis namque non videat, novellas has plantulas uberes perfectionis, ac sanctitatis fructus subinde esse daturas, si fuerint bene, ac diligenter excultæ; sin vero male, inutiles semper sterilesque, mansuras? Quis non intelligat, futurum hinc esse, ut Regularis observantia aut stabiliatur ab illis, aut magis magisque per eosdem laxetur, quum ipsimet curam ac regimen aliorum suscipient? Quam enim viam ipsi didicerint, hanc & cæteris demonstrabunt. Ex quibus nemo non percipit, quam assidua ea in re opus sit Superioribus, & Magistris solicitudine, dexteritate, ac vigilantia.

XIII. Cæterum quum præter sanctitatem, quæ Seraphici Ordinis præcipuum est fundamentum, scientia quoque tum ad eximium ejusdemmet decorem, tum etiam ad vocationis nostræ munus implendum non utilis modo, sed & necessaria jure optimo censeatur, idcirco ea omnia inculcamus, quæ a Rmo Patre nostro Ministro Generali circa Literarum studia promovenda, aut conservanda provide sunt constituta: seu ubi Grammatices, & Rhetorices Scholas erigi præcipit, seu ubi methodum Philosophiæ, ac Theologiæ tradendæ præscribit, ut scilicet caveant utriusque Facultatis Lectores, ne inanibus speculationibus, nulliusque frugis quæstiunculis cum grandi jactura temporis pretiosissimi indulgeant, sed magis ea seligant pertractanda, quæ ad veram, solidamque eruditionem ac scientiam perducunt. Ad Philosophiam quod attinet, rem paucis perstringimus; satis nos fecisse rati, si Clar. Patris Fortunati a Brixia celeberrimum Opus nostris Lectoribus proponamus: ita tamen ut ad uberiorem suorum Auditorum profectum aliorum quoque Philosophorum magis illustrium, quorum Opera hac nostra ætate satis sunt pervulgata, doctrinas addere non prætermittant.

XIV. Fusiori aliquantisper calamo ea explanaturi, quæ ad Theologicas Disciplinas utiliter pertractandas observari cupimus, illud principio Lectoribus inculcandum ducimus, ut antequam animum ad Theologicos Tractatus enucleandos adjiciant, ac manum apponant, ea in antecessum ob oculos habeant, suisque Discipulis diserte studeant explicare, quæ *de locis Theologicis* Melchior Canus, *de locis Catholicis* Fr. Franciscus Horantius, tum Fr. Ludovicus Carvajal *de restituta Theologia, atque a Sophistica, & barbarie pro virili repurgata*, deque *Studiis Monasticis* Joannes Mabillonius scitissime tradidere. Quibus peractis, ipsiusmet Theologiæ sinus tum demum pervadant, ad quam felicius, faciliusque explanandam novum setu elaboratur Opus, atque, uti speramus, brevi lucem adspiciet, quod Tractatus omnes, in Elencho jam dudum edito, singulasque in Provincias transmisso designatos, clare, atque methodice comprehendet. Interea vero temporis sedulam Lectores nostri operam navent Divinis Literis, Conciliis, Summorum Pontificum Decretis, Sanctis Ecclesiæ Patribus, ac primoribus de Schola Theologis, iis potissimum sanctitate vitæ præclaris, quos inter cum primis laudamus Alexandrum Alensem, ac præcipue Sanctum nostrum Bonaventuram, cujus Operum assiduam lectionem, seu, teste Gersone, illuminantium intelle-

Chronol. Seraph.

ctum, & inflammantium affectum, impense commendamus; tum Ven. Joannem Dunsium Scotum de re Theologica optime meritum diligenti studio versandum etiam atque etiam proponimus. Neque exiguum referent fructum iidemmet Lectores, si Fr. Gasparum Sasgerum præ manibus habeant, prælaudati S. Bonaventuræ doctrinæ oppido addictum, in Divinis Literis egregiè eruditum, ac, si quis alius, Lutheri Oppugnatorem doctissimum, nec non Fr. Riccardi de Medis Villa, Fr. Alphonsi de Castro, Cardinalis Fr. Clementis Dolera Mouliani, Fr. Francisci Fevardentii *Theomachiam*, deque *Recta in Deum Fide* Fr. Michaelis de Medina Opera, & Tractatus diligenter evolvant.

XV. Ast ubi agitur de Divina Intelligentia, atque Præscientia, de Peccato Originali, de Libero Arbitrio, de Justificatione, de Prædestinatione, de Gratia, atque id generis aliis, quæ inter se nexum habent, equidem cupimus, ut, præter S. Bonaventuram, & Scotum, Cardinalis de Laurea Opusculis, Collationibus Fr. Francisci Macedo, & Fr. Andreæ Vega Commentariis sedulo utantur: præ omnibus tamen eum vel maxime Doctorem illis præfigimus, cujus Doctrinam Ecclesia ipsamet consecravit, dum ad ejusmodi controversias identidem excitatas finaliter dirimendas illam consulere, ac adoptare consuevit; Magnum dicimus Augustinum, quem ejusdem Ecclesiæ Splendidissimum Lumen idcirco omnes appellant; ac jure quam optimo S. Hormisdas Papa Possessorem admonuit: *De Arbitrio Libero, & Gratia Dei, quid Romana, hoc est Catholica sequatur, & servet Ecclesia in variis Libris B. Augustini abunde posse cognosci*. Hunc itaque ut omnes nostri, veluti Ducem tutissimum, in memoratis Quæstionibus inoffenso pede sequantur, ejusque reverendam, & in omni Ecclesia Catholica receptissimam Auctoritatem fidelissime amplectantur, & in deliciis habeant, quin vel latum unguem ab illa unquam recedant, indicere operæ pretium esse arbitramur.

XVI. Cæterum eosdem sedulo admonemus, ut Lectiones omnes, atque Disputationes diebus præscriptis diligenter perficiant, suosque Discipulos tam in privatis, quam in publicis Concertationibus in dialectica argumentatione, ad eorum capacitatem probandam, ingeniique acumen patefaciendum aptissima, perquam solerter exerceant. Quibus etiam præscribimus, ut in Tractatibus, ac Quæstionibus dictandis, explicandisve methodum in præfato Elencho statutam quoad omnia, & singula in eodem contenta inviolabiliter servent; districte inhibentes tam ipsis, quam Philosophiæ Lectoribus quibuscunque, ne alias, quam quæ ibidem præfiguntur, vacationes a studiis sibi autument arrogare sub pœna suspensionis, ac privationis etiam Officii, certo certius transgressoribus infligenda.

XVII. Lectoribus denique Theologiæ Moralis Statutum illud in postremo nostro Generali Capitulo Mantuæ celebrato Sessione XV. emanatum, atque a Rmo Patre nostro Ministro Generali jam promulgatum commemoramus, quo ad similium Decretorum normam plerisque aliis in Capitulis Generalibus editorum injungitur, ut ad ea scandala ab nostro Ordine removenda, *quæ ex nimia opinandi licentia in doctrinis præcipuè ad mores pertinentibus oriri, & suscitari possunt, Sac. Theologiæ Lectores, aliique omnes* DOCTRINAS TUTIORES, ET PROBABILIORES SEMPER DOCEANT, & AMPLECTANTUR. Cujus quidem saluberrimi, ac pernecessarii Decreti exactissimam observantiam, si-

quti prælaudatus Rmus Pater Minister Generalis in virtute Sanctæ Obedientiæ, nec non sub pœna privationis Officii tam Lectoribus, quam Confessariis imperavit: Nos itidem ejus inhærentes vestigiis sub eodem gravissimo Sanctæ Obedientiæ Præcepto, eademque sub pœna, nec non sub interminatione Divini Judicii adversus illos, qui minus tutas, minusque probabiles opiniones scienter ac voluntarie docere, aut amplexari, vel tueri præsumerent, idipsum serio, districteque præcipimus. Atque ut Nobis legitime constare queat, in hacce nostra Cismontana Familia omnes omnino ea, qua par est, animi promptitudine huic nostro, & Rmi Patris Ministri Generalis Præcepto sane gravissimo paruisse, volumus quoque, ac expresse mandamus, ut Provinciales Ministri fidem authenticam tam a se, quam a cæteris Definitorii PP., nec non ab ipsismet Lectoribus, aliisque Patribus, ac Fratribus Clericis ejus respective Conventus, in quo Lectores morantur, propria manu subscriptam, ac juramento firmatam ad Nos quotannis transmittant, qua nos edoceant ea omnia servata esse, quæ tum de tradenda in rebus Morum tutiori, ac probabiliori opinione, tum de tuenda in jam relatis quæstionibus S. Augustini Doctrina, hoc in articulo, ac mox superius a Nobis sunt constituta. Quocirca & Theses omnes a dictis Lectoribus in posterum propugnandas Nobis communicari, ac exhiberi decernimus, ut ex iis quoque de præstita ab ipsis in re adeo gravi religiosa obedientia luculentius argumentum habere possimus. Quæ omnia nisi ad unguem perfecerint Provinciales Ministri, sciant, se licentiam celebrandi Capitula, & Congregationes nuspiam a Nobis esse consecuturos. Sint igitur dociles Lectores nostri, ut saniora semper, sanctioraque amplectantur, nec eant qua itur, sed quo est eundum; meminerintque, viam latam, quæ multorum est, ad perditionem, arctam vero, quæ est paucorum, ad salutem adducere. Laxioris proinde, ac indulgentioris Doctrinæ auctoribus quam longissime relegatis, ea consulant opera, in quibus magis tuta & certa Morum traduntur principia: qualia sunt, ut ex Nostris unum, alterumve memoremus, Summæ Alensis, Astensis, atque Angelica, necnon Fr. Henno Tractatus Morales: conenturque imitari & Fr. Antonium Cordubam, qui Probabilismum vel in ipsis suis incunabulis præfocare, ac extinguere sategit, & Fr. Syrum Placentinum, qui ipsum jam adultum penitus exterminare curavit. Quicunque enim Probabilismum, quem omnium laxitatum fontem, ac Propositionum ab Ecclesia hactenus proscriptarum fœcundissimam scaturiginem esse, omnes æqui rerum æstimatores proclamant, toto nisu e nostris Scholis exterminare curaverint, salutaris Obedientiæ meritum quam lubentissime iisdem Nos impactimur.

XVIII. Jam verò animo recolentes, quam arduum sit negotium, maximique momenti, ac ipsis quoque Angelicis humeris formidandum Sacramenti Pœnitentiæ pro sæcularibus utriusque sexus administratio, Superioribus Provinciarum committimus, ut id oneris non nisi Sacerdotibus probe doctis, prudentibus, bene moratis & exemplaribus committatur. A quo sane munere eos omnino arcendos esse jubemus, quos vel ex certa scientia, vel gravibus saltem indiciis sufficienter constiterit, prava aliqua consuetudine mulierum, suspectove consortio fuisse aliquando implicatos. Decet autem vel maxime, ut in nostris Ecclesiis ad excipiendas mulierum Confessiones graviores tantum Patres constituantur. Quod ut ubique executioni mandetur, Nos justis de causis, ac matura deliberatione præcipimus; graviter prohibentes, ne posthac, ut alicubi fieri consuevisse comperimus, Sacerdotes juniores ad id deputentur. Postremo ad Confessariorum Examinatores sermonem nostrum convertimus, eisque injungentes, ut in proprio munere obeundo inter alia examinandos interrogent circa Canones pœnitentiales antiquos, ac eorum usum, & spiritum, circa propositiones variis temporibus ab Ecclesia proscriptas, earumque sensum, ac circa opinionum delectum; quosque aut illos ignorare, aut in istis esse parum edoctos, aut Probabilismo adhærentes invenerint, omnino repellant: eosdem serio animadvertimus, ac per Jesu Christi viscera obtestamur, ne hoc in negotio faciliores, ac plus æquo indulgentiores se præbeant, neve ullum admittant, nisi propriæ habilitatis, sufficientis doctrinæ, ac maturæ prudentiæ satis perspicua, minimeque dubia argumenta præbuerit. Præterquam quod enim ex mala Sacramenti Pœnitentiæ administratione æternam animarum, quæ pretioso Jesu Christi Sanguine sunt redemptæ, ruinam consequi oportet; illud accedit, ipsismet Examinatoribus coram Domino ea omnia mala esse infallibiliter imputanda, quæ Confessarii minus idonei, ab se se nimia facilitate adprobati, in aliorum Confessionibus excipiendis admiserint. Nos interea, habito prius verbo cum sæpe laudato Rmo Patre nostro Generali Ministro, Dispensationes, & Facultates omnes, & singulas aut administrandi sine prævio examine, vel absque requisita ætate Pœnitentiæ Sacramenti, aut a Reservatis Casibus absolvendi, iis tantum exceptis, quæ ab Illo, aut a Nobis fuerunt obtentæ, antehac a quoquam seu verbo, seu scripto concessas præsentium vigore annullamus, ac revocamus, easque, statim ac hæ nostræ Literæ fuerint publicatæ, eo ipso nullas penitus esse, cassas, atque irritas declaramus. Volentes, ut nostra hæc declaratio, seu revocatio eundem prorsus sortiatur effectum, ac si cuilibet personaliter, & per expressam, individuamque mentionem intimata fuisset.

XIX. Plurimum quoque interest, ut ad Apostolicum Evangelicæ prædicationis Ministerium obeundum ii tantummodo assumantur, qui solida pietate, doctrina, ac morum honestate præditi cum Religionis nostræ decore, animarumque fructu illud valeant exercere. Quamobrem memorati Generalis Capituli Mantuani Patres sicuti Sess. XIII. statuerunt, ut *ad legendam Sacram Theologiam in Provinciis præsertim Reformatorum nullo modo in posterum Lectores per privatum examen deputentur, sed prævia duntaxat oppositione, seu, ut vocant, concursu coram Definitorio habendo*; ita & de instituendis Prædicatoribus eadem in Sessione verba facientes, salubriter decrevere: *Ne deinceps Prædicatores instituantur, & ad Dei Verbum prædicandum non nisi illi admittantur, de quorum habilitate tam in moribus, quam in doctrina constiterit per publicum examen coram pleno Definitorio Provinciæ faciendum, vel in Congregationibus, vel in Capitulis Provincialibus, vel alia quacunque de causa collegialiter congregato.* Quod utrumque Decretum ubique servari volumus ac mandamus. Patres vero Definitorii ex debito Pastoralis Officii nostri obtestari, & commonefacere non prætermittimus, ne ad Lecturam, aut ad sanctæ Prædicationis Officium

ul-

ullos admittant, nisi quos ad alterutrum digne, ac laudabiliter adimplendum vere idoneos esse cognoverint; Deo alias gravissimam reddituri rationem malorum omnium, quæ consequentur, si indignos susceperint, probaverintque non sine ingenti Religionis nostræ dedecore, nec sine magno, ac plane inenarrabili Religiosorum detrimento.

XX. Non minori insuper solicitudine Nobis est satagendum, ut Sacræ Missiones in Infidelium, Schismaticorum, Hæreticorumve Regionibus a Nostratibus exercendæ ad majorem Dei Gloriam, animarum salutem, dilatationem Fidei, augmentum Ecclesiæ, totiusque Religionis nostræ Catholicæ decus, sufficienti optimorum Operariorum numero adsignato, magis magisque constabiliantur, & crescant. Quapropter Religiosos omnes, qui, Deo inspirante, ad tantum opus se vocatos intelligunt, veluti dato signo invitamus, ac in Domino hortamur, ut pium hoc desiderium Nobis candide exponant, Literas Obedientiales vel ad Cœnobium Romanum S. Bartholomæi in Tyberis Insula, si sint Observantes, vel ad S. Petrum in Monte Aureo, si Reformati, certissime relaturi mox ac per fides juratas a totius Definitorii Patribus, atque a propriis respective Lectoribus, Guardianis, & Discretis Conventuum, in quibus degunt, subscriptas de concurrentium idonea ætate, de optima corporis constitutione ac valetudine, de sufficienti doctrina, de morum denique probitate juxta Apostolicas Sanctiones, ac Sacræ *de Propaganda Fide* Congregationis Decreta Nobis constiterit. Ne autem Superiores quicunque Nobis subjecti, particularem propriæ Provinciæ, aut Conventus utilitatem communi sacrarum Missionum bono longe majori anteferentes, quempiam suorum Subditorum a tam sancto proposito avocare, aut sub quovis emendicato prætextu requisitas adtestationes denegare præsumant; Nos præsentium tenore Superioribus antedictis, aliisque omnibus, ad quos pertinet, in virtute Sanctæ Obedientiæ præcipimus, ut ab hujusmodi attentatis prorsus abstineant. Quod si secus fecerint, ac dignos idoneosque Juvenes audeant quomodolibet avertere, vel impedire, promeritis haud dubio pœnis eos Nos subjiciemus, non secus ac illos, qui discolis, ac indignis infideliter testimonialia concesserint. Quæ omnia, ne frustra eadem repetamus relate ad illos etiam, qui ad Sacra Palestinæ Loca ire contendunt, pariformiter intelligenda esse statuimus, ac declaramus.

XXI. Caveant præterea Fratres, ne ad Sæculares quoscunque, aliasque extra Ordinem Personas, ut earum mendicent gratiam, ac favorem, & patrocinium implorent seu pro officiis, dignitatibus, vel cujuscunque generis gradibus in Religione obtinendis, seu pro remissione pœnæ ipsorum criminibus debitæ consequenda, ullo modo recurrant. Qua in re ut Constitutionem fel. rec. Benedicti XIV. quæ incipit: *Sacrosancti Apostolatus Officium* (in qua etiam præcipitur, ut qui causantur gravamina, non ad Nos immediate, neque ad Romanæ Curiæ Tribunalia, sed, juris ordine servato, primo loco *ad Guardianos*, tum *ad Provinciales*, subinde *ad Nos*, postmodum *ad Generalem Ministrum*, ac demum *ad Tribunalia superiora, quæ sunt extra Ordinem*, gradatim recurrant) præ oculis semper habeant, ac religiose observent, pro viribus inculcamus. Quod ut consequamur facilius, injungimus, ut eadem Constitutio bis in anno in singulis Conventibus perlegatur. Quisquis autem adversus illam deliquerit, certo sciat, nedum id, quod adeo illicitis mediis extorquere conatur, se nuspiam esse consecuturum, verum etiam gravissime juxta ejusdem Constitutionis præscriptum esse a Nobis puniendum.

XXII. Idipsum quoque a Provinciarum Visitatoribus, quos Nos deputabimus, in Capitulis celebrandis servatum iri jubemus. Ad exterorum favores ne omnino respiciant: Mediatoribus ne obsecundent: Nullius patrocinium mirentur: Nitantur immo viribus, nervisque omnibus ejuscemodi ambitiosorum, ac prætendentium temerariis ausibus obsistere, efficiantque, ut in promotionibus ad Provinciæ gradus faciendis nulla prorsus ipsorum habeatur ratio, sed tanquam indigni, & memoratæ Constitutionis transgressores palam aperteque rejecti, ab omnibus honoribus, ac dignitatibus penitus excludantur. Ut autem præfati Visitatores majori cum Provinciarum emolumento, ac Religionis decore munus sibi concreditum impleant, iisdem injungimus, ut si qui sint in Provinciis sibi commissis abusus, & diligenter perquirant, & detegere studeant, & iis obviam ire, neve magis excrescant, opportune mederi contendant. Volumus insuper, ac diserte mandamus, ut Visitatione peracta, priusquam Capitulum celebretur, inobservantias, ac relaxationes omnes, quas deprehenderint, tam communes, quam particulares fideliter, & exacte Nobis communicent, ac palam faciant, ut remedia morbis accommodata aptare possimus, ac ea omnia præstare, quæ ad Monasticam Disciplinam, Regularemque Observantiam in Provinciis instaurandam magis proficua, & opportuna Nobis in Domino videbuntur. Potissimum vero iisdemmet committimus, ut a recipiendis quibuscunque muneribus, iis præsertim, quæ ad obtinendos favores, gradus, aut dignitates, vel sub alio quovis titulo, aut colore a Religiosis privatis, etiam sponte, sibi offerri contigerit, prorsus abstineant. Quod si quempiam ex Visitatoribus hisce Nostris Ordinationibus non paruisse, aut fovisse partes, aut inter Fratres excitasse discordias, aut malo exemplo cæteros offendisse, Nobis constiterit, is Justitiæ Nostræ rigorem, ac severitatem nulla plane ratione poterit effugere, aut declinare.

XXIII. Monemus denique omnes, immo etiam mandamus, ut nullas obsequii tantum, aut observantiæ causa literas ad Nos mittant, caveantque a longioribus atque superfluis, ne Nos gravioribus rebus intentos inutilium Epistolarum multitudine magis fatigent, ac molestissime prægravent.

XXIV. In iis autem, quas necessario perscribi oportebit, Nomen, Patria, sive Cognomen, atque Conventus, in quo Scribens moratur, cum ejus Ecclesiæ Titulo, clare, distincte, ac sine ullis abbreviationibus exprimatur. Ac PP. quidem Observantes ad nostrum Conventum S. Mariæ de Aracœli, Reformati vero ad S. Franciscum trans Tyberim easdem dirigant.

XXV. Hæc sunt porro, Fratres mei in Domino dilectissimi, quæ ut & Conscientiæ nostræ, & omnium Vestrum bono consuleremus, Vobis suggerere, atque præcipere necessarium duximus. Atque ut eadem alta mente retineatis, & executioni rite mandetis, injungimus omnibus, & singulis Provinciarum, & Custodiarum Nostrarum Prælatis, ut has Nostras præsentes quantocyus in omnibus, & singulis Administrationis suæ Conventibus, & Residentiis coram tota Communitate in Refectorio Capitu-

pitulariter congregata faciant publicari. Guardianis vero aliisque Superioribus Localibus, ut eas in Libro Conventus ad literam transcribant, & quolibet semestri, seu bis in anno, in publica mensa legere non omittant sub pœna suspensionis officii ipso facto incurrenda.

XXVI. Interim autem oramus Vos, & obsecramus, ut pro longæva, & prospera incolumitate SSmi D. N. CLEMENTIS XIII. Pontificis vere Maximi, & Emi Cardinalis universi Ordinis nostri Protectoris, pro exaltatione S. Romanæ Ecclesiæ, pro Christianorum Principum pace, & concordia, pro Rmo Patre nostro Ministro Generali, ac demum pro Nobis, qui Seraphicam Vobis Benedictionem ex toto corde impertimur, ad Deum totius consolationis Fontem, Misericordiarum Patrem, omniumque bonorum Largitorem optimum, vestras preces jugiter effundatis. Valete.

Dat. Romæ ex hoc nostro Aracœlitano Conventu die 3. Martii 1763.

Fr. PASCHALIS A VARISIO.
Commissarius Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Rmi in Christo Patris
Fr. Carolus Antonius a Samoclevo
Secr. Gener.

= Hæ Literæ missæ fuerunt ad Provincias Cismontanæ hujus Familiæ extra Italiam sitas. Literas alteras eodem Mense Martio misit Rmus Pater ad Provincias Italiæ, italico sermone conscriptas: quas prætermittimus, quia summa præscriptionum capita in utrisque eadem sunt.

= 1763. 16. Mart. = Prohibitus hac die fuit Liber inscriptus: *Del Matrimonio Discorso di Antonio Cocchi Mugellano*. Itemque impressus alibi cum titulo altero: *Del Matrimonio Ragionamento di un Filosofo Mugellano; Edizione seconda coll'aggiunta di una Lettera ad una Sposa, tradotta dall' Inglese da una Fanciulla Mugellana*.

1763. 28. Mart. *In Ecclesiis omnibus PP. Recollectorum Nationis Germanobelgicæ singulis Feriis III., quibus Expositio in iis agitur Venerabilis Sacramenti, Indulgentia Plenaria in perpetuum tempus conceditur, operibus implendis impletis.*

CLEMENS PAPA XIII.

Universis Christifidelibus præsentes Literas inspecturis Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

AD augendam Fidelium religionem, & Animarum salutem Cœlestibus Ecclesiæ Thesauris pia charitate intenti, omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus verè pœnitentibus, & confessis; ac Sacra Communione refectis, qui Expositioni SS. Sacramenti, de Ordinariorum Locorum respective licentia in Ecclesiis Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Recollectorum nuncupatorum Provinciarum Germaniæ, ac Belgii singulis Feriis tertiis totius Anni faciendæ, per aliquod temporis spatium devotè interfuerint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, qua Feria prædictarum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & Remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. = Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 28. Martii 1763. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

N. Card. Antonellus.

= Concessa dudum, die nempe 28. proximi Januarii, eadem Indulgentia fuerat in ipsis Feriis III. totius Anni ob eamdem Expositionis caussam; sed in Ecclesiis dumtaxat Coloniensis Provinciæ ipsorum PP. Recollectorum, & ad Septennium tantùm. Hinc A. R. P. Honorius Cordier Commissarius Generalis inclytæ illius Nationis Germanobelgicæ, oblato supplici Libello; Summum Pontificem exoravit, impetravitque per Breve relatum, ut Indulgentia eadem extenderetur, & in perpetuum quoque, ad omnes, & singulas Nationis Ecclesias: *cum in iis* (ut ipse in Libello ajebat) *prædictis singulis Feriis tertiis totius Anni fiat Expositio SS. Sacramenti*, in honorem scilicet S. Antonii Patavini.

1763: 29. Mart. *Indulgentia Portiunculæ in Missionum Ecclesiis Nationis ejusdem ad Octiduum extenditur, semel tamen spatio Octidui a Fideli unoquoque lucranda.*

EX audientia SSmi die 29. Martii 1763. SSmus Dñus Noster Clemens PP. XIII., ex speciali gratia attentis peculiaribus circumstantiis, Indulgentiam Plenariam in perpetuum concessam omnibus Ecclesiis Ordinis Minorum S. Francisci die 2. Augusti, Portiunculæ nuncupatam, extendit in omnibus, & singulis Ecclesiis (*a*) FF. Recollectorum præfati Ordinis S. Francisci ad totam Octavam, ita tamen, ut semel (*b*) spatio octidui ab unoquoque Christifideli lucrari valeat. Voluitque Sanctitas Sua, hanc gratiam suffragari futuris perpetuis temporibus absque ulla Brevis expeditione. = Datum Romæ ex Secretaria S. Congregationis Indulgentiarum die, & anno præfatæ Audientiæ.

J. de Comitibus S. Congregationis Secretarius.

= (*a*) Nempe *In Ecclesiis Missionum FF. Recollectorum Nationis Germanobelgicæ*. Quo pertinet Clausula: *ex speciali gratia attentis peculiaribus circumstantiis*. Fuit enim petita extensio hæc a P. Agente Aloysio Lauterman, instante P. Andrea Pauli, Provinciæ Germaniæ Inferioris Ex-ministro, ac Missionum Præfecto. Fuitque petita *ob defectum Sacerdotum Confessariorum in illis Missionibus, ita ut Populus non posset in uno die Sacramentis necessariis refici*. Spectat igitur extensio hæc ad prædictas tantummodò Missionum Ecclesias. Ac re ipsa, ut accepimus, in Ecclesiis aliis eximiæ Nationis ejusdem Germanobelgicæ consecutio Indulgentiæ Portiunculæ circumscribitur unica Ecclesiastica die

2. Au-

2. Augusti, ot in reliquis Franciscanis Ecclesiis.

(*b*) Hoc est, una tantum die intra Octiduum. Non rarò quidem Gratia, quæ postulatur, conceditur derogato simul Privilegio aliquo postulantis. Sic Diaconis Regularibus a Summo Pontifice per Rescriptum concedi Gratia solet, ut, non obstante defectu sex Mensium ætatis, promoveri ad Sacerdotium possint; sed derogato tamen Privilegio Ordinationis extra Tempora, positaque in Rescripto limitante clausula, *in Temporibus a Iure statutis*; volente scilicet Pontifice Gratiam supplicanti facere super defectu illo, ea tamen conditione, ut ipse eo casu uti non possit Privilegio Ordinationis extra statuta Tempora, quo aliàs gauderet, & uti posset, si in præscripta ætate ad Presbyteratus Ordinem promoveretur. At verò istiusmodi minimè fuit mens Clementis Pontificis in relato Decreto, ut nempe die 2. Augusti, & per Octavam in illis Missionum Ecclesiis nonnisi unicam Indulgentiam Plenariam Fidelis quisque posset acquirere.

Nam primò testatur disertissimè Pontifex, se ad Octavam extendere *Indulgentiam Portiunculæ*. Jamverò eidem illi *antiquissimæ, constantique traditioni* (ot verbis utar Benedicti XIV. de Synod. Diœc. Lib. 13. cap. 18. n. 4.), *ac tacita, vel expressa Romanorum Pontificum confirmatione roboratæ*, coi *innititur cum nonnullis Indulgentiis* aliis *Indulgentia Portiunculæ*, & cujus vi ista cum illa *sine temeritatis nota* (ut ibidem Benedictus inquit) *in dubium revocari nequit, quamvis authenticum earum Indultum non proferatur*; eidem, inquam, traditioni antiquissimæ, constantissimæ, universali innititur iterata pluries Indulgentiæ Portiunculæ acquisitio, iterata pluries intra spatium unius Diei Ecclesiasticæ visitatione Ecclesiæ: quemadmodum pridem fuit a Scriptoribus multis luculentissimè demonstratum. Consule P. Flaminium a Latera (Dissertat. Critico-Histor. dissert. 2. n. XXV. & seq. pag. 70. & seqq.), P. Honorium à Summaripa Nemoris (*Indulg. Portiunc. veritas* &c. dissert. 3. propos. 2. prob. 2. p. 235. sub fin. & seqq.), aliosque alibi laudatos (sub d. 27 Febr. 1760. Not. *b.*, & *g.* p. 355.).

Hinc factum, ut *Indulgentia Portiunculæ* ex vetustissimo, constantissimo, communi Fidelium loquendi usu Indulgentiam significet non simplicem, & ordinariam, sed privilegiatam, & extraordinariam, quæ, repetita iterùm & sæpiùs, intra unius Diei Ecclesiasticæ spatium, visitatione Ecclesiæ, iterùm & sæpiùs acquiri possit. Porrò in interpretandis Dispositionibus quibuscumque, loquendi usus & consuetudo inspicienda est: quæ tantum potest, ut etiam si propria significatio vocis alia sit, nihilominus proprietati vocis significatio *usualis* præferri debeat; ut passim Jurisperiti docent cum Bartolo (in L. *Non dubium* C. de legib., in L. *Labeo* ff. de supellectile legata, & in L. 1. ff. de suis, & legitim. hæredib.), & cum Panormitano in Proœm. Decretal., ubi latissimè Felinus plurima congerit. Addo, quod significatio prædicta, civilis etiam seu juridica *Indulgentiæ Portiunculæ* significatio est: sicuti ex Apostolicis Literis Bonifacii IX., Eugenii IV., Innocentii VIII., Sixti IV., Leonis X., aliorumque Summorum Pontificum compertum fit. Adi Scriptores, quos supra commemoravimus (§. præc. ad calc.).

Ergo cum Pontifex in hoc Decreto disertissimè dicat, *Indulgentiam Portiunculæ*, hoc est, Indulgentiam, quæ comparari pluries potest intra unius tamen Diei Ecclesiasticæ limites, extendere se ad totam Octavam; consequenter quod subjicit, *ut semel spatio octidui lucrari valeat*, id non ita debet intelligi, ut non possit, nisi Indulgentia unica, lucrifieri Octidui spatio; sed ita, ut Indulgentia Portiunculæ ab unoquoque Fideli non in omnibus diebus Octidui contra ipsius Indulgentiæ indolem; sed in uno tantùm Octidui die acquiri possit. Verba siquidem in Dispositione quacumque accipienda sunt *secundùm subjectam materiam*, videlicet secundùm naturam, & qualitatem rei, actus, personæ, ad quam in ea Dispositione referuntur (C. *Constitutus* de religios. domib., C. *Solitæ* de major. & obed., Menoch. de Præsumpt. lib. 3. præsumpt. 104. num. 28., Gonzal. ad Reg. 8. Cancellar. Gloss. 84. n. 53. 54. 57., Card. Tusch. Pract. Conclus. To. 8. litt. V. concl. 95. n. 15., Castill. Controv. Lib. 5. Part. 2. c. 84. n. 5. 10. 15. 26.).

Maximè verò, quod ea dictio, *semel*, prædictum sensum admittat propriè etiam accepta: quippequæ secundùm materiam, ad quam refertur, nunc diem, nunc hebdomadam, nunc mensem, nunc etiam annum significat. Ut puta cùm dicitur Indulgentia Jubilæi universalis spatio vigintiquinque annorum semel tantùm acquiri posse; hoc unum dicitur, Indulgentiam Jubilæi uno tantùm anno intra spatium vigintiquinque annorum acquiri posse; minimè verò dicitur, unicam illiusmodi Indulgentiam posse eo temporis spatio comparari, cum ea pluries possit, repetitis pluries injunctis operibus, lucrifieri (apud Ferrar. v. *Iubilæum* art. 1. n. 61.).

Sed etsi vox, *semel*, propriè sumpta sensum illum non pateretur; nihilo tamen minus in eum sensum esset intelligenda. Verba siquidem, ut conveniant materiæ, de qua in respectiva Dispositione agitur, debent etiam contra propriam significationem ad sensum improprium detorqueri (§. *Nunc autem admonendi*, ubi Gloss. in v. *dederint*, Instit. quib. alienare licet vel non, Card. Tusch. loc. supr. cit., Gemin. Cons. 122. n. 3. vers. *Et facit*, Alexand. Cons. 86. col. 2. vers. *Nec obstat*, & vers. *Si dicatur*, &c.).

Denique per verba potiùs præcedentia declarantur sequentia, quàm illa per hæc (Cephal. Cons. 156. n. 10. ac seq., & Cons. 351. n. 38., Paris. Cons. 23. n. 118. Lib. 1.). Quandoquidem magis convenit, ut præcedentia influant in sequentia, quàm hæc in illa (L. *Talis scriptura*, & ibi Bart., de legat. 1., Abb. in C. *Secundò requiris* de appell., Cart. in L. *Quisquis* de legat. 3., Bero. Cons. 77. n. 18. lib. 2., Jas., in L. *Pacta* de pactis).

Præterea, si vocabuli, *semel*, non is sensus foret, quem supra diximus, absona plura consequerentur. I. Decretum istud sibimet non constaret, & repugnantia sibi invicem contineret. Nam *Portiunculæ Indulgentiam*, qua antea illæ Missionariorum Ecclesiæ una cum aliis Franciscanis Ecclesiis ex concessione Summorum Pontificum potiebantur; eam, inquam, Indulgentiam in illis Missionum Ecclesiis ad Octavam Clemens extenderet, & non extenderet. Extenderet, quia id ipse apertissimè profitetur. Non ex-

extenderet autem ad Octavam, spoliaret imo easdem Ecclesias Portiunculæ Indulgentia, qua gaudebant antea io die 2. Augusti: quia Indulgentia, quæ pluries lucrifieri non potest, Indulgentia est ordinaria, & communis, non *Indulgentia Portiunculæ*. Contra verò, ut Principis Dispositio sibi cohæreat, aliove quovis vitio careat, quælibet suménda interpretatio est, verba etiam, si opus sit, protendendo ultra proprium sensum, & ad sensum quoque improprium inflectendo (C. *Si Civitas* de sent. excomm. io 6., C. *Significavit* de Judæis cum observat. Navarr. in Summ. c. 27. n. 51., Gloss. peoult. in C. 2. de usur. in 6., Felinus, qui refert alios, in C. *Translato* de const. n. 84., Tiraquell., & apud eum alii plures, in Leg. Connub. Gloss 15. n. 115.).

II. *Membranam frustra occuparent* verba illa, quæ post verba, *Indulgentiam Plenariam*, in Decreto leguntur adjecta, scilicet, *concessam omnibus Ecclesiis Ordinis Minorum S. Francisci*, *Portiunculæ nuncupatam*. Etenim Indulgentia, semel lucranda, non est Indulgeotia illa a Summis Pontificibus *concessa omnibus Ecclesiis Ordinis Minorum S. Francisci*, *Portiunculæ nuncupata* (ex dictis supr. §. *Nam primò*, & seq.). Itaque verba hæc superfluerent: quando in Dispositione qualibet verba non debent esse supervacanea (C. *Si Papa* in fin. de priv. in 6., C. *Si a Judice* de appell. eod. lib. 6., L. fin. ff. nequid in loco publ., Card. Tusch. Pract. Concl. Tom. 7. litt. S. concl. 895., ac To. 8. litt. V. concl. 85.). Imò ne minimum quidem verbum, ne minima quidem syllaba esse debet sine ministerio aliquid operandi (Card. Tusch. cit. litt. V. concl. 85. n. 5., Roland. a Valle Cons. 61. n. 19. Lib. 3., apud quos alii).

Quare si Indulgentiam unicam concedere Pontifex voluisset; sine illo superfluarum vocum circuitu, rotundè dixisset, ac concedere a die 2. Augusti ad octavum diem *Indulgentiam Plenariam* in Ecclesiis illis, semel tantùm ab unoquoque lucrandam. Tunc enim vox *semel*, cum referretur ad Indulgentiam simplicem, & communem, unicam Indulgentiam designasset. Quemadmodum P. Ministro Generali Clemanti Panormitano roganti, ut concederentur Indulgentiæ Sanctuariorum quorumdam Fratribus sui Ordinis, septies, vel ter circumeuntibus Claustrum, & visitantibus certum Altare; ipsemet Pontifex, quia nolabat Indulgentias, quæ petebantur, largiri; sine verborum ambagibus apertè rescribendum jussit, ea Religiosis prædicta peragentibus *Indulgentiam Plenariam* semel in Anno lucrifaciendam concedere (vid. supr. ad d. 28. April. 1758. p. 297. B.). Ac Benedictus XIII., cum Indulgeotias omnes pro Vivis intra spatium Anni Sancti 1725. suspendisset de more; supplicante postmodum P. Joanne Thono tunc Agente Nationis ejusdem Germanobelgicæ, Fidelibus visitantibus Nationis Ecclesias in Portiunculæ Festo non dixit se concedere *Indulgentiam Plenariam*, *Portiunculæ nuncupatam*; sed, æquè ac *in Festis SS. Francisci*, *& Antonii* (pro quibus etiam Festis petita a P. Agente Indulgentia fuit), simplicem *Indulgentiam Plenariam* clarè, aperteque concessit Rescriptó edito 4. Maji 1725.

III. Extensio illa ad Octiduum cassa, inutilis, vana fuisset. Postulata namque ea fuit extensio, proptereaquòd *ob defectum Confessariorum in illis Missionibus*, *Populus non posset in uno die Sacramentis necessariis refici* (supr. Not. *a*). Nullius autem ex Indulgentiis aliis, quas Fideles per Annum in Ecclesiis iisdem lucrantur, postulata ad Octavam extensio fuit. Quid ita? Quia scilicet ad privilegiatam illam Portiunculæ Indulgeotiam, toties comparandam, quoties visitaretur Ecclesia, ingens confluebat Fidelium multitudo; ad Plenarias verò Indulgentias communes non item, sed ita mediocris concurrebat Fidelium numerus, ut posset in uno die Sacramentis necessariis refici. Ergo si voluisset Pontifex Portiunculæ Indulgentiam in iis Ecclesiis ad Indulgentiam unicam redigere; perinde fuisset, ac Populi concursum redigere ad eum numerum mediocrem, qui consueverat confluere ad Indulgentias communes; ideoque inanis, & supervacua fuisset extensio. At verò Dispositio quælibet ita est interpretanda, ut non sit inutilis, & elusoria; quemadmodum Jura, & Doctores clamant (C. *In his*, & ibi Gloss. in v. *ex indulgentia*, & Abb. in princ., de privil., aliaq. Jura, & DD. passim).

Accedit huc, quod illas Evangelicorum Operariorum Ecclesias, qui in Vinea Domini laborantes inter Ecclesiæ hostes, favores potiùs Apostolicæ Sedis, quàm molestiam ullam promerebantur, spoliasset Clemens coram Fidelibus Regionum illarum sine caussa ad id idonea (nam si aliqua talis caussa extitisset, non Indultum sanè, quo poterant illi non uti, sed mandatum, & præceptum ipse dedisset); spoliasset, inquam, eas Ecclesias insigni illa possessione famigerati antiquissimi Privilegii, in die quoque ipsa 2. Augusti: in qua tamen possessione aliæ omnes sui Ordinis, ceteræque Franciscanæ Ecclesiæ conservatæ, ac retentæ semper fuerunt ab eadem S. Sede, & ab ipsomet Clemente XIII. Adeundus Perusinus (Part. I. p. 517. A. init., & p. 518. A. in fin., ubi refert iteratum Decretum S. Cooğñis Concilii); necnon Authores supra laudati (in §. *Nam primò*). Vid. & supr. ad d. 27. Febr. 1760. p. 354. B.).

Simul autem tum illos Evangelii Ministros, tum Fideles alios in medio frigore infidelitatis positos, quorum fervorem spiritualibus potiùs donis etiam atque etiam incendi convenit, quàm tepefieri, privasset in die quoque 2. Augusti, etiam eos, qui in ea die 2. Aug. Confessionem, & Communionem potuissent explere, pio illo solatio visitandi pluries Ecclesias, de quibus agitur, cum fiducia lucrandi pluries Plenariam Indulgentiam.

Atque hanc novitatem Clemens voluisset induci in illis potissimùm Missionum Locis: quando cùm generatim novitas quælibet periculosa est, dicente S. Augustino, *Ipsa mutatio consuetudinis*, *etiam quæ adjuvat utilitate*, *novitate perturbat* (ad Inquisit. Januar. Lib. I., seu Epist. 54. n. 6. in fin.); tum præsertim in Regionibus illiusmodi a quolibet Viro prudente timenda est.

Hæc porrò omnia cum in prudentissimo, clementissimoque, & Animarum salutis studiosissimo Pontifice verisimilia nullo modo sint; falsum consequenter est, voluisse eumdem per particulam, *semel*, Plenariam Indulgentiam unicam designare. Quandoquidem verisimile quod non est, falsum in Jure præsumitur; proindeque nec dici, nec credi, nec attendi debet (L. fin. in princ. ff. quod met. caus., C. *Quia verisimile* de præsumpt., Mascard. de Probat. concl. 740. n. 35., Tiraquell. in L. *Si unquam* in princ., n. 40., C. de re-

= revoc. donat., Riminald. jun. Cons. 561. n. 15. & seq.),

= Quæ omnia necesse fuit hic persequi ad præcavendos cavillos, quos in hoc argumenti genere deesse minimè solere, experientia diutina commonstravit.

1763. 30. Mear. *Ejecti,*
si resipuerint, debent iterùm recipi. Simul etiam alia quædam cu iis, quæ ad ipsos pertinent, illustrantur.

Essendosi considerato quanto è stato rappresentato coll' annesso Memoriale dato a nome di Frà *N. N.* Religioso Laico della Provincia di *N.*, Questi Emi Signori (*a*), dopo aver inteso il P. Commissario Generale di Curia, anno commesso a V. P. Rma (*b*), che a norma de' Decreti del Sagro Concilio (*c*) di Trento, Costituzioni (*d*) Apostoliche, e dell' Ordine (*e*), il suddetto Oratore venga ricevuto, ed ammesso (*f*) all' Abito di Terziario per un Triennio in un Convento di altra (*g*) Provincia fuori di quella di *N.*, in cui sia trattato caritativamente, e dopo il lasso di detti tre anni, se il medesimo a giudizio de' PP. Definitori avrà dati segni di vera emendazione, ed osservanza Regolare potrà di nuovo renderglisi (*h*) il Cappuccio. Il Segretario della Sagra Congregazione de' Vescovi, e Regolari lo significa a V. P. Rma per la dovuta essecuzione, ed in tal congiuntura le rassegna la sua distinta stima.

Di Casa li 30. Marzo 1763.

S. Bonaccorsi Segretario.

= (*a*) Nempe Emi Cardinales negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositi.

= (*b*) Rmo P. Commissario Generali Familiæ Paschali Varisiensi.

= (*c*) De Regularibus expulsis in Decretis Sac. Tridentinæ Synodi nihil actum nominatim invenio. Sed tamen id, quod Sacra Congregatio in hoc suo Epistolio Rmo P. Commissario Generali demandat, apertè deducitur ex iis, quæ a S. Synodo secundùm Sacros Canones in quibusdam Decretis suis præscripta sunt (Sess. XIV. de reform. cap. 11., Sess. XXV. de Regular. cap. 16. & 4.).

= (*d*) *Constitutionum Apostolicarum* vocabulum latè acceptum Decreta quoque significat, & partem alias Ecclesiastici Juris scripti; sicut adnotant Glossa, & Doctores in Titul. *De Constitutionib.* in 6. Quinetiam Decreta condita a SS Congregationibus ex Auctoritate Pontificis peculiari, seu ipsis specialiter attributa, *Bullæ* etiam nominantur: uti Decreta Urbani, & Innocentii, de quibus mox (vid. apud Perusin. Part. II. p. 123. A. circa med.).

= Tres autem Constitutiones circa Ejectorum receptionem potissimæ sunt. Prima S. M. Gregorii IX., relata in Libro III. Decretalium (Tit. *de Regularibus* in Capite finali, cujus initium, *Ne Religiosi*). Altera Urbani VIII. incipiens, *Sacra Congregatio*, Decreta scilicet de Apostatis, & Ejectis, 21. Septembr. 1624. Tertia Innocentii XII., *Instantibus*, 24. Julii 1694.

= Prior illa sic habet: *Ne Religiosi, vagandi occasionem habentes, salutis propriæ detrimentum incurrant, & sanguis eorum de Prælatorum manibus requiratur; statuimus, ut præsidentes Capitulis Generalibus celebrandis secundùm statutum Concilii Generalis, seu Patres Abbates, seu Priores, fugitivos suos, & ejectos de Ordine suo, requirant solicitè annuatim. Qui si in Monasteriis suis recipi possunt secundùm Ordinem Regularem, Abbates, seu Priores eorum, monitione prævia, per Censuram Ecclesiasticam compellantur ad receptionem ipsorum, salva Ordinis disciplina. Quod si hoc Regularis Ordo non patitur, auctoritate Nostra provideant, ut apud eadem Monasteria in locis competentibus, si absque gravi scandalo fieri poterit, alioquin in aliis Religiosis Domibus ejusdem Ordinis, ad agendam ibi pœnitentiam, talibus vitæ necessaria ministrentur. Si verò hujusmodi fugitivos, vel ejectos inobedientes invenerint, eos excommunicent, & tandiu faciant ab Ecclesiarum Prælatis excommunicatos publicè nunciari, donec ad mandatum ipsorum humiliter revertantur.*

= Hæc Decretalis in Urbanis Decretis de Apostatis, & Ejectis innovatur in hæc verba (§. 11.): *Ac postremò censuit* (Sac. Congregatio Concilii Tridentini), *esse innovandam, & suæ Beatitudinis auctoritate innovat Constitutionem fel. rec. Gregorii IX. relatam in Cap. final. de Regular.: ac præterea declarat, eam Constitutionem in iis quoque vendicare sibi locum, servandamque esse, qui justè, definitiveque, ac juris ordine servato, expulsi fuerint; dummodo tamen in expulsis hujusmodi subsit spes evidens emendationis ex literis saltem testimonialibus Ordinarii, cujus conscientiam in his literis concedendis Sac. Coetus seriò oneravit.*

= Præcipitur deinde in Decretis iisdem (§. 12.) Superioribus omnibus tum Generalibus, tum Provincialibus, & Localibus, ut Decreta eadem *diligenter observent, & observari procurent in omnibus Cœnobiis, ac Monasteriis &c. quorumcumque Monachorum, ac Regularium, ubique locorum existentibus; efficiantque, ut in singulis hujusmodi locis ...., bis saltem in Anno, in publica Mensa legantur.*

= Ac §. 13. in eosdem, si adversus illa, vel eorum aliquod quoquo modo facere, vel moliri præsumpserint, sanciuntur Pœnæ, ipso facto incurrendæ, & S. Sedi reservatæ, Privationis omnium Officiorum, Vocisque activæ, & passivæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda. Decernitur quoque *irritum, & inane, quidquid secus a quoquam actum extiterit.* Derogaturque §. seq. *Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in favorem quarumcumque Personarum, atque Ordinum tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Congregationum, Monasteriorum, Conventuum* &c., *necnon illorum, etiam iuramento* &c. *roboratis, Statutis, vel Consuetudinibus, etiam immemorabilibus,* ac Privilegiis quibuscumque; ut ibi latiùs videre licet.

= Tertium est Decretum Sac. Conghis Particularis ab Innocentio XII. deputatæ, in quo sic decernitur §. 1.: *Quod, firmis, ac in sua robore semper manentibus prædictis Decretis* (Urbanis) *de Apostatis, etiam secundùm eam partem, ubi agitur de Ejectis, & Ejiciendis, tanquam Sacris Canonibus, & communiori SS Patrum menti conformibus; quoad Ejectos eadem serventur, quæ in alio simili Decreto, hoc præsenti die emanato, de Apostatis, & Fugitivis statuta sunt, & indulta.* Scilicet, firmis semper manentibus Urbanis Decretis, voluit Pontifex, ut Ejectia etiam suffragaretur Indultum edi-

= tum

tum eadem die 24. Julii pro Regularibus Apostatis, & Fugitivis *pro ea vice tantum*, *si resipiscerent*, & intra tempus, in eodem Indulto præscriptum, *se præsentarent*, *absque spe ulterioris Indulti*. Refertur Indultum istud in Bullario præstantissimi Ordinis PP. Prædicatorum (Tom. VII. p. 358.).

Ex Constitutionibus istis, & ex mandato S. Congregationis Episcopor. & Regular. in Epistola, quam initio retulimus, de recipiendo Ejecto Oratore *ad normam Constitutionum* ipsarum; ex iis, inquam, enecta, & profligata manet quorumdam Authorum opinio, qui, pauci ii quidem, existimarunt, Superiores non teneri, ideoque cogi non posse, Ejectos recipere, tametsi redeant emendati. Crassus enimverò, ac perniciosus error hic est: quem satis mirari non possumus in mentem cadere potuisse doctorum Virorum contra luculentissima S. Sedis Decreta.

Caussantur ipsi, Decreta loqui de Regularibus cum Regulari Habitu ejectis, quos concedunt debere ab Ordine resipiscentes admitti. At verò Ejectio cum Habitu tum absurdissima foret in summum dedecus, & ignominiam Ordinis ob scelestam vitam, quam vivere Expulsi solent; tum verò per ea ipsa Decreta perspicuis verbis excluditur. Statuunt enim Urbani Decreta, ut *Ejecti, quamdiu non redierint ad Religionem, in Habitu Clericali incedant*. His autem verbis Regularis Vestis excluditur ex Curiæ stylo in Decretis hujusmodi, ex communi Auctorum sententia, ex praxi quoque in Expulsione servata, ex Formula demum ipsa Sententiæ Ejectionis, de qua infra mentio fiet, & ex Formulis tum Literarum ad Ordinarium loci, tum Literarum testimonialium, quas utrasque inter alios refert P. Lucius Ferraris (v. *Ejicere* n. 37. & 40.). Vide etiam infra (§. *Sed et*) Benedicti XIV. gravissimum testimonium.

Addunt, fuisse Ejectum per Sententiam perpetuam condemnatum, ut extra Ordinem vivat. Falsum id planè. Neque enim unquam Apostolica Sedes Prælatis Regularibus facultatem attribuit, ut *de Monacho* possent *non Monachum* facere. Facultatem solam indulsit, ut *incorrigibiles possent ejicere* ex incorrigibilitatis caussa. Caussa igitur ejectionis cessante, cessabit effectus: ut rectè colligit Peyrinus, & cum ipso Ameous (Tract. de Incorrigibil. Expuls. Par. 3. qu. 10. n. 70. ad calc.). Sed num opus est rationibus, postquam S. Sedes disertissimè inquit (ut vidimus supra): *quamdiu non redierint ad Religionem*? postquam Eadem innovavit expressè Decretalem Gregorii IX., quæ Ejectos requirendos, recipiendosque imperat? postquam demum se velle Decreta isthæc *firma semper manere*, in Decreto Innocentiano supra descripto testata est?

Regerunt, Decreta ista contrario usu abrogata fuisse; non animadvertentes, Gregorium IX. in sua illa Constitutione, & consequenter Urbanum, & Innocentium, qui Constitutionem eamdem innovarunt, & confirmarunt, eo modo statuisse ob rationem illam, *ne videlicet Religiosi, vagandi occasionem habentes, salutis propriæ detrimentum incurrant, et sanguis eorum de Prælatorum manibus requiratur*. Numquid igitur contraria Prælatorum consuetudine abrogari id potest, quod nisi fiat, *Religiosorum sanguis de Prælatorum manibus requiretur*? Obligatio certè hujusmodi non est solius Juris humani; non fuit a Gregorio IX. primùm imposita; sed ex Jure Divino consurgit, quod abrogari, vel derogari consuetudine nulla, etiam antiquissima, etiam immemorabili, potest. Etenim consuetudo quæcumque, Divino Juri adversa, non est, nisi abusio, nisi corruptela, nisi erroris, & peccati vetustas. Vide supra sub d. 2. Augusti 1757. (Not. *c* §. *Neque vero*, & sequentib.)

Accedit, quod Decreta de Apost. & Eject. *bis saltem in Anno in publica Mensa legenda* sunt. Quare, etiam si humani Juris dumtaxat essent omnia in iis contenta, tamen contraria nulla veri nominis consuetudine vinci ulla ex parte possent. Nam consuetudo legitima esse debet *legitimè præscripta* (C. *Cum tanto* 11. in fin. de consuet.). Ad Præscriptionem autem legitimam, ultra tempus definitum a Jure vel 10., vel 40. Annorum, necessaria est eodem illo tempore bona fides, seu probabilis præscribentium ignorantia (C. *Quoniam* 20. de præscript.). Ignorantia verò probabilis locum non habet in Lege, quæ bis quotannis publicè denuntiatur.

Accedit insuper Decretum irritans (supr. §. *Ac* sub med.): quod Decretum contrariæ cujuslibet Consuetudinis ipsum quoque initium impedit, præfocatque. Vid. supr. sub d. 28. Febr. 1761. (Not. *b* §. *Adde huc*, & seq.), & sub d. 27. Nov. ejusd. Ann. (n. XI. & Not. *b*.).

Denique in plena sua vi ac robore Constitutiones illas persistere, si aliud nullum argumentum extaret, evidenter pateret ex hoc ipso Epistolio S. Congregationis Episcopor., & Regularium, quod Oratorem ejectum, qui ad cor redierat, esse iterum in Ordinem admittendum jubet *ad normam Constitutionum* illarum.

Est quoque nonnemo inter Authores, qui autumet, per Decretum Innocentii XII. sublatam obligationem fuisse annuæ Ejectorum requisitionis, & reductionis ad Claustra; ac probabile solùm existimet, teneri Religionem se offerre ad eos recipiendos, si de illorum emendatione evidenter constet. Ducitur is ratione illa, quod nempe in Decreto Innocentii XII. post verba, quæ ante retulimus (§. *Tertium*), statim addatur: *Quodque ad præscriptam legem S. M. Gregorii IX. in Cap. final. de Regular. annuatim Fugitivi requirantur, & respectivè cogantur ad Claustra reverti*; nulla hic facta de Ejectis mentione, sed solùm de Apostatis, cum tamen paullò ante in eodem §. de utrisque, ac præsertim de Ejectis agatur.

At licet obligatio illa esset Juris solùm humani (quod contra se habet, ut dictum est); quandonam in Facultate legali auditum est, per Legem posteriorem, quæ partem aliquam anterioris Legis servandam jubeat, eo ipso aliam, aliasve partes abrogari Legis anterioris? Qui unum affirmat, alterum ille non negat; nec qui negat unum, affirmat alterum (Leg. ult., §. 1. & ibi notat., ff. de legat. 2., Leg. 1. circ. princip. ff. de edend., cum concord.). Ut derogatio admittatur, necesse est, Lex posterior vel *contrariè*, vel *contradictoriè*, sicut Scholæ loquuntur, priori Legi opponatur; ac proinde de subjecto eodem affirmet una, quod negat altera. Ac necesse quidem est, ut opponatur certò, manifestè, perspicuè; adeout oppositio illa declinari non possit ne intorquando quidem verba ad sensum improprium. Quæ conditiones nisi confluant simul; adstrui Legis correctio nulla ratione potest (Bordon. Oper.

Tom.

Tom. 4. Part. 2. Variar. Resol. resol. 149. n. 35. 77. 85. & 114., Reiffenst. in Libr. I. Decretal. tit. 2. n. 494., Gaudent. a Janua de Visit. Tom. 2. Cap. 7. dub. 17. sect. 3. in *Notitia addita de Tertiar.* ante n. 38., & apud eos Glossæ duæ, Abbas, Felinus, Beroua, alii). Ubinam verò in Decreto, de quo agitur, istiusmodi oppositio est? Quin contrà in illo Pontifex paullò ante protestatur se velle, *firma, ac in suo robore semper manere prædicta Decreta de Apostatis, etiam secundum eam partem ubi agitur de Ejectis, & Ejiciendis, tanquam sacris Canonibus &c. conformia*; quos inter Canones numeratur præcipuè Canon ille Gregorii IX. *Ne Religiosi*, qui in Decretis iisdem innovatur, & declaratur.

Itaque etsi nobis penitùs esset ignotum, cur in objectis verbis Fugitivorum requisitio, & reductio expressæ fuerint, non autem Ejectorum; perperam inde colligeretur, verba illa *taxativè* esse intelligenda, quasi dictum fuisset, Fugitivos *tantummodò* requirendos esse, ac reducendos. Etenim, ut quædam Lex dicit, *non omnium, quæ per Leges statuuntur, ratio reddi potest* (L. *Non omnium* ff. de legib.): ideoque non semper Legis ratio investiganda est (L. *Et ideo* ff. eod. tit.).

Ceterum ejus rei ratio satis intelligitur, si attendatur, illic non absolutè præcipi, ut Fugitivi requirantur, & redire cogantur; sed ut hæc fiant *ad præscriptam legem S. M. Gregorii IX.* Hoc autem in Urbanis Decretis de Ejectis quidem fuerat clarè, diserteque statutum; de Fugitivis verò non ita, ut interclusus omnino aditus fuisset cavillis, qui nunquam in hoc genere defuerunt.

Nam in Decretis Urbanis fuit certè in §. *Rursus* circa Fugitivos mandatum, ut *Superiores teneantur eos perquirere, ad Religionem reducere, atque efficere, ut apprehendantur*; sed non continetur in his verbis integra, & quoad omnes suas partes, illa *præscripta lex S. M. Gregorii IX.*, de qua infra dicetur (Not. e §. *Casus tamen*, & §. seq. *Si verò*).

In §. autem, *Ac postremò*, innovatur utique in iisdem Urbani Decretis Constitutio Gregorii IX. At cum in tribus §§. præcedentibus non agatur, nisi de Expulsis, atque in eo ipso §. subjungatur statim Constitutionis illius declaratio ad solos pariter Ejectos pertinens; videri hinc poterat, ac facile videbatur tunc Superioribus nonnullis, illam pariter Gregorianæ Constitutionis *innovationem* nonnisi ad Ejectos spectare. Quare ut nullus prorsus effugio huic superesset locus, opportunum censuit Sac. Congregatio in Decreto Innocentiano edicere, ut Fugitivi perquirerentur, & cogerentur redire juxta *præscriptam legem S. M. Gregorii IX.*

Utcumque sit, illud esse exploratissimum debet, nullam ibi derogationem contineri, ut supra monstratum est.

Quæ hucusque diximus, egregiè confirmat doctissimus Pontifex Benedictus XIV. in eximio suo Opere *de Synodo Diœcesana*: quod Anno 1755., a Pontifice ipso recognitum, in lucem rursus editum fuit. Ita enim ait is (Libr. 13. cap. 11. n. 20.): *Ex iisdem Decretis anni 1624.* (Urbani VIII. de Apost. & Eject.) *omnis conticescit disputatio* (hoc est, in dubium ampliùs revocari non potest), *an, etiam post legitimam ejectionis Sententiam, Religio* REDITUM EXPULSI URGERE, *ipsumque reducem excipere debeat, quotiescumque Ordinarius, in cujus Diœcesi domicilium habuit, fidem faciat de ejusdem probata vivendi ratione, emendatisque, & ad virtutem compositis moribus, quorum certas habeat* (Ordinarius idem), *& validas probationes.* Subdit hic Pontifex in hujus rei confirmationem integrum paragraphum, *Ac postremò*, supra commemoratum.

Ibidemque n. 30., *In Urbani VIII.*, inquit, *& Innocentii XII. Decretis cavetur*, DEBERE *Religionem alumni sui ejecti* REDITUM URGERE, *eumque iterum in sinum recipere, quotiescumque Ordinarius, in cujus Diœcesi versatus est, tale de illo testimonium perhibeat, ut eum conjicere liceat re ipsa ad bonam frugem rediisse.*

Ergo in maximo hoc negotio, in quo de periculo agitur æternæ salutis tum Subditorum, tum Prælatorum, illud probè debet intelligi, & alta mente reponi, quod videlicet qui ejicitur, is e contubernio, ac domicilio Fratrum separatur solùm ad tempus, quousque suos corrigat mores. Ex quo fit, ut Ejectus remaneat verus ejusdem Ordinis Religiosus, Votis ligatus, Regulæ etiam Præceptis obstrictus, quantum status ille Ejectionis patitur. Consule Lucium Ferraris (v. *Ejicere* n. 51.), ac Notam Censuris (ibid. ad seq. num. 52.), simul autem Statutum Generalis Capituli Mantuani 1762. (Session. XV. in fin.).

Fit etiam inde, ut prematur Ejectus quotidiana, imò continua conscientiæ obligatione gravissima revertendi ad sanitatem mentis; curandique modis omnibus apud Superiores suos, tametsi ab iis non requiratur, humilibus precibus, sæpe etiam repetitis, interpellatis etiam, si rejiciatur, Superioribus Generalibus, interpellata etiam, si opus sit, S. Sede, ut iterum in eum Ordinem recipiatur, in quo se Deo obstrinxit per Professionem solemnem ad mortem usque perseveraturum. Quamdiu autem hæc non fecerit; cum per eum stet, quominus ad Claustra redeat, atque ita impleat, quod Deo olim promisit, in periculo erit damnationis æternæ. Quam ob caussam in Decretis Urbanis adjecta lex fuit, suggerente Fagnano, ut Ejecti, utpote existentes *in malo statu*, ab exercitio Ordinum, quos haberent, suspensi manerent.

Superiores vicissim Religionis illius remanent Ejectorum Prælati, & Pastores: ideoque Animarum Ejectorum suorum debent salutem curare, nec eos in profundum malorum delapsos more mercenariorum deserere. Exemplo sibi proposito boni Pastoris, qui suam quoque animam pro suis Ovibus posuit, debent non modò majores Superiores, verum etiam Locales, requirere miseros istos Subditos, & Fratres suos; diligentiam omnem, ac studium in id adhibere, ut Animas eorum lucrentur; monere, hortari, urgere, ut resipiscentes ad gremium, & complexum redeant suæ Matris Religionis; illos, qui evidentem spem emendationis ostendunt, gaudentes, & gratulabundi ad Ovile reducere; obfirmatos verò in nequitia sua excommunicare, & efficere, ut ab Ecclesiarum Præsulibus eousque publicè excommunicati denuncientur, quousque e somno mortis evigilantes ad cor redeant, & humiliter revertantur.

De his omnibus consulendus Fagnanus (in Caput supra relatum Gregorii IX., *Ne Religiosi*, a n. 7. ad 12.): cujus Doctoris, in hac re præsertim, maxima auctoritas est, quippe qui a Secretis erat S. Congregationis Concilii, dum ab

ea ex facultate speciali Urbani Pontificis condita fuerunt, auditis Superioribus Regularibus, Decreta illa *de Apostatis, et Ejectis*, quibus etiam Decretis uti Secretarius subscriptus legitur; omniaque idcircò perspectissima habuit, quæ & a Religionum Superioribus tunc objecta, & ab Emis Patribus in Congregatione dicta, perpensa, statuta sunt. Adeundi quoque Thomas Montalvus (Gloss. fundament. Tom. 2. cap. 4. art. 25. n. 77. 78. 79. init.), Kerckove (in Statut. Germanobelg. cap. 6. §. 18. n. 32. post med.); ut alios mittam, quos habes in Bibliotheca Lucii Ferraris (v. *Ejicere* n. 49. 51. 53., & duob. seqq.).

Ex quibus potest intelligi, quatenus vel probanda, vel improbanda sint ea, quæ aut iidem Auctores alibi, aut alii Auctores tradunt, vel quia scripserint antequam argumentum hoc de Regularibus ejectis pleniùs illustraretur, & constabiliretur, præsertim per Urbana Decreta, quales sunt Navarrus, Suarez, alii, vel quia rem non satis ad Legum lucem perpenderint.

Sic e. c. (ut duo tantùm admoneam) Ludovicus noster ab Ameno in variatione illa, quam in Formula Ejectionis faciendam constituit, *si Ejiciendus* (inquit) *sit Clericus prima Tonsura, et nullo Ordine Insignitus, aut Laicus Conversus*; haud rectè omittit eam clausulam: *quamdiu, vita in melius mutata, veri pœnitens ad Religionem non redierit* (Tract. de Incorrigib. Part. 2. n. 61.). Hæc enim clausula, ut supra vidimus, ad Ejectos universos pertinet, iisque omnibus communis est.

Sed & illa Habitus Ejectorum distinctio, quam cum Novario, aliisque nonnullis ponit ibidem (n.60. in fin. & n.62.), ut nempe tum Clerici, qui ne minoribus quidem Ordinibus initiati sint, tum Laici, seu Conversi, ejiciendi sint cum Veste laica, ceteri autem cum Veste Clerici Secularis; ea, inquam, distinctio & pugnat ex parte cum iis, quæ alibi Auctor docet, & idoneo nullo nititur fundamento.

Nam alibi idem statuit (ibid. Part. 3. Quæst. 3. n. 17.), Conversos, Clericosque prædictos laico Habitu uti non posse, si habeant in suis Domibus, unde vivant. Quod si non habent; non solùm eos, sed & Clericos in minoribus Ordinibus constitutos posse laicam Vestem gestare.

Verùm utcumque illa Habitus distinctio inter Expulsos ponatur; ea certè nullo, ut diximus, fundamento fulcitur. Novarius quidem affert Decretum quoddam Sac. Congregationis, quo perhibet dictum fuisse, quod *Ejectus in Sæculo remanens, si in Ordinibus etiam minoribus constitutus sit, tenetur incedere in Habitu Clericali*: ex quo infert Novarius, & cum eo Lezana, non teneri illum in Clericali Habitu incedere, si in minoribus Ordinibus constitutus non sit (apud Ferrar. v. Ejicere n. 62.).

Atqui etiam si daremus, Decretum istud germanum, & certæ fidei esse; Novarii tamen illatio ne valeret quidem, licèt fingeremus, Decretum idem generale fuisse. Argumentum quippe *a contrario sensu* locum non habet, ubi contrarium alibi reperitur in Jure statutum (C. *A nobis* secundo, ubi Abb., & Felin., de sent.excommun., Gloss. ult. in C.*Significasti* de for. compet.). Eò minùs autem ea argumentandi ratio habet locum in Decreto illo, quod, licèt editum crederetur, editum certè ad interrogationem fuisset. Nam ex eo, quod Sac.Cōgatio interrogata, utrum Ejectus, in minoribus Ordinibus constitutus, teneretur incedere in Habitu Clericali, responderit, *Affirmativè*; non ideò sequitur, quod, si minoribus Ordinibus insignitus non sit, incedere possit in Habitu seculari: ut & quisque per se intelligit, & constat ex dictis (§. *At quandoquam*), & pluries monet in Operibus suis Liturgicis circa Decreta id generis P. Jo. Michael Cavalieri. Contrà autem luculentissima est Urbani Decretorum sententia, præcipientium indistinctè, ut Ejecti incedant in Habitu Clericali.

At verò (excipit hic Amenus) Decreta illa Urbana indefinitè etiam jubent, ut Ejecti ipsi *sint perpetuo suspensi ab exercitio Ordinum: sicut ergo pro solis Ordinatis intelligenda est talis suspensio, licèt indefinitè de omnibus Expulsis pronunciata; ita quoque delatio Habitus Clericalis poterit accipi de iis solis, qui Clerici sunt*.

Verùm nemo est, qui non videat in objecto exemplo latum, perspicuumque discrimen. Quandoquidem repugnat, ab Ordinum exercitio suspendi hominem, qui Ordinem nullum habeat. Quare cum superfluum in Lege verbum nullum ponatur (supr. sub d. 29. Mart. ejusd. An. 1763. Not. *b*. §. *Membranam frustra*); exprimenda ibi non fuit distinctio Expulsos Ordinatos inter, & non Ordinatos. Quis enim adeò hebes, ac stupidus non erat intellecturus, non suspendi ab exercitio Ordinum, nisi Ordinibus insignitos?

At Clericalis Vestis Religioso etiam Laico non repugnat, fatente cum Auctoribus universis ipsomet P. Ameno, qui docet (loc. cit. n. 17.), Expulsum etiam Laicum deferre Clericalem Vestem debere, si habeat in Domo sua, unde sustentare se possit. Ergo si mens S. Sedi non erat obligandi etiam Laicos Clericalia indumenta gestare; non debuissent indumenta isthæc Expulsis indistinctè præcipi, sed distinguendum inter Ejectos ipsos, ac re ipsa distinctum dubio procul fuisset. Lex enim debet esse clara, & aperta, nihilque ambigui in Subditorum captionem, & conscientiarum laqueum continere (supr. sub d. 28. Febr. 1761. Not. *b* §. *Atque hinc* 3.).

Denique præscriptum illud Clericalis Vestis universim omninò intelligendum esse, ex alio Juris principio exploratissimum est. Hæc namque sunt Decretorum verba: *Sic vero ejecti* (ejecti nempe secundùm formam, illic statim ante statutam pro ejiciendis omnibus sive Sacerdotibus, sive inferioribus Clericis, sive Laicis), *quamdiu non redierint ad Religionem, in Habitu Clericali incedant, atque Ordinarii loci jurisdictioni, et obedientiæ subsint*. Quo in loco voces, *Sic ejecti*, quæ significant, ut paullò ante vidimus, Ejectos quoscumque, eæ, inquam, respiciunt, regunt, determinant tum verba, *quamdiu non redierint*, tum verba, *in Habitu Clericali incedant*, tum alia, *Ordinarii loci jurisdictioni, et obedientiæ subsint*. Ergo sicut Ejecti quicumque, quamdiu non redierint, debent Ordinarii jurisdictioni subesse; ita pariter Ejecti quicumque, quamdiu non redierint, incedere debent in Habitu Clericali. Verbum enim, respiciens plura determinabilia, intelligi debet, ut omnia illa æqualiter determinet; atque absonum foret, ut unum idemque verbum, quod pluribus orationis membris commune est, eaque communiter respicit, regit, determinatque, membra illa diversimodè determinaret, ut puta unum latè, alterum restrictè (L. *Jam hoc jure*,

re, §. *Sed si*, & ibi Bartol. n. 8., de vulgar. & pupillar., ac L. final. C. de sent., cum concordan.).

Hinc meritò Prosper Fagnanus, mentis Decretorum optimè conscius, ut in superioribus dictum est, generatim & ipse, *Sic vero ejecti*, inquit (loc. cit. n. 62.), *in Habitu Clericali incedant, atque Ordinariorum jurisdictioni, & obedientiæ subsint*; nulla inter Ejectos distinctione facta, quam certè ipse saltim, pro officio Commentatoris, fecisset, si hanc novisset fuisse S. Sedis mentem.

Sed & apertissimè Summus Pontifex Benedictus XIV. excogitatam illam distinctionem explodit. Ait siquidem (cit. Oper. de Syn. Diœces. Lib. 13. cap. 11. n. 20.): *Vetitum quidem est Expulsis, Habitum Religionis induere: at, quousque extra Claustra commorantur, uti debent Clericali Habitu, Ordinarii loci jurisdictioni subesse, & mandatis obsequi* (subjicit hic Decretorum verba, *Sic verò ejecti* &c., ut supra; deinde prosequitur): *quod nullatenus obtineri posset, nisi ejectionis Sententia Ordinario esset perspecta*. Quid his luculentius? Expulsi, loco Habitus Religionis ipsis vetiti, Clericali Habitu uti debent; ac proinde omnes. Omnibus enim Expulsis vetitum est Habitum Religionis induere. Adhæc Clericali Habitu uti debent ii ipsi, qui debent Ordinarii Loci jurisdictioni subesse; & consequenter omnes. Omnes quippe subesse jurisdictioni Ordinarii debent. Denique reddit ibi rationem Pontifex, cur Ejectionis Sententia Ordinario significanda sit. Rationem autem docet hanc esse, quia Ejecti uti debent Clericali Habitu, & Ordinarii jurisdictioni subesse. Ergo cum Ejectorum quorumcumque Sententia significanda Ordinario sit; Ejecti consequenter quicumque gestare Clericalem Habitum debent, & Ordinario subesse, ac parere; qui eos cùm in ceteris regat, cogat, puniatque, ubi opus est, tum nominatim si non deferant Habitum Clericalem, sicuti de Ejectis Clericis Sacro Ordine initiatis inquit Amenus (cit. Quæst. 3. n. 16.).

Quæ cum ita sint, corruit simul fundamentum opinionis P. Ameni. Docet is, ut supra tetigimus, eos tantùm Clericos Minuristas, & Conversos Vestitu laico uti posse, qui non habent, unde alimoniam parent; calleant verò Artem aliquam, quam cum Clericali Veste exercere non liceat (cit. Quæst. 3. n. 17.). Hanc verò rationem affert istius assertionis suæ, quia scilicet possunt illi victum sibi vilibos iis opificiis comparare; *potest autem de labore suo vivere, non potest mendicare, & eleemosynas veris Pauperibus, & Infirmis præripere*.

At falsò assumit Author, *posse* illos vili aliquo ministerio, quod propterea requirat indumentum laicum, sibi alimoniam quærere. Possunt quidem id *physicè*. Sed *physicè* poterunt nonnulli quoque ex Clericis Sacro Ordine initiatis. Verùm ut isti, sic illi id *de Iure* non possunt. Utrisque enim indictus est æque Habitus Clericalis, ut est probatum. *Possibile* verò non dicitur, quod fieri de Jure non potest: istud imo *impossibile* dicitur (Gloss. in L. *Continuus*, §. *Cum quis* in verb. *Relictæ*, ff. de verb. oblig., Bartol. in L. *Apud Julianum* §. fin. ff. de leg. 1., Doctores alii in C. *Super eo* de condit. appos.). Siquidem impossibilitas juris, & naturæ æquiparantur, ut notat Bartolus (in d. L. *Continuus* §. *Inspiciendum* n. 2.).

Quapropter Ejecti, qualescumque ii sint, si nequeant sustentare vitam ministerio, vel opificio aliquo, quod deceat Clericalem Vestem; mendicando possunt, & debent sibi victum parare.

Qua in re animadvertere licet sapientissimam, ac verè maternam Sanctæ Ecclesiæ agendi rationem, & quàm longè a sanctissimo ipsius fine & objecto aberret opinio, de qua agimus. Concedit opinio ista Expulsis Minoristis, & Laicis, qui vilem aliquam Artem calleant, laica indumenta, ut ejus Artis exercitio habeant, unde se alant. Ex quo facilè porrò fieret, ut ii potissimùm, qui alicujus hujuscemodi Artis essent valdè periti, nacti per eam Artem in Seculo, & in seculari Habitu vitæ commoditates, in pristinis suis criminibus insordescerent; nequiores etiam evaderent; omnique abjecta cogitatione redeundi ad Claustra, vel in suo somno mortis veternoso ac lethargico requiescerent, a Superioribus forsitan non requisiti; vel requisiti, eò pervicaciores, obstinatiores, pugnaciores refragarentur.

Contrà verò piissima Mater Ecclesia, miserata periculum damnationis æternæ, in quo Ejecti isti filii sui versantur continuò, illos, quoad per se fieri posset, in angustum redactos voluit, ut miseriis saltem pressi, instar Evangelici illius prodigi Filii, in viam salutis, & in suæ Religionis sinum, & amplexum quantocyus reverterentur. Hanc ob caussam, priusquam ederentur, Urbano VIII. Pontifice, a S. Congregatione Tridentini interprete Decreta sæpe laudata, cum fuisset deliberationi Eñorum Patrum propositum, an Sacerdotibus expulsis, quippe a Sacro celebrando suspensis, præscribenda foret ratio aliqua se sustentandi, ne in desperationem adducerentur; nulla S. Cõngni præscribenda ratio visa est: quo factum fuit, ut ne proposita quidem deliberatio fuerit, utrum ejectis Diaconis, Subdiaconis, ceteris, aliqua sustentationis ratio esset constituenda.

Perpenderunt scilicet Eñi Patres, quod ex parte una in hanc necessitatem Ejecti inciderent ex proprio delicto; & Regulares alii, vivendi in Seculo difficultate saltim permoti, a criminibus absterrerentur: quodque ex parte altera, felix sit illa necessitas, ut ait S. Augustinus, quæ ad meliora compellit, ad resipiscendum videlicet, ac redeundum in Claustra. Lege Fagnanum (in cit. C. *Ne Religiosi* n. 66.).

Ergo illud firmum, ratum, fixumque sit, debere Ejectos quoscumque deferre Habitum Clerici Secularis; cavendumque Superioribus, ne, si unquam (quod misericors Deus avertat) extremum istud remedium debeant experiri, ullum hac in parte discrimen adhibeant, qualiscumque sit Religiosi ejiciendi conditio.

(e) Constitutiones Ordinis non idem hoc in negocio statuunt. Quod pertinet ad Ultramontanas; omisso hic Statuto Anni 1612., de quo infra dicetur, Statuta certè Segoviensia, condita Anno 1621., ideoque ante Urbana Decreta, sic jubent ex Constitutionibus Toletanis 1583., quæ ibi e regione citantur: *Qui semel ab Ordine fuerit ejectus, iterum non debet ad Religionem assumi* (C. 6. tit. *de Incorrig.*, in Chronol. P. Mich. Ang. Neap. p. 634. A. circa med.). Afferunt ibi rationes duas. Sed prima vim tantùm habet in incorrigibili in sensu composito, ut ajunt Scholæ, videlicet incorrigibili permanente. Altera verò infirma itidem est. Etenim ut Justitia, & Pax

= sese invicem osculentur; si Justitiæ fuerit, improbum effrænem ejicere, ad alios etiam perterrendos; Pacis erit, simulque etiam ipsius Justitiæ, resipiscentem recipere, & peramanter complecti.

= Itaque Constitutio illa correcta postmodum fuit in utraque subseqnenti Collectione Statutorum ejusdem Familiæ, neutra tamen adhuc authenticè approbata. In Collectione elucubrata, & exhibita Capitulo Gen. Tolet. 1682. a Rm̃o P. Josepho Ximenez Samaniego, Almæ Observ. Provinciæ Burgensis (*cujus*, sit ipse in Monito Collectioni præfixo, *bona sorte sum Filius*), tunc Ministro Generali Seraphici Ordinis, postea Episcopo Placentino in Regno Gallæciæ; in ea, inquam, sic dicitur (Cap. 7. §. 16. p. 234.): *Post expulsionem verò duo a Superioribus observanda præcipit* (S. Congregatio in Decretis Urbanis) . . . . *Secundum, ut observent Constitutionem Gregorii IX. præcipientis, ejectos requiri, & mandari ut ad Claustra redeant, declarando, ipsam vindicare sibi locum, etiam in iis, qui justè, diffinitiveque, ac juris ordine servato, expulsi fuerint, dummodò tamen in expulsis hujusmodi subsit spes evidens emendationis, ex litteris saltem testimonialibus Ordinarii.*

= Hæc ipsa habentur in Collectione Anni 1734. Rm̃i P. Joannis de Soto Almæ Observ. Provinciæ Conceptionis Alumni, totiusque Ordinis Ministri Generalis (Cap. 7. §. 16. n. 6.): nisi quod in ista ad verbum, *requiri*, additur, *annuatim*, juxta Constitutionem Gregorii IX.; quæ vox in Collectione Ximeniana ex imprimentium errato omissa fuerat.

= P. Thomas Montalvus Granatensis, Almæ Discalceatæ Provinciæ S. Petri de Alcantara bis Minister, & Exdefinitor Gen. Ordinis, qui unus fuit e Compromissariis designatis unà cum prædicto P. Ministro Gen. a Capitulo Gen. Mediolanen. An. 1729. ad hanc secundam peragendam Collectionem; quique in hanc ipsam Collectionem suam condidit insignem *Glossam fundamentalem* (excusam Matriti jussu Rm̃i P. Joannis Bermejo Ministri Gen. Anno 1740., cum jam Auctor An. 1735. 16. Octobr. piè, sicut vixerat, obiisset); Montalvus, ajebam, in memorata sua *Glossa* (Tom. 2. cap. 4. art. 25. n. 79.) ante dicto Collectionis utriusque Statuto conditionem aliam adjicit, Rotarium sequutus. *Illa clausula*, inquit, *Gregorianæ Constitutionis, quæ innovata est* (in Decretis Urbanis), *nempe* „ COMPELLANTUR AD RECEPTIONEM IPSORUM, SALVA ORDINIS DISCIPLINA; QUOD SI HOC REGULARIS ORDO NON PATIATUR *&c.* „ *ea, teste Rotario to. 2. lib. 3. c. 2. punct. 5. n. 8., ita intelligi debet, ut si ejecti emendati sint, & sine periculo infectionis Fratrum, & scandali Laicorum retineri possint, salva disciplina; tunc teneantur Superiores, eos recipere. Quare si hujusmodi conditiones non adsint, aut de iis certè non constet, minimè obligari queunt Superiores ad hujusmodi receptionem.*

= Verumtamen rectissimè Statutum illud utriusque Collectionis, Urbanis Decretis, ut par erat, inhærens, aliam nullam conditionem postulat, quàm ut *subsit spes evidens emendationis ex litteris saltem Ordinarii*; & consequenter spes evidens, quod ex Ejecti receptione non sint Fratres inficiendi. Semel ac porrò ista conditio adest; edicit Statutum idem, debere Superiores in vim illorum Decretorum Urbani, & Constitutionis Gregorii IX. non modò Expulsum recipere, sed & mandare, ut ad Claustra redeat.

= Ac meritissimè quidem. Nam ea verba, quæ Rotarius allegat, *Salva Ordinis disciplina*, ea vel eamdem illam conditionem significant, quam Urbana Decreta adjungunt „ *dummodò subsit spes evidens emendationis* „; ut cum Aanrio quidem opinatur Amenus (cit. Tract. de Incorrig. Part. 3. Quæst. 15. n. 71. sub fin.): vel veriùs (cum ad Fugitivos æquè simul pertineant) modum tantùm indigitant, quo Ejecti sunt recipiendi, imposita videlicet ipsis pœnitentia secundùm Leges ipsius Ordinis; ut cum Glossa explicant Doctores, & post eos Fagnanus (in d. C. *Ne Religiosi* n. 24. & n. 71.). Sed & alia verba illa „ *quod si hoc Regularis Ordo non patiatur* „ modum solùm præscribunt receptionis eorundem, ut mox sumus explicaturi (§. *Casus tamen*, & seq.).

= Nam caeterum, sive Regula Ordinis patiatur, sive non patiatur Ejectorum receptionem, sive absit, sive adsit periculum scandali; imperat Gregorii Constitutio, imperant consequenter Urbani Decreta (quæ illam innovant, *dummodo subsit spes evidens emendationis*), imperant, inquam, ut Ejecti omnimodis recipiantur.

= Casus tamen Gregoriana Constitutio, ac proinde Decreta Urbana, quoad receptionis modum distinguunt. Quandoquidem si Regula Ordinis patitur, ut Ejecti in Monasteria eadem, a quibus fuerunt expulsi, recipiantur iterum in consortium aliorum (loquitur enim directè Constitutio eadem de Monasteriis Filiationes habentibus, sed tamen pertinet ad Regulares omnes, ut dicam in Not. *g*); eo casu Gregorius IX. Superiores Monasteriorum eorumdem compellendos jubet, monitione prævia, per Censuram Ecclesiasticam ad illos rursum in aliorum Religiosorum consortium recipiendos; salva tamen ipsius Ordinis disciplina, ut supra explicatum est.

= Si verò prohibet Regula, ne Ejecti prædicto modo, nempe in aliorum consortium recipiantur; tunc, quia Superiores Regulares auctoritate propria nequeunt contra Regulæ præscriptum facere; *Auctoritate Nostra* (subdit Pontifex) Superiores ipsi *provideant, ut* nihilominus *apud eadem Monasteria*, sed tamen *in locis competentibus* Monasteriorum ipsorum (*fortè ad serviendum*, vel *in aliquibus ergastulis, seu camerulis*, inquiunt Innocentius, & Hostiensis), *si absque gravi scandalo fieri poterit, ad agendam ibi pœnitentiam, talibus vitæ necessaria ministrentur*. Quod si hoc fieri non poterit *absque scandalo*, & quidem *gravi*; eo casu Pontifex præcipit nihilominus, ut illi recipiantur; sed tamen præcipit, ut recipiantur *in aliis Religiosis Domibus ejusdem Ordinis*. Vide supra (Not. *d* §. *Prior illa*). Lege simul Fagnanum (in sæpe cit. C. *Ne Religiosi* a n. 21. ad 28.).

= Ergo, quidquid Rotarius asserat, attendendum profectò, quid Judex nuntiet, non quid Præco contra Judicis imperium clamet. Atque ex his etiam simul patet, quantum a vero absint limitationes illæ, quas Corduba, quas Sanchez, quas Leonardus, alii circa Ejectorum admissionem statuunt (apud P. Amen. cit. Part. 3. Quæst. 10. n. 71.).

= Jam verò, ut ad alia Statuta pergamus, Germanobelgica Natio in Congregatione Nationali, Bruxellis habita Anno 1686., illud idem Segoviense Statutum temperavit ad hunc modum: *Qui verò semel ab Ordine fuerit legitimè ejectus, iterum ad Religionem non admittatur, quando saltem evidentia non apparent indicia emendationis, a Tribunali ejectionis probata* (Statut. Germanobe

= Cap.

= Cap. 6. §. 18., apud P. Kerckove ibid. n. 32.).
= In quo Statuto duo sunt, nisi vehementer fal-
= limur, Apostolicis Decretis non satis consona.
= Alterum est, quod Statutum istud, ubi quoque
= evidentis appareant emendationis indicia, & a
= Tribunali ejectionis probata etiam sint; relin-
= quere videatur Superiorum arbitrio Expulsum ad-
= mittere. Qua super re ne Kerckovius quidem sa-
= tis castigatè loquitur, inquiens: *Si tamen con-*
= *staret, hujusmodi ejectos plenè esse correctos, & ipsi*
= *sponte redirent, putem, Ordinem fore obligatum eos*
= *recipere juxta Cap. fin. de Regul., adjuncta declara-*
= *tione S. Congregationis* (in Urbani Decretis). Si-
= quidem & adhibet Auctor verbum, *putem*; &
= Superiorum obligationes circa Ejectos, in eo ipso
= Capite, ac Decretis, quæ idem citat, præscriptas,
= haud parum extenuat (vid. Not. præc.).
= Alterum verò, quod displicet, illud est, quod
= nempe laudata Congregatio Nationalis postulet,
= ut evidentia indicia emendationis Ejecti *a Tribu-*
= *nali ejectionis probata sint* (*id est ab iis*, ait illic
= P. Kerckove, *qui eum ejecerunt* &c.; *sic ut non suf-*
= *ficiat solum testimonium Ordinarii*). Etenim De-
= creta Urbana præcipiunt, ut, quotiescumque ha-
= bentur *litteræ saltem testimoniales Ordinarii*, qui-
= bus ista fidem faciat, *habere spem evidentem emen-*
= *dationis* Expulsi; Superiores debeant Expulsum re-
= cipere. Atque hac nimirum de causa in Decre-
= tis ipsis *Ordinarii conscientiam in his litteris conce-*
= *dendis S. Congregatio seriò oneravit*.
= Hinc in Regesto S. Congñis Episc. & Regul.,
= de quo alibi meminimus (sub d. 28. Febr. 1761.
= Not. *c* §. *Quandoquidem*), sic in una Canonico-
= rum Regularium SS. Salvatoris 30. Jun. 1653. ab
= eadem S. Congñe rescriptum invenio (Part. II. v.
= *Espulsione* n. 11.): *E che tal speranza* (*evidente*
= *d'emendazione*, ut statim ante ibi dicitur) *vi sia*;
= *sono obligati* (*i loro Superiori*) *a credere alle let-*
= *tere testimoniali dell' Ordinario: Urban. VIII. in*
= *Decret. de Apost. & Eject. Const. 26.* Sacra Con-
= gregatio §. 15. Hactenus ibi.
= Denique istud ipsum, ut supra vidimus (Not.
= præc. §. *Quæ hucusque*), planissimè docet Sum-
= mus Pontifex Benedictus XIV. a quo certè inter
= Doctores, qui fuerunt, qui sunt, qui erunt,
= nullus gravior, nullus locupletior Testis mentis,
= & voluntatis Apostolicæ Sedis.
= Ad hujus porrò Cismontanæ Familiæ Statuta
= quod spectat; Vallisoletanæ quidem Constitutio-
= nes An. 1593. (C. 7. Tit. de *Incorrig.*, in Chro-
= nol. P. Michael. Ang. Neap. p. 420. A.) illud
= idem statuunt, quod antea præscripserant Tole-
= tana Statuta 1583., ac postea præscripserunt Se-
= goviensia supra relata; easdem & ipsæ rationes
= addentes, de quibus supra diximus, dum de Se-
= goviensibus ageremus (sub. init. huj. Not.).
= Capitulum autem Gen. Romanum An. 1615.
= *pro utraque Familia* hoc pacto decrevit (Tit. *de*
= *Correct. Fratr.* sub init., in cit. Chronol. p. 540.
= A.): *Nullus verò expulsus, & ad triremes damna-*
= *tus, ampliùs ad Ordinem admittatur*; *circa quod*
= *Capitulum Gen. declarat, damnatum ad triremes,*
= *eo ipso intelligi ab Ordine pulsum, quamvis in Sen-*
= *tentia non explicetur*. Sed cum statim ante jubeat
= Capitulum Generale, ut *si quis quatuor commiserit*
= *Apostasias, ab Ordine expellatur, & ad triremes*
= *damnetur*; loqui videtur in sequentibus verbis,
= paullò ante relatis, de Expulso ad Triremes si-
= mul damnato: qui repellendus statuitur, eò quòd
= (ut ait Congregatio Romana 1615., imo: lauda-
= da, in suo Statuto, quod dabimus in Not. seq.)
= Remiges *ex Triremibus semper pestilentiores evadant*;
= ideoque tales non sint, ut in iis *subsit spes evidens*
= *emendationis*, quemadmodum postulant Urbani
= Decreta. Sed de damnatis ad Triremes fortè alibi
= dicam.
= Utcumque verò sentiendum sit de prædicto Sta-
= tuto; certè Congregatio Gen. Romana 1615.
= Ejectorum receptionem haudquaquam exclusit. *Ne-*
= *que iterum* (ait illa, de Expulsis loquens) *recipi*
= *poterunt ad Religionem, nisi per biennium in sæculo*
= *laudabiliter vixerint, & pœnitentiæ signa magna de-*
= *derint* (in d. Chronol. Mich. Ang. p. 545. A. in
= fin.). Reformanda est tamen conditio illa, *nisi per*
= *biennium* &c., ad tramites Decretorum: & ad-
= denda est obligatio gravissima, a Decretis iis-
= dem imposita, Ejectos recipiendi, tum etiam re-
= quirendi.
= Tandem Sambucana Collectio statuit (C. 7. §.
= 6. n. 60.), ut *cum incorrigibilibus Decretum de*
= *Apost. & Eject., a S. C. Concilii Trid. de mandato*
= *SS. D. N. Urbani VIII. editum, servari debeat om-*
= *ninò*. Deinde verò (n. 71.), *Nullus verò*, inquit,
= *expulsus, & ad triremes damnatus, ampliùs ad Or-*
= *dinem admittatur*. Quod videtur accipiendum in
= eundem sensum, quem supra diximus disputan-
= tes de Statuto Rom. 1652. Istud namque Statutum
= duntaxat in Collectione illa hoc loco citatur in
= margine. Maximè cum Collectio ipsa edicat, ut
= paulò ante vidimus, Decreta Urbani VIII. esse
= omninò servanda. Omittitur in ea quidem Sta-
= tutum Anni 1615. Sed hoc repeti ex eo potest,
= quod Collectio illa non ea, qua par erat, accu-
= ratione confecta fuerit: de qua re plures extant
= Ordinis Constitutiones.
= Ergo, ut concludamus, S. Congregatio Episc.
= & Reg. in superiori Epistolio suo, quod com-
= mentamur, dum citat *Constitutiones Ordinis* (pro
= hac utique Familia editas, ad quam spectabat E-
= jectus Orator); videtur aliquatenus respexisse ad
= Constitutiones Romanas Anni 1615.: sed potissi-
= mùm respexisse videtur ad modum, quo ad men-
= tem Constitutionum Ordinis (de quibus mox in
= Not. seq.) esset Orator recipiendus in Claustra,
= quique in Epistolio eodem deinde statim præscri-
= bitur.
= (*f*) Iste receptionis modus (quod ad Fratres
= expulsos attinet) nullibi in authenticis Constitu-
= tionibus sive Cismontanis, sive Transmontanis
= occurrit. Occurrit solummodò in duabus Colle-
= ctionibus supra memoratis Constitutionum Gene-
= ralium Ultramontanæ Familiæ. Nam Collectio Re-
= verendissimi Ximenez Samaniego sic habet (d. C.
= 7. §. 16. p. 535.): *Statuimus, ut si expulsus, cum*
= *evidenti spe emendationis ad Ordinem regrediatur, re-*
= *ceptus, per Annum integrum Probationis Caparone, &*
= *indispensabili intra Domum reclusione, humilibus Con-*
= *ventus obsequiis applicatus probetur, ad experien-*
= *dam ipsius emendationem*. Adjiciuntur etiam perpe-
= tuæ Pœnæ. Statim enim subjungitur: *Et ut aliquid*
= *debitæ pœnæ sustineat, & in humilitate permaneat,*
= *omni suffragiorum jure, & actibus legitimis perpetuò*
= *careat, ultimumque locum inter Fratres sui status in-*
= *dispensabiliter teneat*.
= Statutum idem quoad utramque partem ad ver-
= bum legitur in Collectione sequenti Rmi Soto: &
= ante Sotum fuerat a Natione Germanobelgica in
= supradicta Congregatione Bruxellen. Statutis Na-
= tio-

tionis insertum (apud Kerckove d. C. 6. §. 18. n. 35.).

Fuit autem utraque pars relati Statuti desumpta ex Constitutionibus Generalibus agentibus de damnatis ad Triremes, vel ad perpetuos Carceres. Nimirum pars prior petita est ex Constitutionibus Congñia Gen. Romanæ 1615., de qua in præced. Not. §. *Utcumque* facta mentio est. Ea namque post verba illic a nobis descripta sic pergit: *Si verò propter delicta majora ad triremes fuerint damnati tam judicio Prælatorum Religionis, quàm a quolibet alio Tribunali superiori; nulla moda ad Religionem iterum admitti poterunt, cum certum sit, ex triremibus semper pestilentiores evadere. Si verò aliquem talem contigerit a Smo Domino obtinere, ut iterum ad Religionem admittatur, id, supplicibus precibus humiliter porrectis Smo Dño, vitari curetur. Si autem coacti fuerimus illum recipere, non statim illi Caputium tribuatur; sed sine illo quasi Tertiarius ad coquinas, hortum, aut alia humilitatis officia deputetur, ut ibi inserviat sine corona, etiam si fuerit Sacerdos. Si verò per triennium hoc modo exemplariter vixerit judicio Patrum Diffinitorum iterum Caputium poterit illi reddi; nullo tamen modo ad exercitium sacrorum Ordinum admittatur*. Quod Statutum habetur quoque in Sambucana Collectione (d. C. 7. §. 6. n. 72.).

Pars verò altera supradicti Statuti deprompta fuit ex Constitutionibus Capituli Gen. Romæ celebrati An. 1587., quod *pro Cisalpinis* ad hunc modum statuit (in cit. Chronol. P. Mich. Ang. p. 340. B. init.): *Mandamus, quod omnes Fratres, qui ad triremes fuerunt damnati, vel tale facinus patrarunt, quod in sæculo esset morte plectendum* (ac propter illud sin minus ad Triremes, saltim ad perpetuos Carceres, secundùm Statuta Ordinis, damnati fuerunt), *si misericorditer postea ab ipsis triremibus, vel carceribus liberati venerint, sint perpetuò indispensabiliter voce activa, & passiva, actibusque legitimis privati*.

Quod Statutum ab Ultramontana Familia in Constitutionibus Segoviensibus 1621. adoptatum, & ampliatum fuit in hæc verba (C. 6. tit. *de Incorrig.*, in d. Chronol. p. 634. A. post med.): *Quos ad triremes, vel ad perpetuos carceres damnatos, quandoque misericorditer liberari contigerit, ii omni suffragiorum jure, & actibus legitimis perpetuò careant, & ultimum locum inter Fratres sui status teneant. Nec ad ea quovis modo ampliùs habilitari possint*. Quæ ipsæ sanctiones Segovienses contra damnatos ad Triremes, vel ad perpetuos Carceres habentur insertæ in Collectione tum Rmi Ximenez Samaniego (cit. C. 7. §. 7. in fin.), tum Rmi Soto (eod. C. 7. §. 7. n. 30.), tum etiam in Statutis Germanobelgicis (apud Kerckove d. C. 6. §. 18. n. 36.).

Hæc igitur Statuta, condita contra Remiges, aut etiam contra damnatos in perpetuum Carcerem, aptata fuerunt ad Expulsos reduces in Statuto, quod initio retulimus, Collectionum earumdem Samaniegi, & Soti, ac Nationis Germanobelgicæ; aptata quoque fuerunt Ejecto Laico Oratori a Sacra Congregatione in Epistolio, quod exponimus. Rationem hujus rei affert Kerckovius (cit. C. 6. §. 18. n. 35.): *Quia pœna expulsionis major est; & fieri posset, quod hi homines nequiter se humiliarent, & Religionem de novo turbarent, & alios suis depravatis moribus inficerent, nisi bene, & solide de perfecta emendatione probentur*.

Quomodo autem accipienda sit ista *emendationis probatio*, seu *experimentum*, quod hic Kerckovius, quod superiùs Ultramontana illa Statuta, quod Sacra Congregatio in hoc Epistolio meritò commemorant, postulantque; dicemus infra (in Annot. *b*).

(*f*) Accommodatur hic Ejecto Laico recipiendo Statutum Anni 1615., quod in præc. Not. descripsimus (§. *Fuit autem* circ. med.).

(*g*) Inhæret S. Congregatio Constitutioni Gregorianæ. Loquitur quidem Constitutio ista directè, ut alibi dicebamus, de Monasteriis Filiationes habentibus; ad quæ pariter Monasteria attinet *Statutum* illud, in Constitutione ipsa laudatum, *Concilii Generalis* (videlicet Decretalis Innocentii III. in Concilio Gen. Lateranensi IV. 1215., relata in C. *In singulis* de stat. Monach., apud Girald. Jur. Pont. noviss. Par. 2. sect. 559): sed tamen ea ipsa quæ in ea Constitutione a Gregorio IX. disponuntur, ad Regulares pertinent universos. Ratio siquidem ibi initio expressa (supr. Not. *d*. §. *Prior* init.) spectat æquè ad Superiores omnes; & ex consequenti dispositio quoque ibidem contenta (C. *Quia in Insulis* de Regul., L. *Illud* ff. ad Legem Aquiliam, L. *Cum mulier* ff. solut. matrim., eum concordan.). Adhæc S. Congregatio in Urbanis Decretis; velut certum, & indubitatum supponens, Constitutionem illam pertinere ad omnes penitus Regulares; Constitutionis ejusdem apud Regulares quoscumque ubique locorum existentes executionem, & observantiam urget.

Quare quod in ea Constitutione statuitur de *Monasteriis* quoad Regulares habentes Conventuum Filiationes; id intelligi de Provinciis debet quoad Regulares, qui Provinciarum tantùm Filiationes habent, ut nos, nullas verò Cœnobiorum; ut nimirum Ejecti recipiendi sint iterùm in Provincias suas in aliorum Fratrum consortium, si hoc Regula Ordinis minimè vetet: sed etsi Regula hoc prohibeat, nihilominus S. Sedis Auctoritate debeant Ejecti in aliquo suæ Provinciæ Cœnobio collocari *in locis competentibus* (supra explicatis), si id sine gravi scandalo fieri possit: alias vero collocari debeant in aliis Religiosis Domibus aliarum Provinciarum ejusdem Ordinis.

Quoniam verò Seraphica Regula nihil habet, unde Expulsus non possit iterùm in Provinciam suam, atque etiam in aliorum suæ Provinciæ Fratrum consortium recipi; oportet, ut Laicus ejectus, de quo sermo est in hac S. Congregationis epistolari Schedula, quam exponimus, nulla ratione posset admitti *rursus* in Provinciam suam *sine gravi scandalo*; proptereaque hic mandet S. Congregatio, ut admittatur in Cœnobium aliquod alterius Provinciæ. Quo mandato S. Congregatio confirmat simul etiam atque etiam ea, quæ de comprehensione Regularium omnium in Gregoriana Constitutione paullò superiùs animadvertebamus.

(*h*) Innuunt his verbis Emi PP., quod, si Expulsus Orator receptus in Ordinem, elapso Triennio, nondum argumenta veræ emendationis præbuerit; Cucullus, sive Caputium reddi ipsi non debeat; sed in eo humilitatis, & laboris statu idem sit retinendus, quoadusque indicia dederit sanitatis. Quo ipso sensu intelligendum est pariter annale illud experimentum, de quo supra (Not. *e*) in Collectionibus Ximenii, & Soti,

nec-

= necnon in Statutis Germanobelgicis, & apud Kerckovium sermo est.

= At si ille, facto experimento seu ad Annum, seu ad Triennium, eoque etiam ad tempus aliud prorogato, obfirmatus in sua nequitia deprehensus fuerit; non ideò poterit *extrajudicialiter* (nisi toto aberramus cœlo) ab Ordine rursum expelli. Cum enim tametsi non adsit emendationis certitudo Superioribus ipsis per se ipsos perspecta; sed sola subsit spes evidens emendationis per Ordinarii literas testata; eo ipso, ut ante diximus (Not. *d* §. *Quæ hucusque*, & seq., ac Not. *e* §. *Alterum verò*), teneantur Superiores Ejectum absolutè recipere, ac per eam idcircò absolutam receptionem Expulsio antea facta finem accipiat; consequenter si spes illa evidens, ut in rebus humanis non raro accidit, fallat; opus esse videtur nova Expulsione, si hæc velit a Superioribus adhiberi, ideoque Processu altero, seu continuatione pristini Processus in prima Expulsione constructi.

= Quandoquidem verò huc sermo evasit, non possumus, quin moneamus nostrates, ut diligentissimè caveant, ne incauti errore labantur in hoc maximi momenti negocio; Indultum SSmi Pontificis Benedicti XIII. (quo moderantur pro Ordine nostro Constitutiones de Ejectione Incorrigibilium) protendentes latiùs, quàm aut Juris principia, aut ipsamet fortè Indulti verba patiantur. Indultum hoc (relatum in Chronol. Perus. Part. II. p. 153.) nonnulla solùm moderatur ex iis, quæ in Constitutionibus ante dictis vel certò, vel ex Doctorum aliquorum sententia ad Expulsionem requirebantur: & ea, quæ moderatur, perspicuè satis intelliguntur ex Indulto ipso, & ex Notis ibi adjectis, quæ unà cum supplici Libello eidem Summo Pontifici fuerunt exhibitæ. Cetera ergo, quæ in Constitutionibus illis circa Regularium Ejectionem præcipiuntur, immota penitus, & incolumia perstiterunt, & persistunt adhuc. Indulta quippe restrictè, quoad fieri possit, intelligenda sunt, ut notatum est alibi (sub d. 15. Sept. 1762. Not. *b*, & locis ibi cit.).

= Quamobrem (ut duo solùm breviter attingamus) ubi agitur de ejiciendo Religioso aliquo, cujus pravum ingenium insanabile sit, debet ab initio usque secundùm Juris normam procedi, ideoque Processus Criminalis instrui. Hoc vel ex ipso Indulto est exploratum. Nam & postulat, ut *juridicè tria gravia delicta probata sint*; & in principio dispositionis suæ clausulam ponit: *Servato Jure communi*. Clausula autem omnis, quæ in principio collocatur, refertur ad omnia, quæ subsequuntur (Mascard. de Probat. concl. 301. n. 5., Gonzal. ad Regul. 8. Cancellar. Gloss. 52. n. 38. & seq., Mart. de Clausul. Part. 4. claus. 24. n. 1., Rot. Tom. 2. Part. 4. dec. 125. n. 3.). Quare in omnibus, quæ ibi sequuntur, judicialis ordo servandus est. Siquidem Jure communi, dum de gravi punitione agitur, juridicus ordo, seu Processus requiritur (Gloss., Abbas, Bartol., Navarr., alii apud P. Sanctor. in Const. C. 8. Stat. 1. §. 11. init., & Pœnal. C. 1. qu. 2. resp. 2.). Denique ad calcem ipsius Indulti *Sententia* postulatur. Sententia verò Processum Criminalem supponit.

= Ex quibus simul constat & illud (in quo semel, & iterum erratum vidimus, a Consultore etiam Seculari), quod scilicet, Processu offensivo constructo, dari Ejiciendo Defensiones debeant. *Jure* namque *communi* (quod in Indulto, ut visum est, *servandum* præcipitur), & quidem non solùm humano positivo, sed & Divino tum positivo, tum naturali, facienda copia est Reo cuilibet se defendendi; etiam in delicto notorio, si sola quoque suspicio adsit qualiscumque defensionis, quam possit Reus afferre; imo etiam, suo modo, in Foro paterno. Adeundi P. Sanctorus (Pœnal. C. 1. qu. 4. §. *Fundatur autem*, ac seqq.), & P. Amenus (Pract. Crim. Tit. 18. qu. 3. n. 19. & seq., ubi etiam affert, & explicat commune dictum Criminalistarum, quod *nec etiam Diabolo deneganda sunt Defensiones*; Tit. 20. §. 2. n. 2., ubi quod illæ nec a Principe tolli possint; ac Tit. 3. qu. 3. n. 94.; itemque in Tract. de Incorr. Part. II. n. 40. & 44.).

= Adhæc Sententia Ejectionis, quam, ut notavimus, istud etiam Indultum exigit (utique validam), ea nulla & irrita planè est, non citato, auditoque Reo (apud Amen. ibid. Tit. ult. §. 7. n. 62.).

= Præterea *tria gravia delicta*, quæ *judicialiter* ex Indulto quoque *probanda* sunt, dici non possunt judicialiter probata, nisi post conflictum responsionum Rei. Potest enim Ejiciendus, seu ipsius Patronus talia objicere, quæ Processum offensivum aut elidant penitus, aut saltem infirment quod ad Pœnam attinet Expulsionis. Sic, ut nonnulla in exemplum proferam, potest ille excipere, quod tria delicta minimè fuerint in Processu ad Juris normam probata; excipere, quod tria illa delicta non sint gravia relatè ad feralem illum, de quo agitur, effectum Ejectionis; excipere, quod post tertium delictum, & punitionem ipse ad cor redierit. Nam certè tria delicta & debent, ut diximus, probari ad Juris tramites; & debent gravia esse comparatè ad magnam illam Expulsionis Pœnam, cum debeat Pœna, ut justa sit, proportione respondere, sive, ut Jurisperiti ajunt, *commensurari* delicto, sicuti ex communi Doctorum sententia tradit Bartolus (in L. *Levia* ff. de accus., necnon Consil. 48. Lib. 2.); & necesse insuper omninò est, ut post tertium delictum, & punitionem Reus non resipuerit.

= Iniquum etenim foret, ac pugnaret in verbis, ejici *correctum* tanquam *incorrigibilem*: id quod a mente Indulti quàm longissimè abest, ac vehementer abhorret. Quò etiam pertinet clausula illa initio posita: *Servato Jure communi*. Nam ex Jure communi Religiosus non expellitur, nisi *tanquam Pecus morbida, ne contagione pestifera plurimos perdat* (C. final., junct. Gloss. in v. *Ovem morbidam*, de stat. Monach., C. *Resecandæ* caus. 24. qu. 3.; C. *Sed illud* dist. 45.). Ergo si ille a spiritalibus suis morbis jam convaluerit; ejici ex Ordine nonnisi iniquè, & crudeliter potest.

= Atque ista nimirum, siquid video, caussa fuit, cur Pontifex indulgendum existimaverit, ut Superiores nostri eximerentur onere evincendi in Processu juxta Bullas sæpe dictas per probationes claras obfirmatum adhue Rei animum in pristina sua improbitate. Id videlicet indulgeri posse Benedictus censuit, quia supererant Defensiones Rei: in quibus, si ille verè resipuisset, id fuisset ejusdem Patronus dubio procul oppositurus; nec proinde descendi ad Sententiam potuisset, nisi priùs diligenter perpensis tum objectionibus Patroni

= illi

= illios, tum responsionibus Patroni Fiscalis, tum responsionum istarum solutionibus fortè exhibitie a Rei Patrono; legitimè ex earum omnium conflictu epparuisset, immeritò ab Expellendi Patrono illam resipiscentiæ exceptionem proferri.

= Contrà autem, liberatis Superioribus ab onere illo, quod supra diximus, ac simul insuper sublatis Reo Defeosionibus; concessisset consequentee Pontifex, ut Religiosus, semel ac tria gravia petrasset delicta, de quibus aliquando monitus, & punitus fuisset, sive porrò incorrectus adhuc maneret, sive mores reformasset suos, sive etiam sanctum vitæ genus fuisset aggressus; nihilo tamen minus posset ex Ordine, tanquam incorrectus, & inemendabilis, a Superioribus, si liberet, expelli: quo nihil fingi absurdius, nihil etiam inhumanius potest.

= Ergo in his, quæ prædiximus, & in ceteris omnibus, quæ ad gravissimas istiusmodi Causas pertinent, quàm cautissimè Superiores procedent, illud seriò cum timore, ac tremore assiduè recogitantes, quod, ut Urbani Decreta admonent (§. *Adhæc* in fin.), *Subditorum sanguinem, qui ex malo negligentium, & sui Officii immemorum Prælatorum regimine peribunt, Dominus noster Jesus Christus in supremo Dei Iudicio de eorumdem Prælatorum manibus sit requisiturus.*

= 1763. 13. Apr. = Prohibitus hac die fuit Liber: *Ordonnance, & Instruction Pastorale de Monseigneur l' Evêque de Soissons au sujet des assertions extraites par le Parlement des Livres, Thèses, Cahiers, composés, publiés, & dictés par les Jesuites.*

1763. 23. Apr. *Resolutiones S. Congñis Concilii interpretis in Causa* Bononien.

Causa hæc (*ita in Folio Congregationis diei 26. Mart. 1763.*), cujus speciem dedimus in Folio Congregationis habitæ die 22. Maji superioris anni, proposita fuit in alia Congregatione habita die 3. Julii. Quindecim erant illius Dubia.

I. An Cura habitualis Ecclesiæ Parochialis S. Laurentii Castri Butrii resideat penes solum P. Priorem Conventus Ordinis Servorum B. Mariæ Virg. ejusdem Castri, sive potius penes omnes Religiosos dicti Conventus, vel potiùs totum Capitulum Provinciale Provinciæ Romandiolæ ejusdem Ordinis?

II. An, & cui competat facultas deputandi Religiosum, sive Religiosos pro exercitiu Curæ ejusdem Ecclesiæ?

III. An, & a quo, seu quibus exercenda sit Cura actualis dictæ Ecclesiæ?

IV. An pro associatione Cadaverum invitari prælativè debeant Religiosi dicti Conveotus, quatenus præter Parochum actualem invitari velint alii Presbyteri, sive Clerici Seculares, vel Regulares; sive potius sit in Testatorum, vel Hæredum libertate invitare Presbyteros, vel Clericos sibi benevisos vel Seculares, vel Regulares cujuscumque Ordinis, etiam ad exclusionem Religiosorum dicti Coovențus?

V. An Testatores, vel Hæredes invitare possint ad libitum, sive uti Cappsllaoos conductitios, sive uti Capitulum Claustrele, Religiosos dicti Conventus, quando invitantur ipsi tantummodo ad associanda Cadavere?

VI. An eadem competat libertas Testatoribus, & Hæredibus, quatenus, præter dd. Religiosos, etiam alii Presbyteri, vel Clerici Seculares invitantur; sive potius teneentur eosdem Religiosos vocare uti Cappellanos conductitios, quando alii Presbyteri, & Clerici, similiter uti Ceppellani conductitii, invitantur?

VII. An salva præcedentia debita Parocho stole induto, & ducenti funus, debeatur præcedentia, & dignior locus Presbyteris, & Clericis Secularibus supra Religiosos dicti Conventus intervenientes associationi Cadaverum, uti Cappellanos conductitios; seu potius debeatur dictis Religiosis?

VIII. An eadem præcedentia debeatur dd. Religiosis supra Presbyteros, & Clericos Seculares, quando ipsi interveniunt, uti Capitulum Claustrale?

IX. An dicta præcedentia debeatur P. Priori ejusdem Conventus supra Presbyteros, & Clericos Seculares, quatenus ipse interveniat cum aliis Religiosis sui Conventus intervenientibus tam collegialiter, quam uti Cappellanis conductitiis?

X. An commisceri possina Laici Conversi dicti Conventus cum Presbyteris, & Clericis tam Secularibus, quam Regularibus invitatis, atque intervenientibus tamquam Cappellanis conductitiis?

XI. An in publicis Functionibus, & Processionibus tam ordinariis, quam extraordinariis fieri solitis, vel imposterum faciendis in dicta Ecclesia Parochiali S. Laurentii Butrii, etiam de mandato, vel licentia Emi Archiepiscopi Bononiæ, possint Presbyteri, vel Clerici Seculares intervenire induti consuetis indumentis, etiamsi non fuerint inviteti a Parochu, aliisque Religiosis dicti Conveotus? Et quatenus affirmative,

XII. An præcedentia, & dignior locus debeatur dd. Presbyteris, & Clericis Secularibus; seu potius iisdem Religiosis?

XIII. An idem jus interveniendi competat Presbyteris, vel Clericis Secularibus, etiam in Functionibus, & publicis Processionibus fieri solitis in Ecclesiis Confraternitatum ejusdem Castri? Et quatenus affirmative,

XIV. An præcedentia, & dignior locus debeatur dd. Presbyteris, & Clericis Secularibus; seu potius dd. Religiosis?

XV. An iidem Presbyteri, & Clerici Seculares teneantur se induere Superpelliceo, aliisque congruis indumentis in Sacrario Ecclesiarum, ad quas accedunt, tam pro Funeribus, quam pro Functionibus, & Processionibus; sive potius eis liceat id perficere etiam in ipsis Ecclesiis, in casu &c.?

Et his Dubiis Sac. Congo respondit: Ad I. Curam habitualem spectare ad Conventum. Ad II., & III. Servandas esse Constitutiones Ordinis, salva approbatione Emi Archiepiscopi. Ad IV. Negative ad primam pertem, affirmative ad secundam. Ad V. Affirmative. Ad VI. Provisum in IV. Ad VII. Præcedentiam deberi Presbyteris, & Clericie Secularibus intra eumdem Ordinem. Ad VIII. Negative. Ad IX. Negative, quatenus non sit Parochus. Ad X. Negative. Ad XI. Affirmative, præterquam in Functionibus, & Processionibus faciendis ex Instituto Regulari. Ad XII. Provisum in VII., & VIII. Ad XIII. Affirmative, dummodo sint vocati e Confraternitatibus. Ad XIV. Provisum in VII., & VIII. Ad XV. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

= Narratur deinde in eodem Folio, quod, impetrata a Partibus contendentibus nova Audien-

= tia,

= tia, Secularis Clerus poscebat, ut a Decisis recederetur quoad Dubium I.: Regulares autem recessum petebant a Decisis super Dubiis IV., VI., & X. respicientibus Funera; a Decisis insuper super Dubiis VII., & duobus sequen., ac XII., & XIV. ad Præcedentiam pertinentibus; & a Decisione tandem Dubii XI., ferentes tamen æquo animo, permissum fuisse Presbyteris Secularibus interventum in Ecclesias Confraternitatum, quando ab iis invitentur, ut in responsione ad XIII. Dubium. Simul etiam exponuntur ibi rationum momenta, quæ ab utraque Parte pro petitis recessibus proferebantur.

= Proposito exinde Dubio in Congregatione habita 23. April. 1763. (cum in Congregatione initio dicta 26. Mart. Causa non potuisset proponi), *An sit standum, vel recedendum a Decisis, in casu &c.?* Emi PP. unanimes responderunt: *In Decisis in omnibus, & amplius*.

= Agebatur in Causa ista de Ecclesia Parochiali unica Castri Butrii, Deo in honorem S. Laurentii dicata, quæ, unà cum tribus Beneficiis in ea erectis, concessa fuit Communitatis consensu An. 1406. Patribus eximii Ordinis Servorum B. M. V. per Apostolicas Literas S. M. Innocentii VII. Cum idcircò plura ex relatis Dubiis innitantur peculiaribus admodum circumstantiis facti; simul autem fusè ab utraque Parte litigante semel, iterum, tertiò suæ fuerint rationes expositæ in Foliis Congregationum, de quibus supra fit mentio, 22. Maji, ac 3. Julii 1762., necnon 26. Mart. Anni hujus 1763.; ob hæc nos satis esse duximus, quemdam hic exhibere veluti prospectum Causæ, absolutæque Decisionis Causæ ejusdem, ut, ubi fortè quoad nostrates aliquod oriretur ex prædictis Dubiis in circumstantiis similibus; sciretur, ubinam aliquid posset in Thesauro Resolutionum S. Congregationis Concilii ad rem pertinens inveniri, itaque supradicta Folia vel per se, vel aliorum opera, si in Loco Thesaurus ille non suppeteret, consulerentur.

1763. 1. Maji. *Decretum,*
a Definitorii Patribus Almæ Observ. Provinciæ Tusciæ circa Concionatores latum, Auctoritate Apostolica confirmatur.

FR. PASCHALIS
A VARISIO

Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Lector Emeritus, & in hac Cismontana Familia tam Observantium, quam Reformatorum, & Conceptionistarum Commissarius Generalis, Visitator, & Reformator Apostolicus, & Servus.

EX injuncti Nobis Pastoralis Officii debito illa, quæ a Definitoriis Provinciarum Regimini nostro subjectarum, communi earum bono, ac ornamento, unanimi, maturoque constituta esse noscuntur consilio, ut perpetua firmitate permaneant, libenter Auctoritatis Nostræ præsidio, cum id a Nobis petitur, roboramus. Cum itaque Patres Definitorii Nostræ Observantis Provinciæ Tusciæ, collegialiter congregati in privato Sacello Conventus Nostri Magnæ Dominæ Liburni die 23. Aprilis Anni 1763., unanimi consensu statuerint (*a*): „ eos tantummodo Religiosos imposterum in prædicta „ Tusciæ Provincia ad Concionandi munus esse habilitandos a Ministris Provincialibus pro tempore, „ qui (*b*) vel Lectores Philosophiæ extiterint, vel „ ad hujusmodi Lecturam Inclusivam in Concursu „ habuerint, vel ad ipsam Inclusivam prope accesserint, ita ut unum, vel alterum Votum ipsis ad „ Inclusivam defuerit „: Cumque Decretum hujusmodi a Nobis approbari, &, quò firmius subsistat, Apostolicæ Confirmationis Nostræ robore communiri plurimùm desiderent, ac exposcant: Nos dignitatem, quam Ministerium Divini verbi præfert, attendentes, ac laudatæ Provinciæ splendori, quæ nullo non tempore Sacrorum Concionatorum laude (*c*) excelluit, consulentes, Decretum præinsertum Auctoritate Apostolica, qua fungimur, harum serie approbamus, confirmamus, ratumque, & acceptum habemus; decernentes, illud semper firmum, validumque existere, & fore, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari, sublata penitus Ministro Provinciali, & (*d*) Definitorio pro tempore existentibus facultate hac in re dispensandi, vel aliter disponendi, & interpretandi: Statutis, Consuetudinibus, ac Constitutionibus Ordinis in contrarium minimè obstantibus.

Coronol.Seraph.

Datum Viterbii ex Nostro Cœnobio S. Mariæ Paradisi in S. Apostolica Visitatione die 1. Maji 1763.

Fr. Paschalis a Varisio Commiss. Gen., & Apostolicus.

Loco ✠ Sigilli.

De mand. Rmi in Christo Patris
Fr. Jacobus Ant. Tusculanus Secr. Gen.

= (*a*) Vid. supr. sub die 29. Maji 1762. Acta Generalis Capituli Mantuani (Sess. XII. §. *Lecto supplici libello*).

= (*b*) Debet hic ex Juris principiis, & ex laudato quoque Statuto Capituli Mantuani, subaudiri clausula: *præter ea, quæ de Prædicatoribus decreta sunt in Generalibus Ordinis Constitutionibus*. Quibus Constitutionibus Capitulum idem deinde suam adjecit, in citatis Actis legendam (Sess.XIII.§.*Placuit*). *Publicum* autem *examen* illud *coram pleno Definitorio*, de quo in Constitutione ipsius Capituli sermo est, esse non debet *perfunctorium tantùm examinis genus quoddam, illudendæ Legi potiùs, quam observandæ accommodatum*, quod *in aliquibus Provinciis institui, non sine ingenti animi dolore* Rmus idem Paschalis Varisiensis intellexit, improbavitque in suis Literis, quas, Minister Generalis creatus, ad universum Ordinem dedit, suo loco describendas (ad 19. Aug. 1768., §. XXI.); sed sit oportet serium, diligentissimum, ac de rebus præscriptis per Leges Ordinis; denique tale, quale institui decet ab illis, qui *Deo aliàs gravissimam reddituri sunt rationem malorum omnium, quæ consequentur, si indignos susceperint, probaverintque non sine ingenti Religionis nostræ dedecore, nec sine magno, ac planè ineffabili Religiosorum detrimento*, ut ait idem Rmus Pater, de Concionatoribus simul, ac Lectoribus agens, in aliis suis Literis, quas supra dedimus (ad 3. Mart. 1763. §. XIX.). *Præstabit* etenim, ut ipse inquit in Literis suis eodem Anno 1763., eodemque Mense Martio

italico sermone perscriptis, quas nos ad latinarum calcem laudavimus, *præstabit* (ajebat), ut *Concionatores sint pauci, dummodo sint capaces, idonei, & exemplares*.

Quàm multa autem sint ea, super quibus versari Examen debeat in hac saltim Cismontana Familia; invenies in Constitutionibus Congregationis Gen. Neapolitanæ 1590. (Cap. 10. tit. *Pro Prædicatoribus*, in Chronol. P. Mich. Ang. Neap. p. 353.), & in Vallisoletania 1593. (Cap. 9. sub init., in cit. Chron. p. 474.). Quarum Constitutionum præscripta leguntur quoque in Collectione Statutorum hujus Cismontanæ Familiæ, a Capitulo Gen. An. 1768. Valentiæ celebrato, partim per se, partim per suos Compromissarios approbata. Quod spectat ad Familiam Ultramontanam; id potest intelligi ex Constitutionibus Segoviensibus (Cap. 5. tit. *De Prædicatoribus*, §. *Prædicatores*, & §. *Caveant* cum trib. seq.); & ex P. Thoma Montalvo (Gloss. fundamental. Cap. 2. art. 3. a n. 3. ad 6., art. 4. n. 33., & art. 6. a n. 1. ad 12.).

(*c*) Rem perhibet Rmus Pater ubique notissimam. Quum illustribus Viris ea Tusciæ Provincia semper abundavit, tum nominatim præstantibus Oratoribus. Floruerunt hac nostra ætate duo illi potissimùm Oratores summi, P. Aloysius Senensis, & P. Petrus a Treppio, Agri Pistoriensis Oppido: qui noverant ita dicere, ut & probarent invictè; & voluptate perfunderent, cautè tamen, tectoque artificio, quasi aliud agentes; & (quod rei caput, & summa est) animos flecterent quocumque vellent, desidiam excitarent, duritiam emollirent, pertinaciam frangerent, denique de humanis cordibus triumpharent: ad quem finem qui non dicit appositè, is fortè Loquutor elegans, vel Theologus in Pulpito dissertabundus, aut certè quidvis aliud potiùs, quàm veri nominis Orator est. De Viro illo utroque nihil est opus multa dicere, quum tota maximè Italia celebratissimi fuerint.

Prior etiam Anno Jubilæi 1750., quando ad concionandum per Quadragesimam in Urbis Templis insigniores quique Sacri Oratores, mandante Pontifice, undique fuerant acciti; tantam inter eos ab ipso usque Concionum initio amplitudinem nominis adeptus fuit, ut non modò Emi Cardinales quotidie terni, quaterni, plures, simulque Præsules, Principes, literati Viri, aliique omnium ordinum homines maximo numero in hanc Sacram Aracœlitanam Ædem confluerent; sed fama excitus idemmet doctissimus Pontifex Benedictus XIV., in Ædem ipsam die 9. Martii in forma, ut vocant, publica se contulerit, & Majestate Præsentiæ suæ dicentem ornarit; rarissimo id quidem exemplo, quandoquidem Summi Pontifices ex Concionatore Apostolico in Aula Pontificia Dei verbum audire consueverunt, nec re ipsa alium quemlibet ex egregiis Oratoribus ante dictis eo honore tunc Pontifex, illo excepto, dignatus est. Quam in rem e regione Pulpiti in modum Cubiculi aptatum fuit Sacellum S. Petri Alcantarensis, conclusumque peristromatis, relicta tantùm fenestrcula, unde Pontifex invisus videre Oratorem posset. Expleta Concione, SSmus Dominus, dum abiret, fuisse illam a se summa animi & attentione, & voluptate auditam dixit Rmo P. Ministro Generali Raphaeli a Lugagnano, aliisque Ordinis Patribus, qui abeuntem comitabantur; demandavitque P. Generali, ut illum Pontificio suo nomine salutaret, subjiceretque (ut erat Vir magnus magna quoque animi demissione), *se ea mane veram amandi Dei rationem ex ipsa didicisse*. De hoc siquidem argumento is ad Populum dixerat.

Hinc mox Mense Junio Rmus P. Petrus Joannes de Molina, tunc recèns proximo Majo in Ministrum Generalem electus, Pontificia ipsius Auctoritate datis honorificentissimis Literis, iisdemque munitis insuetis clàusulis, P. Aloysium, nihil tale cogitantem, Etruscæ Provinciæ suæ, cujus Definitor tunc erat, Patribus Exministris accensuit. At is non tamdiu, quamdiu optabatur, superstes fuit. Quum enim extra Quadragesimam quoque, ac Tempus Adventus, etsi grandævus, in Apostolico multiplici ministerio, quod flagitabatur assiduè, ferè nunquam interquiesceret; tot demum improbis laboribus fractus, Vir sanctissimis moribus piissimè obiit Florentiæ, a Capitulo Metropolitanæ illius Ecclesiæ in nostro Omnium Sanctorum Templo Exequiarum solemniis cohonestatus.

Ei subinde, quoniam erat, si vixisset, per Quadragesimam proximam concionaturus in Vaticana Æde Principis Apostolorum, suffectus in hoc munere fuit P. Petrus a Treppio, quem principio laudavimus. Qui adeò expectationem sui non æquavit modò, sed etiam vicit, ut & plures Eminentissimi Patres post Pascha unam ex ejus Concionibus in hoc Templo Aracœlitano audire, & nobilissimum illud Vaticanum Capitulum eumdem rursus apud se per Quadragesimam verbi ministerio perfungi voluerint. Neque id satis habens Eminentissimus, idemque religiosissimus Archipresbyter illius Basilicæ, simulque Episcopus Tusculanus, & S. R. E. Vicecancellarius, Sereniss. Henricus Benedictus Maria Clemens Dux Eboracensis, apud ipsum egit, ut tertiùm Romæ in suo Titulo Ss. Laurentii, & Damasi Quadragesimales Conciones haberet. Sed de his obiter. Jam ad aliud quiddam, quod in hoc Decreto, notandum superest, properandum.

(*d*) Memorat hic Rmus Pater *Definitorium*, quia licèt in Decreto Provinciæ Tusciæ, quod ipse confirmat, de solis *Ministris Provincialibus* expressa mentio fiat; non excluduntur tamen, neque verò excludi poterant ceteri Definitorii Patres. Nam *examen*, ut Mantuanum Capitulum pro utraque Ordinis Familia statuit loco citato (in Not. *b* sub init.), *coram pleno Definitorio faciendum* est. Ac multò minùs Concionatorum eorumdem *institutio* fieri sine Definitorio potest. Id namque Constitutionibus Apostolicis est adversum. Quamobrem Salmanticensia Familiæ nostræ Statuta Ann. 1553., quibus inhæserunt postrema Statuta Valentina, de quibus supra meminimus (Not. *b* §. ult.), Concionatorum institutionem a Ministris Provinciarum peragendam edixerunt *in Capitulis Provincialibus* (Stat. Salmant. Cap. IX. §. *Nullus etiam*, in Chronol. P. Mich. Ang. Neap. p. 307. A.).

Quod etiam edixerunt Ultramontana. Nam Segoviensia ex Toletanis 1583. ita habent: *Cum Prædicatorum institutio ad Generalem Ministrum pertineat; & ad Ministros Provinciales, & Diffinitores in Capitulo Provinciali etiam spectet eorum Concionatorum electio; declaramus, Ministros Provinciales non posse extra Capitulum Prædicatores instituere, quamvis illis a Capitulo fuerit commissum* (Cap. 5. tit. *De Prædicatoribus* init., in ead. Chron. p. 626. A.). Quod Statutum legitur quoque in

Col-

Collectione tum Rmi Ximenez Samaniego (Cap. 6. §. 14. init.), tum Rmi Soto (eod. Cap. 6. §. 14. n. 1.). In quibus Collectionibus sic distinctiis Statutum idem effertur: *Cum Prædicatorum institutio ad Generalem Ministrum primùm pertineat ex Regula; & ex ejus* (Regulæ) *declaratione ad Ministros Provinciales, & Diffinitores in Capitulo Provinciali etiam spectet: declaramus*, &c., ut supra in Segoviensi Statuto.

Ista autem *Regulæ Declaratio*, quæ hic innuitur, est famigerata illa Decretalis, *Exiit*, Nicolai III., in qua dicitur (§. *Et quia*): *Concedimus, quod nedum Generalis examinare, & approbare prædicaturos Fratres in Populis, ac illis concedere licentiam prædicandi . . . . ., prout in Regula continetur, verùm etiam Provinciales Ministri hoc possint in Capitulis Provincialibus cum Diffinitoribus, quod etiam observari dicitur, & in Fratrum Privilegiis contineri*. Quæ ipsa Concessio pridem a Gregorio IX, Innocentio, Alexandro, & Clemente IV. facta jam fuerat, jamque erat usitata in Ordine; quemadmodum innuunt extrema Nicolai III. verba. Adi P. Montalvum (cit. Gloss. fund. Tom. 2. cap. 2. a n. 2. ad 5.).

Etsi verò Decretalis eadem hac in parte non est pura putaque declaratio Regulæ; nihilo tamen minus declaratio est in modum modificationis, seu augmenti, facta ex intentione ipsius Regulæ; uti habet recepta theoria Pauli de Castro, distinguens triplicem declarandi modum (Consil. 340. n. 1. Libr. I.). Quod olim, ante editam Nicolai III. Decretalem, non animadvertentes nonnulli, arbitrati sunt cum Quatuor Magistris in sua Regulæ Expositione, Concessionem Gregorii, Innocentii, Alexandri, & Clementis, de quibus supra meminimus, esse verum propriumque Privilegium, sive dispensationem Regulæ, & consequenter Regulam relaxare.

Minùs id rectè. Siquidem *Privilegium* illud *non discordat ab Intentione Regulæ, quæ non intendit, nisi periculis obviare*; sicuti perpendebat in Caput IX. Regulæ Doctor Seraphicus. Lege Montalvum (loc. cit. n. 6. & 7.). Non est igitur illud, Privilegium propriè dictum, scilicet *contra* Regulam, ideoque dispensatio, & relaxatio Regulæ; sed Privilegium ex Regulæ intentione concessum, ac proinde ipsius Regulæ declaratio generis supradicti. Quod quidem post promulgatam Decretalem, *Exiit*, Nicolai III. indubitatum, certumque fuit, & est: cum semper Ordo exploratum habuerit, Decretalem illam, ut & Clementinam, *Exivi*, verum nullum Privilegium continere, sed Regulam declarare.

Prædicta porrò Concessio, seu Declaratio, ad *examen* quidem quod attinet, intellecta in Ordine ita fuit, ut institui examen posset extra Capitula quoque. Nam in Constitutionibus tum Neapolitanis 1590. (Cap. 20.), tum Vallisoletanis 1593. (Cap. 9. sub init.) solùm decernitur, ut Concionatorum examen peragatur per Patres ad id in Capitulis specialiter delectos (Chronol. P. Mich. Ang. p. 352. A. post med., & 474. B.): quod ipsum præscriptum mox fuit a Clemente VIII. in Decretis Generalibus, pro reformatione quorumcumque Regularium conditis (§. 37.). Mantuanum itidem Generale Capitulum examen illud extra Capitula quoque fieri posse constituit; sed tamen coram pleno Definitorio. Qua etiam in parte, qua nempè jubet Mantuanum Statutum, ut agatur examen coram Definitorii Patribus, minimè adversatur Statutum idem Statutis illis antiquioribus, & Clementinis Decretis, quæ peragendum illud constituerunt coram Patribus in Capitulis ad id delectis. Etenim Definitorii Patres non modò ipsi pariter, imò principe loco, in Capitulis deliguntur, ac deliguntur ad graviora quæque Provinciæ negocia; verum etiam ii ipsi olim erant, qui Examinatores illos loco sui in Capitulis seligebant, ac delegabant. Visum est autem expediens Mantuanis Patribus, experimentis facilè superiorum Annorum edoctis, ut momentosum negotium hoc, quod eousque per Examinatores, in Capitulis delegatos, in Capitulis ipsis, & extra Capitula tractatum fuerat; in posterum, delegatione sublata, per eosdemmet Definitorii Patres, in Capitulis, sive extra Capitula congregatos, peragеretur. Atque hæc quidem de Examine.

Verùm, ad ipsam quod spectat Concionatorum *Institutionem*, nullibi in Monumentis Ordinis legimus, Apostolicam illam Concessionem, de qua sermo est, sic aliquando ab alterutra Ordinis Familia intellectam fuisse, ut fieri institutio extra Capitula posset. Expressè quinimò oppositum dicitur in Statutis initio memoratis (in duob. primis §§. huj. Not.) tum Transmontanæ, tum Cismontanæ Familiæ. Ad quam etiam Cismontanam nostram Familiam pertinet declaratio illa edita per Segoviense Statutum (supr. in §. *Quod etiam*), *non posse* nimirum *Ministros Provinciales extra Capitulum Prædicatores instituere, quamvis illis a Capitulo fuerit commissum*. Cum enim declaratio hæc fundetur in Decretali *Exiit*; ista autem Decretalis pertineat æquè ad utramque Familiam; ad utramque proinde pertinet declaratio illa, Decretali eidem innixa.

Neque verò his pristinis Constitutionibus repugnare censeri potest Mantuana illa prædicta. Hæc enim *examen* quidem coram Definitorio *quacumque de causa collegialiter congregato* fieri posse statuit; at de institutione id ipsum minimè dicit. Ergo Maotuanum hoc Statutum ita accipi debet, ut *deinceps Prædicatores non* INSTITUANTUR *in Capitulis, & Congregationibus Provincialibus, nisi illi, de quorum habilitate antea constiterit per publicum* EXAMEN FACIENDUM *coram pleno Definitorio, vel in ipsis Congregationibus, & Capitulis, vel prius, alia quacumque de causa collegialiter congregato*. Sic namque Mantuanam illam Constitutionem intelligendam jubet legale principium de vitanda Jurium correctione, iisdemque conciliandis, de quo aliàs dictum est (vid. sub 30. Mart. Anni ejusd. 1763. Not. *d*. § *At quandonam*).

Diximus supra, *non Instituantur in Capitulis*, ET CONGREGATIONIBUS *Provinc. nisi* &c.: quandoquidem quod in Decretali *Exiit*, & in Statutis antiquioribus jam laudatis dicitur de *Capitulis*, intelligendum est pariter de Congregationibus intermediis, quæ intermediis Capitulis successerunt, & vim habent Capituli. Ita siquidem eam Legem & Consuetudo interpretatur, & interpretantur Statuta Segoviensia (Cap. 8. vers. fin., in tit. *de Capit. intermed. sive Congregat. Capitulari* §. *In hac*, Chron. P. Mich. Ang. p. 656. A.), & interpretantur demum Scriptores nostri, quos allegat, sequiturque P. Thomas Montalvus (cit. Tom. 2. cap. 2. art. 1. n. 9.), insuperque Matthæuccius in sua Schola Paupertatis (Tit. 2. cons. 2. §. 4. n. 40. ab X.), & Gabriel Angelus Vicentinus (in Regul. FF.

= Minor. Cap. 9. §. 2. post init.). *In Congressibus*
= *autem particularibus Diffinitorii*, ut scitè Montal-
= vus subjicit (cit. n. 9.), *hujusmodi institutio fieri*
= *nequit; nam ex præfata declaratione committitur*
= *Provincialibus cum Diffinitoribus, non simpliciter*
= *congregatis, sed tantùm in Capitulis Provincialibus,*
= *qualia solum censentur principalia Capitula, vel etiam*
= *intermedia, quæ vim Capituli habeat.*

1763. 4. Maji. *S. Rotæ Rom.*

Decisio in Hieracen. Manutentionis cor. R. P. D. Rattat: in qua adstruitur Regularium exemptorum libertas in suis Ecclesiis concionandi, petita Episcopi Benedictione, licèt non obtenta; nisi contraria probetur legitima quasi possessio Curiæ Episcopalis, vel Episcopat jactis de causis expressè contradicendo recitat.

I. INvicem disceptarunt hinc Capuccini S. Mariæ Novæ, illinc Reformati S. Franciscæ Romanæ ejusdem Seraphici Ordinis Hieracii de prælativa Manutentione in possessione palam quotannis in eorum respectivè Ecclesiis recitandi Panegyricam Orationem in laudem Divi Antonii Patavini in primis Vesperis recurrentis Festi: In hac autem contentione licet Curia Episcopalis putaverit, nec his, nec illis Manutentionem competere, sed hos, illosque posse Panegyricam Orationem alternatim habere, præeunte tamen Episcopi venia, seu licentia; aliter tamen decrevit Sententia A. C., quæ, priori retractato judicato, prælativam Manutentionem Capuccinis addixit, &, quiescentibus Reformatis, authoritatem assumpsit rei judicatæ.

II. Extincta hinc aliquandiu visa est lis omnis: At extemplò Promotor Fiscalis Curiæ Episcopalis, expedito coram A.C., & tam Capuccinis, quam Reformatis præsentato Monitorio, contendere cœpit, nemini licere sine Ordinarii licentia Conciones, & Panegyricas Orationes, signanter in Festo S. Antonii Patavini, palam habere, postulans idcirco, manuteneri in quasi possessione concedendi, vel denegandi ad libitum cuicumque Personæ facultatem Conciones, & Panegyricas Orationes habendi.

III. Veruntamen, sese opponentibus Capuccinis, prodiit Sententia declarans, nullum jus, nullamque actionem competere Curiæ Episcopali adversus ipsos concedendi, vel denegandi ad libitum licentiam liberè concionandi, sed eos, utpote omnino exemptos, cum approbatione, & licentia Superioris sui Ordinis teneri solummodo sese coram Episcopo præsentare, & ab eo in qualibet occurrentia petere Benedictionem, etiamsi non obtinerent, exceptis casibus a Sacris Canonibus, a Concilio Tridentino, & Constitutionibus Apostolicis præscriptis: Quum autem hæc quoque pertransierit in rem judicatam; in vim propterea mihi adversus hanc directæ Commissionis, percunctatus sum hoc mane DD. = *An constet de re judicata; seu potius de causis restitutionis in integrum in Casu &c.* = & responsum accepi = *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam juxta modum in Decisione exprimendum* =.

IV. Ob neglectam a Curia Episcopali, ejusque Promotore Fiscali actorum transportationem, & interjectæ Appellationis prosequutionem intra fatalia, Sententia A. C. procul dubio transitum fecit in rem judicatam ad Text. in Cap. *Cum sit Romana* 5., & in Cap. *Consultatus* 43. §. *Intellecta* de Appellat. Hujus autem authoritas firma debet consistere, nisi evincatur injustitia læsionem inferens, sine qua locus non datur petitæ in integrum restitutioni ad Text. in Cap. 1. de restitut. in integr., & in Leg. *Nam postea* §. *Si minor* ff. de re judic., Rot. decis. 178. num. 2. coram Molines, & in Ratisbonen. Parochialitatis, & Jurisdictionis 5. Maji 1760. §. 4. coram Me.

V. Retentis autem assumptæ controversiæ terminis, contendit Promotor Fiscalis, nemini licere Conciones Sacras, & Panegyricas Orationes exponere sine Episcopi permissu, seu licentia; & ideo manuteneri postulavit in quasi possessione concedendi, vel denegandi ad libitum Capuccinis licentiam Conciones, & Panegyricas Orationes palam in eorum Ecclesia recitandi, seu exponendi: Nisi igitur probetur, Curiam Episcopalem tempore motæ litis fuisse in quasi possessione concedendi, ac denegandi ad ejus libitum Capuccinis hanc concionandi, & Panegyricas Orationes in Sanctorum laudem exponendi licentiam, & facultatem, redargui nequit de injustitia, imo justissima deprehenditur Sententia A. C., quæ petitam denegavit Manutentionem, sine præambulæ quasi possessionis probatione nemini concedendam, Rot. dec. 220. num. 13. post Posth. de Manut., & decis. 125. num. 3. coram Ratto, & decis. 57. n. 27. coram Tanario.

VI. . . . .

VII. Accedit, rem esse de probanda Ordinarii quasi possessione concedendi ad libitum concionandi, & Panegyricas Orationes palam exponendi licentiam. Hoc autem in themate, tametsi subsisteret, & probaretur, Capuccinos ab Episcopo licentiam hanc accepisse, nihil tamen id ad Episcopi intentum concluderet; sed evinci insuper deberet, Capuccinos fuisse aliquando compulsos ad petendam licentiam, & ab Episcopo inhibitos habere Conciones sacras, & Panegyricas Orationes, & simul Capuccinos inhibitionibus acquievisse; quippe quia in incorporalibus haud aliter acquiritur quasi possessio, in judicio manutenibilis, quam verificata coactione, prohibitione, & acquiescentia, Rip. in Cap. *Cum Ecclesia Sutrina*, num. 52. & seqq., de Caus. possess., & propriet., Posth. de Manutent. observ. 58. num. 8., Pignatell. Consult. Can. 4. num. 13. & Consult. 28. num. 12. & seqq. tom. 4., Rot. decis. 823. num. 5. & seqq. coram Buratt., & in Leodien., seu Colonien. Jurisdictionis super Jure delegandi 4. Jul. 1754. §. 8. & 9. coram Emo Domino Card. Bussio, & in Mindonien. Officii Diaconalis 28. Aprilis 1758. §. 4. coram Rmo P. D. meo Paraceiano Decano.

VIII. Hanc præambulæ quasi possessionis probationem ex facto adimplere non valens Promotor Fiscalis Curiæ Episcopalis, præsidium quærere conabatur ex juris dispositione, ad cujus tramites quum Evangelicæ Prædicationis Officium ab Apostolis in Episcopos demigraverit, hinc nemini liceat illud exercere sine Episcopi permissu, sive licentia. Veruntamen perspectum est, Regulares quoad Prædicationis Officium in propriis Ecclesiis, Episcoporum fuisse Coadjutores constitutos ex Can. 10. Concilii Lateranensis sub Innocentio III., & observat Monacell. in Appendic. ad Formul. tom. 3. tit. 3. annot. ad Bull. Clementis X. verb. *prædicare voluerit* num. 1., ubi Concordantes.

IX. In hoc autem proposito perspectum itidem est, duas prodiisse Sac. Concilii Tridentini Sanctiones, quarum altera jubet, Regulares in propriis Ecclesiis prædicare volentes, Superiorum proprii

Or-

Ordinis licentia, & approbatione munitos, teneri eum dicta licentia sese Episcopo præsentare, & ab eo petere Benedictionem, antequam prædicare incipiant, ut in Cap. 2. Sess. 5. de reform.; & altera prohibet, ne Sæcularis, vel Regularis in Ecclesiis etiam suorum Ordinum, contradicente Episcopo, prædicare præsumat, ut in Cap. 4. Sess. 24. pariter de reform.; & ad utriusque Sanctionis tramites, plures emanarunt Apostolicæ Constitutiones, signanter illa Gregorii XV., initium habens *Inscrutabili* (a), altera Clementis X., incipiens *Superna*, atque etiam Breve Innocentii X relatum apud Cabassut. Theor., & Prax. (b) Jur. Can. lib. 1. cap. 10. num. 12., & cap. 12. num. 4.

X. Duæ autem Sanctiones istæ, quæ primo intuitu apparent inter se pugnantes, ita communiter conciliantur, ut Sanctio illa in Cap. 2. Sess. 5. de reform. procedat, ubi Episcopus a Regulari, licentiam Superioris Ordinis sui præsentante, de Benedictione requisitus, mere negative se habens vel petitam concedat, vel neget Benedictionem, vel ab ea concedenda, vel deneganda se abstineat, quippe quia, ea etiam non obtenta, Regulari exempto licet in proprii Ordinis Ecclesiis prædicare, & Sanctorum Encomia palam exponere; Altera verò in Cap. 4. Sess. 24. intret, ubi Episcopus non mere negative se habeat, & Benedictionem simpliciter non impertiatur; sed insuper propositæ prædicationi contradicat, & contradicendo resistat; tunc enim nec in ipsis quidem proprii Ordinis Ecclesiis licet Regularibus prædicare, imo Episcopis, tamquam S. Sedis Apostolicæ delegatis, contravenientes coercere, & punire permittitur; ut literaliter declarat Constitutio Clementis X. *Superna* §. 3., & consentaneè, utramque diversam Tridentinæ Synodi Sanctionem conciliando, communiter traduat Barbos. de Offic., & Potest. Episc. tom. 3. alleg. 76. num. 19., & ad Concil. Trident. d. Cap. 2. Sess. 5. de refor. num. 8., Passerin. de Stat. Homin. tom. 3. quæst. 187. art. 1. num. 1067. in fin., Lotter. de Re benefic. lib. primo quæst. 24. num. 84., & seqq., Ventrigl. in Prax. parte prima num. 48. §. unic. num. 62. §. *Supradicta opinio*, Panimoll. decis. 91. annot. prima num. 19., &, diversis adductis Congregationum tum Concilii, tum Episcoporum & Regularium resolutionibus, confirmant aliæ authoritates, quæ promiscuè hinc inde allegabantur (c).

XI. Sub hac porro, communiter recepta, & hinc inde insinuata, Conciliarium Sanctionum diversitate, & intelligentia nullum sane præsidium arrogare sibi poterat Curia Episcopalis ad obtinendam petitam manutentionem in quasi possessione juris concedendi, vel denegandi ad libitum Capuccinis licentiam Conciones sacras, & Panegyricas Orationes, in Festo signanter Sancti Antonii Patavini, in propria eorum Ecclesia recitandi, seu exponendi, quum iidem ad hunc effectum teneantur tantummodo ac cum licentia Superioris proprii Ordinis eorum Episcopo præsentare, & ab eo petere Benedictionem, eaque etiam non obtenta possint in eorum Ecclesia prædicare, & sacra Sanctorum Præconia, seu Panegyricas Orationes exponere; ut cohærenter cum Tridentino Concilio, Apostolicis Constitutionibus, Sacrarum Congregationum resolutionibus, & authoritatibus mox supra relatis, statuit Sententia A. C.; imo Episcopus absque justa, & rationabili causa hujusmodi prædicationi, & præsertim sacrarum Panegyricarum Orationum recitationi contradicere prohibetur ex literali dispositione dictæ Clementinæ dispositionis §. 3., & adamussim observant Mirand. in Manual. Prælat. tom. 3. quæstion. 70. artic. 2. concl. 1., Barbos. de Offic., & Potest. Episcop. part. 3. alleg. 76. num. 20. & 21., Pignatell. Consult. 131. numer. 18. tom. primo, Panimoll. dicta decis. 91. annot. 1. num 23.

XII. Hinc nihil erat, cur adversus prædictam Sententiam admitti posset beneficium Restitutionis in integrum. Quoniam verò ex ea tametsi generaliter excipiantur casus a Sacris Canonibus, a Concilio Tridentino, ab Apostolicis Constitutionibus præscripti, simul tamen declaratur, Promotori Fiscali nullum jus, nullamque actionem competiisse, & competere, & e converso ex mox supra perpensis apparuit, Episcopum posse prædicationi, a Regularibus etiam in propriis Ecclesiis volitæ, justis de causis contradicere, & impedire, quominus Regulares utcumque exempti in iis Conciones, vel Panegyricas in Sanctorum laudem Orationes habeant; idcirco DD., simul ac Sententiam A. C. ad gradum rei judicatæ dixerunt evectam, sarctum, tectum servatum voluerunt Episcopo, tamquam Sedis Apostolicæ Delegato, jus contradicendi, & justis de causis impediendi, quominus Capuccini in propria eorum Ecclesia Conciones sacras, & Panegyricas Orationes habeant secundùm Conciliarem Sanctionem, & Apostolicas Constitutiones, signanter illam Clementis X. incipientem *Superna*.

XIII. Imo descendentes DD. ad examen causarum, duas præcipuè (d) justas, & rationabiles considerarunt. Altera respicit Dignitatem Episcopalem, altera qualitatem sermocinari volentis: Prima est, si eadem circiter hora, seu eodem tempore Episcopus vel ad Populum verbum Dei explanaret, vel alterius Prædicationi solemniter interesset. Jure enim tum contradiceret, seseque opponeret Regularis etiam in proprii Ordinis Ecclesiis Prædicationi, quæ Gregem a Pastoris vocibus, & Populum ab obsequiis Episcopali Dignitati competentibus averteret; ut, conciliando itidem utramque superiùs relatam Tridentinæ Synodi Sanctionem in Cap. 2. Sess. 5., & in Cap. 4. Sess. 24. de reform., explicant Piringh. in Decretal. lib. 1. cap. 31. sect. 3. §. 7. num. 91., Mirand. in Manual. Prælat. tom. 1. quæst. 50 num. 5. tom. 2., Panimoll. decis. 91. annot. 1. num. 20.

XIV. Altera est, si qui Concionatoris obire debet Officium, scandalum excitet, vel ludibrio sit, propterea quod errores, hæreses spargat, pias aures offendat, aut in ludicra, & ridicula dilabi consueverit. In hisce namque circumstantiis rite interdiceret Episcopus, ne Regularis in propria etiam sui Ordinis Ecclesia Conciones, & Panegyricas Orationes explere præsumat, quum imo Episcopus idem in contravenientem animadvertere possit jure legato ex literali Sanctione dicti Cap. 4. Sess. 24. de reform.; idque adamussim etiam cohæret cum Regula (e) eorumdem Capuccinorum Seraphici Ordinis ad ea, quæ in proposito scripserunt Mirand., & Cordub. super dicta Regula Cap. 9. quæst. 1., & expresse monent Pax Jordan. Lucubr. Canon. lib. 6. tit. 1. num. 26., Passerin. de Stat. homin. tom. 3. qu. 87. num. 1067. vers. *At vero*.

XV. Quamvis verò contradicendi, seseque opponendi causas Episcopus aliis patefacere non teneatur; quàm Tribunalibus Urbis, Sacris scilicet vel Concilii, vel Episcoporum & Regularium Congregationibus; nihilominus declaratum insuper DD.

vo-

voluerunt, quod Episcopus, ubi Capnccinorum in propria Ecclesis Prædicationi, aut Panegyricis Orationibus contrsdicas, contradictionis, aut interdicti causas teneatur apud alterutram, ad quam iidem Capuccini opportunè reclamaverint, Congragationem verificare; & in hisce mox expositis declarationibus stetit modus, quem DD. rei judicatæ, quam approbarnnt, expresse adjiciendum, mihique in Decisione exprimendum demandarunt.

Et ita utraque &c.

= (*a*) Constitutionem hanc, *Inscrutobili*, & alteram, *Superna*, dabimus in Supplemento (p. V. & sequentib.).

= (*b*) In Editione hujus Operis, quam habemus in hac Bibliotheca Araecæliana, Breve istud Innocentii X. citatur Lib. I. Cap. 11. n. 3., refersur autem in præc. Cap. 10. n. 8. Prodiit idem Breve in Causa Angelopolitana: atque id ipsum in eo statuitur, quod statutum fuerat in Const. *Inscrutabili*.

= (*c*) Post hæc omnia, Juris Canonici tractatoribus nota, nescio, quid in mentem venerit Rousseaudo de la Combe, quem Scholiastes P. Lucii Ferraris allegat (v. *Prædicare*, in Nov. Addit. ex aliena manu n. 8.), dum confidenter asseruit, *Regulares sine permissione Episcopi vix prædicare posse in eorum Capitulis, aliisque locis Monasteriorum Fratribus suis; non item Populo*. Nisi forte Rousseaudus, verbis abusus, scripserit, *sine permissione*, intelligens, *contradicente Episcopo*.

= Quod præterea Scholiastes idem (ibid. n. 9.), post relatum Responsum S. Congregationis Concilii in *Conversana Jurisdictionis* ad Dub. XIII., subjicit, *Videtur hac resolutione recessum a mox dicta Constitutione Clementis X.*; id quantum a vero absit, jam ostendimus alibi (supr. ad d. 8. Maji 1751. pag. 19. A.).

= Ceterùm de universo hoc argumento legenda sunt, ubi opus fuerit, ea quæ tradunt P. Lucius Ferraris (cit. v. *Prædicare* n. 66. & plurib. sequentib.), P. Ubaldus Giraldi (Jur. Pontif. noviss. Par. 2. sect. 9. To 2. p. 818. & seqq.), ac P. Augustinus Matthæucci (Official. Cur. Eccl. cap. 12.).

= (*d*) Duæ istæ *præcipuè* sunt caussæ justæ; sed non istæ tantummodò. Vid. P. Giraldi (loc. sup. cit., Not. IV. p. 820. A.).

(*e*) Regula scilicet S. P. N. Francisci, quæ initio Capitis IX. sic præcipit: *Fratres non prædicent in Episcopatu alicujus Episcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum*.

1763. 7. Maji. *Resolutiones Sac. Rit. Congregationis in* Firmana Funerum.

= IN Causa Firmana Funerum, vertente inter RR. DD. Parochos Petrituli ex una, & R. D. Julium (*a*), ipsiusque germanos Fratres de Tofinis ex parte altera, proposita fuerunt Sac. Rituum Congregationi infrascripta Dubia. =

I. An Parochi teneantur associare Cadavera tumulanda in Ecclesis Regularium usque ad (*b*) Crucem; vel potius usque ad Januam Ecclesiæ, ibique dare ultimum vale? Et quatenus affirmative ad secundam partem,

II. An Regulares, quatenus Associationi non fuerint invitati, teneantur expectare, & recipere Cadavera in Janua eorum Ecclesiæ, in casu &c.?

III. An liceat Hæredibus Defunctorum asportare Cadavera e propriis Domibus ad Ecclesiam Parochialem per modum depositi, antequam illa processionaliter deferantur ad Ecclesiam Regularium, & Parochi teneantur recipere? Et quatenus affirmativè,

IV. An, & quale Emolumentum debeatur Parochis ratione ejusdem Depositi, in casu &c.?

V. An Parochis, cæterisque Ecclesiasticis associantibus Cadavera ad Ecclesiam Regularium liceat exigere pro dicta Associatione majorem Eleemosynam, & Emolumentum; seu potius illud dari solitum occasione Associationis faciendæ ad Ecclesiam Parochialem, in casu &c.?

VI. An cæteri Ecclesiastici, & Confratres associantes Cadavera teneantur introire Ecclesiam Regularium, ibique solitas Sacras Preces unà cum Regularibus canere, & totum Officium absolvere, in casu &c.?

= Ad hæc autem Dubia Sac. Rituum Congregatio, habita die 7. Maji 1763., referente Emo, ac Rmo D. Cardinali Caprara Ponente, ad hunc modum rescripsit =

Ad I. Negativè ad primam partem, affirmativè (*c*) ad secundam.

Ad II. Affirmativè (*d*).

Ad III. Affirmativè in omnibus, petita tamen, quamvis non obtenta licentia Parochi (*e*).

Ad IV. Deberi Parocho Intorticia tantùm, quibus Cadaver expositum fuit, dummodo (*f*) aliquas Preces expleverit.

Ad V. Negativè (*g*) ad primam partem, affirmativè ad secundam.

Ad VI. In casu, de quo agitur, serventur (*h*) Constitutiones Synodales.

= (*a*) Successerat pius hic Secularis Sacerdos Josepho Tofinio Genitori defuncto in munere Apostolici Syndici Conventus, quem Alma Picena Provincia Minorum Observantium in eo habet Petrituli Oppido: & ab eodem Parente, aliisque Majoribus suis hæreditarium veluti acceperat unà cum suis germanis amorem summum adversus nostrates. In ipsius Epistolis, quas ad P. Commissarium Curiæ tunc scribebat, mirati sumus egregium studium, singularem ardorem, quo a molestiis, & incommodis Religiosos illos suæ curæ concreditos, quos etiam impensè laudat, conatibus omnibus tutabatur. Videre in iis Literis licuit solidam quamdam, & expressam imaginem, ac formam veri Syndici Fratrum Minorum. Utinam Apostolici Syndici omnes eam formam imitarentur, quos veluti Patres, & Curatores pia Mater Ecclesia pauperculis Filiis suis, & a terrenarum rerum cura longè sepositis delegavit. Diligentia tanta, tanta animi contentione ille scribebat, quasi de suimet, ipsius suæque Domus gravissimo ageretur negotio. Denique ex Cœnobii eleemosynis nihil decerpsit in hujus Caussæ usus; sed sui unius impensis totam Litem peregit.

= (*b*) Antiquæ fuerunt in eo Oppido controversiæ occasione Funerum, quæ in illam Minorum Observantium Ecclesiam ducerentur. Iis controversiis ad ipsam S. Rit. Congnem Anno 1706. delatis, Emi Patres die 28. Septembris, referente Cardinali Ferrario Ponente, ad duo ex quinque Dubiis, quæ tunc fuerunt proposita, pro Regularibus responderunt; ad tria autem reliqua rescripserunt, *Placere*

cere

cere de Concordia, quam voluerunt ut Emus Archiepiscopus Firmanus ineundam curaret. Quia verò Partes in eundem sensum convenire non potuerunt; Sacra eadem Congregatio die 24. Novembr. 1708. rescripsit: *Emo Ponenti* (Ferrario) *pro omnimoda Concordia*: quæ reapse ejusdem Cardinalis opera conclusa fuit, tribus Capitibus comprehensa, & ab iisdem Emis Patribus approbata.

= Sed, novis postmodum ortis dissidiis, moderari illam oportuit: sublatoque primo illius Capite, *Che li Rev. Parochi* &c., *a loro Successori, in occasione de' Funerali da farsi nella Chiesa Regolare, vi possano entrare con Cotta, e Stola, e con Croce elevata* &c.; in istius locum subrogatum fuit hoc alterum: *Ch' essi Sig. Parochi di Ferritali non entrino nella Chiesa di essi RR. Padri, nè questi nella Chiesa di detti Sig. Parochi, ad in caso, che li detti Padri siano invitati dagli Eredi del Defonto, possinò entrare nella Chiesa de' Parochi, ma non intuonare alcuna Antifona*. Quæ moderatio, per stipulationem firmata, approbata fuit ab eadem S. Rit. Congregatione An. 1710.

= Abstinuerunt hinc postea Parochi ab ingressu Ecclesiæ. At processu temporis Parochi successores cœperunt non ultra prosequi Funus, nisi usque ad Cœnobii Crucem, quæ in loco haud parum dissito ab Ecclesia erecta est; ibique in publica via Cadavere deposito, dataque eidem Benedictione ultima, discedebant ipsi cum Ecclesiasticis ceteris, & Confratribus non sine gravi Populi offensione. Faciebant hoc Parochi non rectè interpretantes primum illud Concordiæ Caput, ut supra, moderatum. Arbitrabantur enim, sibi in vim ejus Capitis non licere cum Stola, & Cruce elevata in jurisdictionem ingredi Ecclesiæ Regularis, a loco Cœnobiticæ Crucis incipientem.

= Verumtamen res est compertissima ex Decretis pluribus (apud Ferrar. v. *Parochus* art. 3. n.36. & 40.), posse Parochum, in Cadaveribus deferendis ad Ecclesias etiam Regularium (scilicet ad Januam usque juxta Decreta alia, de quibus in Not. seq.), transire liberrimè cum Stola, & Cruce elevata per alienas qualibet Parochias, & Diœceses, quin earum jurisdictionem lædat per ejusmodi transitum: simul autem perspicuum est, non plus juris quoad istiusmodi transitum Regulares habere in suis locis Crucem inter, & Ecclesiam interjacentibus, quàm habeant Parochi intra suas Parœcias.

= Interim verò exinde fiebat, ut perrarò aliquis in ea nostra Ecclesia Sepulturam eligeret; Fidelibus ceteris ab hac electione deterritis tum illo cujusdam opprobrii genere relinquendi Cadaveris sui in via publica, tum diminutione Suffragiorum ob discessum aliorum Ecclesiasticorum, & Confratrum, quin ipsi in Ecclesia cum Religiosis emortuales Preces absolverent. Quum verò in irritum cecidissent & recentes conquestiones Julii Syndici, & pristinæ propositiones utilissimæ Parochis factæ; non possent autem Religiosi ob Professionem suam iis malis per Litem, quæ sola supererat, remedium adhibere; Causam amantissimus Syndicus in se suscepit, ut ante diximus.

= (*c*) Omittimus hic afferre Doctores de hac re passim agentes, & alia SS. Congñum Decreta. Nam satis fuerit audire Sacrum Rotæ Tribunal, rem totam in hæc verba complectens (Decis. 84. n. 6. Tom. I. coram Ratto): *Quinimo juxta communem Doctorum omnium sententiam, ab iisdem Sac. Congregationibus receptam, proprius Defuncti Parochus non solùm potest, sed debet associare Funus atque ad Ecclesiam Regularium, in qua Cadaver sepeliendum est, & in ejus Foribus tenetur Cadaver dimittere, benedicere, eique dare ultimam Vale, aliàs proprio muneri sibi incumbenti deficeret*.

= Idque etiam præscriptum fuit tam in Provinciali Synodo Rmi Sigismundi Zannettini, primi Archiepiscopi Firmanæ Ecclesiæ (Cap. 25. *de Exeq. & Sepult.*); quàm postea in Synodo Diœcesana Emi Gualterii Archiepiscopi, sic statuente (Cap. 22. *de Exeq. & Sepult.*): *Parochi munus est præscribere, quomodo, & per quam viam Defunctus sit deferendus, etiam quando sepeliendus erit in Ecclesia Regularium atque ad ejus Januam, usque ad quam ipse Funus prosequi tenetur*. Vid. etiam supra (sub d. 30. Maji 1761. in *Nullius*, seu *Sublacen. Funer.* resp. ad II., & in ejusd. Causæ Folio ibi præced., §. *Contendunt insuper*).

= (*d*) Adi Theatrum P. Lantuscæ (in Supplem. v. *Associatio* n. 5. resp. ad 4.), Disceptationes Ursayæ (Tom. IX. Part. I. discept. 36. n. 87. & seq.), & Officialem Curiæ Ecclesiasticæ P. Matthæucci (Cap. 20. n. 1.). Quamvis autem in hoc Dubio II. dicatur, *quatenus Associationi non fuerint invitati*; attamen eadem ratio est, si invitati nolint, vel nequeant Supplicationi funebri intercsse. Hinc in Scriptura *Facti*, pro laudato D. Julio, ejusque germanis fratribus ab eorum Procuratore D. Innocentio Erculani Sac. Rit. Congregationi exhibita, Procurator idem circa Dubium illud generatim dicebat: *Quoties Regulares vel nolint, vel nequeant Associationi Cadaveris intervenire, nulli dubium, quin ipsi expectare, & recipere debeant Cadaver in Janua eorum Ecclesiæ*. Idque re ipsa cùm pluries olim decisum fuit, nominatim in Senogallien. 22. Jun. 1675. (apud Theatr. Lantuscæ loc. cit.), tum etiam recenter, ut alibi supra vidimus.

= (*e*) Sic etiam definivit ead. S. Rit. Congo in Senogalliensi paulò ante citata (resp. ad Dubium I.). In hac imò Senogallien. universim respondit ad illud Dubium I.: *Petita, & etiam non obtenta licentia* (*non obstante* scilicet *dissensu Parochi, seu prohibitione ab eodem facta uti Vicario Foraneo*, sicut in Dubio dicebatur), *posse Cadavera deponi arbitrio Hæredum* in qualibet Ecclesia, *usque ad tempus illa processionaliter deferendi ad Ecclesiam sepulturæ* (consequenter ad Ecclesiam etiam Regularium, id quod exprimebatur quoque in eo Dubio I.).

= Neque huic arbitrio deponendi Cadavera in qualibet Ecclesia Responsum obstat S. Congñis Episc. & Regul. ad IV. Dubium in Ariminen. 24. Sept. 1751. (supr. p. 37.): in quo dicitur, deponi ea posse *in Ecclesia Parochiali tantùm*. Etenim in Casu illo extabant *Constitutiones Synodales*, quæ in citata ipsa Responsione laudantur; & in eo Dubio IV. non quærebatur solùm, *an cadavera tumulanda in Ecclesia PP. Conventualium, possent, volentibus hæredibus, priùs deponi in Ecclesia Parochiali Collegiata, vel alia*; sed simul etiam quærebatur, an possent *ibi* (in quavis nimirum *alia* Ecclesia, in qua Cadavera deponerentur) *a Parocho funebres Functiones peragi*. Itaque nihil mirum, si in Ariminensi illa diversimodè responsum sit.

= (*f*)

= (*f*) Ergo si aliquas non expleverit Preces, ne debentur quidem Intorticia illa. Sanè Decretum nullum vel disponit, vel permittit, ut pro eo simplici Deposito Rector Ecclesiæ Emolumentum quodpism assequatur. Sed ne deberi quidem aliquid ex pia ulla, & pacifica consuetudine; imò inveteratam vigere consuetudinem pro ejusmodi Deposito nihil solvendi; pluribus legitimis productis Testibus, a Procuratore Erculanio ostendebatne.

= Vetitum porrò est Ecclesiasticis, exigere quicquam, vel petere, præter id, quod est vel Jure, vel consuetudine legitima approbatum. *Peti verò aliquid, aut exigi omninò prohibemus* (scribebat Gregorius Magnus in C. *Questa est* Caus. 12. qu. 2.): *ne* (*quod valde irreligiosum est*) *aut venalis fortasse* (*quod absit*) *dicatur Ecclesia, aut vos de humanis videamini Mortibus gratulari, si ex eorum Cadaveribus studeatis quærere quolibet modo compendium*. Atque Innocentius III. in Generali Concilio Lateranen. (C. *Ad Apostolicam* de simon.), *Super his*, inquit, (*Exequiis Mortuorum, & similibus*, ut ante dicitur) *pravas exactiones fieri prohibemus, & pias consuetudines præcipimus observari*. Itemque Honorius III. scribens ad Magalonensem Episcopum (C. *Abolendæ* de Sepult. apud Gonzal. Lib. 3. Decretal. T. 28. C. 13.), *Laudabilem*, ait, *consuetudinem ergo Dei Ecclesiam pia Fidelium devotione introductam observent*. Alios etiam Canones refert Ludovicus Thomassinus (de Veter. & Nov. Eccles. Discipl. Par. III. Lib. I. c. 65. 66. 68.). Consuli quoque potest Doctor Angelicus (2. 2. qu. 100. ar. 2. ad 4., & ar. 3. in corp., & ad 2.), Gonzalez (in d. C. *Abolendæ* per tot.), Amostaz (de Caus. piis Lib. 6. c. 3. n. 42.), & Antouellus (de Regim. Eccles. Lib. I. c. 12. n. 55.).

= (*g*) Non opponitur hæc Resolutio Resolutionibus S. Congregationis Concilii in Auximana Funerum (supr. ad d. 24. Mart. 1753. resp. ad III. pag. 99. B.), & in Nullius, seu Sublacen. Funerum (supr. ad d. 30. Maji 1761. resp. ad III., & IV.). Siquidem in Causa ista Firmana Procurator Erculanius ostendebat, numquam pro delatione Cadaverum ad eam nostratum Ecclesiam majus aliquod Emolumentum solutum fuisse. Quin etiam ostendebat ex duorum Peritorum Testimonio, re ipsa non subsistere majorem illam, quæ opponebatur, itineris longitudinem ad nostram illam Ecclesiam. Quæ circumstantiæ non habebantur in Causis paullo ante commemoratis.

= (*h*) Nam in Rmi Zannettini Provinciali Synodo edita An. 1590., *Clerici omnes*, dicitur (C. 25. *de Exeq. & Sepult.*), *tam Sæculares, quam Regulares, ad Funus vocati . . . . non prius discedere* (debeant ab Ecclesia, ad quam delatum est Funus), *quàm totum Officium absolutum fuerit. Aliàs pro Absentibus habeantur omninò, quacumque Consuetudine, etiam immemorabili, in contrarium non obstante, Conscientiam Parochi, vel alterius Eleemosynam solvere debentis onerantes* &c. Pariterque in Synodo Diœcesana Cardin. Gualterii, Anno 1660. celebrata, præcipitur (Cap. 22. *de Exeq. & Sepult.* p. 89.): *Nemo Clericus huic Functioni interveniat absque talari Habitu; vel cum cæteris cantare omittat per viam, vel in Ecclesia; aut ante absolutam Functionem discedat: Si quis in omnibus, vel in horum aliquo contrafecerit, pro Absente omnino habeatur, eique nihil de funeralibus Distributionibus præbeatur*.

1763. 14. Maji. *Decisio*
S. Congregationis Conrellii interpretis in Prænestina juris Concionandi.

In Ecclesia Cathedrali Prænestina (*ita legitur in Folio Congregationis diei 23. April. 1763.*) pro Concionibus habendis tempore Adventus, & Quadragesimæ, solent Concionatores eligi a Seculari Magistratu Civitatis, illisque Communitas solvit partem eleemosynæ. Verum anno 1761., cum Quatuor-Viri Magistratui præpositi, quos vocant Comestabiles, duos elegissent Religiosos Congregationis Doctrinæ Christianæ in Concionatores proximi tunc Adventus, & futuræ Quadragesimæ, obstiterunt PP. Carmelitæ, qui degunt in ea Civitate, contendentes, ex immemorabili consuetudine ad ipsos spectare jus passivæ electionis tertio quoque anno per turnum cum Minoribus Reformatis, & Cappuccinis, ibidem pariter degentibus. Res tamen provisionaliter composita est, data Eminentissimo Episcopo libertate eligendi in Concionatorem, quem maluisset, donec controversia definiretur ab hac Sac. Cogñe, ad quam Partes recursum habuerunt.

Causa nunc proponitur, post auditum de more Emum Episcopum, qui suam non aperiens sententiam, jura transmisit a Partibus exhibita. Et ex illis deprehenditur &c. (*Narrantur hic fusè ea omnia, quæ ab ineunte elapso Seculo enunciantur & in Regestis Prænestinæ Communitatis, & in Actis Pastoralium Visitationum, circa contribuentes Eleemosynam Concionatoribus, ipsiusque Eleemosynæ quantitatem, & circa passivam, & activam Electionem Concionatorum eorumdem: quæ, quantum satis est, possunt intelligi ex his, quæ sequuntur, præsertim in §.* Verum, & seq.).

Adducuntur etiam sex Testes Cives Prænestini, qui prope attingunt, vel excedunt octogesimum suæ ætatis annum, & ad perpetuam examinati anno 1761. deposuerunt, semper vidisse ab usu rationis, quod in Ecclesia Cathedrali Prænestina Conciones habitæ fuerunt, tempore Adventus, & Quadragesimæ, a PP. Carmelitis, Minoribua Reformatis, & Cappuccinis, quorum Conventus existunt in ea Civitate, servato inter eos annorum turno, *senza che mai* (sunt verba Testium) *vi abbia predicato altro Soggetto di altre Religioni: e lo stesso abbiamo inteso dire dalli nostri Antenati essersi praticato negli anni antecedenti, e nel passato Secolo*. Atque tres ex Quatuor-Viris, qui alios Religiosos elegerunt anno 1761., jurejurando postmodum declararunt, se deceptos fuisse in prædicta Electione, & ad eam inductos fuisse sub obtentu quod Viri illi Religiosi essent Ordinis Carmelitarum, *alli quali* (inquiunt) *apparteneva essere da noi nominati, cadendo il loro anno del Turno, che ab immemorabili stà in tutto vigore fra le Religioni Carmelitana calzata, Francescana de' Minori Osservanti Riformati, e dei PP. Minori Cappuccini*.

His probationibus freti PP. Carmelitæ contendunt, legitimam præscriptam fuisse consuetudinem pro ipsis, ac pro Reformatis, & Cappuccinis, ut ex eorum Ordinibus per turnum eligantur Concionatores in Civitate Prænestina, quemadmodum ab immemorabili tempore servatum ajunt; quia licet præscriptio nulla dari possit, quominus Episcopus per se ipsum Conciones habeat, vel Concionatores eligat, dum velit illis stipendium solvere, potest tamen in cæteris casibus præscribi Jus eligendi Concionatores per eos, qui eleemosynam solvunt

vunt, ut tradunt *Gavant. in Manual. Episc. verb. Concio Sacra n. 24., & 23., Barbos. de Offic. & Potest. Episc. alleg. 76. num. 11., & 12., Pignatell. Consult. Canon. 206. n. 32. tom. 4., & Monacell. Formul. legal. part. 1. tit. 12. form. 7. n. 14.*; parique ratione præscribi valet jus passivæ Electionis, etiam per turnum a Religiosis in loco existentibus, ut sæpe rescripsisse Sac. Congregationem Episcoporum, & Regularium, referunt *Nicol. In Flosc. verb. Prædicator n. 7., Brasch. in Promptuar. Synodal. cap. 72. n. 33., & Pignatell. d. Consult. 206. n. 56. tom. 4.*; & censuit hæc Sac. Congregatio *in Civitatis Castellanæ Iuris Concionandi 19. Iunii (a) 1751. lib. 701. Decr. p. 294.*

Verum excipitur Magistratus nomine, consuetudinem legitime non probari enunciativis Visitationum, ubi potissimum eæ non ab Episcopo, sed a delegatis Visitatoribus processerint, & discrepent inter se, ut evinci contenditur ex Visitatione anni 1614., præseferente, turnum vigere cum PP. Observantibus, qui non degunt in Civitate Prænesti, & ex Visitatione anni 1637., generice enarrante turnum eum Religionibus existentibus in Civitate, licet ibidem degant Religiosi etiam Redemptionis Captivorum, & Doctrinæ Christianæ, qui minime præsumunt, hoc jure passivæ Electionis potiri: Minusque efficacem esse assertam consuetudinem, quum in facultativis, uti sunt Electionis actus, nunquam oriatur præscriptio, etiam post tempus immemorabile, nisi probetur coactio eum paritione per tempus aptum ad præscribendum, *Rota decis. 3. n. 2. de elect. coram Falcon.*; præsertim quia ineunte currenti Sæculo Religiosi Cappuccini electi fuerunt in Concionatores duobus consequutivis annis, & anno 1740. electus fuit Religiosus Carmelita diversæ Provinciæ, quam vocant Montis Sancti, eum enunciativa, quod jus nominandi *pleno* spectabat ad Magistratum. Unde infertur, ex consuetudine vel non probata, vel irrelevanti, & interrupta nullum jus acquisitum fuisse præfatis Religiosis, ut in Concionatores eligantur per turnum, quemadmodum contra PP. Observantes (*b*) Terræ Vallerani definivit Sac. Congregatio Episc. & Regular. in *Civitatis Castellanæ 28. Septembris 1736.* Ponente el. me. Card. Gotto, rescribendo *pro libertate electionis*.

Perpendendum tamen, num facultativi diei valeant actus Electionis factæ a Magistratu, postquam tempore etiam, quo Concionatores eligebantur ab Emo Episcopo, pluries in Visitationibus enunciata fuit consuetudo eligendi per turnum Religiosos Carmelitas, Observantes Reformatos, & Cappuccinos: & num interrumpi valuerit consuetudo per solam Electionem Cappuccinorum consequutive factam annis 1706., & 1707., sive per Electionem Religiosi Carmelitæ non diversi Instituti, sed diversæ Provinciæ nuncupat. Montis Sancti, sequutam anno 1740.

Erit itaque definiendum ab EE. VV. =

An Communitas Civitatis Prænestis teneatur eligere Concionatores Adventus, & Quadragesimæ per turnum ex Religiosis Carmelitis, Minoribus Observantibus Reformatis, & Cappuccinis, in casu &c.?

= Quum Causa in supra dicta Congregatione 23. = Aprilis 1763. non potuisset proponi; ea deinde = proposita in sequenti Congregatione 14. Maji, = Emi PP. ad præfatum Dubium responderunt: = *Affirmative*.

= (*a*) Vid. supr. ad eamd. d. 19. Jun. 1751. p. 33. *Chronol. Seraph.*

= (*b*) Nempe *Observantes Reformat. circa turnum* = *Concionum in Ecclesia Terræ* &c.

1763. ead. d. 14. Maji. *Oratio, & Lectiones II. Noct. propriæ conceduntur in Festo B.* Gabrielis Ferretti.

Decretum
Ordinis Minorum Observantium
S. Francisci.

Postquam San. Mem. Benedictus XIV. die 28. Augusti 1754. (*a*) concessisset tam universo Ordini Minorum Observantium S. Francisci, quam utrique Clero Civitatis, & Diœcesis Anconitanæ Officium, & Missam de Communi Conf. non Pontificis primo loco sub ritu duplicis minoris in honorem B. Gabrielis Ferretti Religiosi Professi ejusdem Ordinis; modo tam Clerus supradictæ Diœcesis, quam Fr. Josephus Amadeus a Taurino Sacerdos Professus dicti Ordinis, & Postulator Generalis Causarum Servorum Dei Sac. Rituum Congregationi humillime supplicarunt pro adprobatione suprascriptarum Lectionum secundi Nocturni cum Oratione itidem propria recitan. ab Oratoribus in Officio supradicti Beati; & Sac. eadem Congregatio, audito prius R. P. D. Cajetano Forti Fidei Promotore, qui scripto, & voce suam sententiam exposuit, ad relationem Emi, & Rmi Dni Cardinalis Feroni Præfecti, & Ponentis, suprascriptas Lectiones, & Orationem propriam recitandas in Officio præfati Beati tam a prædicto Clero Anconitano, quam a supradicto universo Ordine Minorum Observantium S. Francisci benigne adprobavit, si SSmo Domino Nostro visum fuerit. Die 7. Maji 1763.

Et facta deinde per me infrascriptum Secretarium de prædictis eidem Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit. Die 14. ejusdem Mensis, & Anni 1763.

Joseph Maria Card. Feroni Præfect.

Loco ✠ Sigilli.

S. Burghesius Sac. Rit. Congr. Secret.

= (*a*) Vid. supr. ad eamd. diem.

1763. 18. Jun. *Decretum circa Causam Lullianam.*

Majoricen.
Beatificationis, & Canonizationis Servi Dei
Raymundi Lullii
Tertii Ordinis S. Francisci,
Beati nuncupati.

Facta per R. P. D. Cajetanum Forti Fidei Promotorem SS. D. N. Clementi Papæ XIII. relatione eorum, quæ continentur in Processu Ordinario anni 1751. in Civitate Palmæ Insulæ Majoricensis instructo super Cultu Servi Dei Raymundi Lullii Tertii Ordinis S. Francisci; Sanctitas Sua benigne annuit, ut Postulatores possint interea parare, & instruere, quæ necessaria sunt ad proponendum Dubium super Signatura Commissionis; sed ea conditione, & lege, ut Commissio

 non

non signetur, si prius revisa non fuerint Scripta omnia hujus Servi Dei, secundum Decreta alias edita a san. mem. Benedicto Pontifice XIV. die 21. Novembr. 1750., & die 3. Martii (a) 1753., quæ firma omnino esse voluit. Hoc insuper addito, ut Scriptorum revisio fieri debeat a Congñe Particulari composita ex aliquibus Emis Card., & Consultoribus utriusque Congregationis, S. Officii, & Sacrorum Rituum, suis loco, & tempore, vel a Se, vel a suis Successoribus designandis. Interea vero quoad judicium pendeat coram S. Cogñe, jussit, & statuit, nihil esse innovandum circa Cultum (b) Servi Dei Raymundi Lullii: declarans tamen id facere citra expressam, vel tacitam ejusdem Cultus adprobationem, ne quid inde inferri possit ad æquipollentem, sive formalem ejusdem Servi Dei Beatificationem. Die 28. Junii 1763.

J. M. Card. Feroni Præfect.

Loco ✠ Sigilli.

S. Burghesius Sacr. Rit. Congregat. Secretarius.

= (a) Vid. supr. ad hanc ipsam diem, p. 97. A.
= (b) Vid. & supr. sub d. 28. Sept. 1753. in Not., p. 129. B. & seqq.

= 1763. 25. Jun. = P. Guardianus, & Religiosi Conventus Caprariolæ, ad hanc Almam Romanam Observantium Provinciam pertinentis, ac siti in Diœcesi Civitatis Castellanæ, de quo alibi etiam diximus; oblato supplici Libello exposuerunt S. Congñi Episcop., & Regular., consuevisse nostrates in ea Ecclesia ab immemorabili tempore Processiones agere Mensibus singulis Chordæ, & Rosarii circa parvum ambitum Plateæ ipsius Ecclesiæ intra Oppidum existentis; aliasque insuper Processiones Sanctissimi Pueri JESU, S. Antonii, S. Paschalis &c. certis Anni diebus, ducentes quidem annuas istas Supplicationes ampliori circuitu, sed non multum ab Ecclesia, & Cœnobio recedentes. Nuper verò interdictas sibi eas omnes fuisse a D. Archipresbytero illius Collegiatæ Ecclesiæ, tanquam Vicario Foraneo, Inhibitione transmissa. Fuisse a Guardiano Oratore semel, & iterum interpellatum Rmum Episcopum, variis apud illum productis rationibus; sed responsum ab eo tulisse, non posse se, quin Parochorum jura tueretur. Quum ejusmodi novitas, si induceretur, in toto Populo illo sermones, perturbationem, scandala paritura fuisset; exorabant Emos Patres, ut per opportuna remedia iis malis occurreretur.

= Rescriptum fuit sub die prædicta 25. Junii: *Ordinario pro informatione, & voto, audito Parocho; & Commissario Curiæ itidem pro informatione, & voto*. At res ulterius non fuit progressa, proptereaquòd Guardianus idem Fundum, sive Solum, spectans ad proprietatem Capituli Sacros. Basilicæ Lateranensis (quod, unà cum superstructa Sacra Ædicula, huic olim Provinciæ concessum fuit), per Peritos dimetiendum, ejusque ichnographiam (vulgò *Plantam*) delineandam euravit. Quumque exinde apparuisset, Processiones non egredi limites Fundi Lateranensis; Pars adversa quievit.

= De illa, quam innuimus, Soli, & Ædiculæ Caprarolensis concessione legendus præclarus ille Romanæ ipsius Provinciæ Historicus, & Criticus, idemque Religiosæ vitæ exemplo conspicuus P. Casimirus Romanus: qui incredibili diligentia, accuratione summa, singulari judicio duobus Voluminibus italicè editis Monumenta Historica complexus est, altero quidem Volumine quæ ad hoc Cœnobium, Templumque Aracœlitanum pertinerent, altero autem quæ ad Templa reliqua, & Cœnobia ejusdem Provinciæ, ubi Capite VI. agit de Cœnobio Caprariolæ.

= 1763. 8. Jul. = Prohibita fuerunt hac die infrascripta Opera. I. *Nova Acta Eruditorum Lipsiæ publicata anno 1754., & publicata anno 1755.* II. *Io. Wandalini... Prælectiones Theologicæ in Epistolam Pauli ad Romanos, editæ cura, & studio Io. Wandalinorum Filii, & Nepotis*. III. *Io. Iacobi Zimmermanni Opuscula Theologici, Historici, & Philosophici Argumenti. Tom. I. Pars* I. & II. Mox quoque Decreto 24. Novembris ejusd. An. 1763. prohibitæ fuerunt eorumdem *Opusculorum Pars I., & Pars altera Tomi II.*

1763. 24. Aug. *Inhibentur Concionatores, quominus apocryphas Indulgentias a suis Auditoribus acquirendas promulgent.*

Reverende P. Minister Provinc. Almæ Provinciæ SS. Trinitatis del Chile = Ab Illmo, ac Rmo Dño Episcopo Chilensi in Indiis Occidentalibus Hispaniarum delatæ sunt preces, atque expositum fuit SS. Patri, & Dño Nostro Papæ Clementi XIII., quemdam Fratrem ex Ordine nostro Minorum Regularis Observantiæ, occasione Concionis habitæ in sua Cathedrali Ecclesia, promulgasse Indulgentiam octodecim annorum, a singulis auditoribus acquirendam; innixum forsan assertioni Casarubii (a), aliorumque Auctorum, qui has apocryphas Indulgentias, *vivæ vocis oracula* concessas, nimis lectè prædicant, quasque sæpius esse revocatas constat. Cumque prædictus Frater Concionator admonitus foret ab eodem Illmo Dño Episcopo de nullitate harum Indulgentiarum, noluit ab assertione sua recedere; imò alii Fratres, occasione Concionum habitarum in Ecclesiis Ordinis, easdem Indulgentias octodecim annorum promulgare non desistunt. Ex commissione (b) igitur SSmi Patris, & Dñi Nostri Papæ Clementis XIII. injungo Paternitati Vestræ Reverendæ, ut omnes, & singulos istius Provinciæ Fratres moneat, ne ampliùs hujusmodi Indulgentias, quæ certè nullæ (c) sunt, promulgare audeant, & debitam Illmo Dño Episcopo satisfactionem exhibeant; alioquin ad inflictionem censurarum, aliarumque pœnarum arbitrio Sanctitatis Suæ deveniendum erit. Hæc Paternitati Vestræ Reverendæ significanda duxi, dum fausta omnia adprecans maneo = Paternitatis Vestræ Reverendæ Servus Fr. Joannes Alfaro Coronada Procurator Gen. Ord. =

Romæ ex Aracœli die 24. Augusti 1763.

= (a) Casarubius reapse in suo Compendio Privilegiorum (v. *Indulgentiæ quoad Sæculares* §. V.) eam Indulgentiam adstruit Annorum octodecim, nihil ibi contra dicentibus Compendii ejusdem Commentatoribus Corduba, & Sorbo. Sed & eamdem illam Indulgentiam tradiderunt Miranda, Diana,

&

& Gobat, quos citat, sequiturque P.Lucius Ferraris (v. *Indulgentia* art. 5. n. 48.). Istorum igitur assertio hic a Pontifice improbatur.

(*b*) Pontificia ista commissio Epistolam hanc scribendi ad P. Ministrum Provinciæ SS. Trinitatis in Regno Chilensi prope Magellanicam, facta fuit P. Procuratori Generali per Eñum Torregiani a Secretis Ecclesiasticæ Ditionis, & Protectorem Ordinis, de quo supra dictum est. Cui deinde tradita Epistola hæc a P. Procuratore Generali, fuit ab Eminentia Sua cum Epistolis aliis transmissa Rño Chilensi Antistiti per Secretariam Ditionis ejusdem.

(*c*) Intelligendum hoc est (quod attinet ad Indulgentias Concionum) de Indulgentia illâ Annorum *octodecim*. Nam Indulgentiæ nonnullæ audientibus Conciones nostratum fuerunt certò concessæ, & per Apostolicas Literas confirmatæ, quas nescimus aliquando revocatas fuisse; ut sunt illæ, quas testatur, confirmatque Joannes XXII. (*Filiationi vestræ* 4. Kal. Sept. An. XV., hoc est, An. 1330., apud Wadding. Edit. Rom. Tom. 7. p. 420.& seq.).

1763. 30. Aug. *Regulares, qui facultate gaudent Benedictionem Populo impertiendi Pontificio nomine, ea Facultate uti non possunt sine scripta Ordinarii permissione maturè impetranda.*

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

DEcet Romanos Pontifices, assiduas super Dominicum Gregem excubias Divino Præcepto agentes, quæ ad Fidelium pietatem fovendam diversis Ecclesiasticis Ordinibus pro eorum in Ecclesiam meritis a Se, vel a Romanis Pontificibus Prædecessoribus suis indulta sunt, si aliqua exinde minus congrua, & eorum voluntati, ac menti consectanea exorta comperiantur, provida diligentia, ac prudenti circumspectione ita coercere, ac moderari, prout melius ad Animarum salutem, & Catholicæ Ecclesiæ decorem in Domino putant salubriter expedire.

Cum aliàs per nostras Litteras sub Plumbo, incipientes: *Inexhaustum*: datas tertio nonas (*a*) Novembris Pontificatus nostri anno quinto, Ven. Fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, duabus anni Solemnitatibus, nimirum Paschate Resurrectionis Domini, alioque Festo solemni eorum arbitrio designando; Prælatis vero inferioribus, usum Pontificalium cum Territorio separato, & jurisdictione quasi Episcopali habentibus, semel in Anno in uno ex diebus, in quibus eorum singulis Pontificalium usus ab Apostolica Sede permittitur, nempe in præfato solemni die Paschatis Resurrectionis Dominicæ a Nobis præfinito; Populo in Ecclesia congregato, Apostolica Summi Romani Pontificis pro tempore existentis auctoritate, illiusque nomine, facultatem solemniter benedicendi, cum elargitione Plenariæ Indulgentiæ, juxta ritum, & formam tunc traditam, concesserimus; in iisdem Litteris facultates similes impertiendi Romani Pontificis nomine Apostolicam Benedictionem aliquibus Regularibus Ordinibus concessas præservavimus: districte tamen dilectis filiis, eorumdem Ordinum Superioribus, & Professoribus, etiam speciali mentione dignis, facultate, & indulto hujusmodi gaudentibus, & qui in posterum gaudebunt, injunximus, ac præcepimus, ut quibus diebus Episcopi facultate hujusmodi uterentur, ab elargienda prædicta solemni Benedictione penitus abstinerent, prout in dictis Litteris plenius continetur.

Verum, cum ad Nos perlatum sit, ex quo in concessionibus, illis Ordinibus factis, minime fuit expresse præscriptum, Regulares Personas, ad impertiendam supra Populum Benedictionem a propriis Superioribus designatas, opportunam prius ab Archiepiscopo, vel Episcopo, aut Prælato respective Loci illius licentiam exquirere debere; functiones hujusmodi absque Ordinariorum licentia, & permissione, imo ipsis aperte dissentientibus, non semel, sed pluries in anno, atque etiam contra nostrum expressum præceptum, & mandatum iisdem diebus, quibus a prædictis Locorum Prælatis peraguntur, non sine gravi Christianæ pacis perturbatione, & Fidelium scandalo, a Regularibus peragi contigisse.

Quare cum maxime dedeceat, & tolerari ubique non debeat, Apostolica jussa, & mandata, a Religiosis præcipue Viris, negligi, aut non servari, & omnino incongruum sit, solemnem super Populum, & sacram peragi actionem, ignaris, vel dissentientibus Pastoribus, quibus ejusdem Populi cura & sollicitudo, Divina disponente clementia, commissa est; hujusmodi non mediocri malo congrua Apostolicæ provisionis remedia adhibere volentes, ut in posterum Apostolicæ Sedi, & aliarum Ecclesiarum Pastoribus debitus honor, ac reverentia habeatur, utque, cujuscumque discordiæ, ac dissensionis fomite, & causa sublata, pax, & concordia in procuranda Fidelium salute inter sacros Ecclesiæ Dei Ministros retineatur diligentius, & exactius custodiatur; Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine, hac nostra in perpetuum valitura Sanctione constituimus, decernimus, ac declaramus, Regulares Ordines, etiam specialiter exprimendos, quibus facultas Benedictionem elargiendi super Populum a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris quomodocumque concessa, & per Nos in dictis nostris Literis præservata fuit, & eorumdem Ordinum Personas Regulares ad id designatas, ac Superiores ipsos, facultate & concessione hujusmodi respective uti non posse sine scientia, & permissione Episcopi Diœcesani, aut Prælati Loci Ordinarii activam jurisdictionem in Clerum, & Populum habentis, ab ipsis quidem ante in scriptis impetranda, quàm per publica edicta, seu enunciationes, aut proclamationes Populum de Benedictione stata die elargienda, ut se ad Sacramenta Confessionis, & Communionis ea die suscipienda disponat, certiorem faciant; vel, si edicta hujusmodi omitti contingat, triduo saltem ante ipsam diem Benedictionis, eadem licentia, & permissio in scriptis impetrari omnino debeat; sub pœna suspensionis ab omni officio, & dignitate, aliisque arbitrio nostro inferendis.

Decernentes, præsentes nostras Litteras, & in eis contenta, ex quibusvis causis, vel prætextibus,

de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel quovis alio defectu notari, impugnari, vel quomodolibet retractari, suspendi, restringi, limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus umquam posse, easque omnino sub quibusvis contrariis Constitutionibus, revocationibus, suspensionibus, derogationibus, decretis, vel declarationibus, noviaque privilegiis generalibus, & specialibus pro tempore faciendis minime comprehendi, sed semper ab illis exceptas esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab iisdem Ordinibus Regularibus, Superioribus, & Personis quibuscumque, perpetuo, & inviolabiliter absque declaratione aliqua observari debere: sicque in præmissis omnibus censeri, & ita per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, ac etiam privilegiorum eorumdem Ordinum Conservatores, etiam quavis auctoritate & potestate fungentes, Causarum quoque Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, dictæque Sedis Nuntios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

Non obstantibus quorumvis Prædecessorum nostrorum, ac etiam in Synodalibus, Provincialibus, & Universalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, Privilegiis quoqua ipsis Ordinibus, & eorum singulis in genere, vel in specie a Prædecessoribus præfatis, etiam quacumque causa, ac sub quibusvis tenoribus, & formis, ac quibuslibet derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis Decretis in genere, vel in specie concessis, ac etiam pluries confirmatis, & innovatis: Quæ omnia, & singula, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad effectum validitatis, perpetuæ firmitatis, & observantiæ præmissorum omnium, & singulorum, hac vice dumtaxat, harum serie specialiter, & expresse moderamur, &, quatenus opus sit, illis opportuna, & valide derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, quod earumdem præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ iisdem præsentibus adhiberetur, si exhibitæ forent, vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostræ Constitutionis, declarationis, decreti, moderationis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo sexagesimo tertio, Tertio Kalendas Septembris, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

C. Card. Pro-Datarius. N. Card. Antonellus.

Visa de Curia J. Manassei.

Loco ✠ Plumbi L. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

= (a) Mendum hic est in Exemplo, quo usi sumus, impresso Typis R. Cameræ Apostolicæ. = Nam Bulla *Inexhaustum*, quæ hoc loco citatur, = data fuit *tertio Nonas Septembris*: ad quam diem = Anni 1762. nos illam supra descripsimus.

1763. 9. Sept. *Ædificatio Parochialis Ecclesiæ constructæ in eo Loco Religiosorum mendicationibus impedimento esse non potest.*

SAcra Congregatio Emorum, & Rmorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcopor., & Regular. præposita, referente Emo De Rubeis Ponente, censuit rescribendum, prout rescripsit = Servetur solitum =.

Romæ 9. Septembris 1763.

C. A. Card. Cavalchini.

Loco ✠ Sigilli.

J. Archiep. Petren. Secret.

= Jussu Rmi Episcopi S. Agathæ Gothorum, in = Oppido Argentio (vulgò *Arienzo*), ejusque Ter- = ritorio per Parochos ita Populi significato, præ- = pediti fuerant, quominus illic eleemosynas quæ- = ritarent de more, Religiosi Conventus siti in Ur- = be Caudio, seu *Arpaia*, spectantia ad Almam = nostram Campaniæ Provinciam, *Terræ Laboris* = nuncupatam. Rogatus Præsul idem a P. Guar- = diano Caudiani illius Cœnobii, constans persti- = tit in proposito. Interpellata verò S. Congrega- = tio Episcopor. & Regular., rescripsit sub die 20. = Maji prædicti Anni 1763.: *Audiatur Ordinarius, = qui sollicitè referat; & cæterùm mandet servari so- = litum.*

= Respondit Rmus Episcopus ad Emos Patres, = impeditam a se fuisse eleemosynarum quæsitio- = nem in solo Argentii Oppido, ac Territorio, ne = mendicatio illa in detrimentum cederet novæ Pa- = rochialis Ecclesiæ, quæ eleemosynis Fidelium = construebatur: suppetere Observantibus alios Pa- = gos (quorum catalogum S. Congregationi exhi- = bendum curavit) tum in sua, tum in Beneven- = tana Diœcesi, ex quibus consequi possent, quæ = ad sustentationem pertinerent: suppetere adhæc = iisdem Legata Missarum.

= Quum S. Congregatio, acceptis his Literis, = rescripsisset sub die 15. Jul., *Ostendatur Rela- = tio*; P. Commissarius Gen. Curiæ ad eam Illmi = Ordinarii Relationem debita cum veneratione = respondit, Seraphicum Patriarcham in sua Regu- = la, interdicta penitus Filiis suis quacumque ter- = renarum rerum proprietate, ipsis in perpetuam = veluti hæreditatem reliquisse, ut *vadant pro elee- = mosyna confidenter*: fuisse etiam caput hoc, ut & = cetera, quæ in Regula continentur, ab Honorio

III.

III. Apostolicæ Confirmationis suæ *patrocinio communitum*, interminata illis, qui Confirmationi suæ, sive executioni Regulæ a se confirmatæ, *ausu temerario contraierint, Indignatione Omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli*. Addebat quæ ex Capite *Nimis prava* Gregorii IX. *de excessib. Prælator.*, aliisque Apostolicis Constitutionibus affert P. Lucius Ferraris (v. *Eleemosyna* n. 35. & seq.). Subjiciebat, Oppidum Argentium in Districtu esse Mendicationis Minorum Observantium Conventus Arpajæ, & ab Urbe ista distare solùm duo passuum millia; in Locis finitimis alios nullos Regulares extare Paupertatis altissimæ professores, qui illic eleemosynas quærerent; solere demum Arpajæ Cœnobium, Præsule ipso fatente, in Argentii Territorio annuas mendicationes obire.

= Ex ædificatione porrò Ecclesiæ Parochialis necessitatem non apparere impediendi, ne Religiosi ad quæritandum circumirent de more; posse aliquem commodiori utentem fortuna, ultra oblationem pro nova Ecclesia, levamen aliquod pauperibus etiam Religiosis præbere: si Ecclesia Parochialis publico bono inserviebat, Religiosos quoque toto Anno Populis deservire administratione Sacramentorum, ministerio verbi Dei, adsistendo frequenter ægris, & in extremo agone periclitantibus, ac sacris assiduis Functionibus, aliisque operibus publicæ, privatæque pietatis.

= Pagos verò Pauperibus plerumque constare: ac, si Religiosi hinc illinc modica plura corrogant, quæ faciunt *unum satis*, debere ab iisdem collecta distribui in victum, vestitum, supellectilem, reparationem Ædificii, in usus Templi, aliosque necessarios sumptus, qui finem propemodum numquam habent.

= Quod tandem spectabat ad Legata Missarum; quoniam dominium, administratio, cura omnis Fundorum, seu Sortium Legatorum eorumdem non existit, nec potest existere vi nostræ Professionis, nisi apud Hæredes, aliosve Gravatos; hinc vel ex defectu Pietatis in Gravatis ipsis, vel ob eorum inopiam, vel quòd Fundi distracti fuerint, vel quòd parum reddiderint, sæpe contingere, ut Religiosi, post celebratas Missas, illarum eleemosynis vel omninò, vel magna parte fraudati remaneant: adeout non habere, quàm habere Legata, utilius ferè Observantibus foret.

= Quandoquidem verò Emus Præfectus S. Congregationis jam paulò antea sub die 19. Augusti rescripserat, *Detur Ponens*; P. Commissarius Curiæ hanc suam Relationem concludens rogavit, ut designaretur Ponens, quicumque Sacræ ipsi Congregationi placuisset, quò modis maximè congruis, & pacificis controversia finiretur, in qua ipse aliud nihil omninò spectabat, nisi necessitates Ordinis suæ procurationi commissi.

= Relatione ista exhibita, Rescriptum prodiit: *Emus De Rubeis videat, & referat*. Quo referente in Congregatione habita die 9. Septembris, perpensis per Emos PP. rationibus in utraque Relatione productis, editum fuit Decretum illud, quod principio retulimus.

1763. 17. Oct. *Mandatur, ut Cœnobiis tum Regularis, tum Strictioris Observantiæ septem & octoginta, per Picenum, & Umbriam constitutis, annua Salis eleemosyna, sicuti antea, tribuatur.*

Avendo i sudetti Ottantasette (*a*) Conventi anche in tempo dei precedenti Appaltatori della Tesoreria della Marca goduta ogni Anno la grazia della Limosina del Sale dai detti Tesorieri per conto della R. C. A. in ragione di Libre Quindici per ciascheduno Religioso residente nei medesimi Conventi; pertanto li Sig. Cnudi, ed Odorici, odierni Tesorieri della sudetta Provincia, si compiaceranno ogni Anno continuare la somministrazione della stessa limosina del Sale alla detta ragione di Libre Quindici per ogni Religioso; con che però i rispettivi Superiori debbano secondo il solito attestare con giuramento il numero dei Religiosi, che risiedino ne'loro Conventi. E questo con altro (*b*) simile vaglia, ed abbia vigore di un Ordine solamente.

Questu di 17. Ottobre 1763.

Filippo Campilli Commiss.Gen.
della R. C. A.

Loco ✠ Sigilli.

= (*a*) Epistolæ huic præmissa fuerunt ab eodem Rmo Præsule Campillio nomina istorum octoginta septem Conventuum, ut hic sequuntur =

Ascoli. Convento di S. Antonio Abbate de' Min. Osservanti (*legendum* Riform.). Convento della SSma Nunziata dell' Ordine sudetto. Convento di S.Giorgio dell'Ordine sudetto. = Assisi. Convento di S.Maria delle Carceri de'Min.Rifor.Convento di S. Damiano dell'Ordine sudetto. Convento della Chiesa Nuova dell'Ordine sudetto. = Alto di Anenna. Convento di S. Francesco de' Min. Osserv. = Sant' Angiolo in Vado. Convento dell'Osservanza. = Belvedere. Convento di S. Francesco de' Min. Riform. = Camerino. Convento di S. Francesco de' Min. Osserv. Convento dello Sperimento dell'Ordine sudetto. = Castel di Emilio. Convento di S. Francesco de'Min. Riform. = Cibottola. Convento di S. Bartolomeo de'Min.Riform. = Civita Nova. Convento di S. Giuseppe de' Min. Riform. = Cingoli. Convento di S. Giacomo de' Min. Riform. = Cerreto. Convento della Madonna di Costantinopoli de' Min. Riform. = Colfano. Convento di S. Francesco de' Min. Osserv. = Cesi. Convento della Romita de'Min. Riform. = S. Elpidio a Mare. Convento di S. Maria di Gesù de' Min. Osserv. = Fabriano. Convento della SSma Nunziata de'Min. Osserv. Convento della Romita dell'Ordine sudetto. = Fano. Convento di S. Maria Nova de'Min. Osserv. = Fermo. Convento della SSma Nunziata de'Min.Osserv.= Forano. Convento di S. Francesco de'Min. Riform. = S.Giusto. Convento della Purità de'Min. Osserv.= Gualdo. Convento della SSma Nunziata de' Min. Osserv. = Grottamare. Convento de'Min. Riform. = S. Ginesio. Convento di S. Maria delle Grazie de' Min. Osserv. = Gubbio. Convento di S. Girolamo de'Min. Riform. = Jesi. Convento di S. Francesco de'Min. Riform. = Loreto. Convento di S. Benigno de' Min. Osserv. = Montefalcone. Convento di S. Giambattista de'Min. Riform. = Monte Rubbio. Convento di S. Giorgio de' Min. Osserv. = Monte Fiorentino. Convento di S. Francesco de' Min. Osser-

serv. = Macciano. Convento di S. Maria dell'Olivo de'Min. Osserv. = Macerata. Convento di S. Francesco de' Min. Osserv. di S. Croce. = Monte Cassiano. Convento di S. Croce de' Min. Osserv. = Monte dell' Olmo. Convento de' Min. Osserv. = Monte Santo. Convento di S. Antonio de' Minori Riform. = Morro di Valle. Convento di S. Francesco de' Min. Osserv. = Mogliano. Convento di S. Colomba de'Min. Osserv. = Montemaggio. Convento di S. Antonio de'Min. Osserv. = Massa. Convento di S. Francesco de' Min. Riform. = Monte di Nove. Convento di S. Francesco de' Min. Riform. = Monte Prandone. Convento di S. Maria delle Grazie. = Monte Carotto. Convento di S. Francesco de' Min. Osserv. = Massaccio. Convento della Romita de' Min. Riform. di S. Giacomo. = Monte Albodo. Convento di S. Maria del Popolo de' Min. Riform. = Monte Nuovo. Convento di S. Francesco sotto il titolo di S. Croce de' Min. Riform. = Monte Fortino. Convento di S. Maria del Girone de'Min. Osserv. = Monte Baroccio. Convento del Beato Sante de' Min. Osserv. = Mandola. Convento di S. Sebastiano de' Min. Osserv. = Matelica. Convento di S. Francesco de' Min. Osserv. Convento di S. Giovanni dell' Ordine sudetto. = Montecchio. Convento del SSmo Crocifisso de' Min. Riform. = Montefranco. Convento di S. Bernardino de' Min. Osserv. = Norcia. Convento della SSma Nunziata de' Min. Riform. = Convento di Monte Santo (*de' Min. Riform.*). = Di S. Pellegrino dell'Ordine sudetto. = Offida. Convento di S. Francesco de' Min. Osserv. = Osimo. Convento della SSma Nunziata de' Min. Osserv. = Monte S. Polo. Convento del SSmo Crocifisso de' Min. Osserv. = Pieve di Cartoceto. Convento de' Min. Osserv. = Porto di Fermo. Convento di S. Maria degli Angioli (*de' Min. Osserv.*). = Petritoli. Convento di S. Maria de' Martiri de' Min. Osserv. = Poggio. Convento della Misericordia de' Min. Osserv. = Pergola. Convento di S. Antonio de' Min. Osserv. = Pissignano. Convento S. Antonio de' Min. Osserv. = Ripa Transone. Convento de' Min. Osserv. di S. Maria Maddalena. = Recanati. Convento di S. Maria di Varano de' Min. Osserv. = Roccacontrada. Convento di S. Martino de' Min. Osserv. Convento di S. Giambattista dell'Ordine sudetto. = Romita. Convento di S. Francesco (*dello SS. Annunziata*) de' Min. Riform. = Sinigaglia. Convento delle Grazie de' Min. Riform. = Serviglian̄o (*modò* Castel Clementino). Convento di S. Maria del Piano de' Min. Osserv. = Sirolo. Convento di S. Francesco de' Min. Osserv. = Sassoferrato. Convento di S. Maria della Pace de' Min. Osserv. = S. Severino. Convento di S. Maria delle Grazie de' Min. Riform. = Spoleti. Convento di S. Croce di S. Anatoglia de' Min. Osserv. Convento di S. Francesco di Monte Luco de' Min. Riform. Convento di S. Antonio di Monte Luco de' Min. Osserv. Convento di S. Paolo de' Min. Osserv. = Scarzuola. Convento della SSma Nunziata de' Min. Riform. = Sarnano. Convento di S. Liberato de' Min. Osserv. = Tolentino. Convento di S. Maria di Loreto de' Min. Osserv. = Trevi. Convento di S. Martino de' Min. Riform. = Urbania. Convento del Barco de' Min. Riform. =

= (*b*) Epistola altera ad eosdem Goudium, & = Odoricium ea ipsa die 17. Octobris perscripta = fuit ab eodem Illmo, ac Rmo Præsule Philippo = Campilli, Epistolæ huic similis, immò totidem = concepta verbis: nisi quod in illa recensebantur = duntaxat Conventus PP. Reformatorum, qui = permixtim hic supra cum Conventibus Regularis Observantiæ enumerantur; id facilè postulante P. Procuratore Gen. ipsorum PP. Reformatorum (qui enixis etiam studiis cum P. Commissario Curiæ Mandatum istud obtinuit), ut breviora essent Epistolæ exempla ab ipso ad suos in = Picenum, & Umbriam transmittenda. Ea de = caussa hic dicitur, Epistolam utramque vim habere unius tantùm ejusdemque Mandati: quum = Mandatum, in altera Epistola illa contentum, = non esset, nisi pars Mandati Epistolæ istius, = quam exhibuimus; spectans nempe seorsim ad = eos ipsos Conventus PP. Reformatorum, qui in = hac Epistola numerantur.

1763. 7. Nov. *Dum de rebus temporalibus agitur, non licet nostratibus apud Tribunalia, ad supplicandum etiam, comparere; sed Syndicis tantùm id licet, quando, & quomodo hoc eis permittitur per Facultates sibi a S. Sede tributas.*

Illmo, e Molto Rev. Monsignore come Fratello. = Per comandamento di questi Emi miei Signori (*a*), trasmetto a V. S. l'annesso Memoriale dato a nome delli Religiosi del Convento (*b*) *N.* del Castello *N.*, affinchè distintamente informi la S. Congne sopra la qualità del Legato; e che Ella ordini, che la presente Istanza venga fatta (*c*) dal Sindico Apostolico del sudetto Convento. Il che si starà attendendo insieme col suo parere; e Dio la prosperi. = Roma 7. Novembre 1763. = D. V. S. = Come Fratello Carlo Alberto Card. Cavalchini. = Simone Buonaccorsi Segret. = L. ✠ S.

= (*a*) Sacræ Congnis, Episcoporum, & Regularium consultationibus, negotiisque præpositæ. = Hæc porrò Epistola, missa ad Diœcesanum Episcopum die 7. Novembris 1763., legitur in Regesto Decretorum inter Decreta Congnia habitæ = die 23. *Septembr.* ejusdem Anni.

= (*b*) Minorum Observantium: qui Conventus = deinde in Recollectionis Conventum erectus fuit.

= (*c*) Alia occurrunt Decreta, seu Rescripta similia in ejusdem S. Congnis Regestis, edita super Libellis supplicibus Observantium, Reformatorum, Capuccinorum. Sic in Regesto Rescriptorum sub eadem die 23. *Septembr.* 1763. = legitur = *Osservanti Superiori del Convento di* N.: = *Commissario Curiæ pro informatione, & voto*; *ac* = *supplicet Syndicus Apostolicus* =. Et infra ibidem = = *Osservanti Riformati, e Cappuccini di* N.: *Ordinario pro informatione, & voto; & supplicent Syndici Apostolici utriusque Conventus.*

= Hinc, ut adnotat P. Augustinus Matthæucci = (Schol. Paupert. Tit. IV. cons. 1. n. 20.), *pro obtinenda* quoque *a S. Congne Concilii Missarum reductione, Preces eidem a Syndico exhibentur, prout est praxis. Hac enim in re nequeunt Fratres esse petitores; quia versantur in materia, quæ saltem de indirecto res temporales Fratrum respicit, stipendia nimirum Missarum, quæ Fratribus celebrantibus ab Executoribus Legatorum in eleemosynam regulariter conceduntur, ad quorum necessitates a Syndico licitè, & ritè recipiuntur.*

= Etsi ceteroquin, si rem penitùs inspiciamus, = ne

ne a Syndico quidem, sed ab Hæredibus, aliisve Gravatis impetranda reductio foret. Nobis enim per Constitutiones Apostolicas, ac nominatim per Declarationes S. Congregationis Particularis Urbanæ An. 1628., quarum *omnium, & singularum observantiam strictè demandavit* S. M. Benedictus XIII. (in Rescripto, quod legitur apud P. Perus. Par. II. p. 34. in fin. & seq.), *prohibetur ad tramites nostræ Professionis qualibet obligatio pro oneribus perpetuis*, ut in eodem Rescripto subjungitur. Quapropter Missæ Legatorum, ad nos quod spectat, Missæ sunt manuales, & adventitiæ; sicuti observat quoque post Gaudentium Kerckove Thomas Montalvus (Gloss. fundam. Tom. I. cap. 10. art. 6. num. 34. & sequentib.).

Ex quo fit, ut quemadmodum in Missis manualibus, quæ in dies a Fidelibus postulantur, ita pariter in Missis Legatorum, si offeratur eleemosyna minor congrua, possit a Syndieo illa non recipi, subindeque a Fratribus Missarum celebratio possit omitti, quousque Hæredes, aliive Gravati congruam pro singulis celebrandis Missis eidem Syndico eleemosynam tribuant, vel quia petierint ipsi, & obtinuerint a S. Sede Missarum reductionem ad minorem numerum, vel quia supplcant e suo censu, aut aliàs, id, quod deerat, ut eleemosyna congrua esset comparatè ad integrum Missarum numerum ex voluntate Testatoris celebrandarum.

Nam quod porrò (ut hoc etiam moneamus, quoniam hortatur locus, & maxima rei gravitas), quod, inquam, ex qualitate illa, quam diximus, *Missarum manualium, & adventitiarum* colligit cum Kerckovio Thomas Montalvus (loc. cit.), quod nempe in casu, quo eleemosyna, a Testatore relicta, incongrua fuerit, vel evaserit, apud Gravatos quidem obligatio maneat obtinendi reductionem numeri Missarum; at ceterum possint Superiores nostri, etiamsi Gravati reductionem non obtinuerint, *eas Missas celebrari facere, quæ correspondeant eleemosynis ab hæredibus, seu personis gravatis elargitis, juxta taxam eleemosynæ manualis pro Missarum stipendio*; ista, inquam, opinio non solùm praxi contraria est, nec proinde sequenda, ut P. Montalvus fatetur; sed & insuper, praxi seposita, ne sustineri quidem illa probabiliter potest.

Quandoquidem in Urbanis Decretis *de celebratione Missarum*, confirmatis per Constitutionem *Nuper* a S. M. Innocentio XII., postquam interdicitur primo loco Missarum perpetuarum reductio (apud Ferrar. v. *Missæ Sacrif.* art. 2. n. 2. §. 2., & Montalv. loc. cit. n. 24.); prohibetur secundo loco reductio adventitiarum (apud Ferr. ib. §. 3., & Montalv. ib. n. 3.). Præcipitur enim *sub obtestatione Divini Judicii, ut, ubi pro pluribus Missis &c. stipendia quantumcumque incongrua, & exigua, sive ab una, sive a pluribus Personis collata fuerunt, aut conferentur in futurum Sacerdotibus, Ecclesiis &c.; absolute tot Missæ celebrentur, quot ad rationem attributæ eleemosynæ (quantumcumque*, ut supra, *incongruæ, & exiguæ) præscriptæ fuerint*, videlicet ab *Offerente*, ut ibi declaratur infra (apud Ferr. loc. cit. §. 21. Dub. 2., ac 3.). Additurque: *ita ut alioquin ii, ad quos pertinet, suæ obligationi non satisfaciant; quinimmo graviter peccent, & ad restitutionem teneantur*. Habetur etiam super hac ipsa re, nominatim quoad nostrates, Declaratio expressa (referenda, Deo propitio, in sequenti Volumine) edita ab ipsamet S. Congñe Concilii, a qua Decreta laudata de celebratione Missarum condita fuerunt, Urbano Pontifice approbante: ex qua Declaratione magis magisque apparebit, quantum a mente ejusdem S. Congregationis ea distet opinio.

Ceterùm si celebratio Missarum, ut supra diximus, suspendatur; debet statim a Syndico de hoc facto, quod contingit, certior fieri Rñus Ordinarius Loci: qui omnium piarum dispositionum ab Jure est Executor, sicuti animadvertimus alibi (sub d. 12. August. 1758. in Not. §. *Ista* p. 301.). Nam secùs Ordinarius, ignarus facti, quod accidit, non posset rem totam perpendere, ac providere, ne fortè Defunctorum Animæ ex desidia, vel imperitia, aut avaritia suorum Hæredum, aliorumve Gravatorum Suffragiis sibi ex justitia debitis miserè fraudatæ remaneant. Qua ipsa piissima de caussa debet Syndicus, non quidem instando, sed solummodò narrando factum, Ordinarium commonefacere.

Quando autem, & quo modo possit Syndicus Apostolicus pro rebus temporalibus coram Judicibus comparere juxta Facultates sibi a S. Sede tributas, ut supra in præmisso Summario dicebamus; exponemus per summa capita, juvante Deo, in Volumine altero: quoniam in hac re, quæ maximi & momenti, & periculi est, experti sumus errari facilè posse, non sine labe interdum nominis nostri. Interim consuli possunt, riteque expendi Decreta S. Congregationis Particularis An. 1628. supra memoratæ, aliaque legalia Monumenta, quæ collegit Fagnanus (in C. *Nimis prava* n. 47. & seqq. de excess. Prælat.), & Perusinus (in sua Chronol. Part. I. a p. 378. ad 394.); necnon commentationes P. Augustini Matthæucci super Monumentis iisdem (in Schol. Paupert. Tit. 1. cons 3. n. 12., & alibi, ac præsertim in Tit. 3. & 4.).

1763. 14., & 29. Nov. = Proscripti fuerunt die 14. Novembr. (ultra Partem utramque Tomi II. Opusculorom Zimmermanni, ut dictum est sub die 8. Julii Anni huj. 1763.) Libri alii, qui sequuntur. I. Opus *de Miraculis, quæ Pythagoræ, Apollonio Thianæo, Francisco Assisio, Dominico, & Ignatio Loyolæ tribuuntur: Editio nova multis adnotamentis aucta: Auctore Philelenthero Helvetio*. II. Opella, cui titulus est: *Dissolvitur celebre Quæsitum a nemine hactenus discussum pro Exorcista rite edocto, quem fecit idoneum ministrum Novi Testamenti donum Dei. Ad obsessam ovem siquis Sacerdos accedat, ad maleficiatam liberationis gratia, & benedictionis ad infirmam, quid sentiant Pastores earum*.

Die autem 29. ejusd. Novembr. proscriptum fuit *Examen de la Religion, dont on cherche l'eclaircissement de bonne foi, attribué à Mr. de Saint Evremond, traduit de l'Anglois de Gilbert Burnet*. Vid. & infr. ad Ann. 1765. 8. Julii, ubi damnatam referemus impiorum quinque Opusculorum Collectionem, quorum unum est istud,

1763. 9. Dec. *Indulget Pontifex, ut qui semel saltim in hebdomada, nisi legitimè impediantur, suo solent confiteri peccata, nulliusque lethalis culpæ, post ultimam Confessionem admissæ, sibi conscii sunt; quascumque possint Indulgentias consequi sine actuali Confessione; exceptis Jubilæi Indulgentiis, aliisque ad instar Jubilæi concessis.*

DECRETUM

Sac. Congregationis Indulgentiis, & Sacris Reliquiis præpositæ.

QUum Sacra Congregatio Indulgentiis, & Sacris Reliquiis præposita die 31. Mensis Martii anno 1759. fuerit in Voto, Confessionem Sacramentalem, quando in Brevibus apponitur pro Indulgentiæ consecutione, peragi omnino debere, etiam ab his, qui sibi lethalis peccati conscii non sunt, necnon præfatam Confessionem suffragari etiam posse, si in Vigilia Festivitatis expleatur, Votumque Congregationis SS. D. N. Clemens PP. XIII. benignè approbaverit, illudque typis publicari sub datum 19. Maji prædicti anni mandaverit; quamplures supplices Libelli tum Regularium Communitatum, & præsertim Monialium, tum etiam Parochorum, & nonnullorum Episcoporum pro suis Diœcesibus porrecti sunt, quibus maxima exponebatur difficultas, quæ interdum, imo persæpe incidit pro Sacramentali Confessione, sive in Festo, vel ad minus in Vigilia peragenda. Quamobrem, ut adeo proficuus Indulgentiarum Thesaurus reddatur Fidelibus accommodè comparandus, enixis precibus supplicabant Sanctitati Suæ, ut opportuno aliquo remedio de Apostolica benignitate providere dignaretur: quibus precibus ad prædictam Sac. Congregationem remissis, propositum in ea fuit Dubium = *An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo super præfati Decreti executione, vel declaratione in casu &c.?* = & responsum fuit = *Consulendum SS. Domino Nostro, ut concedere dignetur Indultum omnibus Christifidelibus, qui frequenti peccatorum Confessione animam studentes expiare, semel saltem in hebdomada ad Sacramentum Pœnitentiæ accedere, nisi legitime* (a) *impediantur, consueverunt;* (b) *& nullius lethalis culpæ a se post peractam ultimam Confessionem commissæ sibi conscii sunt, ut omnes, & quascumque Indulgentias consequi possint, etiam sine actuali* (c) *Confessione, quæ cæteroquin juxta præfati Decreti definitionem ad eas lucrandas necessaria esset. Nihil tamen innovando circa Indulgentias Jubilæi, tam ordinarii, quam extraordinarii, aliasque ad instar Jubilæi concessas, pro quibus assequendis, sicut & alia opera injuncta, ita & Sacramentalis Confessio, tempore in earum concessione præscripto, peragantur* =. Et facta per me infrascriptum ejusd. Sac. Congregationis Secretarium de præmissis omnibus SS. Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua piis Bonorum desideriis, ac votis satisfacere, & Indulgentiarum gratias, iis potissimum, qui piè, sancteque vivendo, donis Divinæ Misericordiæ digniores efficiuntur, elargiri quàm maximè cupiens, benignè annuit, & præfatum Indultum in forma suprascripta expediri, & publicari mandavit, quibuscumque in contrarium non obstantibus.

Datum ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiar. die IX. Decembris MDCCLXIII.

N. Card. Antonellus Præf.

Loco ✠ Sigilli.

J. de Comitibus S. C. Indulg. Secretarius.

= (a) Doctus Vir, qui Theologiæ Moralis Complexionem P. Fulgentii Cuniliati in Editione Anni 1767. novis illustravit additamentis, hanc istius Decreti clausulam ita explicat (in addit. ad n. V. §. I. Appendicis II. Tract. de Sacr. Pœnit. Tom. 2. p. 257. Edit. Venet. 1772.): *Quodnam legitimum censeri debeat impedimentum, forcassis non una erit omnium sententia. Salvo meliori judicio existimamus, non requiri tale impedimentum, ob quod quis absolute nequeat ad Confessionem accedere, sed sufficere arbitramur tale impedimentum, ob quod quis commodè non valeat in aliqua hebdomada peccata sua confiteri*. Quidquid autem censeri debeat de verbo illo, *commodè*, quod illustris Auctor adhibet, quodque mihi impræsentiarum non vacat ad Juris lancem librare; illud profectò debet esse cuilibet exploratum, clausulam istam, *nisi legitimè impediantur*, intelligendam esse de impedimento legitimo, quod cuipiam contingat *quandoque*, ut idem Author ibidem paullò ante relata verba rectissimè inquit, sive, ut ait in relatis verbis, *in aliqua* contingat *hebdomada*. Hoc tum per se satis apparet, tum etiam ex Decreto alibi describendo (vid. sub d. 24. Maji 1772. Decret. & Not.).

= (b) Ergo ut Fidelibus Indultum hoc suffragetur, duo ista *cumulativè* necessaria sunt, videlicet, ut & soleant illi semel saltem in hebdomada confiteri, nisi in hebdomada aliqua legitimè impediantur; & nullius culpæ lethalis post Confessionem ultimam sibi conscii sint. Hæc namque vis est particulæ *&* (L. *Si heredes* ff. de condit. & demonstr. cum concord., Gloss. in v. *Fugiens* in Summ. Qu. 3. Caus. 23., Abb. in C. *Interfecisti* de homicid. n. 2., aliique passim DD.). Cuicumque igitur alterutra desit ex duabus conditionibus illis; is Indulgentias lucrari nullo modo potest, nisi servata Lege communi, declarata per Decretum 19. Maji 1759., quod dedimus, & illustravimus ad eamdem diem (pag. 340. & seqq.): sicut admonet quoque Theologus in præc. Not. laudatus (vid. etiam notata in Tom. seq. sub cit. d. 24. Maji 1772.).

= (c) Certam rem, ac perspicuam puto, hoc ipsum ad S. Communionem protendi nullo modo posse. Non enim declaratio præexistentis Juris continetur in hoc Decreto; sed Privilegium, Dispensatio, Indultum, Derogatio Juris. Sic expressè in ipsomet Decreto dicitur. Nam Sacra Congregatio *consuluit* pro *concessione Indulti*. SSmus *Indultum* publicari mandavit. Dicitur itidem: *Quæ* (Confessio) *cæteroquin, juxta præfati Decreti* (1759.) *definitionem, ad eas lucrandas necessaria esset*; hoc est, præmitti deberet de Jure. Ergo contra Jus commune a Summo Pontifice ista Concessio fit in gratiam eorum, qui *frequenti peccatorum confessione animam student expiare*, ideoque *donis Divinæ Misericordiæ digniores efficiuntur*.

= Quod cum ita sit, omittam ostendere, minùs rectè ab Auctore quodam asseri, quod ad Indulgentias con-

= consequendaa magis necessaria Confessio, quàm
= Communio sit. Multoque minùs rectè ab eodem e-
= xinde inferri, quod possit Indultum hoc ad Com-
= munionem extendi. Omittam pariter demonstra-
= re, quod finalis caussa, propter quam Indultum
= hoc postulatum, & concessum fuit, ut videlicet
= *opportuno aliquo remedio provideretur* MAXIMÆ DIF-
= FICULTATI, *quæ interdum, imò persæpè incidebat*
= *pro Sacramentali Confessione sive in Festo, vel ad*
= *minus in Vigilia peragenda*; quod hæc (ajebam)
= caussa finalis non subsit eadem in Communione,
= ut vel ex iis patet, quæ breviter alibi observa-
= vimus (sub cit. d. 19. Maji 1759. Not. *b* post
= init. p. 340.).

= Hæc, inquam, prætereo, quia licèt in re præ-
= senti magis necessaria Confessio, quàm Commu-
= nio dici posset; licèt quoque finalis causa in SS.
= Communione æquè prorrus locum haberet; hæc
= tamen duo ad rem nihil penitùs facerent. Est
= namque in Jure vulgatum, ineptè quempiam,
= dum de Concessionibus agitur, argumentari a
= majori ad minus, vel æquale; etiam si in mino-
= ri, vel æquali eadem ratio sit. Siquidem in Dis-
= pensationibus, & Privilegiis ratio, seu finalis
= caussa multum quidem valet, ut *restringatur* Con-
= cessio ad limites rationis ipsius. Valet etiam,
= ut, quæ ex iisdem Concessionibus latam patiun-
= tur explicationem, eæ explicentur latè de iis om-
= nibus, quæ sub propria tamen significatione ver-
= borum contineantur, & in quibus eadem concur-
= rat ratio; quæ lata explicatio in his casibus fit
= non per *extensionem*, sed per *comprehensionem*, &
= *declarationem* (Fagn. in C. *Quod nonnullis* n. 28.
= de privil., ubi alios citat).

= At verò Concessiones easdem, sive de iis sermo
= sit, quæ restrictè sunt intelligendæ (qualem hanc
= esse, de qua agimus, intelligi potest ex afferen-
= dis infra ad cit. d. 24. Maji 1772.), sive etiam
= agatur de iis, quæ latam sustinent interpretatio-
= nem; nunquam illas fas est *extendere*; hoc est,
= interpretando ampliare ad ea, utut æqualia, vel
= minora, quæ propria verborum significatione non
= comprehenduntur (vid. & supr. p. 200. A. in fin.
= & seq., ac p. 201. B. circ. med.), tametsi in
= his major ratio, aut eadem vigeat (Fagn. in cit.
= C. *Quod nonnullis* n. 2., & in C. *Ne pro dilatio-*
= *ne* n. 32. de pœn. & remiss., ac Suar. de Legib.
= Lib. 8. c. 28. n. 11. 13. 15., apud quos Jura,
= & DD. alii). Legendus præsertim Suaresius mo-
= dò laudatus in insigni suo illo de Legibus Opere
= (numeris citatis, ac n. 18., & 19.).

= Itaque illud superest, ut nempe Indultum hoc de
= Sacramentali tantùm Confessione intelligendum sit;
= Sacra verò Communio, quando ipsius onus in
= Apostolicis Literis Confessioni adjicitur (ut adjici
= de stylo solet in concessione Indulgentiæ *Plena-*
= *riæ*), sumenda illa omninò sit, æquè ac ante
= Indultum istud, suo tempore legitimo: de quo
= tempore aliàs diximus (ad cit. d. 19. Maji 1759.
= Not. *d*, & *e*).

1763. 17. Dec. *Decisio*
S. Congregationis Concilii Interpretis in Causa.
CIVITATIS CASTELLI.

HOdiernus Episcopus Tifernas (*sic habetur in Folio Congregationis præmissæ diei 17. Decembr.*), ubi primum administrationem suscepit, pro anno 1755. se ministerium verbi diebus quadragesimæ in sua Ecclesia implere velle declaravit, non designato eo, qui ex certis Religiosorum familiis, uti moris erat, tunc eligi debuisset. Antistitis pietatem, ac diligentiam etiam ii, quorum jura imminui videbantur, non improbarunt. Sed cum post tertiam concionem alium sui loco extra ordinem subrogasset, hinc rumor, ac suspicio de fallacia, qua omnimodam eligendi libertatem Episcopus aucuparetur. Magistratus municipalis optimum rebus novis remedium credidit, si judicium coram A.C. instrueret super *manutentione antiqui turni*, ac de suo nihil tunc subrogato præter ordinem concionatori tribueret, quemadmodum interposita auctoritate S. Congregationis Boni Regiminis fecit. Ita res quatuor annis per silentium transacta est.

Anno 1755. denuo Episcopus ordinem eligendi variavit; hinc querelæ eorum, qui posthabebantur, & præcipuè ex familia Capuccinorum, & Carmelitarum; quorum favore cum publica officia Capituli, & Magistratus apud Episcopum non profecissent, ad hanc S. Congregationem delatæ sunt.

Ajunt hi, nunc longo a tempore, quod plurium sæculorum metam præterlabitur, in Civitate servatum morem, quo ex certis Religiosis Ordinibus, nempe Minorum Conventualium, & Observantium, Augustinianorum, Servitarum, Dominicanorum, quibus anno 1570. Capuccini, anno 1591. Societatis Jesu alumni, anno 1601. Carmelitæ Discalceati, ex Magistratus consulto per Episcopos approbato, adjuncti sunt, concionatores quoquo anno eligantur perpetuo ordine, ac circulo. Clarissime id probant ex facto, ex testimonio historiæ, & ex affirmatione Capituli, Communitatis, aliorumque omnium.

Nullum dicunt ex decessoribus Episcopis hunc ordinem usque adhuc intervertere tentavisse. Adducunt, consuetudinem, uti antiquissimam, ac immemorabilem, retinendam, eo magis, quia eleemosyna pro concionatoribus datur non ab Episcopo, sed pro æquis partibus *a Communitate, Sacrario, & Fabrica*. Ideoque videatur consuetudo inducta ex quasi contractu oneroso: eam esse legitimam, & a jure non improbatam, & eidem post completam centenariam favere omnia jura.

Adjiciunt, non audiendum Episcopum ajentem, concionatores olim electos *potius zizaniam, quam triticum seminasse*: id certe verum non esse, prorsus vero injuriosum tot clarissimis Episcopis Tifernatibus, qui ante fuerunt: præterquamquod Episcopum approbare posse concionatores, vetare ne alienum dicant, jubere ut desistant: præterea absonum, ac extra omnem fidem, quod in tot Ordinibus Regularium, qui universam Ecclesiam illustrant, non inveniantur, qui apte concionentur, & sanam, ac prudentem doctrinam pro Tifernati Ecclesia habeant.

Interrogatus Episcopus, tandem iterato EE. PP. jussu respondit. Consuetudinem videtur non impugnare, sed de controversia suum sensum plane non aperit, ut videre est in *relatione*, quæ circumfertur.

Ministerium verbi Episcopis injunctum est uti proprium, ac primarium munus, quod si per se ipsi obire nequeant, per alios a se missos adimpleant; *Cap. Excommunicamus §. Quia vero de Hæreticis, Concil. Trid. cap. 2. sess. 5. de Reformat.*

Disputant Canonistæ, an hoc jus eligendi ab aliis acquiri possit per consuetudinem, quam nonnulli sufficere ajunt quadragenariam: viden. *Barbos. ad*

Conc. Trid. sess. 5. de Reformat., *Card. de Luc. Miscell. Eccles. disc. 27. num. 5.*: sed tantum pro Ecclesiis inferioribus.

Pro Cathedrali communis est sententia, neque sufficere immemorabilem, ut ex *Cap. 4. sess. 24. de Reformat.* pluries censuit Sacra Cong., & præcipue *in Æsina Iuris nominandi concionatorem die 30. Septembris 1702. lib. 52. Decret. pag. 773.* Videndus *Card. de Luc.* loco citato, *& Gallemar. ad Concil. Trident. d. Cap. 4. sess. 24. de Reformat.*

Et quamvis in *Prænestina Iuris Concionandi 23. Aprilis* (a) currentis anni ageretur de Concionatore Ecclesiæ Cathedralis, attamen tunc quæstio non erat cum Episcopo, qui jus sibi electionis liberæ vindicaret. Ratio ejus rei certissima est, quia vi præscriptionis acquiri nequeunt, quæ supra humanum jus sunt; vi præsumptionis præsumi non possunt pacta, quæ non substinerentur, aut privilegia, quibus abalienentur Episcopi a pascendo grege, ac pene prohibeantur, ne in ipsa Sede Ecclesiæ suæ vel manu, vel ductu suo filiis suis suum panem frangant.

Duo advertenda videri possunt: primum, quod hic vere non agitur de privando Episcopum suo jure eligendi, cum Tifernates Episcopi Concionatores elegerint semper; sed an possit consuetudine immemorabili, & supra centenariam induci, ut electio intra certos, licet amplissimos, limites, qui in casu, de quo agitur, ampliores esse non possent, coerceatur:

Alterum, an quando omnimoda libertatis jus asseratur Episcopo, ad eum solum pertineat dare eleemosynam pro Concionibus. Videndum, quid de hoc affirment Canonistæ, & præ aliis *de Luc.*, & *Gallemart* loc. cit.

Sacra hæc Congregatio in prædicta *Æsina* 30. *Septembris* 1702. ad dubium, *an, & ad quem spectet jus nominandi Concionatorem Quadragesimalem in casu &c.?* respondit, *electionem spectare ad Episcopum, soluta tamen per eum Eleemosyna*. Dubium:

An electio Concionatoris Quadragesimalis Ecclesiæ Cathedralis Civitatis Castelli fieri debeat per Turnum ex Religiosis PP. Conventualium, Observantium, Carmelitarum, Augustinianorum, Servitarum, Dominicanorum, Capuccinorum, & Jesuitarum in casu &c.?

= Ad hoc Dubium S. Congregatio die prædicta
= 17. Decembr. 1763. in hunc modum respondit =

Negative, soluta tamen per Episcopum eleemosyna: sin minus, affirmative servato turno, salva facultate Episcopo variandi intra eumdem turnum.

= (a) Vid. supr. ad d. 14. Maji ejusd. An. 1763.,
= qua die Causa illa Prænestina fuit proposita, &
= definita.

= 1764. 15. Febr. = Cum ex Decreto Capituli
= Mantuani (supr. p. 443. A. post init.) A. R. P.
= Procuratori Gen. Ordinis Johanni Alfaro Coro-
= nada, post expletum biennium, successurus es-
= set A. R. P. Petrus Font Almæ Observ. Provin-
= ciæ Catalauniæ Lector Jubilatus, iterumque Mi-
= nister; hic verò ægritudinum causa, quibus fue-
= rat correptus, Officium istud, ad quod fuerat
= electus, in manibus P. Ministri Generalis abdi-
= cavisset; idem Rmus Pater, datis Matrito Lite-
= ris die 15. Februarii 1764., Procuratorem Gen.
= Ordinis instituit A. R. P. Antonium Abian, qui
= unus erat ex tribus a Capitulo in casu vacatio-
= nis ad id Muneris designatus (supr. p. 451. A.
= post init.), S. Theologiæ Doctorem, & Lecto-
= rem Jubilatum, Almæ Observ. Provinciæ Arago-
= niæ Exeustodem, & Exministrum, Archiepisco-
= patus Cæsaraugustani Examinatorem Synodalem,
= & Provinciarum Valentinæ, S. Jacobi, Conce-
= ptionis, ac Burgensis Patrem (eò quòd nempe
= illarum Visitator fuisset, & Capitulis præsedisset;
= soleant autem Provinciæ in ea Familia Commis-
= sarios, qui earum Capitulis præsederunt, in nu-
= merum suorum Exministrorum adscribere: de
= qua incorporatione in Collectione P. Rmi Soti
= dicitur Cap. 8. §. 17. n. 22. ad calc.: *Nullum*
= *alium effectum habeat, quàm suffragiorum commu-*
= *nicationem*; salvo utique *Patris nostri* titulo, quo
= illic Exministros honorare mos est).

= Conditionem porrò iis Litteris P. Minister Gene-
= ralis adjecit, ut Officium Pater Abian inciperet exer-
= cere die prima Junii; cum nonnisi exeunte Ma-
= jo P. Procurator Gen. esset biennium absolutu-
= rus. Quod factum re ipsa est. Literas prætermit-
= timus, quia, prædictis exceptis, cætera ibi sunt
= ex consueta Formula.

= 1764. 16. Febr. = Decreto hujus diei proscri-
= ptæ sunt Benedicti Oberhauser sequentes Theses =
= *Theses ex Iure Canonico; ex historia de Processu*
= *judiciali antiquo = Theses Canonicæ in Prœmium Iu-*
= *ris Canonici, de Legum materia = Theses ex Iure*
= *Canonico, & Civili; ex historia Iuris Ecclesiastici =*
= *Theses Canonicæ de usu sacræ Potestatis maxime in*
= *Germania = Generalia ex historia*. Theses, hacte-
= nus recensitæ, propugnatæ respectivè fuerunt in
= diebus 20. April., 13. Julii, 19. Aug. 1761., &
= 26. Januar. 1763. in perillustri Conventu ad S.
= Salvatorem Fuldæ.

= Ad hæc ejusdem Oberhauser *Prælectiones Cano-*
= *nicæ juxta titulos Libri I. II. & III. Decretalium,*
= *ex Monumentis, Auctoribus, & Controversiis me-*
= *lioris notæ ... hodierno eruditionis genio & studio*
= *accommodatæ. Vol. 3.*

= Supradictas verò Theses, & Prælectiones suas,
= juxta Decretum istud 16. Februarii proscriptas,
= Auctor ipse, errore agnito, laudabiliter, ac so-
= lemniter retractavit, reprobavitque die 25. Junii
= Anni ejusd. 1764. Oh utinam Oberhauserus plu-
= rimos docilitatis, & obedientiæ suæ imitatores
= haberet!

1764. 18. Febr. *S. Congr̃is*
Concilii Interpretis Resolutiones in Causa
Civitatis Castellanæ Funeris.

FUnus super cadavere Sylviæ Paglia (*Fol. Congr̃is 28. Januar. d. Ann.* 1764.) in Ecclesia Cathedrali Civitatis Castellanæ peractum est contra Decretum Episcopi, qui, petentibus Patribus Minor. Conventualibus, illud agendum mandaverat in Ecclesia S. Francisci, quæ sepulcrum familiæ habet. Quæstio instituta est in Curia Ordinarii super attentatis; sed, delato interim jussu Episcopi ad illam Ecclesiam cadavere, nunc de iisdem agitur in hac Sac. Congregatione, quam, relicta Curia, adiverunt Conventuales; qui emolumentorum funebrium restitutionem integram quoque petunt.

Propugnant, non dubitari in jure, quod, non electa sepultura a defuncto, funus ejus sit peragendum in ea Ecclesia, ubi familiæ sepulcrum extat, ad eamque Ecclesiam sit Cadaver recto tramite deferendum: hanc doctrinam communiter receptam, ex notissimo *Textu in cap. 3. de sepult. in 6.*, a Ju-

riatis

ristis omnibus, & a *Rota decis. 30. num. 26. coram* Sanctissimo; tenuisse Sac. Congñem Rituum in *Senogallien. 22. Junii 1675.* penes *Matthæucc. de Offic. Cur. quoad exequias cap. 5. num. 1.*; Sac. Congregationem Episcoporum, & Regularium in *Senogallien., seu Æiina electionis sepulturæ die 28. Novembris 1707.*; ae constabilivisse Sac. hanc Congñem in *Menanea. die 17. Aprilis 1706.*, *Lucana funerum 22. Martii 1722.*, *Volaterrana die 16. Martii 1726.*, *Toleatina funerum 6. Februarii 1734.*

Nec licere, ajunt, hæredibus ipsis variare, ut alibi nimirum funera agantur, alibi cadavera tumulentur, ut pluries declaratum est ab ipsa Sac. Congñe Rituum: Statutuio vero Cleri Romani, in quo hæredibus hæc facultas datur, non obtinere extra ipsam Urbem Romam, ut pluries decisum affirmant.

De eo quod verò attinet ad restitutionem emolumentorum, contendunt, illam impugnari non posse; quicumque etenim fuerit consensus viri super funere uxoris, non potuisse per Capitulum contemni Decretum Episcopi, ac, per summam audaciam sine decenti pompa delato, veluti rapto, ad suam Ecclesiam cadavere primariæ mulieris, ex clandestino funere captare lucrum: omnia pro infectis respectu Capituli habenda esse: compendium omne, ad quem de jure pertinebat, restituendum: rem esse mali exempli, perturbationis plenissimam, ac prorsus non tolerandam: clarum id esse ex *Cap. Animarum §. Si vero de sepult. in 6.*, viden. *Emmanuel Roderic. Quæst. canonic. & regular. tom. 3. quæst. 61. artic. 3.*, *& Barbos. de Paroch. par. 3. cap. 26. num. 2.*

Ex adversa parte Capitulum se tuetur ex consensu superstitis viri, qui etiam consensu filiorum, & hæredum matris id fecisse declarat. Allegat, in Constitutione *Regiminis* san. me. Sixti IV. statui, quod defunctorum consanguinei nequeant cogi ad celebrandas exequias in Ecclesiis Parochialibus, quando cadavera tumulanda sunt in Ecclesiis Regularium; proptereaque a contrario sensu optimum argumentum sumi, consanguineos, cùm id velint facere, non prohiberi. Vim pro se habere autumat Statutum Cleri Romani: semper in causis succubuisse Parochos, qui voluerunt cogere hæredes ad celebranda in suis Ecclesiis funera, quòd cuncta hæc hæredum arbitrio relicta sunt, dum sepulcrum familiæ extra Parochiam habetur: id juri, atque æquitati esse maxime consentaneum.

Similia exempla de eadem familia profert; nempe de Patre ipsius Antonii Paleæ, ac de Matre ipsius Sylviæ, pro quibus funera in Ecclesia Cathedrali peracta sunt, cadavera vero in eodem familiæ sepulcro tumulata. Restitutionem proinde emolumentorum impugnat; ut ex Scriptis, quæ dantur.

Cadavera defunctorum ad eandem Ecclesiam recto tramite esse deferenda, in qua tumulantur, regula est, quæ non limitatur, nisi obstet contraria defuncti voluntas. Hæc doctrina receptissima utimur, quæ ut inutili verborum circuitu vel confirmetur, vel exornetur necesse non est.

Dubitatio unica exurgit, quæ controversiæ occasum facit, an voluntas hæredis pro voluntate defuncti habenda sit. Summo jure hoc arbitrium hæredes fortasse non sequitur, quia præsumitur morientem ad ordinationem juris se conformasse. De jure autem est, quod cadavera eorum, qui de se aliter non constituerunt, sepeliantur in Ecclesiis Parochiæ, vel in sepulcris pro familia conditis. Exequiæ vero ad ritum sepeliendi pertinent, ipsumque actum sepeliendi comitantur, & a sepultura non separantur adeo, ut sub ipso sepulturæ vocabulo non raro funus, exequiæ, & laudationes comprehendantur, de quo permulta apud ipsos Veteres exempla sunt.

Contrarium tamen non raro obtinuit, sive speciali jure, quemadmodum Romæ ex Cleri lege est; sive ex locorum consuetudine, atque aliis rerum circumstantiis, quæ interdum faciunt, ut præsumatur, eam fuisse defunctorum voluntatem, ut sui hæredes arbitrium habeant. Videndum, quid aliquando de hoc censuerit Sac. Congregatio. In eam rem sunt resolutiones in *Volaterrana 16. Martii 1726.*, *& in Sabinen. funerum 18. Decembris 1734.*

Episcopus demandaverat certe, *asportari cadaver ad Ecclesiam Minor. Conventualium, ibique funus peragi, & sepeliri, quatenus non sit electa sepultura a defuncta muliere*. Restat de hoc inquirendum, an non audienti, & non obsequenti Capitulo emolumenta acquiri potuerint; an in pœnam contumaciæ restitui debeant. Dubia =

I. *An cadaver Sylviæ Paglia potuerit asportari ad Ecclesiam Cathedralem Civitatis Castellanæ, ad effectum funus (a) peragendi? Et quatenus negative,*

II. *An, & quæ emolumenta funeris Archipresbyter, seu Vicarius Curatus Capitali Cathedralis dictæ Civitatis restituere teneatur Ecclesiæ S. Francisci, in casu &c.?*

= Sacra Congñe die 18. Februarii 1764. (nam in
= supra dicta 28. Januar. Causa non fuit proposi-
= ta) ad isthæc Dubia ita respondit =

Ad I. Negative (*b*), & amplius.

Ad II. Affirmative quoad integra emolumenta, excepta quarta canonica, & amplius.

= (*a*) Ut proinde alibi fuerit peractum funus, ali-
= bi tumulatum cadaver.

= (*b*) Responsum hoc minimè opponi Responsis
= editis in aliis Causis, de quibus supra (sub. d. 7.
= Maji 1763. Resp. ad 3., & Not. *e*); quisque fa-
= cilè intelliget qui, Dubiis, & Responsionibus
= Causarum illarum, & hujus inter se collatis, ad cir-
= cumstantiarum diversitatem diligenter attenderit.

= 1764. 27. Febr. = Prohibita hac die fuerunt sequen-
= tia Opera duo. I. Justini Febronii *De statu Ecclesiæ*,
= *& legitima potestate Romani Pontificis Liber singularis*,
= *ad reuniendos dissidentes in Religione Christianos com-*
= *positus* (vid. & infr. ad d. 3. Febr. 1766., 24. Maji
= 1771., 19. Mart. 1773., & 15. Dec. 1778.). II. *Dis-*
= *corsi sopra l' Asilo Ecclesiastico: In Firenze 1763.:*
= *Si vendono da Gio. Battista Pasquali in Venezia con*
= *licenza de' Superiori, e privilegio.*

1764. 10. Mart. *Mandatur*,
ut Rm̃o P. Jo. Antonio a S. Cruce vita defuncto,
qui olim Cisalpinis Observantibus Vicecommissarius præfuit, in universa Cismontana
Familia parentalia celebrentur.

FR. PASCHALIS A VARISIO

Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Lector Emeritus, & in tota Cismontana Familia tam Observantium, quam Reformatorum, & Conceptionistarum Commissarius Generalis, Visitator, ac Reformator Apostolicus, & Servus

Dilectis in Christo Universis Patribus, Fratribus, Monialibus, Superioribus, ac Subditis, tam Observantibus, quam Reformatis, Salutem, plenamque in Spiritu Sancto Consolationem.

VEnerunt hesterna die ab Hetruria nuncii pergraves, qui Rm̃um P. Joannem Antonium Lapi a S. Cruce olim Vice-Commissarium Gene-

talem, ac universæ hujus Cismontanæ Familiæ Discretum perpetuum in Cœnobio S. Rotoani obiisse adtulerunt. Ex quo quantum mœroris cepimus, tantundem vobiscum ut per literas hasce nulla mora communicemus, non juris minùs, quàm officii ratio impellit. Utrum verò Nobis in hoc casu magis, an vobis dolendum sit, non vacat definire. Ad nos sane quod adtinet, fatemur, multo antequam hoc onus, malumus dicere, quàm munus, imbecillitati nostræ esset impositum, permagnam de Viro gravissimo, atque optimo ex ipsa fama & rumore nostram fuisse æstimationem; postea verò necessitudinem semel cum eo initam nec locorum intervalla, nec curarum dissimilitudo imminuere potuerunt. Adeò hærebant, & adhuc hærent animo multæ illius, magnæque virtutes, quæ Hominem Reipublicæ nostræ perutilem, Principibus Viris acceptissimum, omnibus, qui vel leviter norant, amabilem, Nobis verò etiam dignum rara quadam veneratione reddebant. Gratulabamur ei taciti, quod Senis effœtam ætatem in sodalium amore, studium orone in pietate, animum in quiete, nomen in honore domi, forisque apud omnes esse intelligeremus. Neque hoc adeò mirum. Ita institutus ille, ac meritus erat, seu doctor Theologiam nostratibus castissimè traderet; seu provinciales penè omnes Magistratus summa integritate gereret; seu universam Observantium Familiam, cui illum Clemens XII. Ordinis nostri Protector amantissimus, idemque ingeniorum æstimator acerrimus, beneficii loco præfecerat, singulari quodam cum monasticæ disciplinæ, ac literarum emolumento gubernaret; seu tandem, peramplis Sacerdotiis recusatis, in Thuscism reversus privatam vitam sic in Cœnobio Pratensi institueret, ut neque dignitatis, neque senii vacatione vellet uti, sed communem se infimis, paremque in ferendis laboribus, domesticisque persolvendis officiis continenter ostenderet. Ac tali modo cum ad extremam senectutem mira animi moderatione, & incredibili constantia pervenerit, nactus est morbum, quo Senes occumbunt plerique. Quod priusquam ei accideret, coram Provinciæ Præfecto, aliisque, qui flentes aderant, veniam a Nobis, veniam, siquid in quempiam peccasset, ab universo Sodalitio iterùm cum lacrymis deprecatus est, suasque demissas preces ad eam obtinendam ut vobis omnibus encyclica epistola significaremus, etiam atque etiam postulavit. Paulò post, cum contumaci diarrhææ febris accederet, Ecclesiæ Sacramentis munitus, immortalia tantùm bona mente, ac cogitatione perspiciens placidissime decessit III. Kal. Martias annos natus quatuor & octuaginta, nullo ex ea longævitate injecto fastidio, sed relicto post se ingenti antiquæ illius probitatis suæ desiderio (a). Jam verò quando nullum desiderio levamentum adferri, nullum ex mœrore fructum, nisi amarum, colligi, frustraque de his rebus homines queri constat, quæ aliter se habere non possunt; id faciendum charitas, & prudentia suadent, ut doloris sensum cum pietatis officio commutetis, ac justam illam laudum suarum commemorationem in exemplum, & incitamentum convertere studeatis. Quare etsi rerum in vita gestarum merito, ac summa illa religione, quam io hora mortis ostendit, io ea spe confirmamur, solutis corporis viribus illius Animum ad Dei contuitum pervolasse; tamen, siquid fortasse ci luendum superest, piaculares suppetias lege sancitas minime prætermittendas censemus. Itaque ad ejusdem expiationem ut in singulis Cœnobiis integrum Defunctorum Officium concinatur, Sacrumque solemne fiat; ut semel singuli Sacerdotes Rem Divinam faciant, semel Clerici Officium Defunctorum, semel Laici, Monialesque centies Dominicam Orationem, adjecta Salutatione Angelica, ritè, sancteque recitent; ad præscriptum Constitutionum nostrarum præcipimus, & mandamus. Justis persolutis, satis vos tanti Viri memoriæ, non satis vobis fecisse existimate. Restat, quod caput est, ut quaa ille fuit in quoque Franciscanæ Vitæ genere virtutes sectatus, eas pro vestra cujusque conditione, & modo ad benè, beateque vivendum imitari contendatis: quo planè nihil ei gratius, nihil vobis utilius, universoque Ordini nostro gloriosius contingere poterit. Valete. Seraphicam vobis amantissimè impertimur Benedictionem.

Dat. Romæ ex Ædibus Aracœlianis VI. Idus. Mart. MDCCLXIV.

Fr. Paschalis a Varisio Commiss. Gen.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Rmi in Christo Patris
Fr. Jacobus Ant. Tusculanus
Secret. Gen.

(a) De hoc magno Viro vid. Chronolog. quoque P. Perusini (Par. II. ad calc. in Catalog. PP. Commissarior. Geo. p. XXXIII. A., & in cod. Tom. p. 299. B., & p. 213.).

1764. 23. Maji. *Conventa duas inter Thuringiæ Provincias Auctoritate Apostolica confirmantur, utrarique jubentur; utraque subinde Provinciæ exactam illorum custodiam pollicente.*

FR. PETRUS JOANNETIUS DE MOLINA

Sac. Theologiæ Antiquus Lector, Catholicæ Majestatis in Regali Matritensi Congressu pro Immaculata Virginis Conceptione Theologus, ac totius Ordinis FF. Min. iterùm Minister Generalis, Commissarius, Visitator Apostolicus, & humilis in Domino Servus

Dilectissimis in Christo JESU Filiis nostris A. R. P. Honorio Cordier Nationis Germano-Belgicæ Commissario Genli, ac RR. PP. Valentino Rauer Provinciæ superioris Thuringiæ S. Elisabeth Provinciali Ministro, & Modesto Alban Provinciæ Thuringiæ inferioris sub eodem titulo S. Elisabeth pariter Ministro, necnon cæteris omnibus, atque singulis Patribus, Fratribusque, tam Superioribus, quam Subditis, utriusque prædictæ Thuringiæ superioris, & inferioris salutem, ac veram pacem, & benedictionem a Domino sempiternam.

DEbitum Pastoralis Officii, quo ex Divinæ Providentiæ ordinatione universo Minoritico Ordini, meritis licet imparibus, præsidemus, expostulat, ut Religiosorum nostrorum, quos in pacis amœnitate Vnta sua Altissimo reddere decet, curam gerentes, ea omnia, quæ pro dirimendis inter illos exortis dissidiis, perpetuaque stabilienda animorum concordia, prudenti, providoque consilio noscuntur esse conventa, nostra etiam tam ordinaris, quam extraordinaria & Apostolica Auktoritate, quam Smus Dñus Noster Dñus Papa Clemens XIII. benignè nobis concessit, munire, atque roborare studeamus, quò firma semper, ac inviolabilia permaneant.

Quum itaque duas inter Provincias nostras FF. Re-

Recollectorum S. Elisabeth superioris, & inferioris Thuringiæ occasione divisionis, a Prædecessore nostro immediato Rmo P. Clemente a Panormo (a) factæ, dissensiones haud leves obortæ fuissent, atque in dies magis magisque augeri posse timeretur, quumque ob Locorum distantiam per Nosmetipsos Causam agnoscere, ac prout oportebat expendere non liceret, eamdem plurimùm dilecto Nobis in Christo A. R. P. Honorio Cordier nostræ Recollectorum Coloniensis Provinciæ Lectori Jubilato, & Ex-Provinciali, necnon totius Nationis Germano-Belgicæ Commissario Generali examinandam, expediendamque commisimus, Auctoritate quoque eidem collata, ut, nisi Partes per amicabilem Compositionem liti finem imponerent, ad definitivam deveniret Sententiam, jure tamen illam Auctoritate nostra confirmandi, priusquam executioni daretur, Nobis unicè reservato, prout ex Litteris nostris patentalibus sub die 19. Januarii currentis anni in id rei ad eumdem datis elucet.

Verum enim vero, Deo Opt. Max. veræ pacis, ac bonorum omnium auctore adspirante, id, quod Nos summis votis, atque intimis ex præcordiis optabamus, felicissimè obtigit, ut duæ præfatæ collitigantes Provinciæ, antedicto A. R. P. Honorio Cordier plurimùm cooperante, inter sese mutuò convenirent, ac de restituenda inter se pace, animorumque concordia, quibuslibet jurgiis, & contentionibus omnino e medio sublatis, seriò, ac efficaciter cogitarent. Siquidem cum memoratus A. R. P. Commissarius Generalis totius Nationis Germano-Belgicæ Instrumentum quoddam Transactionis, seu pacificæ Compositionis, octo articulus continens, tam R. P. Valentino Rosser Provinciæ S. Elisabeth superioris Thuringiæ Ministro, quàm R. P. Modesto Alban Ministro Provinciæ Thuringiæ inferioris S. Elisabeth proposuisset, utrique præfati Provinciales Ministri illud sponte, ac liberè acceptarunt, ac futuris quoque temporibus omnia, & singula in eodem contenta nedum se se inviolabiliter observaturos, sed ut ab aliis etiam Religiosis sibi respectivè subjectis ritè serventur, effecturos esse, pariformiter spoponderunt. In signum autem acceptationis hujusmodi, præstitique consensus, iidem Provinciales Ministri antedictum Instrumentum, apposito majori Provinciæ Sigillo, propria subscriptione firmarunt, prior quidem Sinzhenici in Conventu S. Andreæ Apostoli sub die 20. Martii anni 1764., alter verò Attendoriæ in Conventu S. Mariæ Dolorosæ sub die 20. Aprilis ejusdem anni, prout in duplicato Transactionis hujusmodi Originali, alterutri exhibito, continetur, quod est tenoris sequentis =

„ F. HONORIUS CORDIER
„ Lector Jubilatus, Almæ Provinciæ Coloniensis
„ FF. Minorum Recollectorum Ex-Provincialis,
„ ac Nationis Germano-Belgicæ Commissarius
„ Generalis, & Servus

„ *A. R. P. Valentino Rosser Almæ Provinciæ Thuringiæ S. Elisabeth Ministro, & A. R. P. Modesto Alban Almæ Provinciæ Thuringiæ inferioris S. Elisabeth Ministro, sequentes proponit articulos, nomine suæ Provinciæ subscribendos, & sigillandos, ut ita inter utramque Provinciam sit, & jugiter maneat charitas Dei, & pax Christi in fraterna perfecta concordia* =

„ 1. Partes consentiunt, ab ulteriore abstinendum esse motione harum quæstionum: An institutio Provincialis, Custodis, & Definitorum, a Rmo P. Clemente de Panormo facta, habuerit, vel non habuerit subsistentiam, & sufficientem rationem, & causam? An hæc institutio fuerit cum ratione, vel sine ratione acceptata? An hæc institutio fuerit justè, vel injustè impugnata? An impugnantes egerint, vel non egerint contra Obedientiam?

„ 2. Partes consentiunt, ab ulteriore abstinendum esse motione harum quæstionum: Quis causam divisionis Provinciæ dederit? Quis hanc divisionem primò petiverit?

„ 3. Partes consentiunt, omnia dicta, & scripta, quomodocumque, & coram quocumque prolata, vel producta, per quæ potuit mutua dari offensa, aut actu data est, habenda esse tanquam nulla.

„ 4. Partes consentiunt in plenam, perfectam, Seraphicam unionem, concordiam, harmoniam, & fraternitatem, spondentque, sese invicem sincerè diligere, sibi invicem reverenter obviare, atque invicem sese honorare, & honore invicem prævenire, nilque veræ, & sinceræ fraternitati directè, vel indirectè adversum meditari, vel operari: Superiores utriusque Provinciæ spondent, ab omnibus fraterno amori, & honori adversis non solùm cavere, & abstinere, verùm etiam suis Subditis sub pœnis arbitrariis præcipere, ut de omnibus pro, & contra factis sermones, præsertim apud Sæculares, nullo modo habeant, sed dicant Superiores, dicant Subditi: *Deus ita voluit, sapienter in omnibus agit, scit etiam ex illis elicere multum boni*.

„ 5. Partes consentiunt, ab ulteriore abstinendum esse disputatione de Titulo, & Sigillo, sed utramque Provinciam posse habere, & usurpare, ac continuare Titulum, & Sigillum, prout a Capitulo Generali Mantuano, a Rmo P. Ministro Generali, & a Rmo P. Ex-Ministro Generali satis expressum, & declaratum est; ita quidem, ut Provincia superior vocetur simpliciter *Provincia Thuringiæ S. Elisabeth*, & Provincia inferior vocetur *Provincia Thuringiæ inferioris S. Elisabeth*.

„ 6. Partes consentiunt, ut omnes prætensiones ex utraque parte factæ (exceptis iis, quæ articulo 7., & 8. adducentur) omnino cessent, & quælibet Pars iis omnibus pro semel & semper renuntiet.

„ 7. A. R. P. Valentinus Rosser Provinciæ superioris Minister nomine Provinciæ suæ declarabit, quod nullum jus (ly *jus* sanè ad Regulam S. Francissi intelligendo) habeat ad Stationem in Ochstad per Instrumentum divisionis Provinciæ inferiori adjudicatam, sitque paratus illam statim dimittere, si Illustrissima Familia Frankenstein consenserit, quam timet, & hucusque timuit offendendam. Spondet autem, nec per se, nec per suos Subditos pro manutenentia hujus Stationis ullo modo laborare; sed permittit, ut Provincia inferior hanc a laudata Illma obtinere laboret, se etiam permittit, ut per P. Concordium, pro hac Statione a laudata Illma Familia admissum, disponere laboret, ut Provinciæ inferiori sese incorporari faciat de Authoritate Rmi P. Ministri Generalis, ut ita Provincia inferior citiùs, & certiùs hanc Stationem obtineat.

„ 8. A. R. P. Modestus Alban Provinciæ inferioris Minister Provinciæ superiori extradet in originali omnia Scripta, & Documenta, præ-

„ ser-

,, sertim Instrumenta Erectionis, & binæ resuscitationis Provinciæ, unà cum antiquiore Provinciæ Protocollo; Matriculam autem Novitiorum, & Professorum extradet vel in originali, vel in copia fidemata (*b*), prout Statutis Ordinis conformius est.

,, *Octo articulos supra positos admitto, observabo, & a mihi subiectis, quantum in me est, observari curabo. In fidem, opposito Officii mei Sigillo majori, signor in Conventu nostro ad S. Andream Apostolum Simbenici 20. Mart. Anno* 1764.

,, *L.* ✠ *S.*

,, *F. Valentinus Rotter Provinciæ Thuringiæ*
,, *S. Elisabeth Minister Provincialis*
,, *manu propria.* (*c*)

,, *Octo supra positos articulos infrascriptus admitto, observabo, & a mihi subjectis, quantum in me est, observari curabo. In cujus fidem, apposito nostræ Provinciæ Sigillo majori, signor in Conventu nostro ad S. Mariam Dolorosam Attendoriæ die* 20. *April. Anno* 1764.

,, *L.* ✠ *S.*

,, *F. Modestus Alban Minister Provinciæ*
,, *Thuringiæ inferioris S. Elisabeth.*

Quæ cum ita se habeant, tametsi de bona, atque sincera prædictorum Ministrorum Provincialium voluntate in prædictis articulis, juxta ac promiserunt, fideliter adimplendis minime dubitemus, nihilo tamen secius quum ea semper firmiora sint, & serventur exactiùs, quæ nostræ, ac Apostolicæ Authoritatis præsidio sunt roborata: Propterea Nos dictarum Provinciarum S. Elisabeth superioris, & inferioris Thuringiæ mutuæ paci, harmoniæ, atque concordiæ in perpetuum, quantum in Nobis est, providere cupientes, memoratum Compositionis, seu Transactionis Instrumentum, nostris hisce Litteris præinsertum, atque ab earumdem Provinciarum respectivis Ministris, ut præfertur, propria manu subscriptum, ac majori Sigillo munitum, cum omnibus, & singulis articulis in eodem contentis nedum ordinaria nostra, sed etiam Apostolica, qua fungimur, Auctoritate præsentium tenore approbamus, & confirmamus; omnesque, ac singulos juris, & facti defectus, siqui desuper quomodolibet intervenerint, sanantes, atque supplentes, in virtute S. Obedientiæ, necnon sub pœna excommunicationis, aliisque contra rebelles latis, universis dictarum nostrarum Provinciarum S. Elisabeth superioris, & inferioris Thuringiæ Religiosis, tam subditis, quam Superioribus, sive præsentibus, sive futuris, præcipimus, & mandamus, ut easdem præsentes Litteras, omniaque in iis contenta inviolabiliter observent, ac adamussim observari faciant, contrariis quibuscumque minimè obstantibus.

Ut autem eædem hæ Litteræ nostræ suum effectum sortiantur, Tibi A. R. P. Fr. Honorio Cordier totius Nationis Germano-Belgicæ Commissario Generali, atque in hac Causa a Nobis specialiter delegato, committimus, ut easdem illico in utraque præfata Provincia, prout moris est, publicari facias, & cures; ac insuper volumus, ut tum de earumdem publicatione, tum de acceptatione, ac præstita obedientia per authenticum Documentum quamprimum certiores Nos facias.

Vos denique alloquimur, Patres, Fratresque Provinciæ utriusque S. Elisabeth Thuringiæ, Superiores, ac Subditos; os nostrum ad vos est, tanquam ad Filios nostros charissimos; atque animo reputantes, quanta vobis, & Provinciis vestris gigni possit malorum seges ex dissensionibus vestris, ac omne semen, quod noxium sit spirituali bono, pro Pastorali Munere nostro penitus extinctum esse volentes, vos monemus in Domino, & hortamur, ut, omni posita contentione, & æmulatione, invicem vobis donetis, siquis vestrum adversus aliquem habet querelam; & invicem provocantes, non invicem invidentes, in spiritu ambuletis. Quod si zelus, & contentio adhuc sit inter vos, nonne carnales estis? Qui enim secundùm carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt, qui vero secundum Spiritum sunt, quæ sunt Spiritus sentiunt. Apostolus autem inter opera carnis, contentiones, æmulationes, iras, rixas, dissensiones, & sectas enumerat. Fructus autem Spiritus sunt charitas, gaudium, pax, quam nisi conciliare, & servari curetis, videte ne Spiritus fructum negligendo, aut recusando, Spiritum ipsum respuere videamini. Omni igitur injuriarum, discordiarumque deleta memoria, facite, dilecti Filii, ut quanta isthic ex dissensione vestra oblata fuerit offensa, tanta ex reconciliata gratia in omnium animis fiat ædificatio. Nos interim a Domino Jesu Christo precantes, ut gratia Dei, & pax in animis vestris multiplicetur, benevolentiæ erga vos nostræ pignus Seraphicam Benedictionem peramanter impertimur.

Datum Matriti ex hoc nostro Conventu S. Francisci die 23. Maji 1764.

Fr. Petrus Joannetius de Molina
Min. Gen.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Rmi in Christo Patris
F. Carolus Antonius a Samoclevo
Sec. Gen. Ord.

Copia Testimoniorum datorum a Rev. Adm. PP. Ministris Provincialibus utriusque Thuringiæ, quod præcedentes Litteras confirmatorias Rmi P. Ministri Generalis admiserint, & per Provincias suas publicari fecerint.

Quod ego infrascriptus Transactionem, seu pacificam inter utramque, Thuringiæ nempe superioris, & Thuringiæ inferioris S. Elisabeth, Provinciam, octo articulos continentem Compositionem, a Rmo Nostro Nationis Germano-Belgicæ dignissimo Commissario Generali P. Honorio Cordier Partibus litigantibus sapientissime propositam, & ab iis ut firmam acceptatam, subscriptam, & sigillatam, demum a Rmo, Religiosissimo, ac dignissimo Ministro Generali P. Petro Joannetio de Molina in dignativis suis, quæ incipiunt, *Debitum Pastoralis Officii, quo ex Divinæ Providentiæ ordinatione* &c. sub dat. Matriti die 23. Maji 1764., confirmatam, & Auctoritate Apostolica roboratam, denuo nomine Provinciæ mihi concreditæ, quoad omnes specificatos articulos observandam, cum demississima gratiarum actione reverenter acceptaverim; ac quemadmodum in hoc nostro Conventu ad S. Sebastianum Limburgi ad Lahnam die 29. Junii anni currentis jam publicatam, ita in aliis Provinciæ nostræ Conventibus publicari curaverim, sub apposito Provinciæ nostræ Sigillo majori, & propriæ manus subscriptione, Limburgi die 5. Julii 1764. testor

F. Modestus Alban Provinciæ Thuringiæ inferioris S. Elisabeth
Minist. Provinc.

Loco ✠ Sigilli.

Ego

Ego infrascriptus præsentibus attestor, quod pacificam inter Provinciam Thuringiæ Sanctæ Elisabeth, & Provinciam Thuringiæ inferioris S. Elisabeth, octo articulos continentem, Compositionem, a Rmo, & religiosissimo Nationis Germano-Belgicæ Commissario Generali P. Honorio Cordier propositam, & a Partibus litigantibus, ut firmam, acceptatam, subscriptam, & sigillatam, demum a Rmo, religiosissimo, ac dignissimo Ministro Generali Petro Joannetio de Molina in dignativis suis, quæ incipiunt, *Debitum Pastoralis Officii, quo ex Divinæ* &c. sub dat. Matriti die 23. Maji 1764., confirmatam, & Authoritate sua Apostolica roboratam, denuo nomine Provinciæ mihi concreditæ, quoad omnes specificatos articulos observandam, cum demississima gratiarum actione reverenter acceptaverim, & in omnibus Provinciæ nostræ Conventibus publicari curaverim, sub apposito Provinciæ nostræ Sigillo majori, & propriæ manus subscriptione. Fuldæ 13. Augusti 1764.

Loco ✠ Sigilli.

F. Valentinus Rosser Provinciæ Thuringiæ S. Elisabeth Minister Provincialis manu propria.

Concordiam utriusque Testimonii cum suis respectivè Originalibus (quæ per Rmum P Commiss. Generalem transmissa sunt ad Rmum P. Ministrum Generalem) testor

Fr. Cyprianus Muller
Not. Ord. juratus manu propria.

= (a) Vid. supr. ad d. 6. Januar. 1762. Vid. et-
= iam sub d. 29. Maji ejusd. Anni Acta Gen. Ca-
= pituli Mantuani (Sess. XIV. Statut. primo).
= (b) Hoc est, *authentica*, seu, ut Itali dicimus,
= *legalizzata*.
= (c) In exemplo Literarum istarum Rmi P. Ministri
= Gen., quo usi sumus, interserebantur hic rursus Lite-
= ræ A. R. P. Commissarii Gen. illustris Nationis il-
= lius Honorii Cordier usque ad verba, *prout Statutis*
= *Ordinis conformius est*; iisque subnectebatur subscri-
= ptio (quæ hic subsequitur) P. Ministri Provinciæ
= alterius, Thuringiæ nempe inferioris. Sed cum Li-
= teræ utræque laudati P. Commissarii Nationalis,
= ad utrumque Ministrum ut subscriberentur trans-
= missæ, invicem concordarent ad verbum, super-
= sedimus hoc loco easdem repetere.

= 1764. 1. Jun. = Quum quidam e nostris Cle-
= ricis die 7. Mart. 1761. Ordines Minores, &
= Subdiaconatum suscepisset; oblato postea ab eo-
= dem Sanctitati Suæ supplici Libello per S. Con-
= gregationem Episcop. & Regular., Rescriptum
= prodiit *ex Audientia Sanctissimi habita a Domino*
= *Secretario* ejusdem *S. Congregationis sub die 1. Ju-*
= *nii 1764., quo Sanctitas Sua, attenta relatione P.*
= *Commissarii Gen. Curiæ, benignè annuit, & propte-*
= *rea commisit Episcopo Interamnen., ut Oratorem*
= *a Suspensione pro suo arbitrio, & conscientia absol-*
= *veret, & cum eo super Irregularitate contracta dispen-*
= *saret, etiam ad effectum suscipiendi ulteriores Sacros*
= *Ordines, imposita illi pœnitentia salutari pro modo*
= *culpæ*. Commissæ fuerunt Episcopo Interamnen-
= si Absolutio, & Dispensatio, quia Clericus, ut
= videtur, e sua Provincia, in qua fuerat ordina-
= tus, cum facultate P. Commissarii Gen. postea e-
= gressus, in Diœcesi illa tunc morabatur. Ceterùm
= Episcopo Ordinanti, qui culpæ particeps fuit, eæ
= Facultates minimè committuntur. Adi Lucium
= Ferraris (v. Ordo art. 2. n. 17. circ. med.).
= Simul autem in die ipsa 1. Junii, eodem juben-
= te Summo Pontifice, scripta fuit ad Episcopum
= Ordinatorem Epistola, in qua post narratas Cle-
= rici Preces, & benignam Pontificis supradictam
= Concessionem, sic ille fuit admonitus: *Ma sic-*
= *come Sua Beatitudine à sentito con rincrescimento,*
= *che Ella abbia conferito al detto Religioso nello*
= *stesso giorno delli 7. Marzo 1761. gli Ordini Mi-*
= *nori, ed il Suddiaconato, mi à imposto di ammo-*
= *nirla in suo nome a doversi in avvenire onninamen-*
= *te astenere da simili irregolari collazioni di Ordini.*
= *Glielo significo per sua notizia, e regola, e le pre-*
= *go* &c.
= Sequutus fuit Rmus Episcopus sententiam il-
= lam, de qua meminit P. Montalvus (Gloss. fun-
= dam. Tom. I. Cap. 6. art. 5. n. 40.), statuen-
= tem, *quod Episcopus eodem die potest eidem conferre*
= *primam Tonsuram, quatuor Ordines minores, & etiam*
= *Subdiaconatum, & præcipuè ubi viget consuetudo.*
= Quæ opinio, dum, *præcipuè* ubi viget consuetudo,
= id licere asserit; licere consequenter id ipsum cen-
= set, ubi ejusmodi non viget consuetudo. Quod
= falsum omninò est: quemadmodum ex Decretis
= liquet, quæ Ferraris profert (loc. cit., ibidemque
= n. 137.), & Ubaldus Giraldi (Jur. Pont. noviss.
= Part. I. sect. 87. in Not. §. *Cum verò*).
= Quin & sententia adstruens, id fas esse Epi-
= scopo vi consuetudinis, ubi extet; ea ipsa non
= est pacifica, & apud omnes recepta, sententiam
= hanc oppugnantibus tum novissimè memorato
= Giraldio (loc. cit.), tum antea Majolo, Diaz,
= Salzedo, Menochio, Clericato, Pace Jordano,
= & aliis, quos in suis *Adnotationibus in Causa Ca-*
= *laritana* (relata a P. Ferraris cit. n. 137.) allega-
= bat sub n. 13. amplissimus Præsul Prosper Lam-
= bertinius, postea Benedictus XIV. Leguntur Ad-
= notationes istæ ad calcem Folii Congregationis
= Concilii habitæ 11. Febr. 1728.; quo tempore
= adhuc erat ille eidem S. Congregationi Concilii a
= Secretis. Etsi enim fuerat Cardinalis creatus die
= 9. Decembr. 1726 a Sanctissimo Pontifice Bene-
= dicto XIII. (cujus *Benefactoris sui*, ut ipse eum
= vocat, venerabile Nomen in Pontificatu assum-
= psit); ipsum tamen *in pectore* retinuit Pontifex,
= ut egregia ejus opera diutius uteretur, nec evul-
= gavit, nisi die 30. April. supradicti Anni 1728.
= Atque illi quidem Majoli, aliorumque senten-
= tiæ favere videtur Summus Pontifex Clemens in
= Epistola, & Rescripto paulò ante descriptis. E-
= tenim, non audito Episcopo (quem utique au-
= diendum mandasset, si consuetudo potuisset il-
= lius factum tueri), nec ulla facta casuum distin-
= ctione consuetudinis vigentis, vel non vigentis
= in Diœcesi illa; extemplò (quantum potest in-
= telligi) Episcopum Ordinatorem absolutè, &
= indistinctè corripiendum jussit. Pariterque non *ad*
= *cautelam*, sed absolutè, Episcopo Interamnensi
= committendum mandavit, ut Clericum *a Suspen-*
= *sione absolveret*, & cum eo *dispensaret super Irre-*
= *gularitate contracta*.
= Sed esto consuetudo possit hac in re valere;
= tamen non modò consuetudo ipsa probanda est, sed
= & debet probari, quod ante Concilium Tridenti-
= num fuerit introducta. *Si etenim post Tridentinum est*
= *introducta, obstaret Decretum irritans appositum in Bul-*
= *la 73. Pii IV. confirmatoria Concilii*. Quæ pariter ad-
= monet Benedictus XIV. supra laudatus (in cit.
= Adnot. n. 15.); subdens quoque, præter ea in-
sti-

= stituendum esse *etiam examen necessitatis, & utilitatis Ecclesiæ*.

= Hæc omnia, uti arbitror, facient, ut Superiores = nostri, ad quos pertinet, & pertinebit posthac, = diligenter præcaveant, nequid simile imposterum = in suis Clericis promovendis contingat.

= 1764. 6. Jun. = Prohibitus fuit hac die Liber titu- = lum præferens: *Reflexions sur la Foy adressées à = Mons. l'Archêveque de Paris par le R. P. Isaac = Ioseph Berruyer*.

1764. 4. Jul. *Sat. Rotæ Decisio in* CIVITATEN. PROVINCIÆ COMPOSTELLANÆ OBLATIONUM ANNALIUM *coram R. P. D. Azpuru: in qua statuitur, Parochis jus nullum esse in ea, quæ ad Tumulos Defunctorum, ex inolito more religiosissimæ Gentis Hispanæ, in Templis ejus Urbis, ac Diœceseos, & præsertim Nostratum, pietate Fidelium offeruntur*.

1. PIæ, quam commendanda Hispanæ Nationis religio servat, consuetudini obsecundantes Vidua Caroli Rodriquez Antonia Perez, ac Maria Gonzalez Mater, festo quolibet die annales, quas vocant, oblationes Panis, Vini, seu Obulorum (*a*), ac Ceræ deferre cœperant ad defuncti Viri, ac respective Filii tumulum, quem sibi idem in Ecclesia Ven. Conventus S. Francisci de Observantia selegerat. Ast Cathedralis Ecclesiæ Parochi hasce oblationes ad sese pertinere, vel a Matre, ac Uxore defuncti Parochiani tantumdem sibi offerendum esse contenderunt. Reluctantibus Mulieribus quidquam Parochis offerre, ad Vicarium Generalem Civitatensem (*b*) delata est controversia, quam hinc Senatus, Populusque Civitatensis, & laudati Conventus Patres (*c*), Mulieribus adhærentes, illinc Cathedralis Ecclesiæ Capitulum, tam suæ, quam universæ Diœcesis Parochiarum Vindex, protuebatur. Parochorum favore Vicarius Generalis tulit Sententiam, quam *Rmus Hispaniarum Nuncius* subinde retractavit. Quamvis autem Canonicus Pœnitentiarius Salmantinus, cui per Breve in Partibus quæstio in Devolutivo fuit delegata, editam a Vicario Generali Sententiam confirmasset; in gradu tamen Appellationis, A. C. *de Simone*, juxta *Rmi Nuncii* definitionem, manutenendos (*d*) fore PP. S. Francisci, iisdemque adhærentes litis consortes in possessione controversas annales oblationes non solvendi pronunciavit. Quumque *ex Signaturæ Iustitiæ* rescripto ulterior Appellationis Commissio *Mihi* fuerit directa, Partesque convenerint, ut unico contextu, ad tramites etiam boni Juris, quæstio dirimeretur: Hinc *DD. meos* sciscitatus sum = *An, & de cujus bono Iure constet etiam ad effectum Manutentionis*? =, Qui = *Constare de bono Iure Conventus, & Syndicorum, etiam* (*e*) *ad effectum Manutentionis* = rescripsere.

2. Et plane de bono Jure Conventus PP. S. Francisci, ac Syndici Magistratus Civitatensis undequaque constabat, semel ac Ecclesiæ Cathedralis Capitulum, ac Diœcesis Civitatensis Parochi nil minus sibi asserere contendebant, quam coactivo jure Defunctorum Consanguineos, aut Hæredes obstringere, ut si quas ipsi in eorumdem Animarum expiationem annales exhiberent oblationes, illas iterarent in Ecclesiis parochialibus, etiamsi Defuncti Cadaver in Ecclesia PP. S. Francisci fuerit tumulatum. Ast si cuilibet licet Sepulturam in qualibet Ecclesia seligere, dummodo funeralis Quarta Parocho solvatur, *Cap. primo, Cap. Is qui, Cap. In nostra, Cap. Certificari, & Cap. Cum super de Sepult.*: Si præterea ex annalibus oblationibus, quatenus ipsæ vel inter funeralia recenseri possent emolumenta, vel elati Cadaveris funus comitarentur, nequaquam integralem, sed quartam duntaxat portionem sibi adrogare possent Ecclesiæ parochiales, ut ad *Text. in Cap. Relatum de Sepult., & Clement. Dudum, ibique Gloss. verb. Funeralibus*, docuit *Rot. in Majoricen. Quartæ funeralis 22. Jun. 1737. §. 5. coram bon. mem. Borrull*: Profecto quum in propatulo esset, controversas annales oblationes, quæ non ipsa Funerum die, sed integro, post tumulatum Cadaver, anno a Consanguineis, sive Hæredibus præstari solent, debita Parochis Quarta affici non posse; multo plane minus quisque affirmasset, illas in parochiali Ecclesia integraliter esse iterandas, ut in terminis respondit *Rot. apud Tamburin. de Iur. Abbat. decis. 85. n. 1., & seq. tom. 3., & in Nuperr. decis. 192. n. 2. tom. 6.*

3. Quoties itaque iterandæ in parochiali Ecclesia non erant annales oblationes, minusque Quarta ex iis Parocho solvenda, ita ut in qualibet, utcumque sæculari, tumuletur Defunctus Ecclesia, nihil ex oblatis ad illius tumulum Pane, Obulis, ac Cera sibi adscribere queant Civitatensis Diœcesis Parochi: Potiori profecto jure ab iterandis oblationibus, aut partiali illarum præstatione immunes tenendi erant quicumque illas ad PP. S. Francisci Ecclesiam deferrent, quæ juxta Pontificias *Pii V., Pauli V., & Urbani VIII.* Constitutiones, æque ac Sacrarum *Rituum, & Concilii* Congregationum resolutiones *diebus* 23. *Apr.* 1632., & 14 *Mart.* 1704. respective promulgatas, ab iterandarum in parochiali Ecclesia oblationum onere, &, in hypothesi etiam debitæ Parochis ex iisdem oblationibus Quartæ, ab illius præstatione penitus exempta erat; quemadmodum Res judicatæ *annorum* 1576., & 1661. in contradicto cum Parochis Judicio editæ, ac locupletissimam subinde nactæ observantiam sanxerunt, ac amplissima testabantur universo FF. Minorum Ordini concessa per Apostolicam Sedem privilegia, prout, Pontificiis, quotquot emanarunt, singillatim recensitis Constitutionibus, tradunt *Reinfestuel in Ius Canon. lib. 3. tit. 28. §. 2. n. 55., Lavor. variar. Lucubrat. tit. 2. cap. 3. sub n. 108., Rot. in Recent. decis. 263. per tot. par. 15., & cor. Ratto dec. 214. n. 2.*

4. Præterea autem annales, quas sponte Defunctorum Consanguinei, & Hæredes ad Regularium Civitatensium Ecclesias deferunt, oblationes iteratas numquam in parochiali Ecclesia fuisse, undecim formiter examinati Testes unisone asseverabant, quorum nonnulli insuper deponebant, sese restitisse minis Parochorum, si quando ipsi iterandas in parochialibus Ecclesiis contenderunt oblationes. quas ad Regularium Ecclesias pro Defunctis ibidem tumulatis iidem, vel tamquam Hæredes, vel tamquam testamentarii Executores, detulerant. Quæ quidem unisona, ac numeris omnibus absoluta tot Testium depositio maxime æstimanda erat, utpote omnino cohærens Juris dispositioni, quæ ideo ab iterandis in parochiali Ecclesia abhorret oblationibus, quæ jam ad tumulantem delatæ fuerint Ecclesiam, ne Fideles, duplicato oblationum onere deterriti, a sibi eligenda in qualibet Ecclesia abstineant Sepultura, cujus cæteroqui electionis libertatem sartam, tectamque unicuique servandam

esse

esse monent *Vitalin. in Clement. Dudum de Sepult. num.* 43. , & cæteris collectis *Rot. in cit. dec.* 85. *n.* 5. *apud Tamburin.*, *& in Nuperr. dec.* 192. *num.* 3. *tom.* 6.

5. Hisce itaque constabilitis, incassum Parochi ad Consuetudinem confugiebant, unde iidem iterandas in parochiali Ecclesia controversas oblationes derivabant. Præter quam quod enim e conspectu Apostolicarum Constitutionum, quæ clausula = *Sublata* = *ac Irritanti Decreta* = munitæ fuerant, nulla proponi poterat, quæ justo titulo, adversus amplissimas universo Mendicantium Ordini concessas exemptiones, innixa esset, Consuetudo, ut *post Text. in Cap. Si eo tempore de Præb. in* 6., communiter docent *Pignat. Consult. Canon.* 208. *n.* 6. *tom.* 4. cum aliis relatis *per Rot. in Pacen. Præcedentiæ super Actibus Turnariis* 13. *Apr.* 1762. §. 16. *cor. R. P. D. mea Ratta*: Urgebat insuper, prolatam a Parochis Consuetudinem quacumque destitui probatione, quam nec Adnotationes in parochialibus Codicibus expressæ, nec Testium depositiones concludebant. Siquidem quidquid Parochi, cæterique, quorum commodo iterandæ in parochiali Ecclesia oblationes cedunt, in recensitis adnotarunt Codicibus, posthabendum prorsus erat, ne Jura tertii ab arbitraria Scribentis voluntate lædi contingat, ut *ad Text. in Leg. Exemplo Cod. de probat.*, *& Leg. unic. Cod. Ne quis in suo Caus.*, omissis generalibus, in specie respondit *Rot. dec.* 473. *n.* 3. *par.* 3. *Rec.*, *& in sæpe cit. dec.* 192. *in Nuperr. n.* 4. *to.* 6.

6. Testes vero, qui cæteroqui ideo inducti fuerant, ut evincerent coactivum Jus, quo Parochi innixi, iterandas annuales oblationes in parochiali Ecclesia protrudebantur, quum nullibi de coactivis Actibus in exaratis depositionibus meminerint, exinde iidem ad jactatam Consuetudinem comprobandam ineptos sese exhibebant: adversus quos præterea stabant alii, qui, utpote de facto proprio controversarum oblationum iterationem inficiati, dubio procul majorem sibi fidem conciliabant, cæterisque propterea, absque ulla distinctione de controversarum oblationum iterations deponentibus, erant præferendi, ut in identificis circumstantiis animadvertit *Rot. in cit. dec.* 473. *n.* 3. *par.* 3. *Recent.*, *& in Nuperr. dec.* 192. *n.* 7. *to.* 6.: Maxime quia ex Testium depositionibus inutiliter coactiva isthæc eruebatur Consuetudo, quam aptius, quin immo unice educi ex judiciariis Actibus debuisset, unde præcedens inhibitio, seu præceptum in celebrantes Parochianos, ac successiva eorumdem acquiescentia resultasset, ad notata *per Rot. dec.* 258. *n.* 1., *& dec.* 566. *n.* 18. *cor. Cerro*, *& cor. Malin. dec.* 761. *n.* 26.

7. Profligata ex his coactiva iterandarum oblationum Consuetudine, frustra Parochi Diœcesanam proferebant Legem, qua sancitum fuisse iidem contendebant, in Ecclesiis parochialibus annales, de quibus contentio erat, oblationes esse iterandas, quas ad alibi electum Defuncti tumulum quisque detulisset. Quandoquidem aliunde Diœcesanam hanc Legem Parochi non repetebant, quam a Decreto, quod in Pastorali Visitatione Anni 1740. a Civitatensi Episcopo *Camenge* latum fuisse iidem sustinebant, cum e contra gravissima occurreret hæsitatio, an Episcopus *Comenge* unquam prolatum ediderit Decretum, cujus exemplar non ex Archivii Episcopalis Codicibus, sed ex privato Suffraganeæ Parœciæ Libro apud Hyacinthum Marrocho Beneficiatum, extractum fuisse liquebat: quæ profecto non rite expleta Decreti compulsatio ex originalibus Episcopalis Visitationis Actis, unde illud exemplari debuisset, non levem ab extrinseco eidem imprimebat minus tutæ fidei exceptionem, ex animadversis *per Rot. in Nullius*, *seu Tarentinen. Præcedentiæ* 13. *Maji* 1746., *§ Agitur*, *cor. clar. mem. Millino*, *& in Calcataen. Manutentionis* 6. *Jun.* 1760. §. 10. *cor. R̄ma P. D. meo Paracciano Decano*.

8. Nec extrinseca duntaxat illegitimæ compulsationis exceptio adversus recensitum urgebat Decretum, quod insuper ab intrinseco nihil favore Parochorum relevabat. Siquidem Episcopus *Comenge* Parochos ad Ecclesiasticam suis Parochianis præstandam Sepulturam obnoxios voluit = *Con lo Stipendio tassato dall'Ordinario* =. Subinde parochialia Sepulturæ Emolumenta solvenda edixit juxta invectam Consuetudinem = *Che per gli Adulti si abbiano da pagare tre Officiature, e l'Offerta di tutto l' Anno* = quam præterea servandam præscripsit, etiamsi Parochiani = *Si seppelliscano fuori della propria Chiesa* =. Ast vero si nulla adest in Civitatensi Diœcesi Taxa, quæ Sepulturæ Emolumenta præscribat, non debuit ad illam in edito Decreto sese referre Episcopus *Comenge*, qui multo minus potuit, per manifestam contradictionem, & cuicumque juri repugnantiam, juxta coactivam Consuetudinem, de qua nullum aderat vestigium, vel edicere, ut præstarentur Parochis annales oblationes in Adultorum Funeribus, vel in Morientium libertatis detrimentum statuere, ut eædem exhiberentur Parochis, utcumque Parochianus alibi, quam in parochiali Ecclesia, Sepulturam elegisset, prout in durioribus circumstantiis Constitutionum Synodalium, a Juris dispositione exorbitantium, in proposito definivit *Rot. in Rec. dec.* 272. *n.* 3. *par.* 8., *& in toties cit. dec.* 192. §. *fin. in Nuperr. to.* 6.

9. Patefacta itaque boni Juris assistentia, quam Conventus PP. S. Francisci, ac Syndicus Magistratus Civitatensis, ex hactenus perpensis, jure optimo sibi asserebant, absque ulla hæsitatione, juxta adeo indubii boni Juris tramites, iisdem in possessione libertatis a coactione controversas annales oblationes in parochiali Ecclesia iterandi concedenda erat manutentio, tamquam justi æque, ac evidentis Tituli effectus, ut passim respondit *Rota*, & præsertim *in Vatianen. Baunallitatis Furni super bono Jure* 8. *Feb.* 1760. §. *fin. cor. Me*.

Et ita &c. utraque &c. (*f*)

= (*a*) Legenda, ac perpendenda, quæ habent circa caput hujusmodi Clementina, *Exivi*, & Statuta Papalia Julii II. (apud P. Sanctor. in Const. Cap. 2. Stat. 62.); Statuta Segovien. (Cap. 3. Tit. *De Pecunia* §. *Item prohibemus*, ac Tit. seq. *De Syndico* §. *At verò*, quibus in locis citantur in margin. Statuta quoque Assisien. 1526., ac Tolet. 1583., in Chronol. P. Mich. Ang. Neap. p. 612.); Collectiones tum R̄mi Samaniegi (Cap. 2. §. 5. vers. *Oblationes*, & §. 6. vers. *Prohibemus*), tum R̄mi Soti (eod. Cap. 5. §. 5. n. 23., & §. 6. n. 15.); necnon Statuta Salmant. 1553. a S. M. Julio III. approbata (Cap. 4. in fin., cit. Chronol. p. 293. A.); Vallisoletana 1593. (Cap. 1. Tit. *De Clericis, qui inservis* &c. in fin., in ead. Chronol. p. 377. A.); ac Statuta Congr̄nis Gen. Rom. 1615. (§. *Capiæ*, & seq., in d. Chron. p. 547. A. post init.). Consulendus quoque P. Montalvus (Gloss. Tom. I. Cap. 10. art. 2. num. 49., & art. 3. n. 125.).

= (*b*) Urbs hæc in Regno Legionis posita, quæ Latinis vocatur *Mirobriga*, *Rodericopolis*, *Rusticiana*, vulgò dicitur *Ciudad Rodrigo*. Hujus Civitatis Episcopus unus est e Suffraganeis Archiepiscopi Compostellani.

= (*c*) Redeunt huc, quæ notata sunt alibi (sub d. 4. Dec. 1762. Not. *b*, & ad d. 7. Novembr. 1763.). Egisse profectò in hac Causa tum Syndicum Magistratus Civitatensis, qui in seq. n. 2. init., & alibi nominatur, tum Syndicum illius nostri Conventus; compertum fit vel ex eodem isto Decisionis num. 1. ad calcem, ubi *Syndicorum* in plurali numero mentio fit. Memorantur autem hic, & infra *Conventus Patres* ob rationem, quam diximus initio Notæ *b* supra citatæ.

= (*d*) Vid. sub d. 22. Jun. 1757. Not. *f*.

= (*e*) Quoad hanc clausulam, ejusque probationem, quæ habetur infra in Decisione eadem n. 9., vid. quoque cit. Not. *f* in §. ult. *Pluries verò*.

= (*f*) Vid. & infra ad d. 7. Decembr. Anni ejusd. 1764.

= 1764. 13. Aug. = Hac die prohibita fuerunt Opera, quæ sequuntur. I. Adami Francisci Kollarii *De originibus, & usu perpetuo Potestatis legislatoriæ circa Sacra Apostolicorum Regum Ungariæ.* II. *Nova Acta Eruditorum Lipsiæ publicata anno 1756.* III. *Eloge de l' Enfer: Ouvrage critique, historique, & moral.* IV. *Recherches sur l'Origine du Despotisme Oriental, & des Superstitions: Ouvrage posthume de Mr. B. I. D. P. E. C.* V. *Collazione del Simbolo Niceno, e Costantinopolitano col Simbolo, che si ricava dalle Dottrine de' PP. Arduino, e Berruyer Gesuiti, indicati i luoghi delle loro Opere, d' onde son tratti.*

1764. 26. Aug. *Damnatur,*

& interdicitur pravus mos introducendi Fœminas in Clausuram Religiosorum ad cæmentaria, aut alia quælibet operaria ministeria obeunda.

FR. PASCHALIS A VARISIO

Ord. Min. S. P. N. Francisci Lector Emeritus, & in tota Cismontana Familia tam Observantium, quam Reformatorum, & Conceptionistarum Commissarius Gen., Visitator, ac Reformator Apostolicus, & Servus

Dilectis in Christo universis Patribus, & Fratribus, Superioribus, ac Subditis, curæ, & jurisdictioni nostræ subjectis salutem, plenamque in Spiritu Sancto consolationem.

OFficii nostri ratio postulat, ut quod superiori mense Decretum a Sac. Congñe, negotiis, & consultationibus Episc. & Reg. præposita, gravissime sancitum, ac per authenticum exemplar nudius tertius ad Nos delatum est, illud nulla mora vobis enunciemus, cujus plane tenor est hujusmodi:

„ Quum ad notitiam Sac. Congñis negotiis, & consultationibus Episcopor., & Regular. præpositæ pervenerit, quod in pluribus Virorum Regularium Cœnobiis, & præsertim in Piceni Provincia, abusus irrepserit introducendi (*a*) Mulieres intra septa Clausuræ ad effectum comportandi cæmenta occasione fabricæ, vel alia peragendi di laboreria, maximo cum Religiosorum periculo, Piorumque admiratione, & Secularium scandalo: Voluit propterea eadem Sac. Congregatio hujusmodi perniciosum prorsus eliminare abusum; idcoque decrevit, ac declaravit = Non licere in Clausuram Regularium ubique Locorum existentium introducere Fœminas, nec (*b*) sub prætextu consuetudinis, & servitii præstandi Cæmentariis, sub pœnis latis contra violantes Clausuram: = Idque omnibus Ordinum Superioribus notificari (*c*) mandavit. = Romæ 13. Julii 1764.

Quandoquidem vero Sac. Congñis Auctoritas, & Mandatum ipsum, quod ad potissimum Regularis Disciplinæ caput spectat, maximopere urgent; districte præcipimus RR. PP. Ministris, ut præsentes hæ nostræ cum inserto Decreto in singulis Provinciarum Conventibus Lingua Latina, qua scriptæ sunt, & vernacula, in quam pro Laicorum intelligentia transferantur, prompte, fideliterque Superioribus Localibus, cunctisque Subditis collegialiter congregatis legantur, ac promulgentur, earumque exemplum in unoquoque tum Provinciarum, tum Conventuum nostrorum Archivo servetur, ne quis Decreti prædicti ignorantiam caussari aliquando præsumat. Porro a RR. PP. Ministris id expectamus, ut de harum nostrarum receptione, promulgatione, ac executione quamprimum certiores Nos faciant. Hæc sunt, quæ vos moneri oportebat. De cætero, Fratres, quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque justa, quæcumque sancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate, hæc agite: perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacem habete, & Deus pacis erit vobiscum, a quo plenissimam vobis omnibus adprecamur Benedictionem. = Dat. Romæ ex nostro Aracœlitano Cœnubio VII. Kal. Septembr. 1764.

Fr. Paschalis a Varisio
Commiss. Gen.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Rm̃i in Christo Patris
Fr. Jacobus Antonius Tusculanus
Secr. Gen.

(*a*) Quàm rigida sit Lex Clausuræ, constat ex alibi dictis (sub d. 11. Febr. 1758. p. 288. & seq.): ex quibus reformanda sunt ea, quæ olim probata fuerunt in Statutis Segovien. ex S. Pio V., Gregorio XIII., & Rotæ Decisione ibi allegatis in margine (Cap. 4. Tit. penult. §. *Iterum*, & seq., in Chronol. P. Michael. Ang. Neapol. p. 622. A.); quæque subinde retenta fuerunt in Collectione tum Rm̃i Samaniego (Cap. 4. §. 13.), tum Rm̃i Soto (pariter C. 4. §. 13. n. 3.).

= Corrigenda quoque sunt illa, quæ plerique Authorum quondam docebant, quos memorat, sectaturque P. Amenus (de Del. & Pœn. Tit. 4. §. 8. n. 10.); innixi Literis laudati S. Pii V., *Decet*, editis 16. Jul. 1570., tametsi Sac. Rituum Congregatio, optima mentis S. Sedis interpres, in Decreto posteriùs lato die 30. Sept. 1628., quod ex Auctoribus ipsis nonnulli afferunt, contrarium declaravisset.

= (*b*) Corruunt proinde funditùs ea, quæ pro ingressu Mulierum ob istiusmodi ministeria disputarunt Authores plures, quorum aliquos citat P.

Tho.

= Thomas Montalvus (Gloss. fund. Tom. 1. Cap. 20. art. 6. n. 7. & seq.). Nitebantur ii præsertim Decreto S. Coogñis Episc. & Regul. 13. Sept. 1583., quod per Epistolam datam 4. Octobr. 1588. significatum fuit nostro P. Commissario Generali ab Eñ̃o Ordinis Protectore (apud Lantuse. Theatr. Regul. v. *Clausura Conventuum*). Postrema certè illius Epistolæ pars ei opinioni favebat.

= At ego in Regesto aliàs citato (sub d. 28. Febr. 1761. Not. *e*) sic Anno 1605. 18. April. ab ipsa S. Congñe rescriptum invenio in una Capuccinorum (ibi Part. II. v. Claustro o. 3.): *Quanto alli Monasteri, che si fabricano di nuovo, ne'quali non è ancora formato il Convento, & introdotto il numero de' frati, che ci deve stare, ma solo vi habitano alcuni frati più tosto per la causa della fabrica, che per altro; si dice, come anco fu risposto del 1584. (fortè 1583.), non essere Clausura tale, che se vi entrano Donne, incorrano nelle pene della Bolla di Pio V. Ma quando è già introdotta la Clausura, non possono le Donne entrar dentro li termini di quella per servir di lavoranti alli Muratori, & entrandovi incorrono nelle pene della Bolla.*

= Ceterùm post luculentam Benedicti XIV. Constitutionem, *Regularis Disciplinæ*, & novissimam istam ipsius S Congñis Declarationem, Litteris P. Commissarii Gen. supra relatis insertam; sperandum certè est fore, ut abnormis mos ille, gravissimis S. Sedis Mandatis, opera Prælatorum Generalium, exulare procul *undique Locorum* jussus, deinceps perpetuò ex Cœnobiis Regularium omnium quàm longissimè absit.

= (*c*) Notificatum re ipsa id fuit per Epistolium, quod in Regesto ejusdem S. Congregationis legitur in hæc verba (sub Congne habita die 13. *Iulii* 1764.) = ,, Volendo la Sacra Congñe omninamente estirpare il detestabile abuso d' introdursi le femine nelle Clausure de' Conventi in occasione di fabbriche, o di altri lavori, particolarmente per servire di Manuali in portare i Cementi; questi Eminentiss. Signori mi anno comandato di trasmettere a V. P. Rña l' annesso esemplare del Decreto su di ciò emanato, affinchè Ella lo significhi a tutti li Superiori de'Conventi del suo Ordine, inculcandogliene la puntuale, ed inviolabile osservanza. Il Segretario della medesima S. Congñe de'Vescovi, e Regolari glielo significa; ed attendendo riscontro dell' operato, le rassegna la sua divotà osservanza. 13. Luglio 1764. ,,

= Hæ Literæ transmissæ tunc fuere Prælatis Generalibus omnium Regularium Ordinum, quorum nomina in eodem Regesto Literis ipsis adscripta leguntur hac alphabetica serie = ,, Agostiniani. Agostiniani Scalzi. Agostiniani di Lombardia. Basiliani. Barnabiti. S. Bernardo. Benfratelli. Canonici Regolari del Salvatore. Cassinesi. Celestini. Camaldolesi. Cisterciensi di Lombardia. Cisterciensi di Toscana. Cisterciensi della Provincia Romana. Cisterciensi di Calabria. Certosini. Chierici Regolari della Madre di Dio. Chierici Regolari Minori. Carmelitani. Carmelitani Scalzi. Carmelitani di Mantova. Conventuali. Cappuccini. Domenicani. Dottrina Cristiana. Girolamini. Gesuiti. Lateranensi. Minimi. Ministri dell'Infermi. Mercenarj. Mercenarj Scalzi. Olivetani. Osserv., e Riform. B. Pietro di Pisa. Passionarj. Somaschi. Silvestrini. Serviti. Scuole Pie. Trinitarj. Trinitarj Scalzi. Teatini, Terz'Ordine. Vallombrosani. ,, Hactenus ibi.

1764. 7. Sept. *De divisione Reform. Provinciæ Maj. Poloniæ, ejusdemque divisionis legibus nihil esse innovandum, iterum definitur.*

IN Causa (*a*) Ordinis Minorum S. Francisci Reformatorum Provinciæ Majoris Poloniæ, vertente inter PP. Reformatos dictæ Provinciæ ex una, & PP. Reformatos Provinciæ Borussiæ Marianæ partibus ex altera, proposita (*b*) fuerunt infrascripta Dubia, videlicet = I. An duo Conventus Thoruno-Podgoriensis, & Uladislaviensis, inter alios in Dismembratione, seu Erectione adjudicati Provinciæ Borussiæ, sint restituendi Provinciæ Majoris Poloniæ? Et quatenus affirmative, = II. An sint omnia reducenda in pristinum juxta statum antiquum? Et quatenus affirmative, = III. An, & quomodo sit locus novæ Divisioni Provinciæ? In casu &c.

Sacra Cnñgo EE., & RR. S. R. E. Cardioalium, negotiis, & consultationibus Episcopor., & Regular. præposita, Partibus auditis, ac re matura discussa, referente Eñ̃o De Rubeis Ponente, ad suprascripta Dubia sequentem in modum respondit, nempe = Ad I. Negative, & amplius. Ad II., & III. Provisum in primo. Et Causam hujusmodi amplius non proponi mandavit. Romæ 7. Septembr. 1764.

C. A. Card. Cavalchini.

Loco ✠ Sigilli.

J. Archiepisc. Petren. Secr.

= (*a*) Vide Chronologiam P. Perusini (Part. II. a p. 463. sub fin. ad p. 466. inclus.), & hanc nostram inter Acta Capituli Murcien. (Sess. XIII. §. *Novum* pag. 216. A.), & Capituli Mantuani (Sess. V. post init., Sess. VI., & X init., ac post ead. Acta, p. 440. B, 445. A., & 452. cum seq.).

= (*b*) Causa ista hoc Anno proposita rursus fuit, quia (ut ajebat P. Procurator Gen. in sua Relatione eidem S. Congñi de more exhibita) Reformata Provincia Majoris Poloniæ *confugit ad Summum Pontificem ope Libelli, quo cum .... obfirmaret, Poloniæ Regem semel laudatam dismembrationem* (vid. Perus. cit. p. 466.) *jam improbasse; facile nevatio assequi potuit, ut petitionis cognitio cum aperitione oris ad S. Nunciaturam Poloniæ committeretur; a qua favorabile Decretum obtinuit. Hinc Provincia Prusso-Mariana ad Summum Pontificem provocavit, effecitque, ut Causæ cognitio, ope Decreti Emi Pro-Auditoris SSmi, ipsi S. Congñi definienda in gradu Appellationis committeretur* &c. De *aperitione oris*, quæ supra commemoratur, consule inter alios P. Anacletum Reiffenstuel (in Lib. 2. Decretal. Tit. 30. num. 20. & sequentib.).

1764. ead. d. 7. Sept. *Decernitur, licere PP. Capuccinis Bassani in Capraniecnsi Oppido Mastum quæritare.*

SAcra Coñgo EE., & RR. S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultañibus Episc., & Regul. præposita, visis videndis, & consideratis considerandis, Ponente Regia Celsitudine Eñ̃i Dñi Cardinalis Ducis Eboracen., censuit rescribendum, prout rescripsit, ac decrevit = Licere PP. Capuc-

cinis Bassani quæstuare Mustum in Terra Capranicæ. Romæ 7. Septembr. 1764.

= Integram nos Controversiæ hujus Positionem
= non vidimus. Invenimus tantùm in Regesto Re-
= scriptorum ejusd. S. Congñis, quod, quum supe-
= riori Anno 1763. nostri PP. Hibernenses eidem
= S. Congñi super hoc negocio supplicem obtulis-
= sent Libellum; Emi Patres posteaquam rescripse-
= runt sub d. 23. Septembr. ejusd. Anni, *Audia-*
= *tur uterque Procurator Generalis*; deinde sub 30.
= Mart. 1764. rescripserint: *Episcopo pro informa-*
= *tione, & signanter an PP. Hibernenses soleant Mu-*
= *stum quæstuare in Terra Bassani*. Data subinde fuit
= ad Rmum Episcopum Nepesinum, & Sutrinum
= Epistola (quæ legitur in eodem S. Congnis Re-
= gesto Decretorum, ex quo Decretum supra re-
= latum exscripsimus), Præsuli eidem injungens,
= *affinchè distintamente informi la S. Congñe sopra*
= *l'esposto in esso* (in prædicto nempe supplici Li-
= bello nostratum), *e specialmente se i PP. Iberne-*
= *si sieno soliti di questuare il Mosto nella sudetta*
= *Terra di Bassano*. Fortè igitur quum Emi Patres
= compererint, Religiosos nostros Cœnobii Capra-
= nicensis solere Mustum quærere in Oppido Bas-
= sanensi; decreverunt idcirco, licere vicissim PP.
= Capuccinis Conventus Bassani quærere Mustum
= in Capranicæ Oppido.

= Hæc pro nostro instituto a partium studiis a-
= lieno referenda decrevimus ad amovendas hac su-
= per re in similibus circumstantiis alias in poste-
= rum dissensiones, quæ ex inscientia superioris
= Decreti subnasci aliquando possent ibidem, aut
= alibi.

1764. 20. Nov. *Confirmat Pontifex ea, quæ pridem declarata, & decreta fuerunt tum de Procuratore Provinciæ S. Josephi PP. Discalceatorum, quod ei nec titulus, nec munus competat Procuratoris Generalis Provinciarum Instituti ejusdem Hispaniæ, & Indiarum; tum de Provinciarum Hispanicarum Procuratoribus, & Religiosis aliis Discalceatis ad Matritensem Curiam accedentibus.*

CLEMENS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Lutre Frater expresse professus, & Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum, quod aliàs felic. record. Urbanus PP. VIII. Prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis expeditas Litteras die 28. Julii anno 1636. motu proprio, & ex certa scientia Fratribus Discalceatis cujusvis Provinciæ Hispaniarum dicti Ordinis, qui pro tempore, de Superiorum suorum licentia, se conferrent ad Aulam Regiam Matriti pro rebus, & negotiis suis gerendis, præcepit: ne in alia, quam in S. Ægidii, & S. Bernardini Domibus Regularibus ejusdem Ordinis, & Instituti, in Oppido Matriti Civitate nuncupato Toletan. Diœcesis existentibus, arbitrio Ministri Provincialis Provinciæ S. Josephi eorumdem Fratrum, diversarentur. Cum vero postmodum tunc existens Minister Generalis dicti Ordinis Fr. Joannes Merinero inter alia statuerit, ac ordinaverit, quod Religiosi Discalceati exteri aliarum Provinciarum, qui in dies pro suis, ac suorum Parentum, seu Consanguineorum negotiis ad Curiam Matritensem se conferrent, si negotia non admodum urgentia fuissent, per biduum tantum in alterutra ex dictis Regularibus Domibus Matriti commorari; si vero urgentia fuissent, moram viginti dierum ibidem trahere respective valerent; si denique intra viginti dies negotia hujusmodi nullatenus expediri possent, deberent nihilominus iidem exteri Fratres e dicta Curia migrare, & ad suas regredi Provincias, relicta negotiorum cura Procuratori præfati Conventus S. Ægidii: Statuta, & Ordinationes hujusmodi idem Urbanus Prædecessor noster confirmavit, & approbavit, prout in aliis in eadem forma Brevis expeditis Litteris die 10. Decembris 1642. uberius continetur. Sed exortis deinde discordiis, ac litibus super enunciatis Statutis, & Ordinibus inter dictam Provinciam S. Josephi ex una, ceterasque Discalceatorum ejusdem Ordinis Provincias ex altera partibus, eo quia in tam brevi temporis spatio Fratres Discalceati exteri, commorantes Matriti in altera ex dictis duabus Domibus, non poterant negotia expedire; pro his dirimendis litibus, ac controversiis, ad preces tunc existentis Ministri Generalis, idem Urbanus Prædecessor noster per alias suas Literas in pari forma Brevis datas die 5. Octobris 1643. declaravit, quod per præfatam Statutorum, & Ordinum confirmationem sublata non fuisset, nec esset facultas Ministro, & Commissario Generalibus dicti Ordinis pro tempore existentibus, quominus ipsi in præfatis dispensare possent, ipsorumque Ministri, & Commissarii Generalium dispositioni commisit, & reliquit, ut pro temporum varietate, rerum exigentia, bonoque regimine, cum opus fuerit, super præmissis dispensarent, ac prout plenius in dictis Litteris contineri dignoscitur. Instantibus deinde Fratribus præfatæ Provinciæ S. Josephi, ac humiliter supplicantibus; felic. rec. Innocentius Papa XI. itidem Prædecessor Noster per alias suas in simili forma Brevis expeditas Litteras die 17. Junii 1679. (a) primò, & secundò super enunciatas dicti Urbani Prædecessoris Litteras, earum tenoribus insertis, confirmavit, & approbavit, nulla penitus facta mentione ultimò dictæ declarationis dictarum Litterarum ejusdem Urbani Prædecessoris, expeditarum sub die 5. Octobris 1643. Quocirca ad præcavendas novas Lites, ac controversias, quæ sine dubio inter Provincias præfatas exorituræ timebantur, ad supplicationem Fratris Petri Esporrin tunc in Romana Curia existentis Procuratoris Generalis dicti Ordinis, idem Innocentius Prædecessor per alias desuper in simili forma Brevis expeditas Litteras die 7. Novembris ejusdem anni 1679. Declarationem, in ultimò dictis Litteris Urbani contentam, renovavit, eamque ab omnibus, ad quos spectaret, servari voluit, sicut in eisdem Innocentii Prædecessoris posterioribus Literis plenius habetur. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, non obstantibus præmissis, Fratres ejusdem Provinciæ S. Josephi dicti Ordinis ausi postmodum fuerint unum ex ipsis constituere Procuratorem Generalem omnium negotiorum cæterarum Provinciarum Discalceatorum in Aula Regia Matritensi, cui ab aliis Provinciis præfatis sua committenda esse negotia contendebant; orta ideirco fuit Lis, & Causa universalis inter dictam Provinciam S. Josephi ex una, cæterasque Provincias Discalceatorum ejusdem Ordinis ex altera

par-

partibus, eoram tunc existente Ministro Generali dicti Ordinis F. Joanne Vermexo (b), qui suam in varia capita distinetam protulit definitivam Sententiam, cujus quatuor præcipue capita sunt tenoris, qui sequitur; videlicet =

,, Christi Nomine invocato. In Caosa, & Causis, quæ coram Nobis versæ fuerunt, & vertuntur inter F. Bernardum a S. Maria, Procuratorem nostræ Provinciæ S. Josephi ex una, & Procuratores diversarum Provinciarum Discalceatorum Hispaniæ, & Indiarum ex altera partibus, prævia consultatione, & consilio nonnullorum Patrum graviorum in Ordine pro exacta ejusdem Causæ, & Causarum decisione, per sequentia procedimus separata Capita, videlicet = I. Quoad subsistentiam, & validitatem Officii Procuræ Generalis, seu de Aula Regia, nomine omnium nostrarum Provinciarum Discalceatorum horum Regnorum Hispaniæ, & Indiarum, quam suo Officio Procuratoris nostri Conventus S. Ægidii infixam, & consolidatam contendit F. Bernardus a S. Maria, vigore Litterarum Patentium sibi collatarum a R. P. F. Didaco a Portuplano Ministro Provinciali hujus nostræ Provinciæ S. Josephi, & ea de causa ipsum F. Bernardum esse Personam legitimam pro tractandis omnibus causis, & negotiis dictarum nostrarum Provinciarum, tam agendo, quam defendendo, nec ad id indigere Procura speciali: declaramus, hac in parte F. Josephum Torrubia, & F. Emmanuelem a Jesu Maria successorem F. Bernardi a Trinitate nomine quinque Provinciarum Discalceatorum Hispaniæ, & Indiarum, pro quibus agunt, rite ac recte suam intentionem, & incumbentia probasse, & pro probatis admittimus; dictum vero Bernardum a S. Maria nomine suo, & dictæ nostræ Provinciæ S. Josephi hac in parte sibi incumbentia non probasse; proindeque absolvimus dictas nostras Provincias in hac Causa comparentes ab impetitis per dictum F. Bernardum a S. Maria, cui hac in parte perpetuum silentium imponimus; declarantes, ipsum non esse Personam legitimam pro tractandis causis, & negotiis nostrarum Provinciarum, earumque Superiorum, aut Religiosorum, tam agendo (c), quam defendendo, dictasque Literas Patentes supradicti R. P. F. Didaci a Portuplano Ministri Provincialis Provinciæ S. Josephi non fuisse, nec esse titulum habilem, legitimum, & de Jure requisitum ad legitimandam dicti Procuratoris Personam, minusque Vota consultiva Mediolanensia nuncupata, quia Leges non sunt: Mandantes propterea dicto F. Bernardo a S. Maria sub pœna privationis Officio (d), actisque legitimis, ne a die intimationis hujus nostræ Sententiæ se nuncupare, aut nuncupari facere audeat quovis sub pretextu Procuratorem Generalem dictarnio nostrarum Provinciarum Discalceatorum, neque se immisceat, aut ingerat, sine speciali illarum Procura, in tractandis earum causis, & negotiis, neque inquietet, aut perturbet Procuratores dictarum Provinciarum in libero usu earum Procuræ, & Commissionum, quibus suffulti ad hanc Aulam accedunt; aliàs, præter processum contra ipsum ad ea, quæ Juris fuerint, irritum declarabitur, quidquid absque speciali Procura agi contigerit. Mandamus quoque R. P. F. Didaco de Portuplano moderno Provinciali dictæ nostræ Provinciæ S. Josephi, ejusque in Officio Successoribus, necnon Patribus Definitorii, & Discretorii dictæ nostræ Provinciæ, prout ad quemlibet illorum spectet, quod in posterum nullimodè conferant Litteras Patentes tituli Procuratoris in Aula Regia, ad cæteras Provincias extensas; aliàs, ultra Declarationem nullitatis, adversus contrafacientes a toto Juris rigore procedemus: reservato tamen jure dictæ nostræ Provinciæ S. Josephi, ut in tractandis suis negotiis jure sibi competente utatur; permittimusque, ut Procurator, quem ipsa Provincia habuerit, tractare valeat, tam agendo, quam defendendo, quæcumque negotia a cæteris Discalceatorum Provinciis speciali Procura sibi committi contigerit, quo casu Commissionis specialis, in instantiis, & supplicibus Libellis nuncupare se valeat Procuratorem illius Provinciæ, a qua mandatum habuerit. = II. Quo vero ad Breve Apostolicum motu proprio a san. mem. Urbano VIII. expeditum Romæ die 28. Julii 1636., confirmatum, & insertum in alio Brevi fel. rec. Innocentii PP. XI. die 17. Junii 1679., cum illud exprease disponat de Religiosis Discalceatis Provinciarum Hispaniæ ad Aulam Regiam accedentibus pro suis rebus, negotiisque tractandis: Declaramus, eos præcise teneri ad hospitandum in altero ex duobus Conventibus, aut nimirum S. Ægidii, aut S. Bernardini, juxta seriem, ac tenorem dicti Brevis, nec hospitari posse in aliquo alio Conventu, minusque in Domibus Secularium, nisi ad id specialem habeant licentiam, seu indultum Apostolicum, aut alicujus ex Sacris Congregationibus, quod antea Nobis exhibere debeant, ut de illo constet; Nobis, Nostrisque Successoribus reservantes declarationem casuum, in quibus pro gravitate negotiorum, Ordini, aut eorum Provinciis communium, magis expediat, seu necessaria sit commoratio alicujus, seu aliquorum Religiosorum Discalceatorum dictarum Provinciarum in hoc Conventu S. Francisci, prout a Nostris Prædecessoribus inconcusse servatum est. = III. Pariter quoad aliud Breve ejusdem Urbani VIII., datum die 10. Decembr. 1642. confirmatorium Statutorum conditorum a Rmo P. Fr. Joanne Merinero Nostro Prædecessore, & supra dictum Breve Innocentii XI. datum præfata die 17. Junii 1679., in quo de verbo ad verbum inserta leguntur præfata, Urbani Brevia, & Statuta, quæ ibi denuo confirmantur ad instantiam nostræ Provinciæ S. Iosephi; mature considerantes, quod dicta Statuta, & Brevia edita sunt pro Provinciis Hispaniæ, & pro Fratribus Discalceatis exteris in dies accedentibus ad hanc Aulam Regiam pro suis, aut suorum Parentum, vel Consanguineorum negotiis, neque mentio habètur eorum Religiosorum, qui aliquando accedunt, seu accedere possunt missi a suis Provinciis cum Procuræ mandatis, vel instructionibus pro communibus earumdem Provinciarum negotiis: Declaramus, præfatos Religiosos, qui accedere solent, & in dies accedunt ad hanc Regiam Aulam pro suis particularibus negotiis, aut suorum Parentum, vel Consanguineorum, in dictis Statutis, Brevibusque re ipsa comprehendi, proindeque hospitari debere in alterutro ex Conventibus S. Ægidii, & S. Bernardini, juxta formam, & tenorem pro tempore, ac sub pœnis in iisdem Statutis, & Brevibus contentis, neque moram trahere posse ultra tempus ibi prescriptum, minusque aliquem Superiorem

,, di-

„ dictorum duorum Conventuum, aut Provincia-
„ lem nostræ Provinciæ S. Josephi, & quemlibet
„ alium eos retinere, aut ut detineantur quovis sub
„ prætextu permittere valere, aliàs incurrant ipso
„ facto in pœnas ioibi expressas etiam unica vice
„ contravenientes; Nobis, nostrisque Successoribus
„ reservantes facultatem, Nobis tantum eo npeten-
„ tem vigore alterius Brevis ejusdem Innocentii
„ XI. incipientis, *Aliàs Nos* &c, sub Datum 7. No-
„ vembtia 1679., ut dispensare possimus quoad
„ tempus permanentiæ eum hujusmodi Religiosis
„ hospitibus ad hanc Regiam Aulam accedentibus
„ pro suis negotiis, prout expedire visum fuerit.
„ = IV. Quo vero ad eos Religiosos Discalceatos
„ Provinciarum Hispaniæ huc accedentes, missos
„ a suis respective Provinciis eum earum manda-
„ tis, vel instructionibus pro communibus ipsa-
„ tum, seu earum Conventuum negotiis: Decla-
„ ramus, non esse comprehensos in dictis Statu-
„ tis, & Brevibus Apostolicis; proindeque si quan-
„ do contingat, sic missos a Provinciis huc acce-
„ dere, posse per seipsos incipere, prosequi, &
„ terminare negotia juxta sibi mandata, seu in-
„ structiones, quas habeant, neque teneri ad ser-
„ vandam formam, temporisque præfixionem in
„ dictis Statutis, & Brevibus præscriptas, minus-
„ que ad committenda negotia, pro quibus a suis
„ Provinciis mittentur, Procuratori Provinciæ S.
„ Josephi, seu Procuratori Conventus S. Ægidii,
„ nisi eædem Hispaniarum Provinciæ in decursu
„ Causarum aliter determinaverint: Peractis autem
„ negotiis sibi commissis, declaramus, eos quo-
„ que ex tunc comprehendi inter illos, de quibus
„ in dictis Statutis, & Brevibus disponitur, proin-
„ deque ad eorum exactam observantiam tunc te-
„ neri, & subjici, sub pœnis ioibi contentis. Spe-
„ cialiter quoque declaramus, quod Religiosi Di-
„ scalceati exteri nullimode eleemosynas petere in
„ hac Regia Aula, neque illis uti valeant, directe,
„ aut indirecte in præjudicium dictorum Conven-
„ tuum S. Ægidii, aut S. Bernardini: quinimo in
„ hac parte mandamus ut observentur Statuta, &
„ laudabiles consuetudines Discalceatorum quoad
„ Territorium, & Districtum Conventuum pro e-
„ xactione eleemosynarum communium. Et ita de-
„ finitive pronuntiamus, judicamus, atque manda-
„ mus. Matriti in Cella habitationis Commissario-
„ rum Indiarum die 25. Febr. 1739. = F. Joannes
„ Vermexo Minister Generalis. = F. Bonagratia ab
„ Alexandria Testis. = F. Franciscus Martinez Te-
„ stis. = F. Ignatius Arbiol Testis. = L. ✠ S. =
„ Ita est F. Melchior Marquez Pro-Secretarius Gen.
„ Ord. =

Appellatione vero interposita per Procuratorem dictæ Provinciæ S. Josephi adversus eamdem Sententiam, delata fuit Lis, & Causa contestata in secunda instantia coram VV. FF. nostris S. R. E. Cardinalibus, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositus: ac licet quoad alia & peculiaria Capita Lis ista fuerit continuata, & definita (e); in iis tamen, quæ præinserta Capita respiciebant, interposita appellatio (ut asseritur) deserta inde remansit, dictaque Sententia plenam habuit, & omnimodam executionem. Prædicta omnibus tamen parvipensis, nuperrime existens tunc Minister Provincialis dictæ Provinciæ S. Josephi nonnulla contra expressum ejusdem Sententiæ tenorem innovare præsumpsit; quapropter, reassumpta Causæ cognitione a dilecto Filio F. Petro Joannetio de Molina hodierno dicti Ordinis Ministro Generali, præfatam Sententiam sui Prædecessoris dictus Petrus Joannetius de Molina Minister Generalis quoad dicta Capita in omnibus, & per omnia, & quibuscumque non obstantibus, exequi mandavit per suum definitivum Decretum tenoris, qui sequitur; videlicet =

„ Visis his Actis a nostro Rmo P. Ministro Ge-
„ nerali F. Petro Joannetio de Molina, mandavit,
„ servari Sententiam per Rmum P. F. Joannem Ver-
„ mexo suum Prædecessorem die 25. Februarii
„ 1739. latam, prout hactenus servata est; & RR.
„ PP. Provincialis S. Josephi, Guardianus Regii Con-
„ ventus S. Ægidii, aut quilibet alius Religiosus
„ subditus dictæ Sententiæ nullatenus contravenire
„ præsumant sub pœna Excommunicationis majo-
„ ris, & privationis Officio respective. Ita decre-
„ vit, atque mandavit Paternitas sua Rma. In hoc
„ Conventu S. Francisci Matritensi die 19. Augusti
„ 1763. = F. Petrus Joannetius de Molina Minister
„ Generalis. = Ita est F. Christophorus Sanchez
„ Secr. Gen. Ord. =.

Ad dirimendas igitur super præmissis omnes Controversias, ut præfertur, exortas, idem Joannes Procurator Generalis Nobis humiliter supplicari fecit, ut Sententiam, & Decretum hujusmodi, quò firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communire, ac aliàs opportune in præmissis providere dignaremur. Nos ipsius Joannis Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum in Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis Excommunicationis, *&c.* absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Ven. eorumdem FF. nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui Relationem dilecti filii nostri Aloysii Mariæ S. R. E. Diaconi Card. Tortigiani nuncupati, apud Nos, & Sedem Apostolicam dicti Ordinis Protectoris, attenderunt, consilio, ptima duntaxat (*f*) quatuor supra præinserta Capita enuntiatæ Sententiæ emanatæ de anno 1739. Auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: Salva tamen in præmissis auctoritate Congregationis præfatorum Cardinalium. Decernentes, ipsas præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices *&c.*; ac irritum, & inane *&c.* Non obstantibus *&c.*

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xx. Novembr. MDCCLXIV. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

N. Card. Antonellus.

Loco ✠ Sig. Annul. Piscat.

= (*a*) Quarum initium, *Dudum*, in Bullar. Roman.
= Edit. Mainard. Tom. 8. a p. 101. in fin. ad 104.,
= & in Bullar. PP. Discalceator. Tom. 2. a p. 510,
= in fin. ad 515.
= (*b*) In Monumentis Ordinis scribitur *Bermejo*. In
= Regesto autem *Secretariæ* Brevium Apostolico-
= rum scriptum legitur hic, & infra, *Vermexo*, ut
= nonnulli Hispanorum scribunt.
= (*c*) Verba ista, in hac Sententia hic, & alibi

po-

= posita, intelligi debent de *agenda*, & *defendenda*
= apud Tribunalia Ordinis, seu alias ad tramites
= Sanctæ Professionis nostræ: de qua re alibi di-
= ximus (locis cit. sub. d. 4. Julii Anni huj. 1764.
= Not. *c*).

= (*d*) Hæc verba „ *Officio, actiuque legitimis* „ &
= infra (in Decreto Rmi Joannetii de Molina) „
= *privationi Officio* „ sic pariter leguntur in laudatæ
= Secretariæ Brevium Regesto. Efferuntur autem
= ea nomina sexto casu, quòd eum casum postulet
= primigenium verbum *Privo*, unde nomen *Priva-*
= *tio* derivatum est. Quemadmodum & Plautus
= dixit: *Curatio hanc rem*.

= (*e*) Vid. Chronolog. P. Perusini (Part. II. p.
= 287. B. & seq.).

= (*f*) Alia enim in Sententia continebantur Capita;
= ut constat ex Pontificiis verbis supra Sententiæ
= eidem præmissis „ *cujus quatuor præcipua Capita*
= *sunt* „; & ex Constitutione S. M. Benedicti XIV.,
= relata a P. Perusino (loc. cit.), ubi confirma-
= tur Decretum S. Congnis Episc., & Reg., quo
= duo ipsius Sententiæ Capita infirmantur, a qua-
= tuor istis diversa.

1764. 23. Nov. *Convocatur Congregatio Generalis ad diem 25. Maii proximi Anni in Sacrum Montem Alvernum.*

FR. PASCHALIS A VARISIO

Ordinis Minorum S. P. Francisci Lector Emeritus, & in tota Cismontana Familia tam Observantium, quam Reformatorum, & Conceptionistarum Commissarius Generalis, ac Servus

Universis in Christo dilectis Patribus, Fratribusque tam Superioribus, quam Subditis jurisdictioni nostræ subjectis salutem, plenamque in Spiritu Sancto consolationem.

TEmpore ab electione tenuitatis nostræ in Cismontanæ hujus Minorum Familiæ Commissarium Generalem ad triennii finem vergente, terminum quoque Officii nostri, & Successoris electionem instare, neminem latere arbitramur; quod ut ad præscriptum Constitutionum reipsa opere compleatur, noster Rmus Pater totius Ordinis S. P. Francisci Minister Generalis vigilantissimus in id rei Encyclias ad Nos dedit, quas fideliter pro muneris nostri debito vobis notas facimus, quæ sunt sequentis tenoris:

FR. PETRUS JOANNETIUS DE MOLINA

S. Theologiæ Lector, Catholicæ Majestatis in Regali Congressu Matritensi pro Immaculata Conceptione Theologus, ac totius Ordinis Minorum iteratò Minister Generalis, Commissarius, Visitator Apostolicus, & Servus

Universis in Christo JESU dilectissimis Fratribus, ac Sororibus tam Superioribus, quam Subditis nostræ Obedientiæ in tota Familia Ultramontana concreditis salutem, & Seraphicam Benedictionem.

COngregationem Generalem intermediam nostræ Ultramontanæ Familiæ post triennii an ultimo Capitulo Generali decursum in proximo imminentem, ac in Vigilia Pentecostes anni 1765. die 25. mensis Maji in Italia, & in nostro Conventu S. P. N. Francisci Montis Alverniæ ad tenorem Apostolicarum . . . celebrandam, vobis omnibus per præsentes notam facimus . . . . . . : atque ad ejus canonicam, & legitimam celebrationem . . . . . convocamus Patres omnes, quibus jus est in ipsa Generali Congregatione suffragium ferre, videlicet: Rmum P. Fr. Clementem a Panormo Ex-Ministrum Generalem, Rmum P. Commissarium Gen. Familiæ, RR. Adm. PP. Commissarium Gen. Curiæ, Procuratorem Gen. Reformatorum, Definitores Gen. Ord. Familiæ Ultramontanæ, tam Observantes, quam Reformatos; præcipientes omnibus, & singulis per S. Obedientiam, & sub pœnis in nostris Constitutionibus Generalibus contentis, quatenus opportuno tempore ad diem præfixam, Vigiliam nempe Ascensionis Domini, die 15. mensis Maji ejusdem sequentis anni 1765. in præfato nostro Conventu Montis Alverniæ personaliter compareant (*a*) . . . . .

Dat. in hoc nostro Conventu Villæ Regalis die 13. Septembr. anni 1764.

Fr. Petrus Joannetius de Molina
Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Rmi in Christo Patris
Fr. Joseph Marin Secr. Gen. Ord.

Dumque exactæ earum observantiæ, quam nos quoque serio præcipimus, certiores fieri volumus, omnium vestrum apud Deum precibus enixe Nos commendamus, ut Pater misericordiarum ea, quæ in exercendo Superioris munere pro conditione fragilitatis humanæ peccavimus, pro sua clementia in hoc sæculo indulgeat, ne in futuro durum judicium subire contingat. De cetero, Fratres in paucis dilecti, quemadmodum a prima die, qua onus hoc subivimus, nihil subtraximus utilium, quominus annuntiaremus vobis, quæ ad Regulæ, & Constitutionum observantiam, & commune bonum spectare cognovimus, & per triennium non cessavimus monere unumquemque vestrum; ita & sub finem cuncta paterno affectu in mentem revocantes, commendamus vos Deo, & verbo gratiæ ipsius, qui potens est dare hæreditatem in sanctificatis omnibus; vos instanter obsecrantes, ut declinetis eos, qui dissensiones, & offendicula prætec doctrinam, quam didicistis, faciunt. Gaudete, perfecti estote, exhortamini, idem sapite, & Deus pacis, & dilectionis erit in vobis. Salutate invicem in osculo sancto: & gratia Domini nostri JESU Christi, & charitas Dei, & communicatio Sancti Spiritus sit cum omnibus vobis.

Dat. Romæ ex hoc nostro Araecœlitano Conventu die 23. Novembr. 1764.

Fr. Paschalis a Varisio Commiss. Gen.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Rmi in Christo Patris
Fr. Jacobus Antonius Tusculanus
Secret. Gener.

= (*a*) Cetera omnia, quæ hic, & supra omisi-
= mus, concordant cum iis, quæ leguntur in si-
= milibus Literis, præsertim in illis, quæ haben-
= tur in pag. 284. & seq. Partis II. Chronologiæ
= P. Perusini; subrogato quidem sub finem nomi-
= ne *Clementis PP. XIII.* in locum nominis *Bene-*
= *dicti PP. XIV.*, & nomini *Cardinalis de Aquavi-*
= *va* nomine *Cardinalis Torrigiani* suffecto.

= 1764.

= 1764. 7. Dec. = Prodiit hac die Deciaio S.
= Rotæ in *Civitaten. Provinciæ Compostellanæ Oblationum Annalium*, alteram confirmans Decisio-
= nem, quam dedimua aupra (ad d. 4. Jul. Anni
= ejusd. 1764.), coram ipsomet R. P. D. Azpuru.
= Qnum enim Capitulo Cathedralia Ecclesiæ, &
= Parochis Diœcesis Civitatensis, *novæ* (obtentæ)
= *Audcntiæ beneficio*, ut in eadem Decisione narra-
= tur, *licuisset adversus evulgatam definitionem* (ante
= dictæ diei 4. Julii) *insurgere*; *placuit e contra*
= (iisdem Capitulo, & Parochis) *dilationem exposcere*,
= *ac seorsim porrecto Memoriali Remissoriales*, *ac*
= *Compulsoriales Literas efflagitare*, *ut periclitanti*
= *Causæ solidiores probationes*, *ac nulli exceptioni ob-*
= *noxia monumenta prævè essent*. *Ast Domini* (per-
= git Deciaio), *qui exhibitis pro Remissoria*, *&*
= *Compulsoria Precibus* = Detur dubium, non estar-
= dato cursu Causæ = *rescripsere*; *idcircò*, *postulatæ*
= *dilationis instantiam posthabentes*, *præcedentem re-*
= *solutionem edito responso* = In decisis = *confirma-*
= *runt*. Resumuntur porrò in hac accunda Deci-
= sione ea rationum momenta, quæ legere licet
= supra in Decisione priori. Quam ob caussam ab
= ea hic exhibenda supersedemua.

1764. 15. Dec. *S. Congñis*

Concilii Interpretis Responsa in Novarien. Jurisdictionis *circa Galliati Hospitium, eique adjunctum Oratorium publicum PP. Reformatorum.*

FF. Min. Reformati Ord. S. Francisci (ex Fol. Congregationis d. diei 15. Dec.), qui Novariæ aunt in Conventu *S. Nazarii*, habent *Galliati*, frequenti, & opulento ejus Diœcesis Oppido, quod trium lapidum itinere a Civitate distat, Domum, seu Hospitium, eique adnexum Oratorium publicum *S. Bernardini*. Queruntur de Episcopo Novariensi, qui sine jure, atqua ipsis repugnantibus, ea, uti suæ jurisdictionis, visitaverit. Hinc jus impugnant, illiusque rescindenda acta petunt. Episcopus contra tum sua jura tuetur, tum uti Oratorium e publieo privatum fiat postulat. De hia triplex controversia instituitur.

De I. quæstionis capite Fratres inquiunt, omni juriadictione carere Episcopum in Ecclesiis, Conventibus, aliiaque Conventuum membris, & annexis *Fratrum Minorum* ad Text. in C. *Nimis iniqua*, C. *Nimis prava* de exc. Præl. . . . ; sed eadem immediate Sedi Apostolicæ subjecta esse, ut probat Gaudent. de Visit. lib. 1. cap. 4. dub. 10. sect. 1., Passer. de Stat. hom. to. 3. qu. 187., & Rot. cor. Cels. dec. 17. n. 6.

Et licet exemptio hæc locum non habeat in Ecclesiis habentibus annexam curam animarum, vel a Presbyteria æcularibus administratia, juxta decretum Concil. Trident. in Sess. 21. c. 8. de Ref., & Sess. 25. c. 1. de Reg.; attamen cum Oratorium publicum S. *Bernardini* neque Ecclesia Parochialis sit, neque per Presbyteroa sæculares regatur, hinc, dicunt, exemptum certe esse a jurisdictione., & visitatione Ordinarii, Rota cor. Kaunitz dec. 125. n. 6.

Neque obesse ajunt, quod Oratorium extra claustra sit, & longe distet a Conventu Novariæ: quia aimul ac *subjective*, & *formaliter* unitum est eidem Conventui, necessario, veluti pars, & membrum Conventus, eadem exemptione certissime frui debet, C. *Recolentes* §. *Cæterum* de atat. Monach. . . . . . . (Subnectuntur Doctores, ac Rotales Decisiones), & Sac. Cong. in *Salutiarum iuris visitandi* 7. Auguati 1756. (*a*)

Extraneam hine asserunt Constitutionem Innocentii X. incipien. *Instauranda*, vel ejusdem Decretum incipien. *Ut in parvis*, quia respiciunt tantum parvos Conventus, in quibus sex saltem Religiosi non degunt, & perperam referuntur ad Grancias, & Hospitia Conventui aubjective unita, de quibus speciale est privilegium de exemptione, Cap. final. de capell. Monach. . Maxime quia idem Hospitium, & Oratorium visitatum fuit annis 1750. 1752. & 1759. a Superiore Regulari; ideoque immune dicendum certe est ab Episcopi jurisdictione, Rot. in dec. 33. n. 9. cor. Molin. . . .

De II. innituntur possessioni immemorabili retinendi eam publicam Ecclesiam. Multa de ea possesaione allegant. Nefas esse ajunt, ut quæ publico usui destinata olim fuerint Oratoria, privata sine ulla necessitate fiant, *Firmana Æticulæ* 12. Decembria 1762. Summam utilitatem prædicant, & commodum Populi ex administratione Sacramentorum in Oratorio; precesque, ac postulationes Oppidanorum de ea re congerunt.

De III. autem, jure ipso, inquiunt, atque ipso facto, quæ male gesta sunt, corruere. Ideo, quæ Episcopus injuria egit, rescindenda, *Novarien. Iuris visitandi* 8. Maji 1751. (*b*), & in *Regien. Visitationis* 14. Dec. 1754. ad 2. Dub. (*c*)

Alia ex parte Epiacopua profert juris clarissimam censuram, qua Ordinariia subjecti sunt omnes Clerici, & Monachi, omnesqua Ecclesiæ sive Sæculares, aive Regulares ad text. . . . .

Neque obstare in hanc rem Privilegia Regularium; quia de parvis Conventibus, seu Domibus, in quibus saltem sex non commorantur, expresse cautum est ab Innocentio X., ut Ordinarii jurisdictioni tamquam Sedis Apostolicæ Delegati subsint.

Quemadmodum nee quod Hospitium, & Oratorium annexum sit Conventui Novariæ; tum quia non docetur de hac annexione, tum quia in Const. Innocentii Epiacopo Delegato concessa est jurisdictiu etiam super membris annexis.

Demum pro se allegat longævam, & centenariam possessionem ab anno 1657., quo Ordinarii Oratorium, & Hospitium visitarunt. Recentes vero Visitationes factaa a Superioribua Regular. an. 1750., eas novissimas, elanculum peractas, omnino spernendas esse; cum neque Superioribus Regular. competat *cumulativa* Visitatio.

Addit, quod pro Hospitio permittenda non est publica Eccleaia, *Donat. Rer. Regul. tom.* 1. *tract.* 2. *de Monast. ædific.* Eamque fuisse huj. S. Congñis sententiam, quam refert Pignatell. Cons. can. to. 10. cons. 84. num. 2.

Præaertim, quia Fratres nunquam paruerunt Decretis, quæ in Sac. Viaitationibua Episcopi ediderunt; multaque agunt, eaque numerat, quæ sine Sedia Apostolicæ Privilegio in hujusmodi Oratoriis fieri non permittuntur, ut pluriea definivit S. Congo, & docuit aan. mem. Benedictus XIV. Inst. Eccles. 30. §. 11., & de Syn. Diœc. lib. 9. c. 15.

De precibus vero incolarum vix triginta esse ait in Oppido haud minua quatuor millia hominum habente. Cetera ex Scriptia petenda.

Synodus Tridentina edixit: *Locorum Ordinarii Ecclesias quascumque quomodolibet exemptas* (*d*) *auctoritate Apostolica singulis annis visitare teneantur*, *&* *opportunis juris remediis providere*, *quæ reparatione indigent*, *ut reparentur*.

Innocentius X. suo Decreto, *Ut in parvis*, dici 10. Febr. 1654. restituit Regularibua, quæ abolevc-

rat,

rat, minus frequentia Cœnobia, quæ aliquando in parvis, & dissitis Oppidis opportunissima sunt, uti utriusque sexus incolæ, præter unum Parochum, vel alterum Sacerdotem Oppidanum, alios habeant paratos, qui Sacramenta, & præsertim Pœnitentiæ, administrent; legem autem retinuit, qua non solum Regulares in eis degentes, sed Cœnobia, *visitationi, correctioni, & omnimodæ jurisdictioni Ordinarii* subjecit: *Sanctitas Sua intendens* .... (UT APUD FERRAR. V. *Conventus* ART. 2. N. 17.).

Pluriroæ de his ortæ sunt controversiæ anno 1655. .... (EXHIBENTUR HUC LOCO DUBIA 5. 6. 7. CUM RESP., QUÆ HABENTUR APUD FERRAR. LOC. CIT. N. 20. & SEQ.).

Aliæ propositæ fuerunt anno 1670. .... (REFERUNTUR HIC DUB. 2. ET 5. CUM RESP., APUD FERR. IBID. N. 22.).

Videndum, quid de hac quæstione dixerit Rot. in *Firmana Iurisdictionis super modo visitandi* 20. Martii 1702. §. 4. coram Molin., in *Burgen. Iurisdictionis, seu visitationis* 4. Julii 1712. §. *Quoad*, & 19. Januarii 1714. §. *Respectu* coram Barbadico.

S. Cõgo in una *Cæsenaten. Iurisdictionis* 23. Septembris 1690. inter Episcopum, & Monachos Casinenses Monasterii *S. Mariæ in Monte*, in qua agebatur de Ecclesiis ruralibus *S. Mariæ de Ronta*, & *S. Mariæ in Flumine*, quæ Curam Animarum habebant annexam, & Monasterio erant unitæ, ac de Oratorio sito in *tenuta della Bagnarola*; propositis de iis rebus Dubiis: *An Decreta facta in Visitatione duarum Ecclesiarum Parochialium, respicientia simplicem ornatum Ecclesiæ, & non curam Animarum, substineantur maxime sub pœna sequestrationis fructuum bonorum Monasterii?* respondit: *affirmative, scilicet potuisse visitare auctoritate ordinaria, & consueta*. De Oratorio autem responsum est: *dandas esse literas remissoriales hinc inde directas Episcopo viciniori ad effectum probandi, an Oratorium sit publicum, vel privatum*, lib. Decret. 40. fol 636.

In una *Cortonen. Visitationis* 20. Aprilis 1697., in qua res erat de quadam sacra Ædicula Monasterii *S. Ægidii*, quam Eremitæ Camaldulenses dicebant ab antiquo tempore suo Monasterio *unitam, & commendatam*; ideoque exemptam a Visitatione, & Jurisdictione Episcopi; Episcopus autem, qui eam visitaverat, *antiquitus fuisse Parochialem, unitam æque principaliter alteri Ecclesiæ S. Ioannis de Tuorgnia commendatæ* similiter eidem Monasterio, & quæ citra dubium semper subjecta fuerat Visitationi Ordinarii; disputatis Dubiis: I. *An Ecclesia S. Ægidii potuerit, & possit ab Episcopo visitari? Et quatenus negative*, II. *An Decreta facta in Visitatione Episcopi pro Sac. Supellectilium provisione substineantur?* respondit: *manutenendum esse Episcopum in quasi possessione visitandi Ecclesiam S. Ægidii*, lib. Decret. 47. fol. 150.

Ad rem faciunt resolutiones in *Lycien. Visitationis, & Censurarum* 29. Junii 1724., & 23. Junii 1725., *Nanien. Visitationis* 2. Decembris 1752. (e), & *Salutiarum Iuris visitandi* 17. Julii 1756.

Advertendum, quod in *Firmana Ædiculæ* 17. *Martii* 1761. agebatur non de Ecclesia publica ad Oratorium privatum reducenda, sed de profananda.

Proponitur = I. *An Hospitium, & Oratorium S. Bernardini oppidi Galliati subsint Iurisdictioni, & Sacræ Visitationi Ordinarii? Et quatenus negative*, II. *An idem Oratorium reducendum sit ad usum Oratorii privati tantum?* III. *An actus Sac. Visitationis ultimo*

Chronol. Serab.

loco per Ordinarium expletæ sint circumscribendi in casu &c.?

= Sacra autem Cõgo in eadem supra dicta die = 15. Dec. 1764. ita respondit =

Ad I. *Quoad Oratorium affirmative, in reliquis iterum proponatur. Ad II. Negative, & amplius. Ad III. Dilata.* (f).

= (e) Causa hæc Salutiarum sic refertur in Folio = Cõgñis diei 17. Julii 1756. = „ Veniam postularunt an. 1651. a san. mem. Innocentio X. PP. Min. Observantes S. Francisci Carmignolæ agendi Sacrum in Cappella extruenda in Burgo Salfasii, & D. Antonio Patavino dedicanda. Annuit Summus Pontifex, & mandavit Episcopo Salutiarum, ut *si d. Cappella publico in loco sita fuerit, & a privatis Domibus ita separata extiterit, ut per eas ad illam accessus, aut prospectus minime pateret, Cappellam præfatam sub prohibitione, de mandato san. mem. Pauli V. de non celebrando in privatis Oratoriis publicata, haudquaquam comprehensam declaret, atque ulterius sine præjudicio quorumcumque jurium Parochialium dictum Sacrosanctum Missæ Sacrificium per quemcumque Sacerdotem sive Sæcularem, sive Regularem in ea celebrari Apostolica Auctoritate permitteret*. Ædificata fuit Cappella, cum adnexa religiosa Domo, ideoque tunc temporis Salutiarum Episcopus, dum an. 1654. Visitationem ageret, eam visitavit, & reputans factum id esse contra Constit. Apostolicas, & præsertim *de non dormiendo extra Conventum*, decrevit hac de re consulendam esse Sac. Congñem negociis, & consultationib. Episcopor., & Regular. præpositam, inhibuitque Fratribus sub pœna interdicti ejusd. Cappellæ, ne in adnexa Domo dormirent. Hanc eamd. Cappellam alii duo visitarunt Episcopi, alter an. 1702., alter, qui nunc Ecclesiæ Salutiarum præest, an. 1743., neque his Visitationibus contradixerunt Fratres, neque appellarunt. Iterum eam visitare voluit Episcopus an. 1754., sed restitit Guardianus renuens eam recludere, & Episcopum visitantem excipere, qui ideo eam publice interdictam declaravit. Appellarunt Fratres ad hoc Sac. Tribunal, & disputat nunc Promotor Fiscalis in suo Libello, jus favere Episcopo, qui potest omnes Ecclesias, & Cappellas Regularium a Claustris separatas visitare: satis igitur ei esse, si exceptiones exemptionis, quas Fratres proponunt, dubias reddat, præsertim cum in possessione sit visitandi per fugam centum annorum. Frustra igitur exemptionem ab iis desumi a Brevi Innocentiano, quod ipsa Parochialia jura integra esse voluit; frustra ex Privilegiis, quæ concessa sunt aliis Regularibus, & ex communicatione quæsitis, cum agant de aliis Cappellis, quæ nempe sunt in Granciis; frustra denique ex Testibus, de antiqua consuetudine Episcoporum abstinendi a Visitatione testificantibus, cum reprobentur ab ipsis Visitationibus Episcopalibus, quas supra retulimus: Hinc substinendum esse colligit *Interdictum*, cui supposita fuit Ecclesia, neque illud revocandum, quousque ad ejusdem Visitationem Episcopus non admittatur. Hæc Promotor Fiscalis. A Fratribus nondum libellum jurium habuimus. Duo sunt Causæ Capita = I. *An competat Episcopo jus visitandi Ecclesiam, seu Cappellam S. Antonii de Padua Carmignolæ in casu &c.?* II. *An substineatur Interdictum?* . „ = Hactenus in Folio supra dicto. Quum autem S. = Cõgo in die illa 17. Julii rescripsisset = *Dilata ad = sequentem* =; in sequenti mox Cõgñe 7. Augusti = (ut est in ejus Cõgñis Folio) respondit =

= *Negative ad utrumque* =.

= Etsi verò dum Rm̃us Præsul Secretarius Folium illud pro Congñe 17. Julii acriberet, nondum pro nostratibua, ut aupra dicitur, *Libellus jurium* fuisset oblatus; oblatus tamen fuit ante decisionem Causæ: quem apud noa habemus unà cum jurium Libello exhibito pro Epiacopalis Curiæ Salutiarum Promotore Fiacali. Agebatur in ea Causa de Capella publica Hospitii, quod noatrum Cœnobium Carmaniolæ, utpote poaitum procul a Civitate ipaa mille passibus fermè, retinet in ea Urbe legitimè, legitimisque de caussis, quas hie enarrare non vacat.

= (*b*) Vid. aupr. in hae nostra Chronol. p. 20. B. seqq.

= (*c*) Supr. pag. 153. A.

= (*d*) Hoc *ex sententia S.Congñis* (Concil.) *non habet locum in Ecclesiis Regularibus*, sed *Sæcularibus duntaxat; & Regulares* (Ecelesias esse) *interpretata est eadem Cañgo etiam* (Ecelesias) *Monasterio unitas, aut ab eo dependentes, si eis a Regularibus deserviatur*: verba sunt locupletissimi testis Prosperi Fagnani (in C. *Grave* n. 18. aub fin. de Off. Ordin., aimulque in C. *Nullus* n. 34. de Paroch.). Quod etiam confirmant Decreta plura, & monent Pirhiog, Pignatellua, Matthæuccius, alii.

= (*e*) Vid. aupr. p. 81. seq.

= (*f*) De Cauaa ista Novariensi nihil equidem actum deinceps invanio, saltim ad Annum usque 1770. Duntaxat in Folio Congñis 31. Maji 1766., post narratas istas resolutiones tres diei 15. Decembr., quas ante descripsimus, sic subjicitur: *Acquievit Episcopus de Oratorio ad privatum non reducendo; sed instaurat quæstionem de jure visitandi Domum, seu Hospitium, ac de Actis Visitationis legitimis declarandis*. At Cauaa die illa non fuit proposita, ob rationem certè, quæ ibidem aignificatur, dum statim aubditur: *Expectanda sunt utriusque Partis nova, si dabunt, Scripta, quæ hactenus non dederunt*. Nunquam autem fortè deincepa dederunt.

= 1765. 7. Jan. = Prohibita hoe die fuerunt infrascripta Opera. I. *Josephi Abudoeni Historia Jacobitarum, seu Coptarum in Ægypto, Libya, Nubia, Æthiopia tota, & Cypri insulæ parte habitantium: Cum annotationibus Joannis Nicolai, antiqui quandam in Academia Tubingensi Professoris celeberrimi: Vulgavit nunc primum ex Bibliotheca sua Sigebertus Havercampus*. II. Opus titulum præferena: *Les deux Livres de S. Augustin Evêque d'Hippone à Pollentius sur les Mariages adulteres, traduits en François, avec le Texte latin à coté, des notes, & une Dissertation: Dediés à Mons. l'Evêque de Soissons: Ouvrage utile, & même necessaire à tous les Confesseurs, & singulierement aux Missionaires employés chez les Infideles*. III. *Avantages du Mariage, & combien il est necessaire, & salutoire aux Prêtres, & aux Evêques de ce tems-cì d'epouser une fille Chrêtienne: Tome 1., & 2.* IV. *Memoires pour servir à l'Histoire de Madame la Marquise de Maintenon: Vol. 6.* V. *Memoires sur la vie de Mademoiselle de Lenclos: Par. Mr. B.....I. II. & III. Partie*.

1765. 8. Jan. *P. Ludovicus a Brogliano Venetus Definiter Generalis renunciotur*.

Dilecto filio Ludovico de Brogliano Ord. FF. Min. S. Franciaci de Observantia nuncupat. professori.

CLEMENS PAPA XIII.

Dilecte fili, Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Religionis Zelus, vitæ, ac morum honestaa, aliaque laudabilia probitatia, & virtutum merita, auper quibua apud Noa fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut te specialibus favoribua, & gratiis prosequamur. Cum itaque, aicut accepimua, in Capitulo Generali Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci nuncupat. Mense Maji anno MDCCLXII. Mantuæ celebrato decimus Definitor generalis Cismontanæ Familiæ (*a*) justis de causis electua non fuerit, ejusque proinde electio a voluntate, & oraculo Nostro dependeat: Noa ex commissæ Nobis divinitus dispensationis Munere Ordini præfato de uno Definitore generali, qui ad complendum denarium Definitorum generalium pro Cismontana Familia legitime atatutum numerum deficit, providere cupientes, teque, qui Frater expresse professua Ordinis prædicti existis, ac aliàs in Provincia Observanti S. Antonii Commissarii Visitatoris Munua integre, & laudabiliter gessisti, apeciali favore gratiæ prosequi volentes, & a quibusvia excommunicationis, &c. abaolventes, & absolutum fore censentes; ac de tua fide, prudentia, doctrina, charitate, integritate, vigilantia, ac Regularis observantiæ studio plenam (*b*) habentes in Domino fiduciam, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostria, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine te memorati Ordinis Definitorem generalem pro Obaervantium Provinciis Cismontanæ Familiæ in Locum, qui hactenus vacavit, implendum usque ad celebrationem Capituli generalis, cum omnibua, & singulis prærogativis, præeminentiis, facultatibus, auctoritate, privilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, Auctoritate Apostolica constituimus, ac deputamus, perinde ac si in Definitorem generalem hujusmodi in generali Capitulo per Vocalium suffragia electus fueris: Tecum dispensantes in quibusvia Statutis, & Conauetudinibua, ac Ordinationibus etiam Apostolicis, ac super quibusvia defectibus, & impedimentis, siquibua quomodòlibet per memorati Ordinis, aut Apostolicæ Sedis Statuta, Decreta, vel Ordinationea prohibearis, quominus præfatum, quod tibi conferimus, Definitoris generalis Munus consequi, & exercere possis: Mandantea propterea omnibus, & aingulis præfati Ord. Superioribua, Fratribus, & Personis, cæterisque, ad quos apectat, & apectabit in futurum, ut te ad demandatum tibi per præsentes Definitoris generalis hujusmodi Officium, illiusque liberum exercitium juxta earumdem tenorem recipiant, & admittant, teque recognoscant, & tibi in omnibus idem Officium concernentibus faveant, & assiatant. Ac decernentes, ipsas præsentes Literaa firmas, &c. (*c*).

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VIII. Januarii MDCCLXV. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

N. Card. Antonellus.

= (*a*)

= (*a*) Vid. supra inter Acta Capituli Mantuani (p. 444. A. post med.).

= (*b*) Illius Viri virtutes SSmus Dñus, priusquam B. Petri Sedem invitus, ac mœrens conscenderet, non modò noverat, sed & planè perspexerat, dum Patavinæ Ecclesiæ vigil Pastor, & Forma Gregis præesset, tum quando ille Venetæ S. Antonii Provinciæ *Integrè, & laudabiliter*, ut supra in iisd. Literis dicitur, S. Visitationem obiret; tum aliàs quum in Diœcesi Patavina Sacrum Recessum incoleret: cujusmodi Conventus Pontifex, eorumque Fratres (ut erat, bonus ipse, bonorum amantissimus) plurimùm adamavit, omniaque in eos sua studia contulit, neque ullam beneficentiæ suæ partem desiderari unquam passus est. Easdem illas egregias hominis virtutes nos quoque multis Annis admirati fuimus (utinam fuissemus imitati, aut modò saltim imitaremur!), quum familiari ipsius consuetudine frueremur, qua septem prope abhinc Annos destituti sumus. Sed de hoc Viro alibi quoque dicendum erit.

= (*c*) Sequuntur hic clausulæ præservativæ, ac derogatoriæ.

1765.3.Febr. *Præfectis Missionum in Indiis Occidentalibus post Missionum earumdem Commissarios locus conceditur.*

Emi, & Rmi Dñi = Præfecti Missionum Seminariorum de Propaganda Fide Ord. Minor. S. Francisci, in partibus Indiarum Occidentalium erectorum, devoti EE. VV. Oratores, exponunt, quod licet ipsi ex deputatione hujus Sac. Congnis in dictis Seminariis, atque Missionibus, quoad spiritualia, omnimodam gerant Præfecturam; nihilominus neque in Brevibus Innocentii XI., continentibus Statuta pro regimine eorumdem Seminariorum, neque in Statutis Generalibus Ordinis Minorum ullum habent assignatum locum præcedendi quoad alios Seminariorum Alumnos neque dum in Seminariis degunt, neque dum in Missionibus ipsis versantur; sed in incerto loco vagantur absque ordine ullo. Ad hujusmodi igitur confusionem evitandam, & quia ipsi ratione Officii, quod gerunt in Missionibus, & circa spiritualia primas obtinent, humiliter proinde supplicant EE. VV., quatenus benigne dignentur ipsis, eorumque in Officiis Successoribus destinare præcedentiam, locumque sedendi, & præcedendi tam in Seminariis, quam in Missionibus. Et pro gratia &c.

Ex Audientia SS. D. N. D. Clementis PP. XIII., habita per me infrascriptum Secretarium Sac. Cong. de Propaganda Fide die 3. Febr. 1765. = SSmus benigne annuit juxta Votum P. Procuratoris (*a*) Ordinis. = M. Marefuscus Secret.

= (*a*) Hujus *Votum*, die 30. proximi Januarii datum, hoc fuit: *Judica, EE. VV. posse Præfectis Missionum locum a Guardiano secundum concedere; ita ut Commissarii Missionum primi post Guardianum sedeant, Præfecti vero locum teneant immediatum post Commissarios*. Vid. & infr. ad d. 31. Januar. 1767.

1765.17.Febr. *Quæ concessa fuere PP. Missionariis Albaniæ, & Macedoniæ, confirmentur; & ad eos etiam extendantur, qui Annos sexdecim laudabiliter id Munus obierint.*

Ex Audientia SS. D. N. D. Clementis PP. XIII., habita per me infrascriptum Secretarium sub die 17. Februar. 1765. = SSmus, ad relationem mei infrascripti, Privilegia, atque Indulta omnia aliàs a Se concessa sub die 11. Septembris (*a*) 1761. Religiosis Ord. S. Francisci Strictior. Observantiæ, qui per spatium viginti annorum Ss. Missiones obierint in Provinciis Albaniæ, & Macedoniæ, denuo benigne confirmavit; atque iis etiam indulsit, qui ac bene, laudabiliterque gerendo, sexdecim tantum annos compleverint in Missionibus prædictis. Dat. Romæ die, & anno, quibus supra.

Marius Marefuscus Secret.

= (*a*) Vid. supr. ad hanc ipsam diem.

= 1765.19.Mart. = Cum Sacerdotes septem, & Laici sex cujusdam nostræ Reformatæ Provinciæ, transmisso supplici Libello, cui subscripserant, rogassent S. Congnem Disciplinæ Regulari præpositam, ut Recessus unus, vel duo in ea Provincia constituerentur; Emi PP., Decreto edito 15. Martii Anni huj. 1765., commiserunt Rmo P. Commissario Gen., ut illic *non unum tantùm, sed duos Conventus pro Recessu deputaret* &c. Ac subinde Rmus Pater per Decretum latum die 19. Mensis ejusd. *præcepit P. Ministro, ejusque Definitorio, ut duos Conventus* (ibi nominatos) *in formales Recessus erigerent* &c.; utque *in proximo Congñe intermedia notati in supplici Libello collocarentur* in uno ex iisd. Conventibus, *& alii petentes in altero* &c. Quæ notavimus ad excitandos nostrates, ut ubi fortè vel nullo modo, vel non integrè impletum sit adhuc Mandatum S. M. Benedicti XIV. (in Chronol. Petus. Part. II. p. 442. A.), & Generalium Prælatorum (quorum hac de re Præscripta occurrunt in Chronol. eadem loc. cit., & alibi, itemque in hac nostra pluribi); noverint ipsi supplices preces porrigere pro erectione Cœnobiorum hujusmodi, quæ & privatis Religiosis, & rei Ordinis publicæ, supra quàm dici possit, salutaria sunt.

1765.26.Mart. *Concedit Pontifex, ut in Murciensi S.* Paschalis *Custodia PP. Discalceatorum, quamdiu Conventuum numerus duodenario minor fuerit, ad Definitorii Officia eligendi sint tres, vel saltem duo, qui Officiis iisdem jam sint perfuncti, licèt de corpore non sint Capituli; nonnullis quidem servatis legibus.*

CLEMENS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Suprema Apostolicæ charitatis, providentiæque nostræ erga omnes Christi Fideles, atque eos potissimum, qui e fluctibus Seculi erepti ad tranquillum Religionis portum confugerunt, adhibenda a Nobis cura maximopere postulat, atque exigit, ut omnem Pontificiæ benignitatis, auctoritatisque operam, consiliumque in hoc studiosissime collocemus, ut omnia ad Divinum Cultum adaugendum, Regularem Disciplinam confirmandam, procurandamque æternam Animarum salutem componantur, constabilianturque. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Custos, & Definitorium Custodiæ S. Paschalis Baylon Ordinis FF. Minorum S. Francisci Discalceatorum nuncupatorum, quod licet dicta Custodia novem tantum Conventibus constet, & Fratrum numero nequaquam abundet, nihilominus Definitorium quinque Patribus componitur; uno scilicet Custode, & quatuor

Definitoribus, qui, expletia hujusmodi Officiis, certus quibusdam juxta ejusdem Ordinis Constitutionea gaudent exemptionibus, & non nisi post elapsum Sexconium rursus in Custodes, seu Definitores eligi possunt; ex quo fit, ut præfata Custodia nimio exemptorum numero non sine Regularis Disciplinæ detrimento prægravetur, & ob Ex-Custodum, & Ex-Definitorum multitudinem nimiùm Electorum libertas coarctetur in seligendis iis, qui ad ejusmodi Munera, ut opus est, gerenda apti destinsndi sunt. Quare ut hujusmodi malo, atque incommodo aliquod opportunum remedium adhiberetur, io particulari Congressu habito die 28. Januar. 1765., approbante etiam moderno Ministro Generali totius Ordinia, capta fuit Resolutio, seu Decretum editum tenoris, qui sequitur, videlicet =

„ Considerato excesaivo numero Patrum Custodiæ, & Ex-Definitorum in hac Custodia, quæ novem tantum Conventibus componitur, & considerata pariter majori in Capitularibus Electionibus libertate, visisque informationibus, & votis in scriptis præstitis a quinque hujus Custodiæ S. Paschalis Patribus, decernimus, impetrandam esse Apostolicam facultatem, ut in quolibet Custodiali Capitulo ad Definitorii Officia non nisi duo, aut ad summum tres ex iia, qui antea de Definitorio non fuerint, eligi valeant; reliqui vero eligi debeant ex iis, qui jam de Definitorio extiterint, sive sint de corpore Capituli, aive non; dummodo per sex annos, juxta præscriptum in Statutis a Gregorio XV. confirmatis, ab hujusmodi vacaverint Officiis: si vero ex supra dictis, qui per sex annos ab Officio vacaverint, decem saltem non extiterint, hujusmodi numerus ad præfatum reelectionis effectum ab aliis expleatur, qui per tres annos tantum a dictis vacaverint Officiis, horum antiquitatis ordine servato: atque hujusmodi facultas eatenus durare intelligatur, quatenus hæc Custodia ex duodecim noo coaluerit Conventibus „.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, præinsertæ Resolutioni, seu Decreto Generalia Ordinis Statuta (*a*) Apostolica Auctoritate confirmata obstent, quominus executioni demandari possit; propterea iidem Exponentes, ut firmiter in futurum subsistat, & exacte servetur, Apostolicæ approbationis nostræ robore, & confirmationis patrocinio communiri summopere desiderant: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares Personas a quibusvis *&c.* absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, petitam facultatem, quam a Nobis impetrandam, ut præfertur, decreverunt, Apostolica Auctoritate concedimus, & impertimur; & insuper præmissum Decretum, seu Resolutionem cum omnibus, & singulis in ea contentis, & expressis eadem Auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; omnesque, & singulos Juris, & facti defectus, aiqui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, & sanamus. Decernentes, præsentes Literas semper firmas *&c.*, suosque plenarios *&c.*, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque io præmissis per quoscumque Judices *&c.*, ac irritum *&c.* Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinstionibus Apostolicis, ac fel. rec. Gregorii XV. Prædecessoris nostri, necnon Custodiæ, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicia in contrarium præmissorum quomodolibet concessia, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & aingulis, illorum tenores *&c.*, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. = Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVI. Mart. MDCCLXV. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

N. Card. Antonellua.

Loco ✠ Sigilli.

= (*a*) Notissimæ sunt Apostolicæ, & Ordinis = Constitutiones huc pertinentes. De iis jam alibi = ex parte diximus, & sumus infra dicturi.

1765. 2. Apr. *Electio inhabilis in Provinciæ Ministrum a majori parte Capituli, licet bona fide, peracta, simulque Electio habilis facta a minori parte in eodem Scrutinio, cassæ ambæ & irritæ declarantur.*

FR. PASCHALIS A VARISIO

Ord. Min. S. P. N. Francisci Lector Emeritus, & in hac Cismont. Familia tam Observant., quam Reformator., & Conceptionistar. Commissarius Gen., Visitator, & Reformator Apostolicus, & Servus

Universis, & singulis PP., & FF. Provinciæ Siciliæ salutem, plenamque in Spiritu Sancto consolationem.

PRospero Franciscanæ huj. Familiæ humilitati Nostræ concreditæ regimini, & gubernio pro Pastorali nostra solicitudine, quantum in Domino possumua, sedulò prospicientes, in id potissimùm tenemur incumbere, ut Capitulares Electiones ad præscriptum Sac. Canonum, & Constitutiñum Ordinis nostri fiant, sicque, aublata omnium perturbationum materia, in pacis amœnitate, in justitia, & sanctitate coram Deo, cui sub suavi Seraphicæ Religionis jugo famulantur, Fratres curæ Nostræ subjecti novis in dies virtutum proficiant incrementis. Cum itaque ad aures Nostras pervenerit, in postremo Capitulo Nostræ Observ. Proviociæ Siciliæ P. Fr. *N. N.* Observ. Provinciæ *N. N.* Filium, & prædictæ Provinciæ Siciliæ Visitatorem, ac Capituli Præsidem, in Ministrum Provincialem habuisse vota vigintitria, & P. Fr. Franciscum a S. Angelo ejusd. Provinciæ Siciliæ Filium, & Definitorem vota novem retulisse; cumque propterea, ortis io ea Provincia dissidiis, pluribusque ad Nos perlatis querelis pro nullitate Electionis, hac in re maturiùs procedere volentes, integram hujusce rei seriem ad PP. Discretorii Gen. Cismont. Familiæ in hac Alma Urbe commorantes duximus deferendam; eos ad præsentiam Nostram congregavimus sub die 18. Martii currentis Anni 1765., qui interfuerunt, nimirum Rm̃us P. Clemens a Panormo ex-Minister Gen., & Discretus Ordinis Perpe-

petuus, RR. Adm. PP. Gregorius a Marsalia Commissarius Gen. Curiæ, Carolus de Golleone Procurator Gen. Reformator., necnon Cherubinus a Roma Definitor Gen.: atque ii omnes unanimi sententia verbo, & scripto censuerunt in primis, irritam esse, & nullam Electionem P. *N. N.*, utpote qui, alterius (*a*) Provinciæ Filios, & Visitator (*b*) Provinciæ Siciliæ, sine ulla prævia Apostolica (*c*) Dispensatione ad Provincialatum ejusdem prohibebatur assumi per Statuta Generalia Ordinis Nostri ab Urbano Papa VIII. = *In Supremo Apostolatus Solio* = de An. 1639. sub clausula irritante specialiter adprobata, necnon per Constitutiones Gen. in Capitulo Gen. de An. 1700. sancitas, & acceptatas, quarum quidem vigore indignus, seu inhabilis ad Provinciæ Siciliæ Prælaturam ille probatur, & ut talis declaratus a Sac. Congñe, Episc. & Regular. negotiis præposita (*d*), sub die 15. Martii currentis Anni. = Deinde proposito Dubio: An, nulla jam existente P. *N. N.* Electione a majori Capituli parte facta, confirmandus esset in Ministrum Provincialem P. Franciscus a S. Angelo, qui eodem Scrutinio vota novem habuit? Patres Discretorii Gen., qui supra, omnes ad unum responderunt, nequaquam substinendam esse illius Electionem, tum quia ejusmodi Electio facta non fuit a majori, & saniori parte Capituli, prout requiritur in Cap. *Ecclesia* (*e*), & alibi; tum quia valet Electio digni a minori parte facta, si major pars Capituli scienter eligit indignum, ut habetur Cap. *Congregato* (*f*), in casu verò præsenti, cum authentica documenta doceant, non scienter, sed ignoranter (*g*) Vocales vigintitres indignum, seu inhabilem elegisse *&c.*, quo errore detecto *&c.*, recursum ad Nos de nullitate Electionis, & Confirmationis intra Canonicum terminum habuerunt; hinc sicuti non scienter elegerunt indignum, ita nec jure pro ea vice suffragandi privati sunt, nec tota subinde potestas eligendi ad minorem partem devoluta fuit; tum denique quia, si scienter major Capituli pars elegisset indignum, tunc minor pars reclamare, & protestari contra irritam Electionem, ac separata a majori parte distinctam, & secundam alterius habilis, dignive Electionem statim sine interpolatione celebrare, ac per verbale Decretum publicare debebat, prout clarè colligitur ex Glossa in Cap. *Congregato*; quæ tamen omnia, necessariò servanda, minor pars Capituli omisit, nam licèt suffragata fuit in eadem Electione, eodemque Scrutinio P. Francisco a S. Angelo, tamen post enunciatam Electionem P. *N. N.*, a majori parte factam, illicò consenserunt, eique publicè obedientiam præstiterunt. Itaque *&c.* (*h*)

Datum Romæ in Nostro Conv. Aracælitano die 2. Aprilis 1765.

Fr. Paschalis a Varisio Commiss. Gen.

Loco ✠ Sigilli.

De Mand. Rñi in Christo Patris

Fr. Jacobus Antonius Tusculanus Sec. Gen.

= (*a*) Primum hoc est invalidæ Electionis caput. = Siquidem in Ministros assumi non possunt, *nisi qui de earumdem Provinciarum corpore, hoc est, ibi professi, vel a longo iam tempore, saltem per decennium, in iis fuerint incorporati.* Sic præcipit Statutum Capituli Gen. Romani 1639. pro utraque Familia, a S. M. Urbano VIII. in forma specifica confirmatum. Addit *Aliter Electio ipso facto irrita, & nulla sit* (in Chronol. P. Perus. Par. I. p. 9. B.). = Quod proinde Statutum habetur in omnibus Statutorum Collectionibus, quæ deinceps conditæ sunt, tum Transmontanis Rñorum Samaniegi, & Soti (C. 9. §. 5. vers. *Prohibetur*); tum Cismontanis Merineriana (apud Sanctor. in Const. Stat. 62.), Sambucana (C. 8. §. 37. n. 5.), & Valentina aliàs laudata (C. 8. §. 19. n. 2.).

= Eamdem alienorum Electionem interdixerant in Ultramontana Familia, etsi non ita severè, nonnulla etiam antiquiora Statuta (Rom. 1600. tit. *Pro Hispan. Prov.* in fin., Segov. C. 7. tit. *de Prov. Min.*, in Chron. P. Mich. Ang. Neap. p. 512. B. circ. med., & 643. A. post med.; ac Germanobelgica apud Kerck. C. 7. §. 13. n. 2.).

= Rationem prohibitionis hujus afferunt Sanctorus (loc. cit.), Kerckovius (d. n. 2.), & Montalvus (To. 2. C. 13. art. 7. n. 17.).

= (*b*) Hæc est altera irritæ Electionis ratio. Non potest enim Provinciæ Visitatur in ipsius Provinciæ Ministrum eligi. Hoc vetitum fuit in Familia Transalpina per Statuta Burdigalensia An. 1520. vers. *Ordinatur*, & per Segovien. C. 7. tit. *de Visit. Prov.* vers. *Neque* in fin. (in Chron. P. Mich. Ang. p. 238. B., p. 644. B., & in Collect. Samaniegi, & Soti C. 8. §. 17. vers. *Ipsi*): in Cisalpina autem Familia per Statuta Messanen. 1532. (cit. Chron. p. 264. A. ante med.), & per Valentina supra memorata (C. 8. §. 25. n. 25.): pro utraque verò Familia per Statuta Romana 1700. (Chron. P. Perus. Part. I. p. 465. B. n. 11.). Peculiaris etiam, amphorque prohibitio extat Congñis Gen. Rom. 1642. pro Polonis Provinciis (d. Chron. Perus. p. 26. A. in fin.).

= In ante dictis Romanis Statutis 1700. expressè decernitur, non posse Visitatorem in Provinciæ Ministrum assumi, *sive illa sit propria, sive aliena, sive ipsemet Capitulo præsideat, sive non.* Eademque Statuta, in his decernendis, se *renovare* testantur, *& confirmare diversa Statuta utriusque Familiæ.* Certè in Statutis vetustioribus ea ipsa continebantur vel expressè vi indistinctæ prohibitionis, ut de Segoviensibus docet Kerckove (C. 7. §. 15. n. 18.), vel implicitè vi caussæ finalis, quam idem Auctor ibidem explicat. Quod ipsum antea vidit Samaniegus, & cum eo deinceps Sotus. Etenim *Segoviensia* tantum in margine iidem citantes, nihilominùs dicunt (d. vers. *Ipsi*): *Ipsi verò Visitatores cum, quo urgenti ex causa* EX EADEM PROVINCIA, *quam visitant*, FUISSENT ASSUMPTI, *in Capitulo, in quo* VISITATIONEM EXPLENT, *in Ministros Provinciales eligi non possunt*: sive proinde Capitulo ipsimet præsideant, sive non præsideant. Quandoquidem in casu utroque suum Munus *in Capitulo explent*; principaliter nempe, quum non expiret omninò illorum Auctoritas, nisi post diem vigesimum a celebrato Provinciali Capitulo (Stat. Segov. in d. tit. *de Visit.* in fin.; Samanieg., & Sot. cit. §. 17. vers. *Demum*; Montalv. C. 9. art. 4. n. 36. junct. n. 35. post med., ac n. 52., & 55.).

= Exhibent autem eo loco Rñi Collectores Statutum illud circa Visitatorem Provinciæ Filium; non limitando quidem Segoviense Statutum, ut de Samaniego non rectè putat Kerckove (nam Collectio Soti multis Annis post edita Kerckoviana Commentaria prodiit); sed exprimendo id, de quo oriri dubitatio poterat, quodque non poterat ex Statutis aliis definiri. Nam quod porrò spectabat ad Visitatores ex alienis Provinciis

mis-

= missos; certum erat ex alio Statuto, quod Collectores ipsi alibi referunt (loco cit. in Not. præc.), illos assumi in Ministros non posse, ut est etiam observatum Mnntalvo (d. Tom. 2. C. 9. art. 4. n. 48.).

= (*e*) Docet hic Rm̃us Pater, necessariam fuisse *dispensationem Apostolicam*. Contrà sentiunt Kerckovius (C. 7. §. 13. n. 2.), & Montalvus (loc. cit.). Affirmat ille, Provincias posse auctoritate sua in casu necessitatis sibi alienum eligere. Hic autem, *semper autem*, inquit, *viget facultas Prælati Gen., ut in hac re dispensare possit.* Sed P. Gaudentius Kerckove, cùm id scriberet, ignorasse videtur, vel non animadvertisse, quod Statutum, a Sanctoro relatum, fuerat ab Urbano VIII. ex certa scientia, & speciali forma confirmatum. Nam ceterum in Statutis hujusmodi dispensari sine Apostolica permissione non posse; idemmet clarissimus Auctor alibi & docet, & probat (C. 8. §. 11. n. 6.).

= Montalvus autem id asserit, quia censet, Statuta quoque sic confirmata posse a Capitulis Generalibus immutari, & abrogari, & consequenter etiam a Prælatis Generalibus, ubi non prohibeantur, per Dispensationis beneficium relaxari. Quam ipse sententiam magna & eruditionis, & rationum copia adnititur communire (d. Gloss. Tom. 5. C. 16. art. 6. a n. 5.). Dissident quoque hac super re postremæ duæ Collectiones Transmontanæ Familiæ. Negat Collectio Rm̃i Samsniegi, posse Statuta ejusmodi abrogari, aut mutari (C. 11. §. 6. vers. *Quantum*). Eodemque jura negare debet, posse in illis a Prælatis Generalibus dispensari, nisi ubi hoc eis fuerit a S. Sede indultum: sicuti re ipsa id negat in §. præcedenti, si hic ritè intelligatur. Affirmat verò Collectio altera Rm̃i Soti (C. 11. §. 4. n. 10., & 5.): cujus edendæ Collectionis P. Montalvus fuit unus e Compromissariis, quamque deinde sua *Glossa fundamentali* copiosissimè illustravit, ut alibi adnotavimus (ad An. 1763. sub 30. Mart. Not. *e* §. *P. Thomas*). Utraque autem Collectio hunc fuisse, & esse in suis condendis Statutis sensum nostræ Religionis declarat.

= Sed illa affirmans opinio vereor ne non adprobari ulla ratione possit. Nobis ad alia festinantibus nihil ocii est, ut immoremur in iis, quæ alìàs de hoc argumento congessimus. Hoc unum dicimus, quod quum Anno 1702. quidam PP. Reformati, supplici porrecto Libello Sac. Congñi Episc., & Reg., post narratum Statutum Anno 1682. circa Emerentiam conditum, renovatumque An. 1688.; narratamque illius Confirmationem factam ab Em̃o Protectore, ab ipsa S. Congñe per Decr. 7. Decembr. 1685., & a Ven. Innocentio XI. per Breve 18. Mart. 1686.; quum his, inquam, præmissis, quæsivissent ex eadem S. Congñe, *se, dopo aver la Sede Apostolica in più forme autorizzato uno Statuto, possa un altro Capitolo Gen. alterare l'istesso, ò infirmarlo a suo capriccio, senza il rispetto dovuto all'autorità della S. Sede*? S. Cñgo, Decreto edito 23. Jun. Anni prædicti 1702., *audito P. Procuratore Gen. Ord., & attentis narratis, censuit, ac declaravit, Statutum a Capitulo Gen. conditum*, ET PER SEDEM APOSTOLICAM CONFIRMATUM, *ab alio Capitulo Gen.* ALTERARI, ET INFIRMARI NON POSSE. Quod nos Decretum, cum legalibus Monumentis aliis ad Emerentiam pertinentibus, dabimus deinceps, si Deo placuerit, in Supplemento.

= (*d*) Decretum istud supra omisimus, quia ipsius summa hoc loco per Rm̃um Patrem refertur.

= (*e*) C. *Ecclesia vestro* 57. de elect. Hæc tamen ratio accipienda est conjunctim cum secunda, non seorsim, & per se sola; ut certum est, & ex verbis patet, quæ statim in secunda ipsa ratione subduntur.

= (*f*) C. *Congregato* 53. de elect.

= (*g*) Crēditum namque fuit, necessarias Facultates ex Alma Urbe obtentas, receptasque fuisse.

= (*h*) Hic, & supra omisimus ea, quæ nihil ad normam continent Posterorum.

1765. 22. Apr. *In Custodia*
S. PASCHALIS *Teclense Cœnobium in Domum recèns professorum erigitur, Legesque illic servandæ constituuntur, Apostolica S. Sede ea omnia confirmante.*

CLEMENS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

IN Supremæ Dignitatis Solio, Divina disponente Gratia, meritis licet imparibus constituti, inter multiplices curas ex debito Pastoralis Officii ad ea etiam solicita advigilare non omittimus, per quæ Religiosa Loca, illorumque Personæ Divinis mancipatæ obsequiis, in pacis, & quietis tranquillitate, ac Regularis Vitæ, & Ecclesiasticæ Disciplinæ norma, coadjuvante Domino, perpetuo valeant conservari. Nuper siquidem dilecti Filii Custos, & Definitorium Custodiæ S. Paschalis Baylon, in Regno Murciæ existentis, Ord. FF. Minor. S. Francisci de Observantia Excalceator. nuncupat., exponi Nobis fecerunt, quod licet dicta Custodia a Ministro Generali totius Ordinis, qui tunc existebat, erecta, & a rec. mem. Benedicto XIV. Prædecessore nostro per Litteras suas in simili forma Brevis, sub die 23. Novembr. Anni 1744. expeditas (*a*), prout in dictis Litteris, quarum tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus, uberius continetur, Apostolica Auctoritate confirmata fuerit; nihilominus a dicto tempore usque in præsens Professorium, seu Choristarum Domus, in qua scilicet ii, qui, post Probationis, seu Novitiatus Annum, Regularem emiserunt Professionem, educari, instrui, ac edoceri in via Domini pergunt, & in Religionis proposito, ac Regulari observantia magis confirmantur, nondum constituta, & destinata reperiebatur. Propterea in Congregatione, novissime per supra dictam Custodiam celebrata, habito per Custodem, & Definitores præfatos particulari super hac re tractatu, non solum designatus, ac destinatus fuit in Domum Choristarum, seu Professorum Conventus S. Francisci in Oppido de Yecla nuncupat., verum etiam quædam conditæ fuerunt Ordinationes, Provisiones, Statuta, quibus Choristarum Domus prædicta, ipsique Choristæ seu Fratres professi spirituali, & temporali juxta Regularem Disciplinam, prædictique Ordinis Constitutiones regimine provide in Domino gubernentur, quorum tenor est, qui sequitur; videlicet =

„ I. In executionem Decretorum san. mem. Clementis VIII. statuimus, quod in hac Custodia una pro Choristatu Domus habeatur, ubi in Regulari Disciplina, & via spiritus magis confirmentur Choristæ. Hinc in hujusmodi Domum, Conventum S. P. N. Francisci Yeclensem destinamus. = II. Choristatus itaque habitatio distincta sit, neque alicu-

bi

bi reliquis Conventus habitationibus communicet. Janua clavi observandis horis Silentii claudatur, retenta a Magistro clavi. Ad Januam tintinnabulum adsit, ab eo pulsandum, qui fores pulset, ibique responsionem expectet. Proinde N. (*b*) C. Fr. Custos præceptum imponat S. Obedientiæ, ne ullus Religiosus, aut Oblatus absque expressa Magistri licentia in Choristatum ingredi audeat. = III. Habeatur quoque Regula (*c*), ut in Novitiatu, & ad eumdem usum; quotidie vero in communi recitentur Orationes a S. Bonaventura traditæ, ac in Festis B. Mariæ Virginis recitetur Oratio, quæ incipit: *Omni die dic Mariæ* &c. = IV. Fiat omnium Choristatus utensilium exacta descriptio, ad cujus formam ratio reddenda, ac facienda traditio ab eo, qui Magisterium absolverit, in manibus Suffecti (*d*), hujusmodi actu in scripturam redacto, quam uterque subscribat. = V. Provideatur Choristatus de artificiali Horologio, quo a somno suscitari valeat Chorista, media nocte alios ad Matutinum excitaturus: Magister vero ad hujusmodi munus ex Choristis unum designet; neque proinde ad id designatus ab interessendo Matutinis excusetur. = VI. Habitatio, in qua degere debent Choristæ, Choristatus ipse sit, neque inde exeant, nisi ex causa necessaria, & ad ea, ob quæ Novitii e Novitiatu exire solent; semper autem egressus prævia Magistri licentia, & cum Socio fiat. Nunquam tamen exire permittantur, ut ad Ecclesiam se conferant inserviendi causa Missis diebus Festis; cæteris vero diebus, in casu tantum, quo res valde urgeat, ad Ecclesiam pergat destinandus a Magistro, qui eum destinare curet, de quo majorem habeat fiduciam. Oratio, quæ fit ante Eucharistiæ Sacramentum post mediam noctem, quæ ad Feriam VI. in Parasceve sendit, alternis ita dividatur, ut Choristarum pars simul cum Magistro, reliqua vero pars cum ejus vigilet Adjutore: idemque in similibus casibus servetur: seduloque curent Magister, & Adjutor, ne, quoad fieri possit, Choristis desit alterutrius ipsorum custodia. = VII. Ne in cæteris Conventibus Choristarum desiderantur officia, a N. C. Fr. Custode Religiosi Laici, aut Oblati deputentur, qui curam gerant Hospitum, Tonstrinæ, Valetudinarii, aliisque munera extra Chorum exerceant. Porro Choristæ patinas lavent, Conventum verrant, ac cætera præstent, quæ a Novitiis explentur, a Magistro, sive Adjutore sociati = VIII. In iis Conventibus, in quibus nec Studentes, nec Choristæ degunt, Janitor Fratres excitet ad Matutinum, & N. C. Fr. Custos Religiosum destinet, qui faciat signum ad accessum in meridie, noctuque. & Dormitoria lustrali adspergat Aqua. = IX. Nullus Chorista cuicumque Religioso etiam ex gravioribus sit ab obsequiis. At vero sinat Magister, ut in Choristatu Tunicas mundent, consuantque, ac cætera præstent pro Religiosis gravibus, aut hisce obsequiis indigentibus. = X. Quo tempore per Hortum Conventus Choristæ spatiantur, nec cæteri Religiosi, neque Seculares illuc accedant, clausaque proinde maneat Horti Janua. Semel in Mense cum Magistro, & Adjutore ad Campestria, aut Oppidi Suburbana pergere valeant: at vero in iis deambulationibus curetur sedulo ne adjungantur, aut confabulentur cum Secularibus. In Fenia Natalitiis vetitum sit Choristis recreationibus interesse cum reliquis de Communitate: sed ipsis permittuntur in Choristatu tantum, eadem servata forma, qua a Novitiis haberi solent. = XI. Choristæ ne exeant e Conventu, præterquam ad Supplicationes, & Funera generalia, quibus Communitas intersit, minime vero quacumque de causa ad cætera ducenda Funera. = XII. Pariter ullam ne scribant, dent, recipiantve Epistolam absque Magistri licentia, a quo eam petant pro quibuscumque aliis casibus, in quibus a Novitiis peti soleat: qui vero aliter egerit, pro modo culpæ a Magistro puniatur. = XIII. In Choristatum Secularibus, Religiosis, & Oblatis non permittatur ingressus, præterquam ex justa causa arbitrio Magistri; ex prævia ejus licentia, & non alias, Choristas alloqui valeant, non tamen in ipsorum Cellis, sed palam, & Magistro, aut Adjutore respiciente. = XIV. Choristæ vero non confabulentur cum Religiosis, aut Oblatis, minusque cum Secularibus; interrogati autem, brevissime, nullaque interjecta mora, respondeant. Religiosus, sive Oblatus, cum Choristis confabulans, aut eis Epistolas, vel esculenta tradens, a Prælato castigetur pœna delationis ligni in ore freni ad Refectorium, ubi acriter moneatur: Si recidivus fuerit, pœna major erit, aut certior fiat N. C. Fr. Custos, ut efficax adhibeat remedium. = XV. Nullus Chorista ægrotans in Valetudinarium secedat, nisi cognoscatur graviter ægrotare; quo casu, qui eum inviserint, perinde cum illo agant, ac si cum Novitio ægroto agendum foret: Si a quopiam secus actum fuerit, a Prælato puniatur. = XVI. Siquis Chorista inobediens fuerit, & Cellas, aut Officinas ingrediatur, aut quod alii ingrediantur permiserit, acriter puniatur; atque in id sedulo invigilent Prælatus, Magister, & Adjutor. = XVII. Nulla de causa permittatur, duos Choristas in eadem Cella degere, aut cubare. = XVIII. Non intersint Choristæ Collationibus, quæ intra Hebdomadam a Communitate habeantur, sed generalibus tantum: In Choristatu vero habeant & ipsi, quas Communitas habere soleat, exceptis moralibus, quarum loco de Grammatica, & Rhetorica suas habere poterunt. = XIX. In Choristatu perpetuum servetur Silentium, neque Choristæ intensè sermones serant sine expressa Magistri licentia; qui attente invigilet, ut eorum sermones religiosi sint, ad ædificationem, atque modesti, ac serio, rigideque transgressores castiget. = XX. Visu, gestuque doctrinam sibi in Novitiatu traditam observent Choristæ, præsertim in publicis, & communibus functionibus; Si quis in his deficiat, a Prælato, & Magistro puniatur. = XXI. Choristæ in Choristatu, dum in suis Cellis manent, aut orent, aut lectioni, vel studiis dent operam, nisi a Magistro aliæ honestæ occupationes ipsis injungantur. = XXII. Post Cœnam ad Ecclesiam pergant Altaria visitaturi, & Benedictionem a Domino recepturi, inde in Professorio Coronam recitent; temporis residuo usque ad accessum interrogantur a Magistro de Regula, Oratione, & Mystica. = XXIII. Spiritualibus, quæ quotannis in omnibus Conventibus fiunt, exercitationibus in Choristatu vacet Choristarum pars cum Magistro, alia vero cum Adjutore. = XXIV. Quotidie Missam audiant Choristæ, a Magistro aut Adjutore in Choristatu celebrandam; curentque, nequis Chorista desit, Festis præsertim Diebus. = XXV. Injungimus Magistro, ejusque Adjutori, quod unanimes in instruendis, educandisque Choristis procedant, eosque edoceant Doctrinam Christianam, Regulam, & alia, quæ in Novitiatu docentur, prosequentes, quantum fieri possit, ejusdem Novitiatus exercitationes: Satagant, ut Leges, Choristis, Fratribusque

que de benedictione incumbentes, simul cum his Ordinationibus observent: eos hortentur, et erudiant, potissimum de modo habendi Orationem, quæ per meditationem fit, quo pacto passiones vincere, virtutesque adquirere possint, & quod sint Religiosi non tam habitu, quam corde & spiritu; quamobrem frequenter in Choristatu legantur Libri ad id opportuni. = XXVI. Ultra Magistrum, & Adjutorem, alii duo Religiosi Sacerdotes, ad Confessiones excipiendas approbati, & arbitrio Prælati Conventus eligendi, in Confessarios Ordinarios Choristarum in Choristatu degentium deputentur, cum facultate etiam illos a reservatis Casibus absolvendi. Præter eos, Prælatus Conventus aliquando intra annum alios duos, pluresve destinet Religiosos, de quibus habeat fiduciam, hisque facultatem impartiatur Choristarum, qui voluerint, Confessiones excipiendi, eosque a Casibus reservatis absolvendi: Confessiones autem hujusmodi post Cœnam recipiantur. = XXVII. Choristæ biennio in Choristatu permaneant; aut saltem anno uno, si numero multi fuerint, qui recentius Professinnem emiserint, in Novitiatu remaneant: Si autem Novitiatus eos non capiat, degant in S. Annæ Conventu, non vero in aliis, præterquam in casu, quo in aliquo Conventu Laicorum, aut Oblatorum, qui de Valetudinario, Hospitio, aliisque extra-Choralibus Officiis curent, copia desit; his enim casibus ad hujusmodi Conventus unum, aut duos ex antiquioribus Choristis, quorum relaxatio non adeo facile futura prænoscatur, super quo N. C. Fr. Custos a Magistro certior fiat, mittere valeat. = XXVIII. Dum in Choristatu degunt, Choristis licentia denegetur ad suas Patrias se conferendi, nisi eorum Genitores morti proximos esse contigerit. = XXIX. Choristatus tempore absoluto, Conventus, ad quos per Obedientiam mittantur, petant; hinc curet Magister de eorum repartitione, ac binos, aut ternos mittat, eosque aut ipse, aut Adjutor associet, donec in via procul a Conventu *a quo* (*e*) fuerint constituti. = XXX. Ad rectam novorum Religiosorum educationem consequendam Magister, & Adjutor, quoad fieri possit, invigilent eos a Secularium aspectu arcere, & a cæterorum Religiosorum conversatione abstrahere: e suo conspectu ipsos nunquam dimittant, sed associent, & solicite caveant, præsertim cum tonderi, Ecclesiam verrere, & similia agere solent, & opportunas adhibeant ad quodcumque absurdum vitandum cautelas. = XXXI. Denique statuimus, quod in Domo Choristatus ad actus Communitatis, deficiente Guardiano, aut Præside, præsit Choristarum Magister: Quodque hæ Ordinationes in Communitate legantur, quandocumque nostræ Constitutiones legi soleant „.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ut præinsertæ Constitutiones, Provisiones, Statuta firmius subsistant, & exactius serventur; Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent: Nos, ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares Personas a quibusvis Excommunicationis &c. absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Congregationis VV. FF. nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationib. Episcopor., & Regular. præpositæ, consilio, præinsertas Ordinationes, Leges, Statuta, & Stabilimenta Auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, siqui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, & sanamus; salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium. Decernentes, easdem præsentes Litteras firmas &c., suosque plenarios &c., ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices &c., ac irritum &c.. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Custodiæ, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Consuetudinibus; Privilegiis quoque specialibus, Indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores &c., specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Maj. sub Annulo Piscatoris die XXII. April. MDCCLXV. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

N. Card. Antonellus.

Loco ✠ Sigilli.

= (*a*) Vid. Chronol. P. Perusini (Par. II. p. 317. &
= sequentib.). = (*b*) *Noster Carissimus*.
= (*c*) Instrumentum testaceum arctioris Pauper-
= tatis amore in usum congregandi in Novitiatu
= Novitios, in Professorio nuper professos ad Ora-
= tiones, & alia unà pariter recitanda, vel pera-
= genda. (*d*) Successoris.
= (*e*) Nempe donec in via constituti fuerint pro-
= cul a Conventu *a quo* discedunt.

= 1765. 9. Maji = Prohibitæ fuerunt *Theses, quas*
= *de Ecclesiastica Potestate, Regum, ac Principum im-*
= *perio nequaquam metuenda, cunctisque hominibus ve-*
= *neranda, & amanda ad normam solemnis declara-*
= *tionis, quam edidit Clerus Gallicanus an.* 1682.,
= *Assertiones Dogmaticas, Metaphysicas, Historicas,*
= *Apologeticas, ad Sacerdotii, & Imperii Ius publicum*
= *spectantes, inscripsere FF. Prædicatores Tolosani.*

ACTA

A C T A

Congregationis Gener. Cismont. Familiæ in Sac. Conventu S. P. N. Francisci Montis Alvernæ celebratæ in Vigilia Pentecostes Anni MDCCLXV., Præsidente in ea Reverendissimo P. N. Petro Joannetio de Molina iterum totius Ordinis Fratrum Minorum Ministro Generali.

SESSIO I. MATUTINA

Feria quinta Ascensionis Dom., 16. Maji An. 1765.

I. Congregatis capitulariter ad sonum Campanæ omnibus, & singulis Discretorii, & Definitorii Gener. Patribus, qui juxta encyclicas convocationis Litteras, & ad præscriptum Generalium Ordinis Constitutionum jam in loco aderant Universi; idem Rm̄us P. Minister Gen., proposito prius Dei verbo, ab illis deinde requisivit, an placeret, quod ad majorem Dei gloriam, laudemque Bm̄æ Immaculatæ semper Virginis Mariæ, ac S. P. N. Francisci, necnon ad utilitatem, & bonum nostri Ordinis inciperet, & pro incepta haberetur Generalis hujus Cismont. Familiæ Congregatio? Et omnes unanimiter responderunt = Placet.

II. Cum in ultimo Capitulo Gen., Anno Dñi MDCCLXII. Mantuæ celebrato, electio decimi Definitoris Gen. hujus Familiæ justis de causis fuisset suspensa, & ad Sanctissimum remissa, neque ad hanc electionem adhuc deventum esset; comparuit P. Ludovicus a Broliano, Observantis Provinciæ S. Antonii Venetiarum Alumnus, Literasque exhibuit in forma Brevis SS. D. N. Clementis PP. XIII., quibus nominabatur a Sanctitate Sua, & eligebatur in decimum Definitorem vacantem, prout in eisdem Literis (*a*) incipien. = *Religionis Zelus* = dat. sub Annulo Piscatoris die 8. Januarii MDCCLXV. Hinc hujusmodi Literas pro authenticis recognitas Patres reverenter acceptarunt, mandatisque Apostolicis plenissime obtemperantes, eund. P. Ludovicum a Broliano in locum decimi Definitoris Gener., ut supra, vacantem admiserunt.

III. Infrascripti Patres designati, & electi fuere pro sequentibus Officiis, videlicet:

A Secretis pro præsenti Congñe Gen. A. R. P. Cherubinus a Roma Def. Gen.

Ad examinanda ratiocinia, & computus Eleemosynarum PP. Commissariorum Terræ S. A. R. P. Thomas Hyacinthus ab Asculo Def. Gen.; A. R. P. Ludovicus a Broliano Def. Gen.

Pro negotiis Familiæ in hac Congña Gen. expediendis A. R. P. Syrus a S. Georgio Def. Gen.; A. R. P. Dominicus Blasco a Tabernis Def. Gen.

Auditores Causarum A. R. P. Gregorius a Marsalia in Romana Curia Commissarius Gen.; A. R. P. Carolus a Colleone Procurator Gener. Reformator.; A. R. P. Franciscus Przylecki Definit. Gen. Lithuaniæ.

SESSIO II. MATUTINA

Feria 6. sequenti, 17. Maji.

I. Adm. R. P. Gregorius a Marsalia Curiæ, ut præfertur, Commissarius quendam exhibuit supplicem libellum, Sac. Congñi super Disciplina Regulari aliàs transmissum a subscriptis nonnullis PP. Sacerdotibus Provinciæ Observ. S. Bernardini in Aprutio; quorum tamen Oratorum nullus est vel de Definitorio, vel Superior Provinciæ. Porro supplicatio continebat, quod solus Minister Provincialis sine suo Definitorio posset in posterum recipere ad Ordinem postulantes, eosque ad habitum Regularem admittere. Item quod in Conventibus Provinciæ erigerentur Studia saltem Rhetoricæ, Philosophiæ, ac Theologiæ pro sæcularibus adolescentibus. Et super hujusmodi precibus laudatæ Sacr. Congñis Rescriptum erat, ut sequitur = 2. *Maji 1765. P. Commissario Gen. Curiæ, ut super contentis in hoc supplici libello, audita Congñe Gen. Ordinis in Conventu Montis Alverniæ mox futura, suum Sacræ Congñi aperiat sensum* =. Consideratis itaque memoratis Oratorum precibus juxta ipsius S. Congñis Rescriptum, Definitorium Generale fuit in voto, ac decrevit, quod A. R. P. Commissarius Curiæ eid. S. Congñi suum sensum aperiret. Et quidem quoad primum, nempe Novitiorum admissionem, & receptionem ad Ordinem a solo Ministro Provinciali faciendam sine Definitorio Provinciæ, nil esse innovandum, sed standum Generalib. Ord. Constitutionibus. Quoad vero secundum (*b*); de Studiis Rhetoricæ, atque Humanitatis Oratorum preces esse omnino respuendas: de Studiis vero Philosophiæ, & Theologiæ Ministrum Provincialem cum suo Definitorio supplicare, & impetrare debere facultatem a Superiore Gen., quoties hujusmodi Studiorum erectionem in aliquo Provinciæ Conventu opportunam judicaverit ipse Provincialis Minister.

II. Relata supplicatione Observ. Provinciæ Vallis Neti ad impediendam separationem prætensam a quibusdam PP. Melitensibus duorum Conventuum existentium in ipsa Melitensi Insula ab aliis Provinciæ Vallis Neti Conventibus, ad effectum memoratos duos Conventus erigendi in Custodiam; censuit Definitorium Gen., quod, pendente hac Causa actualiter in S. Congñe, Episc. & Regular. negotiis præposita, non possit super hujusmodi precibus a Superioribus Ordinis quidquam attentari. Cæterum si ab eadem S. Congñe fuerit Ordò hac in re

re consultus, approbat Definitorium Gen. votum ab A. R. P. Commissario Generali Curiæ jam alias laudatæ Congñi exhibitum.

SESSIO III. MATUTINA

Die Sabbati, 18. Maji.

I. INstantibus Ministro Provinciali, & principalioribus PP. Reform. Provinciæ Vallis Mazariæ in Sicilia, ut dignetur Coñgo Gen. declarare in sequentibus dubiis = I. An omnibus, & singulis Lectoribus Emeritis, statim post absolutum duodennalem Theologiæ cursum, competere licite possint exemptiones, præeminentiæ, ac privilegia, quæ Patribus Provinciæ competere dignoscuntur; vel uni tantum illorum, qui præ aliis omnibus antiquior sit in Emerentia? 2. An ipsis Emeritis Lectoribus liceat birretum Doctorale cum annulo deferre in Functionibus Ecclesiasticis, dum Missas solemniter decantant, vel concionandi munia exercent, præsertim in Ecclesiis extra Ordinem; aut etiam illorum cadavera post mortem iisdem Doctoralibus insignibus in funere decorare liceat? 3. tandem: An Lectores actuales complere debeant pro Emerentia secundum Lecturæ sexennium in Studiis principalioribus, & Conventibus pro ipsa Emerentia designatis; vel satis sit, si eundem sexennii cursum absolvant in Studiis, & Conventibus inferioribus? Ad hæc Generalis Congregatio declarando decernit = Ad 1. Præeminentias, exemptiones, & privilegia, de quibus supra, nullo prorsus modo competere omnibus, & singulis Lectoribus statim post completum duodennalem Theologiæ cursum, sed uni tantum (*c*), antiquiori videlicet præ aliis omnibus in Emerentia. Ad 2. Improbat Congo Gener. intolerabilem abusum (*d*) birreti, & annuli Doctoralis, tam in expressis, quam in aliis quibuscumque sive Ecclesiasticis, sive quocumque alio modo publicis Functionibus. Mandat propterea Ministro Provinciali, cæterisque Provinciæ Superioribus, ut curent modis omnibus, quod nullus ex memoratis Emeritis Lectoribus in posterum hujusmodi annulo, vel birreto, ut præfertur, uti audeat, etiam severioribus pœnis animadvertendo contra inobedientes, & refractarios. Ad 3. Justis de causis committitur Rmo P. Commissario Familiæ Generali, quatenus opportuno tempore, inspecta oculariter Constitutione fel. rec. Clementis XII. Anni 1735. (*e*), illud deinde decernat, quod laudatæ Constitutioni, prout de jure, conforme judicaverit.

II. Attendens Coñgo Gen., quod postulata, & preces, in supplici libello transmissæ ab Observanti Provincia S. Ladislai in Sclavonia, pleræque contra Generalia Ordinis Statuta, nonnullæ vero absurdæ sint; eas proinde omnes rejiciendas censet, prout virtute præsentis Decreti respuit, & rejicit.

SESSIO IV. MATUTINA

Die Dominico, 19. Maji.

I. CUm ex testimoniis fide dignis, pluribusque authenticis documentis agnoverit Coñgo General. necessitates, & incommoda, quæ nunc patitur Reformata Provincia SS. Salvatoris in Hungaria; quosdam proinde institutos jam approbavit Articulos, qui aptiores visi sunt ad constabiliendam, & conservandam illius Provinciæ tranquillitatem, & quietem. Remisit vero Rmo P. Ministro Gener. expeditionem Literarum Patentalium (*f*), quibus efficaciter mandet omnibus, ad quos spectat, ut expressi in ipsis Patentalibus Litteris Articuli omnimodam obtineant observantiam, suumque plenarium sortiantur effectum.

II. Minister Provincialis, Custos, Definitores, ac Discreti Provinciæ Observ. S. Joannis a Capistrano in Hungaria quinque supplicationis capita, ut infra, exposuerunt. Primum: ut nonnulli Conventus illius Provinciæ, numero undecim, siti in partibus Sclavoniæ, & Sirmii, possint sine transgressione Regulæ Seraphicæ retinere exiguas vineolas, quas de facto possident, non quidem ad vendendos fructus, aut cum aliis rebus permutandos, sed solum ad necessariam Fratrum sustentationem; quæ quidem vineæ non modo quotidianæ mendicationi non officiunt, sed neque commode pro Anni quadrante vinum subministrant. Id vero ex eo præcipue sperant, quod præfati Conventus sint ad confinia Turcica, & Fratres plus Hæreticis, & Schismaticis, quam Catholicis inibi immixti vivant. Secundum: ut Alumnos Provinciæ, qui in Italia sua absolverunt studia, nec publicis detinentur officiis, jubeat redire ad propriam: alioquin secundùm Statuta Provinciæ, si redeant senes & inhabiles, non recipiantur, nec, si tales alibi mori contigerit, suffragiis mortuorum juventur. Tertium: ut Juvenibus Provinciæ facultas amplius non concedatur in alienas Provincias studiorum gratia commigrandi; inibi enim duo Studia Theologica primæ Classis habentur, duo Provincialia, duo Moralia, plura Philosophica, in quibus Juvenes satis superque instrui possunt. Si tamen necesse fuerit quemquam ad Studium Aracælitanum promovere; nonnisi per Provinciale Definitorium commendato facultas impertiatur. Ita pariter Fratribus quibuscumque facultas exeundi a Provincia absolute a Superioribus Gener. non concedatur, bene vero cum consensu Provinciæ. Et tandem illius Provinciæ Alumni, sub quocumque prætextu alibi existentes, Cathedris Philosophicis, aut Theologicis digni, cum damno aliorum in Provincia existentium pro Provinciæ Cathedris nullo modo extra Provinciam probentur, sed debeant cum aliis in Provincia probari, adeo ut alibi approbati nullis in Provincia fruantur Cathedris, nisi novum examen subierint. Quartum: ut postquam primarius Lector Sacræ Theologiæ in Conventu Budensi, duplici Studio gravato, Theologico nempe, ac Philosophico, suum absolverit officium, & cursum, novus non instituatur Lector, sed duo tantum Lectores illam Cathedram moderentur, donec Conventus novo Dormitorio, quo indiget, augeatur. Quintum tandem, quod suppliciter postularunt, fuit, ut a Congñe Gener. approbarentur, & confirmarentur Constitutiones quædam a Provincia, & pro ipsa Provincia editæ. = Supplicationibus hactenus relatis Coñgo Gen. decrevit respondendum, ut sequitur. = Ad 1. Oratores exponant sua vota, & recurrant ad Apostolicam Sedem. Ad 2., & 3. Juxta petita, salvo tamen jure Superiorum Generalium pro tempore existentium. Ad 4. Negative. Ad ultimum: Constitutiones, de quibus in precibus, transmittantur ad Rmum Commissarium Gener., qui, visis, & mature consideratis omnibus, illud decernat, quod magis secundùm Deum viderit expedire.

SESSIO V. MATUTINA

Feria secunda, die 20. Maji.

I. AD dubium propositum per supplicem libellum a RR. PP. Ferdinando a Craco actuali Ministro Provinciali Observ. Provinciæ Basilicatæ, & Bonagratia a Tito Ex-Ministro immediato, an Ex-Provinciales, qui ex electione fuerunt Ministri, ac Lectores Jubilati de numero semper præcedere illis debeant, qui tantum ex privilegio, &

gra-

gratia inter Ex-Ministros adnomerantur? Coñgo Gen. declaravit affirmative (g) juxta expressa Statuta Ordinis Generalia.

II. Ad præcavenda gravia incommoda, quæ ex caoais Definitorio Gener. notis, in mutuæ pacia, justitiæque distributivæ detrimentum, Provinciæ Tusciæ Obsarvantium eventura prævidentur; cum eadem Provincia qustuor Custodiis componatur, idem Gener. Definitorium censet, ac statuit, quod, si ejusdem Provinciæ Patribus, præter præcedentiam per Constitutiones Ordinis cuique competentem, quid aliud oneris, vel honoris, consuetudine, vel aliàs quomodolibet competat, id ita servetur, ac deinceps omnino servari debeat, ut nonnisi in sua quisque Custodia onua illud habeat, vel honore gaudest.

SESSIO VI. VESPERTINÀ

Eadem Feria secunda, 20. *Maji*.

EXaminatæ sunt supputationes, ratiocioia, & computus Commissinoum Terræ S. Viennensia, Siculæ, Taurinensis, Mediolanensis, & Januensis; factaque relatione per Adm. RR. PP. Revisores deputatos, juxta ipsorum votum, a Coñgoe Gener. priorum quatuor Commissionum computus sunt plenissime approbati: quo vero ad reliquoa Commissionis Januensis, approbati quidem fuere, sed addito Reacripto ad P. Commissarium, quo seriò admonetur, ut in posterum Congñibua, vel Capitulis Generalibus hujusmodi computus exhibeat tam sua, quam Syndici Apostoliei respectivæ Commissionis manu subscriptos.

SESSIO VII. MATUTINA

Feria tertia, 21. *Maji*.

I. LEcto criminoso libello, Congñi Gen. proposito ex parte R. P. Petri Baptistæ a S. Nicandro Ministri Provincialis Observ. Provinciæ S. Angeli in Apulia, contra A. R. P. Bonaventuram ab Arsano actualem Definitorem Gen., qui etiam ex alia parte, & scripto, & voce, tam ad objecta sibi crimina in libello, ut supra, quàm ad alia in Tribunali præfati Ministri Provincialis contra se hactenus actitsta suas responsiones exposuit; Definitorium Gen., visis videndis, & examinatis examinandis, decernit, mandat, & præcipit, ot dictus Minister Provincialis Petrus Baptista a S. Nicandro transmittat ad Rñum Ministrum Gen. Acta quæcumque processualia contra Definitorem Gen. Bonaventuram ab Arsano coram se, & in suo Tribunali usque nunc fabricsta; & interim in hac Causa, & Causis, sine nova, præviaque facultate Rñi Patris prorsus abstinest, nec ad ulteriora procedere ullatenus sudeat.

II. Querela delata est, quod Fratres tam Obaervantes, quam Reformati Provinciarum præsertim Poloniæ Minoria, & Russiæ ad evadendas pœnas tam paternales, quam judiciales, & ad obedientiam eludendam fugere soleant de propriis in alienaa Provincias, in quibus, non servatis Legibus, obtentaque per subreptionem, & obreptionem facultate, etiam incorporaotur; ex quo ansa datur dissolutis eandem viam, & fugam tentandi eum maximo Disciplinæ Regularis detrimeoto. Cupiena itaque Definitorium Gen. huic malo opportune occurrere, & de congruo remedio providere, declarat, incorporationes hoc modo factaa deinceps irritas esse, inanes, & nullas; Fratresque sic incorporatos haberi, & habendos esse pro Apostatis; & contra ipsos mandat duplicari pœnas contra Apostata ab Ordinis Constitutionibus sancitas. Decernit quoque, Superiores taliter incorporantes auspendendos esse ab Officio ad sex menses, vel gravioribus quandoque pœnis plectendos, etiam Officii, quod obtinent, privatione, arbitrio Superioris Generalis.

SESSIO VIII. MATUTINA

Feria quarta, 22. *Maji*.

I. AD relationem RR. AA. PP. Revisorum, & juxta illorum votum Coñgo Gen. computus approbavit Venetæ Commissionis Terræ S. Præcipit tamen ejusdem Commissionis Commissario, ut rationem reddat Rño P. Ministro Gen., cur duo tantum Definitores cum Provinciali huic supputationi subscripserint, & non integrum Definitorium, ut assolet, & a Legibus præscribitur.

II. Quantum ad controversiam, quæ actualiter vertitur inter P. Electum Mariam a Bennis Lectorem Linguæ Arabicæ in Collegio S. Bartholomæi in Insula Urbis Romæ ex una parte, & P. Petrum a Valle Octava ibidem Controversiarom pariter Lectorem ex alia, super competentia præcedentiæ unius in alium; declarat Definitorium Gen. præcedentiam competere P. Electo M. a Bennis, jam aliàs duodennali Apostolico Missionario, supra memoratum P. Petrum a Valle Octava, qui Lector est tantum S. Theologiæ Generalis.

III. Institit A. R. P. Bonaventura ab Arsano Definitor Gen., ut Coñgo Provincialis intermedia in sua Observ. Provincia Sancti Angeli in Apulis, si forte celebrata foret tempore suæ abaentiæ causa accessus, & recessus ab hac Gen. Congñe, declararetur nulla: & hanc instaotiam admiserunt PP. Definitorii Gen. sic, & in quantum, prout de jure.

IV. P. Paulus Antonius a S. Andrea Obaerv. Provinciæ Marchiæ Alumnus per epistolam humiliter exposuit, quod virtute Encyclicarum Litterarum Rñi P. Ministri Gen. Cathedram Theologiæ Sexennalis, quam spatio annorum quinque, & mensium sex moderatus fuerat, ipse dimiserit. At die 20. Jaouar. 1763., vacantibus tribus Theologiæ Cathedris, & quarta post paucos menses vacatura, Minister Provincialis concursum Theologicum indixit, apposito decreto, prout sequitur = *Noverint concurrentes Juvenes, quod tantummodo quatuor, qui reportaverint majorem approbationem, erunt de Theologica Lectura proviti* =. Peracto jam concursu, quartum locum obtinuit Orator, sed quarta Lectura non fuit ipsi concessa. Recursum habuit ad Rñum Commissarium Gen., qui Commissario Visitatori scripsit pro informatione. Visitator effecit, ut acquiesceret, pollicendo Lecturam in prima vacantia, quod & præstitit etiam Rñus Commissarius Gen. Utriusque votis paruit Orator, sed spe frustratus, suppliciter recurrit ad Congñem Gen.; eo vel magis, quia præterito anno in quartam Lecturam, sibi, ut supra, debitam, alius suffectus est. = Definitorium Gen., veris existentibus expositis, Oratoris precibus annuit; ac mandando præcipit Ministro Provinciali, ut cond. Oratorem statim immittat in quartam Lecturam, quam obtinuit ratione concursus, ut complere possit sexennium, ibidem legendo ad sex menses; ac interim ab ea Cathedra per jam dictum semestre ille suspendatur, qui in locum ipsius Oratoris suffectus est. Noverit vero Provincialis Minister, hæc a se sine dilatione esse adimplenda sub pœna privationis Officii, arbitrio Superioris Generalis.

V. Minister Provincialis una cum Definitorio Reformatæ Provinciæ Marchiæ aliqua exposuit incommoda, quæ ipsi Provinciæ afferunt duo Conventus Recessus, S. Severini nimirum, & Civitatis Novæ,

eo vel maxime quod eisdem ipsi Legibus neutiquam vivant: petiit propteraa, ut Leges Recessus S. Sevarini ad Recessum etiam Civitatis Novæ extendantur, adeout nullum inter ipsos discrimen habeatur. = Coñgo Gen., attentia incommodis, quæ oriuntur in Provinciis, si Religiosi in eodem semper Conventu vivant, ceosuit, imponendum esse P. Procuratori Gen. Reformator., ut supplicem porrigat libellum Sac. Congõi super Disciplina Regulari, humiliter petens, quod Leges Recessus S. Severini ad Recesaum Civitatia Novæ extendantur, & Religiosi in utroque Conventu possint libere collocari.

SESSIO IX. MATUTINA

Feria quinta, 23. *Maji*.

I. ADM. R. P. Bonaventura ab Arsano Definitor Gen. juxta solitum præcedentium Sessionum comparuit in Definitorio Gen., & supplex retulit, sesa a quodam Amico Neapoli existente fuissa monitum, qualiter ipse ob discessum a Regno Neapolitano, accessumque ad hanc Congñem Gen. aine salvo conductu aibi a Regia Curia concesso, indignationem Regiam incurrerit. Quamobrem hac opportuna monitione præventus, & ut se ostenderet (oti revera est, & semper se fuisse aincere protestatur) obsequentissimum, & fidelissimum Majestatis Suæ Vassallum, ac Subditum, atitit, & petiit, ut admitteretur a Patribus Definitorii Gen. cessio, ac renuntiatio, quam faciebat, juris sibi competentis suffragandi in præsenti Congñe Gen.; iisque actis, ab Aula Congñia recessit. Tum Rm̃us P. Minister Gen., expositis, lectisque literis, quas antecedenti die ad vesperam acceperat, Florentia ad se missas cum annexis aliis Regiis documentis ab Illm̃o D. Marchione Viviani Majestatis utriusque Siciliæ Regio apud Magnum Etruriæ Ducem Ministro. negotium hoc Definitorio Gen. discutiendum proposuit, uti cevera mature discussum, acrioque tractatum est. Postremo unanimi Patrum consensu decretum fuit, ut instantia ab A. R. P. Bonavantura ab Arsano exposita acceptaretur. neque illa ad suffragandum in hac Congñe Generali deinceps admitteretur; ac prævio recessu ab hoc Sacri Montis Alverniæ Conventu, ad aliem pergeret sibi a Rm̃o P. Ministro Gen. deputandum; substituto etiam in illins locum ad suffragandum, ad præscriptum nostrarum Constitutionum, A. R. P. Petro Jacobo a Lojano Secretario Gen. Ordinia.

II. Lecta in publico Definitorio Patentales Literæ (*b*) cum Articulia, de quibus Sessione IV., ad instaurandam tranquillitatem Reform. Provinciæ SS. Salvatoria io Hungaria appositis, omnium Patrum votis approbatæ fuerunt; indeque per Rm̃um P. Ministrum Gen. directæ pro executiona ad R. P. Eugenium Rosa actualem illius Provinciæ Commissarium Visitatorem.

SESSIO X. MATUTINA

Feria sexta, 24. *Maji*.

INstituta est Syndicatio tam io Rm̃um P. Commissarium Gen. Familiæ, quam in AA. RR. PP. Commissarium Romanæ Curiæ, & Procuratorem Gen. Reformatorum; nullisque contra ipsos adductis querelis, nulloque a Provinciis habito recursu, Definitorium Gen. prudentem uniuscujusque illorum in peragendis Ordinis negotiis dexteritatem laudavit; impensasque Rm̃o Commissario Gen. præsertim egit gratias pro sedula ipsius diligentia io sua hujus Cismont. Familiæ jamjam completa administratione.

SESSIO XI. MATUTINA

Die Sabbati, 25. *Maji*.

PRimis matutinis horis hujus diei fuit solemniter celebrata Missa de Spiritu S., in qua Fratres omnas tam Clerici, quam Laici communicarunt. Tum opportuno tempore Rm̃us P. Minister Gen. convocavit Vocales omnes, qui fuerunt, ut sequitur, videlicet, ipse Rm̃us P. Fr. Petrus Joannetius de Molina iteratò Minister Gen., Rm̃us P. Fr. Clemens a Paoormo Ex-Minister Gen., Rm̃us P. Fr. Paschalis a Varisio actualis Familiæ Cismont. Commissarius Gen., AA. RR PP. Gregorius a Marsalia Commissarius Gen. Curiæ, Carolus a Colleone Procurator Gen. Reformator., Joseph Maria de Vedano Def. Gen., Bernardinus a Panormo Def. Gen., Syrus a S. Georgio Def. Gen., Venustianus Hiebel Def. Gen., Franciscus Przylecki Def. Gen., Cherubinua a Roma Def. Gen., Thomas Hyacinthua ab Asculo Def. Gen., Dominicua Blasco de Tabernia Def. Gen., Ludovicus de Broliano Def. Gen., & Petrus Jacobus a Lojano Def. Gen. Substitutus, omnes a laudato Rm̃o P. Ministro Gen. in Capitulo, ut præfertur, congregati, monitique de Electione Commissarii Gen. Cismontanæ Familiæ facienda ad tramites Constitutionum Apostolicar., & Ordinis in Persona, quæ secundùm Deum spirituali, temporalique Religionis nostræ utilitati magis censeretur idonea; assignatis ex communi Vocalium consensu tribus Disquisitoribus, & ex ipsis uno Scriba, ac præmissis præmittendis, servatisque omnib. de jure servandis, ad Canonicam Electionem deventum est, quæ fuit ut infra:

In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

HÆc est Electio Rm̃i P. Commissarii Gen. hujus Cismont. Familiæ per PP. Vocales in hoc Sac. Conventu Montis Alvernæ capitulariter, & legitime congregatos, anno millesimo septiogentesimo sexagesimo quinto, dia vigesima quinta Maji, canonice, & rite celebrata, præsidente iu ea Rm̃o P. Petro Joannetio de Molina totius Ordinis iterato Ministro Gen.; in qua quidem Electione interfuecunt quindecim Vocales, ex quibus suffragiis unum habuit A. R. P. Franciscus Antonius a Mutiliana, aliud habuit A. R. P. Cherubinus a Roma, & Rm̃us P. Joseph Maria a Vedano habuit vota tredecim.

Et ego Fr. Dominicus Blasco Def. Gen., uoua ex Disquisitoribus, & Compromissariis, virtute compromissi in me, & in socios meos limitati, nomine omnium, qui in dictam Canonicam Electionem coovenerunt, & consenserunt, præfatum Rm̃um P. Joseph Mariam a Vedano, in quem major pars votorum consensit, in Commissarium Generalem totius Familiæ Cismontanæ canonice electum nomino, & sic electum enuncio. In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Ita est: Fr. Petrus Joaonetius de Molina Minister Gen. = Ita est: Fr. Thomas Hyaciothus ab Asculo Def. Gen., & Disquisitor. = Ita est Fr. Petrus Jacobus de Lojano Def. Gen. Substit., & Disquisitor. = Ita est Fr. Dominicus Blasco Def. Gen., Disquisitor, & Scriba.

VUlgata denique, ac publicata præmissa Electione, ut moris est, patentibus Aulæ Capitularis foribus, & coram Vocalium, aliorumque Fratrum multitudine; ad Ecclesiam deinde processum est: ac, Hymno solemniter decantato, *Te Deum laudamus*, Rm̃us P. Minister Gen. Electum confirmavit, & a Rm̃o Neo-electo Commissario Gener. Patres omnes, ac Fratres ad obedientiam recepti sunt

sunt, præmissi prius consueto non ambiendi Voto.

SESSIO XII. VESPERTINA

Die Dominico, 26. Maji.

I. REv. P. Petrus Baptista a S. Nicandro Minister Provincialis, de quo supra in retroactis Sessionibus, institit per supplicem libellum, ut sibi liceret, Congñem suæ Provinciæ intermediam celebrare, non obstante absentia, pariter ut supra, A. R. P. Bonaventuræ ab Arsano Def. Gen.. Et Definitorium Gen. negotium remisit Rñõ P. Ministro Gen., qui illud decernet, quod magis opportunum in Domino judicabit.

II. Lectores Jubilati, ac Generales Observ. Provinciæ Bononien. recursum habuerunt de præcedentia contra P. Danielem de Novis jam alias Missionarium Apostolicum in partibus Orientis, & etiam Lectorem Linguæ Arabicæ in Conventu S. Bartholomæi Insulæ Urbis, nunc vero inter Jubilatos de numero cooptatum. Rescriptum est a Definitorio Gen., quod Recurrentes sua jura deducant coram Rñõ P. Commissario Gen., qui, auditis partibus, aliisque visis de jure videndis, quod justitia suaserit, illud judicabit,

III. Supplicatum est a Guardiano, & Discretis Conventus Lucensis, necnon a Definitorio, & Ministro Provinciali Observ. Provinciæ Tusciæ, ut Chori Moderator ejusd. Conventus Lucensis instituatur in posterum per patentales Literas Superiorum pro tempore Generalium, & sic institutus, post expletum sine ulla interpolatione decennium adnumeretur ultimo loco inter PP. Aggregatos. Quam gratiam expostulant pariter in favorem P. Fr. Aloysii item Lucensis ob servitium ab ipso diligenter, ac laudabiliter præstitum in eodem Choro per integros duodecim annos. Definitorium Gen. decrevit, quod ab Oratoribus recurratur ad futurum Capitulum Generale.

IV. Cum adhuc non comparuerint in Congõe Gen. computus Commissionum Terræ S. Romanæ, Neapolitanæ, Melitensis, & Tusciæ, nec ulla fere spes remaneat, quod compareant, antequam præsens Cоñgo dissolvatur; Definitorium Gen. propterea respectivos PP. Commissarios acriter reprehendendos censuit, prout virtute præsentis Decreti reprehendit, ac præcipiendo mandat, ut eosdem computus quantocyùs Romam transmittant ad Rñum P. Ministrum Gen. pro revisione ibidem facienda a PP. Discretorii Gen. ibidem existentibus, secus severissime punientur arbitrio Rñi ejusd. Ministri Gen. Præterea ad evitandum in posterum diversitates, obscuritates, aliosque errores, qui, experientia teste, a Terræ S. Commissariis admittuntur in calculationibus, quas Congñibus, vel Capitulis Gener. ex præscripto Constitutionum Ordinis ipsi exhibent; Definitorium Gen. singularem methodum harum calculationum efformandarum instruxit, & probavit; eandemque methodum typis editam Rñus P. Commissarius Gen. ad singulas Terræ S. Commissiones Cismontanæ Familiæ transmittet (*i*), illique PP. omnes Commissarii in efformandis pro Capitulis, vel Congñibus Gener. suæ Commissionis computibus se se accommodabunt.

SESSIO XIII. MATUTINA

Feria secunda, 27. Maji.

I. DEclarat Cоñgo Gen., ut, juxta laudabilem hujus Familiæ Cismont. consuetudinem, inclusive, quam Patres concurrentes reportarunt in Concursibus pro Lecturis sive Generalibus, sive Provincialibus, valeat præcise ad eas Lecturas obtinendas, quæ intra Anni unius Solaris tempus præcise vacabunt post peractum Concursum, servato tamen ordine majoris, vel minoris inclusivæ; atque in paritate votorum filius Provinciæ semper præferri (*k*) debeat.

II. Fratres sive propriæ, sive alienæ Provinciæ, recepti in Conventibus, qui sunt, & appellantur Recessus, ac in illis commorantes, provideantur omnino tam in victu, quam in vestitu a Superioribus localibus eorund. Conventuum.

III. Prohibet Cоñgo Gen., ne in Provincia S. Bernardini in Aprutio tam Observantium, quam Reformatorum, non nationales, & exteri Adolescentes ullo modo ad habitum Religionis admittantur, sub pœna nullitatis. Concedit insuper omnibus, qui in eadem Provincia modò reperiuntur professi, ac in Aprutio nati non sunt, sed exteri sunt, & non nationales, ut, invento benevolo receptore in quacumque Provincia Lombardicæ Nationis, recurrant ad Rñum P. Commissarium Gen. pro incorporatione.

IV. Exhibita Congñi Gen. Statutorum hujus Familiæ Cismontanæ Generalium Compilatione (*l*), quam ad mandatum ultimi Capituli Gen. Mantuani adornavit, & composuit Rñus P. Joseph M. de Vedano Neo-electus Commissarius Gen.; Definitorium Gen. hujus elaboratæ Compilationis revisionem commisit AA. RR. PP. Commissario Curiæ, Procuratori Gen. Reformator., Cherubino a Roma Definitori Gen., & Bonaventuræ a Præneste Theologo, & Reformatæ Provinciæ Romanæ Ex-Custodi, ita tamen, ut, si aliqua occurrat difficultas, proponatur ipsi Rñõ Commissario Gen., qui, præhabita consultatione, & cum consilio Rñorum PP. Clementis a Panormo Ex Ministri Gen., & Paschalis a Varisio Ex-Commissarii Gen., illam declarabit, prout in Domino, inspecta tamen Legum mente, sibi videbitur expedire.

SESSIO XIV., ULTIMA, ET VESPERTINA

Eadem Feria secunda, 27. Maji.

COnvocatis per Rñum P. Ministrum Gen. omnibus, & singulis Definitorii Gen. Patribus, propositum ipsis fuit per eundem Rñum Ministrum, an restaret aliud agendum in hac Congñe, & placeret, quod ipsa Cоñgo utpote completa & perfecta dissolveretur. Omnes responderunt, nihil restare pertractandum, & sic placere, quod Cоñgo hæc Generalis dissolvatur. Quapropter, lectis omnibus Actis, & Decretis in singulis Sessionibus præinsertis efformatis, omnes Patres unanimi consensu cuncta confirmaverunt, & propria uniuscujusque manu subscripserunt.

Ita est: Fr. Petrus Joannetius de Molina Minister Gen. = Ita est: Fr. Clemens de Panormo Ex-Minister Gen. = Ita est: Fr. Joseph Maria de Vedano Commissarius Gen. Familiæ. = Ita est: Fr. Paschalis a Varisio Ex-Commissarius Gen. immediatus. = Ita est: Fr. Gregorius de Marsalia Commissarius Gen. Curiæ. = Ita est: Fr. Carolus a Collcone Procurator Gen. Reformator. = Ita est: Fr. Bernardinus a Panormo Def. Gen. = Ita est: Fr. Syrus a S. Georgio Def. Gen. = Ita est: Fr. Venustianus Hiebel Def. Gen. = Ita est: Fr. Franciscus Przylecki Def. Gen.. = Ita est: Fr. Thomas Hyacinthus ab Asculo Def. Gen. = Ita est: Fr. Dominicus Blasco a Tabernis Def. Gen. = Ita est Fr. Ludovicus de Broliano Def. Gen. = Ita est: Fr. Petrus Jacobus de Lojano Def. Gen. Substit. = Ita est: Fr. Cherubinus a Roma Def. Gen., & Congñis a Secretis.

(*a*)

= (*a*) Supr. ad d. 8. Januar. Anni ejusd. 1765.

= (*b*) Vid. supr. sub d. 8. Mart. 1756. p. 205.

= (*c*) Ex Constit. Cspit. Gen. Tolet. 1682. (in Chronol. P. Perus. Part. I. p. 224. B. init.), & ex dusb. Apostolicis Constitutionibus S. M. Clementia XII., quas cum aliis Monumentis quibusdam ad Emerentism spectantibus, omissisque in Chronologia P. Julii Veneti, ac P. Perusini, exhibituri sumus, si Deo placuerit, ad calcem alterius Voluminis in Supplementis.

= (*d*) Orta proculdubio fuit persuasio ista ex Literis V. Innocentii XI. (*Exponi Nobis* 27. Nov. 1679., in Chronol. Perus. Psrt. I. p. 182.).

= (*e*) Prima nempe ex duab. Clementinis Constit., supra (in Not. *c*) commemoratis; cujus initium, *Exponi Nobis* 24. Jan. 1735. Extat quoque hsc super re Ststutum Capituli Gen. Victorien. 1694. (in d. Chron. P. Perns. Psrt. I. p. 373. B. sub init.).

= (*f*) Vid. infr. Sess. IX. n. II.

= (*g*) Legenda Statuta Cogñis Gen. Roman. 1615. §. *Declaratur* (Chronol. P. Mich. Ang. Neap. p. 547. B.), & Capituli Gen. Roman. 1688. (tit. *Pro Cism. Famil.* n. 10. in Chron. P. Perus. Par. I. p. 317. B.); iisque consonæ Resolutiones (in d. Par. I. p. 3. A. sub fin. seq., & p. 573. A. post med.).

= Ad Familiam quidem Ultramontsnam quod sttinet; nullum ego Statutum invenio (nisi nos fortè Statuta ills percurrentes effugerit), quo fuerit decretum, eos, qui ex Grstia adnumerati fuerint alicui Pstrum Cœtui, debere Præcedentiam cedere Patribus omnibus, qui ex Electione, aut aliàs ex Lege, ad eum pertinent Cœtum. Id eredo in Statutis illis omissum, quòd Grstiæ personales illic rarissimæ sint. Sed tamen, si casus contigerit; dubitandum non est, quin ibi sic psriter servandum sit.

= Siquidem Statuta, & Decreta Familiæ nostræ, supra memorata, in Canonico, Civilique Jure fundantur. Ex Jure enim utroque Privilegia ita debent intelligi, ut, quantò minùs fieri possit, lædant Jus commune (qusle est apud nos Ststutorum Generalium Corpus, uti scitè illud vocsnt Samaniegua C. 11. §. 4. vers. *Utque*, & Sotus C. 11. §. 3. n. 6.): atque ita potissimùm sunt intelligends, ut, quantò minùs fieri possit, jus lædant alienum. Hæc Sacri Canones, hæc Leges Civiles, hæc passim Doctores tradunt. Legendus inter alios Prosper Fagnanus (præsertim in C. *Causam quæ* de rescr. a n. 8.). Diximus „ *quantò minùs fieri possit* „: quia si Summus Pontifex e. c. quempiam inter Provinciæ Exministros cooptans diceret „ *Æque ac si re ipsa Provinciam ante futuros Ministros gubernavisset*„; aut alia æquivalenti formula clarè significaret, velle se, ut is anteiret eos omnes, qui in Ministros Provinciales essent in posterum eligendi; tunc nemini dubium foret, quin standum esset expressæ Pontificiæ voluntati.

= Ergo cum supra dicta Cismontana Statuta, & Resolutiones ex Canonico, & Civili Jure descendant; consequenter quod in illis decernitur, in altera quoque Familia servandum est. Quemadmodum, de Concionatorum institutione tractantes, alibi dicebamus de Ultramontano Segoviensi Ststuto quoad hanc nostram Fsmiliam (sub d. 1. Maji 1763. Not. *d*. §. *At verò*).

= Atque hic etiam (nisi nostra nos fallat opinio) illud meritò possumus addere, quod nimirum etsi Segoviense illud Statutum modò laudatum, & Cismontana ista, de quibus hic agimus, Regularia tantummodò Statuta essent, nulli Juri superiori innixa; nihilominus et servandum foret in hac Cismontana Familia, quod in Ultramontano illo Ststuto decernitur de interdicta Ministris extra Capitulum Concionstorum institutione in casu etiam, quo a Capitulo ipsis fuerit commissa; & vicissim quod in Cismontanis istis præscribitur de loco ultimo Patrum ex Gratia, in Ultramontana item Fsmilia observari deberet.

= Quandoquidem Familia utraque hac Regula utitur, ut quoties casus aliquis in ipsa nec Statutis suis, nec consuetudine legitima definiatur; illius definitionem ex alterius Fsmiliæ Ststutis accipiat. Id constat ex Statutorum Collectionibus tum Transmontanis, tum Cismontanis. Hinc celebris illa Coñgo Gen. Romana 1732. (in Chronol. Perus. Par. II. p. 163. A.) proposito cuidam Dubio (quod legere ibidem licet) *unanimi suffragio respondet, quod cum in Cismontana Familia nulla extet circa hoc expressa Constitutionum decisio* &c.; EX EARUMDEM CONSTITUTIONUM REGULA, AD ULTRAMONTANA STATUTA RECURRENDUM EST. *Cumque hæc* &c.; *ita in Cismontana Familia servandum esse, ead. Coñgo Gen.* EADEM REGULA *declaravit*. Regula autem hujusmodi in Cismontania Constitutionibus alia nulla occurrit, nisi ea *Regula*, quam supra diximus, quæque pariter in Constitutionibus Ultramontanis conspicitur vicissim servata. Ex quibus proinde intelligitur, quæ sit mens Constitutionum illarum, quibus relinquitur in utriusque Familiæ Collectionibus Superiorum Generalium arbitrio resolutio emergentium difficultatum, ac dubiorum. Nempe cum arbitrium non sit potestas id, quod libuerit, decernendi; sed potestas dirigenda, & exigenda *ad Juris, rationis, & æquitatis normam*, ut alibi dictum est (ad 12. Sept. 1757. Not. *e*); consequenter Generales Prælati, definituri casum, qui nec Familiæ Statutis, nec consuetudine, ut supra, finiri potest, debent in consulendo *Iure* primum omnium, ex earumdem Constitutionum mente, Jus consulere alterius Fsmiliæ, si fortè ex eo subortæ dubitationis peti decisio possit.

= (*h*) Eas dabimus insertas Pontificiis Literis sub d. 22. Maji Anni seq. 1766.

= (*i*) Fuit hoc re ipsa perfectum a P. Commissario Gen. Extat quoque in Regesto LI. huj. Cismont. Curiæ Observ. una ex iis Schedis impressis, ejusdem Rm̃i Patris subscriptione, Sigilloque munita.

= (*k*) Ad ea, quæ habentur in hoc num. I., & in duob. sequen., accessit auctoritas Generalis Capituli Valentini 1768. Lege ad eumd. Annum sub d. 21. Maji Capituli Acta (Sess. XI.).

= (*l*) Similiter statutum fuit in Capitulo Gen. Roman. 1587., ac Toletan. 1633. (in Chronol. P. Mich. Ang. Neap. p. 341. A. §. *Statuitur*, & p. 696. in fin.).

= (*m*) Hæc est illa Valentina Collectio, de qua in superioribus non semel meminimus. Vid. Acta cit. Capituli Valentini (Sess. XV. n. IV., & Not. ad eum num.).

= 1765. 4., & 8. Julii. = His diebus infrascripti Libri fuerunt prohibiti. Scilicet die 4. Julii Liber, cui titulus est: *Istruzioni intorno la S. Sede tradotte dal Francese*, Die autem 8. I. *Dell' Arte d'a-*

d'nmare libri due. Opera bernesca. *Ginevra* (falsis typis) 1765. II. *Lettres d'une Peruvienne*. III. *Dictionnaire Philosophique portatif: Nouvelle Edition revûe, corrigée, & augmentée des diverses articles par l'Auteur*. IV. *L'Etat, & les Delices de la Suisse, ou Description Helvetique, historique, & geographique: Nouvelle Edition corrigée, & considerablement augmentée par plusieurs Auteurs*. V. Jacobi Ode *Commentarius de Angelis*. VI. Collectio impiorum quinque Opusculorum, cui titulus: *Ouvrages philosophiques pour servir de preuves à la Religion de l'Auteur*. Aliter etiam inscribitur: *L'Evangile de la Raison. Ouvrage posthume de M. D...y*. Continet autem Opuscula hæc: 1. *Saul, & David. Tragédie d'apres l'Anglais intitulée: Theman after God's own heart*: 2. *Testament de Jean Meslier*: 3. *Catéchisme de l'honnête Homme, ou Dialogue entre un Caloyer, & un homme de bien. Traduit du Grec vulgaire. Par D.J.J.R.C.D.C.D.G.*: 4. *Sermon des Cinquante*. 1749. *On l'attribue à Mr. du Martayne, ou du Martay, d'autres à la Mettrie, mais il est d'un grand Prince très instruit*: 5. *Examen de la Religion* (de quo supr. ad d. 14. & 29. *Nov.* 1763. sub fin.), *dont on cherche l'éclaircissement de bonne foi; attribué à Mr. de S. Evremond*. Quæ omnia sive conjunctim, sive separatim proscripta sunt.

1765. 11. Jul. *Decretum*

Sac. Rit. Congñis in Albintimilien. Festivitatis.

= Proposita fuere in hac Causa duo Dubia, quæ sequuntur =

I. An Festum S. Antonii Patavini in Civitate Albintimillii cum pompa solemni, ac præcedente Novena, die 13. Junii, qua celebratur a PP. Conventualibus, liceat cumulativè simul celebrari a PP. Min. Observantibus, in Casu &c.?

II. An Festum S. Francisci Assisien. in Civitate Albintimillii cum pompa solemni, ac præcedente Novena, die 4. Octobr., qua celebratur a PP. Observantibus, liceat cumulative celebrari simul a PP. Conventualibus, in Casu &c.?

= S. Rituum Congo, habita die 11. Julii 1765., referente Emo Feronio Præfecto, ac Ponente, ad præmissa Dubia in hunc modum respondit =

Quoad utrumque Articulum, ad Emum Ponentem pro Concordia etiam ex Officio.

= In hujus Decreti executionem editum fuit Concordiæ Decretum, ut in Testimonio publico, quod subnecto =

In Nomine Domini. Amen.

Fidem facio perpræsens Ego Causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ, & Sac. Congñum Notarius publicus infrascriptus, qualiter unus ex Ssmi Domini Nostri Papæ Cursoribus &c. (*narratur hic Citatio*). Die vero secunda Mensis Augusti 1765. relatione facta comparoit in judicio legitimè coram dicto Emo, & Rmo D. Card. D. Dominicus Leonori Procurator, & petiit, ut supra. Ex tunc præfatus Emus, & Rmus Dominus in sequelam Rescripti Congñis Sac. Rituum diei 11. Julii proxime præteriti tum super Festivitate S. Francisci, Assisien., tum super Festivitate S. Antonii Patavini his verbis editi „*Ad Emum Ponentem pro Concordia etiam ex Officio*„ auditis tum Procuratore Gen. Min. Conventualium, tum Commissario Gen. Curiæ Min. Observantium, & respectivis Causarum Patronis, per modum Concordiæ, & de consensu tum dd. PP. Procuratorum Generalium, tum Defensorum ambarum Partium, jussit, atque mandavit: Festivitatem S. Francisci die 4. Octobris cum omni solemnitate, & pompa tam interna, tum externa, & præcedente Novena, esse peragendam a PP. Min. Observantibus Ecclesiæ SSmæ Annunciationis B. M. V.; & per PP. Min. Conventuales posse celebrari primas, & secundas Vesperas cum Missa Cantata ejusdem Sancti absque alia interiori, & exteriori pompa, reservato tamen eisdem Conventualibus jure agendi Novenam ad formam Decreti eorum Congregationis Gen. post celebratas Solemnitates, scilicet post illius Festivitatem, sicuti & celebrandi cum pompa solemni d. Festum S. Francisci ad ipsorum libitum. Festum vero S. Antonii Patavini die 13. Junii cum præcedente Novena, seu Tredecina, & cum omni pompa, & solemnitate tum interna, tum externa jussit item, atque mandavit esse celebrandum a PP. Min. Conventualibus in eorum Ecclesia S. Francisci; & per PP. Observantes posse tantum celebrari primas, & secundas Vesperas cum Missa Cantata absque alia pompa interna, & externa, facta tamen eisdem PP. Observantibus facultate agendi Novenam, seu Tredecinam S. Antonii post celebratas Solemnitates, nimirum post absolutum Festum ejusdem Sancti, prout etiam celebrandi eum pompa solemni d. Festum S. Antonii ad ipsorum libitum. Procuratoribus ex adverso præsentibus; & aliàs latiùs prout in Actis meis &c., ad quæ &c. In quorum fidem &c. = Romæ hac die 20. Septembr. 1765. = Ita est pro D. Donato Antonio Lancionio C., & S. Congr. Notario Clemens Jacobutius C. = L. ✠ S. = Fides loco Instrumenti Decreti.

1765. 23. Jul. *Christi Fidelibus*,

Cubiculum, nunc Oratorium publicum, ubi S. Petrus Alcantarensis mortalitatem explevit, Die festo SS. Trinitatis *visitantibus, Plenaria conceditur Indulgentia*.

Bme Pater = Fr. Joannes Lutre Procurator Gen. in Romana Curia Fratrum Discalceatorum S. Francisci, devotus S. V. Orator exponit, quod in Bulla Canonizationis S. Petri de Alcantara, a san. mem. Clemente X. Prædecessore Vestro data, habetur, quod idem Sanctus *in morbum* (*a*) *incidit in Oppido de Arenas Abulensis Diœcesis, ibique in quadam Domo* (*b*) *diversatus, & jamjam moriturus, non jacens, sed humi erectus in genua, in altissimam extasim erupit, inde SS. Trinitatis, & gloriosissimæ Virginis Mariæ, ac S. Joannis Evangelistæ recreatus visione, quam adstantibus Fratribus indicavit, adhuc stante genibus Corpore, ejus Anima migravit in Cœlum, & S. Theresia procul inde distans illum vidit recta, & lucido tramite delatum ad sempiternam felicitatem*.

In memoriam tam gloriosi, feliciisque Beati Viri transitus, Cubiculum, in quo ea omnia evenerunt, in Capellam, sive publicum Oratorium conversum fuit, quod, utpote Valetudinario Fratrum dicti Ordinis adnexum, gaudet quidem (*c*) dicto Ordini concessis Indulgentiis, juxta declarationes a san. mem. Benedicto XIV. pariter Prædecessore Vestro editas, sed, præter illas, nullæ aliæ ibi adsunt Indulgentiæ. Porro in Festo SS. Trinitatis magna devotione fidelis Populus dictam invisit Capellam, seu Oratorium, recolendo ejusdem SS. Trinitatis apparitionem, qua S. Petri de Alcantara transitus fuit illustratus, &, ut cetera omnia, quæ ad ejusdem Sancti usum pertinuerunt, ea quoque Cella ad compunctionem invisentium commovet corda.

Pro-

Propterea Orator, ne s Deo aaerati Loci cultus unquam excidat, bumiliter supplicat S. V., ut perpetuis futuris temporibus Indulgentiam Plenariam concedere benigne dignetur, lucrandam ab iis, qui in dicto Festo SS. Trinitatia confessi, Saeraque Communione refecti, præfatum visitaverint Oratnrium, aeu Capellam. Et pro gratia &c.

Ex Audientia SSmi die 23. Julii 1765. SS. D. N. Clemens PP. XIII. Oratoris precibus benigne inclinatus, attentis expositis, omnibus utriusque sexus Chriati Fidelibus vere pœnitentibus, confessis, ac Sacra Communione refectis, qui præfatam Capellam, seu publicum Oratorium Die festo SS. Trinitatis a primis Vesperis usque ad occasuin Solis Diei festi hujusmodi singulis annis devote visitaverint, ibique juxta mentem Sanetitatis Suæ pie oraverint, Indulgentiam Plenariam clementer concessit. Voluitque Sanctitas Sua, hanc gratiam perpetuis futuris temporibus fore valituram absque ulla Brevis expeditione. = Datum Romæ ex Seeretaria Sacræ Congr. Indulgentiarum die, & anno præfatæ Andientiæ.

S. Borgia S. Congr. Indulg. Secr.

Loco ✠ Sigilli.

= (a) Exhibentur hic plerumque non ipsamet = Constitutionis verba, sed sententia, ac aumma = verbnrum.

= (b) In Fratrum seilicet Valetudinario, intra = Arenas Oppidum sito, illuc sub vitæ extremum = delatus e Cœnobio, quod abest ab eodem Oppi- = do duo passuum millia: quemadmodum nostri = narrant Historici, narratque ipsamet Canoniza- = tionis Bulla §. 54. sub fin. (Const. Clem. X. = *Romanorum gesta Pontificum* V. Idus Maji 1670., = Pontifieat. An. I., Bullar. Roman. Edit. Mainard. = Tom. 7. pag. 1.).

= (c) Nimirum pro Fratribus, qui senectutis, = ægritudinis, aut imbecillitatis caussa in eodem = Valetudinario diversantur. Vid. supra p. 193. A. = sub. fin., & B. init.

1765. EAD. DIE. *Indulgentia Plenaria jam concessa Fidelibus visitantibus Pontificiæ Ditionis Templa, ubi in Hebdomadibus Septuag., Sexag., & Quinquagesimæ ante Diem Cinerum, per dies tres, seu in unaquaque earumdem Hebdomadum, seu in una tantum, SS. Eucharistiæ Expositio fiat; extenditur ad omnes Catholici Orbis Ecclesias, simulque ad visitantes Templa, in quibus Feria V. dumtaxat intra Hebdomadam Sexagesimæ Expositio eadem peragatur.*

CUm alias san. mem. Benedictus XIV. (a), ad frequentes Episcoporum Pontificiæ Ditionis querelas, gravioribus abusibus, qui Bacchanalinm tempore irrepserant, opportuno remedio oceurrere concupiverit, perspexeritque, in aliquibus Ecclesiis salutari consilio institutam esse Smi Eucharistiæ Sacramenti Expositionem per tres dies sive in Hebdomada Septuagesimæ, sive in altera Sexagesimæ, aut Quinquagesimæ ante Diem Cinerum, ad hoc præcipue, ne Fideles tempore tentationis a via Domini recederent, & in prædictis Ecclesiis pie orantes Divina impetrarent auxilla; universis ntriusque sexus Christi Fidelibus confessis, & Sac. Communione refectis, qui easd. Ecclesias, in quibus Venerabilis Expositio sive in uno, sive in singulis prædictis Triduis fieret, devote visitarent, Indulgentiam Plenariam misericorditer concessit (b) & indulsit. Hinc SS. D. N. Clemens Divina Providentia PP. XIII., sedulò recogitans, præfatam Augustissimi Sacramenti Expositionem plurimùm hisce diebus profuisse, ac deinceps fore profuturam; camdem Plenariam Indulgentiam ad quascumqne Catholici Orbis Ecclesias ubicumque Locorum existentes, ubi Venerabilis Expositio sive in Hebdomada Septuagesimæ, sive Sexagesimæ, aut Quinquagesimæ, sive in singulis prædictis Hebdomadis, per tres dies, atque etiam si tantummodo in Feria V. infra Hebdomadam Sexagesimæ peragatur, ex uberi Pontificiæ Charitatis fonte benignissimè extendit. = Dat. Romæ ex Secretaria Sac. Congnis Indulgentiar. die 23. Julii 1765.

N. Card. Antonellus Præfect.

S. Borgia Sac. Congr. Indulg. Secr.

Loco ✠ Sigilli.

(a) In Epistola encyclia *ad Archiepiscopos, & E-* = *piscopos Ditionis temporalis Pontificiæ super Baccha-* = *nalibus*, cujus initium, *Inter cetera*, data Kalen- = dis Januar. 1748. (Bullar. ejusd. Pont. Tom. 2. = p. 225. in fin. & seqq.). Summam illius exhibet = noster Lucius Ferraris (Biblioth. Edit. 2. & seqq. = v. *Bacchanalia*). Dignissima sunt, quæ legantur, = ea omnia, quæ in hac Epistola, consueta eru- = ditione sua, ferventique Divinæ Gloriæ, Anima- = rumque salutis studio Benedictus Pontifex habet = de Bacchanalium excessibus, remediisque per Epis- = copos adhibendis. Quanta etiam ex illis exittat = Christiani Nominis labes, confirmat ex eo, quod = *illustris Gislenius Busbequius, qui media Seculo XVI. = Ferdinandi I. Imperatoris ad Solimanum II. Orator* = fuit, *scriptum reliquit, Turcarum Legatum, post- = quam Bacchanaliorum tempore in quadam Christia- = norum regione moratus esset, Constantinopolim re- = versum retulisse, certo Anni tempore Christianos sui = impotes insanire; tum cujusdam pulveris arcana vi, = quo eorum capita conspergebantur* (nempe in Fe- = ria IV. Cinerum), *redire ad bonam mentem, ac = resipiscere consuevisse* (d. Epist. §. *Pravissima* p. = 229. A. sub init.).

= (b) In laudatæ Epistolæ paragrapho *Veterum*: = ubi etiam dicit, curandum Episcopis, ut tridua- = na illa publica Expositio fiat (cit. p. 229. sub = fin., & seq. init.). Quam ipsam pariter si no- = strates, ubi fieri possit, peregerint; rem certè fe- = cerint Deo gratissimam, Populisque salutarem.

1765. 27. JUL. *Ratus habetur, probaturque ab Apostolica S. Sede Cultus, B.* MATHIÆ DE NAZARÆIS *Matilicensi a tempore memoriam hominum superante delatus.*

Camerinen seu Matelicen. Canonizationis
B. MATHIÆ DE NAZARÆIS
Abbatissæ Ven. Monasterii S. Mariæ Magdalenæ
Civitatis Matelicæ, asserti (a)
Ordinis S. Claræ.

SIgnata sub d. 13. April. Anni 1764. a SS. D. N. Clemente PP. XIII., prævio consilio Congnis Sac. Rit., Commissione Introductionis in Caussa Canonizationis B. Mathiæ de Nazaræis Abbatissæ V. Monasterii S. Mariæ Magdalenæ, asserti Ord. S. Claræ; Propositum subinde fuit ad instantiam P. Fr. Cherubini a Roma Ord. Min. de Observantia S. Francisci Postulatoris per Emum, & Rmum D. Card. Feroni dictæ S. Congnis Præfectum, & Ponentem in ead. Sacra Rit. Congne Ordinaria infrascriptum Dubium = *An Sententia lata per Rmum Episcopum Camerinen. & Fabrianen. super Casu excepto a Decretis san. mem. Urbani PP. VIII., sive super Cultu ab immemorabili tempore prædictæ Ven. Servæ Dei exhibito, sit confirmanda in casu, &*

ad

ad effectum, de quo agitur? = Et Sac. ead. Congo, audito prius R. P. D. Cajetano Forti Fidei Promotore, qui scripto, & voce suam sententiam exposuit, rescribendum censuit, *Affirmative*, si SS. D. N. visum fuerit, die 20. Julii 1765.

Factaque deinde per me infrascript. Secretarium de prædictis eid. SS. D. N. relatione, Sanctitas Sua benigne annuit, die 27. ejusd. Mensis, & An. 1765.= J. M. Card. Feroni Præf. = L. ✠ S. = S. Archiep. Theodosiæ *S.* R. O. Secr.

= (*a*) Verbum hoc est, quo S. Congo salvum vult, & incolume jus quodlibet, aliquod ait, præstantissimæ Benedictinæ Familiæ in hanc Beatam. Prodiderat enim tribus ante Annis, Anno scilicet 1762., eruditum Opus Illmi Canonici Turchi *De Ecclesiæ Camerinen. Pontificib.*: in quo Auctor contendit, in Monasterio illo S. Mariæ Magdalenæ Sacras Virgines id temporis Benedictini Ordinis extitisse (Lib. 6. c. 10. Not. 1. p. 354.). Itaque Emi PP., qua præstant prudentia, circumspectione, & æquitate, quum æqui, bonique ratio non pateretur, Benedictino Ordini, licèt nominibus omnibus gloriosissimo, tamen hoc novum decus abjudicari, illudque adjudicari Clarissis, Caussa ista nondum legitimè agitata, & definita; non appellarunt idcircò Beatam istam *Ordinis S. Claræ*; at multo minùs *Ordinis S. Benedicti*; sed *asserti Ordinis S. Claræ*.

= Ceterum clarissimi Turchii assertionem latè oppugnavit Hieronymus Baldassini, Æsinus Patricius, Vir doctrina non minùs, quam nobilitate spectabilis, literariæ Reipublicæ notus ob egregium præsertim, utilissimumque Volumen inscriptum, *Collectanea Doctorum, Sac. Rotæ Decisionum, & S. Congñis Concilii Resolutionum ad Concilium Tridentinum*: quod Æsinis typis publicatum fuit Anno 1761. Legenda Vita, quam ia Romæ edidit ipsius Beatæ Anno 1768. (Cap. 3. per tot.). Adeundus quoque P. Flaminius a Latera, de quo alias meminimus, in suo *Supplemento ad Bullarium Franciscanum*, Romæ vulgato Ann. 1780.: in quo ipse copiosè pariter vetustissimam, & pacificam Franciscani Ordinis possessionem tuetur (præsertim in Not. s. ad Constit. IX. Alexandri IV., p 61. & seqq.). Nos hic dumtaxat monebimus, illum *Fr. Petrum Vercellensem*, de quo fit mentio in Instrumentis tribus Anni 1237. ab eodem Illmo Equite supra laudato productis (cit. Cap. 3. n. 57. & seq. in Notis), allegatisque etiam a P. Flaminio (loc. cit.), re ipsa fuisse eo tempore Ministrum Picenæ Provinciæ Fratrum Minorum, electum Anconæ Anno 1234., eamdemque Provinciam Annos decem rexisse.

= 1765. 29. Jul. = Hac die datæ fuerunt Apostolicæ Literæ, quibus A. R. P. Eustachius Neapolitanus Almæ nostræ Observantis Provinciæ Campaniæ, seu *Terræ Laboris*, inter Exprocuratores Gener. Ordinis relatus fuit cum indultis, & privilegiis omnibus Gradus hujusmodi; *plurimum id desiderante* (ut in ipsis Literis dicitur), & *humiliter supplicante* P. Ministro Gen. Petro Joannetio de Molina *in præmium religiosorum ipsius laborum*: quia nempe (verba sunt pariter Brevis ejusdem) *Tu, qui Frater expressè professus Provinciæ Terræ Labori. Ordinis hujusmodi, necnon S.Theologiæ Lector Iubilatus, & Ex-Minister Provincialis existis, ac Agens Generalis a dilectis Filiis dicto* *Chronol.Seraph.* *Ministro, & Commissario Generalibus ejusd. Ordinis apud Aulam Regiam Neapolitanam institutus, in ejusd. Ordinis negotiis tractandis, & expediendis sedulam operam, zelum, ac prudentiam præstitisti, ac præstare pergis*. Fuit idem deinde in Comitiis Valentinis Procurator Gen. Ordinis renunciatus. = Vid. Acta Capituli Valentini (sub d. 21. Maji = 1768.).

1765. 6. Aug. *Quæ facultas competit Rmis Ordinariis Locorum in vim Canonis* Terrulas, *ea ultra quinque & viginti Scutata aurea minimè protenditur, contraria consuetudine, licèt vetustissima, non obstante.*

Illmo, e M. Rev. Monsignore come Fratello = Avendo li PP. Minimi di cotesto Ospizio supplicato questa S. Congñe per la facoltà di prendere a Censo Ducati mille per erogare una rata di Ducati 400. in estinzione del debito contratto colla facoltà di cotesta Curia Vescovile, e la rimanente Somma per compimento della Fabrica; questi Emi miei Signori si sono degnati di accordarla a' sudderti PP., conforme Ella vedrà dal Decreto, che le verrà esibito, premessa però l' assoluzione dalle Censure (*a*), e pene (*b*), incorse per avere contratto (*c*) detto debito nella divisata Somma senza le debite licenze; come anche la Santità di N. S. si è degnata di accordare la dispensa dell' Irregolarità a' medesimi Religiosi, incorsa respettivamente per la suddetta causa, nell'Udienza avuta dall' infrascritto Mons. Segret. li 2. del corrente Agosto. Ha però Sua Bñe comandato, che si avverta V.S., come adempio colla presente, ad astenersi in avvenire dal concedere simili facoltà senza la preventiva licenza della medesima S. Congñe. Glielo significo, e le prego &c. = Roma 6. Agosto 1765. = Come Fratello Carlo Alberto Card. Cavalchini. = L. ✠ S. = G. Arcivescovo di Petra Segret.

= Quum verò Rmus Episcopus factum defenderet; rescriptum ei fuit, ut in Epistola, quam subjicimus (hausam a nobis, unà cum præcedente, ex Regesto Decretorum ipsius S. Congñis Anni 1765.) =

Illmo, e M. Rev. Monsignore come Fratello = Essendosi considerato ciò, che V.S. con sua Lettera dei 6. del corrente Settembre à esposto sopra quanto per ordine della Santità di N. S. le fu ingionto sotto li 6. del passato Agosto in occasione di esserle state concedute le facoltà di assolvere &c. (*ut supr.*); anno compreso questi Emi miei Signori, che Ella viva nella intelligenza di non avere ecceduta la sua facoltà ordinaria, in vigor del Capitolo *Terrulas*, nell'avere accordato a'suddetti Religiosi di poter prendere a Censo (*d*) Ducati ottanta per volta sino alla Somma di Ducati quattrocento, adducendo, essere questa la consuetudine, osservata da più Secoli, di tutte le Curie Vescovili, e di cotesta sua, di concedere simili facoltà per la Somma di ottanta sino a novanta Ducati. L' EE. Loro pertanto per maggior suo lume, e chiarezza mi anno comandato trasmetterle l' annesso esemplare del Decreto (*e*) emanato dalla S. Congñe nell'anno 1601. circa la limitazione dall' ordinaria facoltà di concedere il Beneplacito in virtù del suddetto Cap. *Terrulas*, con cui dovrà (*f*) V. S. in avvenire conformarsi. Glielo significo per sua regola, e Dio la prosperi. = Roma 20. Settembr. 1765. (*Subscriptiones ut supr.*).

(a) Quamvis Excommunicatio, contra alienantes lata, non sit reservata (ut passim docent Authores) S. Apostolicæ Sedi vi Extravagantis, *Ambitiosæ*, Pauli II., & Decreti S. Congñis Concilii de Rebus Regularium non alienandis, editi jussu Urbani VIII. 7. Sept. 1624.; est nihilominus reservata vi Decreti Tridentini Concilii Sess. 22. de reform. cap. 11., sicuti monet Giraldi (Jur. Pont. noviss. Part. I. sect. 444. ante Not. *s*). Consule Carolum Antonium Thesaurum (de Pœn. Eccl. Par. 2. v. *Alienatio* C. 2. Not. 1., & v. *Usurpatio* C. 1.).

(b) Decretum Urbanum, de quo in præc. Annot. mentionem fecimus, editum pro Regularibus *intra fines Europæ existentibus*, Regularibus iisdem alienationis reis *Pœnam* infligit *Privationis omnium Officiorum, quæ tunc obtinebant, Vocisque activæ, & passivæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa imposterum obtinenda, quam ipso facto absque alia declaratione incurrant, sublata etiam Generali, & Protectori illam moderandi, ac relaxandi facultate* (& reservata soli Summo Pontifici, & S. Congñi, ut *in una Regularium die* 14. *Nov.* 1648. *declaratum* testatur Eñus Petra in Const. 6. Benedicti XII. n. 24. Tom. 4. p. 102.); *Pœnis nihilominus Apostolicarum Constitutionum, & præsertim fel. rec. Pauli II., quæ incipit*, AMBITIOSÆ, *in sua robore permansuris*. Addit Pœnam nullitatis ipso Jure, jam in ipsa Paulina Bulla statutam. Abrogatque amplissimè quæcumque Privilegia, Indulta &c., concessa quibuscumque Personis, & Ordinibus, etiam Mendicantibus, etiam necessario, & in individuo exprimendis, ac Locis Regularibus quibuscumque; necnon Consuetudines, etiam immemorabiles, &c., ut ibi latiùs licet videre. Obvium est Decretum istud apud Authores. Referunt ipsum inter alios P. Lucius Ferraris (v. *Alienatio* ar. 4. n. 30.), & P. Ubaldus Giraldi (d. Par. I. sect. 451., qui etiam in Sect. 444. supr. cit. exhibet Bullam, *Ambitiosæ*, & alteram, *Cum in omnibus*, Pauli II.).

(c) Contraxerant, ut ex hac, & seq. Epistola intelligitur, bona fide. Sed bona fides facere non potuit, quin inciderent in Censuras, Pœnasque: sicuti patet ex utraque ipsa Epistola, & ex Decretis aliis (apud Girald. d. sect. 444. Not. 3. §. *Hæc*; & apud Ferrar. loc. cit. n. 33., ubi agebatur de Ministro Provinc., qui alienaverat *bona fide cum Consensu Diffinitorii, & approbatione Capituli Generalis*, necnon cum Tersactensis Ecclesiæ, Provinciæque Cœnobiorum utilitate). Ratio est, quia ignorantia eorum, quæ sciri debent, non suffragatur (Rot. cor. Cavaler. decis. 60. n. 3., Bald. in L. *In testamento* n. 1. C. ad leg. Falcid., Alex. Cons. 112. n. 4. Lib. 1.).

(d) Vetitum quoque est, *pecunias ad cambium, vel mutua accipere cum solutione lucri cessantis, & damni emergentis*, ex Decreto S. Congñis Concil. 21. Mart. 1626. *Cum* enim (ut ibi dicitur) *post editum Decretum* (ante laudatum Not. *a*, & *b*), Regulares *loco Censuum pecunias ad cambium, vel mutua* (ut supra) *acciperent; cumque ex hujusmodi contractu eluderetur mens S. Congñis, cui in primis in votis fuit consulere Religionum indemnitati*; eadem S. Coñgo, Urbano VIII. pariter *approbante, declaravit, hujusmodi contractum esse contra mentem Decreti, ut supra, editi; idcoque non licere Regularibus, pecunias, ut proponitur, accipere, ac, si acceperint, in ipsius Decreti Pœnas ipso facto incidere*. Vid. & infr. ad d. 27. Junii 1766.

(e) Decretum istud jam dedimus alibi (sub d. 8. Maji 1751. in Not., p. 19. B.); ubi & alterum exhibuimus (p. 20. A.). Quod igitur in his Decretis, aliisque consonis declaratur; id servari omninò debet, nihil juvante objecta consuetudine, tametsi antiquissima; de cujus idcircò veritate inquirendum non censuit Sac. Coñgo, sed ei nullum esse locum decrevit. Aliàs quoque consuetudinem in hac re non suffragari, nec tolerandam esse responsum fuerat. Consule Cardinalem Petra (loc. cit. sub d. die 8. Maji 1751. in Not. §. *Verum* in fin.). Ac re ipsa quum & in Extravagante Paulina, & in Decretis Urbanis irritum decernatur quidquid contra actum fuerit; efficitur inde, ne immemorabilem quidem consuetudinem posse in hac parte locum habere. Etenim Decreti *irritantis* ea vis est, ut ipsum quoque initium validæ consuetudinis contra Legem præpediat: quemadmodum vel ex ipso nomine per se quisque intelligit, & supra ex S. Rota pluries audivimus (sub d. 28. Febr. 1761. Not. *b* §. *Adde huc*; sub d. 27. Nov. ejusd. An. n. XI., ac Not. *b*; & alibi); tum etiam ex Benedicto XIV. (supr. ad d. 1. Junii 1764. §. *Sed esto*, p. 535. in fin.).

(f) Jam alibi sententiam exposuimus docentem, & confirmantem, ne bona quidem *modici valoris*, Professoribus altissimæ Paupertatis in simplicem usum concessa, alienari posse ab eorum Syndicis sine Beneplacito Apostolico cum facultate Ordinarii Loci (vid. supra sub d. 18. Dec. 1761. Not. *a* §. *Ex hac*, & seqq.); ideoque ex dictis paullò ante (Not. *d*) nec pecunias ab iisdem posse in *modica* summa ad cambium, vel mutuò accipi cum solutione lucri cessantis, & damni emergentis. Qui vero e Superioribus nostris arbitrabuntur, sententiæ illi subscribendum sibi non esse, sed posse supra dicta bona modici pretii, æquè ac similia bona Regularium possidentium, alienari, & pecunias in modica itidem quantitate ad cambium, vel mutuò, ut supra, accipi, cum sola Ordinarii facultate; cavebunt saltim, juxta Decreta supra in princ. Notæ *e* memorata, ne Syndici a Rñis Ordinariis ejusmodi licentiam postulent, aut etiam sponte oblata utantur, ultra Scutata aurea 25.; nisi velint & suas, & Syndicorum, & cooperantium omnium conscientias illaqueare, seque, & illos Censuris, & respectivè Pœnis subjicere. Qui sit autem valor aureorum Scutatorum viginti quinque; jam aliàs dictum est (sub d. die 8. Maji 1751. in Not. §. *Ea*, p. 20. post med.).

1765. 28. Aug. *Ad assequendum Emeritalem Gradum debent ea omnia adamussim servari, quæ in Clementina Constitutione, ac Statutis Ordinis præscripta sunt.*

SAc. Coñgo EE., & RR. S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcop., & Regularium præposita, attenta relatione Eñi Torrigiani præfati Ordinis apud S. Sedem Protectoris, ac P. Vice-Procuratoris Gen. (a), benigne remisit eidem Eñio, ut, veris existentibus narratis, Gradus, in enunciata Provincia quoad præteritum dumtaxat (b) concessos, pro suo arbitrio, & conscientia sanet, atque revalidet: In futurum vero mandet omnino servari Constitutiones (c). Romæ 28, Au-

Augusti 1765. = C. A. Card. Cavalchini Præfectus. = L. ✠ S. = J. Archiep. Petren. Secret.

= (a) Damus hic ipsios P. Viceprocuratoris Re- = lationem, ex qua tota series rerum, de quibus = in hoc Decreto agitur, intelligetur. Ea fuit hu- = jusmodi = „ Statuta Gen., quorum observantia a fel. mem. Clemente XII. Pont. Max., & a Capitulis Gen. Toletano, Romano, & Victoriano Lectoribus præscribitur, ut inde Gradum Emerentiæ assequi, eoque potiri possint, sequentes conditiones ab iisdem adamussim executioni mandandas requirunt. 1. Quod Lectores Sac. Theologiæ instituantur in Capitulo, vel Congñe intermedia. 2. Quod antequam Lectores S. Theologiæ deputentur, per integrum triennium solare Logicæ, & Philosophiæ cursum peregerint. 3. Quod Theologiam per duodecim annos absque ulla intermissione legerint. 4. Quod bis saltem in hebdomada Repetitiones, & Exercitia Scholastica per argumentationes Discipulorum inter se fieri curaverint. 5. Quod in fine cujuslibet mensis extra consuetas Vacantias Theses privatas defenderint; Lectores, seu Discipulos aliarum Religionum ad arguendum invitando: & bis in anno publicas Conclusiones habuerint de omnibus materiis illo anno perlectis. Omnia hæc saltem essentialiter, & quoad substantiam peracta fuerunt a Lectoribus Emeritis Provinciæ Terræ Laboris, ac ab iis peraguntur, qui ad eamdem Emerentiam aspirant. Primò verum quidem est, aliquos ex iisdem Lectoribus electos fuisse in primo Sexennio extra Capitulum, vel Congregationem, ne Cathedra, usque ad eorum celebrationem expectando, vacua remaneret: at a solitis Patribus, præmisso solito examine, electi fuere, & in subsequentibus immediatè Capitulis, vel Congñibus ab iisdem confirmati. Pro secundo verò Sexennio Bulla Clementina, ac Statuta Gen. quoad eamdem electionem ad literam servata fuerunt. 2. Nemo unus ad Theologiam tradendam propositus fuit, quin prius Logicæ, & Philosophiæ per triennium cursum confecisset. 3. Perpetuus mos fuit ejusdem Provinciæ ab eo usque tempore, quo instituta fuit Emerentia, quod Lectores alternis vicibus Lectionem darent, unus scilicet una die, alter verò altera immediatè subsequenti, & sic vicissim, quemadmodum omnes Neapolitanæ Provinciæ perpetuò consueverunt, ut Studentes Juvenes Divinis Officiis de mane interesse valeant, quod præstare non possent, si plures Lectiones quotidie conficerentur. Tali pacto Statuto Gen., quod præcipit, ut Lectores *absque intermissione* perlegant, saltem non obluctari, perpetuò sensit eadem Provincia. 4. Repetitiones, quotidiana Colloquia, ac Exercitia Scholastica jugiter fuerunt peracta. 5. Denique Conclusiones hebdomadales, mensiles pariter, & publicæ continuò, ac penitùs factæ fuerunt juxta ejusdem Bullæ Clementinæ, & Statutorum præscriptionem in secundo Sexennio. In primo tamen non tam exacte eadem Exercitia fuerunt completa, quamvis quoad substantiam saltem nullus fuerit defectus, sed tantummodò quoad formalitatem, omittendo ex. gr. quasdam publicas, & annuales Conclusiones ad vitandas expensas; & earum loco privatas, vel semipublicas defendendo, in quibus meliori modo res illustratur, ac plenius studiosi Juvenes edocentur. Hoc autem Gradui Emerentiæ assequendo nullatenus officere putavit eadem Terræ Laboris Provincia, quia cum Bulla Clementina, quæ cum Statutis Toletano, & Romano huic supplici libello adnectitur, post peractum primum Sexennium, novum concursum iis, qui ad Gradum Emerentiæ aspirant, pro secundo Sexennio præscribat; perpetuò, ac ab immemorabili censuit, Conclusiones mensiles, & publicas in eodem tantummodò secundo Sexennio esse omnino faciendas: ita ut sensus, & intelligentia sit, qui, peracto juxta morem, & immemorabilem Provinciæ consuetudinem in Theologicis rebus edocendis primo Sexennio, Gradum Emerentiæ adipisci exoptant, si, facto novo concursu ad formam Statutorum, ea omnia in secundo Sexennio expleverint, quæ ab ipsis Statutis præscribuntur pro obtinendo Gradu Emerentiæ, eumdem Gradum assequi possint, & valeant. Hunc verò eò vel maximè existimavit Terræ Laboris Provincia ejusdem Bullæ esse sensum, quod Emerentia minus quodammodo importat, quàm Jubilatio, quemadmodum ex eodem adnexo Statuto in Capitulo Gen. Romano confecto satis evincitur, in quo declaratum fuit, Lectores duodennales, *Emeritos* vocandos esse, non autem *Jubilatos*: ac proinde Statuta Gen., quæ pro Lectoribus Jubilatis præcise fuerunt confecta, ab iis, qui eamdem Jubilationem in PP. Observantium Familia consequuntur, ad unguem in utroque Sexennio esse observanda, non autem tam strictè in primo Sexennio ab iis, qui in Reformatorum Cœtu ad Emerentiam contendunt. Quia igitur Provincia Terræ Laboris omnia saltem quoad substantiam, & per æquipollentiam complevit, quæ Bulla Clementina, Capitula Gen., ac Statuta iis præscribunt, qui Gradum Emerentiæ assequi volunt; ne cavillationibus, & dicteriis paucorum Fratrum minùs sanè prudentium pax, & tranquillitas ejusdem Provinciæ turbetur, & discordiarum, & litium omninò tollatur origo; censerem, ab EE.VV. Rmis approbandum esse, ac ratum habendum morem, quem hucusque tenuit ead. Provincia pro Gradu Emerentiæ assequendo; at nihilominus quod deinceps Statuta Gen. omninò, & adamussim serventur etiam in primo Sexennio quoad institutionem Lectorum faciendam in Capitulis Provincialibus, vel Congñibus intermediis, necnon quoad Conclusiones a Studentibus defendendas. Ita sentio una cum P. Commissario Gen., nisi &c. = F. Franciscus Antonius a Feltria Vicè-Procurat. Can. „ = .

= (b) In supplici libello, qui fuerat S. Congñi = porrectus, rogabatur eadem, ut dignaretur „ *autorizzare la detta immemorabile consuetudine della Provincia, cioè, che rapporto all' intelligenza data agli Statuti dell' Ordine, e alla Bolla Clementina sul punto dell' Emerenza circa le annuali Conclusioni, si restringa al secondo Sessennio; e che se nel primo Sessennio non ne' Capitoli, o Congñi intermedie dai soliti Padri sono stati istituiti Lettori, basti, che nei susseguenti Capitoli, o Congñi sieno stati confermati; e abbiano fatto alternativamente la Lezione, e adempiute le altre Scolastiche funzioni giusta il più volte nominato uso, e consuetudine della Provincia* „. Verumtamen S. Congo annuendum non censuit, = nisi pro Gradibus jam concessis. Cujus *revalidationis* jam alia exempla præcesserant in Capi- = tulo Gen. Tolet. 1682., in Romano 1688., in = Clementis XII. Constitutione, *Alias emanarunt*, = legenda in Supplementis nostris ad præceden- = tes Tomos.

= (c) Censuit S. Congo, propositæ Consuetudini

vim nullam inesse. Ac certè illa neque *in linea*, ut ajunt, *interpretativa*, neque *in linea præscriptiva* quicquam valebat. Non *in linea interpretativa*: nam quod Clementia XII., & Ordinis Constitutiones Patribus Theologiæ Lectoribus onera Lectionum *non interpolatarum*, annuarumque Concertationum habendarum publicè, atque aliarum exercitationum præscriberent per totum duodennium obeunda; id attentè legentibus planum, & perspicuum erat. Porro *ubi verba non sunt ambigua, non est locus interpretationi*, ut quædam Glossa dicit (in C. *Cum dilectus* 8., in v. *Nec juri communi*, de consuet.).

Sed neque *in linea præscriptiva*, videlicet ad derogandam Legem. Siquidem onera illa statuuntur, tanquam Conditiones ad assequendum Emerentiæ Gradum. Conditio autem *Formam* præ se fert *substantialem* (Felin. in C. *Cum dilecta*, n. 6. vers. *Secundum signum*, de rescript.). Hinc S M. Clemens XII., Emerentiæ restitutor, in cit. Constitutione, *Aliàs*, onera eadem semel, iterum, pluries *Formam*, & *Conditiones* appellat ad Emerentiæ Gradum (adhibens nempe in verbis istis dictionem & expositivè, apud Barbos. Dict. 110. n. 27., quum Forma aliunde etiam induci possit). Jam vero Forma nisi servetur; jure ipso irritum est, quidquid gestum contra illam fuerit (C. *Cum dilecta*, & ibi Gloss. in v. *Irritum*, aliique passim DD., de rescript.). Quam etiam nullitatem expressam, explicateque edixit Victoriense Statutum (in Chronol. Perus. Par. I. p. 373. B. ante med.). Quapropter ne inchoari quidem potuit, vel potest adversus Conditiones illas valida ulla consuetudo; nedum possit legitima præscriptione compleri: ut supra diximus (ad 6. Aug. An. ejusd. 1765. Not. *f*).

Quod autem pertinebat ad reliquum illud supplicis Libelli caput de institutione Lectorum; procul dubiò Constitutiones supra laudatæ, dum Emerentiam concedunt S. Theologiæ Lectoribus munera præscripta implentibus, concedunt illam Lectoribus, qui ab ipso initio instituti legitimè fuerint secundùm Generalia Reformationis Statuta. Hæc autem Statuta ad validam Lectorum institutionem postulant, ut institutio fiat in Capitulis, vel Congregationibus. *Non potranno* (inquiunt) *essere instituiti, se non in Capitolo, o Cong̃re Capitolare* (C. 9. n. 4., in Chron. Perus. d. Par. I. p. 42.). Cassa proinde, & irrita institutio est, quæ extra majora, vel minora Provinciæ Comitia peracta sit. Verba etenim, *non potranno*, privant potentia, ut aliàs dictum est; & consequenter reddunt institutionem nullam. Quare huc redit id, quod monebamus paullò ante, nullam ex hujusmodi institutionibus potuisse, vel posse tractu temporis legitimam induci consuetudinem, immò nec etiam inchoari.

Meritò igitur S. Cong̃o, dum Graduum jam concessorum *revalidationem* indulget, *mandandum* vult, ut *omninò in futurum Constitutiones serventur*. Neque enim hic æquivalentibus actibus locus est. Etenim quæ sunt *de Forma*, debent in specie, non per æquipollens impleri, uti tradunt Doctores (in L. s. ff. de liber. & posthum.).

Ex quo etiam sequitur, ad rem nihil facere titulum *Emeriti*, non autem *Jubilati*, iisdem Lectoribus præstitutum; quando Leges ad eum qualemcumque titulum, & Gradum consequendum præcisam Formam illam servatam voluere. Adde, quod cùm aliàs ex diversitate nominum fallax argumentatio sit (arg. C. *Lege* dist. 10.), tum maximè in re præsenti. Neque enim a Capitulo Gen. Rom. 1688. invecta ea appellatio fuit ad quippiam designandum, quod esset *de Jure* Jubilatione inferius; quodque ideò ullatenus *de Jure* posset minùs exactam demandatorum munerum executionem pati.

Nam si vocabulum ipsum Lectoris *Jubilati* spectemus, quod ab Observantibus fuit adscitum loco pristini nominis *Magistri*, seu *Doctoris* (occurrentis etiam in Const. Capit. Gen. Burgen. 1523., in Chron. Mich. Ang. p. 254. A. post init.), quodque primitùs in Statutis usurpatum invenio a Capitulo Gen. Rom. 1612. (in d. Chron. p. 541. A. post init.), retentum postea in Statutis aliis, atque etiam in Statutis PP. Recollectorum Nationis Germano-belgicæ: ea, inquam, *Jubilati* nomenclatura illud ipsum in hac nostra acceptione minùs latina significat, quod significat latinum nomen, *Emeritus*; tribuiturque etiam Servis, qui diutinis sui famulatus laboribus jam perfuncti, ab iisque cum remuneratione aliqua absoluti, a laboribus illiusmodi vacationem jam habent. Sin autem ad rem ipsam, quæ significari voluit *Emeriti* nomine, attendamus; idem *Emeriti*, ac *Jubilati* Gradus esse tunc perstitit, sicuti est etiam modò. Quod enim est *Jubilatus* in Regulari Observantia, id est *Emeritus* in Strictiori. Sed & Privilegia tunc eadem permanserunt. Siquidem ex Privilegiis, quæ fuerant a Capitulo Toletano tributa, Romanum laudatum nihil prorsus detraxit; sed ea salva, & integra esse voluit, ideoque etiam *jus subrogandi*. Quare illa *Emeriti* nomenclatio, ab Romano illo Capitulo Lectoribus, de quibus loquimur, attributa, consuetudini Provinciæ, de qua agebatur, planè nihil favebat.

Quod verò ad sumptus attinet faciendos in Disputationes publicas; jam quantum sit satis, provisum fuit per Generalia Reformationis Statuta (d. C. 9. n. 9.); immò etiam per Statuta Generalia Ordinis (cit. Capit. Gen. Rom. 1612. *Pro utraq. Famil.* tit. *De Studiis Liter.* §. *Nullus*, in d. Chron. Mich. Ang. Neap. p. 540. A. post init.; Cap. Gen. Tolet. 1658. *Pro utraq. Famil.* n. 1., in Chron. Perus. Par. I. p. 88. A.).

Quam ob rem rationes illæ Sac. Cong̃i expositæ facere meritò potuerunt, quod fecerunt reapse, ut *revalidatio* concederetur; minimè verò, ut quidquam simile in futurum tempus permitteretur contra Formam in Clementis, & Ordinis Constitutionibus imperatam.

(*e*) Inter has extat postrema Constitutio Mantuana 1762. (Sess. XIII. §. *Ad legendam*, supr. p. 449. A. post init.): *Ad legendam S. Theologiam in Provinciis præsertim Reformatorum nullo modo imposterum Lectores* (ideoque sive postea sint, sive non sint Lectores Reformati ad Emerentiam concursuri) *per privatum examen deputentur, sed prævia dumtaxat oppositione, sive, ut vocant, Concursu coram Definitorio habendo, quemadmodum de examine Prædicatorum §. antecedenti statutum est*: nempe (ut ibi in §. præc. dicitur) *coram pleno Definitorio Provinciæ, vel in Cong̃ibus, & Capitulis Provincialibus, vel alia quacumque de causa collegialiter congregato.*

Qua

= Qua Constitutions (ad PP. Lectores Reformatos quod attinet) aa ipsa modificatio in Statutis pristinis facta fuit circa Theologiæ Lectores Provinciarum Reformatarum, quæ facta jam fuerat in Congñe Gen. Romana 1679. n. 7. circa Lectores Artium Provinciarum earumdem (in Chron. Perus. Par. I. p. 189. B.) . Facta autem utraque fuit ex intentione etiam Statutorum ipsorum, ut periculis occurreratur; ut videlicet, sublata delegatione, & vicaria opera *Examinatorum*, præfixaque *Examinis* forma per Oppositionem, tutiùs, pleniusque mens & finis Statutorum eorumdem adimpleretur, assumptionis nempe peritiorum ad Cathedras in publicum bonum Provinciarum: quum contrà, experientia monstrante, didicissent Reformati Patres Capitulares, delegatam illam Examinatorum operam, & Examen sine Oppositione frustrari non raró eum finem, quem Statuta illa summo studio propositum habuerunt, & intenderunt, ut nimirum qui re vera essent habiliores, conscenderant Cathedras; non autem minùs periti, daturi mox progeniem imperitiorem in Provinciarum, & Fidelium quoque detrimentum gravissimum. Lege quæ in re affini alibi diximus circa præcedens Mantuanum Statutum de Concionatoribus (sub d. 1. Maji 1763. Not. *d.* §. *Etsi*, ac seq., & §. *Prædicta* post med., p. 515.). Aliæ modificationes similes factæ fuerunt in Comitiis Gen.; ut in Capitulo Gen. Tolet. 1658. cùm alibi, tum in Statuto quinto (Tit. *Pro Famil. Ultram.*, in cit. Chron. p. 89.), de quo Sratuto vid. Lantusc. (Theatr. Reg. v. *Prominister*).

= Hæc porrò Mantuana Constitutio obligavit utique Lectores postea deputandos, non verò jam deputatos. Quam ob caussam & in Relatione P. Viceprocuratoris Gen. (supr. Not. *a*), & in supplici Libello tunc S. Congñi porrecto, de Constitutione eadem nulla facta mentio fuit (nam cæterùm Statutum istud crediderim Provinciam supplicantem, & præsertim P. Viceprocuratorem minimè latuisse). Interpellata siquidem S. Congño fuit pro Theologiæ Lectoribus, *de' quali* (ut in Libello ipso exponebatur) *parte hanno finito il corso duodennale, e sono già dichiarati Emeriti, e parte si accingono per fare il nuovo concorso pel secondo Sessennio*: qui proinde constituti Lectores fuerant jam ante Mantuanum Capitulum. Itaque tota res vertebatur in priscis Legibus, & in immemorabili Provinciæ consuetudine illas non omni ex parte servandi circa literaria munia in iis præscripta, & circa institutionem in Comitiis (quam institutionis formam Mantuanum Capitulum nihil mutavit, ut de Concionatoribus dicebamus sub cit. d. 1. Maji 1763. Not. *d.* §. *Neque verò*; sed Examen tantùm extra Comitia fieri posse concessit, ut concedunt quoque Reformationis Statuta).

= Omnia ista, quæ haetenus persequuti sumus, pretium operæ duximus admonere ad amovenda in Provinciis, ubi Emerentia viget, in præscriptis conditionibus adimplendis errorum pericula, ex quibus facilè deinceps dubietates, & altercationes exoriuntur: quæ altera fuit ex rationibus, olim tum Anno 1709., tum 1720. contra Emerentiæ Gradum productis, ob quas tandem Clemens XI. eum Gradum e medio sustulit (Const. *Inter cæteras* 6. Sept. d. An. 1720., in Chron. Perus. Par. I. p. 574. seq.). Eædemque illæ disceptationes inter Lectores, servatæ videlicet necne fuissent ab unoquoque imperatæ conditiones omnes, in caussa, ut fertur, deinceps fuerunt, cur pluræque Provinciarum eidem Gradui per Clementem XII. restituto renuntiaverint.

= 1765. 4. Sept. = Decreto hujus diei damnatus, vetitusque fuit Liber, cui titulus est: *Lettera prima, seconda, terza, intorno la Bolla, che comincia*: Apostolicum pascendi Dominici Gregis munus.

1765. 24. Sept. *Admonetur universus Ordo de obitu Sereniss. D.* Philippi Borbonii: *mandaturque, ut pro ejus Anima præscripta Funerum solemnia quantocyùs celebrentur.*

FR. JOSEPH M. DE VEDANO

Ord. Min. S. P. N. Francisci Lector Jubilatus, & in Universa Cismont. Familia tam Observant., quam Reformator., & Conceptionistar. Commissarius Gen.,
& Servus

Dilectis in Christo universis Patribus, Fratribus, Monialibus, Superioribus, ac Subditis, curæ, & jurisdictioni nostræ subjectis, salutem, plenamque in Spiritu Sancto consolationem.

QUam justis Nobiscum lacrymis Familia nostra universa proseeuta sit acerbum funus, atque inopinatum Philippi Borbonii Serenissimi Hispaniarum Infantis, ac Parmæ, Placentiæ, & Guastallæ Ducis, æstimari hoc debet omnino ex singulari illa pietate, & beneficentia, qua is, sive in Hispania versaretur, sive in Italia, SS. Patriarcham Franciscum apprimè coluit, & Ordinem amavit suum. Sensit præcipue jacturam, qui præcipuam senserat benevolentiam, Rmus P. N. Minister Gen., quemadmodum ex suis hisce, quas subjicimus, Literis mœroris, ac officii plenis intelligere potestis.

FR. PETRUS JOANNETIUS DE MOLINA

S. Theologiæ antiquus Lector, Catholicæ Majestatis in Regali Congressu pro Immaculata Conceptione B. M. V. Theologus, totius Ordinis Minorum Generalis Minister,
& Servus

Dilectis plurimum in Christo Patribus, Fratribus, & Sororibus totius nostri Ordinis, ac Secundi, & Tertii, atque Conceptionistarum, & Annuntiationis Bmæ Virg. Mariæ *Nobis subjectorum, salutem in Domino IESU, qui est vera Salus.*

OFficii nostri cura, & sollicitudo præcipua in id potissimum debet intendere, ut ab omnibus Subditis nostris debita justitiæ cuicumque persolvantur, præsertim vero illis, qui Nobis, & universo Ordini nostro suæ liberalitatis, munificentiæ, & Protectionis argumenta dedere. Cum igitur Sereniss. D. D. Philippus Borbonius Infans Hispaniæ, Dux Parmæ, Placentiæ, & Guastallæ, olim totius nostri Ordinis universalis Patronus, Protector, atque Defensor acerrimus, non sine ingenti cordis nostri do-

dolore, totius Hispaniæ Regni mœstitia, atque ipsius Status Parmæ maxima jactura, e vivis sublatus sit Alexandriæ die 18. mensis Julii currentis anni; id ipsum vobis tremula manu, tinctoque defluentibus lacrymis calamo, nunciare cogimur per has nostras encyclicas Litteras, non solum, ut tanti Protectoris, & insignis Benefactoris jacturam una mecum ploretis; sed etiam, & præcipue, ut pro ipsius Anima omnia Suffragia, & Orationes, quæ universæ Religio, illiusque Provinciæ, Conventus, Monasteria, Fratres, & Moniales. ex debito justitiæ, & in signum gratitudinis, tenentur persolvere, quanto citius, nullaque interposita mora persolvatis.

Quamvis enim Patronatus nostri Seraphici Ordinis ad Serenissimum D. D. Ludovicum Borbonium Hispaniæ Infantem, & Comitem de Chinchon translatus sit, tamen Capitulum Mantuanum condidit Decretum tenoris sequentis, videlicet: „ Quia vero Sereniss. Princeps Philippus Borbonius &c. (*supr. p.* 450. *B. post med.*).

Suffragia autem, quæ Patronis nostræ Religionis debentur, constant ex Articulo quinto solemnissimi Instrumenti confecti inter Partes, quod vobis hic adamussim transcribo: „ Quinto, Religionem se obligare, quod, quandocumque post multos annos ex hac ad meliorem vitam transeat Serenissimus Infans, seu sua charissima (*a*) Conjux, actuales Patroni, & Protectores universales Ordinis, in omnibus, & singulis Conventibus totius Religionis, & in quolibet eorum „ Exequiæ funerales celebrabuntur, nempe, Vigilia, Missa Solemnis, & demum Responsorium pro quolibet eorum, majori cum solemnitate possibili. Et ad hunc effectum Rmi PP. tum Ministri Generales, tum Commissarii Generales respective tenebuntur ad prædictam mortem nuntiandam suis Patentalibus Litteris omnibus Prælatis Provincialibus, illis denuo injungendo, & præcipiendo, ut ordinatum adimpleant, & adimpleri faciant ab omnibus suis Subditis tam Fratribus, quam Monialibus iotra bimestre, numeratum a die publicationis superioris ordinis respective in quolibet Conventu „.

His igitur rationibus, & documentis muniti, vobis omnibus districte præcipimus, ut, his nostris Litteris receptis, quæ in præfato Articulo quinto continentur, executioni mandetis, & insuper in vestris Sacrificiis, & Orationibus privatis Animam prædicti Sereniss. Infantis, & Patroni nostri Philippi Borbonii Deo ferventissime commendare non omittatis. RR. PP. Ministri easdem has nostras in omnibus Conventibus, & Monasteriis suarum respective Provinciarum illico legi, & publicari curabunt in plena Fratrum, & Monialium Communitate, ut moris est, Nosque certiores reddent, quod ita factum sit.

Datis in hoc nostro Conv. B. M. V. Rosarii Villæ Regalis die 24. mensis Augusti anni Dñi 1765.

Fr. Petrus Joann. de Molina
Minister Gener.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Rmi in Christo Patris
Fr. Antonius a Consuegra Secret.
Gen. Ord.

Verum a summi luctus acerbitate quamquam abduci animus nequeat; in medio tamen dolore levatur haud parum, ac se se instaurat, cum Ferdinandum Filium, ut opum, & Dignitatis, sic morum, ingenii, pietatis hæredem intuemur, ac successorem, in quo Parentem redivivum, ac Regiæ utriusque Gentis Borbonicæ, & Farnesiæ, unde sanguinem ducit, egregias virtutes perpetuò (*b*) futuras, ex his, quæ gerit sapienter Adolescens, optimo jure suspicamur. Hinc Majorum suorum exempla secutus quin homines nostros (*c*) ea, qua Philippus Pater solebat, humanitate complecti, beneficiis augere, tueri potentia velit, cum minime ambigimus, tum id ut faciat, etiam atque etiam demisse rogamus. Vos autem, dilectissimi, postquam solemnibus Exequiarum officiis Philippo Borbonio persolutis immortalia illi præmia a Deo precati fueritis, præstantissimo ejus Filio, in his præsertim Principatus initiis, rerum successus fortunatissimos exorare jubemus. Valete.

Dat. Romæ apud Aram Cœli VIII. Cal. Octobr. MDCCLXV.

Fr. Joseph Maria de Vedano
Commiss. Gen.

Loco ✠ Sigilli.

De mand. Rmi in Christo Patris
Fr. Jacobus Antonius Tusculanus Secr. Gener.

= (*a*) Vid. supr. ad d. 28. Januar. 1760. p. 353.

= (*b*) Rmi Patris judicium sapiens, eximia pietas, ac = religio Principis comprobavit, & comprobat. = Singulares illius virtutes totus Christianus Orbis mi- = ratur. Denique Viri ipsi Deo per solemnia Vota = dicati habent in Regio Principe, quod æmulentur.

= (*c*) Ne in hac quidem parte falsus animo est = Rmus Pater. Nullum beneficii genus, quandoeum- = que res tulit, Celsissimus Dux prætermisit, quod = ad hominum nostrorum vel utilitatem, vel di- = gnitatem pertineret. Raro quoque exemplo Ire- = næum Affò a Buxeto Observantis Provinciæ Bo- = noniensis, & Ordinis Patrem, Literatia Viria = jam notum, Regiæ suæ Bibliothecæ Præfectum = designavit. Atque, ut complectamur brevi, ex = Majoribus suis nostri Nominis amantissimis ne- = mini ille quicquam concedit in nostratibus juvan- = dis, tuendis, ornandis.

1765. 12. Oct. *Iterantur Mandata de Laicorum Fratrum, ac Tertiariorum, Oblatorumve Instructione. Alia quædam in hanc rem imperantur. Præcipitur, cogendos Seculares domesticos, & convictores iisdem Instructionibus interesse.*

FR. GIUSEPPE M. DI VEDANO

dell'Ordine de' Minori Lettor Giubbilato, ed in tutta la Cismontana Famiglia degli Osservanti, de' Riformati, e de' Concezionisti Commissario Generale,

e Servo.

IN più, e diverse guise sono giunte alla Sacra Congñe della Disciplina Regolare le dispiacenti notizie, che gli ottimi, e gravissimi suoi ordinamenti fatti in varj tempi sulla troppo necessaria istruzione de' Religiosi Laici, e Conversi nella Dottrina Cristiana, e ne' doveri del loro Istituto, sieno stati da Superiori Locali degli Ordini Regolari o del tutto trascurati, o non ridotti a quell' intero adempimento, che si desiderava. Quindi è, che la mentovata Sac. Coogñe, animata dall' oracolo, e dallo zelo del Sommo Pontefice Clemente XIII. felicemente Regnante, ha deliberato di rinnovare, ampliare, e confermare le disposizioni altre volte su di una materia cotanto importante inculcate, indi-

indirizzando ultimamente a tutti li Superiori Generali Lettera autorevole del seguente tenore =

Rm̃o Padre = Questa Sag. Congñe della Disciplina Regolare dopo le serie sue replicate Insinuazioni, e Comandi dati a tutt' i Capi delle Religioni esistenti (a) nell' Italia, e Isole annesse, e specialmente colle Circolari dei 9. Novembre 1709., dei 20. Febrajo 1739., e più recentemente dei 15. Marzo 1758. (b), di dover invigilare, acciò in ogni Monastero, Collegio, Case Regolari, e Conventi delle respetive loro Religioni, e Istituti, in ciaschedona Domenica, o Festa dell'Anno fosse da un P. Sacerdote, da destinarsi dal Superiore Locale, spiegata in ora determinata a tutt' i Religiosi Laici, e più precisamente ai Questuanti, la Dottrina Cristiana, il Catechismo, ed ancora qualche punto della Regola, premendo sopratutto au ciò, che riguarda i doveri della Vita Religiosa, che professano; si era lusingata, che fosse rimediato finalmente alla perniciosa ommissione di un obbligo così importante. Ma dalle replicate querele, che suol ricevere tanto in scritto, che in voce, e dalle condonazioni, che si domandano dai Superiori negligenti, delle meritate pene, sentendo con suo indicibil cordoglio, che venga da molti Superiori Locali negletta l'esecuzione di questo così essenziale dovere, con grandissimo danno di tutte quelle Anime, che per difetto della necessaria istruzione rimangono nella crassa ignoranza de' punti, ed articoli i più rilevanti, e più principali non solo della loro Regola, ma di quelli ancora della Fede, e Disciplina Cristiana; crede spediente di rinnovare con più calore, e premura gli Ordini già dati, per eccitare con maggior efficacia il zelo de' Superiori Generali, e Provinciali a procurare che sia generalmente eseguita una disposizione tanto salutare, con punire esemplarmente colle pene comminate delle citate Lettere Circolari i Superiori Locali negligenti a deputare chi insegni le sopraddette cose, acciò non s'incorra nel rimprovero fatto dal S. Profeta Geremia (*Cap. 4. Versic. 4.*), *Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis*, dichiarando esser degni delle medesime pene anche quei Superiori Locali, che, fatta la deputazione del detto Religioso Sacerdote, ommettessero poi d' invigilare, che dal medesimo sia puntoalmente eseguita, o che non punissero rigorosamente quelli, che dovendo intervenire alla spiegazione, colpevolmente se ne esentano.

Acciocchè però le suddette cose siano più esattamente osservate, confermando quanto si ordina nelle dette citate Circolari, stabilisce inoltre questa Sag. Congñe, che sia cura de' Superiori Maggiori di prescrivere a tutt' i Visitatori delle Provincie, e Padri Provinciali di esigere nell' atto della Visita dai Superiori Locali una Nota circostanziata tanto del Nome del Religioso Sacerdote da loro assegnato a far detta Spiegazione, quanto de' giorni precisi, in cui è stata fatta dentro l' Anno, e del Nome di tutti quelli Religiosi Laici, Professi, o Novizj, o Oblati, Donati, o Terziarj, che vi sono di volta in volta intervenuti, o del castigo dato a quelli, che volontariamente avessero ricusato, o negletto d' intervenirvi.

Perchè poi il prendersi una non men prudente, che diligente sollecitudine di tutto quello, che appartiene non solo al buon essere della Vita, ma molto più ancora alla Salvezza Eterna di quelli, che s' impiegano interamente al comodo, vantaggio universale, e servigio delle Religioni servendole giorno, e notte, che o Domestici, o Famigliari si chiamano, è tanto indispensabile, che vengono considerati dall' Apostolo peggiori degl' Infedeli quei che la trascurano (*ad Timoth. 1. C. 5. V. 8.*), *Qui suorum, & maxime Domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior*: Quindi con molta sorpresa ha inteso questa Sacra Congñe, che in molte Case Religiose, Monasterii, Conventi, o Collegj dell' Italia sia talmente negletta l' Istruzione di quei Secolari laici, i quali, comechè unicamente, o principalmente impiegati al servigio de' Religiosi, vengono quasi ad esser riputati membri delle Comunità Regolari, a cui sono addetti, e di cui sono continui Famigliari, e Commensali, che rimanghino nella più deplorabile ignoranza delle cose le più necessarie da credersi, e degli obblighi indispensabili del Cristiano, ignoranza tanto più compassionevole, quanto che esenti tali Persone per disposizione Canonica, e specialmente della Costituzione *Superna* (c) di Clemente X., dalla cura immediata de' Parochi (d), non possono neppur questi supplir alla crassa, e dannevole negligenza de' loro Padroni: Onde i miseri in mezzo a quelli, che per Professione, ed Istituto dovrebbero adoperarsi con zelo, e sollecitudine per la loro Eterna Salute, rimangono ignari di tutte quelle cognizioni o necessarie, o che possono facilitargliene il sospirato conseguimento.

Mossa pertanto la Sag. Congñe da tutti questi gravi riflessi, e stimolata principalmente dal Vivo Oracolo, Paterno Zelo, ed Espresso Comando della Santità di Nostro Signore Clemente XIII. felicemente Regnante, ordina, e prescrive, che sotto le medesime pene comminate dalle Lettere Circolari sopraddette, di privazione, e di sospensione dall' Offizio, di privazione di Voce attiva, e passiva, siano obbligati altresì i Superiori Locali a costringere tutt' i loro Famigliari Secolari laici ad intervenire alla Dottrina Cristiana, ed Istruzioni, che in virtù delle medesime Lettere sono tenuti di far fare una volta almeno alla Settimana ai loro Conversi; altrimenti oltre allo stretto conto, che render ne dovranno a Dio, trascurando questo troppo loro preciso dovere, incorreranno irremisibilmente nelle suddette pene, ed altre maggiori ad arbitrio di questa Sag. Congñe, la quale perciò ne incarica la coscienza de' Superiori Maggiori, e Provinciali, affinchè questa sua disposizione sia in tutte le sue parti puntualmente eseguita. Ed acciocchè si mantenga sempre presente tuttociò, che di sopra si è detto, vuole la medesima Sag. Congñe, che questa sua Lettera unitamente con quella dei 15. Marzo 1758. di sopra citata sia fatta leggere da ciascheduno Superiore Locale due volte all'Anno in pubblico Refettorio di ciascun Convento nella stessa maniera, che si pratica di altri simili Ordini.

Non dubita questa Sac. Congñe, che Vostra Paternità adempirà col suo commendabile zelo quanto di sopra gli è ingiunto, e ne procurerà con tutto il rigore l' esatta esecuzione: ed attendendo il riscontro della medesima, auguro alla Paternità Vostra ogni felicità. Roma 30. Settembre 1765.

Al Piacer di Vostra Paternità

P. G. Card. Guglielmi Prefetto.

G. Lascaris Patriarca di Gerusalemme Segr.

Recandoci pertanto alla perfetta esecuzione degli Ordini surriferiti, incarichiamo non meno i

PP,

PP. Ministri, che i Visitatnei delle nostre Provincie, che nelle Visite Canoniche de' Conventi, e degli Ospizj accuratamente pratichino quelle eicerche, che di sopra dalls Sag. Congñe vengon loco imposte; e in caso di contravenzione procedano alle pene prescritte contra i Superiori Locali; i quali al certo non debbono andar immuni dalle medesime pee aver solamente deputato un P. Sacerdote a fare il Catechismo, quante volte non abbiano insieme attentamente veglisto, e adoperato tutt' i mezzi più valevoli per la sollecita diligenzs de' Catechisti in fare le Istruzioni in tutt' i giorni determinati, e per lo intervento, e frequenza tanto de' Religiosi Laici, quanto de' Terziarj, e de' Seculsri da servigio, che ne' Conventi soggiornano. Ad oggetto poi, che eesti ne' Superiori, e nei Sudditi immanchevole la memoria di eutesti loro obblighi indispensabili, dovranno i peimi, anche sotto pena di Sospensione dall'Offizio, ogni sei mesi all' anno in pubblica mensa far leggere insieme colla Lettera Circolare, sopra tal particolare emanata del 1758., ezisndio la presente, di cui pereiò conserverassi per sempre in ogni Convento un fedele esemplare. E per fine preghiamo a tutti dal Signore Dio la pienezza delle Celesti Benedizioni.

Roma Araceli 12. Ottobre 1765.

Affezionatiss. Servo nel Signore

F. Ginseppe M. di Vedano Commiss. Gen.

Loco ✠ Sigilli.

Per comandam. di S. P. Rña

F. Ciscomantonio di Frascati Segret. Gen.

= (a) Cur mentio fiat de Italia tantùm, & adjacentibus Insulis, explicatum est slibi (sub d. 1. Apr. 1758. in Nnt.).

= (b) Supr. ad cit. d. 1. Apr.

= (c) Eam dabimus ad calcem sequentis Voluminis (in Supplem. p. VII. sub fin. & seqq.).

= (d) De hoc argumento passim agunt Authoces, & inter alios nnster Lucius Ferrsris (v. *Approbatio* art. 1. a n. 64. ad 70.). Addimus quæ leguntue in Folio S. Congñis Concilii dici 25. Januar. 1738. in Causs *Uratislavien. Jurium Parochialium* (Thesaur. Resolut. ejusd. S. C. inter Resolutiones An. 1738. p. 17.). Sic ibi dicitur = „ Ad illustrandsm verò quæstionem, sub infrascripta Dubio decidendam, præter es, quæ generaliter tradunt Nicol. in Floseul. v. *Regularis*, Tamburin. de Sacrif. Miss. disp. 5., Passerin. de Stat. homin. To. 2. qu. 187. act. 1. n. 982. & seqq., Monacell. Part. 2. tit. 16. fol. 10. n. 22., Pellizzac. in Manual. Regul. To. 2. tr. 8. c. 8. sect. 1. n. 7., Emus Petra sd Constit. 9. Innoc. III. sect. unic. n. 43. To. 2.; non abs re est adnotare, quod in una *Mediolanea.*, discusso inter cætera hoc Dubio, *V. An laicis, qui intra Claustra Regularium habitant, & illis actu serviunt, possint Regulares Sacramentum Eucharistiæ & tempore Paschæ, ac Extremæ Unctionis ministrare, necnon in eorum Ecclesiis eisdem laicis Sepulturam dare?* S. Congo sub Mensem Junii 1587. rescripsit, *Posse*, ut in Lib. 4. Decr. p. 267. & seqq. Omnibus itaque perpensis, deliberandum eeit: *An P. Abbati Monasterii S. Vincentii Ord. Præmonstraten. in Civitate Uratislaviæ, sive Religiosis ab eo deputatis competat exercitium omnimodæ Iurisdictionis Parochialis quoad Personas inservientium eidem Monasterio, eorumque familias, tam degentium intra, quam extra illius septa in casu &c.?* „ =

= Huic autem Dubio Emi PP. in ea ipsa Congñe habita die prædicta 25. Januar. 1738. sic responderunt, ut subjicitur in eodem Folio = „ *Negative, & P. Abbatem, sive Religiosos ab ipso deputatos posse tantum laicis degentibus intra septa Monasterii, eique actu inservientibus ministrare Sacramenta Eucharistiæ etiam tempore Paschalis, ac Extremæ Unctionis, necnon Sepulturam dare in propria Ecclesia, juxta Decretum editum in Mediolanen.* „

1765. 6. Nov. *Minoritarum Officium cum Missa* Immaculatæ Conceptionis Deiparæ *utrique Clero Diœcesis Lucensis in Die festo, & per Oct. Ritu dupl. I. Cl. recitandum conceditur.*

L U C A N A

SS. D. N. Clemens PP. XIII. ad enixas preces Rñi Archiepiscopi Lucensis eidem Sanctitati Suæ porrectas benignè indulsit, ut a Clero Sæculari, & Regulari præfatæ Civitatis, (a) & Diœcesis Officium proprium cum Missa Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ Virginis Patronæ Principalis dictæ Civitatis, tam in Die festo, quàm per totam illius Octavam, prout in Universo Ordine S. Francisci (b) peragitue, in posterum sub Ritu duplicis primæ Classis recitari (c) possit, & valeat. Die 6. Novembris 1765.

Joseph Maria Card. Ferani Præfect.

Loco ✠ Sigilli.

S. Archiep. Theodosiæ S. R. C. Secr.

= (a) Nihil mieamur, quod nobilissima Respublica cùm libera ab Anno circitet 30. quintidecimi Seculi, tum florentissima semper fuerit, & sit. Potentissimam sibi ills & Filii, & Matris Protectionem pcomernit. Enarrari verbis vix potest, qusnta sit ejus Pietas in venerandsm illam sacrosanctam Imaginem Jesu Christi Servatoris e Cruce pendentis, ad similitudinem Ipsius olim expressam curante Nicodemo nocturno Christi discipulo, sicut vetus firmiter testatuc traditio; perpetuum idcirco ab exordio usque nascentis Ecclesiæ monimentum ad Posteros transmissum, quod perditos Iconomachos & veteres, & recentes uti hactenus, sic deinceps erroris sempee, & impietstis coarguet (vid. inter alios Eminentiss. Cæs. Baron. ad Ann. 1099. n. XL. & seq. Tom. 18. Edit. Lucen. 1746. p. 105. B. seq.; Luc. Tuden. Lib. 2. contra Albig. c. 11.; Jacob. Cretser. *de S. Cruce* Tom. I. Lib. 2. c. 1. p. 178. B. & seq.; Jacob. Bos. in Tract. de Triumphante, & gloriosa Cruce, italicè edito Romæ 1610. Lib. 1. c. 15. §. *Alle quali* p. 99., & Lib. 6. c. 11. §. ult. p. 685.; Laurent. Beyerlinck Archipresb. Antuerpien. *Magnum Theatr. Vitæ human.* Tom. 2. v. *Crux* tit. *Crucis ornatus* &c. Edit. Lugdun. 1656. p. 621. A.);

= Antiquissimum verò ipsius Reipublicæ studium, & religio erga Mysterium Immaculati Conceptus Magnæ Dei Mateis, ac piissima Senatusconsulta de Ipsius Electione sub eodem Mysteeio in Civitatis Patronam, de munificentissimis donis ad illius Aram in Sacra nostra B. Francisci Æde, de publico ibidem Celsissimi Consilii interventu quotannis ad Missam solemnem die VIII. Decembris, de erectione Columnæ in ejus Templi, Cœnobiique Platea, atque alia flagrantissimæ argumenta Pietstis, legenda ea sunt apud Marcum Antonium Gravois sliàs commemoratum (*De Ort., & Progress. Cultus, ac Festi Immacul. Concept.* &c., in Append. n. 211. & duob. seq., ubi n. 215. de aliis meminit = Co-

Columnis in Mysterii honorem erectis Panhormi, Bononiæ, Viennæ, Pragæ, quibus addenda Neapolitana; necnon in Summar. n. 36.).

(*b*) De hoc Minoritarum Officio, & Missa vide, quæ alias adnotavimus (sub. d. 17. Januar. 1761. Not. *e* p. 386, A.).

(*c*) Recitantes proinde in ea Civitate, ac Diœcesi Officium istud, Missamque celebrantes, ac recitationi in Ecclesiis illis, & celebrationi assistentes, lucrifaciunt Indulgentias a Sixto IV. concessas. Neque enim illæ Franciscanis dumtaxat, vel in Franciscanis tantùm Ecclesiis concessæ sunt; ut patet Sixtinam Bullam legenti. Itaque Peculiares nostræ Breviarii Rubricæ, approbatæ Anno 1696. a Sac. Rit Congñe, & mox ab Innocentio XII. (*Exponi Nobis* 3. Dec. 1697.), *Circa Officium*, inquiunt n. 51., *appositum* (jam usque a tempore Sixti IV., semperque retentum, apud cit. Gravois art. 7.) *in Breviario nostro pro Festo Immaculatæ Conceptionis, observandum est, Sixtum IV. in Extrav.* Cum præexcelsa *de Relig. & Vener. SS.* omnibus Christi Fidelibus *utriusque sexus illud recitantibus* (aut Missam celebrantibus, vel audientibus, ut hic infra dicitur), *tam in Die Festivitatis, quam per Octavam, easdem Indulgentias concessisse, quas ipsius Prædecessores Romani Pontifices dicentibus Officium Sacratiss. Corporis Christi, aut ejusdem recitationi interessentibus* (vel celebrantibus, aut audientibus Missam) *concesserant pro Die, & Octava hujus Solemnitatis. Unde excitandi sunt Fideles ad eas lucrandas tam medio Officio prædicto, quàm celebranda, aut devotè audiendo Missam, quæ cum eodem Officio a prædicto Pontifice approbata, in usu est apud Familiam Seraphicam*. Legitur ea Bulla, *Cum præexcelsa*, In Corpore Juris Canonici inter Extravagantes communes, prima sub d. Tit. *De Reliquiis, & Venerat. SS.*

Indulgentiæ autem, concessæ pro Officio, & Missa SS. Corporis Christi, sunt sequentes. In ipso Die festo, pro unaquaque ex Horis majoribus, nempe 1. Vesperis, Matutino, & 2. Vesperis, dies 400.: totidemque pro Missa. Pro singulis Horis minoribus, scilicet Prima, Tertia, Sexta, Nona, & Completorio, dies 160.

In unaquaque verò die Octavæ Festivitatis ejusdem Sacratiss. Corporis, pro singulis Horis majoribus dies 200.: ac pro Missa totidem. Pro singulis Horis minoribus dies 80.

Hæc ex Apostolicis Bullis compertissima sunt. Primùm namque Urbanus IV. in sua Bulla institutionis ipsius Festi SS. Corporis Christi, quæ incipit, *Transiturus*, edita An. 1264. §. ult. (Bullar. Rom. Edit. Mainard. To. 3. p. 416.); *Omnibus*, ait, *vere pœnitentibus, & confessis, qui Matutinali Officio Festi ejusdem . . . interfuerint; centum* (*dies de injunctis sibi pœnitentiis relaxamus*, ut in fine dicitur): *Qui verò Missæ; totidem: Qui autem in primis ipsius Festi Vesperis interfuerint; similiter centum: Qui vero in secundis* (Vesperis); *totidem: Illis vero, qui Primæ, Tertiæ, & Sextæ, Nonæ, ac Completorii Officiis interfuerint; pro qualibet Horarum ipsarum quadraginta*.

Ad Octavam verò quod attinet; *Illis autem*, subdit, *qui per Octavas illius Festi Matutinalibus, Vespertinis, Missæ, ac prædictarum Horarum Officiis interfuerint; centum dies singulis Octavarum ipsarum diebus . . . . de injunctis sibi pœnitentiis relaxamus*. Extat Constitutio illa inserta quoque Clementinæ unicæ, *Si Dominum*, de Reliq. & Vener. SS.

Chronol. Seraph.

Quo loco Glossa in hæc postrema verba (in v. *Officiis*) censet, in singulis Octavæ diebus non concedi dies illos centum, nisi assistentibus Missæ, aliisque Officiis omnibus illius diei. *Omnibus*, inquit (Officiis), *quoad dies Octavæ: nec puto, quod hic fiat distributio, ut partem habeat, qui certis* (Officiis) *interest*. Idque meritò: quandoquidem hic de Octava loquens non utitur Pontifex, uti supra, dum agit de ipso Solemnitatis Die, verbo ullo distributionem præ se ferente. Indulgentiæ autem sunt restrictæ interpretationis, ut notabimus alibi.

Deinde verò Martinus V. Indulgentias in Die festo SS. Corporis duplicavit; auxitque etiam in diebus Octavæ (*Ineffabile* VII. Kal. Jun., Pontificatus An. XII., i. e. An. 1429., d. Bull. Rom. To. 3. Par. 2. p. 461. seq.). Nam post narratas (§. 1.) Indulgentias præfatas, ab Urbano IV. impertitas; concessit ipse (§. 2.) singulis Fidelibus *verè pœnitentibus, & confessis*, in Die quidem festo, *pro Matutinali* (Officio dies) *ducentos; & pro Missæ Officiis totidem; ac pro qualibet Vesperarum etiam ducentos: reliquarum vero* (pro qualibet nimirum ex reliquis Horis minoribus), *videlicet Primæ, Tertiæ, Sextæ, & Nonæ, ac Completorii Festi, octuaginta*.

Quod porrò ad Octavam spectat; *Rursus*, ait, *in quibuslibet Octavarum diebus pro singulis* (non pro omnibus simul, ut supra Urbanus) *Matutinalium, Missarum, & Vesperarum, similiter centum; necnon* (pro singulis) *reliquarum Horarum Officiorum hujusmodi, quadraginta*.

Tandem Eugenius IV. (*Excellentissimum* VII. Kal. Jun. 1433., cit. Bullar. Rom. To. 3. Par. 3. p. 9.), relatis in §. 1. Concessionibus Urbani IV., & Martini V., Indulgentias duplicavit, a Martino V. in Die Solemnitatis, & per Octavam concessas. *Nos verò* (inquit §. 2.) . . . . . *præmissis per eumdem Martinum Prædecessorem, ut præfertur, relaxatis diebus alios totidem dies, pariformiter ab ipsis Fidelibus consequendos, adjicimus per præsentes*.

Eæ igitur, quas supra diximus (§. *Indulgentiæ*, & seq.), sunt Indulgentiæ per Summos Pontifices Sixti IV. Decessores jam concessæ in Festo, & Octava SS. Corporis Christi. Illas consequenter omnes idem Sixtus extendit ad Fideles cunctos, ut supra, in Festo, & Octava Immaculatæ Conceptionis Deiparæ: easque idcircò adipiscuntur Lucenses, æquè ac Hispani, & Indi (de quib. ad cit. d. 17. Jan. 1761.), aliique in Locis aliis, ubi Franciscanum idem Officium, *Sicut Lilium*, & Missa *Egredimini* concessa sunt (de quib. Locis vid. Gravois in cit. Summar. sub num. 21.).

Hæc eò libentiùs exposuimus, quòd sciamus, dudum in quadam Curia Episcopali (vigilantia quidem summè laudabili, ne Indulgentiæ apocryphæ promulgentur) circa Indulgentias istas ortam dubitationem fuisse, quum quidam e nostris eidem Curiæ exhibuisset *Invitamenti* Folium imprimendum (vulgò *Invito Sacro*), jam alias ab antiquo tempore cum ipsius Curiæ facultate quotannis impressum: quo ad excitandam Fidelium pietatem, ut supra etiam Rubrica præscribit (§. primo huj. Not. sub fin.), admoneri iidem solent de imminenti Festo Immaculatæ Conceptionis solemniter in ea Ecclesia celebrando, deque Indulgentiis in Die illa, & per Octavam

= ab Apostolica S. Sede concessis. Necesse iccirco
= ob hanc pariter rationem censuimus, recensita
= Monumenta proferre, ut quemadmodum eorum
= ope omnis in ea Curia difficultas evanuit; sic per
= eadem alibi similibus difficultatibus occurri pos-
= sit, ubi illæ fortasse suboriantur.

= Quoniam verò incidit sermo in Indulgentias
= istiusmodi; quum videamus, apud Auctores, &
= multò magis in Calendariis brevitati studentibus,
= indiscriminatim dici, easdem illas Indulgentias,
= impertitas Fidelibus in Festo Corporis Christi,
= in aliis quibusdam Festis acquiri; subjiciendum
= propterea existimamus, in Festo quidem SS. Nomi-
= nis Jesu illas ipsas Indulgentias lucrifieri, quas su-
= pra descripsimus (§. *indulgentiæ*, & seq.). Nam
= Clemens VIII. in suis Apostolicis Literis, quibus
= *approbavit Officium novum SS. Nominis Jesu* (ver-
= ba sunt Rubricarum Peculiarium antiqui Breviarii
= nostri, approbatarum a S. Rit. Congne 22. Febr.
= 1666.), *quod denuò positum est inter Officia nostri*
= *Ordinis* (& perseverat adhuc); *pro die 14. Ja-*
= *nuar., in quo celebratur, concessit Indulgentias,*
= *& remissiones peccatorum, quæ concedi solent Chri-*
= *stifidelibus, sacris Officiis interessentibus in Festo*
= *Corp. Christi, & per illius Oct., in hæc verba:* „
= Et ut Fideles eò libentiùs ad dicti Officii cele-
= brationem accedant &c.; tam Officium ipsum
= celebrantibus, quàm qui illius recitationi, &
= decantationi interfuerint, ac quinquies Oratio-
= nem Dominicam, & toties Salutationem Ange-
= licam pro felici statu Romani Pontificis, & S.
= Romanæ Ecclesiæ adversus Mahumeticam, &
= Lutheranam perfidiam, ac universali Principum,
= & aliorum Fidelium pace devote recitaverint,
= similes Indulgentias, & peccatorum remissiones,
= quæ prædictis Christifidelibus in Officio Festi
= Corporis Christi, & per illius Octavam „ (ubi
= nempe Festum SS. Nominis vel quia Titulus sit
= Ecclesiæ, vel alia de caussa cum Octava legiti-
= mè celebretur) „ in Ecclesiis, in quibus celebra-
= tur, interessentibus sunt concessæ, concedimus,
= & elargimur „. Hucusque Rubricæ Anni 1666.
= Quæ ipsa Concessio refertur ex iisdem Rubricis
= in Rubricis aliis supra laudatis Anni 1697. (n.53.).

= At vero quod pertinet ad Festum Visitationis
= B. M. V.; Urbanus VI., ipsius Festi Institutor,
= ejusdemque Successor Bonifacius IX. (qui dispo-
= sitiones omnes Urbani Decessoris sui circa Fe-
= stum idem, super quibus ab illo morte præce-
= pto Apostolicæ Literæ expeditæ non fuerant, con-
= firmavit, promulgavitque), ii, inquam, Ponti-
= fices *volentes ad colendum tantæ Festum Virginis,*
= *& etiam celebrandum Christi fideles donis spiritua-*
= *libus animare*; iisdem *omnibus verè pœnitentibus,*
= *& confessis*, qui in Die festo Missæ, aut alicui
= ex Horis Canonicis, per Octavam verò (ubi hæc
= celebraretur) Missæ, & Horarum Officiis inter-
= fuissent, concesserunt solummodò Indulgentias il-
= las, quas supra diximus (§. *Hæc*, & seq.) fuis-
= se in Festo, & per Oct. Sacratiss. Corporis ab
= Urbano IV. concessas. Id licet videre in Const.
= *Superni* Bonifacii IX., data V. Id. Nov., Ponti-
= ficatus An. 1., h. e. An. 1389. (cit. Bullar. Rom.
= To. 3. Par. 2. p. 378. seq. §. 4.).

= Easdem quoque Indulgentias, quas Urbanus
= IV. fuerat elargitus in Die ipso Solemnitatis Cor-
= poris Christi, eademque omnino forma (supr. §.
= *Hæc*), concessit pariter Calixtus III. *omnibus verè*
= *pœnitentibus, & confessis* in Die festo Transfigura-
= tionis Domini per suam Bullam, qua Festum
= idem Dominicæ Transfigurationis instituit (*Inter*
= *Divinæ* VIII. Id. Aug. 1457. §. 4., d. Bull. Rom.
= To. 3. Par. 3. p. 88.). Ac solùm per ipsius Fe-
= sti Octavam, ubi hæc celebratur, *& maximè*
= (inquit) *in Ecclesiis sub ipsius Salvatoris invoca-*
= *tione fundatis, illas omninò* Christifideles *Indulgen-*
= *tias consequantur, quas in Octava Festi Sacratiss.*
= *Corporis Christi Horis hujusmodi interessentibus*
= *Prædecessores nostri pia largitione concesserunt*; ideo-
= que eas omnes, quas recensuimus supra (§. *In*
= *unaquaque*). Secundùm hæc igitur pro Festis
= Transfigurationis, ac Visitationis promulgandæ
= Indulgentiæ sunt.

1765. 10. Nov. *Rmi P. Commissarii Gen.*
Literæ encycliæ, quibus in rem Familiæ publi-
cam, privatamque perutilia multa
præscribit.

FR. JOSEPH M. DE VEDANO

Ord. Min. S. P. N. Francisci Lector Jubil. & in
universa Cismont. Familia tam Observant.,
quam Reformator., & Conceptionistar.
Commissarius Generalis,
& Servus

Dilectis in Christo universis PP., & FF., Su-
perioribus, ac Subditis, curæ, & jurisdi-
ctioni nostræ subjectis salutem, veramque
in Spiritu S. consolationem.

I. UBi primum timor ac tremor, quo ex gravissimo onere præter expectationem imposito correpti fuimus, paulisper remisit, levavimus oculos in circuitu, & vidimus ingentem animarum multitudinem curæ nostræ commissam, pro quarum salute non modo orare nos cum Moyse in Monte, sed etiam cum Josue in arena pugnare, non tantum cum Apostolo Paulo (1) *impendere, & superimpendi*, verum etiam cum Pastorum Principe (2) *animam*, si opus sit, *ponere* debere intelleximus, & plane non detrectavimus. Tum fratres, & filios in Jesu Christo carissimos, omnes & singulos, etsi corpore absentes, spiritu tamen præsentes salutavimus in osculo sancto, ac peramanter complexos in sinu cordis nostri portandos suscepimus, simulque flagrare cœpimus desiderio eos commonendi tam de curis magnisque studiis nostris, quam de eorum officiis, quibus & communi pauperculæ Reipublicæ, & privato cujusque bono cum æterna felicitate conjuncto consuleretur. Quod hactenus per nunquam intermissa negocia non licuit, hoc tandem, dilectissimi, parum otii nacti nunc facimus, (3) *deprecantes vos, & consolantes, ut ambuletis digne Deo, qui vocavit vos in suum regnum & gloriam*.

II. Principio itaque compellamus vos Isaiæ verbis (4): *Attendite ad petram, unde excisi estis, & ad cavernam laci, de qua præcisi estis: attendite ad patrem vestrum*, Franciscum nempe sanctissimum Familiæ conditorem, & ad matrem vestram, Seraphicam nempe Religionem, cui nomen dedistis.

Co-

(1) 2. *Cor.* 12. 15. (2) *Joan.* 10. 15. (3) 1. *Thess.* 2. 12. (4) *Isai.* 51. 1. & 2.

Cogitate vobiscum animo juge illud sacrificium, & vestrarum voluntatum holocaustum, quod immolastis, cum per solemnia vota rebus humanis nuncium remisistis, ac vosmet sponte adstrinxistis ad serviendum Deo viventi. (5) *Quales nunc oportet vos esse in sanctis conversationibus, & pietatibus?* Qualis Templorum cultus, & nitor? Quanta ad psallendum diu, noctuque frequentia? Quæ gravitas cantus in psalmodia? Quam exacta sacrorum rituum peritia, & diligentia? Quæ virginalis modestia, ac prope Angelica reverentia in Ecclesiasticis functionibus peragendis? Utinam vero Sacerdotibus, quos propiùs sermo noster attingit, magna illa, quam de Sacerdotali dignitate Seraphicus Patriarcha habebat, perpetuo existimatio insit, ut augustum, quod gerunt, ministerium probe agnoscentes, omnes ad unum (6) *puri, & pure faciant &c.* Quare Ministri Provinciarum morum impri-mis, & probitatis initiandorum diligentiorem rationem habeant, priusquam illis sacros Ordines suscipiendi potestatem faciant: initiatis autem Sacerdotio rem Divinam peragere minime permittant, nisi antea probe perito liturgiæ, sacrorumque rituum magistro adprobatis, quibus præterea titulo recens initi Sacerdotii nihil de regulari disciplina remittendum volumus, ne, quam in sui consecratione Spiritus (7) *unctionem acceperint*, brevi amittant, & arescant.

III. At enim omnis rituum observantia irrita, vanaque erit religio nostra, si, quæ vovimus, Deo fideliter non reddiderimus. (8) *Melius quippe erat non vovere, quam post votum promissa non reddere.* Vovimus autem servare Regulam arctissimam Fratrum Minorum. Quid porro refugimus? Qui dedit (9) *velle*, dabit & *perficere*. Dominus Jesus (10) *nobiscum est*. Itaque nullis scandalis, nullis tentationibus infirmemur, ne vocationi Dei videamur ingrati, cujus tam valida sunt adjutoria, quam vera promissa. Frustra delicatuli fingunt laborem in præceptis *&c.* In consilium mentis accersunt amorem sui, falsum illum Prophetam, (11) *qui consuit pulvillos sub omni cubito manus*, & (12) *placentia respondet*. (13) *Nolite* ergo, fratres, *fieri imprudentes, sed intelligentes, quæ sit voluntas Dei*. Quam sane intelligentiam (14) *non secundum pravam aliquam, etiam inveteratissimam consuetudinem, aut doctrinam* auspicari, sed in puritate, & simplicitate cordis ab ipsamet Regula nostra, quæ haud obscura sui interpres est, atque a Summorum Pontificum Decretalibus unice repetere debemus. Ceterum Ministri, ac Guardiani importunis postulationibus, simulatisque fratrum necessitatibus commoti decipiuntur interdum dispensando. Sed (15) *Deus non irridetur*. (16) *Homo videt ea, quæ parent; Deus autem intuetur cor*. Propterea dum homo dispensat in terris, haud semel Deus condemnat in cælis (17).

IV. Quid vero dicemus de indispensabili illo *altissimæ paupertatis* præcepto, quod Regulæ nostræ caput est, tessera splendidissima Franciscanæ familiæ, Evangelicæ perfectionis fundamentum, hæreditas illa ditissima, ac pretiosissima (18) *super aurum, & topazion?* Sane perpetua illa pecuniæ non juris modo, & dominii, sed usus etiam cujuslibet abdicatione, veluti a graviori quodam impedimento expediti facilius omnino thesaurizare poteritis thesauros cœlestes, atque immortales divitias comparare. (19) *Væ ei, qui aggravat contra se densum lutum*. Ita omnibus minatur Propheta; quanto vero magis Fratribus Minoribus, quibus ex instituto, & solemni promisso ab ea prævaricatione abstinendum est? Timeant, & caveant, ne manus hoc luto commaculent, ii præsertim, qui eas ad vasa Domini quotidie extendunt. Illud Apostolicum maxime Franciscanos decet, ut (20) *habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus, quæstum magnum* existimantes *pietatem cum sufficientia*. Habemus syngrapham Jesu Christi universorum in cœlo, & in terra domini, nihil (21) eorum, quæ sunt homini opus, defuturum iis, qui relinquentes omnia propter Deum, quæsierint regnum, & justitiam ejus. Ergo (22) *sufficiat nobis paupertas nostra*. Sufficiat nobis Deus. (23) *Major est Deus corde nostro.* Sicut autem (24) *Deus non attendit facultatem, sed cupiditatem*: ita coram ipso (25) *paupertas virtus non reputatur, sed paupertatis amor*. Ille ne vero amare paupertatem altissimam dicetur, qui nullum velit paupertatis incommodum sentire? (26) *Fœdum est, profanumque mendacium summæ paupertatis professorem se asserere, & rerum penuriam pati nolle*. Hæc olim ad Ministrum quemdam Provincialem vere omnino, ac sapienter S. Bonaventura scripsit, quem in retinendo Evangelicæ inopiæ studio, & in reliqua conservanda, vel revocanda regulari disciplina hodierni Ministri imitentur oportet. Horum interest ex Statuto Toletano (27), singulis Capitulis, singulisque Congregationibus cujuslibet Provinciæ, consilio, & suffragio adhibito Patrum Definitorii, ac Discretorii, sedulo quotannis inquirere, an omnium, quæ in Regula continentur, præceptorum observantia detrimenti aliquid in Provinciæ cœnobiis, fratribusque ceperit: & ne quid deinceps captura sit, juris factique remedia severissime cavere. Atque id jure meritoque. Nam una illa sanctissima vivendi forma, qua parens Franciscus Ordinem instituit, hominum corda in se convertit, ac veluti rapuit, adeo ut pusillus Minorum grex tam subito in immensam magnitudinem excreverit, viros tum doctrinæ ac sapientiæ laude, tum generis claritate florentes undique in consortium adsciverit, alumnos suos innumeros primariis in Ecclesiastica Republica dignitatibus insignitos, quamplures etiam divinis honoribus consecratos viderit, atque Orbem universum præclara sui nominis fama impleverit. Quod si unaquæque hominum societas iis institutis consistit, & conservatur, quibus ab initio constituta est, jam facile intelligimus, quantopere Præfectis, & Patribus Provinciarum conandum sit, ut, saluberrimis paupertatis, & abstinentiæ legibus custoditis, Regulæ sanctæ fratrum vita respondeat, si salvam, si gloriosam, si Deo, hominibusque dilectam Sodalitatem nostram volunt.

V. Verum qui istud fieri poterit, nisi recipien-

(5) 2. *Petri*. 3. 11. (6) *Epist. S. P. Franc. ad Sacerd. tot. Ord.* (7) 1. *Joan*. 2. 27. (8) *Eccle*. 5. 4.
(9) *Philipp*. 2. 13. (10) *Matth*. 28. 20. (11) *Ezech*. 13. 18. (12) *Isaiæ* 30. 10.
(13) *Ephes*. 5. 17. (14) *Cap. Victor*. 1694. (15) *Galat*. 6. 7. (16) 1. *Regum* 16. 7.
(17) 2. *Corinth*. 8. 2. (18) *Psalm*. 118. 127. (19) *Habac*. 2. 6. (20) *Timoth*. 6. 8. & 6.
(21) *Matth*. 6. 33. (22) *Tob*. 5. 25. (23) 1. *Joan*. 3. 20. (24) *Aug. in Ps*. 84.
(25) *Bernar. in illud*: ecce nos reliquimus omnia. (26) *Bonavent. Epist. ad Provinc.*
(27) *Tolet*. 1633.

dorum ad Ordinem habeatur delectus: receptorum autem educatio minime negligatur? Non omnes, qui postulant, admittantur, sed ii solum, qui sibi, & Sodalitio profuturi dignoscuntur (a). (28) *Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint*. Quamobrem Ministri diligenter inquirant, qua mente, ac voluntate vitæ nostræ genus elegerint, quem finem sibi proposuerint: num zelo melioris frugis, ac perfectioris vitæ, & ut Deo liberius famulentur, an potius ex levitate, vel humano aliquo affectu, aut inordinato animi motu ducantur? Sed ii multo diligentius sunt examinandi, qui in statu Clericali Deo, & Altari inservituri erunt. Qui animi, corporisque dotibus, quæ a sacris Canonibus, nostrisque Statutis præscribuntur, carent, ii vocati non sunt, atque adeo rejiciantur. Quorsum vero indoleamus? Non numero, sed virtute gloriandum. Multitudine obruimur, delectu sustinemur. Præstat (b) pauciores esse, modo meliores &c.

VI. In tirocinium admissis magistro est opus probo, prudenti, docto. In hoc deligendo nulla nimia cura dici potest. Hinc omnis pendet monastica institutio: hinc facilior juvenum ad virtutes progressio. Sunt hi vascula recentis, quæ, quo semel ab initio imbuta fuerint, odorem servant usquequaque: sunt plantæ novellæ, quæ sequuntur leviter quo ducentis manus deflexerit. Ac cum tanti sit recta novitiorum institutio, atque educatio, quid est, quod nunquam, aut perraro graviores, doctioresque Provinciarum Patres id muneris administrandum suscipiunt, illudque tamquam dignitati, doctrinæque suæ dissentaneum indignantur? (29) *O piissime Jesu, quis ultra post te verecundabitur esse humilis ad parvulos? Quis tumescens, & elatus de sua vel magnitudine, vel scientia eorum parvitatem, ignorantiam, vel imbecillitatem audebit aspernari: quando tu, qui es benedictus in secula, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi, discipulis objurgatis, parvulos ad te venire jussisti, & amantissime complexus es?* Procul ergo omnis elatio: procul hinc omne fastidium. Nam contra si ignavis, si imprudentibus, si minus idoneis tironum institutio concredatur; periculum, ne & privata ipsorum salus, & publica prodatur utilitas.

VII. Professis hanc Religionem duplex in tota vita officium occurrit: studium videlicet orationis, & exercitium laboris. Quid Deo, quid nobis, quid proximis debeamus, in schola orationis discimus. Oratione fides firmatur, spes erigitur, charitas inflammatur, gratia obtinetur, perseverantia imploratur. (30) *Tristatur aliquis? Oret. Æquo animo est? Psallat*. Si urget occasio, si (31) *diabolus circuit*, si (32) *concupiscentia tentat*: (33) *vigilare, & orare* jubemur, ut nostris viribus diffisi habeamus victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum. Itaque (34) *oportet semper orare, & non deficere*; quia semper Dei auxilio indigemus. Qua vero ratione id fiat, declarat Augustinus (35): *In ipsa fide, & charitate continuato desiderio semper oramus. Ipsum desiderium tuum oratio tua est, &, si continuum desiderium tuum, continua est oratio*. (36) *Sed ipsa oratio non potest esse assidua, quia oportet aliis operibus occupari*. Verum enim vero, ut fratres statis quotidie horis sanctæ meditationi omnes simul vacent, cautum est pluribus Statutis, quorum observantiam Ministris, & Guardianis commendamus quam quod maxime, rati, nihil cœnobiis nostris contingere luctuosius posse ipso orationis, ac meditationis neglectu.

VIII. Laboris genus est adeptio scientiarum, & (37) *qui addit scientiam, addit & laborem*. Sed in hoc literario labore nostrates sæpiuscule peccant, alii defectu, alii excessu. Deficiunt qui scientias ad se tamquam alienam supellectilem minime pertinere arbitrati, studia quæque fastidiunt. Si eos Sanctorum exempla non movent, si majorum decreta non flectunt, si sui, proximorumque charitas non tangit; terreat demum, & vincat vox illa Divina: (38) *Quia tu scientiam repulisti, ego repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi*. Contra excedunt fines, & modum ii, quos pulchre describit, arguitque Bernardus. *Sunt*, inquit (39), *qui scire volunt eo fine tantum, ut sciant; & turpis curiositas est: & sunt qui scire volunt, ut sciantur ipsi; & turpis vanitas est: & sunt qui scire volunt, ut scientiam suam vendant pro pecunia, vel pro honoribus; & turpis quæstus est. Cibus indigestus, & qui bonam non habet decoctionem, malos generat humores, corrumpit corpus, & non nutrit; ita & multa scientia ingesta stomacho animæ, si decocta igne charitatis non fuerit, nonne illa scientia reputabitur in peccatum, tamquam cibus conversus in pravos noxiosque humores.?* Mediam porro viam, quæ virtutis est, ii tenent, ac indigitant, (40) *qui scire volunt, ut ædificent; & charitas est: & item qui scire volunt, ut ædificentur; & prudentia est*. Hanc viam optimus legum lator nostrarum Franciscus sternit, & munit aureis illis monitis: (41) *Fratres laborent fideliter, & devote, ita quod, excluso otio animæ inimico, sanctæ orationis, & devotionis spiritum non extinguant, cui debent cætera temporalia deservire*. At enim qua animi affectione, quove fine in literas ferantur juvenes, ab eorum vita moribusque auspicandum. Ad Philosophiæ, ac Theologiæ Cathedras illis omnino intercludatur aditus, quorum doctrinam probitas non antecellat. Easdem vero jam assequutis, si qui sint, qui in disciplinam, & diligentiam peccent, dejectionem de gradu comminamur, certo, nisi resipiscant, futuram, ne (42) *indigni habeant præmium jubilationis*. Sed futuris etiam Professoribus consulendum est. Qui adolescentes erudiendos suscepturi sunt, intelligant necesse est, illorum animos non tam scientiis, quam optimis moribus, institutisque monasticis informari oportere; agnoscant muneris sui gravitatem; agnoscant scientiarum tractandarum dignitatem & excellentiam; sciantque, earum verissimum fructum esse, ut non in admirationem, aut ostentationem vanam sit illa doctrinarum supellex collecta, sed ut transeat in usum vitæ, & primum omnium prosit saluti possidentis, nec in ejus mente sit tamquam in pixidicula, unde petitur res alios juvatura, ipsi vasculo inutilis. Quæ ut secum omnia commodius, altiusque recogitent, Lectoribus, qui deinceps instituendi erunt, omnino præcipimus, ut antequam docendi munus aggre-

(28) *1. Joann. 4. 1.* (29) *Gerson. in Oper. de parvulis ad Christ. trahendis.* (30) *Jacobi 5. 13.* (31) *1. Petr. 5. 8.* (32) *Jacobi 1. 14.* (33) *Lucæ 21. 36.* (34) *Luc. 18. 1.* (35) *Aug. Epist. 121. ad Probam; & in Ps. 37.* (36) *S. Tho. 2. 2. q. 83. ar. 14.* (37) *Eccle. 1. 18.* (38) *Osee 4. 6.* (39) *Bernard. Serm. 36. in Cant.* (40) *Bernard. ibid.* (41) *Regul. S. P. Francisci cap. 5.* (42) *Capit. Rom. 1651.*

grediantur, decem djes spiritualibus exercitiis rite sancteque vacent, in quibus demississime a Deo implorent (43) *assistricem sapientiam, quæ cum eis sit, & cum eis laboret*, per quam (44) *in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei* inveniantur. Denique de studiorum ratione, & œconomia satis habet *Elenchus*, seu *Methodus* illa (c) jam aliquibus abhinc annis, approbante maxime Benedicto XIV., in Scholis nostris recepta; quam proinde iis, ad quos spectat, retinendam, observandamque mandamus.

IX. Hæc de monasticis orandi, ac laborandi officiis: quibus cum nihil tam contrarium, tam repugnans, tam absonum sit, quam fratrum discursus, vagationes, & itinera ad propriam voluptatem, non ad necessitatem arrepta; hujusmodi licentiæ, quod multiplicem Ordini labem inferret, coercendæ opportunas Majores nostri tulerunt leges, quas presse subjicimus, & his præsertim temporibus necessarias etiam atque etiam inculcamus. Leges autem ita sanciunt (45). *Si extra Provinciæ fines cuiquam egrediendum fuerit, id ei ne liceat sub pœna apostasiæ, nisi scriptam prius a Superiore Generali facultatem impetrarit.* (46) *Tollitur Ministris omnibus auctoritas mittendi fratres in alienas Provincias.* (47) *Eis fas esto mittere tantum ad loca contiguarum Provinciarum, sed ad breve quoddam tempus; non privata, sed publica, eaque gravi necessitate impellente: non tamen ad quæritandam eleemosynas, nisi de consensu eorum, quorum lege interest.* (48) *Superiori Generali cura sit, ne Provinciales aliter quam ex recensita causa ad contiguas Provincias mittant.* (49) *Nemo de finibus Conventus sibi destinati recedere audeat, nisi a Superiore Provinciali, aut Generali missus, vel vocatus fuerit, tumque prius scripto accepta facultate. Qui contra fecerit, ei ipso apostasiæ pœnam incurrat.* (50) *Illud vel in primis inviolate Ministri servent, ut revertendi tempus præscribatur, ne fratribus diutius evagari liceat.* (51) *Provinciales serio admonentur, ut regularis disciplinæ conservandæ gratia nimiam fratrum evagandi petulantiam, quoad fieri potest, reprimere, eisque sua officia continere pro viribus contendant. Nam ad inutiles, vagosque fratrum discursus salubriter tollendos, & ad retinendum diligentius monasticæ vitæ rigorem, tot, tantaque Religioni nostræ privilegia S. Sedes Apostolica impartita est.* (52) *Superioribus quoque Generalibus affatim commendatur, ut ad impediendam fratrum evagationem etiam sub devotionis prætextu, parce, & non nisi legitima, seu necessaria subsistente causa potestatem fratribus faciant ab una in aliam transeundi Provinciam.* Ista potissimum ad Præsules attinent.

(53) *Fratres vero, qui sunt subditi, recordentur, quod propter Deum abnegaverunt proprias voluntates*; quapropter desinant aliquando caussari devotionis, ac pietatis ardorem, quando, ut cætera sileamus, singulari Benedicti XIV. (d) beneficio Ordinis nostri sodalibus intra cœnobia degentibus eædem Indulgentiæ concessæ sunt, quas qui Sanctuaria Italiæ insigniora, ac limina ipsa Apostolorum religiose visitant, consequuntur. Desinant alias nectere, & subnectere itinerum causas, quæ partim monachum dedecent, partim redolent philautiam. Desinant querelis omnia implere, dum repulsam retulerint. (54) *Melior est enim obedientia, quam victimæ; quoniam quasi peccatum ariolandi est, repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere.*

X. Cujus obedientiæ quoniam hic mentio est injecta, alia etiam, quæ ad ipsam spectant, indicabimus, atque hoc dicemus brevi, eam in vobis (55) *primam virtutem & præcipuam*, primamque apud vos (56) *confœderationem* esse debere, obedire Moderatoribus, & quidquid jusserint facere, (57) quod non sit contra animam vestram, & Regulam nostram. Placeant, displiceant illorum jussa, si (58) *filii obedientiæ* estis, ex æquo obtemperandum est. Nam qui illos audit, Deum audit, & qui illos spernit, Deum spernit, cujus gratia homo voluntarius sacramenti religione se subjicit alterius hominis arbitrio. Quid vero mandata recepistis, si aut neglecturi, si displicent, aut, si placent, ad vestrum commodum conversuri estis? In quo plane fraudatis desiderium nostrum (59) *cognoscendi experimentum vestrum, an in omnibus obedientes sitis*; tum duas res sanctissimas violatis, fidem, & societatem, quarum alteram frustra Deo dedistis, alteram, quæ obedientiæ vinculo consistit, quantum est in vobis, evertere satagitis &c.

XI. Appetentibus Provinciarum comitiis, ambitum Diabolus stimulat, & discordias serit; quem propterea, cum olim S. Parens Franciscus fratrum Capitulum haberet, aliud exadverso Dæmonum coegisse, memoriæ proditum fuit. Ardet adhuc teterrimus draco veteri odio hujus familiæ, quam, sicut aciem ordinatam in (60) *ejus insidias, ac mundi rectores tenebrarum harum*, paupertatis, humilitatis, & continentiæ armis Franciscus instruxerat. Qui Patrem, & Ducem in amplissimo illo cælestis gloriæ solio collocatum non potest, militantes hic filios superbia aggreditur, & ambitione, quos instituti humilitate, & inopia sibi maxime sensit infensos &c. Vos autem, dilectissimi, (61) *resistite Diabolo, & fugiet a vobis.* (62) *Nec* enim *quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo.* Honor autem, si ex virtute non oritur, pravus est: sin ex virtute, hoc præstat virtus, ut is negligatur; secus vera non erit virtus, si quid honoris gratia facit. Quanquam vero qui honores in hoc Sodalitio expeti possunt? in quo omnia spirant undique demissionem, ac egestatem; in quo, qui Præsules sunt, eos Ministros (quod servitutis est vocabulum) nedum nominari, sed etiam esse, auctor, & conditor Franciscus voluit. (63) *Nam ita*, inquit, *debet esse, quod Ministri sint servi omnium Fratrum, & Fratres dicere possint eis, & facere sicut domini servis suis.* Secedat in se unusquisque, & solus cogitet; inveniet nihil esse in hac tanta reipublicæ Franciscanæ austeritate, cur Magistratibus plus liceat, quam ceteris: animadvertet, ad Moderatores nihil aliud jure attingere, nisi solicitudines, & anxietates, nihilque superesse, nisi (64) *judicium durissimum his, qui præsunt &c.*. Itaque, filii carissimi, vos alloquimur, qui suffragii jure poti-

mi-

(43) *Sap.* 9. 4. & 10. (44) *Coloss.* 1. 10. (45) *Salmant. cap.* 2. (46) *Rom.* 1603. (47) *Tolet.* 1682. (48) *Rom.* 1732. (49) *Salmant. cap.* 2. (50) *Neapol. cap.* 27. (51) *Vallisolet.* 1593. (52) *Rom.* 1732. (53) *Regul. S. P. Franc. cap.* 10. (54) 1. *Reg.* 15. 22. & 23. (55) *Sever. Sulpit. Dial.* 1. *cap.* 11. (56) *S. Hier. Epist. ad Eustoch.* (57) *Regul. S.P.Franc. cap.* 10. (58) 1. *Petr.* 1. 14. *Lucæ* 10. 16. (59) 2. *Corinth.* 2. 9. (60) *Ephes.* 6. 12. (61) *Jac. ibid. vers.* 7. (62) *Hebr.* 5. 4. (63) *Regul. S. P. Franc. cap.* 10. (64) *Sapient.* 6. 6.

mini, (65) *videte ne quis vos seducat inanibus verbis*. Deum in novis Magistratibus creandis consulite. Non privatis utilitatibus, sed communi bono, non honorum, sed meritorum (e) commendatione, optimos quosque, illos præsertim, quorum timida virtus munera defugiat, idoneos fore putetis, ac vere digniores, quibus Provinciarum, & Cœnobiorum gubernacula committatis. Profecto ad compescendum petitorum æstum habemus legem Salmanticensem, qua certus Exdefinitorum numerus definitus est, quorum sexdecim magnis Provinciis, quæ supra triginta, duodecim vero parvis, quæ infra triginta Cœnobia habent, assignantur, scilicet ne (66) *ex Patrum multitudine & in contemptum veniat Paternitas, & ambitio augeatur*. Nos hanc legem, ut cæteras, constantissime tuebimur, nec adducemur unquam, ut numerum ejusmodi augeri permittamus, nisi (67) tantum gravissimis de caussis, de quarum veritate, ac æquitate nullus fuerit dubitandi locus.

Quod reliquum est, facessant a Capitulis æmulationes, &c. Non natio affectum minuat, non civitas, non cognatio, non conditio, non ingenium. (68) *Fratres enim sumus*, ejusdemque optimi Parentis filii, qui nos ab invicem magis amari voluit, quam carissimi liberi a matre: (69) *Si mater diligit filium suum carnalem, quanto magis debet quis diligere fratrem suum spiritualem? &c.* Igitur, dilectissimi, (70) *super omnia charitatem habete, quod est vinculum perfectionis: & pax Christi exultet in cordibus vestris*. (71) *Omnes vos unum estis in Christo Iesu*. (72) *Obsecramus* proinde vos, *ut digne ambuletis vocatione, qua vocati estis; solicitis servare unitatem Spiritus in vinculo pacis*.

XII. Hujus porro concordiæ conjunctionisque animorum & argumentum existet, & fructus non modo (73) *concordiam habere cum moribus probis, & litigare cum vitiis*; sed præclare insuper gesta monumentis mandare, quò (74) *luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est*. Hanc ob rem Majores nostri illustria Fratrum, Sororumque facinora publicæ memoriæ prodi voluerunt: id quod a viro clarissimo Luca Waddingo in luculentis, quos edidit, trium Ordinum Annalibus fieri cœptum videmus. Eandem ob caussam ut opus eximium imperfectum adhuc absolveretur, Reverendissimus Pater Minister Generalis (ut est mirifico in rem Franciscanam publicam promovendam studio) Generalem nuper Ordinis Chronologum virum renuntiavit cunctis aptum nominibus, qui feliciter suscepto fungatur munere, nostræque Sodalitatis famam tueatur. Quibus Nos Reverendissimi Patris curis curas nostras, ut par est, jungentes, quò intermissum opus resumi, & ad exitum perduci possit, a Ministris Provinciarum vehementer exquirimus, ut quanta maxima & diligentia, & celeritate per idoneos doctosque viros ab ipsismet huic negotio deputandos accuratissima colligant monumenta eorum omnium, quæ per Provinciam universam in tribus a Seraphico Patriarcha institutis Ordinibus ab anno usque millesimo quingentesimo sexagesimo memoria posteritatis digna contigere. Qua quidem in re temporum ordo erit servandus; atque in ea inquirendum principio, quæ ad annum usque sexcentesimum decimum supra millesimum gesta sunt, ut prædictorum Annalium continuationi manus quamprimum admoveatur.

Primo autem pervestigandæ sunt origines, erectionesque Cœnobiorum, seu quæ ad Fratres, seu quæ ad Sanctimoniales pertinent, Congregationumque Secularium tertii Ordinis. Tum quærendum, quinam utriusque sexus homines aut generis nobilitate, aut fama sanctitatis floruerint: quæ alterorum vitæ ratio extiterit: quæ Deus prodigia per eos patrare dignatus sit: ubinam gentium fuerint sepulti: num ipsorum Reliquiæ aliò translatæ sint, quæque fuerit translationis celebritas: & quidquid postremo spectare ad eos ullo modo videatur. His addendi ii sunt, qui vel e suggestis, vel in Academiis publicis, vel libris suis (quorum licet manu scriptorum & anecdotorum & numerus, & argumenta singulorum notanda sunt) doctrinæ suæ lumine Familiam illustrarunt. Eademque cura in iis, eorumque gestis investigandis adhibenda est, qui vel ad Romanos Pontifices, ad Imperatores, Reges, aliosve supremos Principes Legati, Oratores, Nuntii missi sunt; vel ad Ecclesiæ dignitates, ad Episcopales potissimum, Archiepiscopales, Patriarchales Sedes intra Provinciarum limites existentes assumpti fuere, tametsi illi, priusquam assumerentur, aliarum essent Provinciarum alumni. Accedant huc oportet Diplomata cuncta, Rescriptaque Pontificum: tum elogia sepulcbris inscripta hominum illustrium, qui in Templis jurisdictioni nostræ subjectis tumulati sunt: sacrarum item Reliquiarum catalogus, quibus eædem Deo dicatæ Ædes insigniuntur: cæteraque tandem quæcunque ad trium Ordinum continuandos Annales alicui esse usui possunt, ac cedere in majorem Dei O. M. gloriam, Franciscani nominis decus, atque incitamentum virtutis.

Jam vero erui hæc documenta debent tum ex Archivis, tum ex Historiis seu excusis, seu manu scriptis Provinciarum ipsarum, Cœnobiorum quoque, aut Monasteriorum quorumlibet, quæ nostræ subsunt jurisdictioni, Congregationum præterea Secularium tertii Ordinis Pœnitentium, Ditionum denique, Diœcesum, Urbium, aut Locorum, in quibus Provinciæ, & Cœnobia omnia prædicta, ac Sodalitates existunt. Consulendi ad hæc sunt Scriptores alii, ex quibus conjectari liceat aliquid in rem nostram derivari posse. Observandæ itidem imagines vel signa sive sculptilia, sive fusilia, seu picta; inspiciendæ inscriptiones, aliaque id genus universa, ex quibus quicquam in usum, de quo agimus, expromi posse videatur. Tandem si quid a veteribus ore tenus posteris transmissum sit, quod legitimæ traditionis characteres præ se ferat, pari diligentia solertiaque perquiratur necesse est.

Ex his autem fontibus hausta monumenta in ordinem temporum digerantur oportet; ac conficiatur ex illis Commentarius, vel Relatio, productis simul in libri margine e regione iis ipsis fontibus, unde eorum quodvis depromptum sit. Quæ plane Relatio, postquam a Provinciæ Definitorio approbata, & subscripta fuerit, vel (quod multo satius foret) Relatione ipsa authographâ in Provinciæ Tabularium illata, ejusdem exemplum accuratissime exscriptum, atque expensum pariter, subscriptumque a Definitorii Patribus, & ratum factum ab eo, qui

(65) *Ephes.* 5. 6. (66) *Salmant. cap.* 8. (67) *Rom.* 1571. (68) *Gen.* 13. 8. (69) *Regul. S. P. Franc. cap.* 6.
(70) *Coloss.* 3. 14. & 15. (71) *Galat.* 3. 28. (72) *Ephes.* 3. 1. & 3.
(73) *Cass. Comment. in Psal.* (74) *Matth.* 5. 16.

qui est Provinciæ a secretis, nobis propere, quoad ejus fieri poterit, transmittatur. Id vero sine ullo Curiæ nostræ impendio factum volumus. Itaque vel arripienda cujuspiam opportunitas Romam recta se conferentis, cui tuto scriptorum involucrum concredi possit; vel, si occasio non se statim obtulerit, de Cœnobio in Cœnobium per aliquem, consulto missum, erit illud ad finitimam Provinciam transmittendum. Hujus deinde Minister sedulo curabit, ut eadem ratione ad Provinciam conterminam involucrum idem statim transferatur: atque ita deinceps, quousque nobis reddatur.

Quod si prædicta documenta non habeantur in promptu, neque haberi simul omnia brevi possint; senis saltem quibusque mensibus Relatio mittatur, vel, ut nuper dictum est, exemplum Relationis eorum omnium, quæ sex illis mensibus collecta sint. Semestria vero illa spatia a die eadem, qua encyclicæ hæ literæ accipientur, supputanda erunt: cujus iccirco diei volumus ut Ministri nos continuo faciant certiores.

Ex hac Relatione, ejusve exemplo argumentum atque indicium sumpturi sumus tum diligentiæ, tum celeritatis, quam in hæc omnia perficienda, quæ nos vehementissime habent solicitos, Ministri Provinciarum contulerint: atque hinc certo comperturi sumus, quam inflammato studio ad Dei gloriam, ad publicum Sodalitii bonum, ad Provinciæ demum, cui præsunt, decus procurandum ferantur. Provincia enim unaquæque eo potiores, præstantioresque in iis, quæ supersunt, nostrorum Annalium voluminibus habebit partes, quo plura, eaque certiora, atque illustriora monumenta ab ejus Ministro suppeditabuntur.

XIII. Atque hæc sunt ex multis, quæ monitos vos esse volebamus: & hæc (75) *vobis scribimus per multas lacrymas, non ut contristemini, sed ut sciatis, quam charitatem habeamus abundantius in vobis.* (76) *Non enim alia scribimus vobis, quam quæ legistis, & cognovistis. Speramus autem, quod usque in finem cognoscetis; sicut & cognovistis nos ex parte, quod gloria vestra sumus, sicut & vos nostra in die Domini nostri Jesu Christi.* (77) *Per quem obsecramus vos, & per charitatem Spiritus Sancti, ut adjuvetis nos in orationibus vestris pro nobis ad Deum:* (78) *ne forte, qui aliis* præsumus, & *prædicamus*, *ipsi reprobi efficiamur*. Pergite etiam, ut facitis, assiduas fundere ad Deum preces pro diutina sospitate Pontificis Maximi Clementis XIII., pro Regum, ac Principum Christianorum pace, & felicitate, tum pro incolumitate Eminentissimi Cardinalis Protectoris, pro Reverendissimo P. Ministro Generali, ac pro Nobis, qui omnium minimi maxime egemus. Gratia Domini nostri Jesu Christi, ejusque æterna Benedictio sit cum omnibus vobis. Valete.

Datum Romæ apud Araincœli IV. (*f*) Idus Novembris MDCCLXV.

Fr. Joseph M. de Vedano Commiss. General.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Rmi in Christo Patris

Fr. Jacobus Ant. Tusculanus Secr. Gen.

= (*a*) Extat in hanc rem Constitutio postremi Generalis Capituli Valentini An. 1768.: quam hic adscribimus, ut & infra (Not. *e*) alia quædam ejusdem Statuta, quoniam non possumus Acta illius Capituli hoc Volumine comprehendere. In una e Sessionibus habitis pro hac Familia nostra (quæ illic vocatur *Ultramontana*, ut aliàs adnotavimus) sic inter alia statuerunt Patres (Sess. XII. *n.* 2.): *In suffragiis ferendis pro Novitiorum professione decernit Capitulum Gen. Statuta Ordinis esse servanda. Itaque si major pars Fratrum Novitio suffragata non sit; omnino expelli debeat, neque liberum sit Provinciali illum detinere, & hoc tam prima, quam secunda, & tertia vice, quibus suffragia sumuntur. Si vero tertia pars ei defecerit, ejus receptio suspecta sit; ac propterea Provincialis desuper admoneri debeat, qui, omnibus bene perpensis, prout jura disponunt, secundum Deum providere curabit. Si autem laudabile testimonium suæ conversationis habuerit, & ultra duas ex tribus partibus suffragiorum retulerit; tunc de Generalis, vel Provincialis licentia, quæ semper scripto detur, ad professionem admitti poterit. Novitius autem, qui semel a Religione expulsus est, nec in ea Provincia, nec in olim admittatur.*

= Non novum est hoc Statutum in Ordine, ut a Valentinis etiam Patribus supra innuitur; sed immò est in utraque Familia antiquissimum, saltim quod attinet ad suffragationem postremam. Itaque præscriptio eadem occurrit in omnibus Statutorum Collectionibus tum Cismontanis, tum Transmontanis (in Salmant. 1553. C. 2. §. *Recepto*, & Vallisol. 1593. C. 2. tit. *De Sæcular. ad Prob. Habit. admitten* §. *Et si*, ac tit. *De Novit. ad Profess. admitten.* post init. §. *Quod si*, Chronol. P. Mich. Ang. Neap. p. 286. B., p. 370. B., p. 373. A.; in Martiniana apud Sanctor. in Const. C. 2. Stat. 19. & 20.; Sambucan. C. 2. §. 5. n. 3.; Valentin. C. 2. §. 5. n. 4.; itemque in Segov. C. 2. tit. *De Novitior. vot.* §. *Si autem*, cit. Chron. p. 607. A; Samanieg. C. 2. §. 12. vers. *Si autem*; Sot. C. 2. §. 12. n. 7.; & in Germanobelg. apud Kerck. in ead. Statut. C. 2. §. 12. n. 14. & 28.).

= Quo loco summa rei magnitudo non patitur, ut ea, quæ sequuntur, transmittamus silentio. Primum est illud, quod Collectio Rmi Soti minus accuratè (nisi quid nos fallit) Statutum illud exhibeat quoad primam partem. Nam licèt in margine *Segoviensis* Statuta alleget; tamen sic habet: *Si autem* MAJOR PARS *Conventus votum pro Novitii receptione* NEGAVERIT, *seu* PRO EJUS EXPULSIONE SUFFRAGIUM DEDERIT; *absque mora, & recursu aliquo expellatur. Verùm si tertia pars Conventus, aut deinceps* USQUE AD DIMIDIAM PARTEM INCLUSIVÈ, *ut v. g. si inter triginta Fratres quindecim, vel decem refragentur Novitio, seu suffragia dederint expulsionis; tunc quia suspicio aliqua oritur, Minister Provincialis moneatur* &c.

= Ergo secundùm Collectionem istam, si suffragia favorabilia Novitio dederit non major pars Fratrum, sed pars tantùm dimidia; non debet Novitius *absque mora, & recursu aliquo expelli*, sed *Minister Provincialis monendus est*. At hæc sane mens non est Segoviensis Statuti. Istud etenim jubet, ut *si* MAJOR PARS *Conventus non fuerit* PRO NOVITIO *suffragata* &c.; *statim Novitius sine recursu ejiciatur*. Docti Authores illius Collectionis arbitrati sunt, in Segoviensi Statuto idem esse „ *Si major pars non fuerit pro Novitio suffragata* „ ac „ *Si major pars fuerit Novitio refragata* „. Quod contrà se habet. Siquidem „ *non suffragari* PRO *Novitio majorem partem* „ est „ *non suffragari* IN FAVOREM *Novitii majorem partem*

(75) 2. *Corinth.* 2. 4. (76) 2. *Corinth.* 1. 13. & 14. (77) *Rom.* 15. 30. (78) *Corinth.* 9. 27.

tem. Non *favet* autem Novitio *major pars*, statim ac favet tantum dimidia pars, & pars altera dimidia refragatur. Igitur ad præscriptum Segoviensis Statuti, etiam si non refragetur pars major, sed solùm dimidia; *statim sine recursu ejici* Novitius debet. Quod optimè perviderunt Auctores Collectionis Rmi Samaniegi, qui idcircò Segoviensem, uti jacet, præscriptionem retinuerunt.

1. Ac re ipsa quod verba illa, *si major pars* &c., id sibi velint, quod paullò ante dicebamus; patet 1. ex eo, quod, si Segovienses Patres per verba illa „ *Si major pars non fuerit pro Novitio suffragata* „ intellexissent „ *Si major pars fuerit Novitio refragata* „; istis certè verbis, non illis usi fuissent, sicuti utuntur mox in eo ipso Statuto, *dum dicunt* „ *Si tertia pars Conventus* &c. *Novitio* REFRAGENTUR. Lex enim, ut aliàs animadvertebamus (sub d. 28. Febr. 1761. Not. *l* §. *Atque hæc*, p. 402. B.), debet esse dilucida, & manifesta, non ambigua, & captiosa, in re præsertim gravissima. 2. Statim ante ibidem a Segoviensibus Patribus dicitur: *Fiat suffragiorum scrutinium publicè* &c., *quatenus omnibus Fratribus constet de numero*, *qui* PRO NOVITIO FUERIT SUFFRAGATUS, *& Guardianus, qui secus fecerit, Officio privetur*. Deinde statim subjungitur: *Si autem major pars Conventus* NON FUERIT PRO NOVITIO SUFFRAGATA &c. Ergo ut in prioribus verbis *suffragari pro Novitio* significat omni dubio procul *suffragari in favorem Novitii*; ita hoc ipsum significat in sequentibus verbis. 3. Statuta in dubio debent ab Jure communi interpretationem accipere (C. 1. & 2. de Fil. Presbyt. in 6., C. *Quod dilectio* de consang. & affinit., Abb. in C. *Olim* n. 3. de verb. signif., Suar. de Leg. Lib. 6. c. 26. n. 12.). Jure autem communi consensus Capituli, quando requiritur, uti requiritur in receptione Novitiorum (sive ex ipso Jure communi, ut censent Kerck. C. 1. §. 12. n. 14. 22. & seq., ac Sanctor. in Const. C. 2. St. 18. §. *Sed*; sive ex Ordinis Statutis, ut vult Montalvus To. 1. C. 4. ar. 5. n. 31. ac trib. seq.), consensus, inquam, Capituli haudquaquam habetur, nisi major consentiat Capituli pars (C. *Cum in cunctis*, C. *Ex parte* de his quæ fiunt a maj. parte Capit., Gloss. in C. 6. v. *constitutum* de const., C. *Quia propter* de elect., Clem. *Exivi* §. *Et si quidem* de verb. signif.). Quare cum in casu, quo dimidia tantùm pars Capituli, seu Communitatis suffragiis suis Novitio favet, non habeatur consensus Capituli; ideò Statutum Segoviense, & alia eidem consona imperant, ut incunctanter eo casu Novitius expellatur. Tandem sic illam Statutorum istorum præscriptionem Auctores intelligunt (Sanctor. loc. cit. St. 20., Kerck. d. 0. 14. ac 25. & 28.).

Alterum verò, quod monere debemus, hoc est, quod etsi licèt in quibusdam Novitiatibus Provinciarum Italiæ, sicut accepimus, consuetudo viguerit, vigeatque exigendi duntaxat excessum quemlibet supra dimidiam suffragantium partem; nihilo tamen minus non debeant exinde conscientiarum agitationes, & perplexitates subnasci, quasi Professiones hactenus irritæ, ac nullæ fuerint; sed tamen consuetudo illa e medio prorsus tollenda, & Statutorum præscriptio servanda sit. Nam quod spectat ad firmitatem Professionum; *in professione propter gravitatem materiæ speciale est, ut Lex, vel Statutum non censeatur irritare formam substantialem, nisi adjiciat decretum irritans*: verba sunt clarissimi Præsulis Prosperi Fagnani, Viri in his rebus summa & doctrina, & experientia, sicut alias diximus. Quam in rem ipse non modo Doctores profert, illud idem tradentes; sed & plures Canones, ac Declarationes S. Congñis Tridentini interpretis id confirmantes (in C. *Qui Presbyterum* a n. 80. ad 85. de pœnit. & remiss.). Statuta porrò nullam adjiciunt clausulam irritantem. Professiones idcircò validæ fuerunt, & sunt. Sed & præterea plures docent Auctores, quod etsi Statutum decreto irritante munitum sit; tamen nisi fuerit Statutum illud a Sede Apostolica confirmatum, Professio aliter facta valida sit (apud Sanctor. loc. cit. Stat. 20. in fin. resp. ad difficult. 1.).

At verò consuetudo illa nihil penitus prodest, quominùs debeant in illis, æquè ac in ceteris Novitiatus Cœnobiis, Ordinis Statuta servari. Nemini quippe dubium fuerit, quin in illis majoris Religiosæ perfectionis Conventibus ea consuetudo orta fuerit non ex deliberata cognitæ sibi Legis violatione, sed ex mentis errore; ex eo scilicet, quod in ea Cœnobia Exemplar nullum pervenerit Actorum postremi illius Capituli Valentini impressorum Matriti eodem An. 1768.: ex parte verò altera Innocentius X. in Decreto *Ad propagandam* §. 3. (apud Lantusc. v. *Novitius* n. 5.) ipsis videretur præcipere, ex qualicumque supra medietatem excessu esse Novitium ad mittendum. Accessit huc deinde auctoritas nostri Lucii Ferraris id ipsum docentis (v. *Novitius* n. 8.). Qui etiam Decretum illud ibidem allegat ad ostendendum, quo modo Novitii sint admittendi *in Ordine Fratrum Minor. de Observantia*: quando editum Decretum illud non fuit, nisi pro *Italiæ Provinciis*, ut legenti patet, notatque Montalvus (To. 1. C. 4. ar. 5. n. 35.). Eique Decreto idem Lucius adjicit (seq. n. 9.) Statutum Capituli Gen. Mediolanen. *in Constitutionibus pro Cismont. Famil. n.* 48.

Ex hujusmodi porrò causis orta in Novitiatibus supradictis consuetudo, erronea penitùs procul dubio fuit. Quandoquidem inter Statuta Mediolanensis 1729. legitur certè in eo n. 48. Statutum a Ferraris relatum. Veruntamen Capitulum Gen. Vallisoletanum 1740. in Constitutionibus *pertinentibus ad utramque Familiam* declaravit n. 10., Statuta illa Mediolanen., itemque alia vulgata nomine Capituli Gen. Roman. 1723., *authentica non esse*, *nec proinde observanda* (in Chron. Perus. Par. 2. p. 228. in fin. seq.).

Decretum verò Innocentianum in cit. §. 3., & præcedentib. coercere intendit Superiorum facilitatem in admittendis Novitiis. Itaque facultatem quidem ipsis tribuit recipiendi Novitios ad Probationis Habitum in Conventibus, quos idem designat, ac postea, elapso Anno, ad Professionem solemnem; sed tamen servatis conditionibus, quas in citatis §§. sigillatim præscribit. Ergo quod ibi Innocentius inter alias conditiones statuit, ut nempe Minister Provincialis Novitios, *qui quarto quoque mense a Communitate* &c. *per secreta majoris partis suffragia habiles inventi fuerint*, *elapso Anno* &c. *ad Professionem admittat*; id profectò sic accipi debet, ut prohibeat Pontifex, ne Minister admittat ad Professionem Novitios, nisi per secreta majoris partis suffragia habiles inventi fuerint; minimè verò prohibeat, ne, habitis quoque majoris partis suffragiis, ulteriores perquisitiones, ac diligentiæ adhibeantur, quas antiquum, & constans Statutum Ordinis

= im-

= imperat, quæque Decreti mentem, & intentionem tollendæ facilitatis egregiè adjuvant. *Neque enim debet aliquis verba considerare* (tantùm), *sed voluntatem, & intentionem, quia non debet intentio verbis deservire, sed verba intentioni* (C. *Humanæ aures* 11 caus. 22. qu. 5.). Intentio autem Legislatoris ex Legis ratione imprimis dignoscitur. Siquidem *intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi* (C. *Intelligentia* 6. de verb. signif.).

= Sed etsi nota nobis non esset Decreti mens; optimè tamen eum Decreto eodem Statutum prædictum consisteret, quippe quod non esset *contra*, sed *præter* Decretum ipsum; *contrarietatem* scilicet non contineret, sed solùm *additionem*: ut de similibus Statutis in casibus etiam difficilioribus tradit, ostenditque Suarez (de Leg. Lib. 6. c. 26. n. 12.). Ac si etiam contrarium quippiam continere videretur; nihilominus esset eum Decreto ea ratione, quam supra diximus, conciliandum ex principio illo aliàs commemorato, quo jubemur, Jura Juribus concordare, eademque invicem conciliare, quoad fieri potest.

= Atque ista diximus permittentes, quod nomine *majoris partis* in Decreto major duntaxat numerus sit intelligendus. Quid vero? quod istud concedendum minimè est. Quando enim Leges simpliciter dicunt, standum esse *majori parti*; hoc debet intelligi de majori parte, quæ sanior sit: siquidem *major* dicitur *pars*, quæ majori ratione, & pietate nititur (ex C. *In Genesi*, & ibi Gloss. in v. *ad Zelum*, de elect., C. *Sane quippe* dist. 9., & aliis, de quib. Glossa in C. *Cum in cunctis*, in v. *rationabiliter*, de his quæ fiunt a maj. part. Capit.). Itaque *in omnibus Universitatibus, Communitatibus, & Collegiis non valet, nisi quod gestum est simul & a majori, & saniori parte Capituli*, ut notat Ferraris (v. Abbatissa n. 45. ex C. 1. Tituli cit. *de his quæ fiunt* &c., aliisque concordantib.).

= Patitur quidem hæc Regula exceptionem in iis Actibus, & Cœtibus, in quibus major numerus in dubio præsumitur etiam sanior, nisi probetur contrarium, juxta C. *Illud* dist. 13., C. *Nullus* dist. 61. &c. Sed in Cœtu nostro quoad Novitiorum receptionem nunquam Religio exceptioni huic, seu dubio, & præsumptioni locum permisit. Constanter voluit, ut, si pars major duas tertias non excedat, suspicio, ac dubitatio, quæ inde oritur, discutiatur per Ministrum Provinciæ, qui perquirat, num pars major sit etiam sanior secundùm Caput *In Genesi*, ejusque Glossam, ac Jura alia supradicta. Quò spectant verba illa Valentini Capituli, ut Minister provideat, *omnibus bene perpensis, prout Jura disponunt*. Quod distinctiùs, post Ultramontanas Constitutiones antiquiores, habent Segovienses 1621., necnon Vallisoletanæ 1593., dum jubent, ut Minister provideat, *habita ratione zeli, & suffragiorum qualitate pensata, prout Jura disponunt*. Quo loco Segovienses citant expressè Caput illud *In Genesi*, ipsiusque Glossam.

= Secundùm hæc igitur *Jura*, quum ipsa in Ordine nostro exceptionem præfatam hac in re non patiantur, intelligi verba debent Innocentiani Decreti „ *per secreta majoris partis suffragia* „: maximè quum mox in Decreto eodem subdatur: *servata forma Sac. Canonum* &c., *necnon Statutorum prædicti Ordinis*. Hinc post editum quoque Decretum illud Innocentii, *Ad propagandam*, Sta-

Chronol.Seraph.

tutum Ordinis, de quo sermo est, tum fuit absolutè retentum in Sambucana Collectione, quæ paulò post prodiit; tum iteratum pariter ab Ordine fuit, in Valentinis Comitiis congregato, ob eam scilicet rationem, quòd non esset adversum, imo consonum Pontificio sidem Decreto.

= Ex quibus planè consequitur, consuetudinem Novitiatuum, de quibus agimus, nullam penitùs vim habere, utpote ex errore profectam, e subjectis nempe rationibus supradictis, ideoque ex Legis vigentis ignoratione. Etenim quantocumque tempore Populus eliciat actus contra Legem, quam existere ignorat, nunquam contra Legem præscribit. Quod enim alibi diximus (sub d. 30. Mart. 1763. Not. *d.*, p. 504. B. post init.), ad præscribendum scilicet contra Legem, necessariam esse *bonam fidem, seu probabilem præscribentium ignorantiam*; id est accipiendum de ignorantia probabili, quod illicitè majores sui Legem violaverint, seu de probabili præscribentium judicio, ac præsumptione, quod sui antecessores licitè Legem non observaverint. Quæ ignorantia locum quidem non habet, ut ibi dicebamus, in Lege, quam Legislator ita constanter firmam perpetuò voluit adversus violatores, ut illam, in eaque contentas Sanctiones, derogationesque contrariarum consuetudinum, quotannis publicè promulgandas voluerit; ac promulgandas velint illius etiam Successores, subjicientes idcircò Pœnis ejusdem Legis Superiores illos, qui publicam illius lectionem neglexerint. At verò aliàs, ubi probabilis illa ignorantia locum habet; legitimè procul dubio potest contra Legem præscribi (Silvest. v. *Consuetudo* qu. 7., Azor. Part. 1. lib. 5. c. 17. qu. 6., Layman Th. Mor. lib. 1. tr. 4. c. 24. n. 11., Pirhing Lib. 1. Decr. tit. 4. n. 44., apud quos alii).

= Verùm quod attinet ad ipsam existentiam Legis; non modò illius ignoratio non exigitur ad consuetudinem inducendam contra eamdem Legem; sed contrà, illa si adsit, nullo temporum lapsu adversus Legem præscribitur. Nullus est enim errantis consensus; nihilque magis voluntati contrarium, quàm ignorantia, & error (Jura, & DD. apud Reiffenst. Lib. 1. Decr. tit. 4. §. 5. n. 125. seq., & Pirhing loc. cit. n. 25.).

= Quanquam etsi nota in Novitiatibus illis fuisset existentia vigentis Legis, de qua disserimus; nulla tamen quantocumque temporum decursu consuetudo legitima contra illam potuisset induci. Legitima quippe consuetudo non est, nisi sit rationabilis (C. *Cum tanto* 11. in fin. de consuet.). Non est autem rationabilis ea, quæ bono communi perniciosa est (Suar. de Leg. Lib. 7. c. 6. n. 15. & 54., Layman lib. 1. tr. 4. c. 24. n. 4., Reiffenst. in Lib. 1. Decr. tit. 4. §. 2. n. 39., & alii passim). Jam verò Patres nostri tam grave negocium judicarunt receptionem Novitiorum in nostrum Ordinem (cujus Regula quàm sublimis, & arcta sit, ideoque observatu difficilis, fusè monstrat Sanctorus in Const. C. 11. Stat. 1. per tot.); ac tanta mala iidem viderunt provenire posse ex illa, nisi consideratissimè, cautissimeque tractetur, tum Ordini nostro, tum ipsorummet receptorum Juvenum Animabus, tum Ecclesiæ quoque, in cujus bonum, bonum Religionum redundat; ut majorem exegerint suffragiorum numerum in admittendis ad Ordinem Novitiis, quàm in Electione Canonica Prælatorum, *in qua Cura Ani-*

= *marum committitur, quæ majus in Ecclesia Dei non reperitur*, ut est observatum Sanetoro (loc. eit. C. 2. Stat. 19. init.). Rationem perspicuam affert idem ibidem (in resp. 2. & seq., quib. jongenda ante dicta Regulæ nostræ sublimitas, de qua idem cit. C. 11. St. 1.). Legendus etiam Gaudentius Kerckove (Stat. Germanobelg. C. 1. §. 2. n. 4.). Quam ob rem nulla potest consuetudo Legi huic, de qua agimus, prævalere, quantalibet fuga temporum fuerit, ac licèt quoque initii nulla extet memoria.

= Quò minùs nos possumus elarissimum utrumque Auetorem probare (quod est postremum ex monitis, quæ necessaria judicavimus), dum docent ambo, debere Ministrum, quando, ob non relatas a Novitio plusquam duas ex tribus suffragiorum partibus, res ad ipsum devolvitur, in Professionem, *ordinariè* saltim, propendere; *nisi evidenti ratione in oppositum trahatur*, ut ait Sanctorus (d. C. 2. Stat. 20. §. *Resp. quoad* 1.), vel, ut ait Kerckove, *si nihil notabile obstet*, seu *cæteris paribus* (d. C. 1. §. 12. n. 30.). Nam hæc sanè pugnant eum iis, quæ Author uterque latè persequitur de summo hujus rei pondere, ac momento, de quo supra dictum est.

= Affert P. Kerekovius neseio quod *jus ad rem* a Novitio acquisitum: quando jus istud Novitio Leges Ordinis nentiquam tribuunt, nisi postquam ille plusquam duas tulerit ex tribus suffragiorum partibus (vid. Sanctor. eit. Stat. 20. d. §. *Resp. quoad* 1.). Affert quoque ipse, & Sanetorus Regulam Juris, qua dicitur, *Reo favendum esse potiùs, quàm Actori* (C. *Cum sunt* 11. de Reg. Jur. in 6.). At hæc Regula nihil pertinet ad rem præseutem. Etenim, ut hoc utamur exemplo, siquis Nobilis quempiam in suas Ædes reciperet, ut illum postea in Ministrum suæ Domus adseisceret, annuo tamen prævio experimento; hujus autem decursu temporis non ea habuisset habilitatis, & probitatis indicia, ut illum fidenter, ac tutò posset perpetuò in Domum suam admittere; is certè rideret, si quitquam sibi admissionem suaderet, allegans, debere ipsum in dubio Reo potiùs, quàm sibi Actori favere, non obstante periculo rerum suarum. Quod si ille irrationabilem hujusmodi suasorem existimaret meritò, ac repelleret, uti loquitur res ipsa per sese; jure potiori illa laudatorum Auctorum opinio, tanquam ab ratione, & veritate evidentissimè aliena, repudianda est.

= Sanè primùm ea Regula Juris (ut ibi annotat *Glossa primo*) *vera est, nisi Actor foveat favorabilem causam*, utut privatam; *puta* (inquit) *matrimonii, libertatis, testamenti, vel dotis: tunc enim fallit Regula, quia favendum est Actori*, 33. *qu.* 1. *siquis acceperit, supr. de probat. ex litteris, ff. de manum. l. antepenult.* Quod si Regula fallit, dum fovet Actor favorabilem eausam, etsi privatam; quanto magis, si publicam foveat Religionis, & Ecclesiæ?

= Secundò Regula eadem *Reo* dicit *favendum esse potiùs, quàm Actori, cùm sunt partium jura obscura*. Ubi verò hic est illa *jurium obscuritas*? Jus Prælatorum, immò debitum, & obligatio gravissima est ex Ecclesiæ, & Ordinis Legibus, quinetiam ex Divino ipso naturali Jure, ut eos tantummodò ad Professionem admittant, quos ex præmisso experimento compererint, re vera idoneos esse. Jus proinde Novitii hoc solum est, ut videlicet admittatur, si re ipsa compertus fuerit idoneus. Hæc ambarum Partium jura certissima, indubitata, quàm clarissima sunt. Ergo dum Novitius, experimento præhabito, non est reapse compertus idoneus, sed *dubium* ipse in Religiosorum mente creavit, num idoneus sit; certissimum, clarissimumque jus est, immò ineluctabilis obligatio Prælatorum, ut illum dimittant; Novitii autem certissimè, clarissimeque jus nullum est, ut admittatur.

= Tandem ea Regula agit de casu proferendæ Sententiæ, quæ Actori sit utilis, non autem Reo. Hic verò res contra se habet. Sicut enim Novitii indigni admissione fit injuria non Religioni solùm, verùm etiam Novitio ipsi, ut scitissimè observat Montalvus (To. 1. c. 4. ar. 5. n. 40.), *dum admittitur hic ad statum, qui ei juxta sui mores non expedit*, ideoque cum discrimine salutis æternæ, ac temporalium quoque malorum; ita etiam admissione Novitii, cùm dubitatur, sit necne idem indignus, tum Religioni, tum simul Novitio irrogatur injuria: quia cum de summo agatur negotio & Religionis, & Novitii; de illius videlicet bono publico, de istius æterna præsertim salute; non debet res tanta periculo exponi, quando & Mercatores, & Satores frugum, & alii passim in privatis agendis, longè minus gravibus, negociis suis moralem postulant certitudinem.

= Atque ex his etiam intelligitur, subscribi nullo modo posse eidem P. Montalvo, dum *probabile* dicit, *quod Religiosus potest pro Novitio suffragari, si, adhibita diligentia, adhuc dubium expelli non valet* (loc. cit. n. 44.). Nititur ipse ea ratione, quia *præsumitur pro ejus idoneitate*, nisi contrarium sufficienter probetur. Verùm præsumptiones, & verisimilitudines non habent locum, *ubi clara probatio requiritur*, ut ait Baldus (in L. *Interpositas*, in ult. notab., C. de transact.), & post eum Decius (in C. *In præsentia*, n. 62., de probat.). Clara autem probatio requiritur, ut ad Professionem Novitius admittatur, sicuti paullò ante animadvertebamus. *Superiores* (inquit Tridentinum Concilium) *Novitios, quos* HABILES INVENERINT, *ad profitendum admittant* (Sess. 25. *de Regul. & Monial.* c. 16.). Non *quos conjecerint*, non *quos præsumpserint*, sed *quos* INVENERINT *habiles*, quos nempe compererint, quos cognoverint experimento annuo, re ipsa habiles esse; eos tantùm Prælati possunt, ac debent *ad profitendum admittere*. Tridentino concinunt omnia S. Sedis Decreta, omnes præsertim nostri Ordinis Constitutiones. Nam, ut Cardinalis Hostiensis ait (Superiores admonens, ut in receptione, & potissimùm in Professione Novitiorum caveant sibi), *Mus in pera, Serpens in gremio, Ignis in sinu, malam consueverunt retributionem exhibere hospitibus, c. Etsi Iudæos de Iudæ.*: maximè verò is Mus, is Serpens, is Ignis, qui semel admissus, excuti amplius e domicilio, sinuque Ordinis nequit, nisi per extremum, ferale, difficile Ejectionis remedium, & postquam perditus Regularis per tria gravia delicta sibi, suoque Ordini funestus fuerit. Ut proinde si promotionem Lectorum ad Cathedras, si delegationem Judicum ad Caussas, si alios actus id generis, non licet per præsumptiones sine scientia habilitatis transigere; multò minus fas sit eo paeto transigere Novitiorum admissionem ad Ordinem, potissimùm verò ad Ordinem nostrum ob caussam, quam supra diximus (§. *Quonqnom*).

= (*b*) Satius est, paucos bonos, quàm multos

= ma-

= malos habere Ministros, ut habetur in C. *Cum sit* de ætat. & qualit.

= (*c*) Supr. sub. d. 22. Sept. 1757.

= (*d*) Vid ad d. 28. Apr. 1758.

= (*e*) Præter vitæ integritatem, morumque gravitatem, & qualitates alias, quas Statuta Ordinis in Eligendis requirunt; exigunt, quod attinet ad Eligendos in Ministros, vel in Definitores Provinciarum, ut priores illi in Officiis inferioribus suæ ad regendum aptitudinis specimen præbuerint; posteriores autem (nisi tres Annos saltem in Guardiani munere cum laude expleverint, vel, ut in hujus Cismont. Familiæ Statutis additur, ad triennium fuerint aut Novitiorum Magistri, aut a Secretis Provincialis Ministri, majorumve Ordinis Prælatorum) debeant in Prædicationis, aut Lecturæ munere Annis saltem quatuor laudabiliter esse versati. Primum illud de Eligendis in Ministros mandatum fuit a Capitulo Gen. Romano 1639. pro utraque Familia, inter Statuta ab Urbano VIII. specificè confirmata (tit. *De Ministr. Prov.*, in Chron. Perus. Par. 1. p. 9. B.). Alterum verò de Concionatoris, aut Prælectoris munere occurrit quidem in ambarum Familiarum Statutis; sed aliquantò aliter in Ultramontanis, ac in Cismontanis. Patres autem Generalis Capituli Valentini 1768., in Sessionibus habitis pro hac nostra Familia, sic pro eadem Familia illud utrumque declaraverunt.

= Et quod attinet ad conditionem illam, quæ ad Eligendos in Ministros pertinet, sic statuerunt (Sess. XIII. 27. Maji): *Capitulum Gen., explicando qualitates Prædicationis, aut Lecturæ memoratæ ad Definitoriatum; pro electione Ministri Provincialis, retento Statuto Romano anni 1639., quo eligi prohibetur, qui in inferioribus officiis suæ ad regendum aptitudinis specimen non præbuerit, ejusdemque Statuti retenta declaratione facta in Capitulo Romano ann. 1651.; pro ampliori ejusdem rei expositione, neminem id specimen præbuisse, atque adeò in Provincialem eligi posse decernit, nisi vel sit Lector jubilatus, vel sexennio Theologiæ Lector in Studiis Generalib., aut Provincialib., vel Concionator Generalis, vel qui Patentibus Superiorum Literis ad legendam Theologiam declaratus, aut decennio Confessarius Monialium fuerit, aut sexennio Conventuum Novitiatus, Recollectionis, vel eorum, in quibus Theologiæ Studium Generale, aut Provinciale vigeat, Guardianus, vel tandem, in aliis superioribus officiis Religioni probè inserviendo, scientiam, & prudentiam ad gubernandum notoriè ostenderit*. Declarationem, quæ hic supra commemoratur, Capituli Gen. Rom. 1651. habes in Chronol. Perus. (Part. 1. p. 68. A. ad calc.)

= Quod autem initio dicitur, *explicando qualitates &c.*, id perinde accipiendum est, ac si diceretur: *explicatis jam qualitatibus &c.* Neque enim in hoc Statuto explicantur qualitates Definitorum, sed Ministrorum. *Qualitates* verò *Prædicationis, aut Lecturæ memoratæ ad Definitoriatum* explicarant jam Patres in præc. Sess. XII. n. IV. Sic autem explicaverunt: *Capitulum Gen. decernit, ut in posterum Definitores Familiæ Observant. eligi non possint, nisi qui quatuor annis conciones habuerint quotidianas in Ecclesiis Cathedralib., vel Collegiatis insignibus, vel in Suggestis Generalib. Ordinis, aut qui Sac. Theologiam Scholasticam, sive Dogmaticam in Studiis Generalib., vel Provincialib. saltem, docuerint*. Dum verò Capitulum *decernit, ut eligi non possint &c.*; subaudienda sunt verba, *ex titulo Prædicationis, aut Lecturæ*. Neque enim mens est Capituli alios excludendi titulos, quos supra diximus (post huj. Not. init.); sed solummodò explicandi *qualitates Prædicationis, aut Lecturæ*, ut ex horum titulorum alterutro quisquam possit in Provinciæ Definitorem eligi: quemadmodum in principio Statuti alterius, in §. præced. relati, Capitulum idem significat.

= In Collectione, ipsius Capituli auctoritate perfecta, post explicatas duas istas pro Definitoratu qualitates subjungitur: *Guardianatum* (de quo supra dictum est post initium huj. Notæ) *intelligendum esse de locis Novitiatus, Recollectionis, vel Studii Theologici*.

= (*f*) Quum Rm̃us P. Minister Gen. Petrus Joannetius de Molina nos patentibus suis Literis, hoc Anno die 6. Julii datis, Chronologum Generalem Ordinis renunciasset; quanquam tunc assiduis Scholasticis occupationibus in moderanda Aracælitana ista S. Theologiæ Cathedra distinebamur; cupientes nihilominus, quamprimùm liceret, operi manum admovere, exhibuimus ea, quæ hoc num. XII. continentur, Rm̃o P. Commissario Generali, rogantes, ut illa suis hisce Literis intersercre dignaretur: qui, pro eximio illo, quo ferebatur, studio in rem Ordinis publicam, votis nostris quàm libentissimè annuit. Atqui hinc paucissima Monumenta retulimus.

= Interea temporis, quum vix e Cathedra Theologica die 5. Novembris 1767. fuissemus egressi, Literas improvisò accepimus Mense Junio proximi Anni 1768. ex Comitiis Valentinis, quibus A. R. P. Eustachius Neapolitanus, qui ob merita sua (quæ ex Pontificiis Literis supra audivimus ad d. 29. Jul.) Procurator Gen. Ordinis fuerat in Comitiis iisdem creatus, me delegabat Viceprocuratorem Generalem, usquedum ipse Romam appelleret: appulsus autem me sibi voluit a Secretis. A quo nos Munere, donec ille Procuratorium Officium gessit (gessit autem, prorogatis Gen. Comitiis, decem Annos, & Menses aliquot) nosmetipsos expedire nunquam potuimus, quamvis & ipsum obsecrassem, & P. Ministrum Generalem Paschalem a Varisio interpellavissem; id solummodò tunc consequutus, quum, perlato Romam ex Neapolitana Urbe (in quam is apoplectici sui morbi caussa se contulerat) de ejusdem obitu nuntio, P. Ministrum Gen. infimis precibus exoravissem, ne ab illius Successore, quicumque is esset futurus, Officio eidem rursum subjicerer. Hoc modo fuimus tandem voti nostri compotes facti.

= Interim verò etsi Curiæ laboribus occuparemur; tamen & plurima Monumenta collegimus, ad Chronologiam Historicolegalem spectantia, ex istarum Ordinis Curiarum ac SS. Congñum Archivis; & Chronologiam ipsam exorsi ab An. 1751., priores Paginas CCXXIV. hujusce Voluminis, ac XVI. *Supplementorum in præcedentes Tomos* (ad calcem alterius cum sua continuatione collocandas) elaboravimus, & edidimus, edituri continenter, nisi caussa, quam infra dicam, intercessisset, ea quæ supererant Anni 1756., ac Supplementorum; ut, sicuti PP. Ministro, & Procuratori Generalibus fuerat deliberatum, addita ad calcem Valentina Statutorum Collectione, tunc a Rm̃o P. Josepho M. Vedanensi jam absoluta, & ab Ordine approbata, distribueretur Volumen Anno 1774. in Capitulo Generali hic celebrando. At verò quum ca-

= ptum inopinatè fuisset consilium publicationem Collectionis illius prudentibus ex caussis tunc suspendendi; suspensa quoque fuit impressio, ut, collectis Monumentis omnibus, integrum vulgaretur Chronologiæ Corpus extremos quoque Annos complectens.

= Simul autem pluries per id temporis apud P. Ministrum Gen. nostras iteravimus preces de imperandis efficaciùs Annalium Monumentis. Atque is, uti erat & ipse præclarè animatus in publicum decus Ordinis, animo lubentissimo, capta opportunitate encycliarum Literarum a se per Ordinis Provincias mittendarum, paragraphos sibi a nobis exhibitos Epistolis suis inseruit, quas Anno 1774., & 1776. ad Ordinem dedit (nam primam Epistolam dederat An. 1768. tribus circiter post Electionem Mensibus ante suum ex Ultramontana Familia discessum, dum esset Matriti, antequam proinde ipsum convenire potuissem). Laudes tamen nostras adjecit ipse, & ante ipsum Rm̃us Pater a Vedano, quas nos fatemur minimè promeruisse.

= Quoniam verò aliquot Monumenta illa, quæ ex Cismontana tantùm Familia in vim earum Literarum accepimus, elucubrata non fuerant pleraque ad normam legum, quæ in iis paragraphis præscribebantur, cæterarum verò Provinciarum Ministri sese multimodis excusarent; plurimæ hinc illuc scribendæ nobis fuerunt Epistolæ, ut ab aliis Monumenta mitterentur, ab aliis illa, in quibus missa deficerent, supplerentur. Harum Epistolarum, ceterarumque lucubrationum omnium, de quibus hic supra, & infra meminimus, Manuscripta nostra autographa, ut consuevimus, apud nos servamus.

= Dum porrò liberati, sicuti diximus, Munere a Secretis Curiæ, tum historicorum Monumentorum illorum vel supplementa, vel transmissionem urgemus; tum adornandæ incumbimus integræ Chronologiæ nostræ; tum denique inter istos Officii nostri labores (ut semper aliàs), nunc Prælatorum voluntate, nunc privatorum flagitationibus, aliis atque aliis literariis negotiis interturbamur ob peritiam, quam in nostris obeundis Muneribus videbamur adepti: imponitur humeris nostris a P. Ministro Generali Onus multò gravissimum condendarum Breviarii novissimi Rubricarum: quæ quàm difficilis, quàm salebrosa, quàm molesta provincia sit, ii solùm norunt, qui harum rerum periti sunt.

= Post illas tandem, Deo auspice, absolutas, illustratasque Notis perpetuis, quibus non modò res ipsæ, sed verba quoque in illis adhibita (quum de ferendis ageretur Legibus) confirmabantur; post plures deinde Congressus habitos ad enodandas difficultates apud S. Congñem Particularem a SSm̃o Dño Nostro delegatam, & post typorum demum correctiones, dum illæ in Breviario imprimerentur: P. Ministrum Gen. obsequenter rogavimus, ut Rubricas Missalis alteri demandaret, nobis autem liceret Officii nostri partes resumere. At frustra id fuit, objecta nobis inter alias ea ratione, quod necesse foret, ut Rubricæ tum Breviarii, tum Missalis, quò sibi invicem usquequaque responderent, & forent consonæ, unum eumdemque Auctorem haberent. Itaque novis hisce Supremi Moderatoris jussibus parendum fuit.

= Atqui nondum Missalis Rubricas, negocium pariter longè operosissimum, perfeceramus, quum ecce ab eodem Rm̃o Patre, proposito nobis non solùm *Merito*, sed & *Præcepto S. Obedientiæ*, quamvis ipsi notissimæ, eæque ineluctabiles rationes essent omnimodæ impotentiæ nostræ, quas eidem demississimè exposuimus; adigimur nihilominus a Secretis esse P. Procuratori Gen. Philippo a Podiomyrteto, ac subinde, eo defuncto, ipsius Successori (mox Præsidi Generali, nunc Generali Commissario in Romana Curia) Rm̃o P. Carolo Josepho a Genua; Viris quidem dignissimis, meique amantissimis, de quibus alibi sum dicturus, sed tamen importunis omninò occupatissimi hominis interpellatoribus: quam nostram conquestionem scimus & alterum, quem Deus adhuc sospitem servat, & ut servet precamur, quique hoc Mense Octobri, dum hæc scribimus, Roma abest, scimus, inquam, fore illum libenter passurum; & passurum quoque priorem alterum libenter fuisse, si modò viveret.

= Suppleto tandem Generali Capitulo per suas Apostolicas Litteras a Paterna PII VI. Pontificis verè Maximi, verè Optimi in nostrum Ordinem Caritate, meque ex Pontificia Benignitate, meritis prorsus imparibus, Definitore Generali renunciato, quum demum licuerit Officium illud a Secretis dimittere; editionem hujus nostri Voluminis tamdiu imperfectam aggressi sumus perficere; edendoque statim Volumine altero eamdem Chronologiam nostram, ad hos usque Annos perductam, ad Nostratum utilitatem, & commodum exhibere, favente Deo, *ex quo nostra* omnis *sufficientia est*. Hæc nos perquam libenter transmisissemus silentio. Sed tamen narranda duximus, illud Pauli Apostoli recolentes: *Sapientibus, & insipientibus debitor sum*.

= (g) Eadem die P. Commissarius Gen. alteras de more dedit encyclias Literas his similes ad Italiæ Provincias italo sermone scriptas.

1765. 6. Dec. *Sac. Rotæ Rom.*

Decisio in Causa Montis Alti Celebrationis Festivitatis, et Processionis *cor. R. P. D.* De Zelada, *nunc Amplissimo Cardinali: in qua utilissima multa disseruntur comprimendis contradictionibus illis, quæ circa Festa, & Supplicationes emergunt passim.*

1. IN Oppido Montis Elparis a decem, & amplius annis certatim venerari Populus cœpit Deiparam Virginem de Bono Consilio, gratiis ævo nostro præclaram, cujus Altare erectum ibi est in Ecclesia PP. Eremitarum S. Augustini. Non displicuit primùm Josepho Pierantozzi Parocho S. Michaelis ejusd. Loci, ut, annuente Episcopo, nova Festivitas celebraretur die 8. Septembris; consensitque pariter, ut ab an. 1760. Solemnis ea die per Oppidum duceretur Supplicatio cum Icone ejusd. B. Virginis. At deinde a nonnullis, in PP. Augustinianos malevolis, instigatus & Solemnitati, & Processioni ea die faciendæ intercedere cœpit, objiciens, desertum per hæc manere Ecclesiæ suæ Festum Nativitatis ejusd. Bm̃æ Virginis.

2. Re quoad possessionem secundùm PP. S. Augustini definita coram A. C., non idem ibi fuit exitus in petitorio Judicio super jure prohibendi. Mandata deinde mihi est Causæ notio *&c.* (a). Quare quum hodie a DD. sciscitatus fuerim = *An liceat PP. Eremitis S. Augustini Montis Elparis celebrare in eorum Ecclesia Festivitatem Bm̃æ Virginis de Bono Consilio die 8. Septembris, & ducere Processionem*

nem per Terram prædictam cum Simulacro ejusd. Bmæ Virginis ? = placuit ipsis respondere = *Affirmativè in omnibus*.

5. Ex ordine itaque de prima agendo Dubii parte, negari utique non poterat S. Augustini Patribus facultas agendæ Festivitatis. Liberum hoc enim est, & cuique permissum, ut ii, ad quos Ecclesiæ pertinent, Divinum Cultum promoveant, solemni Ritu celebrando quæcumque Festa Sanctorum, & cum primis B. M. V., præsertim si Altare adsit eid. Cultui dicatum, ut ex Textu in Can. 9. caus. 18. qu. 2., tradunt Clericat. Discord. forens. to. 2. par. 3. discord. 15. n. 55., & plur. seq., Rot cor. Ratto dec. 240. n. 1., & seq., & in Neapolitana Manutentionis super 3. Dubio 10. Dec. 1759. §. 3., & 18. Apr. 1760. §. 5. cor. bon. mem. Frangipane. Nec sanè a quoquam id aliter prohiberi potest, quàm si titulus proferatur undique certus, & perspicuus: Quum in ambiguo audiendus nullo modo sit, qui rem sanctam impedire contendit, Rot. in Rec. dec. 316. n. 1. & seq. par. 14., & in Nuperr. dec. 403. n. 1. par. 5. to. 2.

4. In præsenti autem casu, quum Parochus ipse plurium annorum spatio Festum solemniter celebrari permiserit die 8. Septemb., immo insuper postremis annis Precationi per Oppidum ducendæ expressum præstiterit assensum; nemo sane hinc statim non intelligit, ab ipso in medium afferri haud posse stabile, ac firmum jus prohibendi. A quovis etenim jure, si quod habuisset, per acquiescentiam cecidisset, quia novæ Festivitati illico sese non interposuit, ne introduceretur. In subjecta namque re hoc jure utimur, ut qui verè habet jus prohibendi, sub initium intercedere valeat, ne in altera Ecclesia solemnis certo die agatur Festivitas; deinde verò non audiatur, si post admissam plurium annorum spatio celebritatem, tum demum contradicere velit, nam patiendo illam agi, juri suo renunciasse censetur, ut post alios firmant Card. de Luc. de Miscellan. disc. 32. n. 9., Ursaya Discept. Eccles. to. 2. par. 1. discept. 5. n. 16., Rot. in Melevitana Processionum super 2. Dubio 18. Mart. 1733. §. 7. cor. clar. mem. Card. Calcagnino.

5. At verò quamvis res adhuc integra foret, idem nihilominus esset affirmandum. Perperam enim Parochus prohibendi titulum ex eo desumit, quod ead. die 8. Sept. in Ecclesia sua solemniter celebrari consueverit Festum Nativitatis B. M. V. Caret enim quocumque fundamento hæc ad opportunitatem prolata celebritas. Revera enim ea die in Ecclesia S. Michaelis illud tantùm speciatim fieri moris est, ut duæ Missæ celebrentur cum 4. Candelis ad Altare subterraneum S. Mariæ de Laudu, altera lecta, altera verò cum cantu, sed a solo Presbytero sine Diacono, & Hyppodiacono: Id autem neque etiam incumbit ipsi Parocho, sed ejusdem Sacelli Presbytero, implerique cœpit ab an. 1704. ex onere injuncto a Maria Stecchia Fundatrice. (*Probantur hæc multipliciter in seq. n. 6.*).

7. Factum quidem est aliquando, ut in Ecclesia S. Michaelis ipso die 8. Sept. specialis veneratio præstita fuerit Nativitati SS. Virginis. At id evenit tantummodo, dum *&c.* Varia autem tunc quoque fuerunt pietatis opera pro Auctorum religione, & ingenio: Primus enim *&c.* Nec idem denique iis temporibus semper fuit Altare ad hæc peragenda destinatum *&c.*

8. Verùm, si ista excipiantur, cæteris planè annis, & eo præcipuè tempore, quo PP. S. Augustini in propria Ecclesia solemniter celebrare cœperunt Festum B. M. V. de Bono Consilio, nulla percipi potuit die 8. Sept. Festi species in Ecclesia S. Michaelis, cum cantata simpliciter fuerit una Missa absque ulla solemnitate, prout ferebat obligatio injuncta a Fundatrice. Nec aliter intelligendi sunt *&c.* (*Agitur hic, & seq. n. 9. de Testibus Parochi, quorum alii explicantur, alii reprobantur.*)

10. Non est igitur, cur Parochus S. Michaelis ex jactato Festo suo Nativitatis aliquod desumat jus prohibendi. Hoc enim titulo dumtaxat Rectores jure utuntur, quorum Ecclesiæ prævenerunt in celebratione solemni ejusdem Festi eodem die. Celebratio autem Missæ cum Candelis simpliciter cantatæ a Presbytero sine Diacono, & Hyppodiacono, aliisque Ministris, nullam certè constituit Solemnitatem, nullamque celebritatem, etiamsi res sit in parvo Loco, & in Ecclesia non Collegiali, nullumque proinde præstat jus prohibendi, ut bene observant Gonzal. in Comm. ad C. 12. n. 6. de vit. & honest. Cler., Ursaya Discept. Eccl. to. 2. par. 2. disc. 5. n. 15., Mayer de Explicat. Cærem. Eccl. part. 3. c. 19. §. 1., & duob. seq., Rota cor. Emo D. Card. Crescentio dec. 137. n. 23. vers. *Verificari poterat*.

11. Solemniter Festum aliquod celebrari dicitur non Divinis tantùm laudibus, sed & aliquibus exterioribus apparatibus, publicæque lætitiæ, & alacritatis testimoniis, ut si Altaris splendidiore ornatu præfulgeant, si Ministri Altaris nitidiores, ditioresque vestes assumant, si ad Officia solemnia omnes pulsentur Campanæ, si concentus accedat musicorum instrumentorum, si alia demum concurrant id genus signa sanctæ cæteroquin lætitiæ, & alacritatis, ut tradunt Lezan. Consult. 2. n. 37., & seq., Gavant. in Rubr. Brev. Rom. sect. 2. c. 2. n. 29., Rot. in Nuperr. dec. 285. n. 15. to. 3. Et ita pro Loci conditione præcise servatur in Oppido Montis Elparii ad distinguenda Festa solemnia ab aliis communibus. Nullum tamen ex iis Festorum indiciis in Festo Nativitatis intervenisse, commemorant Parochi Testes, qui totum Festum in eo constituunt, quod cantatæ fuerint 1., & 2. Horæ Vespertinæ. Quumque ex Religiosorum Testibus constet, id quoque a plurib. annis fuisse prætermissum, vix sane, ac ne vix quidem audiri potest, quod, deficiente cujuscumque Solemnitatis argumento, proponatur jus prohibendi, quum sola Festivitas, sola Celebritas, quæ Populi frequentiam excitat, hominumque concursum, efficax præbeat fundamentum prohibendi, quominus altera Ecclesia eadem die celebret eadem Solemnitate idem Festum, ut prosequitur Mayer de Explic. Cær. Eccl. par. 3. dicto c. 19. §. 2., & 3., & consonant Decreta S. Congñis Rituum, relata a Nicol. in Flosc. v. *Festum* n. 5., & Matthæucc. in Offic. Cur. Eccl. c. 21. n. 6.

12. Certò certiùs verò, quis per Festum B. V. de Bono Consilio nec damnum ullum irrogatur Ecclesiæ S. Michaelis in oblationibus, & eleemosynis, quæ die Nativitatis B. V. nunquam ibi præstari consueverunt: Nec res est cum aliquo Sodalitio, in quo, tanquam plerumque composito hominibus cujusvis conditionis, & sic pronis ad rixas, timeri facilè potest, ne ex celebratione ejusd. Festi uno, eodemque die contumeliæ oriantur, lites, & turbæ: Nec denique Patrum S. Augustini Ecclesia contigua, aut admodum proxima est alteri Ecclesiæ S. Michaelis. In his autem circumstantiis, etiamsi aliqua eodem die Festi species ageretur in Ecclesia S.

Mi-

Michaelis, nulla tamen inde consurgeret justa prohibendi causa: Nam sola diminutio concursus Populi in pretio non habetur, cum prævalere debeat favor Divini Cultus, ejusque incrementum, Ursaya Disc. Eccl. to. 8. par. 1. disc. 31. n. 9., & seq., el. me. Card. Petra in Comm. ad Const. 2. Paschalis II. sect. 5. n. 50., Rot. cor. Seraphin. dec. 847. n. 3., & in Rec. dec. 165. in fin. par. 16. Æmulatio verò, siquæ inde fortasse oriatur, hac in re potius est commendabilis: Nam ita Personæ Ecclesiasticæ eò magis diligentiores redduntur ad ea, quæ Cultum respiciunt, & ornatum Ecclesiarum, ut, præter modò relatos, observant Card. de Luc. de Miscell. Eccl. disc. 31. n. 12., Rota in Nuperr, dec. 403. n. 7., & duob. seq. to. 5. par. 2.

13. Ex his igitur actum est de jure prohibendi. Quare nec justè postulabat Parochus, ut Festum hoc ad alium diem transferretur. Huic quippe temperamento tum demum solummodo locus est, cum perspicua ratio urget, cur eodem die celebrari non debeat. Nec ad rem facit, PP. S. Augustini aliàs interdicendum curasse Parocho, ne Festum celebraret B. Antonii de Amendula, quo die id ab ipsis agebatur. Res quippe erat de Beato proprii Ordinis Eremitar. S. Augustini; ac propterea meritò Religiosis ita relinquenda erat prælatio, ut ante cæteros proprii Religiosi cultum promoverent in propria Ecclesia.

14. Minùs verò prodest, Ecclesiam S. Michaelis Matricem esse, aut saltem digniorem Matrix etenim appellata quandoque fuit. At revera talis non est ne impropriè quidem. Patet siquidem tum ex &c., utramque Ecclesiam S. Michaelis, & S. Augustini æquo jure semper censitas, habitasque fuisse, nec unam alteri præcellere vel minima aliqua prærogativa. Cæterùm si illa S. Michaelis posset etiam præeminentia gloriari, id nihilominus ad rem minimè pertineret: Nam Festorum celebratio inter eos non numeratur obsequii actus, quos Matri præstare debeat Ecclesia filialis, ut inhærens generalib. Decretis Urbis, & Orbis, a S. Congñe Rituum editis die 10. Dec. 1703., dixit Rot. in Gerunden. Anniversariorum 3. Dec. 1708. §. *Neque assumptum* cor. cl. me. Card. Scotto, confirmata cor. Crispo dec. 28. num. 7.; & in Neapolitana Manutentionis super 3. Dubio 10. Dec. 1759. §. 8.; & 18. Apr. 1760. §. 2. cor. bo. me. Frangipane.

15. Quod denique dies octava Sept. sacra sit Nativitati B. M. V. haud impedimento esse potest, quominus ead. B. Virgo ea die colatur sub titulo de Bono Consilio. Augustiniani enim, totusque Clerus Officium recitant, ac Missam celebrant Nativitatis B. Virginis. Si autem eo die cultum promovent in Populo B. Virginis de Bono Consilio, nihil sanè faciunt aut contra Rubricas, aut contra Decretum Ven. Innocentii XI. relatum a Gavant. tom. 2. Decret. 196. p. 274., quibus vetantur alia Festa in diebus solemnioribus, & Festa ad libitum, quæ cadunt infra Octavas. Beata siquidem Maria Virgo eadem semper est, quomodocumque colatur: Quumque res sit de parvo Oppido, destinandus necessariò erat festus Dies ex Ecclesiæ præcepto, ut totius Populi religioni, & votis satisfieret. Scitissimè autem electus est dies Nativ. B. Virginis, cum is & proximus sit Festo S. Nicolai a Tolentino, quod peragitur ab ipsis S. Augustini PP., & tanquam B. Virginis cultui jam dicatus, congruens sit ad promovendam ejusd. SS. Virginis venerationem. Nil mirum proinde, si duo Rmi Episcopi Montis Alti, tam Prædecessor scilicet, quàm hodiernus, ad quos cura pertinet, ut Rubricæ, & Apostolica Decreta serventur, permittendum duxerint, ut eo Die Festum adderetur B. Virginis de Bono Consilio.

16. Hactenus de prima Dubii parte. Paucis conficitur pars altera, in qua agitur de Supplicationis pompa per Oppidum. In ea autem consistit pars potissima Festi solemnis; magis enim per Processionem excitatur Populi concursus, magisque etiam promovetur veneratio, & famulatus erga Bmam Virginem. Accessionem cæteroquin id continet, & additamentum solemnis Celebritatis. Quare quod de Festi celebratione statuitur, idem de Processione judicium ferendum est, ut punctim respondit Rot. in Tarentina Celebrationis Festivitatis super Processione 26. Junii 1744. §. 3. cor. bo. me. Canilliac; 2. Junii 1744. §. 4. cor. cla. me. Card. Millino; & 20. Januar. 1746. §. 3. cor. Emo D. Card. Elephantutio.

17. Neque rem mutat, quod Regularibus minimè permissum sit Processiones ducere extra claustra, seu extra ambitum suarum Ecclesiarum, ejusque muros. Cessat enim hæc prohibitio, si vel Parochorum consensus accedat, vel (*b*) Episcopi, ut, plenè discusso articulo, firmavit Rot. cor. Herrera dec. 63., & dec. 134. per tot. Bene autem conscii PP. S. Augustini Ecclesiasticæ Disciplinæ, non antea Processionem Festivitati addiderunt, quàm post impetratam ab Episcopo permissionem, & facultatem: Immo verò consensum quoque in id obtinuerunt a Parochis, & speciatim a Parocho S. Michaelis, ut legem implerent ab Episcopo datam, qui Processionis ducendæ potestatem ipsis non aliter fecerat, quàm = *auditis Rectoribus Parochiarum* =: Parochum verò S. Michaelis in id consensisse, & probant &c.

18. Verba autem cavillatur Parochus, quum inquit, facultatem, quam Episcopus impertitus est, non referri ad Processionem faciendam die 8. Sept. Etsi enim &c.

19. Sed aliunde cessat etiam quæcumque ambigendi occasio, nam Rmus Episcopus S. Congñi Episc. & Regul. votum suum pandidit, ut continuare debeant PP. S. Augustini in solemni celebratione Festivitatis cum Processione. Certissimus igitur, & constans est ejus consensus in Processionem faciendam ipso die 8. Sept.: Id autem exuberat, etiamsi hodie Parochus S. Michaelis animum mutaverit; sive quia, accedente consensu Episcopi, necesse non est, ut Parochi consentiant, ut plenè Rot. cor. Herrera d. dec. 134. num. 8., & 9.; sive quia in Oppido Montis Elparis nulli Parochis assignati sunt certi limites, sed certæ dumtaxat Familiæ, ubicumque habitent, & earundem Parochiarum altera unita quoque est Ecclesiæ PP. S. Augustini; ex quo consequitur, ut nec Parochus S. Michaelis, nec alii proprium territorium habere dici valeant, itaut sine istorum consensu duci per illud nequeat Processio.

20. Meritò proinde nihil mutandum visum est tam de Festivitate, quàm de publica per Oppidum Supplicatione: præsertim cum hæc sit sententia Rmi Episcopi pandita S. Congñi Episc., & Regul. Plurimi autem valet in his controversiis votum proprii Episcopi, tanquam de suæ Ecclesiæ negotiis apprime instructi, & in loci faciem judicium interponentis, ut aliàs dixit Rot. in Derthonen. Commemorationis Defunctor. 7. Febr. 1729. §. final. cor. clar. me. Card. Aldrovando. Et ita Utraque &c.

= (*a*) Omittimus hic, & infra nonnulla studio = brevitatis.

= (*b*)

= (*b*) Sufficere licentiam Diœcesani Episcopi, Decreta statuunt, & cum Sac. Rota Auctores docent. = Adi Monacellum (To. 1. tit. 5. formul. 7. n. 26.).

1765. 11. Dec. *Irritæ declarantur Vicariorum duorum Provincialium Electiones simul factæ in Provincia quadam: altera, quòd defuerit legitimus Præses; altera, quòd defuerit legitima forma, cum per Calculos, non per Schedulas peracta sit.*

RR. PP. (*a*) = Ex Literis vestris, & ex aliis non sine gravi mœrore accepi, duos per obitum R. P. Ministri electos fuisse Vicarios Provinciales istius Provinciæ, scilicet P. F. Joannem . . . in Conventu . . . die 10., & P. F. Eugenium . . . in Conventu . . . die 16. proximè elapsi Novembris. Priori electioni, per tres Definitores factæ, præfuit R. P. Philippus .... Alteri præfuit R. P. Maximilianus ..., qui cum P. Custode, & altero Definitore suffragatus est. Neutram electionem sustineri posse constat; primam quidem P. F. Joannis ex defectu legitimi Præsidis; secundam P. F. Eugenii ex defectu legitimæ formæ.

Ad priorem quod attinet; Leges nostri Ordinis consulendæ sunt circa munera, & conditiones Præsidentis. Statutum Romanum anni 1639. decernit (*b*) = *Quod dignior Provinciæ Pater, is videlicet, qui primum locum* (sibi) *vendicat, convocato Definitorio, faciat Vicarii Provincialis electionem, in qua votum activum habeat, & passivum*. Statutum vero Generale Romanum 1651. idipsum habet (*c*) = *Pater dignior debet sine dilatione ulla convocare omnes Patres, qui sunt de corpore Definitorii, & debet præsidere in electione cum voce activa, & passiva, si aliàs non est ad hanc inhabilitatus alio jure. Loco ipsius Præsidentis non est subrogandus alius Pater; nam ipse exercet officium dignioris*. Ex his liquet, essentialia Præsidentis munera in ea electione esse debere; primum, Convocare Vocales legitimos; secundum, Dirigere formam Canonicam electionis, & suffragia recipere, quod est Præsidere; tertium, Facere electionem cum Definitorio convocato, id est suffragari, seu vocem activam exercere cum illo. Hæc tria adeo connexa sunt, & per Statuta Ordinis ita necessariò præstanda a Præside in electione Vicarii Provincialis, ut qui hæc simul præstare omnia non possit, is legitimus Præsidens esse, & dici nequeat. Profectò Statuta omnia vocem activam cum legitima Præsidentia substantialiter conjungunt in prædicta electione: vocem verò passivam Præsidenti legitimo deesse posse, prælaudatum Statutum Romanum 1651. declarat illis verbis = *Si aliàs non est ad hanc inhabilitatus alio jure*. Quæ est lectio germana Statuti ejusdem, pro utraque Familia conditi, ut videre est in accuratissima Compilatione Statutorum Generalium a Rmo P. Ximenez Samaniego ex-Ministro Generali elaborata, ac anno 1751. denuo typis edita pro Familia Ultramontana, in qua expressè habetur (*d*) = *Et debet præsidere in electione cum voce activa, & passiva, si aliàs non est ad hanc*, id est passivam, *inhabilitatus alio jure*. Quæ particula, *ad hanc*, per incuriam Amanuensium omissa fuit in Chronologia Ordinis.

His præjactis, videndum: An P. Philippus . . . . legitimè potuerit exercere omnia legitimi Præsidis munera in electione Vicarii Provincialis? Vos ad manus meas transmisistis exemplar authenticum resignationis, & abdicationis factæ a P. Philippo præmemorato die 28. Februarii anno 1762., quæ his verbis exprimitur . . . Hac solemni formula P. Philippus abdicavit omne jus interessendi Capitulis, & Congregationibus quibuscumque, ac sese immiscendi negotiis quibuslibet Provinciæ, reservata sola sibi Paternitate quoad locum, & præcedentiam sine prærogativis, & privilegiis Paternitatem hujusmodi aliàs consequentibus. Porrò Congregatio Provincialis est, in qua per obitum Ministri Vicarius Provincialis renuntiatur; negocium quoque Provinciæ est magnum, & potissimum convocare Definitorium, recipere suffragia, & electionem facere. Cum igitur P. Philippus jus suum renuntiaverit interessendi cuicumque Congregationi, & quodlibet imposterum suscipiendi Provinciæ negocium: jam temere, perperam, & injuria, receptis sigillis, & scripturis defuncti Ministri, Definitorium convocavit, eique in electione Vicarii Provincialis præfuit; quæ sanè ob Præsidentiam illegitimi Præsulis, cui scilicet jus præsidendi abrogatum erat, nulla fuisse, & irrita convincitur. Nec obstat, illum præsedisse quidem, sed tamen suffragatum non fuisse. Nam ex hoc potiùs aliud nullitatis caput eruitur. Siquidem ex dictis legitimus Præses præfatæ electionis debet omnino suffragium ferre, &, si suffragium non tulerit, irrita evadit electio: etenim legitimæ Præsidentiæ per Statuta nostra essentialiter vox activa adjungitur. Jam verò P. Philippus a voce activa ferenda abstinuit. Ergo planum est, legitimum Præsidem, qualem nempe Leges nostræ in Vicarii Provincialis electione requirunt, eum non egisse, quandoquidem munus Præsidentis præcipuum, quod est suffragari, omisit; ex quo electionis vitium magis magisque augetur.

Ajunt, memoratam P. Philippi resignationem legalem non fuisse, nec esse attendendam; utpote quæ non fuerit vel ab Apostolico Commissario, vel a PP. Definitorii, edito Decreto, acceptata, quod ad hoc, ut vim legis obtineret, necessarium fuisse prætenditur. Sed falsum. Nam Illmus Commissarius Apostolicus non solùm probavit, sed etiam laudavit prædictam abdicationem, eamque inter Apostolicæ Visitationis Acta, & Decreta ex integro retulit, atque omnibus Fratribus notam fecit. Laudando autem, referendo, & publicando, satis satiùs se renunciationem acceptasse demonstravit. Nec minùs Patres Definitorii; qui omnes ad unum Apostolicæ Visitationis Decreta, inter quæ formalis, & juridica P. Philippi renunciatio continebatur, subscripserunt, quin eorum aliquis quidquam contra eam mussitarit, certè reclamaturus, si eam acceptare noluisset. Quid? quod non tantùm subscriptione, sed etiam facto ipso evidenti acceptasse dignoscuntur.....

Novit hoc probè P. Philippus, qui cavillum tanti non fecit, sed resignationem suam ratam, acceptamque a Definitorio certò habuit, adeo ut voce activa, & passiva in sua Præsidentia se caruisse fateatur. Tantùm in hoc splendidè falsus est, quod crediderit, Paternitatem sibi relictam, per præcedentem abdicationem mortificatam quidem esse quoad vocem activam, & passivam, non tamen quoad Præsidentiam in electione Vicarii Provincialis. Verùm enim vero talis, & tanta ejus privatio est, qualis, & quanta fuit ejus abdicatio. Atqui abdicavit se omni jure interessendi cuilibet Congregationi, ac cuique negocio Provinciæ se se immiscendi. Sequitur ergo, quod privatus existat utroque illo jure, ac nonnisi illegitimè Definitorium coegerit, Congregationi, & negocio omnium gravissimo Provinciæ præfuerit, nimirum electioni Vicarii Provincialis. Cæterùm error est, Paternitatem digniorem consistere non posse sine jure præsidendi, cum optimè consistat sine jure suffragandi. Audiatur Statutum Romanum

num Anni 1664. (f) = *Declarat Capitulum Generale, quod subrogatio semper debeatur digniori, dummodo Pater subrogandus non sit perpetuo impeditus*. Quod si Pater subrogandus perpetuò impeditus, remanet Pater dignior quoad præcedentiam, & locum, quin possit subrogari; quidni P. Philippo reservari potuit Paternitas dignior præcedentia, & loco, sed simul expoliata omni jure præsidendi, & quodlibet publicum Provinciæ negocium administrandi? Sane siquod magis videtur inesse, non inest; a fortiori quod minùs videtur inesse, non inerit? Numquam P. Philippus post legalem resignationem suam petiit admitti, numquam vocatus fuit, numquam accedere ausus est ad Congressus Definitoriales: nulla unquam ratio habita est in Provincia de ejus digniori Paternitate exauctorata; imò cum paulò ante celebrationem postremi Capituli Provincialis Definitor quidam obiisset, non P. Philippus, tametsi Pater antiquior, & dignior, sed Jubilatus antiquior de numero, cum alii ex-Ministri defuerint, subrogatus fuit; quam subrogationem ratam habuit Superior Gen. tunc temporis existens; & P. Philippus nihil excepit contra illam, nihil conquestus est, sed silentio, quod in causa hujusmodi consensui æquiparatur, approbavit. Jam verò si P. Philippo Capitulis, & Congregationibus Provincialibus interesse interdictum est, etiam consultandi gratia; si is ob suam resignationem subrogandi jus amisit (quæ omnia minora sunt); quomodò Præsidentis Officium exercere jure potuit, quod Præsidenti affert dignitatem, & authoritatem Capitis Provinciæ, sigillorum ejusdem usum, convocationem Vocalium, primas partes in Comitio; quæ omnia longè majora esse deprehenduntur?

Nihil autem boni conficit Statutum Gen. Roman. supra relatum, utpote quod mancum, & mutilum affertur, ut antea dixi (g). Ibi enim disponitur, quod Pater dignior debeat in electione præsidere cum voce activa, & passiva, si aliàs non est ad hanc, nempe passivam, inhabilitatus alio jure. Quod si sit ad passivam alio jure ineptus, loco ipsius Præsidentis non est subrogandus alius Pater. At enim P. Philippus jure suæ generalis, absolutæ, & illimitatæ resignationis non tantùm inhabilitatus manet quoad vocem activam, & passivam, sed etiam quoad jus interessendi, atque adeò præsidendi Congregationi cuilibet, & consectariò etiam illi, in qua de Vicario Provinciali deligendo agendum est. Ei igitur Statutum illud nequaquam prodest. Prodest autem in casu P. Maximiliano, cui per solemnem abdicationem P. Philippi jure succedaneo competit Paternitas dignior non in præcedentia, sed in juribus, & prærogativis ejusdem, quibus ille cessit. Itaque cum P. Maximilianus ex-Minister immediatus triennio non vacaverit, Lege Ordinis nostri in Vicarium Provincialem eligi nequit; & proinde inhabilitatus voce passiva accedere debet ad præsidendum, & suffragandum in electione Vicarii Provincialis; nec defectu vocis passivæ loco ipsius alius subrogandus est, nam ipse exercet Officium dignioris, quod P. Philippus, jura Paternitatis resignando, abdicavit.

Malè autem, & inconsideratè ponuntur in eadem linea P. Maximilianus, & P. Philippus, quasi ambo æqualiter, licèt diverso jure, voce activa, & passiva privati existant, alter jure renunciationis, alter jure non elapsæ vacantiæ. Nam nemo nescit, P. Maximilianum, utpote immediatum ex-Ministrum, ante vacationis triennium voce quidem passiva destitui ad Ministerium, vel Vicariatum Provinciæ; activa verò, ac prærogativa subrogandi nequaquam. Quamobrem quoniam sola activa vox necessariò per Ordinis Statuta cum authoritate præsidendi conjuncta est; meritò P. Maximilianus præsidendi munus consequitur: cum contrà ab eo P. Philippus, omnibus prærogativis, & vocibus orbatus, optimo jure removeatur.

Exempla adducta non faciunt ad rem, nec probant, quod intendunt, P. Philippum post factam resignationem, utpote digniorem Patrem, adhuc electioni Vicarii Provincialis præsidere legitimè potuisse. Quod major, seu dignior in Capitulo Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ nec Sac. Ordinibus initiatus, nec votum habeas, vi suæ jurisdictionis Præses Capituli convocandi, & celebrandi constituatur; quid nostra interest? Numquid electiones Regularium dirigi debent ad normam Canonicorum Sæcularium? Nihil minùs. Nos Leges peculiares habemus, & unusquisque Ordo Regularis habet suas, quibus sub pœna nullitatis electiones Monasticæ regulari debent. Ordo noster in electione Vicarii Provincialis ex Statuto Rom., confirmato in forma speciali ab Urbano VIII., *In supremo*, die 8. Novemb. 1639., necessariò requirit Præsidem, eumque decernit esse Patrem digniorem, qui nempe hujusmodi Paternitatis prærogativis, & vocibus gaudeat. Igitur hisce Legibus, & non Legibus Capituli Canonicorum Sæcularium electio Vicarii Provincialis celebranda est.

Venio ad Reverendissimum P. Cardona: qui Officio quidem Commissariatus Gñlis renunciavit, sed dignioris Paternitatis in Familia Ultramontana juribus, & privilegiis, vocique activæ minimè renunciavit. Ergo, facta Officii renuntiatione, cum dignior Pater Ordinis cum omnibus privilegiis, & prærogativis, ac voce activa inventus fuerit, nil mirandum, quod Præsidentiam egerit, & suffragatus fuerit in electione Vice-Commissarii Gñlis (h). Idipsum paulò antea præstiterat Reverendissimus P. Poerius, qui post factam Generalatus resignationem præsedit, & suffragium tulit electioni Vicarii Gñlis (i): atque ita Statutum Gñle decernit exaratum in Capitulo Gñli 71. Cap 3. §. 3. num. 5. (k): quo loci num. 6. subjicitur, quod, *si ex-Minister Gñlis hæc munera convocandi, & præsidendi etiam renunciaverit, illa exercebit dignior Pater ex Congressu*. Quod si Superior Gñlis assumptus fuerit ad Episcopatum v. g.; tunc post propositionem factam in Consistorio Summi Pontificis, statim habita notitia, jam nec habet, nec potest habere sigilla, nec exercere aliam jurisdictionem in Ordine. Ita disponitur loco citato §. 4. At Rm̃i PP. Poerius, & Cardona renunciarunt Officio, & exercuerunt Præsidentiam, antequam in Consistorio Papæ propositi fuissent, & nominati ad regendas Ecclesias, quas postmodum de facto obtinuerunt. Quid habet nunc P. Philippus cum P. Cardona? Ille, non iste, renunciavit jus omne interessendi, ac præsidendi, agendique quodcumque publicum Provinciæ negocium. Cum verò, ex Decreto S. Congñis Episc., & Regul. die 20. Nov. 1654. (l), *Renunciationes, seu Cessiones, semel admissæ, seu ad praxim redactæ, revocari non possint, atque ad Officia, & jura renuntiata, neque per electionem, neque per subrogationem, aut quamcumque aliam viam assumi possint resignantes, nec munia prædicta exercere*; constat planè, P. Philippum nullo pacto post resignationem jurium Paternitatis dignioris ad eadem jura exercenda attingere, nec a Definitoribus, nec ab Universa Provincia adsumi, & advocari posse.

Quemadmodum verò ex defectu legitimi, aliàs necessariò requisiti, Præsidis electio P. Joannis Iriza,

&

& nulla demonstratur; ita altera ex adverso P. Eugenii concidit omnino ex defectu Canonicæ formæ non servatæ: quæ in electione Vicarii Provincialis ea est, ut electio fiat per schedulas secretas, & obsignatas, nemine proponente, non autem per calculos, & ballotationem, sicut ille electus est. Profectò omnes electiones Ordinis nostri per schedulas secretas fieri, decretum est Constitutionis Sixti V., *Et communis cura*, editæ 29. Julii 1587. (m), & decretum Capituli Generalis Romani eodem anno celebrati, quod est hujusmodi (n) = *Cum in Sacros. Concilio Tridentino non exprimatur forma in electione servanda, præcipimus, omnes Superiorum Fratrum electiones per schedulas esse faciendas*. Quamquam verò & Sixtus V., & Gen̄le Capitulum formam electionis per schedulas ad omnes Superiorum, & Officialium Ordinis nostri electiones amplient, & Pontifex laudatus semper inviolabiliter, apposita clausula decreti irritantis, ita observari præcipiat, tamen posteriores Pontifices Urbanus VIII., & Alexander VII., datis Literis Apostolicis, *Religiosos Viros* 1642. (o), &, *Creditæ Nobis* 1663. (p), voluerunt, electiones Pro-Ministrorum, Custodum, & Guardianorum per formam ballotationum fieri. Item ex Statuto Gen. Vallisoletano an. 1670. (q) Commissarii Provinciales, qui tempore Capituli Gn̄lis ad gubernandas Provincias relinquuntur, eligandi sunt a Definitoriis Provincialibus per ballotationes. Denique electiones Procuratoris, & Commissarii Generalium Curiæ non per schedulas, sed per ballotationem fieri cœperunt in Capitulo Gen. Victorien. an. 1694. (r), cujus arbitrio, quoad specificam electionem faciendam per ballotationem, vel schedulas, fuit ab Innocentio XII. remissum sub die 24. Aprilis 1694., ut testatur P. Matthæucci in Officiali *quoad electionem Prælatorum*. Liquet ergo, quod Romani Pontifices, & Ordinis Statuta, relicta salva in omnibus aliis electionibus forma schedularum, novam, alteram formam suffragandi per ballotationes in Ordine nostro limitarunt ad electiones Pro-Ministrorum, Guardianorum Custodum, Commissariorum Provincialium, Procuratoris, & Commissarii Generalium Curiæ, nulla omninò facta mentione Vicariorum Provincialium. Scimus quidem, in Congñe Gen. Toletana 1673. (1) pro Ultramontana Familia constitutum fuisse, idipsum in electione Vicarii Provincialis servari. Sed mendum irrepsisse potiùs arbitramur. Mendum autem deprehendimus ex accuratissima, quam supra laudavimus, editione nuperrima Statutorum Gen. an. 1676. per Rm̄um Samaniego collectorum, in qua quidem legitur (t): *Quod electio Vicarii Provincialis debeat per schedulas secretas, & obsignatas fieri, nominatis duobus Disquisitoribus, & observatis omnibus substantialibus ad hanc formam electionis requisitis*. Quid verò diutiùs Ultramontanæ Familiæ Statuta moramur? In Congñe Gen. Cismontanæ Familiæ, apud Divæ Mariæ Angelorum habita an. 1753., Sess. 6. lis tota dirimitur illis verbis (u) = *Declarat Discretorium Gn̄le, Vicarii Provincialis electionem non per ballotationes, sed per schedulas, & nemine proponente, ab illis, ad quos spectat, esse faciendam*.

Nec facit negotium, quod, servata hac schedularum forma, in paritate votorum Presidens non haberet votum decisivum, quod per supra laudatas Pontificias Constitutiones ei debetur tantùm in electionibus illis, quæ per ballotationes fiunt. Nam similis casus est, & eadem ratio in electione Ministri sive Gen., sive Provinc., quæ dubio procul per schedulas secretas fieri debet; nec tamen aliquis hactenus dixerit, electionem Ministri per ballotationem fieri debere, ut in ea Præses Capituli per votum decisivum æqualitatem votorum, si contingat, tollat, & electionem perficiat. Legibus nostris standum est, quæ, cum utramque Ministri, & Vicarii Provincialis electionem per schedulas secretas, nemine proponente, faciendam præscribant, id in paritate suffragiorum exigunt, ut nova scrutinia fiant, seu nova suffragia deferantur, quousque vel succedat electio intra terminum præfixum a jure, vel, si ad occasum Solis non fuerit conclusa, ad Superiorem Gen. devolvatur.

Juribus praxis, & facta respondent. In Provincia . . . an. 1763. die 26. Mensis Dec. ob mortem Ministri electus fuit in Vicarium Provinc. per ballotationem seu calculos P. Joseph . . .; cumque id Electores, & Præses renunciassent, ac confirmationem petiissent a Rm̄o P. Prædecessore meo, hic nullam, & invalidam hujusmodi electionem declaravit, ex quo per ballotationis formam facta fuerit, jussit referri sigilla ad Præsidem, & ad novam electionem per schedulas secretas, nemine proponente, deveniendum esse. Legibus, praxi, ac Superioris Sententiæ manus victas dederunt Electores: Electus sigilla, & potestatem dimisit; atque in nova electione per schedulas facta Vicarius Provinc. legitima forma renunciatus est.

Hisce omnibus quoad utramque partem diligenter consideratis, post maturam deliberationem, Peritorum quorumdam, ac graviorum Patrum adhibito etiam consilio, harum vigore, authoritate, qua fungor, pronuncio, declaro, ac decerno, nullam, irritam, & cassam esse, atque ita ab omnibus haberi utramque electionem in Vicarium Provincialem nostræ Provinciæ . . ., tam scilicet P. Joannis . . ., quam P. Eugenii . . ., eisque mando, & præcipio . . ., ut simul ac meas has Literas decretorias acceperint, aut Sententiam meam in ea contentam audiverint, statim sigilla, quæ habent, omnia, atque scripturas Provinciæ, seu defuncti Ministri deponant, & resignent, præscriptis modis, & mediis, in manibus R. P. Maximiliani . . ., qui ob irretractabilem resignationem R. P. Philippi . . ., ceu Pater dignior, succedit; cui proinde competit jus, & debitum quamprimum convocandi, loco, & tempore a se prædefinitis, Patres Definitorii ad electionem (w) legitimi Vicarii Provinc., in qua ipse P. Maximilianus præsidere, & cum Custode, & quatuor Definitoribus suffragari debeat, præmissis præmittendis, ac servatis forma schedularum, aliisque omnibus de jure servandis . . .

Romæ apud Aram Cœli die 11. Decembr. 1765.

Addictiss. in Dño Servus

F. Joseph M. de Vedano Commiss. Gen.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Rm̄i in Christo Patris

F. Jacobus Ant. Tusculanus Secr. Gen.

= (a) Data hæc Epistola fuit ad PP. Definitorii, = & Discretorii illius Provinciæ.

= (b) Pro utraq. Famil. tit. *De Vicariis Prov.*, in = Chron. P. Pecus. Part. I. p. 9. B. circ. med.

= (c) Pariter pro utraq. Famil. tit. *De Vicariis Prov.* = n. 3. & 5., in cit. Chron. Par. I. p. 73. B. post med.

= (d) Cap. 9. §. 15. vers. *Pater dignior*. Ita etiam = habet Collectio Rm̄i P. Jo. de Soto Cap. itidem = 9. §. 15. n. 5. Utrobique citantur in margine = Statuta solùm *Roman.* 1639., & 1651.

= (e) Omittimus ipsa Resignationis verba, quia = il-

illius tenor ex iis, quæ hic statim sequuntur, facilè intelligitur. Itemque deinde alia quædem omittimus, quòd necessaria ad rem nostram non sint.

(*f*) Pro utraq. Famil. n. 9., Chron. Perus. cit. Per. I. p. 525. B.

(*g*) Ante §. *His præjactis*.

(*h*) Lege Perusin. loc. cit. p. 436. Sess. 6. §. *Secundò*, & seqq.

(*i*) Ibid. p. 43n. A. ed calc., & p. 433.

(*k*) Ibid. p. 72. B. in fin.

(*l*) Ibid. p. 509. B. sub init.

(*m*) Bullar. P. Roderic. Bull. 7. p. 519. B.

(*n*) Pro Cisalpinis §. *Verum*, in Chron. P. Mich. Ang. Neapol. p. 340. B. post init.

(*o*) In Chron. P. Perus. d. Part. I. p. 27. A., & p. 45, B. seq.

(*p*) Ib. p. 514. B. & seq.

(*q*) Pro hac nostra Femilia, quæ illic appellatur *Ultramontana*, n. 6. (in d. Chron. Perus. p. 136. B.).

(*r*) Legenda Chronologia ead. P. Perusini (d. Par. I. p. 357. B. ante fin.; p. 358. A. post init. ubi de Procur. Gen. PP. Refnrm.; p. 367., ac p. 374. A. init.; p. 354. A. in fin. & seqq.).

(*s*) Num. 3. (in d. Chron. p. 252. A.).

(*t*) In supr. cit. §. 15. vers. *Electio*. Succinit Collectio Rmi Soti (d. §. 55. n. 7.). In utraque Collect. hic citantur, ut supra, Statuta *Roman*, 1639., & 1651.

(*u*) §. *Ad tollendas* in fin. (in hac nostra Chron. p. 519. A.).

(*x*) Ventum re ipse fuit, ut par erat, ad Electionem Canonicam die 23. Januar. proximi Anni 1766.

1765. 28. Dec. *Nihil, quod respiciat totum Ordinem, aut ad illum extendi quomodolibet possit, sine P. Ministri Gen. totius Ordinis expressa licentia procurare fas est.*

ADm. RR. Petres (*a*) = Ingratum nuntium, haud ite pridem ad nos perlatum, indubiisque documentie confirmetum, quo de rebus isthic præter ordinem actitetis edocti fuimus, quemadmodum non una ex causa, nec leviter enimum nostrum commovit; ita nos omnino adigit, ac impellit, ut vos, & unumquemque vestrum communibus Literis, prout per præsentes facimus, conveniamus. Ad eures quippe nostras pervenit, Adm. R. P. ... (*unum ex Officialibus Gen.*) istiusce Romanæ Curiæ, auctoritate propria, nobisque omnino inconsultis, immo & ceteris Procuratoribus Gen. in eadem Romana Curia existentibus pleue insciis, Decretum, (*b*), seu Breve a Sec. Congregetione, Indulgentiarum negotiis præposita, pro Indulgentie Plenaria in Festo Sanctorum Omnium trium Ordinum S. P. N. Francisci assequenda, & quidem pro sola Ultramontana ... (*c*) Familie, clanculum postulesse, atque etiam obtinuisse; prout ejusdem exemplar, non tamen ab ipso ... (*Officiali*) nobis communicatum, ostendit. Atque id præterea in causa fuisse percepimus, ut is, qui tunc temporis Procuratoris Gen. ... vices agebat, quam primum ea de re factus est certior, ne suo deesse muneri videretur, illud ipsum Decretum (*d*) pro ... (*sua*) etiam Familia expeteret, ac impetraret. Quam vero absone sit, ac præpostera hujusmodi egendi ratio, quamve ab omni rectitudinis regula enormiter deviet; quis adeo cæcus, ómnisque luminis expers, ut non clare pervideat? Quis non intelligat, hunc singularitatis spiritum eo tendere, ut sacrum unionis vinculum dissolvatur, confoveantur schismata, bonus Religionis ordo, ejusque regimen eue deque vertatur; nec jam una videatur esse Fratrum Minorum Religio, sed in plures a se invicem separatas, nullumque inter se nexum habentes, scissa prorsus, atque divisa? Id quod prælaudetæ Congregationis Indulgentiarum Patres, ac Præsules sapientissimi non sentire profecto non potuerunt: quorum aliquos nobis constat ægre admodum, nec sine magno admirationis sensu tulisse, quod negotium, ad universum Ordinem spectans, non ejus quoque nomine agi, ut æquum erat, sed modo ad unius, modo ed alterius Partis instantiam, semel, atque iterum proponi viderent. Quocirca Pastoralis Officii nostri partes esse intelligentes, ut ejusmodi malis, atque incommodis pro futuris temporibus occurrere catagamus, ne quid simile imposterum evenire contingat, neve ullus de cætero manum in alienam messem immittere quomodocumque præsumat; serio vos commonere, ac, quatenus opus sit, unicuique etiam vestrum, pro Muneris nostri debito, præscribere, atque expresse mandare necessarium duximus, prout præsentium tenore præscribimus, & mandamus, ut in iis negotiis, quæ Officii vestri limites, & confinia excedunt, quæque integrum Ordinem nostrum respicere, eut ed illum extendi quomodolibet possunt, nemo ex vobis ea ratione se ingerat, ut sub quovis prætextu, aut quæsito colore, quicquam reipsa attentare, aut intentare audeat; nisi nostram desuper mentem vel per se immediate, vel per Procuratorem Generalem Ordinis, qui eum in finem in Romana Curia moratur, ut vices nostras ibidem agat, antea exploraverit, ac requisitum adsensum reipsa obtinuerit. Quam in rem quid Segobiensia, Romanaque Statuta præcipiant, utus vos latere non possit, nec debeat, in mensem nihilominus revocare, vobisque ob oculos ponere non inutile arbitramur. Utrobique enim, ut bene jam nostis, generatim, nullaque facta limitetione, cavetur, ne Officiales Curiæ *aliquid* (*e*) *tangens totum Ordinem .... possint* (*f*) *absque Generalis Ministri scitu, & expressa licentia procurare, atque procurari permittere*. Quam justissimam legem in cæteris omnibus ad amussim servetum iri volentes; in iis dumtaxat casibus, in quibus gratia aliqua sit impetrande, quæ in totius Religionis decus, spiritualem utilitatem, aut commodum cedat, permittimus (*g*), ut nostro etiam non expectato consensu id fieri possit, eo tamen pacto, ut in primis negotium hujusmodi in particulari Congressu, cui quilibet vestrum, seu quicumque alii futuri sint Officiales Curiæ pro tempore, omnes, ac singuli debeant interesse, propositum, ac mature discussum, communi omnium calculo concludatur. Hac enimvero adhibita methodo, quum, collatis una simul omnium consiliis, quid utile sit, quidve noxium; quid magis, eut minus expediat; quibus utendum sit mediis; qui sint obices superandi; & quidquid est denique ed rem bene gerendem conducens, pensiculatius possit expendi, ac dilucidius agnosci; nihil unquam, quod rectum non sit, utile, ac bene ordinetum, intentari continget. Id generis porro Congressus retroactis temporibus non minus utiliter, quam frequenter agi consueverunt; quumque nos ipsi olim Procuratoris Gen. munere fungeremur, testari possumus, in iis saltem negotiis, quæ gravioris erant momenti, vix quicquam

a no-

a nobis, aut a Procuratoribus aliis executioni datum fuisse, quod nos inter, ac illos non fuerit antea diligentissime pertractatum (*b*); prout ipsamet facta, quæ Regestis apud vos existentibus consignata esse minime dubitamus, plenius vos edocebunt. Ad quæ dum vos remittimus, ne, quæ superius a nobis ordinata sunt, oblivioni unquam dantur, omnino volumus, ut præsentium Litterarum nostrarum exemplar iisdem Curiarum vestrarum Regestis inseri, seu inscribi faciatis. Interea illud vos ignorare non patimur, jam fuisse a nobis provisum, ut præfata Indulgentia pro universo Ordine Minoritico, atque in singulis utriusque Familiæ Provinciis jurisdictioni nostræ subjectis mox (*i*) publicanda, nomine nostro ab Sede Apostolica postuletur: ut vel hinc intelligatis, particularia Decreta in id rei impetrata, ob requisitæ facultatis defectum in Procurantibus, illegitima esse prorsus, nulloque in pretio habenda; non secus plane, ac si nuspiam fuissent obtenta. Ac postremò intimo, ac paterno affectu vos complectentes, plenissimam a Deo consolationem, atque omnigenam felicitatem unicuique vestrum precamur, nostramque, ac Seraphicam Benedictionem peramanter impertimur. Valete.

Dat. ex hoc nostro Matritensi Conventu S. Francisci V. Kal. Januarii 1766.

Adm. RR. PP. VV.

Studiosus. ac humilis in Domino Servus
Fr. Petrus Jo. de Molina Minister Gen.

(*a*) Inscriptæ fuerunt hæ Literæ *Adm. Rev. PP. Procuratoribus Gen., Romam ad Arom Cœli*.

(*b*) Decretum hoc, *perpetuis futuris temporibus valiturum* (ut in ipso dicebatur) *absque ulla Brevis expeditione*, prodiit ex Audientia SSmi, habita die 3. Septembr. Ann. hujus 1765. a Rmo Præsule Secretario S. Congnis Indulgentiarum.

(*c*) Exprimebatur in autographa Epistola hic, & infra ubi de Viceprocuratore agitur, peculiaris Cœtus ex Cœtibus quatuor nostri Ordinis, ad quem uterque petitor Indulgentiæ pertinebat, & pro quo eamd. Indulgentiam impetraverat.

(*d*) Editum hoc Decretum fuit ex Audientia habita ab eodem præfato Rmo Secretario die 16. ejusdem Septembris. Ceterùm alteri ante dicto Decreto omninò consonum erat.

(*e*) Vox ista, *aliquid*, locum quoque habet in unica re: quemadmodum ex Legibus, quas affert, commonstrat Bartolus (Consilior. Lib. 1. cons. 57. in fin.). Locumque insuper habet in re qualibet, etiam minima (Gloss. in Clem. 1. de for. compet. in v. *Aut eorum aliqua parte*).

(*f*) Consule P. Sanctorum (in Const. C. 8. Stat. 38. qu. 3. §. *Tertiò non possunt*).

(*g*) Permisit hoc ipse Rmus Petrus Joannetius, minimè verò id permissum de Jure dixit, aut dicere potuit. Est hoc exploratissimum tum ex ipsomet verbo, *Permittimus*, tum simul e Statutis, quæ idem allegat. Quum enim Statuta illa prohibeant, *ne aliquid*, hoc est, ut supra diximus, vel unica, & minima res, *tangens totum Ordinem, absque Generalis Ministri scitu, & expressa licentia procuretur*; idque prohibeant, sicut idem Rmus Pater observat, *generatim, nullaque facta limitatione*; sequitur inde, quod non *Juris*, sed *Hominis* illa Permissio sit. De qua idcircò Permissione illud ipsum dicendum videtur, quod Sanctorus inter alios docet de Præceptis Ministrorum Generalium, aliorumque Prælatorum, quæ perdurant, perdurante Officio (in Const. C. 12. Stat. 12. qu. 2.). Ex quibus necessariò fit, ut quod infra in iisdem Litteris dicitur, *quicumque alii futuri sint Officiales Curiæ pro tempore*; id omninò sit intelligendum de Officialibus, qui succedere forrè possent, vacante vel per obitum, vel per promotionem, vel per renunciationem Officio.

(*h*) Obtenta quoque in antecessum expressa Generalis tunc Ministri licentia, ut ex præcedentibus patet.

(*i*) Vid. ad d. 25. Aug. 1766.

Decreta nonnulla
Sac. Rit. Congnis, quæ ad quinque superiores Annos pertinent.

Effugerant diligentiam nostram Resolutiones quædam S. Rit. Congnis, quas hic propterea simul omnes subjicimus.

V E N U S I N A.

PORrecto S. R. Congni nomine Capituli, & Canonicorum Ecclesiæ Cathedralis Civitatis Venusinæ supplici libello pro resolutione sequentis dubii: *An Missa Conventualis* (*a*), *attenta immemorabili consuetudine, cani possit post Nonam, non obstantibus Rubricis generalibus Missalis in contrarium disponentibus?* S. Congo ad relationem mei infrascripti Secretarii (*nempe de Lerma*) respondendum censuit: *Negative* (*b*), *& quoad Horam celebrandi Missas Conventuales de Sanctis, & de Feria, servandas esse Rubricas Missalis*. Et ita declaravit, ac servari mandavit, die 9. Aug. 1760.

(*a*) Nempe de Festis, de Dominicia &c. Nam quod Conventuales de Vigiliis, quæ jejunantur, de Feriis Quadragesimæ, aliisque Feriis majoribus celebrari post Nonam & possint, & debeant; res est notissima, & indubitata.

(*b*) Ergo consuetudo quælibet, etiam *immemorabilis*, nihil prodest, quominus debeant Conventuales Missæ, ac ceteræ celebrari sua Hora, quam Rubrica XV. Missalis Romani cuique illarum præscribit. Quod consequenter locum pariter habet in Regularibus Ecclesiis, ac præsertim in Franciscanis. Legenda, quæ dicta sunt alibi (ad init. An. 1759., in Not. ad Sac. Recessum Constit. Rmi Clement. Panorm. p. 330. B. post med., & seq.).

A R E T I N A.

CUm Antonius Barboni Oppidi, *di Poppi* nuncupat., Diœcesis Aretinæ in ultimo, quo decessit, testamento Capellam fundaverit sub titulo SS. Nominis Mariæ in Ecclesia B. Virginis Mariæ, nuncupat. *del Morbo*, ejusdem Oppidi, adjecto onere, ut quotannis, præter Festum ejusdem SS.

Nominia, recolerentur etiam in perpetuum in eadem Capella ceteræ Festivitates B. Virginis, quæ in Calendario descriptæ reperiuntur, cum celebratione unius Missæ solemnis, aliarumque sex Missarum, & Officii: Cumque Executor testamentarius prædicti Antonii, ad amovendam omnem ambiguitatem in adimplemento prædictorum onerum, Sac. Rit. Congñi supplicaverit, ut declarare dignaretur, *An onus a dicto Fundatore adjectum celebrare faciendi in Festis B. Mariæ Virginis in præfata Capella Missam solemnem cum aliis sex Missis lectis, & Officio, intelligendum sit pro septem Festis principalibus ejusdem B. Mariæ Virginis, an etiam pro aliis simplicibus* (a), *in quibus commemoratio in honorem Deiparæ Virginis intra annum fieri consuevit?* Sac. Cõngo, audita prius Rm̃i Episcopi informatione, ad relationem Em̃i & Rm̃i Dñi Card. Albani Episcopi Sabinen. Ponentis, declaravit: *Missas esse celebrandas ad formam testamenti omnibus diebus, in quibus fit Officium* (b) *B. Mariæ Virginis sub ritu duplicis* (c) *majoris, vel altiori ritu, tam in Ecclesia universali, quam in Calendario Diœcesis* (d). *Die 13. Septembr. 1760.*

= (a) Nempe pro diebus Sabbati, in quibus ad præscriptum Rubricæ VIII. Breviarii Romani per Officium ritus simplicis fit per Annum commemoratio in Deiparæ honorem. A quo nos Officio exempti fuimus per Concessionem Votivi Officii de Immaculata ejusdem Deiparæ Conceptione (Rubr. Pecul. noviss. Breviar. n. 33. & seq.).

= (b) Vid. & supr. ad d. 9. Dec. 1752. p. 84. B.

= (c) Ergo in Sabbatis, in quibus fiat apud nos Votivum ante dictum Officium Immaculatæ Conceptionis, implendum non erit Missarum Onus, de quo sermo est, si ex Testatoris voluntate in aliqua ex nostris Ecclesiis implendum sit; etiam si statuatur ob rationem, de qua mox in seq. Nota dicetur, Onus illud comprehendere item Officia B. M. V., quæ recitantur juxta peculiare Calendarium Ecclesiæ, in qua Missæ sunt celebrandæ. Siquidem Votivum illud Officium, ut & cetera Votiva quinque, sub ritu tantùm semiduplici nobis concessa sunt (cit. Rub. Pec. 33.).

= (d) Nulla hic, & in Decreto altero Anni 1752. (supr. cit. in Not. b), mentio fit de peculiari Calendario Ecclesiæ, in qua Oneri, de quo agitur, satisfieri debeat; sed de Romano solùm Calendario, ac Diœcesano. Repetere quispiam hoc facilè posset ex eo, quod Ecclesiæ illæ, de quibus Dubia fuerunt proposita, peculiare nullum celebrarent Festum Deiparæ: id quod etiam Dubia ipsa videntur innuere. Posset autem idem ille contendere, quod si Ecclesia aliquod habeat, seu aliqua peculiaria Festa SS. Virginis in Calendario suo Ritus dupl. major. (ut habent Ecclesiæ nostræ Festum Desponsationis, Patrocinii, Expectationis Partus B. M. V.); de his pariter specialibus Festis Onus ejusmodi intelligendum sit. Quid verò hac super re sentiendum sit, alibi patebit.

A Q U E N.

Propositis per Archiepiscopum Aquensem Sac. Rit. Congñi nonnullis dubiis circa Rubricas, iteratoque per literas, Em̃o & Rm̃o Dño Card. Secretario Status SSm̃i Dñi Nostri datas, ab eadem Sac. Congñe expostulantem eorum resolutionem; Sac. Cõngo, auditis scripto, & voce suffragiis duorum ex Apostolicarum Cæremoniarum Magistris, ac re diligenter perpensa, eorum resolutionem juxta sequentia decrevit. Dubia vero hæc sunt:

1. Quæritur, quænam dies præsenti anno 1761., & deinceps in simili casu, assignanda fuerit Officio SS. Nominis Jesu? Secunda quippe Dominica post Epiphaniam fuit Dominica Septuagesimæ. Porro apud Meratum in Indice Decretorum S. R. C., typis Florentinis edito, legitur Decretum 5. Maji 1736., in quo dicitur, quod non convenit, Officium prædictum transferri post Dominicam Septuagesimæ. Proinde non alia videtur congrua dies ipsi assignanda, quam anticipando illud ad diem 14., vel ad 16. Januarii, translatis ad proximas dies non impeditas Officiis S. Hilarii, & S. Marcelli. Equidem illud ipsum Decretum paulò aliter refertur in editione (mendosa) commentarii ejusdem P. Merati Augustæ Vindelicorum, ubi simpliciter dicitur, quod prædictum Officium SS. Nominis Jesu non conveniret celebrari *intra Quadragesimam* (a). Vera fortasse utraque lectio. Quidquid tamen sit, & postrema hac lectione supposita ut genuina, non cessat difficultas. Ex quo enim receptum fuit in hac Diœcesi Aquensi Officium Desponsationis B. M. V. ut recitandum die 23. Januarii, ab annis circiter viginti Officium S. Raymundi conformiter ad S. R. C. Decreta translatum est ad diem 28, ut ei fixam, & propriam. Unde, jam impedita ea die 28., Officium SSm̃i Nominis Jesu, si non anticipetur, necessum est transferri post Feriam quartam Cinerum, saltem in Ecclesia Seminarii Aquensis, in qua Conversio S. Pauli, ut Patroni, celebratur cum octava. Unde, Officio S. Ignatii, e propria sede prima Februarii in perpetuum ejecto, dies tertia, ut fixa, & propria, assignata fuit, quarta vero hoc anno fuit Dies Cinerum. Dignetur S. Cõngo universim statuere, quid in iis ambagibus sit servandum, ne invalescat ea varietas, quam in ipsis Italiæ Ecclesiis observavit Meratus.

2. Dubium pro nunc urgentius ob exortas isthic controversias spectat conclusionem orationis pro Rege, quæ in omnibus vulgo Missalibus Romanis notatur, *Per Dominum* &c.: aliter tamen in Parisiensi, aliisque pluribus Galliæ Missalibus notatur, *Qui vivis* &c. Quod conformius videtur Rubricæ generali; siquidem postrema phrasis prædictæ orationis dicens, *Ad te, qui via, veritas, & vita es* &c., indicat, orationem ad Christum dirigi, de quo solo scriptum est, & cui specialiter convenit, ut sit *via, veritas* &c. Unde consequens videtur, concludendam esse orationem per *Qui vivis, & regnas* &c. Nonne igitur errore Librariorum irrepsit in Missalis Romani multis Editionibus altera conclusio: *Per Dominum* &c.? Equidem initium orationis (si sequentia non obstarent) videtur denotare Patrem, qui communius intelligitur, dum dicitur: *Omnipotens Deus* &c. At ea appellatio non tam ipsi est propria; quàm est Filio Incarnato singulare, esse viam, & veritatem. Quid igitur servandum in conclusione præfatæ orationis? Et magis anteponenda videtur conclusio, *Qui vivis* &c., quòd ipsa quandoque præscribitur in ipsis orationibus ad Patrem directis, ut videre est in Primæ ultima oratione, & in gratiis post prandium agendis, *Agimus tibi gratias* .... *Qui vivis* &c.

3. Si nuptiæ celebrentur die non festivo, sed in quo recitatur Officium duplex per annum, debet ne celebrari Missa conformis Officio cum commemoratione pro Sponsis? aut potest ne diei Missa propria pro Sponso, & Sponsa cum commemoratione Officii currentis? Rubrica, ante eam Missam posita,

ta, non est quoad hoc satis aperta. Quid si Officium esset duplex primæ, aut secundæ classis, sed non festivum?

4. Item, si mulier esset vidua, debet ne omitti Missa pro Sponso, & Sponsa, ot omittendæ sunt benedictiones infra eam descriptæ post orationem Dominicam, & *Ite Missa est*?

5. In Missa de Vigilia Nativitatis hæc verba, quæ post collectam leguntur, *Et dicitur hæc oratio tantum*, excludunt ne orationes a Superiore præceptas, v. g. pro pace, pro aeris serenitate, &c.?

6. Item, cùm Decretum diei 23. Junii 1736. præcipit, ut in Missa primæ, & secundæ classis, coram SS. Sacramento cantatis, commemoratio ejusdem SS. Sacramenti fiat sub unica conclusione, estne intelligendum de Festis etiam in die Dominica occurentibus? Tunc commemoratio SS. Sacramenti cui orationi conjungenda? nonne orationi Dominicæ?

7. Extat ne aliquod Decretum prohibens, ne in Benedictione SS. Sacramenti ante orationem dicatur: *Dominus vobiscum*? Asseruut multi: Rituale tamen, etiam nuper a Benedicto XIV. editum, id præscribit in Festivitate Corporis Christi post reditum processionis.

8. In Officiis Translationis Almæ Domus Lauretanæ, & Expectationis Partus, octava benedictio debet ne dici, *Cujus festum colimus*, *Ipsa Virgo Virginum* &c., an, *Divinum auxilium* &c.?

9. Item in Præfatione Missæ Expectationis dicendum ne est: *Et te in Expectatione Partus B. M. V. collaudare &c.*? pariterque in Missa Rosarii dicendum ne: *Et te in Solemnitate Rosarii* &c.? vel sunt ne omittenda hæc duo verba?

10. In Ecclesiis, ubi retenti sunt hymni veteres, dum fit Officium de Confessore translato, quidam in tertio versu hymni, *Iste Confessor*, dicunt: *hac die lætus meruit supremos* &c. Alii nil mutant. Equidem in omnibus Breviariis, ubi habentur hymni secundùm emendationem Urbani VIII., notatur hæc mutatio: at in iis, in quibus soli describuntur hymni veteres, quædam Editiones præcipiunt mutationem versus, quædam eam omittunt. Quid igitur servandum est?

11. Circumfertur Decretum recens de transferendis simplicibus, quorum Lectio, & Commemoratio a propria sede in perpetuum rejicitur per Officium duplex primæ classis; v. g. in Metropolitana Aquensi Lectio SS. Martyrum Sixti &c. occurrens in Transfiguratione Dñi, quæ titularia est nostræ Ecclesiæ. Decretum illud est ne genuinum?

12. Sunt quædam Ecclesiæ, ubi Anniversaria defunctorum celebrantur undecimo mense a die obitus. Si die illa occurrerit Officium duplex non festivum, poterit ne cantari Missa *de Requiem*, ac in ipsa Die anniversaria obitus?

13. Item cùm primùm accipitur nuncium de obitu alicujus in loco dissito, poterit in die duplici cantari Missa *de Requiem* ex Decreto 1686. A fortiori celebrari possunt Exequiæ pro defuncto, pridie serò sepulto. Verum si contingat, Sabbato post meridiem sepeliri cadaver, aut accipitur nuncium, nonne tunc feria secunda sequenti poterit cantari Missa *de Requiem*, etsi Officium sit duplex non festivum?

14. Tandem dicendo Missam privatam de die occurrente, satisfit ne cuilibet obligationi Missæ privatæ, sive fundatæ, sive a Fidelibus petitæ, oblato manuali stipendio, sive ipsa pro defunctis, sive in honorem alicujus Sancti petita fuerit, modò Sacerdos non expresse promiserit, se illam de Sancto, aut in paramentis nigris celebraturum? Id quidem ab Alexandro VII. definitum fuit pro diebus duplicibus; at in diebus semiduplicibus, & feriatis estne licitum, & satisfit debito? Ea est persuasio, & praxis quamplurimorum Sacerdotum, &, nisi hoc liceat, vix unquam Missa conveniret cum Officio in prædictis diebus non duplicibus: quæ enim postulantur a privatis Fidelibus, vulgo petuntur pro defunctis, aut in honorem alicujus Sancti. Aliunde sic citius defunctis subvenitur, idque videtur exigere commoditas, & securitas Sacerdotis. In re tanti momenti, & quotidianæ occurrentiæ quid præstandum, dignetur Sac. Cõngo declarare, ac statuere.

Quibus ut supra propositis, & examinatis, decrevit Sac. Cõngo = *Quoad primum dubium*: Quando Festum SS. Nominis Jesu ab occurrente Dominica Septuagesimæ impeditur, transferendum est ad diem 28. Januarii tamquam illi propriam, ne Festum prædictum celebretur *intra Quadragesimam* juxta (*b*) genuinum Decretum diei 5. Maji 1736., & Officium S. Raymundi transferatur in aliam diem non impeditam. *Quoad secundum*: Conclusio orationis pro Rege debet esse, *Per Dominum nostrum* &c. Ita enim habent autographa Missalia S. Pii V., Clementis VIII., & Urbani itidem VIII., & ita antiquissima S. Gregorii Magni Sacramentaria. *Quoad tertium*: Quotiescumque occurrit Officium duplex per annum (*c*), non potest dici Missa propria pro Sponso, & Sponsa: est enim Missa votiva, quæ prohibetur in diebus duplicibus a Rubrica generali Missalis n. 4. Sed debet celebrari Missa conformis Officio cum commemoratione pro Sponsis. *Quoad quartum*: Si mulier est vidua, non solum debet omitti benedictio nuptiarum (*d*), sed etiam Missa propria (*e*) pro Sponso, & Sponsa. *Quoad quintum*: In Missa Vigiliæ Nativitatis debent omitti orationes a Superiore (*f*) præceptæ, v. g. pro pace, pro aeris serenitate &c. *Quoad sextum*: Quando Missa cantatur coram SSmo Sacramento in Festis primæ classis occurrentibus in Dominica, commemoratio SSmi Sacramenti conjungenda est commemorationi Dominicæ (*g*). *Quoad septimum*: In Benedictione SSmi Sacramenti ante orationem non debet dici, *Dominus vobiscum*, juxta Decretum S. R. C. in Granaten. 16. Junii 1663., & in Salernitana 28. Septembris 1675., quod ita se habet: *In Festo SSmi Corporis Christi servanda est dispositio Cæremonialis Episcoporum lib. 2. cap. 33. in reponendo SSma Sacramenta, ubi nulla fit mentio de versu* Dominus vobiscum; *non vero Rituale Romanum, ubi dicitur addi,* Dominus vobiscum; *& sic servat in Urbe Summus Pontifex* (*h*), *& servatur ab omnibus*. *Quoad octavum*: In Officiis Translationis Almæ Domus Lauretanæ, & Expectationis Partus, octava benedictio debet esse, *Cujus Festum colimus*, *Ipsa Virgo virginum*. Vere enim sunt Festa B. Mariæ Virginis. *Quoad nonum*: In Præfatione Missæ Expectationis Partus dicendum est, *Et te in Expectatione B. Mariæ semper Virginis*; & in Festo Rosarii dicendum est, *Et te in Solemnitate B. Mariæ semper Virginis &c.*, omissis verbis, *Partus*, &, *Rosarii*. *Quoad decimum*: In Ecclesiis, ubi retenti sunt hymni veteres, dum fit Officium de Confessore translato, unaquæque potest retinere suam antiquam consuetudinem mutandi, vel non mutandi tertium versum hymni, *Iste Confessor* &c. *Quoad undecimum*: Nullum (*i*) adest Decretum de transferendis Festis simplicibus, a Duplici primæ classis perpetuo impeditis. Quare apocryphum est, quod

cir-

circumferri asseritur, Decretum. *Quoad duodecimum*: In Ecclesiis, quibus Anniversaria celebrantur undecimo mense a die obitus, si die illa occurrat Officium duplex non festivum, potest cantari Missa *de Requiem*, ac in ipsa Die anniversaria; dummodo dies illa vel ex locorum consuetudine, vel ex Testatorum dispositione, stata, & fixa sit pro celebrandis dictis Anniversariis. *Quoad decimum tertium*: Si Sabbato post meridiem accipiatur nuncium de obitu alicujus in loco dissito, poterit feria secunda sequenti cantari Missa *de Requiem*, etsi Officium sit duplex non festivum. *Quoad decimum quartum*: Diebus, quibus dici possunt Missæ votivæ privatæ, vel defunctorum, *Sacerdos ad illas obligatus ratione fundationis, vel accepti manualis stipendii, propriæ obligationi non satisfacit dicendo Missam de die occurrente (*k*): expressa enim voluntas Testatorum, vel Postulantium, dummodo sit (*l*) rationabilis, debet adimpleri. Ideoque servanda, quæ in resolutionibus supra præmissis præscripta sunt, statuit, atque decrevit. Die 3. Martii 1761.

(*a*) Hæc est germana lectio, ut ipsamet S. Congo infra testatur (in resp. ad 1.). Atque ita legitur apud P. Meratum in Editione Romana Anni 1758., quæ ex Typographia Vaticana prodiit, Merato ipso curante (in Indic. Decretor. Breviar. n. 286.), & in Editione Veneta 1769. Sic item legitur apud Talù (Decret. S. R. C. n. 979.). Decretum illud prolixis Commentariis illustravit P. Jo. Michael Cavalieri (Oper. Liturg. To. I. Cap. 9. Decr. 11.).

(*b*) Hoc unum est ex Decretis illis, quæ innuuntur in Rubrica 103. inter Peculiares Breviarii novissimi Romano-Seraphici.

(*c*) Festum *duplex per annum* est Festum duplex minus, vel majus. At postmodum Decreto Urbis, & Orbis definitum fuit, extra Dies festos de Præcepto, ac Duplicia 1., vel 2. Classis, dicendam esse Votivam, *Pro Sponso, & Sponsa* assignatam ad calcem Missalis. Decretum istud, Deo propitio, daturi sumus in Volumine altero (ad d. 20. Dec. 1783.).

(*d*) *Viduæ nuptias non benedicat* (Parochus); *etiamsi ejus Vir nunquam uxorem duxerit*. Sic præcipit Rituale Romanum (Tit. *De Sacr. Matrim.* §. *Caveat*). De quo argumento Gavantus disputat (in Rubr. Missal. Par. I. Tit. 18. ad N. 2. litt. e., & Par. IV. Tit. 17. n. 22.).

(*e*) Prætermittenda quoque tunc est ipsius Votivæ Commemoratio in Missa de Festo. Nam de omittenda ea Missa Votiva, ac de omittenda ipsius Commemoratione, eadem tunc ratio est. Sunt enim & Votiva illa, & ejus in diebus impeditis Commemoratio, affixæ casui *Benedictionis Nuptiarum*: ut patet legenti Rubricam ei Missæ præfixam, & Missam ipsam.

(*f*) Nempe ab Episcopo, vel de ejus licentia. Neque enim possunt Prælati Regulares pro diebus impeditis Collectam indicere sibi subditis Sacerdotibus sive pro necessitate Ordinis, sive pro necessitate communi, *sine licentia Episcopi*. Vide Decretum in Tomo altero (ad d. 27. Mart. 1779. in resp. ad Dub. XVI.). Quapropter sustineri amplius nequit Pauli Quarti opinio (in Rubr. Missal. Par. I. Tit. 1. Dub. 8.), & aliorum, quos idem ibidem allegat, arbitrantium, imponi posse Collectam pro diebus prædictis a Superioribus Regularibus Jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus in sibi subjectos. Excipimus tamen Capitula nostra Generalia ob rationes, quas commodum hic non est enarrare.

(*g*) Nimirum conjungenda est Orationi postremæ. Id ipsum in eodem casu servandum in Festis 2. Classis. Quamobrem in Festo e. g. Omnium SS. Trium Ordinum S. P. N. Francisci Commemoratio SS. Sacramenti conjungenda tunc est Commemorationi ultimæ de Vigilia S. Andreæ, ubi nempe Missa Conventualis de Vigilia non celebretur. Nam si celebratur, quum omittenda tunc sit Vigiliæ Commemoratio in Missa illa cantata de Festo, Collecta SS. Sacramenti Commemorationi Feriæ Adventus jungenda est. Hæc, nisi fallimur, mens est Decreti, quod commentamur.

(*h*) Sicque Summi Pontifices servandum jusserunt in Instructione edita pro Oratione XL. Horarum instituenda per orbem toto Anno in Urbis Templis (§. 31. ubi de Repositione SS. Sacram., apud P. Cavaler. Tom. 4. Cap. 8 §. 8.). De qua re disserunt Meratus (in Rubr. Miss. Par. IV. Tit. 12. n. 19.), latiusque prædictus Jo. Michael Cavalieri (d. Tom. 4. Cap. 9. Decr. 3. per tot.).

Itaque universim, quotiescumque post Orationem danda Populo Benedictio est cum Venerabili Sacramento, prætermitti ante, & post illam Orationem debet is Versus: *Dominus vobiscum*. Rationem affert uterque paullò ante laudatus Auctor. Impertienda namque mox Populo Benedictio est cum SS. Sacramento, quæ realis, validiorque deprecatio est, ut Dominus ibi latens sit cum adstante Populo, quàm sit deprecatio illa, quæ per verba, *Dominus vobiscum*, exprimitur.

Alias verò, quum post Orationem tribuenda Populo non est Benedictio cum SS. Sacramento; Versiculus iste, *Dominus vobiscum*, dici semper debet. Dicendus proinde est in ipsius Venerabilis Expositione, ut in Romana etiam prædicta Instructione præcipitur (§. 24.).

Dicendus pariter post ministratam Fidelibus SS. Eucharistiam: quemadmodum re ipsa in Rituali Romano præscribitur; & contra Baruffaldum (in Tit. 24. n. 70.), ac Meratum (in Rubr. Miss. Part. II. Tit. 10. n. 33.) rectissimè Cavalerius annotat (d. Tom. 4. Cap. 9 Decr. 3. n. 9. post med.). Tunc enim Sacerdos, eodem Rituali mandante (Tit. *Ordo ministran. Sac. Comm.* §. *Deinde extenta*), non cum SS. Sacramento, sed, eo jam reposito, *extenta manu dextera benedicere* debet *iis, qui communicarunt, dicens*: BENEDICTIO DEI OMNIPOTENTIS &c.

Itemque dici is Versus debet in Communione Infirmorum a Sacerdote ingresso Cubiculum ægrotantis, ante Orationem: *Exaudi nos, Domine sancte* &c. Ac dicendus quoque post ægri Communionem ante Orationem, *Domine sancte, Pater omnipotens* &c., si Sacra altera Particula in Pyxide non supersit: quandoquidem, in casu hoc, ægrotanti extenta manu dextera benedicit ante discessum. Quæ pariter Rituale Romanum præscribit.

(*i*) Extabant imò contraria Decreta duo. Alterum 7. Maji 1746. in Varsavien.; alterum 18. Jul. 1750. in una Ord. Min. S. Francisci. Lege Meratum (Indic. Decret. Breviar. n. 500., & 518.), ac Talù. (n. 1217., & 1752.). Secundùm hæc condita fuit Rubrica Peculiaris 116. inter novissimas Breviarii nostri.

(*k*) Improbatur hic P. Gavanti sententia, cum Fraxinello, & aliis autumantis, posse Sacerdotem, accepto stipendio ab eo, qui Missam Votivam,

= vam, vel de Requiem postulavit, celebrare deinde Missam de die, si *majori devotione efficitur in Missa de Sancto, vel de Feria privilegiata* (in Rubr. Miss. Par. III. Tit. 12. n. 20. & seqq.). Etsi cæteroquin *monet* Fraxinellus *idem capienter Sacerdotes* (subdit ibid. Gavantus n. 23.), *ut promittant, se dicturos Missas eo modo, quo magis prodesse possunt juxta majorem sui dispositionem, & devotionem.*

= (*l*) Quod si rationabilia minime sit, Jus, fasque videntur exposcere, ut stipendium offerens commoneatur, ipsiusque petatur assensus, vel certè ipsi expressa illa limitata promissio fiat, quam supra Fraxinellus subjicit; respuatur autem cum stipendio onus, si is repugnet, & in sua voluntate persistat. Consonum namque non est fidelitati debitæ, & ab Ecclesiastica, dignitate, gravitate, candore vehementer abhorret, callido silentio irrationabilitatem petitionis premere, ac, stipendio recepto, offerentem postea nihil tale cogitantem fallere, suaque spe fraudare. Vide quoque Decreta S. M. Urbani VIII. de celebrat. Missar. (in resp. ad Dub. 15.).

V A R M I E N.

CUm Rmo Episcopo, & Principi Varmiensi nonnulla occurrerint dubia, enixe Sac. Rit. Congni supplicavit, quatenus ea benigne decernere dignaretur: Dubia sunt sequentia =

1. Cum Festum SSmi Rosarii B. Mariæ Virginis Dominica in ipsis Calendis mensis Octobris, vel easdem Calendas (*a*) proxime sequente, juxta Decretum sa. me. Clementis PP. XI. de die 3. Octobris 1716. (*b*), de præcepto celebrari debeat; jam verò eadem Dominica die anniversarià Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis Varmiensis occurrat Festum SSmi Rosarii; quæritur, an ad tenorem Rubricæ Breviarii Romani. Antuerpiæ anno 1727. typis excusi, ad sequentem Dominicam transferri debeat?

2. Bellum, quod ad initium Seculi XVII. Gustavus Adolphus, Rex Svecorum, Poloniæ, & Germaniæ moverat, Episcopatum Varmiensem maximis ærumnis afflixit; flamma enim, & gladio grassabantur Sveci, incolas omnibus bonis spoliabant, &, quod luctuosissimum erat, Templa, ejectis, vel igne combustis Imaginibus Sanctorum, & Crucibus, signisque Dedicationem eorumdem denotantibus impie deletis, profanabant: quia vero etiam Archivum tam Episcopale, quam Capituli abstulerunt; idcirco memoria Dedicationis fere omnium Ecclesiarum Parochialium exolevit, ita ut usuvenerit, quod Parochiales Anniversarium Dedicationis eadem die cum Ecclesia Cathedrali celebrent. Cum autem hæc consuetudo Decretis S. R. Congnis contraria sit; Episcopus Varmiensis in proposito (*est*), singulis Ecclesiis præfatis propriam diem pro Festi Dedicationis celebratione assignare. Et quia dubitat, an jure suo id possit, an vero specialem licentiam a Sede Apostolica petere debeat; hinc, quatenus id necessarium sit, supplicat sibi eam concedi, nempe non tantum, ubi nulla extat memoria Dedicationis, eam designandi, sed etiam plerisque Ecclesiis, in quibus Dedicatio Festis Assumptionis B. M. V., vel Omnium Sanctorum, vel Nativitatis S. Jo. Baptistæ, vel SS. Apostolor. Petri, & Pauli, aut etiam principalium Patronorum Regni Poloniæ &c., vel Dominicis privilegiatis occurrit, Festum Dedicationis transferendi.

Et Sacra eadem Congo ad relationem Emi, & Rmi Dni Card. Tamburini dictæ S. Congnis Præfecti, & Ponentis censuit rescribendum = *Ad primum:* Transferendum esse Festum Rosarii ad primam diem non impeditam juxta Rubricas Breviarii Romani (*c*). *Ad secundum:* Episcopus, si constet (*d*) de Consecratione alicujus Ecclesiæ, sed dies ignoretur, diem assignabit pro celebratione Festi Dedicationis. Idem faciet, si perpetuo (*e*) occurrat dies Dedicationis in Festis primæ Classis, ac propterea esset transferendus. Et ita declaravit, ac servari mandavit die 3. Martii 1761.

= (*a*) Hoc est commune Officiis omnibus, quæ in Dominica 1., vel 2. &c. alicujus Mensis concessa sunt. Lege Rubricam 38. inter Peculiares novissimas Breviarii Romano-Seraphici.

= (*b*) Apud P. Meratum (Indic. Decr. Breviar. n. 258.).

= (*c*) Sic præcedentia alia ipsius S. Congnis Decreta. Quibus consonant Rubricæ 118., & 112. ex Peculiaribus novissimis supra memoratis.

= (*d*) Jam olim An. 1619. 18. Aug. Sacra eadem Congo declaravit, *non posse celebrari Festum Consecrationis illius Ecclesiæ, quam certum est non fuisse consecratam; imo nec* (posse), *si est dubium: Si tamen constet de Consecratione, & ignoretur dies, Ordinarium posse diem assignare pro celebratione Festi prædicti*. Ita legitur in Peculiaribus Rubricis pristini Breviarii Ordinis, approbatis a S. M. Innocentio XII. (n. 82.). Quas etiam Meratus laudat, istud Decretum referens (in cit. Ind. Decr. Brev. n. 69.).

= (*e*) Consule Jo. Michaelem Cavalieri (Oper. Liturg. To. 1. C. 1. Decr. 2. n. 8.).

B R I C T I N O R I E N.

INter Promotorem Fiscalem Curiæ Episcopalis ex una, & Magistratum Brictinoriensem ex altera partibus, exortis nonnullis controversiis super observantia Cæremonialis Episcoporum in aliquibus Functionibus Pontificalibus, eisque ad Sac. Rit. Congnem delatis, infrascripta dubia, coram Emo, & Rmo D. Card. Joanne Francisco Albani Ponente concordata, decidenda in Congne diei 29. Martii proposita fuerunt, nempe: (*Omisimus tria priora Dubia, quæ pertinent solùm ad genuflexiones quasdam Magistratus in Missa Pontificali*).

4. An possit (*Magistratus Brictinoriensis*) adhibere pulvinaria cum stratu in scamno more Episcoporum, in casu &c.?

5. An possit habere scamnum in Presbyterio Ecclesiæ S. Dominici Patrum Ordinis Prædicatorum, in casu &c.?

At, petente Procuratore Magistratus dilationem, nulla a S. Rit. Congne data fuit responsio suprascriptis dubiis, jussumque dumtaxat per modum provisionis servari solitum....

Deductis igitur suprascriptis quinque dubiis in altera S. Rit. Congne, sub die 13. Septembr. ejusd. anni 1760. habita, neglectisque omnino, atque negatis remissorialibus, ac utraque Parte scripto, & voce informante audita, visisque juribus hinc inde deductis, matureque perpensis, ac consideratis, ad relationem præfati Emi Ponentis rescriptum fuit:...

Ad 4. Affirmative quoad pulvinaria lanea tantum (*a*).

Ad 5. Negative. Petita tandem, & obtenta a Magistratu prædicto nova audientia, denuoque per eumdem Emum Ponentem repropositis iisdem quinque du-

dubiis, Sac. Congo respondendum censuit: *In decisis, & amplius*. Et ita declaravit, ac servari mandavit. Die 21. Julii 1762.

= (a) Ideoque, quod ad stragulum attinet, nega-
= tive. De hoc, deque assistentia in Presbyterio
= legi possunt praecedentia Decreta alia apud Lu-
= cium Ferraris (v. Ecclesia n. 25., & sequentib.).

P A R I S I E N.

CUm Presbyteri Galli Seminarii Missionum exterarum S. Rit. Congñi supplicaverint pro declaratione sequentium Dubiorum, videlicet:

1. Utrum quoties Festum aliquod duplex, aut semiduplex incidit in feriam, possit, & debeat celebrari Missa defunctorum? Et quatenus negative,

2. Utrum in ejusmodi casu possit obtineri talis Indulgentia celebrando Missam de Festo duplici, aut semiduplici feria secunda occurrenti: quod si iterum negative, iidem oratores humiliter rogant EE. VV., ut dictam Indulgentiam pro omnibus feriis secundis, modumque eam lucrandi Presbyteris largiri non dedignentur:

Sac. ead. Congo ad relationem per me infrascriptum Secretarium (*videlicet Scipionem Burghesium*) factam mandavit, ut detur Decretum anno 1662. 5. Augusti alias emanatum, quod est sequens, nempe =

„ Cum SS. Dñus Noster in Visitatione Ecclesiarum
„ Urbis ecceperit, in plerisque Ecclesiis abusum ir-
„ repsisse celebrandi Missas privatas pro defunctis
„ etiam in Festis duplicibus contra praescriptum Ru-
„ bricarum Missalis Romani, eumdemque abusum
„ Decreto Congregationis eliminari praeceperit; in-
„ notuerit vero Sac. Rit. Congñi, hujusmodi abusum
„ etiam in aliis Ecclesiis ubique gentium existen-
„ tibus inductum pariter reperiri; Sac. eadem Coñ-
„ go, ut Missalis Rubricae inviolate serventur, di-
„ stricte praecipit omnibus, & singulis Sacerdotibus
„ tam Secularibus, quam Regularibus cujusvis Or-
„ dinis, Congñis, Societatis, & Instituti, etiam
„ necessario exprimendi, ut in posterum omnino
„ dictam Rubricam servent, itaut Missas privatas
„ pro defunctis, seu de Requiem in duplicibus (a)
„ nullatenus celebrare audeant &c. (b). Die 5. Au-
„ gusti 1662. Et facta de praedictis SSmo relatione,
„ Sanctitas Sua annuit, & cum applicatione Sacri-
„ ficii satisfieri, ac Benefactorum mentem impleri
„ voluit eadem die 5. Augusti 1662. „

Atque ita a praefatis Presbyteris servari mandavit. Die 28. Aug. 1762.

= (a) Si nempe in Calendario Ecclesiae, in qua
= celebrant, Officium sit ritus duplicis, etiam si
= Sacerdotes illic celebrantes de Semiduplici, vel
= de Feria Officium egerint. Contrà verò si Offi-
= cium Calendarii Ecclesiae, ubi celebrant, Missas
= patitur emortuales; possunt de Requiem celebrare,
= quamvis ipsi de Festo Classico recitaverint. Vi-
= de supra (sub d. 29. Januar. 1752. in resp. ad
= XI. p. 46. B.).

= (b) Quae hic omittimus, ea suppetunt apud Me-
= ratum (Indic. Decret. Missal. n.396.), Talù (n.423.),
= & alios. Legenda quoque Responsio ad XII. sub
= cit. d. 29. Jan. 1752. Alia, quae ad hanc rem
= pertinent, congesta habes apud P. Ferraris (v. Mis-
= sae Sacrif. art. 14.).

U R B I S, E T O R B I S.

AD pias preces Serenissimi Jacobi III. Magnae Britanniae Regis, necnon P. Jo. Gentili Praefecti Generalis Clericorum Regularium ministrantium infirmis, SS. D. N. Clementi PP. XIII. porrectas, & a Sanctitate Sua ad Sac. Rit. Congñem remissas; Sac. ead. Congo ad relationem per me infrascriptum Secret. factam mandavit, ut ab omnibus Christifidelibus tam Secularib., quam Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, die decima octava Julii Officium *S. Camilli de Lellis*, Fundatoris eorumd. Clericor. Regular. ministrantium infirmis, cum Oratione, Lectionibus 2., & 3. Noct., ac Missa propriis, a san. mem. Benedicto PP. XIV. die 12. Mart. 1753. approbat., sub ritu Semiduplicis de praecepto, servatis Rubricis, recitetur, & in Breviario, ac Missali Romano apponi concessit, si SS. D. N. visum fuerit. Die 11. Dec. 1762. Et facta deinde per me Secretarium de praedictis eidem SS. D. N. relatione, Sanctitas Sua benigne annuit die 15. ejusd. mensis, & anni 1762.

Joseph M. Card. Feroni Praefectus.

Loco ✠ Sigilli.

S. Burghesius S. R. C. Secret.

= (a) Sub iisd. diebus 11., & 15. Dec. per eamd.
= S. R. Congñem editum fuit Decretum alterum
= Urbis, & Orbis Elevationis Officii S. Julianae Fal-
= conериae a Ritu semidupl. (sub quo illud a S. M.
= Clemente XII. 8. Mart. 1738. concessum primi-
= tùs fuerat pro Ecclesia universali) ad Ritum du-
= plicem minorem. Ad quem ipsum Ritum eleva-
= tum deinde fuit supradictum quoque Officium S.
= Camilli Decreto edito 16. Sept. 1767.

T O L E T A N A.

EX parte Magistri Caeremoniarum Regiae Capellae, & Monasterii Monialium reformatarum Ordinis S. Augustini, Incarnationis nuncupat., Villae Matriti Dioecesis Toletanae, Sac. Rit. Congñi humillime supplicatum fuit pro declaratione sequentium dubiorum, quae sunt =

1. An in Missis solemnibus, quae celebrantur in Altari, quo publicae venerationi est expositum SS. Sacramentum, Subdiaconus sustinens Patenam debeat genuflectere, quando Celebrans post Offertorium genuflexus thurificat SS. Sacramentum, sicuti genuflectit in actu Consecrationis, ac Elevationis?

2. An in Missa solemni, quae cantatur Feria V. in Coena Domini, Crux Altaris debeat esse cooperta Velo albo, seu potius violaceo?

Et Sac. Congo, audito prius voto unius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris, ad relationem Emi, & Rmi D. Card. Albani Episcopi Sabinen. Ponentis rescribendum censuit: *Ad* 1. *Negative* (a). *Ad* 2. *Servetur consuetudo Ecclesiae* (b). Et ita declaravit. Die 11. Februarii 1764.

= (a) Dispar enim Thurificationis illius ratio est,
= atque Consecrationis, & Elevationis. Nam caussa
= genuflectendi in Consecratione, & Elevatione
= adstantibus omnibus communis est; ut nempe
= Christum Dominum Deum suum, qui per Con-
= secrationis verba ibi fit praesens, iisque prolatis
= jam factus est praesens, exteriùs quoque, uti de-
= bent, adorent. Quamobrem genua cum ceteris
= flectere aeque Subdiaconus debet.

= At in Thurificatione, de qua sermo est, genua
= flectit Celebrans, eique inserviens Diaconus, alii-

= que

que Ministri ex caussa thurificandi Venerabile Sacramentum, ideoque ex caussa, quæ Subdiaconum haudquaquam respicit. In ea enim Thurificatione, quæ post *Veni sanctificator* peragitur, Subdiaconus Patenam *sustinens* partes nullas habet sicuti in casu non expositi, ita etiam in casu expositi Sacramenti; sed *in tota hac incensatione nihil se movet*, ut juxta Rubricam Generalem Missalis (Par. II. Tit. 7. N. 9. sub fin.) P. Gavantus admonet (ibid. ad N. 10. litt. *b*).

(*b*) At Sacra ead. Cong̃o de hac ipsa re aliàs postmodum interrogata respondit, *albi coloris esse debere velum Crucis Altaris, in quo Missa celebretur; violacei verò, Crucis Processionis, & Altaris Lotionis*. Vide in Volumine altero (sub d. 10. Dec. 1783. in resp. ad IV.). Atque ita reapse servatur in Pontificia Capella, ut Meratus quoque fatetur (in Rubr. Missal. Par. IV. Tit. 8. n. 1. in fin.). Quod referri minimè potest inter peculiares ipsius Capellæ Ritus, ut ibi Meratus vult: cum ei Ritui consonent & Rubrica XVIII. Missalis Romani, & communis Auctorum sententia, & usus pariter Basilicarum Urbis.

Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli, vulgo Barnabitarum.

EX parte Procuratoris Gen. Clericorum Regularium S. Pauli, vulgo Barnabitarum, Sac. Rit. Cong̃ni humillime supplicatum fuit pro declaratione sequentis dubii, videlicet: *An iis in locis, ubi sæpe non adsunt dies non impeditæ juxta Rubricas, recitari nihilominus licite possit Officium Defunctorum, recurrente Officio novem lectionum*? Et Sac. Cong̃o, audito prius voto unius ex Apostolicarum Cæremoniarum Magistris, ad relationem Em̃i, & R̃mi Dñi Card. Galli Ponentis, rescribendum censuit: *Non posse* (*o*). Et ita declaravit. Die 11. Maji 1765.

(*o*) *Ratione* scilicet *Rubricarum*, seu *Suffragiorum generalium* ab Ecclesia præscriptorum in Rubrica, quæ Defunctorum Officio sub Breviarii finem præfixa est. Consule Cavalerium (Oper. Liturg. To. 3. Cap. 2. Decr. 6. a n. 1. ad 5.), ubi fuse simile aliud Decretum explanat. Ceterùm quibus diebus omnibus ob alias caussas Defunctorum Officium dici possit, quibus verò non possit; cumulatè definiunt, facta causarum earumdem distinctione, Rubricæ Peculiares hodierni Breviarii nostri (a n. 219. ad 233.).

SEDENTI IN THRONO, ET AGNO
BENEDICTIO, ET HONOR, ET GLORIA, ET POTESTAS
IN SÆCULA SÆCULORUM:
AMEN.

INDEX.

A

 ai-

B

C

Ca-

 tha-

D

fi

E

Epi-

G

H

eorum-

I

Apo-

Iuris-

ac

M

devo-

apud

sunt,

O

tur

si

ci-

Men-

Picti-

sia-

Q

cum

R

suo

S

vin-

cium

T

Ter-

Tran-

V

amore

Vi-

gi

ERRATA	CORRIGE
Pag. 5. B. §. *Controversiæ* lin. 25. *pag. 399.*	*pag. 398. A. post med.*
P. 127. A. lin. 5. *ad hujus*	*ad alterius*
P. 164. A. lin. 2. ac 3. *quæ vetat, ac Officium illud dicatur*	*quæ ait, Officium illud non dicet.*
P. 233. B. lin. 18. *Maximoque quidem*	*Maximoque factis etiam, ac rebus ipsis*
P. 239. B. lin. 24. 1757. 2. *Mart.*	1757. 26. *Mart.*
P. 255. B. §. *Ut autem* lin. 32. *instruat*	*instruant.*
P. 256. B. lin. 12. & seq. ante fin. *provinciores*	*provectiores*
P. 301. B. lin. 32. ante fin. *ac*	*ad.*
P. 342. A. lin. 17. *scilice*	*scilicet*
P. 367. B. lin. 5. ac trib. seq.	Legendum est: *& juxta datam sibi a Domino prudentiam removere, & alium in sui locum juxta facultates sibi etc.*, omissis verbis intermediis ex errore repetitis.
P. 418. A. lin. 6. *post relata modò verba statim subnectitur*	*In relatis superiùs verbis subjungitur*
Ibid. lin. 7. *(rumor)*	*(usus)*
P. 419. B. §. *Quod quidem* lin. ult. *anno 1728.*	*anno 1628.*
P. 445. A. §. *Exposuit* lin. 2. *Luziana*	*Lusitana*
P. 446. B. in fin. deest linea ultima	*cibus, Capitulum Gen. censuit rescribendum: Pro gratia.*
P. 447. A. §. *Capitulum* lin. 4. *(a)*	*(b)*
lin. 5. *(b)*	*(c)*
In ead. lin. 5. *Provincialis*	*Provincialis*
Ib. B. §. *Definitorium* lin. 1. *(a)*	*(d)*
P. 450. A. lin. antepenult. *decreta sunt*	*decreta sunt*
P. 464. A. lin. antepenult. *alienigenes*	*alienigenis*
P. 469. A. lin. 12. 13. 17. 25. *(a) (b) (c) (d)*	*(b) (c) (d) (e)*
Ibid. B. lin. 11. post init., & lin. 12. ante fin. *(a) (a)*	*(f) (g)*

P. 497.

ERRATA	CORRIGE
P. 497. B. lin. 12. *Themachiam*	*Theomachiam*
P. 517. B. n. XIV. lin. 10. *legato*	*delegato*
P. 524. B. §. *Iuitu* lin. 3. Populi	*Populis*
P. 595. B. ante v. *Amori* addend.	*Amerita v. India.*
Ib. ante v. *Apostata* addend.	*Annus. Incarnationis Dominicæ Annus initium ducit à die 25. Martii. 386. B. ante med.*
P. 596. in verbo *de Azurara* addendum in fin.	*v. a Nivibus.*
P. 597. A. ante verbum *del Barrio* addend.	*Barien. Prov. S. Nicolai Ref. v. Gallipoli. v. Mendicationes.*
Ib. in v. *Bavariæ Prov.* addend.	*v. Kirb. v. Mair.*
P. 598. in v. *Brasiliæ* addend.	*v. Discalceati. v. India. v. Vocales Cap. Gen.*
Deinde subjiciendum	*Brasiliæ Prov. S. Antonii Discalc. v. Discalceati. v. Indiæ. v. a Nivibus. v. Vocales Cap. Gen.*
P. 600. in v. *Castellæ Novæ Prov. S. Ioseph* addend.	*v. Montalvo.*
Ib. in v. *Censor* addend. in fin.	*v. Libri.*
P. 601. in v. *Clarissæ* addend. sub fin.	*v. Gandia.*
Ib. in v. *Clerici* lin. 2. 255. *B.*	*256. B. sub med.*
P. 602. in v. *Commiss. Gen. Famil.* addend.	*v. Electio. v. Generalis Min. v. Præses.*
Ib. B. ante verbum *Concio* addend.	*Concertationes. v. Disceptationes.*
P. 604. in v. *Coaglies* addend. in fin.	*v. Decreta.*
P. 605. ante verb. *Controversiar.* addend.	*Contributio. v. Debita. v. Provincia sub fin.*
Ib. B. in verb. *Conventus* §. *Certissima* lin. 2. 296. *B.*	*296. A.*
Et in §. ult. inter citationes addend.	*v. Familiæ. v. Funus. v. Provincia.*
P. 606. post verba, *SS. Corporis Christi Festum* addend.	*Vocatur a Tridentino Concilio Religionis nostræ adversus hæretes Triumphus. 182. A. ante med.*
Ibid. ante verb. *Cribellius* addend.	*Cremonæ Conv. v. Funus.*
Ibid. in v. *Debita* addend. in fin.	*Vid. & in v. Provincia sub fin.*
P. 608. A. ante verb. *Divisio* addend.	*Distributio Officior. Provinciæ inter Custodias. De hac dicenda sunt eadem, quæ de Alternativa. Vid. v. Alternativa, & alia verba ibi cit.*
P. 611. in v. *Expositio* addend. ad calc.	*v. Missæ Sacr. §. In Missa. v. Subdiac.*
P. 615. B. in lin. antepenult. addend.	*p. 86. §. 5. & 170. etc.*
P. 616. in v. *Gratia* addend. sub fin.	*v. Oracula.*
Ib. B. in v. *Habitus* addend. sub fin.	*v. Communitas. v. Lanificia. v. Recessus §. ult. v. Subditi.*
P. 620. in v. *Indulta* addend. sub fin.	*v. Oracula.*
P. 621. in v. *de S. Iosepho P. Franc.* in lin. ult.	*Peruvianæ.*
P. 622. in v. *Kerckove*, post *Germanobelgicæ*, addend.	*Ipsius, aliorumque opinio de minus arcta apud Moniales Tertii Ord. Clausuræ obligatione. 136. A. post med. Improbatur. Ib. in fin. V. Novitius etc.*
P. 624. in v. *Legionen.* addend. in fin.	*v. Volla.*
P. 627. in v. *Masbeu* addend. in fin.	*P. Eusebio respondenti respondet & ipse, publicata* Apodixi Agredana. *Ib. sub fin.*
P. 629. in v. *Missæ Sacr.* addend. ad calc.	*v. Suspensio.*
P. 639. A. in v. *Ordinis Sacr.* addend. in fin.	*v. Suspensio.*
Ibid. in v. *Panni* addend. in fin.	*v. Recessus §. ult. v. Subditi.*
P. 642. in v. *Peruanæ* addend.	*seu Peruvianæ Prov.*
Ib. in v. *Peruanus* addend.	*seu Peruvianus Commiss.*
P. 647. in v. *Provincialis Min.* addend. ad calc.	*v. Superiores.*

Errata cetera corriget humanus lector.